tyrannis opposuerunt. Vel virtutem constantiæ & fortitudinis, q̃.s.est ipsi aię loco frontis: vel ēt virtutem exterioris honestatis, q̃ s.apparet exterior more frontis. Vt sic cuilibet tali dicatur illud Esa.48. Scio.n.quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea. In tali igitur fronte debet apparere, & ibi ex iteriori aïa rōnis iudicio & ministerio redundare constantiæ fortitudo, verecūdiæ mititudo, & honoris & decentiæ pulchritudo, timoris & tristitiæ mæstitudo, splēdoris & lætitiæ gratitudo. Oia.n.ista debet cōtinere frōs exterioris constantis & fortis conuersationis, qa.s.ibi dēt inueniri virtus ois moralis perfectionis. Ista.n.exterior cōstātia debet neruos i.virtutes in terius cōtinere & ipsas à læsione tentationū descendere, & sicut turris fortissima hostium læsionib.obuiare. Qđ bene figurať Exo.28, vbi super frontē pontificis lamina aurea ponebatur, in qua nomē dñi scribebatur, qua.s.ipse pontifex p̃cipue ornabatur ad denotādum q̧ frons nostræ conuersationis debet lamina aurea splendentis apparentiæ, vbi.s.inscribať nomen dei.i.perfectio ois moralis iustitiæ ornari: in cuius ēt signū puero baptizato & cōformato in fronte fit signum crucis de crismate, ad signādū q̧ ex tunc frons voluntatis interioris & frōs suæ conuersationis debet de crismate diuinæ gratiæ consecrari, & signo crucis Christi per afflictionē & per passionis Christi memoriā penitus consignari dño. Apo.8 Signemus seruos dei nostri i frontib.eorum. Vel si vis per frontem intelligē mentē q̃ est frons primo & principaliter deo apparens. Sint igitur ibi verecundia, decentia, lætitia, & spiritalis dolor & tristitia, sicut dictū est supra necnon crucis Christi signum & dolorosa memoria. Eze.9. Signa than super frontes virorū dolētiū & gementiū. Et sicut frōs inter alia mēbra valde modicū habent de carne, satis aūt de osse, cuius causa est s̃m hal. qa nimia carnositas & pinguedo impediret intellectum & virtutem imaginariā, q̃ est in fronte, sic frons conuersatiōis vel affectionis debet esse per constantiā ossea, non per voluptatē carnea: nimia.n.carnositas, seu carnalis voluptas sciā impedit. Et iō ille qui imaginationi & contemplationi vult esse proximus, carnis delicias nō admittit: caro.n. concupiscit aduersus spm ad Gal.5. Sicut ēt ruga frontis significat senectutē humoris interioris cōsumptionē, sic vere vitia conuersatiōis & plicæ verbalis simulationis & duplicis cauillatiōis, senectutē & inueterationē malorū designat, & cōsumptionē & defectum humoris gratię significant Iob.16. Rugæ meæ testimonium perhibent contra me. Vel si vis potes econuerso accipere per frontem duritiā obstinationis, & apparentē proteruiam viri stulti, & in malitia confirmati. In tali.n. frōte est taliū fortitudo, qua.s.fi ōtōsi alijs opponunť, & qua cū bonis quotidie colluctanť. Talis.n.fons est dura per indomabilē stultitiā, patens per inuerecundiā & impudentiam, elata per superbiā & signata per oium vitiorū nequitiā. Sicut.n. dicitur Apoc.13. Serui bestiæ in frontib.suis imaginē ipsius & characterem acceperunt. Quia pro certo serui diaboli in fronte suæ exterioris proteruæ apparentiæ, characterem, inuerecundiæ, & imaginē oium vitiorum portant, quib.s.ipsi demones eos signant. Vt sic cuilibet tali dicať illud Hier. 3. Frōs mulieris meretricis facta ē tibi, et noluisti erubescere.

## De Temporibus. Cap. 9.

1 Tempora sunt q̃dā ossa cartilaginosa prope oculos sita, q̃ quia sunt via arteriarū spūs vitales a corde ad cerebrū deferentiū, & continuū pulsum facientiū & ibidē in magna quantitate se colligantiū, iō loca sunt valde passibilia, & ad lęsionē facilia, vel forte sanari īpossibilia. Teste.n.Arist.li.19. Percussio q̃ cadit sup ossa tporum, mortalis, & si contingat in eis vulnus aial periclitatur. Qđ accidit, quia humor tpum cito exit pp ossiū tenuitatē. Per tpa possum intelligere virtutē fidei. Ista est.n.quæ versatur circa oculos intellēs. Ista est ēt q̃ pulsum bonorū operū efficit, & q̃ cerebro mentis nostræ a corde.i.à Christo spūm vitalē gratiæ & deuotionis mittit. Iustus.n.vt dř Abac.2.ex fide viuit. Quid igiť? pculdubio lęsio & vulnꝰ tpum est mortalis. Quia p certo qui per hæresim in fide læditur, quasi necessario moritur, qa vix ad sanitatē salutis reuertiť, imo p obstinationē in malitia pseuerās, vt cōiter, est īpossibile q̧ sanetur. Hier. 46. Frustra multiplicabis medicamina, sanitas nō erit tibi. Vł illa pōt dici de religiosis & clericis, q oculis corpis ecclesiæ.s.deo & sctis in statu & gradu sunt ppinqui, quorū p certo fama de facili læditur, sed non de facili restaurať. Quod ēt de talib.pōt dici, qa procul dubio talia tpa.i.tales viri prudentes & eminentes qñ à diabolo aliquo vitio vulnerant, vix aut nunq̃ ad salutē amplius reuertunť. Constat.n.q̧ qñ sapiētes clerici & religiosi delinquut, adhærētius in vitiis sese immergunt, q̃ illi q simplices & ignorātes sunt, ita q̧ vt cōiter isti incorrigibiles sæpe fiunt figurati in dæmonib. qui quanto fuerunt conditionis purioris, tāto in pctō fuerunt adhærentiæ amplioris, & ita facti sunt voluntatis obstinatioris & irreparabilioris. Sic tales quanto sunt in sensu & scia magis subtiles, tanto procul dubio qñ peccant magis obstinati & insanabiles fiunt, ita quod talibus potest dici illud Hie. 30. Insanabilis est dolor tuus Et sicut tempora propter frigiditatem ossium facilimè canescunt, sic tales indeuoti & frigidi per exteriorem hypocrysim faciliter albescunt. Matthę.23. Vę vobis hypocritę, qui similis est sepulchris dealbatis &c.

## De Auribus. Cap. 10.

Auris s̃m Isidorū dř ab hauriendo vocē. Et est auris q̃dam substa chartilaginosa, q̃ duab.de causis est necessaria.s.ad auditus cōpressionem aggregationē p vocis formatione, & ad auditus defensionē pro exteriorum incidentiū in auditus foramina retentione. Est aūt os petrosum, in quo nerui descendentes a cerebro sunt infixi, sensum & motū aurib.deferentes & mutationem vocis & auris, aiæ referentes. Et sunt foramina p q̃ intrat vox & aer, non ea tamen libera vel vacua, sed ad modū torcularis transuersa. Qđ prudenter fecit natura, ne frigidus aer nimis libere & cito ad audibiles neruos intraret, & eos læderet, & ne ēt aliqđ nociuū interius incideret, qđ auditū lęderet aut turbaret, sicut dicit Cōst.in Pantechim li.4.theorice.c.12. Per aures intelligo auditū. In ista igiť aure auditus & attētionis nostræ dñt tria conuenire, s.chartilago flexibilis, os petrosū, & neruus ad iudiciū rōnis deferens sonū. Per ista.n.intelligunt tria q̃ debet habere auditus cuiuslibet viri iusti. Primū est benignitas in attendendo, & ista est auris chartilago, q̃.s. flexibilis, & cuius q̃ relæ inclinabilis debet esse. ps. inclina aurem tuā, & exaudi me. Scđm est duritia seu tarditas in credendo, & istud est os petrosum, qa.s.petreā duritia debet habere in accusationib. credendis & recipiētis, qa sicut dř Eccl.10. Qui credit cito, leuis est corde. Et iō bñ dř de foramine huius ossis q̧ orbicularę est & tortuosum, ne aer frigidus p subito introcedat. Quia pro certo aer & vox exterior non debet inuenire cor nrm liberū ingressum, sed potius impeditu, quia.s.non cito, nec plene, nec faciliter debet admitti, sed circulariter cū inquisitione & circunspectione debet recipi atq; credi. Si.n.qđ exterius dř.faciliter reciperet & crederet, nulli dubium quod lęsio multarum iniquitatum multotiens inferretur. Et iō in portis rōnis vbi sunt iudicia solet esse scriptum. Audi aliā partē. Iō dř Eccl.32. Audi tacens simul & q̃rens. Et Eccl.28. Ori tuo facito ostia & seras auribus tuis. Tertiū aūt est sagacitas in examinādo, & istā significant nerui. Quia.s.nerui discretionis dñt ab aurib. vsq; ad cerebrū.i.vsq; ad rōnē attingere, & ibi audita in rōnis iudicio discernere & de eis vtrū vera sint vel falsa iudicare Iob 12. Nonne auris verba diiudicat, & fauces comedentis saporē? Vel dic q̧ oia p̃dicta de iudicib. & p̃latis q sunt aures ecclæ militantis, p eo q̧ habent officium subditos audiendi. Vel dic q̧ auris est virtus obedientiæ, ad quā pertinet audire q̧ iubet. Flexibilis.n.debet esse talis auris per humilitatē, & ad oia q̃ mandantur inclinabilis, sicut decet. Eccle.6. Si inclinaueris aurē tuā. excipies doctrinā. ¶ Aures hois positæ sunt
in medio capitis audiant vndiq; q̃ dñr, & vt ex oi parte so- 2
norū differentiā cōprehendant. Talis debet esse iudex seu cōfessor, qui aliorū facta habet discernere & audire. Iste.n. nō debet esse psona abscōdita cuius difficilis sit accessus, imo iste dēt esse in medio, expositus videlicet vniuersis, vel ēt in medio æquitatis.s.oia possit meliꝰ cōprehēdere & audire, & oib. æquaťr auditionis debitū exhibere. psa. Aurib. pcipite q iudicatis orbē. Vel dic q̧ iiō dēt habere aures i medio, ad denotandū q̧ ad audiendū mandata & iudicia dei, & ēt ad audiendū q̧ plato p̃cipitur, qđ à magistro docetur, vel quod a paupere petitur, debet auditū habere paratum & expositū, nō absconditum aut remotum, quia sicut dř Sap.6. Si dilexeris audire, sapiens eris. Ideo p̃cipitur Iob 6. Præbete aurē & videte. Vel illud pōt applicari ad Christum, vel ad virginem gloriosam.

gloriosam,quorũ auris I p est in medio & in promptu,parata
f.quicqd iuste petimus exaudire.psa.Oculi dñi super iustos,
& aures eius in preces eorum.Veruntñ aduerte q sicut au-
ris(vt supra dictum est)habet os durũ,& foramen nõ planũ
ita auris.i.diuinæ misericordiæ aliqñ se ostendit durã & dif-
ficilem,& non de leui qđ petitur concedentẽ. Qđ facit vel
ppter nostram indignitatẽ,quia sicut dr Iob.9.Scimus aũt
quia deus pctõres non audit. Vel p p rei petitæ inhonestatẽ
vel dãnositatẽ Sæpe.n.petit hõ q concessum sibi noceret.Iõ
dicit Tullius.O dij non amplius sunt orandi,nisi q bona dẽt
1 sciunt.n.quid vlterius vtile sit.Iõ de male petentib dr Iac.4.
Petitis & nõ accipitis,eo qđ male petatis.Vel ẽt dura est ista
auris,vt maiorem iusti petentis ex dilatione accendat cha
ritatem,& inuestigando sedulitatẽ.Vult.n.nõ faciliter audi
re,vt sanđe donum emptũ precibus, pretiosius habeatur, &
vt in nostrarum orationũ clamorib.delectetur.psa.Clama-
uit ad me,& ego exaudiam eum.Vel ista possunt dici de ma-
lis,qui in aure auditus cordis habent os durum obstinatio-
nis,ita q sine difficultate non audiunt verba dei, pauperis,
3 vel prælati.ps.Aures habent,& non audient &c.¶ Aures aĩa
lium quadrupedũ sunt in superiori parte capitis,& sunt vt
cõiter sursum erecti, exceptis tñ qbusdã canib.& quibusdã
capris,quib.sunt inferius dependentes. Nullũ ẽt volatile vt
cõiter hẽt aures.Hõ ẽt inter oĩa aĩalia aures hẽt minus nobi
les.Oĩa.n.aĩalia mouẽt aures pter hoiem.Hõ ẽt respectu cor
poris sui minus habet aures . Per hoiem possunt intellige-
re illos qui ratione debent vigere.Per volatilia vero illos q
in religione ad cælestia sursum per contemplationem & affe
ctionem debẽt volare.Per quadrupedes intelligo viros sim
plices,q circa terrena solent simpliciter laborare.Quid igi-
tur?Proculdubio illi,q sunt volucres & hoĩes,hoc est dictũ
qui plus habent in mundo de sapientia & ratione,& qui al-
tius debent volare contemplatione & affectione, sicut sunt
clerici & ẽt religiosi,vel ẽt sapientes mundani,vel non hñt
aures,quia.f.verbum dei vel prælati,vel preces amici,vel bo
nam doctrinam magistri,vel supplicationem egeni , audire
nolunt.Vel paruas habent eas,quia.f.quãuis multa loquan-
tur,parum tamen audiunt.Vel si aures habent,& si de facto
audiunt, aures tamẽ non mouẽt,q a qđ audierunt nõ faciũt
Quia breuiter,illi qui sunt inter cæteros sicut hoĩes vel volu
cres in gradu vel statu superiori,qui sunt de genere nobilio
2 ri,vel qui pollent sapientia ampliori p cæteris minus volunt
audire vtilia,& ipsa audiunt,minus volunt complere,cõtra
id q dr Iac.10. Sit oĩs hõ velox ad audiendũ,tardus aũt ad
loquendũ,& tardus ad irã.Et inde dr q non auditores legis
sed factores iustificabuntᷓ.Sed vere quadrupedes.i.viri secu
lares & simplices,aures mẽtis habent sursum ad deũ erectas
& ad audiendum,obediendũ,& faciendum vtilia sollicitas
& attentas Neem.8.Aures oĩs populi erectæ erãt ad librũ.
Exceptis tñ canib.i.insatiabilib.auaris,& capris.i.fœtẽtib.lu
xuriosis,qui.f.aures mentis non solent erigere,sed à verita-
te auertere,& alibi declinare 2.ad Tim.4.A veritate quidẽ
auditum auertent,ad fabulas aũt,conuertentur.Vel dic qđ
hoĩes & aues significant viros spũales & iustos,q pro certo
paruas aut nullas aures debẽt habere,quia.f.parum debent
rumores audire,& modicũ auditũ dñi reb.superfluis adhi
bere dicentes quilibet detractorib.adulatorib.& malis sug
gestorib.illud Amos.5.Aufer à me tumultum carminũ tuo
rũ cantica liræ tuæ nõ audiã.Cuius tñ cõtrariũ est de bestijs
& bestialib.qui more quadrupedũ aures habent magnas &
acutas.inquãtũ oĩa volũt audire.& acute aliena vitia auscul
tare,& res friuolas acutius q̃ deceat attendere & audire.Et
sñ sm Arist.aures nimis magnæ stoliditatẽ designant . Quia
p certo illi qui aures habent nimis latas.i.qui plusquã neces
se sit volunt inquirere & audire,& stolidi & fatui dignoscũ
tur esse.Iõ bñ dr Eccl.7.Cunctis sermonib.qui dñr, non ac-
cõmodes cor tuũ.Qđ tñ contra multos,qui sunt similes il-
lis hoib.æthiopicis qui aurib.operiunt totum corpus de q-
bus vide.c.de æthiopia.¶ Aures impediuntur in auditu mul
4 tipliciter.Aliqñ ex ventositate.f.inter ventriculos cerebri in
clusa,& tinnitum vel sonitũ faciente.Aliqñ ex humore cor
rupto pruriginẽ inducente.Aliqñ est apostemate in aure exi
stente.Aliqñ ex nimia siccitate neruũ audibilẽ corrugante.
Aliqñ ex calido humore aures pũgẽte & molestare.& aliqñ
ex,obliuione nræ instim auditus uo perforante,& surditatẽ
nãlẽ in puero generante.Aliqñ ex nimio sonitu aures gra-
uante. Aliqñ ex nimio ictu aures pcutiente,& neruos lædẽ
te.Re vera talib.modis læditᷓ & impeditur auditus iudicij in
malis iudicib.& auditorib.& plaus.Ipsum.n.impedit vento
sitas alienæ elationis,q̃.f.generat tinnitum & sonitum timo
ris & dubitationis.Iob.15.Sonitus terroris s p in aurib.im-
pij,& cũ pax sit,s p insidias suspicatur.Item impedit eos hu-
mor & prurigo carnalis affectionis.Apostema superbæ & tu
midæ indignationis.Corrugatio pueræ intentionis,& inæ-
qualitas psonarũ acceptionis.Punctura iracundiæ vindictę
& turbatiõis.Surditas & obturatio ignorãtiæ & indiscretio
nis.Sonitus pcum & importunæ supplicationis,ictus mune
rum & simoniacæ corruptionis:istis.n.oĩb.auditus veri iudi
cij corrũpitur,vel ex toto vel ad tps tollitur vel differtur,ita
q iã de multis põt dici illud Hie.6.Incircuncisæ aures eorũ
& audire non possunt.Vel dic de inobedientib.quos audire
mandata superiorum impedit ventus elationis.Apostema p
sumptionis.Surditas obstinationis.Sonitus malæ suggestio:
nis.Ictus fortis tẽtationis.Pruritus carnalis affectionis & p
speræ successionis.Istis ergo dr.Hiere.22.Locutus sum tibi
in abundantia tua.dixisti.non audiam.Vide infra.c.de surdi
tate.Item vide.c.de sensu auditus.

## De Naso. Cap. 12.

NAres sm Isidorum dicũtur quasi gnare,quia scilicet
addiscernendum inter odores videntur naturaliter
esse doctæ.Et ideo vt ait,illi ignari dicuntur,qui qua 1
si sine nare,discretione debita non vtuntur. Sunt igi
tur nares seu nasus illa membra per quæ inter odores discer
nimus,quæ ẽt spiritum & anhelitum attrahimus & retrahi
mus,per quæ superflua oris cerebri vacuamus.Habet enim
nasus interius duo foramina videlicet vnum qđ tendit ad
concauitatem palati,quo superfluitas oris purgatur.Et alte
rum quod tendit sursum ad cerebrum,vt illuc aer deferat,
& vt inde spiritus aĩalis ad sensum odoratus perficiendum
inferius a cerebro attrahatur,sicut dicit Const.in phantech
ni.Per nasum,qui discernit inter fœtorem & odorem , intel
ligo virtutem prudentiæ & discretionis,qua.f.bona a malis
discernunt & distinguunt,& qua ẽt mentes nostræ gnare.i.
sapientes efficiuntur,& qua ẽt carentes,ignari,& siue spũa-
lib.narib.merito nuncupantur.Sap.15.Neq; nares ad perci
piendũ spũm.Iste igitur nasus discretionis duo habere dẽt
interius foramina.i.duplicem considerationẽ,f. considera-
tionẽ propriæ fragilitatis,quæ vadit ad palatũ.i.ad corpus,
& consideratione spũalis aĩæ nobilitatis,q̃ tendit ad cere-
brum.i.ad animum.Isto.n.duplici foramine mediante,debe
mus fæces & superfluitates vitiorum expellere,& tam cere
brum q̃ palatum.i.tam aĩam q̃ corpus per confessionẽ pur
gare,& aerem gratiæ ipsi aĩæ procurare,spiritum aĩalẽ.i.bo
nam & spũalem affectionẽ & ab ipso cerebro.i.ab ipsa mẽ
te deriuare & trahere, & sic sensum olfactus discretionis
& deuotionis perficere & iuuare. Vt sic dicat quilibet talis
illud Iob.27.Spũs dñi in narib.meis, non loquentur verba
mea iniquitatẽ.¶ Instrorũ odoratus sunt duæ carunculæ in 2
modum vberum narib.dependentes,q̃ aerem per odorem
immutatum attrahunt & recipiunt & per neruos sibi infi-
xos ad cerebrum transmittunt,qui ipsum aĩæ iudicio sur-
sum ferunt. Tales carunculæ quæ naso,i.discretioni & iu-
stitiæ deseruiunt,possunt significare iudices huius mundi,q
iustitiæ & prudentiæ sunt ministri .Igitur debent neruos di
scretionis habere,& aerem,i.negocia quæ ab exteriori re-
cipiunt,discernere & videre,totũ ad cerebrum.i ad deũ, &
ad orationis iudiciũ reducere,vt deliberatione habita pos-
sint de odore.i.de negocio,si bonus vel malus fuerit iudica
re.Vel dic quod nares quæ aerem recipiunt, & de ipso per
se non iudicant,sed totum ad cerebrum & ad rationẽ trans
mittunt,sunt iudices,qui in proprio sensu consili non dñt
statim p se de recepto aere.i.de receptis negocijs iudicare,
imo cerebri & rõnis.i.virorũ sensatorũ & rationabilium de
bẽt consiliũ q̃rere,& eorum iudicio totũ negociũ deferre,
& sic poterũt de re veraciter iudicare.vñ Exo.18.dr q iudi
ces & decani minora tñmõ iudicabant quicquid aũt gra-
uius erat,ad Moysen referebant.¶ Nasus sm Const. necessa
rius fuit ad multa.Est.n.aeris attractiuus & emissiuus, inter 3
odores discretiuus,grossarum superfluitatũ cerebri purga
tiu',p attractionẽ aeris pulmõis dilatatiu' & cõstrictiu',ae
ris frigidi ne lædat pulmonẽ,depuratiu',& totiu' faciei ador

oatiuus. Nasus.n.est faciei pcipuū mēbrū, quia naso abscisso
tot a dehonestat, & decore & pulchritudine spoliat. Nasus
aiæ est deuotio, q.s. suauitatē æternā odorat & diligit, fętorē
vero rerū carnaliū abhorret & negligit, & inter ipsa debite
iudicat & discernit. Ista est igit q spūm orationis solet emit-
tere, & spūm gratiæ solet attrahere. ps. Os meum aperui, &
attraxi spūm. Ista est q superfluitates pcti solet emungere, &
pulmonē interioris voluntatis solet p charitatē dilatare, &
per timorē cōtrahere, aerē frigidū tepidæ affectiunis pulmo-
nē cōlcis lædat, solet puriorē reddere, & sic totā faciē aię so-
let decorā facere, & ornamentum honestatis in tota superfi-
cie generare. Et sic aiæ pōt dici illud Can. 7. Nasus tuus sicut
turris libani. Vel dic q nasus ecclesiæ est platus, q in medio
situs, cū duab. carunculis duplicis discretiōis, ipalis. s. & spūa-
lis habet inter fragrātes & fætentes. i. inter bonos & malos
discernere, spūm sctm attrahere, & alijs emittere, totū corp⁹
purgare & corrigere, & totā faciē ecclę adornare. Pulcrius
n. ornamentū q sit in facie ecclesię, est bonus platus, (allegat
vt supra) q̄uis hodie eccla in multis locis videat tali naso &
tali ornamento priuata, & turpiter detrūcata. Eze. 23. Nasū
tuū & aures tuas pcident. ¶ Cū cōdōnes aiæ sm dispositiōes
4 corporis varienē, sicut dicit Aris. in principio physionomiæ,
(sicut vinū albū in vitro rubeo, rubeū esse vr) hinc est q sm
dispositionē nasi & aliorū mēbrorū de cōdōnib. aiæ iudicat.
Et sic dicit q nares nimis apertæ & multi aeris attractiuę,
ferocitatē ai ptendunt, & mentē faciliter indignantē. Dicit
ēt Galen⁹, q gracilitas nasi in acuta infirmitate signū est mor-
tis, maxime si colorū concauitas comitet. Nares igit sapien-
tiā significāt. Istę ergo qn sunt vltra debitū apertæ. i. qn hō in
suo sensu abūdat, & totū aerē narib. attrahere. i. oia negocia
suo sensu determinare credit & putat, multum se scire psu-
mit, & existimat, tunc dico psumptio, superbia & indignatio
in tali hoīe inuenit. Iob. 39. Gloria nariū eius terror. Si vero
talis nasus gracilis fuerit, & p ignorantiā imbecillis, vtpote
qa in fide & morib. minus sapit q̄ debeat, tunc p certo mors
pctōrū mortaliū appropinquat, & vita gratiæ elōgat. Igitur
non habeamus nares nimis apertas vel nimis strictas, vel ni-
mis magnas aut paruas. i. nō plus sapere q̄ oportet, sed sapo-
re ad sobrietatē ad Ro. 12. Quia sicut dr Leu. 21. Nasus ni-
mis magnus aut nimis tortus rephendit, & ille q eū habet, à
sacerdotio reprobat. Quia pculdubio ille a deo repudiat, q
nasum discretionis & sapientiæ habet nimis magnū p psum-
ptuositatē, nimis paruum p imbecillitatē, nimis ēt tortū per
prauitatem. vt de talib. psumptuosis & superbis intelligatur
5 illud Sap. 1. Fumus & flatus est narib. eius. ¶ Nasus & odora-
tus aliqn impeditur, ita q nō pōt libere sperare, vel odorare,
aliqn fluxū humorum a cerebro venientem. Aliqn per frigi-
ditatē cōstringentē. Aliqn per caliditatē dissoluentē. Aliqn
p corruptum humorē carunculas interius inficientē, & fęto-
rem anhelitus inducentē. Sic vere odoratum & nasum deuo-
tionis impedit & obturat fluxus cerebri. i. defectus sensus di-
scretionis. Frigus cōstringens. i. torpor desidiæ & cōgelatio
affectiōis. Calor dissoluēs. i. ardor auaritiæ & ambitiōis hu-
mor corrūpēs. i. fętor luxurię & carnalis delectatiōis. Amos
4. Ascēdere feci putredinē castrorū vestrorū i nares vestras.

## De Genis. Cap. 12.

Genæ sont illæ partes faciei q̄ ab oculis protenduntur
1 ad barbā, q a nobis malæ, p p rotundā prominentiam
sunt (vt ait Isid.) nuncupatæ. Sunt igitur genæ illa fa-
ciei pars, in qua apparet summa corporis pulchritu-
do maxime qn cādore cū rubedine psundunt. Quę carnosæ
factæ sunt à natura, vt nutrimentū & calorē sensib. ministra-
rent, & vt frigiditatē ossium tparent. Cādidæ ēt & rubicun-
dę, vt totam faciem adornarent. Et sunt genæ partes cor-
poris in quib. apparent aiæ passiones, qa. s. genæ timore solēt
pallere: pudore solent rubere: dolore solet liuere: gaudio so-
lent splendere, sicut dicit Const. in pāter. Genæ spuałr, signi-
ficat exteriorem cōuersationem, in qua apparere debet mo-
ralis decentiæ pulchritudo. Et ibi debet inueniri carnositas
seu mollities pietatis: rubedo seu ignities charitatis: albedo
seu floritiēs puritatis. Et sic tales genę malæ nominabūtur,
à malis, eo q sicut mala Punica redolebunt. Cā. 4. Sicut frag-
men mali Punici genæ tuæ. In genis ergo conuersationis no-
stræ apparent ad litera interiores aiæ passiones, qa pcul du-
bio ista timorosa pallet per humilitatē: verecūda rubet p ve-
nustatē: dolorosa liuet per desolationē: gaudiosa vero splen-
det per lætam in deo exultationem. Sic igitur de talib. genis
pōt dici aiæ illud Can. 1. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turtu-
ris, collū tuū sicut monilia. Vel si vis per genas sponsæ Chri-
intellige virgines per castitatē candidas, & martyrium rubi-
cūdas &c. sicut supra Esa. 50. Genas meas dedi vellentibus.
¶ In genis consueuit apparere dispositio complexionis &c.
Omitto de quatuor complexionibus quia supra dictum est. 2

## De Barba. Cap. 13.

Barbā sm Const. faciei viri est ornamentum, & neruo- 1
rum in maxillis latentium est contra frigora iuuamen-
tum. Est aūt barba caloris naturalis significatiua viri-
lis complexionis ostensiua, & inter masculum & fęmi-
nam distinctiua. Nascitur. n. barba sicut alij pili de fumo ca-
lido & sicco, qui quia non abundat in complexionib. frigi-
dis, iō tā mulieres q̄ castrati, qui mēbra calida perdiderunt,
vt cōiter, non barbescunt, sicut dicit idē Constantinus. Cū
hō vt cōiter nec est fortis, nec est sapiēs quousq; habeat bar-
bā, vr q per barbā possim moraliter intelligere prudentiam
& fortitudinē virtuosam. Ista est. n. q faciē conuersationis or-
nat, q neruos interioris affectionis iuuat, quæ viros à fęmina-
bus. i. bonos & virtuosos à malis & à vanis distinguit & se-
gregat, & virilis, i. virtuosæ conditionis & calidæ & charita-
tiuæ affectiōis signū portat. Signum. n. est q ille qui barbā. i.
prudentiam & fortitudinem profitetur, vir non mulier. i. vir-
tuosus non fęmineus cōperitur. Vnde de quodam philoso-
pho legi quod cum solitus esset sæpissimè tangere barbam
suam, & peteretur ab eo quare hoc faciebat. Rndit; Vt dum
inquit, tango barbā, virum me esse meminerim. Et ideo tria
sunt genera personarum quæ carent barba ista. i. prudentia
& virtute, videlicet fęminæ, q significant hoies molles & de-
licijs effæminatos: castrati, qui significant hoies peccatores,
& virtute generatiua bonorum operum detruncatos & pri-
uatos: pueri, qui significant hoies ignorātes, imbecilles, & in-
sensatos. Tales. n. a virtutib. & virilitate deuiant & declināt,
& ideo parum in calore charitatis abundant, figurati in ser-
uis Dauid, quos rex Amon debarbauit, sicut dr 2. Regū. 10.
&c. Quia. s. Amon, i. diabolus multum cupit seruos Dauid.
i. Christi, effęminare, & barbam virtutis & prudentiæ eis ra-
dere & auferre. Esa. 15. Ois barba radetur. ¶ Aliqn inueniun-
tur fęminæ valde calidæ complexionis, ita q aliqualiter sūt 2
barbatæ. Aliqn ēt inueniuntur viri frigidi, ita q quā penitus
carent barba. Viri sunt religiosi & clerici, fæminæ vero sunt
seculares & laici. Est igit verū q sæpe accidit q fęminę sunt
barbatiores q̄ viri. i. q multi sunt seculares qui sunt virtuo-
siores & prudentiores quam multi religiosi aut clerici. Hie.
31. Mulier circundabit virum. ¶ Pueri non barbescunt quā- 3
uis sint valde calidi & humidi, cuius ratio est qa materia pi-
lorum transit in augmentum paruulorum. Sic vere paruuli
& simplices seculares, raro per sapiētiam barbescunt. Fumi.
n. suarum affectionum transeunt in augmētum diuitiarum,
non in barbam aut capillaturam virtutum aut scientiarum.
¶ Aliquando inueniuntur pili barbæ crispi reciproci & re- 4
torti &c. dic sicut infra dē pilis. ¶ Barba in senectute cane- 5
scit. Sic sapientia in senectute florescit. Tunc. n. solet sapien-
tia esse pulchrior, & prudenti canitie floridior. Eccl. 25. Quā
speciosum est veteranis iudicium, & presbyteris cognosce-
re consilium, quam speciosa est veteranis sapientia. ¶ Aliquā- 6
do cadunt pili de barba ex humoris corruptione, vt patet ī
leprosis. Aliquando ex caloris defectione & interceptione,
vt patet in castratis. Aliquādo ex humoris calidi & pinguis
diminutione, vt patet in phthisicis. Nam sicut dicit Aristote-
les casus capillorū, similis est casui foliorum arborum, quæ
s. solent cadere quando humor interius solet deficere vel ces-
sare, sicut est in hyeme, vbi humor arboris a ramis reuertit
ad radicem. Sic vere pili virtutum & barba spiritualis sapien-
tiæ deficiūt trib. causis, videlicet, quādo humor carnalis vo-
luptatis per lepram luxuriæ corrumpitur: quando calor cha-
ritatis euanescit & intercipitur, quando humor deuotionis
& gratiæ deficit & consumitur. Humore enim deuotionis
consumpto, calore dilectionis perempto humore etiam in-
terioris affectionis corrupto, necesse est barbam virtutum
deficere, & capillaturam exteriorum operum deperire. &
sic dicitur. Leuitic. 13. Qui leprosus iudicandus erat huic ca-
pillatura defluebat.

De

*De Mandibula.* *Cap. 14.*

1 MAndibula dr̃ à mandendo seu manducando. Sunt.n. mandibulæ ex pluribus duris ossibus compositæ dentibus infixis munitæ, & neruis & lacertis inuicẽ sunt cõnexæ. Quod fuit necessarium pp motus cõtinuitatem, & pp apertionis ad clausulæ necessitatem. Sunt .n. sicut duæ molæ ad conterendum & molendum cibum se mouentes, & nutrimentum toti corpori primariè præparantes, sicut dicit per oĩa Cõstan. Mandibularum in corpore ecclesiæ typum gerunt doctores & prædicatores. Isti.n. officiũ habent cibum doctrinæ terendi & præparandi, & corpus fidelium spũaliter nutriendi, & iõ isti debent esse fortes p cõstantiã, & neruis veritatis connexi per mutuam amicitiam, necnon dentibus.i.verbis discretis & distinctis coniuncti per eloquentiã. Quod ẽt de mãdibula superiori & inferiori.i.de beato Petro & Paulo dici põt, q ita fortes & cõnexi fuerunt, q̃ nunq̃ hoiem timuerunt, imo dentibus.i.inimicos fidei superauerunt. Quorum ẽt cõnexio apparuit cum eodẽ die mortui sunt, vt dicit Thimotheus in epistola ad Dionysium. Vnde ipsis canit. Qui in vita sua dilexerunt se ita in morte non sunt separati. Figurari ergo potuerunt isti in mandibula asini mortui qua Sanson philisteos strauit & fontem de eius molari vt biberet reportauit, sicut dr̃ Iudic. 15. Asinus.n. mortuus fuit Chr̃s, cuius mandibula fuit apostolorum & prædicatorum & doctorum populus. Sanson igitur.i.ecclesia fortis & inuincibilis cum tali mandibula.i.cum pdicatoribus & eorũ doctrina; philisteos.i.demones superauit, & ab ipsis ẽt fontẽ doctrinæ quo potatur quotidie, diuinitus acquisiuit. Vel dic q̃ istæ duæ mãdibulæ significant. Minores & Prædicatores. qui inuicẽ debent esse cõnexi & amici & tñ videmus q̃ magis sunt inuicem inuidi & diuisi. ¶ In mandibulis sunt quędã partes carnosæ, q̃ gingiuæ nuncupant̃, in qb. dentes nõ gignũtur, & firmiter radicantur, & à quibus neruis dentium nutrimenta debita ministrantur, quæ etiam labiorum pellibus, ne
2 indecenter appareant, conteguntur. Gingiuæ istæ quæ sunt in faucibus, possunt mihi denotare virtutem benignitatis, q̃ naturaliter est mollis tenera & carnosa. Ista.n.in ore nostro debet inueniri, & in ea dentes.i.verba fundari, & ibi neruis sapientiæ radicari. Necesse est.n. q̃ dentes & verba in benignitate fundentur, & q̃ quicquid dr̃, cum benigna dulcedine disferatur. Quod maximè ad prædicatores pertinet, p sunt mãdibula & gingiua Iesu Christi, quia sicut dr̃ Eccl. 6. Verbum dulce multiplicat amicos. & mitigat inimicos. ¶ Quemadmo
3 dum gingiuæ diuersimodẽ patiuntur, s. ex humorum corruptione, quæ oris fœtorem inducit, & ex neruorum relaxatione, quæ dentium relaxationem inducit sic veræ gingiuæ siue mandibulæ ecclesiæ, s. prædicatores, q̃nq; duas passiones incurrunt, videlicet coruptionem luxuriæ, & stultiloquium insolentiæ. Ex luxuria.n. quando ipsam incurrunt, fauces totius religionis vel ecclesiæ fœtent, & infames efficiuntur. Quãdo etiam sunt verbosi & garruli, dentes eorum.i. verba, ad multa inhonesta & maximè ad murmurationem & adulationẽ
4 laxãtur. Esa. 33. Laxati sunt funiculi sanitatis ¶ Omne animal mouet mandibulam inferiorem & non superiorem, præter crocodilum &c. Vide de crocodilo vbi inuenies.

*De Labijs.* *Cap. 15.*

1 LAbia sm̃ Isidorum à labendo sunt dicta. Quod autem est superius, labium dicit, quod autem inferius, labrũ vocatur. Sunt autem labia membra mollia subtilia, carnosa, circa dentes posita, & ad impediendum frigidum aerem, ne dentes lædat, inuicem se claudentia, & ad incidendum aerem multum apta. Flexibilia ẽt sunt & mobilia, & tam ad gustandum q̃ ad verba proferendum naturaliter opportuna, sicut dicit Constã. & ẽt Arist. lib. 2. de partib. aĩalium circa finem. Sunt.n. labia de nouem instrumentis voci famandæ necessarijs, q̃a verbũ nunq̃ bñ formaret̃, nisi lingua cũ labijs aliquotiens iungeret̃. Labia ecclesiæ sunt pdicatores vel ẽt pdicatorũ verba, quib. s. mediãtib. lingua dei patris spũssanctus format vtilia verba sua. Isti igit̃ molles, benigni & teneri dñt eẽ, & lux benignitate duritiã dẽtiũ.i. diuinę iustitię rigorẽ dñt reprimere, ipsumq; q̃nq; circumuoluere & claudere & ne pctõres ad desperationẽ terreat, ipsum aliqualiter temperare, sic aerẽ doctrinę intercipere, & materialiter sm̃ auditorũ exigentiã variare. Sint igit̃ molles & teneri p benignitatem, flexibiles & mobiles p sedulitatẽ, rubicũdi & colorati p verecũdiã honestatem, gustantes. s. deuotionis suauitatẽ, & verba formantes p honestæ locutionis vtilitatẽ, se ẽt inuicem claudentes p discretã custodiã & humilitatẽ, & se inuicem cõiungentes per amicitiã & charitatẽ. Et iõ Prouer. 10. Labia iusti erudierunt plurimos. Vel si vis p labia quæ a lambẽdo dicunt̃, intelligo adulatores, qui lambunt leniunt & applaudunt, qui. s. circa dẽtes.i. circa duros & mordaces principes habent hodie locũ suũ. 19. Derelicta sunt tantũmodo labia circa dẽtes meos. Tales n. sunt molles p suauẽ locutionem. Flexibiles per verborum suorum ad voluntatẽ aliorũ mutationẽ & variationem. ps. Labia dolosa in corde & corde locuti sunt. Inuicem se claudẽtes per mutuam inter se cõfæderationẽ. Vocem formãtes & distinguentes p verborũ suorũ fallacium cõpositionẽ. Osculum dantes per falsæ amicitiæ fictionẽ & simulationẽ. vñ in ps. venenum aspidũ sub labijs eorum. Quod. s. venenum facit dormire potatem. sic adulatio &c. Vel dic q̃ labia sunt valde mollia veruntamen duris & acutis dentibus sunt vicina. Sic verè verba adulatorum q̃ multã habẽt flexibilẽ lenitatẽ, sp solent iuxta se habere. dentes.i. detractoriã mordacitatẽ. psal. Gladius i labijs eorũ. ¶ La 2
bia si fuerint rubicunda, significant puram & incommixtam complexionem, si sint liuida, significãt malam corporis dispositionẽ, si sint tremula, significant irã & mentis tribulationẽ. Sic verè bona & pura complexio & conscientia facit verba & labia rubicunda per verecundiam & honestatẽ. Mala vero conscientia ipsa facit liuida & infamia per turpitudinẽ & deformitatẽ. Ita vero ipsa facit turbuta & informia p pręcipitẽ balbutiositatem. Prouer. 16. Mordẽs labia perficiet malũ.

*De Mento* *Cap 16.*

MEntum dicitur quasi mandibularum fundamentum. 1
Constituitur.n. mentum ex duobus ossibus mandibularũ iferiorũ, q̃ ideo mobile fuit factum vt os p ipsum faciliter clauderet̃. Est igitur in merito maxima fortitudo, & faciei ẽt maxima pulchritudo. Tangi enim se per mentum bruta animalia faciliter non permittũt, quia si mentum frangatur, totam feritatem & fortitudinem suam perdunt, sicut de Dauid dicitur. 1. Reg 18. q̃ confregit mentum leonis & vrsi, & eruit eis ouem. Per mentum quod est vltima pars faciei, intelligo virtutem perseuerantiæ. Ista est.n. finis & complementum faciei conuersationis honestæ, & vultus etiam mentis nostræ. Ista est quæ claudit os, quia. s. clausura & complementum totius boni operis est ab ipsa. Ista est totius corporis malis.i. totius cõgeriei virtutum, pars in qua debet vigere maxima fortitudo, quia. s. quilibet summè dẽt studere q̃ in perseuerãdo sit fortis. Nam si tale mentum perseuerantiæ rumpitur, tota mentis fortitudo p nihilo computatur. Si.n. ista perdimus, faciliter demonibus subiacemus, quia sicut dicitur Matthæi. 33. Solum qui perseuerauerit, saluus erit. Nos igitur tale mentum nostrum permittere a demonibus per tentationem palpari non debemus, imo si de rumpenda perseuerantia nos tentauerit debemus cõtra eũ indignari. Quod tamẽ est contra multos, qui nõ sunt sicut quadrupedes, imo sicut pueri, qui tangi in mento non indignantur sed delectantur, quia in humana natura, & maximè i pueris tactus menti signum est amicitiæ & applausus. Sic vere multi sunt q̃ mentum suæ perseuerantiæ tangi permittunt, & blanda diaboli palpatione suam fortitudine perdunt, sicut es Amasæ, cuius mentum Ioab sub specie amicitiæ tetigit, & accepit, & sic eum (loquendo sibi) occidit & decipit, sicut dr̃. 2. Reg. 20. Sic diabolus dũ nobis blandẽ suggerẽdo loqtur mortẽ nobis culpę & pęnę fallaciter machinat̃. Ecc. 12. Labijs suis Idulcorat inimicus, & si inuenerit tps, nõ satiabitur sanguine.

*De Ore.* *Cap. 17*

OS secundum Isidorum dicitur quasi ostiom, pro eo q̃ 1
(vt ait) per os sicut per ostium cibos & spiritum introducimus, superfluitates eijcimus, & verbum proferimus & producimus. Os. o. dicit idem animæ est nuncius, quia quod mente concipimus, ore proferimus. Est tamen or, dicit Gregorius, multis custodijs circuoseptum, scilicet dentibus atque labijs, vt scilicet tot intermedijs clausa mens prius deliberet, & discernat, quàm proferat, & vt verbum prius transeat per limam quam per linguam. Igitur per os possum intelligere locutionem, quæ pro certo mẽ

tis est ostium & ianua, p q̄ educimus verba nr̄a, & in qua masticamus & discutimus cibos sapientiæ & doctrinæ, ut prædicando & docendo auditoribus demus spūalia nutrimenta. Et sic igitur dicū, q̄ os locutionis valet ad eijciendum superflua vitiorum per confessionem, ad masticandum doctrinæ cibaria per disputationem, & ad denuntiandum aīæ dei consilia per prædicationem, dum tamen ibi sint debitæ clausuræ per discretam deliberationem, ne. s. homo vltra debitum indeliberatè prorumpat ad aliquam verbi inordinationē. Eccle. 28 Ori tuo facito ost. a, & seras aurib. tuis. Et sicut videmus q̄ homo inter cætera aīalia paruum habet os, sic ille qui hō. i. rōnabilis est, os modicum. i. modicā locutionem & paucā debet habere, & verborum multiloquio abstinere, sciēs, q̄ in multiloquio non deerit pctm̄, sicut dr̄ Prouer. 10. Et q̄ multis vtitur verbis lædit aīam suam. ¶ Os s̄m Consta. necessariū est in corpore pp corporis nutritionem. Nullum. n. mēbrū in corpore nutritur, nisi primo cibus in ore teneatur. Habet. n. os cibum masticare & ruminare, & tandem ad stomachū transmittere, & inde ad membra particularia deriuare, & cū ipsis incorporare. Talem vr̄ esse prædicator vel doctor. Iste. n. cibum doctrinæ masticat & examinat, & sic membra, i. auditoribus ipsum mittit & deriuat, & inde eos reficit & educat. Veruntā sicut ante alia membra saporem cibi recipit, sic bona doctrina vel scriptura doctori vel prædicatori per deuotionem ante alios sapit, & sibi ptius q̄ auditoribus fructum facit. Apoc. 10. Erat in ore meo tanq̄ mel dulce volumen. & in ps. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. ¶ Os quattuor habet conditiones. Est. n. cōcauum ad cibos continendum. Durum ad cibos masticandum. Neruosū ad ciborū dulcedinē sentiendum. Humidum aūt & saliuosum ad cibos trāsglutiendum. Os quod recipit oēs cibos, significat sensum audiens, qui recipit oēs cibos, & oium verborum terminos atq; modos. Sit igit̄ os istud concauum, vt quę dicuntur, capiat per attentionem. Durum tā, ne cito credat, sed vt oīa masticet & discutiat per discretionem. Sit ēt neruosum. i. sensibile, vt bene sentiat dictorum conditionem. Et tandem sit saliuosum & lubricosum, vt. s. masticata cito degluttiat, & in ventrem memoriæ reponat per retentionem. Matt. 15. Oē quod in os intrat, in ventrē vadit. Veruntā sicut videmus q̄ os cibos receptos, si non sunt boni & sani & sapidi, solet reijcere, alias si ipsos comedat, periculo possunt esse, sic auditus debet verba nisi fuerint vtilia reijcere, & eā ventri memoriæ nō cōmittere, ne forte retenta possint periculum generare, vt sic hō dicat inepto sermone audito illud Apoc. 3. Quia tepidus es, incipiā te euomere de ore meo. ¶ Os est necessarium ad sermonis formationem, & grossarum superfluitatum a cerebro, pulmone & stomacho expurgationem, ad aeris attractionē, & ad cordis inflamationis refrigerationem vt dicit Cōstāt. Sic verè os nr̄m dēt necessario laudē gratiarum actionis & cōfessionis formare, superfluitates vitiorum à capite. i. ab intētione, à pulmone. i. ab affectione, a stomacho. i. a delectatione, per cōfessionē eijcere & purgare, aerē ēt deuotionis & grā dēt per orōnem attrahere, & tentationes & inflamationes mentis suis orōnibus temperare. ps. Os meū aperui, & attraxi spiritum. ¶ Os est nuncius mentis & cordis s̄m Isidorū. Si igitur fidelis est nuncius, nunquam debet mentiri. i. contra mentem ire, nec aliquid dicere nisi quod cor (cuius est nuncius) dictat, exemplo ipsorum de quibus dr̄ Apoc. 14. In ore eorū nō est inuentum mendacium. ¶ Os hōis respectu corporis sui valde est modicum, econtra os ferarum aīalium mirabiliter est apertum, sicut patet de leone & similibus, & ēt de serpente & reptilibus, quorum respectu corporis oris latissimus est hiatus. Sic verè hō. i. persona rōnalis & discreta, debet habere os modicum per rarā & parcā locutionem, & per temperatā comestionē, q̄a sicut dr̄ Prouer. 21. Qui custodit os suum, custodit aīam. Cuius tā cōtrariū faciunt feri venenosi pctōres, qui. s. maximum habent oris hiatum per voracitatem gulosam, per mordacitatē verbosam, & per loquacitatē garrulosam. Ezec. 33. Aperto ore meo nō silui amplius.

## De Dentibus. Cap. 18.

Dentes s̄m græcos dicuntur odontes, quasi edentes, dividentes seu incidentes, vt dicit Isidorus. Vel dicuntur dentes quasi demente. . Demunt. n. semper aliquam cibi partem. Sunt autem in ore viri s̄m Constant. 32 dentes: qui in incisores, caninos, & molares diuiduntur. Incisores sunt primi, qui sunt lati & scindentes. s. anteriores, qui ad incisionem & primam cibi receptionem sunt apti. Canini sunt secundi, qui sunt acutiores, qui bini ab vtroque oris latere sunt coniuncti, & cæteris fortiores ad scindendū & ad perforandum cæteris plus acuti. Molares sunt in tertio gradu, qui sunt dentes fortiores, & ad molendum quicq̄d durum fuerit, duriores. Primi habent vnā radicem, Secundi habent duas. Tertii habent tres. Et in illis est talis ordo, quia q̄ à primis dentibus nō potest præcidi, ad caninos secundos dentes trāsmittitur, & tandem ad molares (vt conteratur penitus) destinatur, sicut distinguit Constant. in pantec. Os q̄d est quoddam claustrum, potest mihi denotare in corpore ecclesiæ domus principū & prælatorum, vbi procul dubio multa cibaria. i. multi simplices diuersimodè comprimuntur. In isto igitur ore sunt dentes. i. familiares, mali, duri, rapaces atque mendaces, qui. s. dicuntur ab edendo, ab incidendo, & demendo. Edunt. n. per gulositatem, incidūt per detractoriam mordacitatem, demunt. s. alijs quicquid habent per rapinam & crudelitatem. Quia pro certo principes & prælati sunt hodie generatio quæ pro dentibus gladios habet, sicut dicitur Prouer. 30. De quibus in psal. Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Istorum ergo dentium, malorum. s. familiarium tres sunt ordines, quia primi sunt incisores, s. parui balliui, qui non faciunt nisi inuadere & incidere, explorare & inquirere si aliquid potest exigi vel haberi. Et isti non habent nisi vnam radicem, quia. s. tales parum sunt infirmi, & cito consueuerunt amoueri. Secundi sunt canini. s. iudices mediocres, qui verè canini dicuntur propter insatiabilem auaritiæ appetitum, qui. s. duas habent radices, quia sunt in statu suo firmiores, & ideo isti ad rapinā sunt acutiores & peiores. Tertij sunt molares. s. propinqui cōsiliarij & magistri, qui à molendo dicuntur, pro eo q̄ omnia demoliuntur, & maximè, quia tribus radicibus plantantur, & quia firmi sunt in statu suo, quia eis creditur, nec facilè mutantur. Funiculus. n. triplex difficilè rumpitur. Eccl. 4. Horū igitur minores, quos non possunt vincere, frangere vel decerpere, mittunt ad caninos mediocres, qui etiam ipsi mittunt quos superare nequeunt, ad molares. Et sic mali plati. & principes possunt figurari in illa bestia Dan. 7. quæ erat similis vrso, & habebat tres ordines dentium in ore suo, & in ipsis dentibus principes tres, qui dicebant ei. Surge, comede carnes plurimas, Expone. Tales enim vrsi. i. principes vrsini, deliciosi. s. & auari & tribus ordinibus dentium, id est familiarium suorum, nihil aliud dicunt nisi, q̄ surgant & comedant carnes plurimas, id est q̄ plures extorqueant subiectorum rapinas emendas. Iob. 41. girum dentium eius fortitudo. Isti. n. dentes diaboli, quibus mediantibus lacerat innocentes. Deuter. 32. Dentes bestiarum immittā in eos cum furore trahentium super terram atque serpentium. Vel dic q̄ os diaboli est tentatio, quæ tres habet distinctiones dentium. i. suggestionū inquantum. s. de triplici concupiscentia solet tētare, & quod vna frangere non pōt, ad aliā solet mittere & vertere. Iob. 16 Infremuit contra me dentibus suis. Vel dic q̄ istud est os detractoris, in quo tria genera dentium & sermonum &c. Dic sicut de mānticora. ¶ Scd̄m Isidorū & Cōstan. dentium numerū distinguit qualitas sexuū. Viri. n. habent plures, & fœminę pauciores. Color ēt dentium, inter ætates solet diuidere, quia iuuenes dentes habent albos, senes autem obscuros & fuscos excepto equo, cuius dentes s̄m Arist. hoc habent proprium, q̄ tpe senectutis albescunt. Per dentes intelligo verba, quæ in ore dn̄t esse ordinata, & aliqua plana, aliqua acuta aliqua, lenia, aliqua, seuera s̄m q̄ negocia requirunt. Viri ergo. i. personæ viriles & prudentes dn̄t plꝰ dētes. i. auctoritatem plus loquendi habere q̄ fœminæ. i. q̄ personæ simplices & imprudentes. Eccl. 32. Loquere maior natu, decet. n. te. Idem dicit apostolus. 1. ad Timo. 2. Mulier in silētio discat. Docere. n. mulieri non permitto. Vel ad litteram dic q̄ plures sermones decent viros quàm mulieres, Cuius tamen est contrarium, quia & mulier, & imbecilles homines præ cæteris sunt loquaces, quia secundum Senecam. Canes insignioi es magis indulgēt latratibus. Dentes ēt isti in iuuentute. i. in spūalis vitæ nouitate, magis solent dealbari p castam & honestam locutionē, q̄ in senectute vitiosa, vbi p certo dētes huiusmodi obscurat & p inhonestā locutionē fames & nigri efficiunt, nisi forte in equis. i. in hypocritis, qui etiā antiqui & mali dentes verborū per fictionē castitatis habent albos & mūdos. Vel per dētes intelliguntur

telliguntur virtutes, quib. a iustis diabolus deuoratur. Istæ
igitur in viris & virtuosis sunt multæ, in fœminis vero defe-
ctuosis valde paucæ. Et infere hic q (sicut dr in historia Hie
rosol. & ponit Vincentius l. 30. c. 44.) ab anno quo crux dñi
per Saladinum capta est, s. & millesimo centesimo octuagesi-
mo septimo, pueri qui nati sunt, non nisi viginti vel viginti
2 duos dentes habent, cũ ante 30. vel 32. habuerint. In quo põt
notari q dentes .i. bona verba vel virtutes sine crucis deuo-
tione haberi non possunt. ¶ Aialia multorum dentium & cõ
3 iunctorum, & rectorum, sunt vitæ longioris, paucorum vero
curuorum, & separatorum vitæ sunt breuioris. Sic verè illi
reges, quorum dentes .i. familiares & iudices sunt ordinati,
multiplicati, per iustitiam recti, & in vita & morib. regulati,
diutius viuunt, & in suo statu magis perseuerãt. Illi vero quo
rum dentes & familiares & populi sunt per rapinam acuti, &
per iustitiã curui, & per dissensiones disiũcti & diuisi, diu nõ
durant, nec in statu, prosperitatis longo tempore perseuerãt
Vel per aialia intellige non reges sed regna, sicut Dan. 4. vbi
per quattuor animalia quattuor regna intelliguntur. Quia ve
rè regna non solent perseuerare, si dentes .i. populi sunt soliti
à iustitia deuiare, & à concordia disgregari. vnde Matth. 12.
Oẽ regnum in seipso diuisum desolabit. Et Eccl. 10. dr q re-
gnum a gente in gentem transfertur propter iniustitias & in
iurias. Vel dic q dentes sunt verba (vt dictum est) quæ si cõ-
iuncta sunt, matura & ordinata, signum est q hõ in statu gra-
tiæ diu viuit. Si vero varia sunt, acuta pungitiua, signum est q
homini iminet breuis vita .i. gratiæ breuis status, quia sicut
4 dr Proue. 10. In multiloquio non deest pctm. ¶ Pueri mutant
dentes & non viri prouecti. Sic verè pueri .i. imbecilles & im
perfecti mutant & variant verba sua, nec in ore habent aliq̃
stabilitatem, vel in promissis vel dictis aliquam veritatis fir-
mitatem. cuius tñ contrarium faciunt viri .i. hoies viriles, so-
lidi atq; veri, quia s. tales solent dentes .i. verba habere solida
& in veritate perpetuo permansiua. Exemplo Moysi, de quo
dr Deut. 34. q centum viginti annorum erat quando mor-
tuus est, & non caligauit oculus eius, & dentes ipsius nõ sunt
5 moti. ¶ Dentes scindentes & acuti oriuntur ante hebetatos
& latos. Dentes acuti sunt verba pungitiua, lati vero verba
sunt modesta & benigna. In multis igitur citius & facilius na
scuntur dentes acuti .i. sermones detractorij & pungitiui, quã
modesti, simplices & bonum non læsiui. Citius .n. discit hõma
lè loqui q̃ bene, qa teste Sene. 2. li. de naturalib. Virtus docto
rem desiderat, sine magistro vitia discuntur. Et sicut vidim⁹
q dens euulsus in iuuentute, iterum renascitur, sic in multis
cum unum verbum cessat & deficit, statim aliud generatur.
6 ¶ Dentes anteriores cadunt & mutãtur, posteriores vero ma
xillares nunquam. Quod accidit, quia primi dentes sunt de-
biliter radicati, posteriores vero bene, sicut supra dictũ est.
Sic verè in ecclesia sancta Dei, illi q sunt anteriores, priores
& maiores. s. ecclesiastici, sunt debiliores in morib. & ad ca-
dendũ per vitia proniores. Posteriores aũt .i. simplices & lai-
ci, q statu & gradu in ecclesia sunt extremi, sunt in fide & mo
7 rib. vt cõiter magis fixi. Vnde illud prædictum Deut. 34. Den
tes ipsius non sunt moti. ¶ Dentes sm Cõstant. multas incur-
runt passiones. Humores .n. corrupti ex malis cibis, per ner-
uos ligamentum dentium descendentes & vermes ibidẽ ali-
quotiens generantes, sunt causa quare dẽtes aliqñ corrũpun
tur, perforantur, fœtent, dolent & delocant. Sic vere humo-
res corruptę affectionis, q corrũpunt neruos sensatæ rõnis
& discretionis, & pducunt vermes mali appetitus & stimula
tionis, sunt cã quare dentes verborũ nrorũ passiones multas
incurrunt. Ex eo de .n. fit q in istis dẽtib. appatet pforatio inui
diæ, fœtor luxuriæ, dolor iracundiæ, & delocatio incõstantię.
Ista .n. oia in verbis nris exterius a malis mentis affectionib.
gñantur, qa sm prauitatẽ voluntatis verba exterius varian
tur, iuxta illud Luc. 6. Ex abundantia cordis os loquitur. Vel
si vis, p dẽtes intellige fideles, q in maxillis fidei radicati, mul
8 tis qũq; vitijs deprauãtur. ¶ Dentes aliqñ stupescunt, & quasi
sensum amittunt. Quod qoq; cõtingit ex frigiditate neruos
sensibiles spasmante, ut ex niue uel glacie neruos dentiũ con
stringente. Qñq; ẽt cõtingit ex fructu acido uel acerbo intus
neruos sensibiles penetrante, & sensum neruorum taliter im
mutante, q ẽt bonos cibos est sibi difficilè degustare. Dẽtes
oris, in scr pura affectiones mẽtis significat, q. s. more dẽtiũ
infra sub labijs .i. sub verbis abscondunt. Isti igitur qñq; stu-
pescunt, & sensum deuotionis & gustus cœlestis delectationis
amittunt, & cibos bonorũ spũalium contemnunt. Quod pro
culdubio fit quando niue & glacie diabolicæ tẽtationis strin
guntur, & quando fructibus acerbis bonorum temporalium
satiantur. Ezec. 18. Qui comederit vuam acerbam, obstupe-
scent dentes eius. ¶ Dentes igitur sunt duri, albi, acuti, radica 9
ti, in carne nascentes, & tamen a carnis conditionibus alieni,
labijs clausi, neruis colligati, & sibi inuicem coaptati, & cor
pori nutriendo necessarij, & uoci formandæ & risui faciẽdo
mirabiliter opportuni. Dentes Christi sunt uiri iusti. unde si-
bi dr Cant. 6. Dentes tui sicut greges ouium, quæ ascundunt
de lauacro. Tales igitur Christi uel ecclesiæ dentes, & maxi-
mè prædicatores, quibus mediantibus Christus manducat .i.
sibi per charitatem incorporat peccatores, (iuxta illud Io. 3.
Ego cibum habeo manducare quem uos nescitis &c.) debẽt
esse albi per castitatem, acuti per seueritatem, duri per con-
stantię stabilitatem, radicati per fidei firmitatem, de carne na
ti, nõ carnaliter uiuere per uitæ spũalis sanctitatem, inuicem
coaptati per concordẽ fraternitatem, ligati per charitatem,
labijs uelati per humilitatem. corpus ecclesiæ nutrire p do-
ctrinæ ueritatem & per clementię pietatẽ, uocẽ facere & iu-
uare p diuinæ laudis alacritatẽ, risui ẽt comparari per spei cœ
lestium iocunditate. Eccl. 19. Risus dentium & ingressus ho-
minis, denunciant de illo. ¶ De dentib. uide multa in tractatu 10
de aialibus in generali, & in multis alijs titulis animalium.

*De Lingua. Cap. 19.*

LINGVA sm Isidorum dr a ligendo vel a legendo. Est
.n. instrumentum gust⁹ & locutionis, & iõ cibos ha- 1
bet lingere, & verba legere. Est autem lingua natu-
raliter mobilis, carnosa, porosa, neruosa, oblonga,
plana rubicunda, subtilis, tenuis, mobilis, & acuta, loco tñ cõ
cauo & humido sita, & sicut in carcere posita, labijs & denti-
bus circũsepta, vocũ est informatiua, saporũ discretiua. aiæ in
terpretatiua, & p humorẽ saliuæ totius corpis humectatiua
Lingua Christi in suo corpe mystico ecclesię est pdicator vel
ẽt doctor, Vel ẽt lingua est quælibet bona psona locutioni
diuinæ laudis principaliter deputata, sicut præcipuè sunt cle
rici & religiosi. ps. Lingua mea calamus scribæ. Talis igĩr lin
gua debet lingere, & legere, quia scilicet, ipsa debet esse
instrumentum gustus & lecturæ deuotionis, & vocis lectu-
ræ orationis, prędicationis, confessionis, & gratiarum actio
nis. Debet enim inter cibos bonorum temporalium, & cor-
poralium & spiritualium, discernere, & loquelam spiritua-
liũ & salutarem deo & hoibus promere, voluntatem ipsius
aiæ .i. ipsius dei iterpretari & dicere, & vocẽ suã articulati &
ordinatè proponere. Proue. 15. Lingua sapientiũ ornat sciam
Et saliua bonæ doctrinæ vel diuinæ gratiæ, ecclesiã vel aiam
humectare, vt sic de tali lingua dicat ecclesia illud Es. 50. Dñs
dedit mihi linguã eruditã. Igĩr dico q talis debet esse mollis
& carnosus per benignitatẽ, porosus & penetrabilis per pie
tatẽ, neruosus & sensibilis per sagacitatẽ, oblõgus aliquantu-
lum per deliberatiuã maturitatẽ, planus & simplex per oĩ mo
dam veritatẽ, rubicundus & sanguineus per verecundam ho
nestatem, tenuis & subtilis per spũalẽ paupertatẽ, mobilis &
vertibilis per diligentem sedulitatẽ, acutus ẽt & more gladij
formatus per locutionis seueritatẽ, i loco humido situs p de
uotionis & gratię suauitatẽ, detentus & circunseptus, ligatus
& incarceratus per dei mandatorũ circularitatem. Quia pro
certo cũ hõ multas hẽat grãs & virtutes, necesse est vt car
cere diuini timoris minis disciplinæ & mandatorũ dei & pla
torũ ligeẽ, ne per inanẽ gloriã dilatet, & ne exterius ad mun-
di delectabilia pl⁹ debito plabaẽ. ps. Dixi, custodiã vias meas
vt nõ delinquã in lingua mea. Vel dic q lingua est locutio cu
iuslibet viri iusti, quæ pculdubio debet esse mollis & beni-
gna, neruosa & sensata (quia ex neruis puenit sensus & mot⁹)
oblonga & moderata, rubea & verecunda, tenuis & humilis
mobilis & subtilis, acuta etiã aliquoties & seuera &c. per oia
sicut supra incarcerata ẽt debet esse, ne. s. nimis effluat per ex
cessiuã verbositatẽ. ps. Lingua mea adhæsit faucib. meis. Vel si
vis oia ista potes exponere de malis & loquacibus, vel ẽt de
eorum locutionib. Ista .n. sciũt verba sua mirabiliter formare
& quæ ab aia .i. viris spũalibus excogita sunt mirabiliter in-
terpretari, & variè ordinare. ps. Linguis suis dolosè agebãt. Et
saliua peruersæ suę doctrinæ totam patria humectare. Igitur
talis lingua est mollis p adulationẽ, porosa & bibula p pprij
cõmodi appetitionem, oblonga & non quadrata per fallacẽ

dissimulationem subtilis & tennis p cautelosam cauillatio-
nē.gladialis & acuta p detractionē & pforationē.ps. Lingua
eorū gladius acutus.Mobilis aut plicabilis & varia per māda
torū circūuolutionē.ps.lingua cōcinnabat dolos.Rubea,san-
guinea & carnosa,per vilē & carnalē de pctis carnalibus mē
tionem.ps.Sagittæ paruulorū factę sunt linguæ eorū.Vel dic
q lingua diaboli est malus aduocatus,vel eius fallax locutio.
psa.Linguis suis dolosè agebāt,venenū aspidū sub labijs eorū.
Quod ēt de detractoribus pōt dici,qui sunt molles & plica-
biles adulando,acuti aūt & mordaces detrahendo &c. sicut
2 supra.¶ Linguæ aliquorum aialium medicinales sunt , & ali-
quæ venenosæ. Medicinalis.n.est lingua canis,quod accidit
vel ex cōplexionis bonitate,vel ex aliqua occulta ꝓprietate
Venenosa ēt est lingua serpētis draconis,& rabidi canis.Ca-
nis.n.rabidus lingua sp habet extra os,& sp stillat venenum,
quod ita inficit aquam vbi cadit , q hō inde bibens efficitur
rabiosus,Lingua serpentū sm Aristote.li.de aialibus , liuida
est acuta & malitiosa,& pp acutum sumū veneni in motu est
velocissima.Sic vere lingua & locutio in aliquibus est bona,
& in aliquibus mala.Ex lingua.n.pōt prouenire sanitas & ve-
nenum,vita & mors,bonū & malum.Prouer.18.Mors & vi-
ta in manibus linguæ. Quidam.n.sunt qui hñt linguam medi
cinalē & bonā,sicut sunt viri iusti,qui lingua & verbis alios
per bonā doctrinam & eruditionē sanant.Prou.12.Lingua sa
pientium sanitas. Et potissime tales debent esse canes.i.præ-
lati & pdicatores,qui gregis dnici sunt custodes. Quidā aūt
istam linguā habent venenosam,i.serpētina & rabidi pctōres,
qui.s.lingua & locutio taliū p suas malas exhortationes inue
nenat,& ad diuersa vitia eos pirahit & inuitat , cōtra illud.
psa.Prohibe linguam tuam a malo,& labia tua ne loquantur
dolū , Linguā.n.talium sp solet per multiloquia exempla os
aperire,venenum verborum malorum vomere, & acutaper
detractionē & punctionem esse psal.Acuerūt linguas suas si
cut serpentes.Et ēt maculosa, nigra,infamis & immunda so
let videri,& veneno malitiæ velocissimè p mendacia &, ver
bositatē moueri & p duplicitatē velociter agitari , nō aduer
tens quod Dauid dicit in psal. Disperdat dñs vniuersa labia
3 dolosa,& linguā magniloq.¶ Lingua serpētis dū viuit serpēs
est venenosa,cū vero serpēs mortuus fuerit lingua separata
& siccata,venenum perdit,& contra veneni præsentiā suda-
re consueuit. Et idcirco talis lingua reputatur vtilis & præciosa,
licet primitus fuerit venenosa.Tales serpētes significāt hoies
pctōres,qui dum viuunt.s.in pctō,linguam & locutionem ha-
bent multipharia venenosam,quia.s.verba mala & venenosa
euomunt,quibus auditores inficiunt & corrumpunt,iuxta il-
lud.Corrumpunt bonos mores colloquia praua.Sed verè qñ
tales spūaliter moriuntur,& qñ per pænitentiam mortificant
(iuxta illud.2 Ad Corin.6.Quasi morietes,& ecce viuimus)
tunc lingua taliū efficitur non venenosa,& contra venenum
pctorum multipliciter pciosa, quia.s. cōtra pctm̄ solet sudare
& clamare,& venenum culpæ hoi prodere & monstrare.Vñ
4 illud prædictum lingua sapientium sanitas.¶ Lingua contra
hit qñque multa vitia in loquendo,Qñque.n.efficitur muta,
quod fit vel ex aliquo corrupto humore linguam inficiente
vt est qñ apostema ligat linguæ neruum, vel ex cerebro ali-
quod vitium contrahente,& sensum motus linguæ debitè nō
influente.Sic verè lingua multorū muta efficitur a prædican
do & docēdo,& hoc accidit vel ꝓpter proprium vitium,vel
pp vitiū cerebri.Proprium.n.vitiū est qñ vt cōiter est ifecta hu
more & apostemate pctōrum,& iō omittit loq & prædicare
sciēs q nihil posset boni dicere quin cōtra se loqueret. Vitiū
aūt cerebri,est defectus sciæ q a cerebro & a rōne venit. Ista
n.duo faciūt hoiem mutū,& ab vsu linguæ & prædicationis
officio alienū.Eze.3.lingua tua adhærebit palato tuo. ¶ Lin-
gua loquēdo efficit balbs,vt qñ hō nescit ad plenū cito verba
formare.Et hoc fit pp linguæ nimia humiditatē , vt in ebrijs.
Vel sm aliquos ꝓpter nerui linguæ breuitatem , qui ad finem
linguæ non est extendens facit hoiem balbutire.Quæ ēt cau-
sa est quare ho efficitur traulus.i.quare aliquas literas dicere
vel formare nescit sicut.r.vel.g.Sic vere illi qui sunt nimis hu
midi per carnalitatē deliciarū,& qui ēt neruum scientiæ ni-
mis habent breuem,ita q a cerebro rationis non recipiunt
plenè sensum,nō solent habere rectā vel honestā locutionem
nec bene formatā vel discretā eruditionē vel prædicationem
Tales,n.in rebus spūalibus balbutire possunt , sed non loqui.
qa sicut dicit Seneca.Mirum est fortiter aliquid dici ab hoie

mollitię pfesso.¶ Lingua aliqñ efficit nimis celeris.Quod ac-
cedit qñ nerui linguæ nimis sunt lōgi,ita q extremitatem lin 6
guæ attingūt,vt dicūt quidā.Sic verè illi qui neruū in quo est
sensus habēt nimis longū i.illi qui nimis abūdāt in sensu suo
solent nimis esse celeres in sermone,hoc est dictu q tales ni-
mis solēt esse prōpti ad loquēdū , & ad verba superflua pferē
dum Esa.32.Lingua balborū velociter loquetur.¶ Lingua ali 7
qñ apostemate intumescit,aliqñ corrupto humore grauescit,
aliqñ ulceribus laceratur , aliqñ propter mentis captionem
locutione priuat,sicut patet in phrenesi.Sic verè locutio ali-
qñ patit apostema superbiæ.Esa.28.In loqla labij & lingua alte
ra loquar.Aliqñ putredinē luxuriæ.Aliqñ vlcera inuidiæ.Ali
qñ mentis captionem malitiæ.His.n.uitijs locutio deprauat,
& per elationem,iactantiā,adulationē,detractionem,multi-
pliciter maculatur.Iac.3. Lingua ignis est,& uniuersitas ini- 8
quitatis.¶ In principio linguæ sunt duæ venæ,quę saliuales di
cuntur,a quibus saliua egredit.s qua & lingua & os humecta
tur, & ciborū siccitas tpatur Est aūt saliua humor insipidus,
inter gustum & suum obiectum medius,quia.s.nullus rei,sa-
por sentitur nisi qñ per saliuam gustui præsentatur , vt dicit
Constan.Saliua significat gratiam dei. Ista.n.in hoie nascitur
a duabus venis & duobus principijs pceptis , quæ sunt,decli
nare a malo , facere bonum.Talib.n.venis saliua gratiæ in no
bis oritur a qua os cordis spūaliter humectat, & qua median
te gustus deuotionis in saporibus ciborum spūalium delecta
tur.Constat.n.q nisi mediante gfa diuina,cibus doctrinæ vel
eucharistiæ gustui affectionis per deuotionem non sapit,nec
in ventrem conscię faciliter labitur aut descendit.Ista autem
mediāte cibus doctrinæ ab auditoribus transglutitur, & sa-
por in documentis spūalibus inuenitur.Iō in persona pecca-
toris dicebat Iob.7.dicēs.Vsquequo non parcis mihi,nec di-
mittis me vt glutiā saliuā meam?Et sicut saliua hominis mors
est serpentis sm Ambrosium & Basilium in hexamero, sic di
uina gratia mors est spiritualis hostis.¶ Qñ hō emittit sputū 9
seu saliuam sanguineam fetentem & saniosam signum est q
pulmonem habet corruptum & uulneratum, sm Constanti.
Sic uere qñ homo de ore uerba, infecta inhonesta,sanguinea
& carnalia,saniosa & detractoria emittere consueuit,signum
est q pulmo suæ affectionis interioris diuersis vitijs est cor-
ruptus.Sicut.n.dicitur Matth. 15.Ex abundantia cordis os
loquitur.& Marci 7.dr̄ q de corde exeunt adulteria,fornica
tio.¶ Saliua & sputo intus retentis & nō euacuatis,est aliquo 10
tiens causa mortis,sicut patet in phthisicis, q uulnerato pul
mone,sputo saliua seu phlegmate a cerebro defluente, cū ip
sum expellere nequeunt,suffocantur.Sic qñ sputum & saliua
peccata à cerebro.i.a cogitatione & imaginatione descēdit
ad pulmonem affectionis,ipsamq; ulcerat per consensum os
si per confessionem possit eijci,necesse est per mortem æter
nam hominem suffocari.&c.uide supra de phlegmate.

## De voce. Cap. 20.

Vox est aer tenuissimus ictus plectro linguæ, & mul-
tis instrumentis naturalibus formatus.Ad formatio 1
nem.n.uocis multa requiruntur , & potissimè pul-
mo,aspera arteria seu canales gutturis, dentes,lin-
gua,labia, vua. Et est vua membrum in gutture quod usum
aeris habet dilatare uel restringere,& aeris emissionem tem
perare,& ne ultrà debitum effluat,ipsius exitum moderari,
& sic vua mediante solet homo vocem uel diminuere, uel
augere,sicut dicit Constantin.in pant.Vox est locutio viri iu-
sti,cuius proculdubio aer id est spiritus sanctus materia de-
bet esse,& diuersa instrumenta uirtutum,formam debent &
efficaciā sibi dare.Inter alias aūt virtutes quę in locutiōe &
uocis platione necessariæ sunt,summè necessaria est una,pec
q intelligo discretionē,qa.s.ista est q uoci debet imperare,&
ea vel emittere vel tenere,qa.s.qñ est necesse, debet ipsam la
tè facere discurrere.ps.Eleuauerūt flumina uocē suā. Qñ ue
ro necesse non est,tūc debet sibi uiā claudere,& ipsam inter
secreta gutturis cohibere. Naum.1. Nō audietur vox nūcio
rum tuorum.Vltra istud ēt verum est non solum de locutio-
ne cōi,imo ēt de prædicatione,quia.s.istam qñque, debemus
effundere & qñque( ne fastidiatur)eius morem ipsius cohibe-
re.¶ Canales gutturis, & folliculi pulmonis,instrumēta suo
vocis,qui si lenes & temperati fuerint,dulcem & temperatā 2
& æqualem reddunt uocē.Si uero asperi fuerint & plus debi
to lati,uel stricti,uel distorti , tunc grauem uel exilem uocē
faciunt,

faciunt, vel inæqualem, dissonam, seu turpem, sicut dicit Cō-
stantinus. Carnales isti sunt prædicatores, qui vna cum pul-
mone aerem emittente. i. cum spiritu sancto scientiam & gra
tiam infundente, & cum lingua suæ eloquentiæ verba exte-
rius differente, vocem prædicationis habent emittere, & per
ipsam auditorum animos informare. psa. Dabit voci suæ vo-
cem virtutis. Si igitur isti carnales. s. prædicatores, sint lenes
& suaues, temperati & iusti, & vitiorum superfluitatibus non
grauati, tunc vox, prædicatio & doctrina eorum auditorib.
dulcis erit, consona & amica. Talem. n. solent libenter audi-
re, & eius vocem diligere & haurire, dicentes, Can. 2. Osten-
de mihi faciem tuā, sonet vox tua in aurib. meis. Vox. n. tua
dulcis, & facies tua decora. Sed verè si tales carnales. i. prædi
catores sint mali, & in morib. vitiosi & asperi, & vltra debi-
tum per transgressionem disciplinæ elati, vel ēt in seueritati-
bus & singultib. nimis stricti, & per vitia deuij & distorti, tunc
dico vox istorum, doctrina & eruditio non est grata, sed au-
dientib. dissona, contemptibilis, & inepta. Tales. n. non liben-
ter audiuntur, voces suæ doctrinæ ab oīb. contemnuntur. &
hoc, quia teste Gregorio, loquētis auctoritas perditur, qn̄ vox
opere non iuuatur. ¶ Pulmo sm̄ Arist. est primum vocis susce
3 ptibile, & ideo sm̄ ipsum, nullum animal carens pulmone &
lingua, habet vocem. Vnde dicit q̄ musca, locusta & similia,
non habet vocem, licet sonum faciant non cum ore, sed cum
alis. s. stringendo aerem cum alis circa corpus cuius certum
signum est, quia talia animalia sonum talem faciunt volādo,
& nūquam quiescendo. Pulmo qui deseruit cordi, significat
scientia, lingua vero denotat eloquentiā. Ista igitur duo sunt
in voce. i. in prædicatione & bona eruditione necessaria, quia
pro certo illi qui carent eisdem, nunquā articulatim vocife-
rant, dato q̄ more muscarum sonos multos faciant, & multa
inutilia verba promant. ps. In oēm terram exiuit sonus eorū.
4 ¶ Ranæ sm̄ Arist. li. 4. plus vociferant de nocte q̄ de die. Sic
vere mali magis gaudent, cantāt & vociferant &c. exultant in
nocte & obscuritate vitiorum, & de rebus malis & vitiosis,
q̄ de die. i. q̄ de rebus spiritualibus & honestis. Prouer. 2. Qui
dimittunt iter rectum, et ambulant, vias tenebrosas, qui lætā
5 tur cum male fecerint, et exultant in rebus pessimis. ¶ Aues
parui corporis magis vociferat q̄ aues magnæ. Aues etiā ma
sculæ vociferant, non fœmellæ. Quod maximè verum est in-
ter coturnices et gallos, vbi masculi, non fœminę cantant, vt
dicit ibidem Sic verè illi q̄ sunt parui per humilitatem, ma-
sculi per vtilitatem, solent per orationem, confessionem, prę
dicationem, et gratiarum actioné, melius canere, q̄ illi q̄ sunt
fœminæ per molitiem deliciarum uel sunt magni per altitu-
dinem eminentiarum. Constat. n. q̄ parui, simplices, et paupe
res, Deo voces prædictas abundantius emittunt, q̄ illi q̄ præ
lati vel clerici uel aliter magni sunt. Eec. 46. Exaltauit uocem
suam de terra. Vel dic econuerso, q̄ illi qui in scientijs et me
ritis sunt minores, sunt cōiter in uerbis et locutionib. am-
pliores. Quia illi qui minus ualere noscuntur, ad uocem gar
rulitatis iactātiæ et adulationis altius efferuntur, iuxta illud
Senecæ. Imbecilliores canes magis indulgent latratib. ¶ Gal
6 lus sm̄ Arist. ibidem, post uictoriam uociferat. Etiam quæcū
que auis canora, cum satiata fuerit, magis cantat. Oē etiā ani
mal generationis tp̄e magis clamat. Ille autem qui uim gn̄a-
tiuam perdit, sicut est castratus, suę uocis resonātiam mutat,
et imbecillius uociferat, q̄ antea faciebat. Sic uerè cum uicto
riam contra tentationes acquirimus, cum in satietatem bono-
rum spiritualium et etiam terrenorum accipimus, et cum
generationi bonorum operum intendimus, nos procul du
bio uociferationi orationis, laudis, gratiarum actionis, magis
insistere debemus. Ps. psallite dño in uoce tubæ, psallite dño
in cithara. Illi. n. qui uirtute generatiua, et bonorū operum p
ductiua. i. gratia Dei castrati et priuati sunt, spiritualium un-
cum prædictarum fortitudinem perdunt, et in se spiritualiter
uociferando uani et exiles statim fiunt. Quod iam apparet in
multis peccatoribus, qui Deum laudando, orando uel prædi
cando non uociferant, imo exiliter et imbecilliter deo can-
tant, et fœminaliter uoces mittunt. Hie. 16. Auferam de loco
isto uocem gaudij et lætitiæ, et uocem spōsi et uocem spon
7 sæ. ¶ Vox acutior est in iuuenibus et in fœminis, q̄ in senibus
aut in uiris. Iuuenes. n. et fœminæ propter debilitaté mouēt
paucum aerem, et ideo acutiorem sonum faciunt. Viri uero
et senes multum aerem mouent propter fortitudinem ner-
uorum et lacertorum et grossiorem sonum emittunt, ut di-
cit Arist. ubi supra. Sic uerè, illi qui sunt fœminæ. i. molles et
deliciosi pueri et imbecilles, ignorantes et defectuosi, solent
ut cōiter acutius et altius loqui et uociferari, et paucum ae-
rem. i. paucam sciam uociferando et loquendo mouere et at
tendere, et ideo acutius et citius et indeliberatius uerba fari.
psa. Dedit abyssus uocem suam, altitudo manus suas leuauit.
Illi uero qui sunt uiri. i. uirtuosi et uiriles, et qui sunt senes
id est maturi & prudentes, in loquendo solent plus de aere
sapientiæ ponere, & vocem suam maiore deliberatione tar
dare. Et ideo tales grauiorem, maturiorem & prudentio-
rem vocem emittunt, & non acute vel incompositè verba
promunt. Quia breuiter loquendo, prudentes solent graui-
ter, depressè & maturè loqui, fatui vero & ignari solent acu-
tè & effeminatè profari. Vnde de bonis pōt dici illud Eze. 1.
cum fieret vox super firmamentum, submittebant cherubin
alas suas. Cherubin. n. i. viri spūales debent elationis alas sub
mittere, qn̄ habent vocem in firmamento ecclesiæ formare.
¶ Vox qn̄ est grauis, rauca, aspera & dissona, valde est vitupe 8
rabilis & nociua, & discordiæ inharmonia generatiua, & au
ditus audientium grauatiua. Vox. n. vnius si sit dissona, mul-
torum bene canentium turbat harmoniā. Sic verè vox malo
rum aspera & iniuriatoria, rauca detractoria, dissona, & tur
batoria, acuta & iactatoria, non est bona, sed potius odibilis
atque vana, & i harmonia vnius concordis societatis est dis-
sensionis & discordiæ causatiua. ¶ Tales igitur voces malorū
bonis nō sunt gratæ nec amabiles, sed potius tristes, odiosæ
& turbabiles. Ezechiel. 16. Desolata est terra a voce rugitus
eius. Vel expone de voce hereticorum, quæ est horribilis, &
nociua &c. Esai. vigesimonono. Vox phitonis vox tua. ¶ Vox 9
dulcis, consona & ordinata, multas habet laudabiles proprie
tates. Est enim dulcis vox & melodia tristiū lætificatiua, amo
ris excitatiua, laboris subleuatiua, passionum animæ expres
siua puritatis complexionis ostensiua, laudis & præconij ac-
quisitiua, affectionum animæ immutatiua, ad prælium exhor-
tatiua, & mentis de timore ad audaciam, de ira ad elemen-
tiam, de auaritia ad largitatem & munificentiam conuersi-
ua, volucrum ad laqueum vocatiua, & ipsarum ad mortis pe
riculum perductiua, demonum effugatiua, sicut patet in Sau
le. 1. Reg. 16. & multarum ægritudinum lenitiua, sicut patet
in mente alienationis phreneticis, qui sæpe per melodiam ad
mentem redeunt, & ad sanitatem animi reuocantur. Talis est
vox diuinæ laudis, & bonæ eruditionis, & prædicationis. Ta-
lis vox n. solet tristibus & desperatis consolationem & spem
immittere, amorem & deuotionem in deum excitare & ac-
cendere. & oē. n laborem & tribulationem per patiētiam sub
leuare. Hiere. 11. Ad vocem loquelæ grandis exarsit ignis. Itē
ista solet passiones animæ ac defectus, & vitia mentis expri-
mere, complexionis. i. conditionis bonæ & virtuosæ signum
esse, & apud deum & homines laudis præconium vendicare,
quia. s. ille qui bene prædicat, & qui solenniter deum laudat,
a cunctis audientibus famam & præconium reportat. Dicit.
n. quilibet illud Cantic. 5. Vox delecti mei pulsantis, aperi mi
hi soror mea. Congratulando etiam dicunt illud Cantic. 2.
Vox turturis audita est in terra nostra. Item ista solet affectio
nes audientium immutare, & ad litteram mentem de ira ad
clementiam conuertere, & ad non timendum pro Christo
mortis periculum animare, sicut patet de illis qui se ad ver
ba prædicatorum martyrio pro Christo vel p republica ex-
ponunt. psal. Dedit vocem suam, & mota est terra. Item ista
vox solet demones effugare, & infirmitates pc̄ti sanare, & mē
tem a deo alienatam, ad sanitatem gratiæ reuocare, & gaudi
um spiritus in aīa generare, vt sic dicatur illud psal. Ecce da-
bit voci suæ vocem virtutis, date gloriam deo sup Israel. &c.
Vel dic q̄ vox dei patris est Christ9: vel etiam vox Christi est
ipse prædicator Matth. 3. Ego vox clamantis in deserto. Ta-
lis igitur vox lætificat per consolationem, excitat amoré &
deuotionem &c. Per omnia sicut supra. Vel dic q̄ talis vox
est planctus vel contritio, oratio vel confessio, quæ scillcet
deo vel sacerdoti passionem animæ. i. peccata exprimūt, amo
rem dei & sanctorum excitant extrahunt, & angelos lætificāt
demones fugant, & spirituales morbos sanant, & mentem ad
ad sanitatem & gratiam reuocant & restaurant. Vnde in psa.
Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum. Vel dic
q̄ talis vox est gratiarum actio, quæ benefactoré solet lętifi-
care, & amorem eius ad amplius excitare, affectioné, immu-
tare, & bonæ cōplexionis, & gratæ intētionis signū esse &c.

sicut

ſicut ſupra ¶ Secundum Pli li. 11.c.51. Pueri qui celerius lo
qui inci piunt, tardius incedunt & cõtra illi ſolent citius ince
dere, qui tardius fari cœpere. Dicit ẽt ꝙ puerũ nimis cito lo-
qui, malum eſt ſignum. Vnde ait ꝙ Crœſi filius i crepũdijs lo
cutus eſt. Ex quo prodigio ſecutum eſt ꝙ totũ illud regnum
periit, ſicut dicit. Idẽ ponit Haliabel ragel li.4.c.1.vbi ẽt de
mirabilibus ponit ſic verè moraliter loquẽdo, illi qui ad lo-
quendum ſunt celeriores & promptiores, ſunt vt cõmuniter
ad inceſſum bonorum operum tardiores. Et econuerſo illi
pueri & iuuenes citius incipiunt per bona opera progredi q
tardius maturius volunt loqui. Quia pro certo ibi tard⁹ eſt
inceſſus bonorum operum & virtutũ, vbi nimis accelerat co
pia verborum loquacitasq; ſermonũ, quinimo, ſi pueri & iu
uenes citius quàm deceat loqui volunt, totum regnũ ſuæ fu-
turæ perfectionis deſtruunt & ſubuertunt. Bene ergo docet
Iaco.1. Sit oĩs hõ velox ad audiendum, tardus autẽ ad loquẽ-
dum. Ideo benè dicitur illud Eccl.32. adoleſcens i cauſa tua
loquere vix Vel dic contra illos qui nimis cito promittunt,
quia vt communiter tardius ad reddendum incedunt, & ecõ
21 tra. Figura de duobus filiis, quorum qui primus Ite in vineã
promiſit, tardius, imo nunquam illuc iuit. ¶ Item idẽ Plinius
ibidem dicit ꝙ vox in homine magnam vultus habet partẽ,
agnoſcimus.n. eam antequam cernamus, nõ aliter quam ocu
lis. Totidem ſunt eẽ quot in rerum naturã mortales, & cuiq;
ſua propria, ſicut facies. Sic ꝓcul dubio eſt de locutione. Vt
communiter.n. iſta eſt quæ habet magnam partem vultus.i.
notitiæ conditionum noſtrarum, quia.ſ. ex verbis noſtris co
gnoſcitur quid in corde vlterius cogitetur. Quilibet.n. habet
ſuam propriam vocem i. ſuum proprium modum loquendi
per quem mores ipſius cognoſcuntur, quando cum diligen-
tia attenduntur Matt.12. Ex abundantia cordis os loquitur.
Et eiuſdem.26. Nam loquela tua manifeſtum te facit. ¶ Item
22 idem ibidem ait ꝙ aliqua animalia in aliquibus locis ſunt mu
ta, quæ in alijs ſunt loquacia, ſicut exemplificat de apris & de
ranis quæ in Macedonia mutæ ſunt, quæ tamen alibi voces
edunt. Cicadæ etiam in Rhegino agro Italiæ ſunt mutę, quæ
vbiq; alibi ſunt clamoſæ. Sic verè multi ſunt qui in vna patria
ſunt verboſi, in alia vero muti, & qui vbi timent, muti & pa-
tientes eſſe noſcuntur, iuxta illud. Ego autem ſicut ſurdus
non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum. Qui ta
mẽ quãdo ſunt in loco vbi nihil timent, vocibus iactantijs,
deriſionibus & inanibus letitijs efferuntur. Ezech.33. Aper
to ore meo non ſilui amplius.

## *De Gutture. Cap. 21.*

1 GVTTVR eſt extremitas canaliũ pulmonis, vt dicit
Conſtan. Et eſt guttur membrum longum, concauũ,
chartilaginoſum, in duabus extremitatibus latũ. &
in medio magis ſtrictum, tribus canalibus compoſi-
tum, & ad triplex officium deſtinatum. Guttur.n. habet cibos
in corpus traijcere, vocem perficere & aerẽ attrahere & eijce
re, vt dicit idem Conſtan. Guttur corpis eccleſiæ eſt prælà-
tus vel etiam ꝓdicator, vel quilibet religioſus, vel iuſtus. De
quo in pſal. Exultationes dei in gutture eorum, & gladij an-
cipites in manibus eorum. Talis.n. debet eſſe concauus per hu
militatem, longus per perſeuerantiæ longanimitatem, carti-
laginoſus & durus per patiẽtiæ firmitatem, in extremis.ſ. quã
tũ ad exteriores, latus per charitatem & libertatẽ. In medio
vero q̃tũ ad ſe ſtrictus per pniam & abſtinentiæ parcitatem.
Canalibus tribus compoſitus per fidei ſanctæ trinitatis veri
tatẽ, vel tribus canalibus per virtutum theologicarum trini
tatem, vel per votorũ religionis triplicem obligationẽ. Et ad
triplex officium deputatus, per triplicem quã facit hoibus vti
litatẽ, quia.ſ. ille habet corpus eccleſiæ cibo doctrinæ vel ele
moſynæ paſcere, aerẽ deuotionis attrahere, & in alios refun-
dere, & vocẽ diuinæ laudis promere, & diuerſos ſonos diul-
næ doctrinæ alijs eructare. Prouer.8. Veritatem meditabitur
guttur meum &c. Vt nũc de tali gutture dicatur illud Cantic.
5. Guttur eius ſuauiſsimum, & totus deſiderabilis. Vel dic ꝙ
guttur eſt locutio prædicatoris, quæ debet eſſe alijs lata, & ſi
bi ſtricta, dura et aſpera, & vocis.i. cibi, & aeris.i. doctrinæ ſim
plicis, groſſæ & ſubtilis, corpori eccleſiæ miniſtratiua &c. Al
lega ſupra ¶ In gutture eſt vnum membrum quod lingua gut
turis noncupatur, quia ſcilicet ipſum guttur clauditur, & via
aeri trãſeunti vel ſtringitur, vel dilatatur, & ne corruptus hu
mor vel corruptus aer, vel puluis ſubintret guttur, huius ob
ſtaculo præſeruatur. ſecundum Conſtan. Per guttur quod re
cipit cibos. intelligo voluntatem, quæ.ſ. cibos deſideriorum
mittit ad inuicem Per iſtam linguam ĩtelligo timorẽ dñi, vel
etiam virtutem prudẽtiæ, quæ.ſ. in medio volũtatis debet eſſe
ſicut vnũ oſtium verſatile, quo.ſ. via affectionibus bonis vel
malis aperiatur, vel reſtringit̃. Virtus.n. prudẽtiæ bonis ape-
rit, & malis claudit, & maximè, quia niſi diſcretio voluntatẽ
a ſuis appetitibus coerceret, ipſamq; clauderet, & reſtringe-
ret, forte corruptus aer vanæ ſuperbiæ, corruptus humor lu-
xuriæ corruptus puluis auaritiæ, per complacentiam fortiſtã
ſubintraret, qui mentẽ diuerſis vitijs ſuffocaret. Iõ de illis qui
non habent diſcretionis obſtaculo guttur clauſum, ſed ad oĩa
appetibilia expoſitum & apertum, dr̃ in pſal. Sepulchrum pa
tens eſt guttur eorum. Vel dic ꝙ talis lingua eſt temperantia,
quæ loco & tempore debet guttur per abſtinentiam ſtringu-
re, & etiam ipſum (quando neceſsitas exigit, ad aliquas deli
cias dilatare. Vel dic ꝙ guttur eſt locutio, vbi ianitor debet
eſſe dei, qui ſcilicet iſtud guttur debet mendacio, iactantiæ &
adulationi claudere, veritati vero, orationi & confeſsioni &
alijs bonis locutionibus aperire. Prouer.3. Miſericordia &
veritas non te deſerant. circunda eas gutturi tuo. ¶ Cũ gut 3
tur cibum & aerem habeat recipere vt cibo ſtomachum poſ
ſit reficere, & aere cor poſsit refrigerare, ideo natura dedit ſi
bi duas vias, ſ. vnam qua cibus tranſit ad ſtomachum, & aliã
qua pertranſit ad pulmonis ventilabrum. Iſta autem duplex
via quoddam habet operculum, quod dr̃ epiglottum, quod
alternatim vtramque viam poteſt aperire. & ideo quando
aſpirandum eſt, iſtud operculum viam ſtomachi ex toto cla-
udit. & viam cordis & pulmonis aperit. Econtra autem quan
do comedendum eſt, in hora qua cibus traijcitur, via cordis
& pulmonis aeri & ſpiritui clauditur, via ſtomachi cibis & po
tibus aperitur. Duæ enim viæ iſtæ nunquam ſimul poſſunt eſ
ſe apertæ, imo ſi vna aperta fuerit, alia neceſſario clauſa erit,
vt dicit idem Conſtan. Guttur quod omnium ciborum ſapo
rem recipit, ſignificat mentem, cui.ſ. diuerſimodè ſapiunt vni
uerſa. Iſta igitur in generali habet duo foramina.i. duas affe-
ctiones, ſcilicet vnam quæ eſt ſpiritualis, aliam quæ carnalis.
Spiritualis eſt illa per quam cibos bonorum ſpiritualium re-
cipimus. Carnalis eſt illa per quam cibos bonorum tempora
lium appetimus & optimus. Prima cooperat̃ ad cordis & aię
refrigerationem. Secunda vero tendit ad ſtomachi & ad cor
poris refocillationem. Prima eſt via per quã ad cor & ad vo
luntatem tranſeunt ſpiritualia. Secunda per quam ibi ſubin-
trãt per complacentiã temporalia. Eze.41. Duo oſtiola erant
in templo. Iſtis.n. foraminibus & appetitibus dominatur epi
glottum, per quod intelligo virtutem diſcretionis, quæ.ſ. ha-
bet claudere, vel aperire, nũc vnã, nunc aliam, & cordi nunc
temporalia, nunc ſpiritualia miniſtrare, ſecundũ ꝙ neceſsitas
hoc requirit. Iſta eſt.n. quæ claudit, & nemo aperit, quæ aperit
& nemo claudit. Apo 3. Vnum tamen attendendũ eſt, ꝙ.ſ. iſta
duo foramina non poſſunt eſſe ſimul aperta, quia.ſ. hõ non
poteſt ſimul attrahere aerem & cibum, deum & mundũ, ſpi-
ritualia & terrena, virtutes & vitia, quinimo ſi affectus cor-
dis ad vnũ aperiatur, neceſſe eſt ꝙ ad aliud obſtruat̃, quia quã
haurire vult ſpiritualia, neceſſe eſt ꝙ claudat animum ad ter
rena. Quia qui terrenis cor aperit, bonis ſpiritualibus ipſum
claudit. ſicut enim dicitur Matth.6. Nemo põt duobus domi
nis ſeruire, aut enim vnum diliget, & alterum odio habebit,
aut vni adhærebit, & alium contemnet. ¶ Item ſm Conſtan. 4
cum cibus & aer diuerſas habeant vias, vt dictum eſt, quia ſci
licet aer recipitur per tracheam arteriam, & cibus per alium
latum canalem, qui dicit̃ Iſophagus, valde eſt periculoſum
& nociuum cum cibus qui groſſus eſt & corpulẽtus, per viam
aeris ſe immittit, & tum ad pulmonẽ & ad cor labitur & de
ſcendit, tũc.n. via aeris intercluditur, & ſic animal ſuffocat̃.
Sic vere chariſsimi cum aer & cibus.i. bona ſpiritualia & ter
rena, duabus incedant vijs, & duo occupent loca, quib.ſ. ſpiri
tualia tendere debent ad cor, temporalia vero ad burſam, val
dẽ eſt animæ magnum periculum quando cibi bonorũ tẽpo
talium viam ſpiritus & virtutum ingrediunt̃.ſ. viam cordis,
quando.ſ. per auaritiam & affectum iſta temporalia ad cor tẽ
dunt, & metas ſuas excedunt, quia.ſ. tunc viam ſancti ſpiritus
& gratiæ intercludunt, & cor per auaritiam attingũt & ſuffo
cant & ſubuertunt. Cauendum eſt igitur ne dum cibus bono
rum temporalium poſsidetur, ad cor per cõplacentiã aut per
dilectio

dilectionem eius nimiã derivetur, quia sicut dr̃ Eccl. 10. Nihil est iniquius quàm amare pecuniã. Iõ bene docet David
5 in psal. Dicens. Divitiæ si affluãt nolite cor apponere. ¶ In gutture generatur infirmitas quæ dr̃ squinantia, quæ fit qñ humores fluunt a capite ad guttur, & ibi faciunt apostema, cuius cõpressione intercluditur via spiritus & aeris, & via cibi, & sic non põt hõ nec comedere nec respirare. In squinantia. n. ita constringuntur nervi maxillarum, q̃ vix potest etiam cum instrumento os ipsius aperiri, quapropter necesse est velociter hoiem suffocari. Sic verè quandoque fit q̃ humores vitiorum quandoque in apostema multiplicantur & augmentatur, solent guttur mentis per verecundiam stringere, & confessionem spiritualem impedire. Maxillas etiam devotionis taliter quoque constringunt, q̃ comestionem & aditum ciborum spiritualium. s. verbi dei, impediunt atque tollunt. Tales igitur qui per verecundiam non confitentur, & qui per indevotionem cibos doctrinæ comedere dedignantur, de facili ipsi suffocantur, & morte perpetua moriuntur, ita q̃ talis põt dicere illud. 2. Paral. 36. Incurvatus sum multo vinculo ferri, &
6 non est mihi respiratio. ¶ Squinantia aliquando ita accidit in gutture, q̃ tota latet interius, & tunc sine remedio est mortalis, aliquando tamen cum diligentia potest curari. Aliquando autem ex toto apparet exterius, & tunc facilius medicatur. Sic verè infirmitas pcti, quæ guttur animę ne per confessionem loquatur tenet ligatum, tripliciter est distincta. Quædam. n. ex toto intra in conscientia, ita q̃ nihil exterius põt apparere, sicut est in illis qui peccata sua celant, ipsaq; per confessionẽ in nullo manifestant. Et ista pculdubio est mortalis quia sicut dicitur Prover. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur. Alia autem partim apparet, partim latet, sicut est in illis, qui aliquando bene confitentur, veruntamen non plenè. Et ista per industriã medici, scilicet sacerdotis, scientis. s. materiam de profundo conscientiæ extra ad confessionem bonis inductionibus educere, potest recipere sanitatem. Alia autem est quæ exterius apparet ex toto, sicut in illis qui peccata sua exterius confitentur, ita quòd nihil interius retinetur. Et ista pro certo de facili sanatur, & sibi ex dei mise-
2 ricordia sine periculo subvenitur, quia sicut dicitur Proverbio. 28. Qui confessus fuerit, & dimiserit peccata sua, misericordiam consequetur. De alijs passionib. gutturis. s. de raucitate & similibus vide infra.

## De Collo. Cap. 22.

1 COLLVM est membrum per quod caput sustentatur, cuius pars anterior gula, posterior vero, cervix & cerebri via secũdum Isidorum appellatur. Est autẽ collum, membrum rectum, rotundum, erectum, osseum, & nervosum. Osseum enim est, vt sit forte ad caput sustinendum. Maxima enim fortitudo quorundam animalium est i collo, sicut patet de bove, vrso, & leone. Nervosum etiã fuit, vt esset mobile & vertibile iuxta votum, prout dicit Cõstanti. Collum moraliter loquendo, signat virtutem spei, quę rectè est collum aiæ virtuosæ. Ista est. n. media inter corpus & caput. i. inter mentem, & deum. Sursum. n. erigitur cœlestia af
2 fectando. ad Collos. 3. Quæ sursum sunt, quærite. In amore rotundatur, mentem i deum circulariter reducendo. Per institiã rectificatur, rectè. s. & cum meritis de deo sperãdo. Per constantiam fortificatur patiẽter terribilia pro deo sustinendo. Per diligentiam nervificatur, per bona opera se movẽdo Quia proculdubio spes nostra debet esse mobilis per bonorum operum diligentiam, & fortis per constantiam & patientiam. Iob. 40. In collo eius morabitur fortitudo. Vt sic animæ dicatur illud Cantic. 4. Sicut turris David collum tuum, quę ædificata est cum propugnaculis. Vel dic q̃ collum ecclesiæ, est prælatus, qui inter caput & corpus. i. inter Deum & populum est medius. Iste ergo per iustitiam debet esse rectus,
4 per fidem rotundus, per clementiam suavis & planus, per spem & contemplationem erectus, per virilitatem nervosus, per constantiam osseus, per patientiam vigorosus. Cantic. 7. Collum tuum sicut turris eburnea. Vel dic q̃ collum animæ quod habet sustinere oĩa pondera, est fortitudo & patientia, quæ pro certo debet esse in homine ossea & nervosa, ne succumbat oneribus vel tribulationibus quæ contingunt, & vt onus dei mandatorum faciliter tolleretur, quamuis Neem. æ
2 3. dicatur q̃ principes & magistratus non supposuerunt colla sua in opera domini. ¶ Generaliter omnę aial habens tibias longas, habet collum lõgum. Patet de camelo inter animalia, de grue inter volatilia, & econtra vt communiter illa quę collum habent longum, habent etiam tibias longas, exceptis omnibus natantibus, sicut est cygnus, & ceser, quæ quamuis habent colla longa, tibias habẽt breves. Tibiæ quæ sunt finis corporis, significant perseverantiam. Colla vero quæ sursum eriguntur, significant spem & affectionem, orationem etiam & devotionem. Quia procul dubio illud est generale q̃ illi qui longum & excelsum vsque ad interiora velaminis paradisi habẽt collum spei, affectionis, devotionis & orationis, lõgas etiam habent tibias perseverantiæ & durationis, quia s. commune est q̃ illi in gratia longius perseverant, qui collum spei ad deum altius elevant, & qui per spẽm, affectione & orationem & devotionem mentem magis extendũt ad deum & exaltant. Vnde illud prædictum Cant. 7. Collũ tuũ sicut turris eburnea. Ista fallunt in natatilibus. i. in personis in delicijs viventibus. quia. s. tales habent longum collum spei & inanis fiduciæ, quia s. ipsi sperant habere sine operibus paradisum, & tamen ipsi habent valdo breves tibias perseverantiæ. Tales. n. non perseverant, & tamen paradisum cupiunt atque sperant, cum tñ de ipsis dicatur illud Iob. 40. spes eius frustrabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabit. Vel si vis dic q̃ crus vigil & collum est doctrina, q. a. i. in collo est vox. Crus igitur & collum debent invicem coaptari, quia. s. vita & doctrina debent invicem comparari, & vnum alteri similari, vt. s. cũ longo collo magnæ doctrinæ, sit longũ crus etiã magnũ & eminentis vitæ vt q̃ magon cruce bonæ vitæ non polleat, etiam habere collum longum solennis doctrinæ non audeat. Cuius tñ contrarium est in natatilibus. i. in hypochritis, qui more cygni exterius sunt albi, & interius nigri, quia. s. in istis crus a collo. i. vita doctrinæ non respondet. Quia dato habeant magnum. s. malã eloquentiam atque vocem, ipsi tamen
habent crus breve. i. ineptam existentiam atque vitam, quia 3
scilicet isti sciunt magna dicere, & pauca facere, quia sicut dicitur Matthæi. 23. Dicunt, & non faciunt. ¶ Maxima fortitudo quorundam animalium est in collo, sicut patet de bobus vrsis, & leonibus. Et ideo generale est q̃ collo ligato, & cõlli fortitudine superata, quodcunque animal est infirmum. Quapropter qui bene vult animal in sua iurisdictione tenere, necesse est collum ipsius alligare. Per collum intelligo locutionem. Vox enim in collo formatur. In ista autem est maxima animæ fortitudo, quia scilicet nunquam potest a diabolo subiugari, quamdiu libera est ad clamandum, hoc est dictu, ad peccata sua confitendum, & ad dei auxilium invocandum. Iob. 41. In collo eius mirabitur fortitudo. Diabolus igit summè nititur istud collum per verecundiam ligare, & confiteamur & oremus, & per malam complacentiam & finalem impœnitentiam stringere, ne de ipsius manibus fugiamus. Dicit ergo diabolus illud Hiere. 27. Fac tibi vincula & cathenas, & pones eas in collo tuo. Qui. n. cathenis talibus alligatur, de subiectione diaboli non faciliter liberatur. Ideo consulitur
animæ peccatrici. Esa. 52. Consurge Hierusalem, solue vincu 2
la colli tui captiua filia syon. ¶ Aves vt communiter quæ collum habent forte, volant extenso collo, Sic vere aves idest volatiles superbi, solent erecto & extento collo incedere, & ẽt in collo cordis superbiam denotare. Esa. 3. Elevatæ sunt filiæ
syon & ambulaverunt extento collo. ¶ Animalia pulmone 5
carentia carent collo. patet in natatilibus & piscibus, quæ nõ habent pulmonem. quod patet, quia non spirant, & iõ in ipsis non est collum a corpore distinctum. Pulmo qui aerem attrahit & cor refrigerat, devotionem & contemplationem significat, collum per quod vox exit, prædicationem. Illi igitur qui pulmonem non habent, collo carent, quia pro certo illi qui virtutem devotionis non habent, & spiritum sanctum pro cordis refrigerio attrahere nesciunt, prædicationis officio nullatenus digni erunt. Vnde Iob 30. Quis circumdedit collo equi hinnitum? quasi dicat indignus est.

## De Humeris. Cap. 23

HVmeri sunt illa membra quæ immediate collo & ca-
piti subijciuntur. Et dicuntur humeri in hominibus 1
armi vero in animalibus. Spatulæ vero dicũtur quędam lata ossa, quæ in eisdem armis vel humeris sunt inserta. Et sunt humeri necessarij ad cordis & membrorũ vitalium defensionem, brachiorum & pectoris colligationem. n. supportationem, & quorumcunque onerum sustentationem

supporta

Su;st.o.humeri membra ossea & neruosa,& iō fortia.& portā
dis oneribus opportuna,sicut dicit per oīa Cōstantinus.Per
humores ecclesiæ intelligo militea & homines militares,qui
,s.post caput & collum.i.post prælatos , qui more capitis ha
bent regere,& religiosos seu clericos,qui instar colli habent
vocem & cantum diuinæ laudis dicere atq; promere,altiorē
in ecclesia tenent locum.Ista.n.membra spūalea viros.i.eccle
siasticos tenentur defendere.Colligationem inter pectus &
brachia,i amicitiam & cōcordiam inter regelares & secula
res tenentur facere.Collum & caput.i.prælatos & religiosos
tenentur supportare,& eis etiam deferre,& onera quaruncū
que tribulationum & laborum ꝑ Christo & ecclesia tenenī
viriliter tolerare.Esaiæ.9.Factus est principatus super hume
rum eius.Tñ isted est contra multos milites , qui magis sunt
proni ad discordiam,quàm ad pacem. De quibus dr Iob.31.
Humerus meus a iunctura cadat.Qui etiam non sunt parati
ad onera pænitentiæ vel Christi militiæ sustinendum,sed ma
gis ad quiescandem,vnde Es.14.Onus illius ab humero tol-
letur. Vel si vis,per humeros aīæ intellige virtutes obedien-
tiæ,fortitudinis & constantiæ.Illæ sunt.n.quidam humeri qui
oībus oneribus pœnitentiæ & tribulationum debent subijci
& a quibus oīa grauia debent æquanimiter pro dño tolerari
Eccl.6.Subijce humerum tuū & porta.quamuis de inobediē
tibus,& deliciosis,& impatientibus,& onata pœnitentiæ &
tribulationū sustinere dedignātibus,dicatur illud Naemiæ
9 dederunt humerum recedētem,& ceruicem suā indurauę
2 runt,nec audierunt.¶ Humeri quandoque patiuntur pp ni-
miam fatigationem,contra quod est remediū facere de oleo
fomētationē,sicut de humeris elephantis dicit. Aristote.Pa
tiuntur etiam delocationem , & id pp alienieamali humo-
ris inter iuncturas ipsius fluxum & immiationem. Generale
est.n. in omni membro q̄ cū superfluus humor intar iunctu
ras immittiiur,dolor qui gutta dicitur, generatur.Tales do-
lores quandoque patitur homo , Quandoque enim dolet &
impatiēs est de nimia laborum & tribolationum afflictione,
& tunc sanatur olei consolationis inunctione. Quandoque
patitur errorem fidei,& inconstantiæ delocationem. & quā
doque malorum humorum.i.falsorum amicorū in iunctora
& copula amicitiæ aggregationem & cōsæderationem,Quā
do anim malus humor idest malua homo in iunctura mem-
brorum idest amicitia & societate bonorum & admittitur &
colligitur,sæpe fit q̄ multi dolores , multa damna & incom-
moda propter eum generantur.psal. Turbati sunt a veratio-
ne malorum,& dolore.Vel dic q̄ superflui humores sunt di
uitiæ vel deliciæ , quæ in iuncturis animi se per complacen-
tiā imponentes,dolorum & sollicitudinum,infirmitatum &
etiam vitiorum omnium sunt origo.

## *De Brachijs.* *Cap. 24.*

BRachia s̄m Isidorum dicuntur a baris græcè quod est
forte latine, eo.s. q̄ in brachijs sit maxima fortitu-
do.Constan.n. brachia ex duobus fortibus ossibus
inuicem concathenatis & iunctis,& cum fortissimis
neruis humero desuper colligatis.Et sunt brachia flexibilia,
q̄ ad motum iuxta voluntatis arbitrium habilia . Neruosa
sunt etiam & parum carnosa,fortia tamen & ossea. Fortitu-
do autem eorum ad multa valet scilicet ad portādum, ad ele
uandum,ad erigendum, ad costringendum, ad repellendum
seu defendēdū,ad impegnandum seu percutiendum,ad opa
randum seu etiam laborandum . Per brachia potest intelligi
virtus bene operandi,vel etiam animi fortitudo. Igitur duo
sunt animæ brachia.i.duplex fortitudo,videlicet vna qua ma
la sustinentur,alia qua bona perficientur.Et quælibet istarum
habet duo ossa.i.duas principales virtutes ex quibus constat.
Primum os est spes præmiorum . Secundum vero est timor
tormentorum. Ista.n. sunt duo ossa quæ iuuāt fortitudinem
ad aduersa viriliter sustinendum, & ad buna viriliter peragē
dum.Brachia igitur fortitudinis nostræ debent esse flexibi-
lia,ad deo & prælatis obediendum,& neruis perpetuæ chari-
tatis cumdeo colligata, & ad omnia opera sua ad laudem ip-
sius exequendum.Et sic igitur illa fortitudo se extendit ad por
tandum pro deo onus tribulationum,ad leuandum despera-
tos beneficijs consolationum , ad erigendum mentem pro-
priam per spem æternam delectationum , ad constringendū
nobis proximos per amplexum charitatis & dilectionis.Item
ad repellendum malorum iniustitiam,ad defendendum iusto
rum innocentiam , ad impugnandum spiritualium hostium
violentiam,& ad operandum omnium bonorum actuum re
dundantiam.Ad ista enim omnia se debent extēdere brachia
fortitudinis nostræ,vt sic anima possit dicere deo illud psal.
Qui doces manus meas ad prælium,posuisti vt arcum æreum
brachia mea.Vel dic q̄ brachia ecclesiæ sunt viri iusti, & ma
ximè principes vel prælati , qui per charitatem debent esse
bini,& neruis charitatis & concordiæ simul iuncti , qui per
virtutem debent esse neruosi,& per delicias parum carnosi,
ad omnia bona opera vigorosi . Isti.n.debent lapsos erigere,
malos reprimare,bonos defendere, mala sustinere , & bona
facere.Vt sic de bono prælato dicatur illud psal . Redemisti
in brachio tuo populum tuum,filios Iacob,& Ioseph Vel p
brachia intellige Christum,qui ab humeris.i a deo patre de
pendet,& qui duobus ossibus,scilicet humanitate & diuini-
tate constat,qui parum fuit carnosus per voluptatem , fortis
autem virtuosus contra diaboli potestatem . Iste igitur fuit
fortis mala sustinendo, bona faciendo,hostes superando , &
peccatores misericorditer liberando.psa In brachio virtutis
tuæ dispersisti aduersarios meos . ¶ Ossa quæ constituunt 2
brachia,sunt fortia,concaua,medullosa,neruosa,& in suis ex
tremitatibus chartilaginosa.Fortia dico ne faciliter frangan
tur.Concaua ne nimis ponderarent,& a motu impedirentur
Medullosa,vt inde & nerui & arteriæ mitterentur. Neruosa
& chartilaginosa,vt de facili mouerentur,& in vertebris ver
terentur.Talia ossa debent esse boni subditi.Et maximè reli-
giosi vel ecclesiastici,quia,scilicet isti debēt esse fortes & cō
stantes,ne per impatientiam frangantur. Concaui & spiritua
liter pauperes,ne pondere terrenorum premantur. Medul-
losi & compatiētes,vt per eorum deuotionem & clementiā
alij circunstantes ab eis spiritualiter vegetētur.Neruosi etiā
& chartilaginosi.i.mobiles & vertibiles,vt ad votum dei vel
prælati obediendo,& bene operando , faciliter moueantur.
Vel dic q̄ isti debent esse fortes ad sustinendum, concaui ad
sustinendum , concaui ad omnia charitatiuè continendum,
medullosi ad piè omnibus subueniendum,vertibiles ad cito
superioribus obediendum.Esa.51.Brachia mea populos iu-
dicabunt. ¶ Aliqua sunt animalia aquea,quæ habent brachia 3
sine ossibus, sicut sunt polypi , & sepie , & similia . Sic vere
in ecclesia multi sunt qui in brachijs ossa habere videntur,
quia scilicet nihil fortiter operantur , imo videntur habere
brachia quia.s non nisi carnaliter conuersantur.2 . Paralipo.
32. Cum eis est brachium carneum . ¶ Brachia vicinitatem 4
& familiaritatem cum capite & cerebro videntur habere,vt
ideo quodam sensu naturæ,sine deliberatione , contra ictus
ferientium pro capite se opponunt.Sic verè boni Christiani
cerebro.i.Christo,& capiti,id est eius fidei debent esse fami
liares & vicini & etiā per gratiam contigui & coniuncti . Et
ideo pro isto cerebro & capite.i.pro Christo & fide sua se de
bent opponere,& tyrānis & idololatris obuiare,& si necesse
fuerit ictus & mortis iacula non vitare.Quod etiam de præ-
latis debet esse,quia ꝑ certo capite suo idest pro ecclesia sua,
& pro membris.i.pro subditis se debent opponere,& pro ip
sis (cum necesse est )damna & verbera sustinere . 1.Esdræ.4.
Prohibuerunt eos in brachio & robore.¶ Brachia quia cor 5
di sunt vicina,& ab eo venas & sanguinem & etiam arterias
& pulsum recipientia,solent ipsius cordis dispositionem ostē
dere, & ipsam exterius tangentibus medicis declarare . Bra-
chia sunt opera. Cor vero significat mentem & voluntatem.
Igitur per brachia cordis dispositio ostenditur quia constat
quòd per exteriora opera qualis sit voluntas interior, decla-
ratur.A corde.n.deriuatur pulsus ad brachia, & a mente de-
scēdit virtus ad opera.& ideo qui pulsum brachiorum i.mo
tum exteriorum bene attenderit,si in corde, sit sanitas vel in
firmitas cito noscit.Vnde Gregorius dicit q̄ per hæc quę fo
ris apparent,quid intus lateat aperitur.& Sap.13. Operibus
attendentes,cognouerūt quis esset artifex.¶ Brachia, quādo
corpus infirmum est,pro corrupto sanguine extrahendo, so- 6
lent vulnera recipere,& ipsā ī patiētia sustinere.Si vero pars
vt sic possit sinistræ parti corporis subuenire. Ecōuerso autē
si dextra patitur,brachium sinistrum pro ipsius remedio vul
neratur,& suo sanguine vacuatur,nisi forte materia fuerit ve
nenosa,quia tunc ad partem oppositam non trahitur,sed per
illā parte in qua est passio extrahitur,ne forte per illā cor vel
aliud mēbrum nobile vulneretur,sicut in libro de phleboto
mia dicitur & sauetur.Corpus mysticum est ecclesia,in quo
procul

proculdubio brachium dextrũ est ipse Christus, mediante
quo, pater operatꝰ oĩa. Eccl. 36. Glorifica manum & brachiũ
dextrum. Brachium autem sinistrum est genus humanũ, qḋ
proculdubio à principio fuit infirmum, & ideo pro ipso sa-
nando necesse fuit dextrum brachium. i. Christum dei filium
vulnerari, & suo sanguine vacuari. Igitur si ipsum dextrum
brachium. i. Christum in persona ecclesiæ suæ vel pauperũ
infirmari contingat, nos sinistri, qui iam facti sumus sani, nõ
debemus timere sanguinẽ nostrum effundere. s. p Christo vł
pro ecclesia martyrium etiam si necesse fuerit sustinendo,
vel sanguinem etiam nostræ substantiæ temporalis pro ipso
in persona pauperum euacuare, eisdem elemosynas conferẽ
do, vt sic cuilibet tali dicant pauperes illud Esa. 33. Esto bra
chium nostrum in mane, & salus nostra in tempore tribula-
tionis. Vel dic quod in corpore ecclesiæ brachium dextrũ
sunt plati religiosi, & clerici, sinistrũ vero sunt seculares &
laici. Igitur isti debent alter alterius infirmitates portare, &
alter p salute alterius percussionẽ & sanguinis tẽporalis sub
stantiæ munitionem sustinere, dum tñ per vnius læsionẽ pos
sit pars alia remedium reportare. Istud tñ quandoque debet
deficere in illis qui habent materiam venenosam. i. in pecca
toribus & iniquis qui aliis sunt venenum. Pars. n. sana viro-
rum non debet pro talib. mala pati, quia ex beneficijs talib.
concessis sequerentur incommoda ampliora, q. a. s. tales quã
to magis prosperantur, tanto alijs damna inferunt grauiora.
Esa. 26. Misereamur impio, & non discet facere iustitiam. Ta
les igitur, & non pro ipsis alii, sunt feriendi, & in sua impie-
tate ab aliis dimittendi, & iidem censura iustitiæ feriẽdi, iux
ta illud Apostoli ad Gal. 6. Vnusquisq; onus suum portabit.
7 ¶ Brachia mutuo sibi seruiũt, & pro infirmitate mẽbrorum
vulnerari se permittunt, & percuti ẽtiã vt sanent alia, acquie
scunt. Cum corde secundum Galenum specialem amorem
trahunt, & ideo quicquid cor diligit etiam brachia diligunt,
& ad amplexum illius se extendunt, & quod a corde diligi
sentiunt, quanto vicinius possunt cordi applicant & cõstrin
gunt. Brachia sunt prædicatores & prælati, qui. s. corpus ec-
clesiæ habent ab hæreticis & tyrannis defendere & seruare.
Dico igitur ꝙ tales sibi mutuo seruire debent, & tam tpsli
ter quam spiritualiter ministrare. Cor. i. ipsum deum qui est
principium vitæ, debent diligere, & quicquid etiam deus di
ligit. i. ipsos homines (de quib. scriptum est Sap. 11. ꝙ diligit
deus oĩa q̃ sunt, qñ sua sunt) debent ipsi similiter amare, &
amplexu charitatiuo amplexari & constringere, & ipsi cor
di. i. deo exemplis astringere, & spiritualiter applicare. Ge-
neraliter est. n. ꝙ omnis amicus quicquid amatur ab amico di-
ligit, & etiam ipsi amico fortius per dilectionem copulat &
8 constringit. ¶ Sicut in prognosticis dicitur, denudatio & in-
quisitio brachiorum est in acutis infirmitatib. signum mor-
tis. Sic vere quando homo per iactantiam denudat, publi-
cat & ostentat opera sua & maxime quando est infirmus &
peccator, vtpote quando gloriatur in operibus vitiosis, si
gnum est mortale, quia. s. tales raro ad vitam gratiæ redeunt,
imo quasi communiter tales mortem æternam incurrunt.
Isti sunt de quib. dicitur Esa. 3. Peccata sua quasi Sodoma p
dicauerunt, nec absconderunt.

## *De Manibus.* *Cap. 21.*

1 MAnus ẽm Isidorum dr̃ quasi munus, quia. s. maximũ
munus corporis est ipsa manus. Et est dextera quæ
dr̃ a dando, & sinistra quæ dicitur à sinendo. Dexte
ra enim dat socio signum pacis sinistra vero cũ pa-
rum faciat, tamen res fieri permittit & sinit. Et sic dextera a
dando sinistra á sinendo, secundum Isidorum, nomẽ sumũt.
Palma etiam dicitur manus extensa, pugnus vero dicitẽ ma-
nus clausa. Et dicitur pugnus a pugillo, & palma palmæ ra-
mis, qui semper sunt extensi. Cum igitur manus dicatur cor
poris munus, videtur quod per manum potest munificen-
tia designari. Ista enim quandoque est dextera pacem aliis
faciendo: quandoq; sinistra bonum fieri sinendo: ꝙ non im
pediendo: quandoque pugnus se claudendo & retrahendo:
quandoque palma se extendendo, & per eleemosynam &
beneficium pauperibus dilatando. Prouerbior. 31. Pal-
mas suas extendit ad pauperem, & manus suas aperuit ino-
2 pi. ¶ Manus secundum Constan. est magnum corporis iuua
mentum, & etiã ornamentũ, & principale motus vel operis
instrumentum. Et constat manus ex pluribus ossibus in fi-
gura dissimilib. & diuersis, solidis tñ & inuicẽ concathenatis
& connexis ẽm Const. Manus aĩæ, sunt bona opera, q. a. s. per
manũ qua oĩa facimus generaliter operatio designat. ps. Fir
metꝰ manus tua, & exaltetꝰ dextera tua. Manus igiꝰ. i. operatio
nes nostræ, dñt ex plurib. ossib. i. ex plurib. virtutib. cõstare,
q̃. s. firmæ & solidæ dñt esse, & inuicẽ in cõpositiõe manus. i.
operis manualis, conuenientes & connexę. Et sic talis manꝰ,
nõ solũ erit necessariũ iuuamentũ, imo ẽt opportunũ & con
gruum ornamentum. psa. Manus. n. mea auxiliabit ei, & bra
chium meum confirmabit eũ. ¶ Secundũ Arist. li. 4. de parti
bus aialium, manus nõ est vnũ instrumentũ. sed multa. Crea 3
tio. n. manus conueniens est multis & varijs operationib. &
iõ põt hõ vti vna sola parte, vel duab. vel plurib. ẽm plures
modos. Et ideo manus est extensa & diuisa in plures articu
los & digitos, inter se varios & diuersos, alios quidem par-
uos, alios medios, alios magnos, & vt sic p eos minima, me-
dia & maxima retinere valeret. Prælatus in ecclesia, est sicut
manus in corpore. Iste est. n. manus dñi, q̃ pro toto corpore
ecclesiæ debet laborare, & alia membra defendere, pascere
& iuuare. Vnde de plato põt dici dño illud psal. Sciant quia
manus tua hæc, & tu dñe fecisti eam. Igitur talis manus non
debet esse vnũ instrm, sed multa. Debet. n. prælatus se diuer
sis & oppositis operibus coaptare, & diuersis diuersimode
conformare. 1. ad Cor. 9 Oib. oia factus sum. Prælatus. n. dẽt
diuersos digitos & varia operandi genera habere, vt sic ẽm
diuersos modos agendi possit & paruos & magnos manute
nere, & sub regimine iustitiæ continere, vt sic de sua mantenẽ
tia boni prælati possit dño dici illud psal. In manu tua domi
ne oẽs fines terræ. Nulla. n. manus, nullus prælatus potest bẽ
ne manutenere subditos, nisi in sua manutenentia ẽm diuer
sitatem personarum multos & varios seruet modos, & sicut
videmus quod manus est habilis ad aperiẽdum, & extendẽ-
dũ, ad claudendum & contrahendum, ad operandum & la-
borandum, ad percutiendum & impugnandum, ad defendẽ
dum & ad ictus alios repellendum, sic vere quilibet prælatus
debet esse manus extensa, per liberalem retributionem. psa.
Extendit manum suam in retribuendo: manus clausa. s. indi
gnis & peccatoribus per suorum beneficiorum talib. dene-
gationem: manus laborans per bonam operationem: manꝰ
percutiens, per malorum castigationem: manus obuians &
repugnans per nequitiæ malorum repressionem. Et sic de ta
li manu poterit dicere quilibet subditus illud. Eze. 3. Manus
aũt dñi erat mecum confortans me. ¶ Vola est interior pars
manus, concaua & plana, quæ hoc habet proprium, ꝙ nunq̃ 4
pilescit perpetuo permanet nuda pilis. Est etiam vola sum-
me sensibilis, & in ea viget potissime sensus tactus, & (qḋ val
de est mirabile) ẽm Plini. scorpio cum alias partes pungat &
lædat, nunquam potest lędere volam manus. Ego etiam vi-
di hoiem q̃ ꝰ casu fuerat hoc expertus. Manus dei est eccle-
sia, qua. s. mediante ipse saluandos in statu gratiæ manutenet
iuxta illud Sap. 3. Iustorum animæ in manu dei sunt. Quæ ẽt
manus ex diuersis & dissimilib. ossib. & digitis. i. personis cõ
stat. In ista igitur manu, viri religiosi & deuoti obtinẽt locũ
volę, quia. s. ipsi sunt plani per veritatẽ, concaui per humilita
tem, sine pilis per spũalem paupertatem, & per temporaliũ
raritatem, & sine læsione scorpionis. i. dæmonis per oimo-
dã sanitatem. Quia. s. tales debent pilos diuitiarum nũquam
aggregare, sed ipsas continue erogando, debent depilati &
pauperes semper esse, & sic punctionis diabolici scorpionis,
diuino freti auxilio, poterunt præiudicia deuitare. Ita quod
talib. dicetur. illud Lu. 10. Ecce dedi vobis virtutem calcan-
di super serpentes & scorpiones. & super omnem virtutem
inimici, & nihil vobis nocebit. ¶ Manus sicut etiã cætera mẽ
bra, sunt duplices seu binæ, dextra videlicet & sinistra. Dex- 5
tera aut leuior & fortior est ad laborandum, propter abun-
dantiam caloris in dextera potius abundantis. Et circa hoc
possum addere quod dicit Solinus in libro suo de mirabilib.
c. 5. quod parti dexteræ habilior ascribitur motus, læuæ fir-
mitas maior. Vnde altera gesticulationib. promptior, altera
oneribus ferendis accõmodatior est. Et ideo leuę dr̃ a leuan
do & portando. Et inde est, ꝙ in parte leua portat miles en-
sem & scutum, pharetrã & arcũ, vt dextera sit expeditior ad
agendũ. Dic ꝙ in corpore ecclæ duæ partes seu duæ manus
sunt religiosi, & clerici. Clerici. n. & platus sunt manus dex-
tra, quia. s. isti debent esse facilis & fortis motus & laboris. p
actiuã ad bona opera faciendum, & ad ecclesiæ negocia mi
nistrandum

nistrandum. Religiosi vero sont manus sinistra. Ad sinistrā.
n. positi sunt extra mūdum, & ideo istis debet inesse maior
firmitas cōstantiæ & patientiæ ad onera religionis sustinen-
da, & ad mundi tribulamina perferenda, vt sic de tali vtro-
que manu dei dicatur illud psal. Firmetur manus tua, & ex-
altetur dextera tua. Quia. s. dextera clericorum & prælato-
rum ad bona opa debet exaltari. Manus aūt, supple sinistra
contra terribilia debet confirmari. Vel dic quod pars dexte
ra est prosperitas, sinistra vero aduersitas. Igitur in dextera
prosperitatis debet esse agilitas maior ad bene operādum,
in sinistra vero aduersitatis debet esse firmitas amplior ad
mala sustinenda, quia. s. illi qui prosperatur, cum eis facultas
superat, debent bona opera facere. Illi vero qui aduersātur
(cū sit necessarium) debent (ne succumbant) firmitate cōstā
tia præpollere. Et sic isti erunt sicut illæ duæ oliuæ. Zac. 4. q̄
stabāt vna a dextris, & altera à sinistris cādelabri aurei. Vel
dic quod pars dextra significat ecclesiasticos, sinistra vero
laicos, quia. s. ad sinistros & laicos pertinet onera negocio-
ciorum tollere, & etiam arcum, scutum & pharetram acci-
pere, & pro republica debellare, vt pars dextera, s. populus
ecclesiasticus possit in suis spiritualibus operationibus li-
ber esse, quia. s. laici debent facere temporalia, vt clerici va-
cent ad spiritualia. Ad Gala. 6. vnusquisque onus suum por-
6 tabit. ¶ Teste Galeno, multi inueniuntur viri qui vtraq; ma
no vtuntur pro dextera. Hippocrates vero dicit in aphoris-
mis quod mulier nunquam potest fieri ambidextra, quod
accidit in viris propter calorem abundantem, in mulierib.
vero econtrario propter frigiditatem dominantē. Per par
tem dexteram, quæ est nobilior, & calore charitatis feruen-
tior, intelligo virtutem contemplatiuam. Per sinistram acti
uam, quæ. s. debet esse operib. & laborib. accommodatior. q̄
uis igitur raro accidat, tū qn̄que inuenitur hō. i. vir perfect'
qui est ambidexter, quia. s. ipse est in dextera & in sinistra. i. i
contemplatiua & actiua, in spiritualibus & temporalib. cir
cunspectus, sicut sunt perfecti viri & prælati, qui in vtroque
laudabiliter se habent. Figurati in illo iudice Israel qui di
cebatur Aioth, & interpretatur nobilitas, vel gloria tua, de
quo dr̄ Iud. 3. quod vtraq; manu vtebatur pro dextera, quia
s. vt dictum est, tales prælati & iudices qui in moribus sunt
nobiles & generosi, sunt & in dextera spiritualium & in sini
stra temporalium virtuosi. Quod vtique in mulieribus. i. im
becillib. & imperfectis hoib. nunq̄ inuenit nunq̄. n. fiunt am
bidextri, quia vt cōiter inter eos illi qui in dextera. i. in regi
mine spiritualium sunt fortes, in sinistra temporalium sunt
penitus inexpertes. Econuerso illi qui sunt vtiles in tempo
ralibus, parum valent in spiritualibus. Sicut enim videmus
quod quidam inueniuntur homines qui sinistram manū hn̄t
fortiorem quam dexteram, sic multi inueniuntur qui me-
lius sciunt operare in sinistra temporalium, quam in dextris
spiritualium, quia. s. temporalia optime sciunt regere, in spi
ritualibus vero nesciunt aliquid viriliter facere. Breuiter
igitur patet q̄ tria sunt genera personarū diuersimode ope
rantium, videlicet peccatores & mundani, qui de sinistra fa
ciunt dexteram, quia. s. fortes sunt ad temporalia, non ad spi
ritualia. Item simplices & religiosi, quia solum sont poten-
tes in dextera, & nihil in sinistra, quia. s. solum valent in spi-
ritualib. & nihil in temporalib. Item prælati perfecti & vir-
tuosi, qui. s. sunt ambidextri, in vtraq;. s. parte fortes, & in spi
ritualib. & temporalib. sapientes, de quib. potest dici illud
Iudicum 20. Erant viri fortissimi, sinistra, vt dextra prælian
tes. Vel dic quod dextra pars significat fœlicitatem æternam
sinistra vero prosperitatem terrenā. Prou. 3. Longitudo die
rum in dextera eius & in sinistra illius diuitiæ & gloria. Igi
tur dico quod inueniuntur quidam, qui vtraq; manu gau-
dent, sicut fuerunt sancti, qui & t̄paliter & æternaliter p̄spe
rati sunt, & qui diuitiis temporalib. ita vsi sunt q̄ ēt cæli di-
uitias impetrarunt, sicut beatus Ludouicus, & similes. Alij
vero sunt, q̄ in sinistra t̄palium parum potuerunt, & ibi de-
fectus plurimos habuerunt, & tū in dextera cælestis gloriæ
claruerunt, sicut vt communiter sunt oēs iusti. Alij aūt sunt
qui solum sunt potentes in sinistra mundanæ prosperitatis,
nihil tō poterunt in dextera æternæ fœlicitatis, sicut gn̄alr
sunt oēs diuites peccatores, qui multa possunt t̄paliter, ni-
hil tū poterunt sp̄ualiter, quia. s. tales sinistrales a Chr̄o ma
ledicentur, & à dexteræ consortio seiungētur, quia sicut dr̄
Prou. 4. Vias q̄ a dextris sunt nouit dn̄s. Peruersæ autem viæ
à sinistris sunt. ¶ Manus diuersimode patiuntur. Patiuntur 7
enim contractionem, arefactionem, postulationem, scissio-
nem, vermium corrosionem, pruritum, & titulationem, tre
morem & vacillationem iuncturarum dislocationem, &
chiragricam passionem. Sic vere manus. i. operatio nostra
seu virtus operatiua nostra multos qn̄q; patitur defectus.
Ibi. n. generatiua contractio auaritiæ & parcitatis, quę impe
dit oēs manus ad elemosynas extendatur. Ibi generatur are-
factio corporis & desidiæ, qua manus à motu bonorum
operum retardatur. Ibi gignitur postulatio & inflatio super
biæ seu manis gloriæ, qua hō in suis operib. gl̄iat. Ibi accidit
scissio schismatis & discordiæ, qua ipsum opus ab vnitate &
integritate sua variat. Ibi contingit corrosio vermis alienæ
detractionis & inuidiæ, qua opus ipsum mordetur & lacera
tor. Ibi euenit pruritus alienæ adulatiōis & fallaciæ, qua ip-
sum opus scalpitur & adulatorie commendatur. Ibi genera
tur timor dubietatis & infidentiæ, qua ipsū opus præ timo-
re difficultatis impeditur. Ibi accidit dislocatio casus & de-
sistentię, qua ipsū opus pretermittitor & interpellatur. Ibi
accidit chiragra & dolor articulorum. i. vitium impatientiæ
quod ex difficultate operū generatur. Talia igitur vitia cir
ca manus & opera nostra accidunt, ipsaque diuersimode vi
tiant, maculant & corrumpunt, vt sic de talibus possit dice
re quilibet illud Iob. 31. Manibus meis adhæsit macula. ¶ Si 8
hō vertat se econtrario, statim omnia quæ sibi erant dexte
ra, fient ei sinistra, & econuerso. Vestes etiam & calcei in-
uersentur, illa quæ pro mēbris sinistris erant, dextris appli-
cantur, & etiam econuerso. Sic vere si quis de bono in malū
versus fuerit & mutatus, statim dextera sibi in sinistra mutā
tur, inquantum illa quæ sibi primo bona & vtilia videban-
tur, s. spiritualia, nunc sibi mala & aspera reputantur. Et ecō
uerso, etiam sinistra dextera, inquantum bona terrena & vi
tia sibi fore iudicat meliora. Vnde Iob. 6. Animæ esurienti
etiam quæ amara sunt, dulcia esse videntur. Idem autem dic
illis qui conuertuntur de malo in bonum, quia scilicet tot'
suus in contrarium vertitur appetitus.

## *De Digitis* Cap. 27.

Digiti secundum Isidorum dicuntur a decem vel à 1
decentia eo quod decem sunt numero, & eo quod
corpori decentiam præstant. Sunt igitur quinque di
giti in vtraque manu quorum quilibet tribus ossib.
est distinctus. Primusque pollex dicitur, eo quod pre ceteris
polleat virtute. Secundus index vocatur, eo quod cum eo
quicquid ostēdimus indicatur. Tertius vocatur medius, eo
quod in medio situatur. Alius anularis dicatur, eo quod
in ipso anulus deferatur. Quintus vero auricularis dicit,
eo quod ipso auris scalpatur interius & tangatur. Sunt autē
digiti mobiles & flexibiles, vt sic sint apti ad accipiendum,
vel retinendum. Sunt etiam graciles & distincti, & vnguib.
in suis extremitatibus armati, & quanto magis stricti & gra
ciles, tāto sunt ad varia opera magis apti. Per digitos in ma
nu, intelligo fideles in ecclesia vel in religione collocatos,
quia iustorum animæ in manu dei sunt. Isti igitur sunt i vni
uerso decem, eo quod decem mandatorum sunt factores.
Isti in speciali sunt quinque, eo quod quinq; sensuum sunt
debiti custodes, & cohabitatores. Quilibet constat ex tri-
bus ossibus, eo quod omnes sunt trinitatis fidei culto-
res, vel trium votorum religionis professores. Vel trium a
virtutum theologicarum humiles possessores, vt sic de man
datis & virtutibus, quæ ab istis digitis sunt habenda, possit
ecclesia dicere illud Cantico. 5. Digiti mei pleni sunt myr-
rha probatissima. Isti igitur debent esse recti & graciles per
iustitiam & per humilitatem, & flexibiles & mobiles ad se
extendendum per largitatem, & ad se claudendum per pru
dentiam & sagacitatem, quāuis de multis dicatur illud Esa.
58. Desiere nos digitum extendere. Armati etiam debēt esse
vnguib. per debitam doritiam & seueritatem, vt sic ecclesia
dicat de talib. illud psal. Benedictus dominus qui docet ma
nus meas ad p̄lium, & digitos meos ad bellum. Adhuc etiā
dico q̄ in istis debet esse pollex. i. aliqui q̄ virtutib. polleāt.
Index. i. aliqui qui p̄dicando aliis bona & mala indicent &
exhibeant. Medius. i. aliqui qui pro concordia & pace iter
discordes faciendo mediatores se p̄beant. Anularis. i. aliqui
qui anulo fidei se subarrent vt resplendeāt. Auricularis. i. ali
qui q̄ aures aliorum scalpant, subintrent, atq; doceāt. Mar.

7.Misit digitos suos in auriculas. Vel si vis per digitū intelli
ge spūm sanctum, de quo dr̄ Leu 11. In digito dei eijcio dæ-
monia. Iste est.n. digitus rectus gracilis, & ad opationes ha-
bilis, qui pollex est. virtutib. pollēdo, index saluti necessaria
indicando medius, concordiam faciendo, anularis, nos fidei
subarrando, auricularis, salutaria nostris aurib. inspirando.
Nam sicut mediante digito scribimus, sic deus pater mediā
te spiritu sancto in cordib. nostris scribit, inspirādo quæ sunt
necessaria ad salutem. Io.8. Inclinans se, digito scribebat in
terra. Vel dic qđ digitus patris est filius, qui ex trib. ossib. i.
trib. naturis constat. s. ex diuinitate anima & corpore. Et iste
pro certo dr̄ pollex, index, & est etiam rectus gracilis &c. si
cut supra. Exod.8. Digitus dei est hic. Vel per digitum intel
ligo operationem, quæ debet esse mobilis, diligens, gracilis
humilis, recta & iusta, distincta, & discreta, & vngue finalis
perseuerantiæ munita, vt sic de tali dicatur illud. Io.9. Infer
digitum tuū huc. De malorū vero opib. pōt dici illud Esa.
59. Digiti eorum polluti sunt iniquitate. & illud Matth.s3.
Imponunt onera grauia in humeris hominum, digito aurē
2 suo nolunt illa mouere. ¶ Digiti quanto sunt rectiores, gra-
ciliores & flexibiliores, tanto sunt operib. aptiores. Sic vere
hō quanto est per iustitiam rectior per humilitatem graci-
lior, per obedientiam flexibilior. tanto est ad opera bona ha
bilior & dispositior. ¶ Digitis inest viuacissimus sensus tact⁹
3 nihil.n. facilius discernit inter obiecta sensus tactus sicut ex-
trema digitorum, ad quod cooperatur carnis paucitas, cutis
tenuitas, & neruorum viuacitas, vt dicit Const. Digiti q im
mediate faciūt opera, sunt boni viri bonis opib. dediti & at
tenti. Isti igitur debent esse modicæ carnis per deliciarum
carnalium raritatem, tenuis cutis per exterioris substantiæ
tenuitatem, viuacis tactus per doloris alieni compassionem
& pietatē. Parum.n. de carnalitate debent habere, tenuē cu-
tem diuitiarum debent possidere, & aliorum miserijs debēt
tangi, & illas misericorditer discernere & sentire, & eisdem
quanto plus poterunt subuenire. Leu.16. Asperget septies di
gito cōtra propitiatoriū. Vel dic quod digiti virtutē discre
tionis significant, qua mediāte viri prudētes aliorum dispo
sitionem cognoscunt. ¶ Digiti hoc habent proprium, quia
4 ante cibū sunt grossiores quā post cibum. Vnde anulus, qui
pp sui constrictionem, vix ante prandium de digito extrahi
tur, faciliter post prandium amouetur, vt dicitur sup Apho
rismos. Talis debet esse vir iustus, quia. s. ex prādio diuinorū
beneficiorū, & ex societate diuitiarum debet gracilior & hu
milior fieri, & a tumore superbiæ, si quē ante habuerat rela-
xari. Eccl.3. quanto magnus es, humilia te. Vel per prādium
intellige receptionem eucharistitiæ, vel etiam auditū verbi
5 dei &c. sicut supra. ¶ Aues fluuiales natatiles habent pellem
inter digitos pedum suorum. sic vere deliciosi & deliciarū
fluminibus assueti, semper inter digitos id est inter opa sua
habent aliquid de corio vel de pelle id est de carnali affe-
ctione vel intentione.

## De Vngulis: Cap. 27.

1 VNgula siue vnguis est extrema pars digiti secundum
Const. quæ ea cordis fumositatibus ad extremitates
digitorum ascendentib. generaē, & iō in vnguib. ip-
sius cordis dispositio multotiēs declaratur. Sunt aūt
vngues necessarij ad digitorum munimētum, & ad manuū
ornamentum. Et habent vngues carneam luciditatem, poli
tam planiciem & specularem claritatem. Per vngues intelli
guntur opera, quæ. s. a cordis fumositatib. & affectionib. ge-
nerantur, & ad ipsas manus & digitos destinantur, quapro-
pter ipsę cordis voluntatis dispositiones, in ipsis vnguib. &
operib. demonstrantur. Igitur in istis vnguib. debet appare
re luciditas bonorum exemplorum, vt sic sint in ornamēto
morum & conuenientium. s. cordium & animorum. Et sic
de viro iusto, qui talib. vngulis adornatur, poterit dici illud
psa. Quod placebis super vitulum nouellum cornua produ
2 centē & vngulas. ¶ Aues & feræ rapaces vngulas habent p-
mucronib. & ideo tales qñ quiescunt, solent vngues claude
re & reflectere, ne forte lædātur, sicut de leone & aquila in
fra patet, vt dicit Aris. li.6. animalium: istud expone sicut de
leone. §.26. ¶ Aquila s̄m Arist. li.6. quādo quiescit sæpissime
3 respicit vngues suos, timens ne forsitan hebetētur. Sic vere
vngues, qui sunt finis & extremitas digitorum. i. finem vitæ,
operum & negociorum debemus respicere & attendere, &
ne forte ibi contingat hebetatio peccati diligentissime præ
cauere, Eccl.7. In omnibus operib. tuis memorare nouissi-
ma tua, & in æternum non peccabis. Vel dic quod vngues
vbi terminantur manus & digiti sunt opera, quæ. s. semper
debemus respicere & videre, & ne ibi veniat aliqua hebeta 4
tio alicui⁹ inhonesti actus discretissime cogitare. ¶ Aues cur
uorum vnguium curuum etiam habent rostrum. Sic vere
illi qui curuos habent vngues idest opera defectuosa, habēt
communiter rostra curua idest verba excusatoria falsa & ca
uillosa. Generale est enim quod illi qui libenter male faciūt
etiam libenter se excusant fallaciter, & etiā mēdaciter mul
ta dicunt, & ideo verba curua & fallacia semper gerunt. Vel
etiam dic quod inter rostra & vngues est similitudo. i. inter
verba & opera, quia scilicet similitudinem operum repræ-
sentat similitudo verborum.

## De Lateribus. Cap. 28.

LAtera secundum Isidorum dicūtur quasi lata, sunt.n. 1
illæ partes corporis, in quib. latent costę. Interius.n. la
tera costis fulciuntur, quæ etiam costæ dicuntur, eo
quod ipsis omnia interiora custodiantur & sustenten
tur. Sunt autem costæ s̄m eundē quatuordecim ossa, septena
s. ab vtraq. parte. s. ossibus teneris chartilagineis in scutella
pectoris colligantur, & ibi ad defensionem cordis & inte-
rioris inuicem adunantur, vt dicit Const. Ista latera spiritua
liter loquendo, & istæ costæ, quę sunt septenæ & septenæ, pos
sunt significare dua moralia latera, seu duas partes spiritua-
les animæ virtuosæ, s. septem dona ex vna parte, & septē vir
tutes ex altera. Istæ.n. sunt quatuordecim costæ, quæ. s. debēt
conuenire in peccatore viri iusti, vt cor & mens per eas cu-
stodiantur, & a vitiorum læsionibus præseruētur. Sicut.n. de
tali latere dicitur Prouerb.3. Ne paueas repentino terrore
potentias ipsorum dn̄s erit in latere tuo, & custodiet te ne
capiaris. ¶ Latus dextrum est mobilius, sed latus sinistrū est 2
firmius &c. Vide supra de manu. §.5. vbi exponitur. ¶ Quan
doque in laterib. generatur apostema quod dicitur pleure- 3
sis, in concauitate & teneritate costarum, & deprehenditur
per sputum, de dicti apostematis materia vel natura. Sputū
n. sanguineum denotat materiam sanguineam. Citrinū cho
lericam. Album phlegmaticam. Liuidum melancholicā. Sic
vere in lateribus & concauitate cordis latet quādoque apo
stema pcti. Illud potest per sputum. i. perverbum quod de
ore profertur, cognosci. Ex abundantia enim cordis os loq-
tur. Mat.rs. Et ideo secundum materiam corruptā affectuū
& cogitationum, quæ latet in interiori intentione diuersi-
mode variatur sputum. i. verbum in ore & in exteriori locu
tione. Gregorius. Per hæc q̄ foris apparent, quid intus lateat
aperitur. ¶ Sicut dr̄ in prognosticis in febrib. acutis, ægrum 4
iacere in latere, bonum est, & maxime in dextro. Significat.
n. latera non esse apostematizata: quia. s. qñ in laterib est apo
stema, non pōt æger desuper incumbere præ dolore. Duo la
tera aiæ possunt mihi significare spem & timorem. latus.n.
dextrum significat spē bonorum æternorum. Sinistrum ve-
ro timorem inferni tormentorum. Igitur quotiens contin-
git febris acuta alicuius tribulationis vel tentationis, bonū
est per considerationem iacere in aliquo laterū prædictorū,
quia. s. tunc optimum est signum boni viri, qñ recurrit ad cō
siderationem gloriæ æternæ, quæ victori promittitur, & mi-
seriæ, quæ victo etiam intentatur. Eze.4. Dormies super lat⁹
tuum. Maxime aūt optimū est in latere dextro. i. in spe & cō
sideratione diuinæ gratiæ & gloriæ residere, signum.n. est
tunc tpis quod apostema pcti mortalis interius in corde nō
latitat, & q interior affectio ad deum libere spirat. Isti.n. qui
apostemate vitiorum sunt pleni, nesciūt iacere in latere, nec
ad deum in tribulatione seu tentatione recurrere, nec de cę
lestib. aut infernalib. cogitare, quinimo dolorem desperatio
nis incurrunt. Et ideo iacere super ista latera nunquam quæ
runt. Eccl.42. Seruo pessimo latus sanguinare. Vel dic quod
ista duo latera sunt amor & timor, vel facere bonum & re-
cedere á malo, &c. similia. ¶ Quandoq; in latere generatur 5
ventositas & fit punctura & dolor, quandoque etiam ibi cō
tingit opilatio, contractio, duritia inflatura & distensio, spal
mus & similia: ex quibus omnibus dolor sequitur. Et si pul
sus magnus & saltuosus fuerit, & potissime si fuerit visus
oculorū horribilis, tunc etiā mentis alienatio timeē, & mors
finaliter generatur. Sic in laterib. mentis nostræ. s. in volunta
te &

te & cogitatione qñq; contingit ventositas inanis gloriæ qñ
que opilatio verecundiæ, q.s. non permittit viã oris per con
fessionem aperiri qñque contractio auaritię, quæ.s. non sinit
mentem ad liberalitatem extendi qñq; duritia obstinatio-
nis & maliciæ, qñq; etiam inflatura superbiæ, & distentio im
patientiæ & iracundiæ, qñq; etiam spasmus & insensibilitas
accidiæ & pigritiæ. Et sic proculdubio pctor infirmus dolo-
re desperationis granatur. & si pulsus exteriorum operũ fue
rit saltuosus per iactantiam, & visus suæ cognitionis & fidei
fuerit horribilis per aliquam hæreticam descendenti à mẽs
sua a recto sensu alienatur, & mors æterna proximo commi
natur, vt sic de diabolo & peccatore dicatur illud 2. Re. 20.
Percuſsit eum in latere, & effudit intestina. ¶ Vnum hic pos-
sum addere, quod omnes mundi choreæ sp fiunt ad latus si-
nistrum. Choreantes. n. ad partem sinistrã incedunt, & a late
re dextro recedunt. Sic vere omnes illi qui per mũdana gau
dia choreizant, & qui in mundi prosperis gaudẽt, tripudiãt
& exultãt, solent a dextera paradisi & cęlestis gloriæ recede
re, & ad sinistrã infernalis miseriæ accedere, & solent virtu-
tum dimittere, & ad vitia se transferre. Tales. n. hunc habẽt
dexteram prosperitatis, & ideo dignum est q vadant ad lat⁹
sinistrum aduersitatis, quia sicut dr Eccl. 42. Seruo pessimo
7 sanguinare latus. ¶ Duo homines diuersis viis incedẽtes, qñ
veniunt ad quadriuium, & vltra trãseunt, ille qui prius erat
dexter, efficitur sinister. & econuerso ille qui erat sinister, ef
ficitur dexter. Sic vere in quadriuio mortis, illi q primo erãt
in prosperitatis dextera, ponuntur in aduersitatis sinistra, &
econuerso illi, qui in latere sinistro aduersitatis erant, tunc in
dextera prosperitatis sedẽt, quia. s. diuites qui nunc sunt dex
teri, fiunt sinistri, pauperes vero qui nunc sinistri sunt, fiunt
dextri. Figura de Isaac, qui volens benedicere filios Ioseph,
cancellatis manib. impositis capitib. eorum, de dextero fecit
sinistrum, & de sinistro facit dextrum. Sic Isaac. i. deus in iu-
dicio suo manus suas mutabit & transłocabit, quia. s. manũ
dexteram fælicitatis ponet super illos, qui nunc sunt in sini
stra aduersitatis, manum vero sinistram duram iustitiæ & se-
ueritatis & etiam aduersitatis, imponet illis qui nũc sunt ad
dexteram prosperitatis, & sic erunt sinistri dextri, & dextri
sinistri iuxta dictum veritatis Mat. 20. Erunt nouissimi pri-
mi, & primi nouissimi.

## De Dorso. Cap. 29.

1 Dorsum secundum Isidorum dicitur a duritia. Vnde
dorsum dicitur quasi durum sicut saxum. Tergum
etiam dicitur, a teres, quod est rotundum. Et secun
dum remigium proprie tergum est tam animalium
quam capientium, quia. s. dorsa eorum teguntur, & onerib.
& ictib. affliguntur. Est igitur dorsum pars corporis exterior
durior, fortior, atq; solidior, & ossib. duriorib. compactior.
Pellisque eiusq; grossior & fortior & tenacior, & hoc vt es-
set corporis fundamentum, & cuiuscunq; oneris sustenta-
mentum, & medullæ interioris solidum tutamentum. Con
stat. n. dorsum ex diuersis ossibus duris & spinosis, & inte-
rius perforatis, q b. costæ sicut in fundamento radicantur, a
quib. exteriora onera portantur, & in quorum medio me-
dulla cerebro veniens, quæ nucha a medicis dr, velut in re-
positorio collocatur, & ibidem a cunctis nocumentis exte-
riorib defensatur. Per dorsum in scriptura potest intelligi
fortitudo mentis, quæ scilicet debet esse dura & constans, &
per patientiam solida & firmata. Attritiones enim tribula-
tionum, onera mandatorum & statutorum, ictus & verbe-
ra correctionum debet dorsum virtualis patientiæ sustinere
& sicut quoddam solidum fundamentum omnia grauia pro
dño tolerare, vt sic medullam gratiæ & deuotionis, quæ a
cerebro. i. a deo desursum immittitur, possit sine læsiõe pctĩ
defendere & seruare. ps. Supra dorsum meũ fabricauerunt
peccatores. Vel dic q dorsum q est durũ, & onerib. assuetũ
& est a parte post, significat obliuionem, postpositionem,
mentisq; duritiam & obstinationem: Quia. s. sicut res quę di
splicent, retroponimus, & in dorsum couertimus, sic homo
postponit & obliuioni tradit illud quod nõ diligit, imo odit
& ideo peccator habet dorsum, pro eo qđ pro mundo gra-
uia bene portat, & pro eo q dei & plati mãdata postponit,
& ab eis oculos auertit & declinat. Eccl. 21. Displicebit ei, &
proijciet illud post dorsum suum. ¶ Qñ Calidris vertit dor
sum suum inferius, signum est mortis &c. Vide infra lib. 7. ti

tulo de calidri. ¶ Homo solus hoc habet propriũ q supinus 3
supra dorsum potest iacere, & dormire. quadrupedes. n. iacẽt
versa facie versus terram, & verso dorso superius, versus cœ-
lum. Sic vere inter homines & quadrupedes. i. inter bonos ra
tionales, & ipsos malos est differentia, quia. s. homines. i. bo-
ni, iusti & rationabiles possunt dormire & quiescere supini,
mente ad cœlũ versa, & verso dorso contemptus & displice
tia ad terram, i. ad temporalia & terrena. Istud tamen nõ pos
sunt facere quadrupedes peccatores, quia pro certo si in mũ
di prosperis dormiunt, non cœlum sed terrã respiciũt, & ad
terrena, non ad cœlestia attẽdunt, dorsum vero cõtẽptus &
displicentiæ, cœlo vertunt. Constat. n. q soli boni viri in pro
speritate sciũt ad dominum attẽdere, ipsa etiam terrena quæ
habere, sciunt contemnere, & dorsum ad deum & ad cœlum
per affectũ & desideriũ supinare. psa. Leuaui oculos meos in
montes. Mali vero dormiendo econuerso i prosperitatibus,
deũ & cœlestia obliuiscunt & postponunt, terram vero &
mundana diligunt, respiciunt & præponunt. vnde dominus
dicit Hier. 2. verterunt ad me tergum, & non faciem.

## De Pectore. Cap. 30.

Pectus est membrum inter mamillas positum, ipsarum
que mamillarum fundamentum, & pro cordis & pul 1
monis receptaculo latum & concauum instrumẽtum.
Pectus enim fortibus ossibus componitur, mamillis
exterius sua ossietas operitur, a corde & pulmone sua conca
uitas habitatur. Et ideo latum est & concauum, vt membra
spiritualia ab eo contineantur. Quibusdam etiam pelliculis
distinguitur, vt cor & pulmo in ipso fortius teneantur. Per
pectus potest intelligi mens humana, pro eo q ex pectore
omnis cognitio procedit. Illa igitur debet esse ossea per con
stantiam, mamillata per clementiã, concaua & lata p charita
tiuam continentiam, corde & pulmone plena per deuotio-
nem & scientiam, quia. s. cor sapientiæ & discretionis, pulmo
etiam spiritualis vitæ & deuotionis, debet in isto pectore la-
titare, & in mente viri iusti constringi & teneri, & iugiter ha
bitare, vt sic figuretur in illis septem. Angelis Apoc. 15. qui
erant accincti circa pectus zona aurea. Aurum enim quod
splendet, significat discretionem. Aurum etiam quod facile
dilatatur, significat dilectionem & deuotionem, quæ. s. in deũ
superius extendunt. Exo. 44. Portabit Aaron nomina filiorũ
Israel in rationali iudicij super pectus suum. Vel dic q in cor
pore ecclesiæ, locum pectoris tenent viri constantes, qui. s. ha
bẽt cor. Et isti debẽt habere oia supradicta. Et sicut videmus
q a corde procedit cogitatio & dilectio, iracũdia, tristitia &
audacia, sic isti debent habere cogitationem meditatiuã, di-
lectionem inflammatiuam, iracundiam dedignatiuam, & au
daciam bonorum operum aggressiua. ¶ Reptilia quæ serpen
tia dicunt, sicut sunt vermes & colubri, super pectus suũ gra 2
diuntur, & cum incedũt, pectore terrã tangunt. Sic vere pec-
catores semper habent pectus affectionis suæ circa terram. i.
circa temporalia & terrena, ipsaque tãgunt & pectore & cor
pore & opere & amore. Genes. 3. Super pectus tuum gradie-
ris, & terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ. ¶ Pectus so 3
let ab homine quando pœnitet de aliquo perpetrato, percuti
atque tundi, & pro eo q exinde venit cogitatio & consensus,
manualiter castigari. Pectus. n. percutit, sonus auditur, & ma
nus in percussione apponit. Sic verè qñ homo se cogitat deli
quisse, pectus (quod est principale in delicto rõne consensus)
debet punire & percutere & per contritioné, sonũ facere per
confessionem, manũ apponere per operis satisfactioné. Vñ
de quibusdã pœnitentibus dicitur Luc. 28. Percutientes pe-
ctora sua reuertebant. ¶ Pectus eleuatum & acutũ signũ est 4
magnę animositatis, qa gñaliter oẽs aues prędales habent pe
ctus acutum, & multę sunt quę magis lędũt pectore q̃ vngue.
Sic qñ pectus. i. cor & affectio ad deum eleuatur, signum est q
homo animosè aggreditur & operat. Prælati ergo debẽt ce-
dere & conuertere subditos magis p pectus. i. per pectoralẽ
dilectioné q̃ per manualẽ correctione vł exacerbatioñẽ. Leu.
11. Pectusculũ eleuationis & armus erit Aarõ. quasi diceret q
Aaron. i. quicũq; prælatus debet habere pectus eleuatum per
affectione, & armũ & humerũ fortẽ ad bonam operationẽ.
¶ Nullũ aial habet mamillas in pectore præter hominẽ & ele 5
phantẽ. Alia. n. aïalia ipsas habent in lateribus vel in ventre,
sicut patet de caniculis & de porcis. Mamilla quæ lactat, be-
neficentiam vel etiam doctrinam designat. Igitur dico q ho-
mo &

mo & elephas.i.viri rōnabiles & iusti mamillā beneficiorū
suorū hñt in pectore, non in ventre, quia.s.ipsi bene faciunt
ex pectorali & vera dilectione nō ex ventrali & carnali affe
ctione. Econtra autē canes & porci.i.pctōres auari insanabi
les, luxuriosi & immundi, non habent eas in pectora, sed in
ventre, q.a.s.non ex pectore diligunt, sed ex carne ad. Ro.16.
Dño non seruiunt, sed suo ventri. Quia.s.isti bñ faciendo vel
6 lactando alios: sp attendunt carnis affectionē, vel proprij lu
cri acquisitionē ¶ Pectus qñq; patiē multis modis. Qñq; ex
frigore cōstringente. Qñq; calore desiccāte, sicut in ecticis.
Qñq; ex humore vias anhelitus opilante, & suffocationē in
ducente. Qñq; corruptio humore se in apostemare congre-
gante. Sic vere pectus consciæ lædit frigus indeuotionis, qđ
cōstringit ne dilatemur p dilectionē. Calor affectionis, qui
desiccat mentis dulcorem & cōpassionē. Humor carnalis in
fectionis, qui suffocat vitā gratiæ & spūs inspirationē. Apo-
stema superbiæ, qđ corrumpit mentem interiorē & intētio
7 nē. ¶ Pectus est membrum valde nobile, & iō quæcunq; læsu
ra est in pectore valde periculosa. Valde.n.est vicinum cor-
dis, & iō plus noceret modica punctura in pectore, q̄ multo
maior in brachio vel in crure. Pectus est ecclesiasticus, reli-
giosus, vel p̄latus, qui.s.gradu & statu cordi.i.deo est propin
quus & vicinus. Igitur in isto est periculosa & indecens quæ
cūq; læsio peccati: modicum.n.pctm̄ magis vr lædere vel pō
derare in ecclesiastico, q̄ vnū multo maiꝰ in brachio, hoc est
dictu in seculari vel laico Vel dic quod pectus est cor, volū
tas, & affectio, brachium vero & crus est exterior operatio,
quia procul dubio modicum pctm̄ vel modica deordinatio
magis nociua qñ est in pectore.i.qñ attingit voluntatē, quā
multo maior in opere, dū tñ cordis nō tangeret vel læderet
sanitatem, quia sicut dicit Aug. Peccatum est à deo volunta
rium, quod si non esset voluntarium, non esset peccatum.

*De Mamillis. Cap. 31.*

1 MAmilla fm Isidorū dr̄ a melon, quod est rotūdum,
eo q̄ mamilla naturalr̄ est rotunda. Papilla ēt dr̄, à
palpando, eo q̄ a puero sugitur & palpat. Sunt aūt
mamillæ q̄dā mēbra glandulosa in pectore sita san
2 guinem à corde recipientia, & ipsum in lac cōuertētia. Suba
n.eius neruosa est & spongiosa, & ideo sanguinem à corde
per venā aliquā sugit & recepit, ipsumq; depurat & deco-
quit, & in album lac cōmutat pro nutriēdis pueris & cōuer
tit. Et sic illa dñr vbera ab vbertate lactis sic dicta, sicut di-
cunt Isid. & Const. Mamillæ istæ in ecclesia significant p̄di-
catores & doctores, quos ecclesia in pectore suo portat pro
pueris & simplicib. spūaliter educandis. Isti igiē dēt esse ro-
tundi per veritatē sine quocunq; angulo falsitatis. Dñt pal-
pari.i.palpabili examinatione superioris auctoritatis. Dñt es
se vbera.i.vberes abundantia eloquētiæ & facundæ venusta
Dñt esse teneri & glandulosi per mollitiē benignitatis. Dñt
esse albi & candidi p puritatē cōtinentiæ & castitatis. Dñt
esse neruosi & pleni sensu sapientiæ & subtilitatis. Dñt ēt es-
se prope cor.i.prope deū per veritatem deuotionis & chari
tatis. Et ab eo debēt haurire sanguinem & humorē sciæ quē
tandem debent vertere in lac doctrinæ & veritatis, vt sic alij
lactentur & pascantur pabulo totius sanctitatis Esa.11. De
lectabitur infans ad vbere. Et merito, q̄a sicut dr̄ Can.1. Me
liora sunt vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis. Vel
dic q̄ vbera ipsa sunt labia p̄lati, p̄dicatoris & doctoris &c.
p̄ oia sicut supra. Vel dic q̄ mamilla est vir misericors & piꝰ,
vel ēt ipsa mia viri iusti, qui sanguinē tpalis subæ quē a deo
corde nostro recipit, in lac eleemosynarum conuertit, quo
pueros & indigentes lactat & nutrit. Esa.66. Replemini ab
vbere consolationis eius. A corde.n.deo debet calorē chari
tatis cōcipere, quo possit sanguinē lac.i.diuitias in eleemo-
synas cōmutare. Vel dic q̄ mamilla est misericordia Chr̄i vł
virginis gloriosæ, q̄.s.corde nostro humorem deuotionis &
ōis dilectionis & affectionis recipit, ipsumq; in lac būficij &
consolationis nobis vertit. Et dic q̄ illa mamilla nr̄a Christꝰ
vel beata virgo fuit alba, rotūda mobilis &c. sicut supra. Vel
dic de p̄lato, qui humorē sciæ vel tpalis subæ, quem a corde
deo recipit, in lac doctrinæ vel eleemosynæ pro nutriendis
pauperib. & simplicib. cōuertit. Et dēt esse talis p̄latus in pe
ctore p charitatē, p̄pinquus cordi.i.Chr̄o p sanctitatē & cō
formitatē, alb. p castitatē, tener p pietatem. &c. sicut supra.
Vel dic q̄ mamilla est hō iustus, & maxime theologus discre
tus; qui.s. debet habere virtutē sanguinis conuersiuam, quia
p certo sanguinē mundanæ scientiæ vel philosophicæ disci
plinæ debet p expositiones & moralizatiōes in lac doctrinæ
theologicæ conuertere & in spūalem sensum mutare, vt sic
possit in Christo paruulos enutrire, ita q̄ tali possit dici illud
Can.4. Fauus distillans labia tua, mel & lac sub lingua tua.
¶ Mamillæ prægnantis dñr mollescere qñ patiunē abortum. 2
Vñ sicut dicit Hippocrates: si dextera mamilla prægnantis
mollescat, masculus abortiuus fit, si sinistra, femella. Mamil-
læ significant doctrinā, fętus vero opera designāt. Igiē illud
est verū q̄ quotiens aliquis in fetib. & operib. patitur abor-
tiuum, hoc est dictu, qñ ipse facit fætus mortuos.i.opera ma
la necesse est q̄ mamilla doctrinæ suæ mollescat & in imagi
natione hominum euanescat. Mamilla.n. doctrinæ nō pōt es
se solida si vita & opera sunt mollia & infirma, quia fm Gre
gorium: Nimirum p̄dicatio contemnitē, qñ voa operę non iu
uatur. ¶ Itē fm Hippocratē Apho. quinta particula apho.
30. Si sanguis ad mamillas conuertit maniam futurā signifi
cat. Na fm Gale. in cōmentario, si talis sanguis in tm̄ abun-
det, q̄ in lac nequeat cōmutari, fumi exinde resolutī solent
caput petere, & maniā & turbationē cerebri generare. Sic
vere qñ in homine abundat sanguis & non lac.i. sapientia
carnalis & nō spūalis, mundana & non diuina. ita q̄ in ma-
millis labiorum suorū abundant stillæ sanguinis loco lactis.
i.scia secularis & carnalis loco spūalis & diuinæ, sicut est in
multis ecclesiasticis, qui plus abundant sanguine q̄ lacte.i.se
culari scia q̄ diuina: tunc proculdubio sæpe fit q̄ fumi mala
rum affectionum & operationum, ad mentem & ad cerebrū
eleuantur & sic mania.i.sensus & debitæ rōnis perditio subse
quitur & citur. Et istud videmus ad oculum, quia illi, qui in
mundi scijs & in carnalib. prudentijs sunt discretiores: sunt
cōiter quo ad deū imperitiores, & in ijs quæ ad salutem per
tinent, rudiores. Vñ ad Ro.8. Prudentia carnis mors est. & 1.
ad Cor 3. Sapientia huius mundi, stultitia est apud deū. Quod
bene patet, quia oēs tales mundi sapientes, & lac sanguineū.
i.carnalē sapientiam mamillis labiorum stillantes, sicut sunt
mali aduocati, sunt vt cōiter maniaci & phrenetici .i. supbi
& elati, & ad rapinas & violentias effrenati. Hiere.10. & 50.
Stultus factus est ois hō à scia. Vnde Paulo dictum est Act.
26. Insanis Paule, multæ literæ ad insaniam te conuertunt.
¶ Item idem Hippocrates in eodem libro dicit q̄ in mulie 4
re prægnante si mamillæ nimio lacte affluunt, fætum debilē
esse ostendunt. Si vero strictæ, duræ & rotundæ fuerint, tunc fę
tus vtiq; sanus erit. Fetus vt supra dictum est, operationē de
signat, lac vero locutionē. Dico igitur q̄ si in aliqua persona
lac verborum, de mammis labiorum vltra debitum effluxe
rit: fętus suæ operationis debilis & nullius valoris erit, quia
s.hoc est cōe quod vbi vbera sunt plura, opera sunt modica
seu minima, sicut dr̄ Prou.14. Vbi vbera sunt plurima, ibi fre
quenter egestas. Econtra si fętus operationis fit validus, flu-
xus verborum erit nullus, imo vbera labiorum erunt tanto
strictiora, quanto opera fuerint meliora. Vel dic q̄ fætus est
anima vel propositum in corde, qui quidem fętus tunc est sa
nior, qñ in mamillis labiorum humor lacteus est rarior. Tunc
.n. anima interius infirmatur, qñ mamilla labiorum lacte ver
borum elationis & iactantię effrenaē Vñ Pro.10. In multilo
quio non deerit pctm̄. Item Hippocrates in eodem libro. Si
ventosa mamilis apponitur, fluxus sanguinis menstrualis in
mulierib. retardatur, & per attractionem ventosæ fluere im
peditur. Mamillæ quæ lac continent, prosperitatem munda
nam designant, quæ lac multarum consolationum habent,
& suos lactant, nutriunt atq; fouent. Igitur qñ fluxus san-
guinis.i. vitium carnalis infectiōis, vel fluxus vitiosæ affectio
nis in aliquo abundauerit, si ventosa seu suctorium tribula-
tionum mamillis suæ prosperitatis apposita fuerit, statim flu
xus huiōi retrahetur & cessabit, & sic tribulatio vel corre-
ctio ipsum sanum faciet, & curabit. Esa.28. Vexatio dat intel
lectum. ¶ Mulier prægnans si masculū cōceperit, dextera ma
milla maior & durior erit. Econuerso aūt si fętum fęmineū 5
conceperit, mamilla sinistra maior & durior apparebit. Et
hoc primū accidit, vt dicit Arist. de generatione aialiū, quā-
do fętus incipit primū se mouere. Fętus est interior conce-
ptus & cogitatio, mamilla vero est exteriꝰ verbū & locutio.
¶ De fętib aūt conceptis i.de conceptibus affectionis aliqui 6
sunt masculi, aliqui fęminei, aliquæ cogitationes & affectiones
sunt bonæ, masculinæ, & virtuosæ, aliquæ aūt fęmineę.i. mol-

les,carnales & vitiosę Itē de mamillis.i.de verbis nostris,ali
qua sunt dextra,aliqua sinistra:i.aliqua sunt bona & hone-
sta,aliqua vero sinistra,hoc est duplicia atq; varia. Igit̄ dico
q̄ fętus & vbera,i.cogitatus & verba,sibi ionicē corrñdent.
Ex abūdantia.n.cordis os loquit̄.Mat.12. Nā si fœtus fuerit
masculus,i.si interior cōceptus & mens fuerit bona,tūc pro
culdubio mamilla dextera.i.locutio honesta erit in nobis am
plior si aūt sinistrū & fęmineū cōceptū.i.vanū ꝓpositum ha
buerimus,tūc ꝓ certo mamillā sinistrā.i.mala verba & vana
& inhonesta,maiora & abundantiora cæteris hēbimus, q̄a
ꝓcul dubio ex bono cōceptu sequunt̄ bona verba ex malo ṫi
mist mala,q̄a sicut dr̄ Matt.12.Bonus hō de bono thesauro
suo ꝓfert bona.malus aūt sist mala.¶ Ex coagulatiōe & mul
7 titudine & retentione lactis indurant̄ mamillę,& dolor & i-
firmitas gn̄rant̄.Pilus ēt si tunc supcreuit in mamilla,dolorē
maximū facit.Sic vere in mamilla mīæ nostræ duæ accidunt
infirmitates.i.duo vitia vel defect⁹,q̄a.s.duritia parcitatis &
auaritiæ,& pilus vanitatis & inanis gloriæ qñq; ibi nascit̄,ex
qua nisi auferat̄,totū opus mīæ,q̄ ceptū fuerat viciat̄. Bn̄ er-
8 go dr̄ Mat.6.Cū facis elemosyna,noli tuba canere.¶ Lac qñ
que pp abundantiā materiæ & pp defectū decoctionis, in
mamilla non dealbat̄,imo corruptum sanguineum distillsē.
Sic vere multi sunt qui sanguinem affectionum suarum non
bene decoquunt,nec præuident,nec attendunt,ita q̄ de ma
millis labiorum suorum non lac sed sanguinē.i.nō verba pu
ra,munda lactea & honesta reddunt,sed potius sanguinea,
carnalia adulatoria,& cōrrupta.Ezech.5.Pestilentia & san-
9 guis pertransibunt per te.¶ Animalia multorum vberū mul
tos habent fætus &c.Vide de animalibus in generali.

## De Pulmone. Cap. 32.

1 PVlmo s̄m Constantinum est membrū molli caroe spō
giosa & aerea creatum,vocis & spūs instrm̄.Est.n.pul-
mo in cōtinuo motu.Aerē.n.frigidū cōtinue ad refri-
gerīū cordis mittit & ipsum aerē calefactū cum cordis
fumositatib.extrapellit.Pulmo igit̄ vocē format,cor refrige
rat aerē suo motu,depurat alterat & immutat, & sic cordi
refrigerīū,& spūi vitali nutrimentum tribuit & ministrat.A
motu nunq̄ cessat & se cōstringit continue & dilatat, aerem
retinet & reseruat. Vnde aial tandiu sub aqua viuit, quadiu
aerem retentum custodit humorem spumosum generat &
cordis substantiam lateraliter circundat. Hæc oia dicit per
ordinem Constantinus.Pulmo iste significat voluntatē seu
mētis affectionē,q̄.s.debet esse mollis,carnea & benigna,pu
ra,serea,& serena.Ista igitur cor circundat,quia ab eo ꝓce-
dit,& ideo ista aerem diuinæ gratiæ attrahit,& spūale refri-
gerium cordi mittit,& ab ipso fumos malorum desideriorū
eijcit & expellit.Pulmo igitur bonæ voluntatis,vocem ora-
tionis solet formare,à motu bonorum desideriorum nun-
quam cessare,qñq; per timorem se constringere,& qñq; per
amorē se ad proximos dilatare. Aerem diuinæ gratiæ debet
retinere,& ipsū cordi & affectui ministrare,vt sic possit ani-
mam à suffocatione perpetua reseruare. Humorem spumo-
sum vitiorū debet p confessionē emittere,vt sic possit cor-
dis munditiam procurare. Vel dic q̄ pulmo est prædicator,
qui cordi.i.Deo deseruit,& aerem quem immutat & depu-
rat.i.hoies quos conuertit & sanctificat,pro summo refrige-
rio sibi mittit.Hic vocem prædicationis facit & per amorē
& timorem se dilatat & stringit,& per diligentiā continuē
mouetur & discurrit,& sic pectorē a suffocatione inferni cu
stodit,dum aerem bonæ doctrinæ eidem attrahit. ¶ Oē aial
2 spirans habet pulmonē &c.Vide de aialib.in generali .§.29.
& 67.¶ Pulmo qñq; patit̄ acumine humoris a capite deflue-
3 tis,quo.s.vlceratur. Quod quidem vlcus(pro eo q̄ pulmo
est in continuo motu)faciliter non curatur,& sic aer pro re
frigerio cordis attractus,per foramē vlceris euanescit,& ita
cor pp paucitatem attracti aeris in seipso deficit & marce-
scit.& ptisim & alias infirmitates incurrit. Sic vere qñque
cōtingit q̄ mali humores carnalium & [illegible] bonorum,
ad pulmonem affectionis nostræ,per malam complacentiam
fluunt,ipsamq; per diuersa vitia vlcerant & corrodunt, & sic
efficit inhabilis ad aerem gratię & deuotionis trahendum,
& ad cor a feruore malorum [illegible] refrigerandū &
temperandum.Sap.2.[illegible]

## De Corde. Cap. 33.

COr s̄m Isidorum dr̄ a cura,eo q̄ oīs sollicitudo & [illegible]
rasciæ in eo manet.Qđ iō pulmoni iunctum est,vt c[illegible]
ira accenditur,humiditate pulmonis temperet. Est aut[illegible]
cor in medio,vt per ipsum vita toti corpori vndiq; mi[illegible]
retur,& vt spiritus vitalis sicut à centro ad mēbrorū circū[illegible]
rentiā deferatur.Et cor s̄m Const.mēbrum cōcauū,carne[illegible]
mobile,rotundum,durum oblongum,& acutū.Cor ita cor[illegible]
pore.pōt mihi significare platū in ecclesia.ille est.n.q̄ sollic[illegible]
tudinē & curam regendi corpis eccliæ dēt habere,in medi[illegible]
æquitatis & iustitiæ debet sedere,& nunq̄ ad vnā partē pl⁹ [illegible]
ad alia,p psonarum acceptionē aliqualr se habere,sed ēt( [illegible]
discordes fuerint)dēt inter eos se mediatorē & mediū exh[illegible]
bere,& vitā grāæ sciæ ad oēs circūquaq; infundere,& oēs sub[illegible]
ditos exemplis & scijs vegetare. Io.20.Stetit Iesus in medi[illegible]
discipulorū suorū,& dixit eis.Pax vobis.Sit igit̄ talis cōca[illegible]
uus per humilitatē,carneus per benignitatē,rotundus & mo[illegible]
bilis p diligentiæ sedulitatē,durus & solidus p cōstātiæ sta-
bilitatē,oblongus p deliberationis maturitatē acut⁹ p sull[illegible]
tiā & seueritatē,feruens & calidus p ppetuā charitatē,cogi[illegible]
tās & intelligens p prudentē subtilitatē & sagacitatē.Prou.
16.Cor hois disponit viā suā. Dēt ēt sp habere secū pulmo-
nē.i.bonos & spūales viros aeris & spūs attractiuos, quorū.
s.humiditate & benignitate,cōsilijs & prudentia,possit flam
ma sui rigoris tpari,si ipsum vltra debitū contingeret inflā-
mari. Vel dic q̄ cor pns cor significat mētē aiæ,q̄.s.debet cor
rñdere cordi carneo,q̄ est ipsius instrm̄.Mens igit̄ dēt dici
cor a cura,quia.s.de salute sua dēt esse curiosa.In medio dēt
esse.i.in prōptu,vt.s.deo,plato & pximo sit obediens & ob
sequiosa.Lu.22.Ego aūt in medio vestri sum sicut q̄ mini-
strat.Pulmonē ēt.i.ventilabrū deuotionis iuxta se dēt habe
re,vt aere diuinæ gratiæ inflamatio suorū malorū affectuū
tpet.Et cæteris mēbris.i.cæteris aiæ potētijs debet vitā grę
diffundere,vt qlibet ab ipsa mēte mō debito regat̄.Iō bñ dr̄
Prou.4.Oī custodia serua cor tuum,qm̄ ab ipso vita ꝓcedit
igit̄ sit ista mēs carnea p pietatē & p obediendi facilitatem.
Eze.11.Auferā cor lapideū de carne vrā, & dabo vobis cor
carneū.Sit concaua p humilitatē &c. p oia sunt supra.Vt sic
ipleat illud q̄ pcipit 3.Re.8 Erit cor uiri pfectū corā dño.
culi oia circũcludit, & q̃ more sacci oia cõtinet & custodit
& tam amicos q̃ inimicos intra sui ambitũ inuoluit, ipsosq;
quod semel acceperit vel dilexerit, vlterius, nõ dimittit. Ca.
3. Tenui eũ,nec dimittam. Et sicut dr̃.1.ad Cor.13. Charitas
nunq̃ excidit. Iõ de istis tribus dr̃ ibidem. Nunc aũt manẽt
fides,spes,charitas,tria hæc,maior aut horũ est charitas. ¶ In
5 ter viscera est vnum intestinum dictum yleõ & aliud dictũ
colon,in quibus Iliaca & collica passio generatur, q̃ horri-
biles faciunt in visceribus torsiones. Sic verè inter præcor-
dia mẽtis nostræ,diuersi sunt affectus,in quibus pculdubio
torsiones inuidiæ & passiones tristitiæ generantur, a q̃bus
ipsa viscera.i.ipsi mentis affectus grauiter cruciant.a. Mat.9.
Apprehendit eum dolor dirus viscerũ. ¶ Viscera diuersimo
6 dè patiuntur. Aliqñ ex vẽtositate ostendente, & torsiones
inducẽte. Aliqñ ex siccitate opilãte,& stercora indurãte,&
exire prohibẽte. Aliqñ ex humore cholerico fluxum dysen
teriæ cãnte. Aliqñ ex apostemate.se in cõcauitate viscerum
imiscente. Aliqñ ex acuta cholera intestina pungente & cor
rodente. Sic verè intestina mentis & affectus nostri multos
spũales morbos incurrunt. Qñque.n.per inuidiam distendũ
tur. Qñque per auaritiam indurantur,& ab expulsione sum
ptorum.i.bonorum tẽporalium vltra debitum retardantur.
Thre.3. Amplexati sunt stercora. Qñque per superbiam apo
stemantur. Qñque per luxuriam fluunt & dysenteriantur,
quandoque per irã & crudelitatem pungunt atque tor-
quentur. Proue.12. Viscera aũt impiorum crudelia. ¶ Scd̃m
7 Arist. Intestina habentiũ dentes in vtraq; mandibula,cõiter
non habentibus sunt minora. Sic verè illi qui habent den-
tes discretionis in vtraque mandibula,superiori.s.& inferio
ri,hoc est dictu,illi qui discretè masticant cælestia & terre-
na, habent vt cõiter intestina modica.i.ingluuiem ventris
paruam,quia.s.d.screti viri sunt præ cæteris abstinentes, &
8 ventri modicum indulgentes. ¶ Aialia ampli & recti inte-
stini sunt gulosa, sm Arist.li.5. de partibus aialium. Cibus.n.
statim eijcitur ẽt indigestus,& iõ talia aialia multum appe-
tunt,& continuè cibum quærunt. Sic verè hoies quorum in
testina.i.affectiones sunt nimis latæ & amplæ,sunt ẽt rectæ,
hoc est dictu,extentæ,& per nullam temperantiam replica-
tæ,sunt vt cõiter gulosi per auaritiam, & continuè cibum
bonorum tpalium quærunt & appetũt per rapinã. Nihil.n.
talibus sufficit,& iõ cor eorum continuè tpalia eluriit atque
quærit. Prou.13. Venter impiorum insatiabilis. Quod et de
gulosis põt dici quorum ingluuiei nihil sufficit,imo conti-
nuè cibos petunt.46. Oẽm escam manducabit venter. Vel
dic q̃ talia aialia sunt satui nobiles, quorum intestina affe-
ctum sunt ita liberalia,seu lata,q̃ nihil sibi retinẽt de diuitijs
acquisitis, imo cũcta indiscretè eijciunt & expendunt. Et tñ
tales sp solẽt esuriẽ, & penuriam sustinere,& per rapinã &
crudelitatem cibos tpalium appetere & vorare. Prou. 21.
Alij rapiunt non sua & sp in egestate sunt. ¶ Serpens habet 9
ventrem strictum,& est similis aialis intestino, sm Arist. Sic
serpentes.i.prudentes,modicum & strictum habent ventrẽ
,i.ventris ingluuiem,quia.s.ipsum stringunt per abstinentiæ
parcitatem. Quod est contra gulosos & auaros, de quibus
dr̃ illd Actu.1. Effusa sunt oia viscera eius. Vel dic q̃ prudẽ-
tes viri ventrem habent strictum, quia.s.in bonis terrenis
suum moderantur appetitum,& stringunt desideria mentis
suæ,iuxta illud Eccl.29. Minima pro magnis sufficiant tibi.

## *De Renibus. Cap. 40.*

RENES sm Isidorũ & hali & ẽt Arist.in corpo
re necessarij sunt ad sanguinẽ aquosum de he 1
pate extrahẽdũ,& ad ipsum ab humore vrina
li purificandũ,& ad ipsam ad vrinã & vesicã
mittẽdũ & expellendũ. In renibus vis genera
tiua dr̃ vigere,& ibi semen & originem sume
re & habere. Sunt.n.supra modum renes calidi & humidi,
& iõ frigiditatis spondilũ sunt temperatiui, vrinæ colatiui
& expulsiui,gñationis originaliter causatiui,virtutis natura
lis cõfortatiui,carnosi rotũdi,porosi,& pinguedine cooper
ti. Per renes ecclesiæ intelligi possunt viri spũales,p̃sbiteri &
cõfessores, & ẽt boni p̃dicatores. Isti.n.sunt necessarij in coe
pore ecclesiæ militantis. Habent.n. virtutem igneæ charita
tis,qua.s.operant opera multiplicis bonitatis. psa. Vre renes
meos & cor meũ. Et iõ isti solent ab vrina.i.a supfluitate mẽ
bra,i.fideles purgare, & nouos fœtus in ecclesia solent p̃dicã
do p gratiã generare. Virtutem bene agendi solent exemplis
& doctrinis in alijs confortare,& frigiditatem indeuotionis
salubriter temperare. Iõ isti debent esse carnosi per pieta-
tem,porosi & bibuli per sancti desiderij bonitatem. Rotun-
di & sine angulis per simplicitatem & veritatem, & cooper
ti pinguedine gratiæ per oimodam sanctitatem. Et sic eccle
sia dicetur illud Dan.10. Renes eius accincti auro obryzo.
Vel dic q̃ isti renes significant bonos affectus, charitate flã-
meos & ignitos. Illi.n. debent superflua p cõfessionem emit
tere,bona opera generare & producere. Et iõ modo prædi
cto isti debent pingues,rotundi & carnosi esse,hoc est dictu
diuersis,virtutibus abũdare. Et sic isti erunt illi renes quos
dñs scrutari,& in quorum virtutibus dinoscit delectari. p̃s.
Scrutãs corda & renes deus. Et sicut videm⁹ q̃ milites ante
oia renes suos p̃cingũt & stringũt, & inde fortiores sunt,sic
renes affectuum debemus per temperantiã cingere & strin
gere,& eos a vanis appetitibus coercere. Exo.12. Renes ve
stros accingetis &c. Vñ de Helia dr̃.4. Reg.1. Vir pilosus oc-
currit nobis, Zona pellicea accinctus renibus. ¶ Renes seu 2
lumbi sunt sedes & fundamentum venereæ voluptatis. In
eis.n.semen generatur,& exinde & genitalia propinatur,&
ibi calor & appetitus libidinis procuratur. Et iõ sm Isido-
rum lumbi ob libidinis lasciuiam appellantur. Sic igitur per
renes põt luxuria seu carnis lasciuia designari, p quam solet
hõ ad carnis opera inclinari. Et iõ Exo.28. præcipitur q̃ sa-
cerdotes haberent fœminalia a renibus vsq; ad femora. Ad
denotandũ q̃ renes voluptatis sunt operiendi,& castitatis
fœminalib. coercẽdi. Esa.5. Nõ soluet̃ cingulũ renũ eius.
¶ Renes qñq; patiunt ex dilatione, & humoris abundantis
extensione. Aliqñ ex nimia inflammatione, & lapillorum in 3
vijs virginalibus generatione. Aliqñ ex frigoris congelatio
ne. Sic vere nostri carnales affectus multa vitia patiuntur,
quia s.per luxuriam dilatãtur, qñq; p indeuotionem cõgelã
tur, qñq; per obstinationem idurant,& sic per tentationem
diabolicam multis tentationibus vulnerant. Thr.3. Misit in
renibus meis filias pharetræ suæ. ¶ Secundum Arist. renũ cu
lus

lus dexter est ſp altior, & pinguedine pauperior q̃ ſiniſter.
Et hoc accidit, ꝑ ea q in dextera parte calor ē maior & mo
tus amplior. Et iō pp motum pinguedo cōſumitur: & pro
pter calorem renūculus ſuperi' eleuatur, & ſic altior & ma
crior inuenit. Duo renunculi in corpore, ſignificāt duos ſta
tus hoim qui ſunt in mūdo, dextros. ſ. & ſiniſtros. i. bonos &
malos. Sed ꝑ certo iſtud eſt verum, q dextri. i. boni ſunt in
vita iſta per ſp & cōtemplationem & cœleſtium affectionē
altiores & ꝑ paupertatem macriores. Calor. n. charitatis ip
ſos ad cœleſtia eleuat, & motus tpalis aduerſitatis diuitia-
rū pinguedine ipſos nudat, cuius cōtrariū eſt in pctōrib. &
ſiniſtris, q. a. iſti ſunt diuitijs pinguiores, & per terrenorum
deſideria baſsiores, q. a ſicut dr̃ Eccle. 3. Spūs hoim aſcendit
5 ſurſum, & ſpūs iumentorum deorſum. ¶ Renūculi inuoluti
ſunt pinguedine, & tñ in ſe ſunt mirabiliter macri. Sic multi
ſunt q in religione vel eccl̃a ſunt in medio pinguedinis grẽ
& doctrinæ, & tñ ſunt alijs virtutib. macriores. Vel dic ecō-
tra de bonis diuitib. qui ſunt pinguedine diuitiarū repleti,
& tñ ipſi in ſe. ſ. io affectu ipſas vilipendunt, & ſunt ſpūaliter
pauperes atq; ſicci & a deliciarum infectionibus alieni.

## *De Vesica. Cap. 41.*

1 VESICA ſm Conſtan. eſt panniculus durus rotuo
dus: & in modum ſacci factus, ad recipiendum &
euacuandum ſuperfluitatem vrinæ a natura diſpo
ſitus & paratus a parte inferiori vndiq; clauſus, à
parte ſuperiori vno foramine perforatus. Iſtud membrum
in corpore vr̃ ſignificare virtutem confeſsionis in aia. Con
feſsio. n. eſt ſpiritualiter quædam veſica, quæ ſuperfluitates
vitiorum per conſiderationē in profundo cordis aggregat,
& tādem per loquutionē ipſa euacuat atq; fugat 1 ad Cor.
13. Euacuaui quæ erāt paruuli. Vel dic q veſica eſt bona aſ-
fectio, quæ. ſ à parte ſuperiorum dēt eſſe aperta & perfora-
ta, a parte vero inferiorum & terrenorum dēt eſſe clauſa &
obſerata. Iſta ergo ſuperfluitatem vitiorum dēt per cōfeſsio
nem emittere & ſuperfluitatem bonorum tpalium dēt per
2 eleemoſynā vacuare. allega vt ſupra. ¶ Secundum Ariſt. nul
lum aial habēs plumas vel ſquamas, aut cortices ſiue teſtas,
hēt veſicam præter tortucam &c. Vide. li. de aialib. c. de tor
3 tuca. ¶ Secundum Ariſt. humiditas nunq̃ exit a veſica aialiū
mortuorum. In veſica etiam quandoq; generatur lapis, qui
vias impedit vrinales. Sic ꝑcul dubio illi q ſunt mortui per
pctm̃, de veſica cordis ſui nunq̃ ſolent emittere ſuperfluita-
tem vitiorum per confeſsionem, imo nec de veſica arcę ſuæ
volunt eijcere ſuperfluitatem diuitiarum per eleemoſynarū
largitionem. Lapis. n. obſtinationis in ipſorum cordibus ge
neratur, quo ois ſpiritualis euacuatio impeditur. Audiuit
. n. illud Eccl. 35. Non apparebis in conſpectu domini Dei
4 tui vacuus. ¶ Item ſm Ariſtotelem ibidem. ſ. li. 3. de partib.
aialium, oē aial habens pulmonem, multum ſitit, & ideo in
diget cibo humido, pluſquam ſicco, quapropter neceſſe eſt
q habeat veſicam, ad recipiendum cibi ſuperfluitatem. Sic
verè ois homo qui habet pulmonem, & qui recipit ventum
. i. qui habet appetitum venti inanis gloriæ, multum dēt ſiti
re diuitias huius mundi, vt. ſ. mediantibus ipſis appetitus ip
ſius ſatietur. Neceſſe eſt igitur q tales habeant veſicam con
feſsionis, qua euacuent ſuperfluas iniquitates, & veſicam ęt
largitatis, qua euacuent ſuperfluas facultates. Hier. 14. Re-
5 portauerunt vaſa ſua vacua. ¶ Veſicula in auibus, eſt quædā
pellicula in gutture conſtituta, vbi auis grana recipit & col
ligit, & ipſa ibi contra futurā eſuriem ſeruat, collocat & re-
ponit. Talis veſicula in anima videtur eſſe charitas, q. ſ. eſt ſi
cut quædam burſa animæ, vbi. ſ. omnia genera meritorū ſer
uantur, & vbi virtutum congeries aggregatur, & contra fu-
turam damnationis eſuriem cibus gratiæ & meritorum ꝓ
6 aia reſeruat. ¶ Veſica aialis quando vento eſt repleta, videt
eſſe quid groſſum & magnum, ſed pro certo quando modi
cum foramen ibi infigitur, ſtatim ventus euaporat & exit, &
totus ille tumor minuitur & decreſcit, & quaſi totum in ni-
hilum euaneſcit. Sic verè diuites ſuperbi, vento mundanæ
proſperitatis pleni, apparent hominibus valde groſsi, quia
. ſ. nunc videntur eſſe tumentes & magni. Sed proculdubio
quando per mortem fuerint perforati, ſtatim defluent & de
creſcent, & vento mundanæ gloriæ recedente ſtatim in nihi
lum euaneſcent. pſal. Vidi impium ſuper exaltatum & ele-
uatum ſicut cedros libani, tranſiui, & ecce non erat &c.

## *De Vrina. Cap. 42.*

VRINA ſm Iſidorum eſt colamentum ſeu purga- 1
mentum ſanguinis & aliorum humorū, actione na
turæ generata. Et dr̃ vrina ab vrith, quod eſt mani-
feſtatio, eo q per vrinā interiorū diſpoſitio demō
ſtratur. Vel dr̃ vrina ab vrēdo, eo q virtutē hēt vſtiuā, cor-
roſiuā, deſiccatiuā, ſcabiei & ſerpiginis curatiuā, & humo-
rum & vlcerum mundatiuā, necnō cum ſelle accipitris mix
ta, oculorū clarificatiuā, & telæ oculi cōſumptiua, ſicut dicit
per oia Cōſtan. Per vrinā poſſum intelligere pctā per con-
feſsionem emiſſa, eiecta, & ab ipſa veſica cordis egeſta, quia
ꝑcul dubio iſta quando per conſiderationem cordi applicā
tur, multis eius paſsionibus vtiliter proficiunt & medentur.
Nam per remorſum ſolent conſciam verè, humores carna-
litatis ſiccare, & vlcera cauterizatæ affectionis mūdare, te-
laſq;. i. caliginem ignorātiæ rumpere, & malæ cōuerſationis
ſerpiginē expurgare. Vel dic oia de pnia, q̃ eſt ſicut q̃dā vri
na nobis a Chro & ſanctis exemplariter tradita, & amiſſa,
quæ. ſ. ſolet cōtritionē vrere, & oculos intellectus mūdare,
& ꝑ afflictonē & ſatisfactionem oia vitiorū vlcera expiare.
Vel dic q vrina ſignificat exterius emiſſa opera ſeu verba.
Iſta. n. ab vrith. dicunt, q eſt demōſtrare. Quia ꝑ certo inte
riores ai diſpoſitiones demonſtrantur per vrinā. i. per exte-
rius emiſſas & factas operationes & loqutiones. Greg. Per
hæc q̃ foris apparēt, quid intus lateat aperitur. Iſta aūt demō
ſtratio ſeu declaratio potiſsimè fit per reſidētiā per hypo-
ſtaſim vrinæ, hoc eſt dictu, per perſeuerantiā operis ſeu ver
bi. Quia pro certo tunc interior ai diſpoſitio per exteriora
verba cognoſcit, qñ ibi eſt reſidentia, i. qō per perſeuerātiā
hō in dictis, verbis & operibus reſidet & morat. Sap. 13. Ope
ribus attendentes cognouerūt quis eſſet artifex. ¶ Vrina ſo- 2
let interioris conditiones corpis oſtendere, & ſm q diuer
ſorum exiſtit colorum, ſolet diuerſa & varia in corpore de
ſignare. Quidā. n. colores deſignant mortificationem, ſicut
eſt niger color vel viridis. Quidam indigeſtionem, ſicut eſt
albus vel lacteus. Quidam digeſtionem perfectam, vt citri
nus vel ruffus. Quidam exceſſum & itentionē, & rubicūdus
& huiuſmodi, ſicut dicit Iſaac Theophil', Egidius & Cōſtā
tinus. Sic verè vrina & egeſtio operū nr̃orū, ſm q eſt colo-
rata & circūſtationata, diuerſimodè pt diuerſa & varia deſi
gnare. Si. n. iſta opa ſint nigra & iſamia, mortificationē mor
tis, & vitæ grẽ priuationē deſignāt. Si ſint alba & lactea. i. ad
ulatoria & hypocriſis calore florida, idigeſtionē morū ſi-
gnificāt. Si ſint excesſiua & ſubrubea. i. carnalia & ſanguinea
ītēſionē caloris & ardētis affectionis denotāt. Si aūt ſint ci
trina, ſplēdentia & aurea, ſanitatem corpis aiæ demōſtrant.

## *De Ventre Cap. 43.*

VENTER ſm Iſidorū dr̃ a viniendo, eo q. ſ. per vē 1
trem cibi veniant ad totum corpus. Et eſt vēter lo-
cus vbi cibi digeruntur, aluus locus vnde cibi ege-
runtur, vterus aūt venter eſt mulieris, in quo pueri
concipiuntur. Eſt igit venter ſm Cōſtan. pars cpis anterius
poſita. & in corpis medio collocata, vt ſic ad diſtribuendum
cibos membris ſuperioribus & iſerioribus eſſet ęqualiter
adaptata, diuerſis pānis & inteſtinis compoſita, & ad digerē
dū & coquendū cibos ꝓ toto corpe ordinata. Eſt. n. pars to
tius corpis mollior & infirmior, attamē vtilior. Totū. n. cor
pus nutrit, & in ipſo nutriendo, in ſe mſtas feces recolligit,
quas a ſe eijcit & expellit. Et ēt pro mēbris q̃ in ſe cōtinet,
multas paſsiones incurrere cōſueuit. Per ventrē corpis ec-
cleſiæ pōt intelligi plātus, qui de viribus & mēbris tpaliter
& ſpūaliter nutriēdis ſollicitā curā gerit. Et iō iſte ī medio
ęqtatis debet cōſiſtere, vt ſuperioribus & iſerioribus, ma-
ioribus & minoribus ſm ſtatuum ſuorū exigentiā poſsit de
bitē prouidere. Iſte eſt. n. qui cæteris mollior & benignior
debet eſſe, & cibos doctrinæ debet ꝓ alijs coquere, vt prædi
cando cūctos valeat enutrire Fœces ēt. i. pctā totius corpis
eccleſiæ debet confeſsiones audiendo recipere, & ipſas a ſe
& alijs expellere. Paſsiones ēt & tribulationes debet ꝓ alijs
ſuſtinere, & pro ſubditis vel pro fide vel eccleſia, terribilia
non timere, vt alij poſsint dicere illud Iſa. 53. Vere langno-
res nr̃os ipſe portauit, & dolores nr̃os ipſe tulit. Vel dic q ꝑ
ventrē ꝗ nutrit corpus intelligunt agricolæ q nutriunt totū
mundum. Et iō q̃q̃ iſti ſint viles infirmi, debiles atq; rudes,
ſun

sunt tñ in eo tpore eccl'æ p̄ cæteris necessarij & vtiles.vñ.1.ad Corint.12. Sed multo magis q̄ videnf membra infirmiora corpis esse,necessariora sunt.Vel dic q̄ isti sunt religiosi vel p̄dicatores, q̄ q̄uis sunt cæteris quo ad mondum infirmiores,sunt tñ cæteris quo ad Deum vtiliores cibos.n.doctrinæ ministicant & decoquuot,quibus sp̄ualiter oēs alunt, eorumque in confessione fœces & pctā recipiunt & expellunt
1 ¶ Vanter est pars corpis debilior & infirmior, & iō moltas incurrit aliquotiēs passiones.Patitur.n.qñq; ex nimia repletione,& succurritur ei per euacuationem. Patitur qñque oa nimia euacuatione,& subuenitur ei per repletionē, quia.s. gñaliter contraria curantur contrarijs. Per ventrē intelligo meotem,quæ.s.continet cor.i.intelligētiā,iecur.i.affectionē fel.i.iram & turbationem. splenem.i. gaudium & cōsolatio. Ista.n.pars corpis valde mollis, nihil.n. mollios & ad delinquendum fragilius mente.vñ Hie. 17.Prauū est cor hois & inscrutabile. Et Gen.6.Sensus & cogitatio hois in malū p̄na suot.Et sæpe patitur ex repletione vitiorum vel diuitiarum, quapropter necesse est per cōfessionem euacuetur vitijs,& per elemosynam diuitijs.Qñq; vero patitur ex vacuitate virturum & scientiarum,& tūc necesse est q̄ per dei gratism impleatur fidei & scientiæ dogmatibus Luc.3.ois val-
2 lis implebitur.¶ Ventris conditio variatur s̄m tp̄s, quia io hyeme & verē s̄m hippocratem ventres calidissimi sunt,& longissimi somni.& hoc accidit, quia pp frigus circunstsna calor repercutitur ad interiora,pp q̄ virtus fortius operatur,& inde est q̄ appetitus & degestio amplius roborat ,& sic maior cibus & amplior requirit & optatur.In æstate aūt calor naturalis applaudens,suo simili, exterius effunditur, & sic ventre frigido remanente,degestiō impedit.& sic minor cibus naturaliter affectat. Sic verē in hyeme tribulationum,calor charitatis ad interiora mentis repercussus, virtutes in bono fortificat, & appetitū bonorum desideriorum augmētat,& degestionē morum efficit,& procurat.Et iō de cibis sp̄ualibus.s.eucharistiæ, sciētiæ, & pœnitentiæ, magis optat. Constat.n.q̄ tp̄s & status aduersitatis magis proficit moribus q̄ status vt cōiter p̄speritatis.Aestas.n.p̄speritatis calorē charitatis facit euaporare,& ad exteriora solet affectionem attrahere,& sic solet iteriora debilitare,& appetitum bonorum spiritualium dimiouere,quapropter parum solet de cibis huiusmodi affectare. Vel dic q̄ illi qui sunt in hyeme.i.in peccato,magis appetunt de cibis bonorum temporalium,quam illi qui suot in æstate gratiæ.

1 *De Vmbilico. Cap. 44.*

VMbilicus s̄m Isidorū dr̄ quasi vmb.iliorū.Vmb⁹.n.ē locus medius in clypeo,quapp vmbilicus vēter dr̄, eo q̄ ad modum vmbi in corpis vel ventris medio collocatur.Secundū Const.vero vmbilicus ex neruis,venis & arterijs constituitur,& per ipsum infans in matrice sugendo sanguinem enutritur. Cum vero fœtus de vētre egreditur,vmbilicus rūpitur,& io obstetricib. ad quattuor digitos alligatur.Secundū hieronymū vero sup Ezec. 16.Pueris qñ nati sunt primo solet vmbilicus p̄scindi,deinde ad diluendum sanguinem aqua lauari,tādē ne mēbra defluāt panois & cingulis alligari.Per istū vmbilicū intelligo carnis voluptatem,q̄ insita est in medio carnis nr̄ę.Ista est.n. qoa puer.i.pctōr in ventre mūdane, p̄speritatis positus sanguine vitiorū imbuitur & nutrit . Et iō qñ talis puer.s. peccatorio gratiam nascitur, & p̄dicationē parturitur, necesse est q̄ vmbilicus carnalis voluptatis ab eo per bonæ conuersationis p̄positum præcidatur, Deinde q̄ aqua cōfessionis mūdet, tādem q̄ sale discretionis a superfluitatibus exterioribus siccetur, & ne postea iterū per vitia defluat,q̄ ligamētis maodatorum salubrium alligetur. Quæ ēt quasi oia fiunt in puero nouiter nato,qui baptismo lauatur, & sale salit, & pānis lineis inuoluitur. Quod tñ pctōres & obstinati non faciont,imo vmbilicom carnalitatis custodiunt & nō p̄scindunt.Contra quos loquitur Ezec: c.16.dicēs sub specie fornicariæ mulieris. In die ortus tui non est præcisus vmbilicus
2 tuus & in aqua non es lota in salutem,nec sale salita,nec inuoluta pannis . ¶ In mulieribus est virtus venerea in vmbilico,& hoc quia genitalia mulierū in vmbilico sunt,sicut & virorū in renib. Vmbilicus aūt est quo puer matris sanguine enutritur,s̄m Gregoriū super Iob. 40 vbi de diabolo dr̄ Virtus eius in lumbis eius,& fortitudo ipsius i vmbilico vētris eius.Per vmbilicū luxuria designat.Ista est qua mulieres ,i.p̄sonæ muliebres stimulant,& qua puer.i.ignorantea & fatui,a matre soa carne vel diabolo nutriunt.Et adiūge si vis illa de p̄cedanti.§. ¶ Secundum Aristotelem , aues qñ nascuntur,habent vmbilicum &c.Vide de auribus in generali. 3

*De Genitalibus. Cap. 45.*

GENITALIA a gignendo sunt dicta,eo,q̄ per ipsa generationis officium complea tur. Sunt aūt genitalia ex membris principalibus,quia.s.principalis virtutis.s.generatiuæ instrumenta,& caloris naturalis præcipua sunt fomenta.Et iō istis præcisis vigor virilis & sexus eneruat,& hō in mollitiem fœmineam commutatur.Pili etiam defluunt, & voa in mollem & muliebrem alteratur. Per genitalia possum intelligere virtutem bona opera generandi,& fœtom virtutū & meritorum producendi. Ista est.n.virtus grā diuinæ,quæ qñ in aīa radicatur, possibile est q̄ fœtus boporum operum generetur, & q̄ calor charitatis in pectore vegetetur. Sed econuerso qñ hō spiritualiter castratur,& qñ genitalia diuinæ gratiæ sibi per pctm̄ a diabolo adimuntur, tunc virilis virtus eneruatur,& hō per mollitiem fragilitatis, & per debilitatem constantiæ, & per resistendi & bene agendi impotentiam,in naturam fœmineam alteratur,ita q̄ vox spiritualis, videlicet oratio, confessio, laus & gratiarum actio,in eo penitus peruertitur,& pili virtutum defluunt,& nis moralis species alteratur.Thr.4.Quō obscuratū est aurū,mutatus est color optimus,dispersi sunt lapides sanctuarij?&c.Vel si vis virtus generatiua est sciētia, qua mediāte prædicator generat in gratiā auditores.Prælati igitur & prædicatores qui talis genitalia non habuerint, generare non poterūt,sed voce virilis prædicationis amissā imbecilles & fœminei apparebunt. ¶ Animalia qñ castrant in iouentute.efficiuntur maiora.Vnde etiam vituli nisi castrati fuerunt,cito post annū remanebunt parui,s̄m Aristo. li.1.de hist.animalium.Vnde etiam dicit q̄ castratis nō crescunt cornua.Veruntamen(vt ait)qñ animalia castrantur,extrahuntur,eis genitalium radices,& si ibi accidat apostema puluis combustorum testium appositus ipsum curat. Per genitalia intelligo voluptatem carnalis procedit generatio. Quando.n.hō in iuuentute castratur,& per votum & obseruantism castitatis genitalibus.i.actu generatiuo a iuuentute priuatur,constat q̄ cornua superbiæ sibi nō veniunt neq; crescunt.imo in gratijs & virtutibus augmentatur:dum tñ radix genitalis.i.cogitatio & affectio tpsius luxuriæ sibi penitus adimatur. Veruntamen si in loco castrationis, apostema nascatur.i.si ratione castitatis suæ hō apostematos, tumidus & præsumptuosus efficiatur.debet combustum testiculum appoonere.i.dimissum carnalitatis periculum cogitare, & facilitatem recidiuandi videre,& sic apostema superbiæ poterit euitare.Ad Gal.6. Cōsiderans temetipsum,ne & tu tenteris.¶ Secundum Arist. quædam animalia castrant propter testiculos,sicut castores.Vide de castore. §. 2.¶ Itē s̄m eundem,Onagri proprijs filijs scindunt testes qñ nati sunt, nisi a matribus abscondantur.Qd̄ s̄m aliquos faciunt,quia sunt Zelotypi de vxore . Istud pōt allegari ad hoc q̄ homo non debet nimis confidere de vxore & filio ēt i illis qui sunt filij.i.familiares vel consanguinei, quinimo debet a talibus præcauere,& genitalia eis auferre,hoc est dictu, opportunitatem luxuriæ ab eis amouere . Vel istud potest dici contra zelotypos, qui etiam de vxoribus suis in proprijs filijs vix confidunt,cum tñ dicat Theophrastus q̄ mulier seruari non debeat,quia inquit,si bona est,nō debet,si vero mala,nō pōt Vel expone sicut.c.de onagro.§ 5.¶ Natura in genitalibus posuit volūtatem. Tanta est.n.vilitas & imūditia illius operis q̄ nullus prudens illud officium exerceret,nisi illū voluptas & delectatio traheret & moueret,& sic gñatio & naturæ conseruatio impediretur nisi per voluptatē & desideriū. traheretur , Sic verē deus in aīa & in affectione humana & in ipsa virtute generatiua.s.in gratia & voluntate,quādā voluptatem, & quandam cōplacentiam faciendi bonum & generandi bona opera posuit.s.fidei etiā & iustitiā originalē quæ.s.difficultatem tollit, & ad bene faciendū excitat & īducit.¶ Secundū Isidorum genitalia dicunt verēda,eo q̄ honestatem aliorum membrorum nō habēt,& eo q̄ malis gradibus rationis ad libidinem se mouent.Et iō ista teguntur, ne videantur & vt eorum motus irrationalis & brutalis,ab in

tuentib. auertant. Oia n. mēbra vt cōiter obediunt rōni pter
illa, & iō fuerunt merito verecunda. In his pōt notari q illi,
qui mēbris generatiuis viuni, & q cōtra rōnē brutalr ope-
rant, saltē hoc abscōdere & tegere tenent: ne vilitas & ¡ordi
natio ipsorum actuum immundorum ab alijs videant. Qd
tn̄ est cōtra multos qui in talib. non verecundantur, sed mo-
re animalium furiant. Esa. 3. Pctā sua prædicauerunt, nec ab
7 scōderunt. ¶ In generatione requiritur masculus & fœmina:
masculus. n. se habet per modum formæ fœmina per modū
materiæ. Sic vere in generatione bonorum operum neces-
se est q sit vir. i. Christus semen gratiæ infundendo & mu-
lier. i. voluntas, & materiam boni propositi ministrando.

## *De Matrice. Cap. 45.*

1 MAtrix ſm Isidorū singulare mēbrū in muliere, qdā
s. vesica seu pellicula in qua seminalis humor reci-
pitur, in qua fœtus suba generat, in quā et sanguis
mēstrualis sicut qdā residentia humorū corporis
descendit, quo ipse puer in vtero enutrit, cuius qdē sangui-
nis fluxus qdiu durauerit in muliere, tādiu ptās cōcipiendi
in ea perseuerat. Matrix ista est voluntas, q semen verbi vel
gratiæ recipit, & fœtū ppositi in se cōcipit, quē sanguinis. i.
Chri sanguinis cōpassione vegetat atq; nutrit, q. i. qdiu i mē
te perseuerat, tādiu cōceptio bonorū operū durat. Si vero
sanguinis affluentia defecerit, tādiu bonorū operū genera
tio & pductio nō perdurabit. Esa. 3. A timore tuo concepi-
2 mus spūm salutis. ¶ De sanguine mēstruo vide supra. ¶ Ma-
3 trix habet tres cellulas sicut l anatomia dr. s. dexterā, mediā,
& sinistrā. Qñ aūt semē in dextera parte recipit, tunc mascu
lus generat, si vero in sinistra ceciderit, fœmina pducit, & si
in medio loco subintrauerit, hermaphroditus, (q vtrunq; se
xū habet, tūc tēporis pcreatur. Matrix est volūtas q. s. in inis
affectib. tēporalr variat: habet. n. in affectione sua partē dex
terā sinistrā ac media: Pars dextera significat affectum bonū
& spūalē, pars sinistra significat affectum malū atq; carna-
lē, pars vero media significat medium affectum, q tendit va
riē ad partē quālibet transuersālē. Igitur ſm istas varias par
tes suas mēs ista cōcipit diuersa gña filiorū. i. operū virtutū.
Qd. n. cōcipit pars dextera. i. spūalis affectus, efficitur mascu
lus. i. bonū opus perfectū & virile. Qd vero sinistra. i. carna-
lis effectus cōcipit in fœminā. i. opus molle & iprobū ipsum
vertit. Media vero affectio & indifferens siquid cōcipit, opus
hermaphroditū. i. indifferens, & aliquid de masculo & aliqd
de fœmina. i. aliquid de bono, & aliquid de malo sapiens ip-
sum facit. Vel dic q in matrice ecclesiæ aliqui sunt positi &
cōcepti in dextera. i. in amore spūaliū & æternorum, & isti
sunt masculi. i. boni cōtēplatiui. Iud. 13. Nascetur tibi puer
masculus. Aliqui vero positi sunt in sinistra. i. amore mūda-
norū vel vitiorū: & isti sunt fœminæ. i. ipersecti vl actiui. Pro
ue. 3. In sinistra illius diuitiæ. Aliqui vero sunt in medio: qui
s. more hermaphroditi vtrunq; sexū volunt habere: & vtran
q; ripā volunt pascere: & simul masculi & fœminæ. i. simul cō
tēplatiui & actiui: spūales & tēporales: diuites virtualr & tē
poraliter apparere, sicut patet de quibusdā religiosis: qui cū
elegerint spūalia: tn̄ facilimē se iplicant terrenis, q b. dr Iud.
5. Quare habitas inter duos terminos: vt audias sibilos greg
gū? Qd ēt cōtra adulatores pōt dici: q. s. hermaphroditi vnt
esse: q a vniuersis se solent diuersimode cōformare: & simul
& semel cōdōnes varias ptēdere & mōstrare. 1. ad Corin. 9.
Oib. oia factus sum. Qd ēt contra falsos pditores dr: q seau
& cōdōne duplici induuntur: & in vna parte seu apparentia
seu dextera, masculi. i. boni esse vnt: in sinistra vero. i. in ab-
sentia, falsi & malitiosi & fœminęi comprobantur. Vel dic
q cū in matrice ecclesiæ officia sint distincta, quidā tn̄ sunt
q de oib. se volūt intromittere: & masculi & fœminæ appare
re, contra illud Deu. 22. Nō induetur fœmina veste virili: nec
4 induetur vir veste fœminea &c. ¶ Matrix varias passiones in
currit. Patitur. n. qñq; ex viarum constrictione, & superfluo-
rū retentiōe. Qñq; patitur ex humorū fluxu & excessiua eua
cuatiōe. Qñq; patit ex cōpassiōe & suffocatiōe. Qñq; patit
ex apostematione. Qñq; patitur ex pcipitatione vel dextror
sum vel sinistrorsum delocatiōe. Qñq; Patitur qñ acutis hu
morib. seu choleris pūgitur. Qñq; vero patitur qñ cōceptio
per superfluā pinguedinem impeditur, & qñ partus iā conce
ptus aliquo casu adnihilatur. Sic vere matrix voluntatis &
cōsciæ, spūaliter patitur multis modis. Videlicet qñ cōstrin
gitur & retinet superflua diuitiarū per auaritiā, vel qñ reti-
net pctā per verecundiā vel malitiā. Itē qñ nimis effundit hu-
mores vitiorū per iactantiā. Itē qñ cōprimitur & suffocatur
per desperationē vel tristitiā. Itē qñ ad dexterā psperitatis
per amorē vel ad sinistrā aduersitatis per timorē nimis ac-
cedit per iprudētiā. Itē qñ cholericis humorib. pūgitur per
irā & inuidiā. Itē qñ propter pinguedinem carnalitatis cōce
ptio boni ppositi impeditur per luxuriā. Item qñ partus bo
ni operis iā concepti impeditur per aliquā pigritiā. Allega
si vis, sicut supra. ¶ In matrice qñq; accidit qdā infirmitas, q 5
dr mola, q nihil est nisi qdā massa carnea in matrice ex cor-
ruptis humorib indurata accidit post viri copulā, ex fluxu
humorum ad matricē, ita q vr mulieri q conceperit, infla-
tusq; venter, & apparēt signa cōceptionis, tempore aūt par
tus non liberatur matrix à tumore. Vñ & inuenta est mulier
q per tres annos pgnans existens finaliter peperit fructū car
nis ita durum qd vix potuit ferro diuidi. Talis infirmitas
spiritualiter loquendo quo idie accidit in multis Suscepto
n. semine verbi Dei à doctore vel pdicatore qñq; credit hō
se bonum propositum cōcepisse, vtpote proponit parere &
facere aliquod bonum opus, veruntamen multis accidit cō
trarium, q a. s. loco boni fœtus pariunt massam carneā. i. loco
operis virtuosi qd videantur concedisse, producunt ope-
ra carnalia & immunda, sicut videmus de multis in quib. qñ
que apparent signa conceptus boni ppositi, ita q vr q de-
bet parere & facere multa bona, qui finaliter nihil faciunt,
imo loco bonorum operum, opera mala proueniunt, sicut
de multis nouiter conuersis patet, primo anno faciunt mul
ta, tandem nihil. Quia acres in principio in fine franguntur
ſm Arist. de quib. dr Esa. 5. Expectaui vt faceret vuas, & fe-
cit, labruscas. Et inde prælato vel prædicatori bono potest
dici illud Mat. 13. Domine nonne bonum semen seminasti ī
agro tuo, vnde habet zizaniam?

## *De Natibus. Cap. 47.*

NAtes ſm Isidorum dicuntur à nitendo, eo qd natib.
innitimur dum sedemus. Et iō ſm. Const. caro natiū 1
est dura & neruosa, vt molem corporis melius susti
neat. Sunt autem illæ partes truncus corporis, qui à
collo incipit terminatur, & a quibus tota corporis machina
sustentatur. Et ideo moraliter per nates potest intelligi pa-
tientia seu fortitudo corporis, q corporis moralis sunt fun-
damentum, & ipsius solidū. Vel per nates quib. vereoda cor
poris sunt propinqua, & quæ a pueris in lecto iacentib. ma-
culantur, & quæ sunt partes cæteris partib. carnosæ magis,
intelligo carnales diuitias, delicias, vel carnalem hois volu
ptatem, quæ. s. secum portat maculationem immunditiæ ve
renda verecundiæ & infamiæ, & carnositatem luxuriæ, nec
non emissionem stercorum fœtentis infamiæ. Qd bene figu
ratur in seruis Dauid, qui a rege Amon dehonestati sunt: &
præcisæ vestes eorum vsq; ad nates quia. s. diabolus non pōt
seruos Dauid, i. fideles Christi magis dehonestare q vestes
virtutum eis pscindere, ita qd nates vilis carnalitatis suæ &
suæ immundæ fœditatis faciat apparere. Esa. 20. Ambulauit
seruus meus Esaias nudus & discalciatus & discoopertis
natib. Vel dic quod nates in ecclesia sunt agricolæ, qui. s. su-
stinent totum corpus ecclesiæ in temporalib. ministrandis

## *De Femoribus. Cap. 48.*

FEmora sunt illę partes corporis quæ ab inguinib. ad
genua protenduntur, & sunt femora membra fortia:
ossea, carnosa, neruosa, interius aliquantulum cōcaua 1
& tortuosa, à parte superiori grossiora, à parte inferio
ri graciliora. Per talia femora corporis, quæ sustentāt & por
tant totum possum intelligere principes & prælatos qui. s.
totius ecclesiæ vel patriæ portant onus. Quia. s. isti debent
esse ossei & fortes per constantiā, carnosi & molles per cle-
mentiā, neruosi & mobiles per diligentiā, concaui & tortuo
si per dissimulationis cautelam & prudentiam, & inter supe
riora & inferiora. i. deum & populum, vel inter spiritualia &
terrena medij per cōem conuenientiam. A parte tamē supe
riorum & spūaliū debent esse magis ampli q a parte inferio
rum & temporaliū per maiorem attentionē & vigilantiā, &
sic poterit dici ecclæ illud Can. 7. Iunctura femorum tuorū
sicut monilia, q fabricata sunt manu artificis. Et ēt ecclesia
pōt hodie figurari in statua Nabuchodonosor. Dan. 2 cuius
femora

femora erãt ex ære,q.ã.f.femora ecclesiæ.f.plati sunt ætel,cla
2 mosi,rubei carnales & languinei &c.¶Femora sunt illæ partes corporis in quib.vel inter quas sunt mẽbra verenda: & in qb.actus carnalis voluptatis ipleť:& iō in scriptura actus ipse carnalis colore eius circunstãtiæ per femora denotaƚ: & sic loqtur scriptura Salomoni per mulieres deprauato. Ecc. 47.Inclinasti femora tua mulierib.prætem habuisti in corpore tuo:dedisti maculã in gloria tua ¶ Antiquitus solebãt ho
3 mines iurare sup femora patriarcharũ:sicut de Abrã q fecit suũ seruum,iurare super femur suum ne acciperet vxorẽ filio suo Isaac de filiab.Chanaã:sicut dr Gen.24. Et hoc sœtissimũ erat,p eo q Chrs erat de suis semorib seminalr oriturus.Et iō(vt dictum est)per femur intelligitur ppago carnalis.Quapropter sicut videmus,p ensis portatur i sinistro femore,cultellus vero super dextrũ,sic vere gladium verbi dei:& ensem euidentẽ iustitiæ diuinæ debemus ipsis nostris femorib.i.carnalib.desiderijs applicare,vt timore ducti possumus ipsorum lasciuiã coercere.Can.3.Lectulum Salomonis.60.fortes ambiunt vniuscuiusq; ensis super femur suũ, omnes tenentes,gladium,propter timores nocturnos.

## De Genibus. Cap. 49

1 Genua ẽm Isidorum dñr à genis, eo .s. q increatione pueri,genua genis cohæreut & suo tumore cõcauita tem oculorum formã:.Vnde ẽt ẽm verbum Ennij,vt ait idem Isidor⁹,genua cõprimit arcta gena. Et ide est (vt dicit,q hõ dum ad genua puoluit,facilius lachrymatur. Natura.n.voluit eos de vtero materno memorari,vbi quasi in tenebris consedebant,antequã ad lucem puenirent.Hæc Isidorus.Per genua q̃ sunt naturalr flexibilia,& per quorum plicationẽ hõ ad terrã deuoluitur,põt intelligi humilitas & timor.Ista.n.sunt duo genua,q mentem homiliant,& inclinãt,& eã ad terrã.i.cõsideratioõe suæ pprię terrenitatis deprimunt,& incitãt.ps.Genua mea infirmata sunt a ieiunio,& ego ad nihilum redactus sum. Et ad faciendum reuerentiã Deo & maiorib.ipsa flectunt,detrahunt atq; domãt. Hest. 4.Flectebant genua & adorabãt.Igitur hõ qñ flectit ista genua,debet faciliter lachrymari,q.ã.f.humilitas & timor Dei vicini sunt & focij lachrymarum,& ẽt oculorũ . Vñ ad hoc Deus in vtero oculos genib.cõiunalle vr,vt hõ videret genua sua.i.humilitatẽ & timorem dei . Vel ẽt vt genua sua.i. flexibilitatem fragilitatis suæ cõtinue intueaƚ,& vt ex consideratione vteri materni & vilis natiuitatis humanæ facilius ad lachrymas puocetur,vt sic per genua humilitatis & oculos cõsideratioĩs & lachrymas doloris & cõpunctionis,q̃dã perpetua fraternitas celebratur.Eze.21.Tabelcet omne cor,dissolventur vniuersæ manus,infirmabitur ois spiritus,& per cuncta genua fluent aquæ.Vel per genua ecclesiæ intelligere possum viros humiles & religiosos,qui se flectuot humiliando & obediendo,& reuerentiã maiorib.exibendo,& q etiã facilr lachrymas renocant,de vilitate propria cogitãdo.Et sicut videm⁹ q genua sunt membra ossea,neruosa, & parum pinguia vel carnosa,sic tales debent esse ossei per fortitudinem cõstãtiæ & durationis,neruosi per sensibilitatem prudentiæ & discretiõis & parum carnosi per macredinem abstinentiæ & maceratiõis.Mobiles vero & flexibiles (vt dictum est)per sedulitatem obedientię & subiectiõnis.Dan.6. Trib.tpib.flectebat genua sua Qđ tñ cõtra multos,q oõ sunt nec habent genua flexibilia,sed potius more elephantis per obstinationem rigida solida atq; dura.¶ Nã sicut iu ge-
2 nib.cõtingit passio q ita neruos indurat & coarctat , q hoc maximo dolore non flectuntur,sic in genib.mẽtis humanæ qq; accidit coarctatio pigritiæ & induratio obstinationis quib.ita fiunt superba & rigida,q per humilitatem & obedientiã noluot flecti nisi illud forte cũ magno impatientiæ strepitu & dolore.Quib. dicit Deu.28.Percutiet te deus vlcere pessimo in genib.& in suris.¶ Genua humana flectũtur
3 in posterius vers⁹ dorsum genua vero quadrupedum flectuntur in anterius versus ventrem excepto in elephante, q pedes posteriores dr flectere sicut hõ. Et in hoie etiã lacerti brachiorum flectuntur ad interiora,& super cor,& caput,in quadrupedib.vero flectuntur ad iuferius versus ventrem,sicut põt sensibiliter experiri,& sicut dicit Ph.li.1 t.c.45. Genua & brachia significant affectus & opera,quia.l. sicut mediantib.genib.corpus deferi & mouetur,sic aia mediantib. flectib.de vna re ad aliã flectitur & mutatur .Igitur differẽtia est & debet esse inter hoiẽ & iumenta.i. inter bonos & malos,qa p certo genua elephantum & hoĩum.i.affect⁹ pec sonarum ronabilium,spiritualium,& iustarum, debẽt flecti ad posteriora.i.ad bona futura.f.ad gloriã paradisi,q̃ veniet post hãc vitã.Brachia etiã.i.opera istorum debent ordinari ad cor.i.ad vtilitatem cõsciæ,& ad caput.i.ad honorem capitis nostri Chri,& sui honoris & reuerẽtię,q.ã.f.opera nostra debent ad cordis & aiæ vtilitatem,& ad diuinæ laudis reuerentiã fieri.Affectus vero & cogitatus nostri semper debent ad posteriora bona celestia,nõ ad mundana & pñtia inclinari 2.Par.vltimo. Nunc flecto genua cordis mei,pẽans a te bonitatẽ dñe.Sed pculdubio in quaprupedes.i.in carnalib. & pctõrib.non sic,qa p certo genua tibiarum & lacerti brachiorum,hoc est dictu,istorum affectiones & operatiões flectuntur,ordinantur & inclinantur versus ventrem.i. ad carnis voluptatem,& ad anteriora i.ad pñtẽ mundi prosperitatem.Eccl.25.Manus debiles & genua dissoluta , mulier q̃ non beneficat virum suum.i.aia q̃ non principaliter intendit ad Chrm.¶Genua sunt membra corporis, super qb. nutrix 4
soler puerum suum sustinere,& ipsum blandiendo oblectare.Et sic per genua possum intelligere sustentationem spei & diuinæ consolationis,quib.deus blanditur suis fidelib. in pñti.Et etiam sustentationem æternæ fruitionis,qua deus blandietur iustis hominib.in futuro.Esa.vlt.Ad vbera portabimioi,& super genua blandietur vobis.Vel dic q nutrix est diabolus vel mundus,cuius duo sunt genua.f.mundi prosperitas,& carnis voluptas.Super illis ergo cõsolatur & portat diabolus beatulos suos,& eis blanditur,& eos delectat, concedeos eis delectabili a huius mundi.Et ideo Iob.3. plãgebat talib.genib.se fuisse susceptum,dicens Cur exceptos genib.?cur lactatus vberibus?&c.Et sicut genua lachrymis sunt propinqua ( vt supra dictum est ) sic genua mundanæ prosperitatis inducunt lachrymas æternæ aduersitatis.Eze. 7.Per cuncta genua fluent aquæ.

## De Cruribus. Cap. 50

1 Crura ẽm Isidorum dicuntur à currendo, eo q nos currimus cum eisdem.Tibiæ etiã dicuntur,eo quod in longitudine & concauitate instro musico q tibia dr,similantur.Sunt igitur crura membra fortia.& ossib.fortissimis composita,& sicut columnæ fortissimæ ad sustinendum totius molem corporis ordinata . Inter femora & pedes sunt media flexibilia,ẽt sunt & mobilia,& medullis interius irrigata.A parte vero posteriore solum in hoie sũt carnosa vt suræ inuenta,vt dicit Ph.li.c.45.quis in Aegypto inuentus sit hõ qui suras in crurib.oõ habebat,sicut air.Per crura ecclesiæ possunt intelligi prædicatores & doctores,q more tibiarum doctrinæ modulos citharizant.Tales.n.sunt sicut columnæ fidei,& sicut corporis ecclesiæ fundamenta. Eccl.25.Columnæ marmoreę super bases argenteas &c.Fortibus.n.ossibus constantiæ debent esse compositi,& medullis deuotionis & gratiæ irrigati , & carnositate & mollitie compassionis muniti.i.inter superiores & inferiores medij, & eisdem proportionaliter cõformati.Et ideo per istos currimus.in quãtum per ipsos sumus ad cursum bonorum operum eruditi,& tam verbaliter quam exemplariter informati,vt sic bene possit dici illud qđ de ecclesia dr Can.5.Crura eius columnæ marmoreæ,q̃ fundatæ sunt super bases aureas.Vel etiã per crura possuot intelligi boni prælati,q sunt ecclesiæ fundamenta.Carnositas tamen compassionis solũ in hoib.i.in personis rationabilibus inuenitur,inter quos ẽ quidam sunt qui suris cõpassionis priuantur,& qui carnosa teneritudine clementiæ non donantur.Vel etiam intelligo virtutem fidei & fortitudinis,quæ sustinent animæ ædificium cum virtutum membris &c.

## De Pedibus. Cap. 51.

1 Pedes sunt extrema membra corporis,quæ corporis totius portant onus.Et constant pedes ex quadraginta-quatuor ossibus secundum Constan.quæ inter se neruis & ligaminibus colligantur , vt corpus per ipsos fortius sustentetur,& vt portando corpus faciliter moueantur. & sunt pedes interius ossei & neruosi, exterius vero carnosi & plani , aliquantulum concaui & annexi . Per pedes in scriptura intelliguntur affectus.Aug.Pes meus affectus meus,eo feror quocunque feror. Isti igitur pedes affectus

ctionis nræ, debent eſſe per cōſtātiā oſſei, per mollē pietatē
& clementiā carnei & per flexibilem obedientiā, neruei, per
humilitatem caui, per ſimplicitatem plani. Eze. 1. Pedes eo
rū pedes recti. Vel dic q pedes ſignificāt agricolas & mer-
catores, q in corpore ecclæ ſunt infimi & extremi, & tn̄ ſuis
laborib. portāt & ſuſtinent totum mundū. Et iō iſti dn̄t eſſe
plani per veritatem, oſſei per cōſtātiæ firmitatē, neruoſi &
colligati per cōcordiæ vnitatem. Pſa. humiliauerunt in cō-
pedib. pedes eius. Vel dic q pedes & fundm̄ ecclæ ſunt pla
ti; &c. ſicut ſupra. ps. Perfecit pedes meos tanq̄ ceruorum.
2 ¶ Scd̄m Ariſt. li. 4. de partib. aialium. Bruta aialia quattuor
hn̄t pedes, & hoc neceſſe eſt (vt ait) p eo q totum corpus
eorum per lōgum inclinatꝰ ad terrā, & p eo ēt q appetitu
brutali ipſa aialia reſpiciunt, iferius verſus humū. De boib.
vero & volucrib. nō ſic, qa quadā leuitate corporis erigunt
& ad terrā corporaliter non deprimunt. Sic verè ſunt mali
aiales & carnales, q ex toto ad terrā. i. ad terrena ſunt incli
nati & depreſſi, qa p certo iſti hn̄t quattuor pedes q b. inni
tunt. i. quattuor affectiones, q b. per bona terrena brutaliter
euagātur, q ſunt ſpes & gaudium, timor & dolor. Boni vero
ſpūales & rōnales q per cōtēplationē ſe erigunt ad æterna,
duob. pedib. i. duob. affectib. ſ. amore Dei & pximi ſunt cō
tenti dicētes illud pſ. Perfecit pedes meos tāq̄ ceruorum, &
ſuper excelſa ſtatuens me. ¶ Item ſm Ariſt. li. 4. de partibus
3 aialium; Pullus æquinus in iuuentute poſteriori pede tāgit
auriculas, cū aūt creuerit, nō: & rō eſt (vt ait) qa in quadru
pedes pars poſterior in iuuētute maior eſt & altior, anterior
aūt minor & baſſior. Qn̄ verò adoleſcit, fit ecōuerſo, quia
pars anterior creſcit & maioratꝰ, poſterior vero reſpectu an
terioris attenuatꝰ. Ecōuerſo aūt in puero ſeu in hoie, quādum
puer eſt, pars anterior groſſior eſt & pōderoſior poſteriori;
Et inde eſt q puer manib. terrā tāgit, nec ſe ſurſum erigit
vel extollit, cum aūt creuerit, fit pars poſterior maior ante
riori, & ſic ſe ſolet ſurſum erigere, cū virtute polleat leuio-
ri. Per quadrupedes intelligo malos, per hoies vero bonos.
Item per partē anteriorē intelligo ſenſualitatē, q̄ pcedit, per
partē aūt poſteriorē intelligo ſpūalitatē q̄ ſuccedit. Vn̄ dicit
xpūs 1 ad Cor. 15. Prius quod aiale, deinde qđ ſpūale eſt. Igi
tur iſtud eſt verū q in quadrupedib. i. in perſonis rudib. qn̄-
que in iuuētute & principio pars poſterior. i. ſpūales affe-
ctiones maiores ſunt q̄ anteriores. i. ſenſitiuæ & carnales,
qa. ſ. pcul dubio qn̄ creſcunt in ætate: tunc minorantꝰ in bo
nitate, & creſcunt in vanitate. Quia. ſ. pars anterior ſenſuali
tatis creſcit, & pars poſterior ſpūalitatis decreſcit. Quia p
certo multi ſunt q in iuuentute ſunt optimi, & in ſenectute
ſunt peſſimi. Mat. 12. Fiūt nouiſſima hois illius peiora prio
rib. Sed verè cōtrarium eſt in hoib. i. in perſonis rōnabilib.
qa p certo in iſtis qnq; in iuuentute anteriora. i. carnalia p-
pōderāt poſteriorib. i. ſpiritalib. & inde fit q pni ad terrena
per auaritiā inclinantꝰ, tādē verò ſpūalia & poſteriora in eis
creſcunt anteriora vero & carnalia decreſcunt, & ſic tales
carnales ad deū erigunt, & ſenſum ad bona æterna per affe
ctionē & deſiderium extollunt. Iob. 42. Dn̄s aūt bn̄dixit no
uiſſimis Iob magis q̄ pricipio. Et Iob. 8. Pacatum reddit ha
bitaculum iuſtitiæ tuæ, intm̄ vt ſi priora tua fuerint parua,
& nouiſſima tua multiplicentꝰ. Vide iſta expoſita ifra. li. 10.
c. de poledro. §. 1. ¶ Itē Ariſ. dicit q oē aial qn̄ ſedet vel dor
4 mit, ſolet flectere quattuor pedes, pter elephātem, q pp pō
dus corporis ſui, nō pōt flectere quattuor ſimul, ſed duos
poſteriores, quos replicat ſicut hō. Sic vt cōiter ois hō qui
volt per cōtemplationē dormire, qeſcere vel ſedere, dēt pe
des affectionum ſuarū flectere, reſtringere & plicare. Qđ tn̄
nō faciunt multi q ſunt in religione, qa. ſ. more elephātis no
lunt pedes & affectus ſuos ex toto flectere, ſed parti ad mū
dum extēdere, & partim à mundo retrahere & plicare, &
parti ad tpalia ſtare, & partim per cōtēplationē ſedere. Vel
dic q elephas eſt ſlatus, q ex toto nō pōt pedes affectuum
reſtringere a mūndanis, qa. ſ. partim hēt ſtare per actiuā, &
partim ſedere per cōtēplatiuā. Vide ſupra de genib. qn̄ fle-
ctuntur. ¶ Item dicit Ariſ. q pes dexter maioris eſt motus q̄ ſi
5 niſter, & inde eſt (vt ait) q aliqua nobilia aialia primo mo-
uent pedem dextrum, ſicut eſt camelus & dromedarius.
Inde ēt eſt (vt ait) q mulier in vtero habēs maſculum, ſubi-
to vocata pedē dextrum pponit, cōtrarium aūt eſt de mu-
liere q̄ portat femellā in ventre, qa. ſ. iſta ſolet ſp pedem ſini
ſtrū ante aliū mouere, vt dicit Galenus ſuper aphoriſmos.

Et inde eſt vt dicit Pli. li. 21. c. 45. q oia aialia a dextris parti.
bus icedunt, ſiniſtris icubāt. De lupo ēt & vulpe dicit Ariſ.
q primo pedē ſiniſtrum mouent, & hoc qa pedes & tibias
ſiniſtras hn̄t lōgiores, & iō ſp claudicāt qō currunt, qa. ſ a ſi
niſtris ſe erigunt, & a dextris ſe deprimunt & deflectūr. Pes
dexter eſt bonus affectus & ſpūalis & virtuoſus. Siniſter ve
ro eſt malus affectus carnalis & vitioſus. Prouе. 4. Vias q̄ à
dextris ſunt, nouit dn̄s, peruerſæ aūt viæ, q̄ a ſiniſtris ſunt. Igiꝰ
iſtud eſt verū q illi q cōceperunt maſculū. i. bonū & virtuo
ſum ppoſitum, illi ēt qui ſunt leones, nullū timendo per cō-
ſtantiæ firmitatē, cameli, ſe oneri inclinādo per patientiæ hu
militatē, dromedarij, celeriter currendo per obediētiæ agi
litatē, & p diligētiæ ſedulitatē, pedē dextrū. i. bonū ſpualem
affectū primo mouent & ſe in ipſo principaliter agitant &
exercent. Quia. ſ. primo, & ante oia, bona ſpūalia & æternā
appetunt & deſiderāt & affectāt. Et ecōuerſo illi qui fœmi-
na. i. molli & iepto propoſito ſunt impregnati, & qui more
lupi prædæ & rapinæ ſunt dediti, & more vulpis per malitiā
depraoati, ſolent ſiniſtrū pedē. i. carnales & ſiniſtros affectꝰ
primo ponere. & ipſos lōgiores & ptenſiores habere, & ſu
per eos ſe erigere & ſuſtinere, ſuper dextros aūt & ſpūales ſe
deprimere, & ibi modicum ſe tenere, ipſoſq; poſtponere, &
vltimo mouere, & per cōſequens i via morum nō rectè icę
dere, ſed per diuerſa vitia morū nō rectè icedere ſed per di
uerſa vitia claudicare. 3. Re. 18. Vſquequo claudicatiſi du as
partes? Bn̄ ergo dr̄ Eccl. 10. q cor ſapientis in dextra eius, &
cor ſtulti in ſiniſtra illꝰ. Verum eſt ergo q dextris pedibus,
i. bonis affectibus ad paradiſum mouemur & incedimus. ſi
niſtris vero. i. malis & carnalibus affectionibus, in iſtis tpali
bus incubamus, & ibi requieſcimus & ſedemus. Eſ. 34. Ibi cu
bauit lamia. & enutriuit catulos &c. Vel dic q aia ſpūaliter
habet duos pedes. ſ. dextrum quo incedit, (hæc eſt fides, qa
ſm Apoſtolum. 2. ad Cor. 17. Per fidem ambulamus. Iſta. n.
nos conſtituit viatores.) ſiniſtrum item cui incubat & hæc
eſt ſpes, in qua hō ſpūaliter requieſcit. pſa. Caro mea requie-
ſcet in ſpe. Vel dic q motus pedis dextri ſignificat bonum
opus, motus vero pedis ſiniſtri ſignificat malum opꝰ. Ergo
qn̄ qs mouet pedem dextrum. i. exercet bona opa. pfecto ſi
gnū eſt q talis eſt pgnās maſculo. i. bono ppoſito. Et ecōuer
ſo, niſi motum ſiniſtrum malorum operum exerceat, ſignum
eſt q in corde ſuo fœminei mali & vani ppoſiti fœtū por-
tat. Vel dic q pes dexter eſt ſuſtentatio ſciæ gr̄æ, ſiniſter eſt
ſuſtentatio mundanæ ſapientiæ, & terrenæ ſubſtantiæ. Boni
igitur pedem dextrum pponunt ſiniſtro: quia ſpūalia præpo
nunt terrenis. mali vero ecōnuerſo ſiniſtrum dextro. i. tem-
poralia ſpūalibus & æternis. vt ſupra. ¶ Aliqua ſunt aialia q̄ 6
pedeutuntur loco manus ſicut eſt periolus & ſimia iter qua
drupedes, pſitacus & pellicanꝰ iter aues. Sic verè multi ſunt
qui cum nō habeāt manus. i. opationes, loco manuum hn̄t
pedes. i. bonas affectiones. Quia p certo vbi poteſtas operā
di deficit, bona affectio eius loco ſufficit. Quod nō ſolum ve
rum eſt in bonis. imo etiā in malis. Apud dn̄m. n. ſiue bona ſi
ue malæ voluntas p facto reputatur. ¶ In apib. & in locuſtis 7
pedes anteriores ſunt poſteriorib. breuiores &c. vide de lo
cuſta lib. de auib. ¶ Oē aial quadrupes hn̄s multas ſciſſuras 8
pedum, gn̄at filios cæcos: vt dicit Ariſt. ſicut leo, canis, vul-
pes &c. Sic vere oēs illi quorum pedes. i. affectus diuiſi ſunt
ad diuerſa & varia bona mundi, gn̄ant filios cęcos. i. faciunt
mala opera & tenebroſa, vel filios cæcos. i. ſubditos ignorā
tes, qa. ſ. tales ſuis verbis & exemplis, illos quos gn̄ant. ſ. ſub
ditos & imitatores faciunt ignorātes & cęcos. Mat. 12. Cęci
ſunt, & duces cęcorum. Et iō tales debent carere cornib. di
gnitatum. pſa. Corona pctōrum terentur. ¶ Pes igitur in vlti 9
mo aialis eſt poſitus ad eius perfectionem, longus & planus
cōcauus ad veſtigij impreſſionem, digitis eſt diſtinctus pp
decoris formationem, oſſeus & nerueus p fortiorem duræ
tionem. Toti corpori eſt neceſſarius ad ipſius ſuſtentationē,
& de loco ad locum vehitionem. In feris etiā & in aialibus
eſt vtilis ad eorum defenſionem. In volatilib. ſciſſi pedes &
curui vngues vtiles ſunt ad cibi & victus acquiſitionem, &
in natatilib. clauſi vngues ualent ad ſui in equis regimen &
directionem. Tales pedes poſſunt ſignificare finalem perſe
uerātiā, quæ. ſ. inter membra corpis. i. in cōgerie virtutum, ſi
nalem & vltimum tenet locum. Iſta. n. debet eſſe veſtigij bo
norum operum ipreſſiua, decem articulorum. i. decem man
datorū contentiua, & oſſeæ & nerueæ firmitatis poſſeſſiua,
corporis.

corporis id est, congeriei virtutum sustentatiua, aiæ ad cœ-
lum vehitiua, prædæ æternæ gloriæ acquisitiua. et animæ
nauigando ad cœlestia regitiua. Quia q perseuerauerit vsq;
in finem, hic saluus erit, sicut dr Lu.22.psa. Pes meus stetit i
directo in ecclesijs tuis benedicam te dñe. Vel dic q pedes
sunt pauperes, qui in corpe ecclesiæ vltimum locũ tenēt. Isti
igitur debent esse plani benignitate, duri, ossei & neruei pa
tientiæ firmitate, longi spei longanimitate ad prædã æternæ
gloriæ cupiendã, diuisi charitatis capacitate, in ags vero bo
norum temporalium clausi volũtaria paupertate. Vel expone
oia de pedib⁹ affectuũ &c. Vel dic q pedes sunt senectus &c,
sicut supra. ¶ Plãta pedis est inferior pars pedis, a planitie di
10 ćta sm Isido. Et est pars pedis durior, ne. s. faciliter lederetur
eũdo &c. Et est planta illa pars aialis, quæ vestigiũ imprimit
incedendo. Ista planta pōt significare ai voluntatem, quæ. s.
debet esse plana per humilitatem, cõcaua per spē, lõga per
constantiã, fortis & dura per impressionem bonorũ operũ,
vestigij bonorum exemplorũ effectiua. Et sic dicetur illud
Ezec. 1. Planta pedis eorũ quasi plãta pedis vituli &c. Vel si
vis per plantã pedis intellige senectutem, quæ est extremitas
vitæ, vbi pcul dubio in nobis debet inueniri planities & du
11 rities &c. sicut supra ¶ Calcane⁹ est extrema pars pedis. Et
est calcaneus rotundus, durus, solidus, & cũ cauilla colliga
tus, totius corpis mole pressus. Difficilis est curationis si vul
neratur, quod accidit pp carnis paucitatem, & propter mo
tus cõtinuitatem. Calcaneus est senectus, & vltima pars vitæ
nostræ, quam pculdubio moles totius corpis. i. defectus to
tius iuuentutis pmit, & iō vulneratur. Senectutis calcaneus
p pctm vulneratus, difficiliter pōt curari, qa. s. vitia senum
sunt quasi isanabilia, & hoc facit duritia obstinationis, pauci
tas carnis. i. dulcedinis grã & cõpassionis, & multiplex mo-
tus iracũdiæ & turbationis. Et de muliere iō serpēti dictũ est.
Ge. 3. Ipsa cõteret caput tuũ, & tu isidiaberis calcaneo illi⁹.

## De Ossibus. Capi. 12.

DICTO de mēbris corpis dissimilib. seu officialibus
1 dicendum est de membris consimilibus. & primo
de ossibus Nam sm Constantinum. li. 2. Ossa sunt
duriores & sicciores partes corpis aialis. & hoc ne
cessariũ fuit vt ait, ad corpis carnis sustētationē, & ad mem
brorũ interiorũ defensionem. Sunt ergo ossa frigida, sicca, al
ba, dura, fortia concaua, forma & qualitate diuersa neruis in
uicem colligata, mutuo se cõtingētia, medullis interius ple
na, & carnibus exterius cooperta, miro naturæ artificio inui
cem ordinata. In corpe ecclesiæ ossa sunt viri iusti & perfe-
cti, & maximè religiosi prædicatores & plati, qui. s. carnes &
neruos. i. fragiles & imperfectos fouent, sustinent & suppor
tant. Isti igitur debent esse sicci per abstinentiã, duri per pa-
tientiã, fortes p cõstantiã, albi per munditiã, cõcaui & vacui
per paupertate, medullosi tñ per deuotionē & pietatē, ner-
uis colligati p amicitiã & charitatē, inuicem ordinati p de-
centiã & honestatem, carne cooperti per suæ fragilitatis cõsi
deratã vilitatē. Vñ talia possunt signari in illis ossib. de qui-
bus dr Eze. 47. Ossa arida audite verbum dñi. ecce ego intro
mittã in vos spiritũ & viuetis, & dabo super vos neruos, &
super crescere faciã super vos carnes. & superextēdã i vobis
cutem. Quia. s. talia ossa ecclesię, debent habere spm grã &
veritatis, neruos charitatis, cutem exterioris honestatis, &
carnes. i. considerationem suæ carnalis fragilitatis. Vel dic q
ossa aiæ sunt virtutes, quæ. s. debent esse inuicē conchatena-
tæ, & ad sustentamentu aiæ oē p vitia defluat, ordinatæ, me
2 dulla deuotionis repletæ, & inuicē i aia ordinatæ. ¶ Ossa sunt
exterius multũ dura, intus sunt molli medulla repleta, & hoc
ne cõcauitate frangant, & vt per ipsam medullã nutriant. Cõ
caua ēt sunt ossa, & nō solida, vt leuiora efficiant, ne forte
si essent cõpacta, nimio põdere grauarent. Sic verè plati exte
rius debent esse duri per apparentem seueritatē, intus tñ in
mēte debent esse molles & medulla pleni p pietatē & beni-
gnitatē, & hoc ne forte frãgant per odiũ, vindictã, vel crude
litatē. Bonis tpalibus ēt debent esse vacui per ipsorum cõ-
temptum & spũalem paupertatē, & cõcaui p humilitatē, vt
sic sint magis leues, surgendo per affectum ad cœlestium fæ
licitatē, & minus põderado per terrenã cupiditatē. Iob. 21.
Viscera eius plena sunt adipe, & medullis ossa illius irrigan-
tur. ¶ Ossa masculorum fortiora sunt ossibus fœminarum.
3 Ossa ēt piscium, & auium valde debilia sunt respectu ossium
aialium aliorum. Pisces sunt molles & carnales & luxuriosi
Fœminæ, q naturaliter sunt auaræ, sunt auari cupidi & am-
bitiosi. Aues vero q altè volãt sunt superbi & elati, & psum
ptuosi. Igit ista tria genera personarum debilia habent ossa.
i cõstantiã debilem & fragilem, qa p certo isti sunt debiles
ad resistendum, & fragiles ad operandum. Ita q de diabolo
possunt dicere illud ps. Quasi leo sic contriuit oia ossa mea.
¶ Carnes quæ sunt ppinq; ossibus, sunt cæteris dulciores, & 4
hoc est ppter dulcedinē medullæ, q est inter ossa posita, cu
ius fumi exhalantes faciunt dulcedinem. Sic verè illi q fre-
quētãt viros bonos, osseos & medullosos, sunt cæteris melio
res. de medulla. n. suæ grã & scīa aliqd eis influit, & iō sapor
virtutis in eis gñatur. Prou. 16. Dulcedo aię sanitas ossium. 5
¶ Ossa naturaliter sunt sicca & dura, grauia & insēsibilia ner
uis inuicē colligata, & ēt medulla interius irrigata, & in est
pprium ossib. qa scissa nō recrescunt, ad ignē ēt posita nō fle
ctunt, nec curuant nec liquefiũt aut mollescũt, & si fracta fu
erint, difficiliter reiũgunt. Si vero ossa sicca inuicem, fuerint
tumult⁹ & garrulitas generat. Talia ossa sunt diabolici pctō
res. Isti. n. sunt sicci p indeuotionē, duri per obstinationē, in
sensibiles per incõpassionē, medulla pleni per carnalem af
fectionē, inuicē collidētes per garrula, & in epiã locutiōem
nunq̃ liquescentes per igneã cõtritiōem, & vix aut nunq̃ re
crescentes p pniã & cõuersationem, si scindant p pctm & infe
ctionem, & difficiliter se reiungētes p cõcordiã & dilectio
nē qñ p dissensiōem frãgunt aut diuidunt, inter se neruis &
amicitijs colligati p malã & ipbã cõfederationē. Iō de dia-
bolo dr Iob. 40. Nerui testiculorũ eius perplexi, ossa eius ve
lut fistulæ æris, & cartilago ipsius quasi laminæ ferreæ. Vel si
vis dic q ossa. i. viri cõstates & fortes nunq̃ debent liquefie-
ri vel flecti igne tribulationis, nec mollefieri aqua psperita-
tis & mundanæ cõsolationis. ¶ Aliqua aialia vident habere 6
solida ossa sine medulla, sicut ē leo & elephas. medulla. n. ta
lium per substãtiã ossiũ in occultis poris vndiq; est dispersa
Talia aũt aialia sunt cæteris fortiora, & ad libidinem minus
pna Vñ ēt Solin⁹ de lygdamo syraculano hoie fortissimo di
cit q ossa eius deprehensa sunt nō habere medullã, q ēt nec
sitire, nec sudasse cõpertus est. Et iō prim⁹ in Olympico cer
tamine pãcratij reportauit coronã. Per medullã, q est mol-
lis & vnctuosa & pinguis, intelligo voluptatem, vel dulcem
luxuriæ carnalitatem, quæ. s. ossibus nrīs. i. interiorib. virib.
& potētijs naturaliter est inserta. Illi ergo q sunt ossa & mē
bra leonis & elephãtis Chri, & q per virtutem cõstãtiæ sunt
solidi & cõpacti, & q medulla carnalitatis & immunditiæ
sunt priuati, sunt vt cõiter p alijs spũali fortitudine robora-
ti, & p victoria & certamine huius mundi, corona cœlestis
coronati, & ad spuendũ p mala locutionem, ad sitiendũ per
auaritiã & ambitionē, min⁹ sunt naturaliter inclinati. Ia. 1.
Beatus vir q suffert tentationē, qm cum pbatus fuerit, acci
piet coronã vitæ. Vel dic p ossa sunt interiores potentiæ vel
affectiones aiæ, q si medulla carnalitatis careãt, & in se soli-
da & firma pmaneat, spũali fortitudine in tentationũ & tri-
bulationũ certamine multũ valent, & ad sitiēdum per auari
tiã, ad spuendũ p luxuriã min⁹ vacãt Vel dic q medulla signi
ficat diuitias, quarũ abundãtia gñerat luxuriæ carnalitatē, ra
ritas vero & paupertas causat cõtinentiæ castitatē. ¶ Aialia 7
q̃to plus in ossib. habent de medulla, tãto sunt ad libidinē
magis pna & inde est q elephas cui⁹ ossa medulla dicunt ca
rere, castissimum aial fert esse. Sic procul dubio illi q habēt
magnã copiã medullæ deliciarũ; libenter exercent actus lu
xuriæ & immunditiarum. Et iō elephãtes. i. viri iusti & absti-
nētes, q carēt deliciarũ medulla abstinēt & luxuriæ corru-
ptela, qa sm Hyeronimũ, Vēter sat factꝰ spumat libidinem
& sm ecclesiasticum. Qui abstinens fuerit, adijciet vitam.

## De Medulla. Cap. 13.

MEDVLLA sm Cõstantinum est qdã substantia vnctuo 1
la in medio ossium collocata, & ex purissimis par
tibus vnctuosi humoris, in spinæ & ossium cõcaui-
tatib. gñata. Ista igit sm ipsum calida est & humida
& frigiditatis & siccitatis ossium temperatiua, & neruis me
diantibus a cerebro per medullam spinæ descendentibus
motus & sensus in membris quæ sub collo sunt, effectiua.
Et sm Isidorum medulla dr a madefactione, eo q totũ cor-
p⁹ madefaciat & humectet. Medulla est diuina grã, q est alba
per innocentiæ puritatē pinguis & glutinosa per charitatē,
scilicet

mollis & tenera p pietate. Ista igit ad multa spūaliter valet,
qa. s. ista motū bonæ operatiōis, & sensum sapientiæ & discre
tionis pcurat, siccitatē incōpassionis & frigiditatē indeuo-
tionis tpat, & a cerebro. i. à deo per neruos bonarū affectio-
nū descedēs, totā aiam spūalr vegetat & humectat. Iob 21.
2 Medullis ossa illius irrigant. ¶ Medulla desudat humorē, q
ad luxuriā excitat &c. & inde est q aialia q multū hūt de me
dulla: luxuriosa sunt &c. Vide de ossib. §. vi. ¶ Sicut dicit Var
3 ro: Ois medulla imitat naturā lunæ, tā in aialib. q̄ in plātis si
cut est videre in cōchylijs marinis sīlib. q. s. io plenilunio aug
mentant, & in nouilunio vacuant. Vñ ēt (sicut ait) in plenilu
nio nō est bonū arbores plātare seu inserere, qa. s. fructus ef-
ficiunt vermiculosi, & de facili cōputrescunt, & hoc forsan
accidit pptersuperfluā humiditatē, q̄ tūc surcul' vel arbor
cōcipit in medulla cuius superfluū nō pōt dirigi à natura, q
trāsmissum ad fructus cā vermiculationis vel putrefactionis
existit. Luna est mūdi psperitas, q̄ q̄uis splēdeat, tñ fluit & de
fluit. Medulla est interior amor & affectio. Quia p certo vt
cōiter ois humor & amor mundanorū amicorū rōuertit se
ad lunā. i. mūdi psperitatē, & sm q ipsa fluit & defluit i illis
quos diligunt, sm hoc & medulla suæ affectionis & amoris
crescit sitr & decrescit. Et iō si cōtingat q durāte plenilunio
i. plenitudine psperitatis mūdanæ, aliqua arbor. i. aliquis per
sona surculo noui amoris alicuius inserat, nunq̄ exinde pue
nit vt cōiter fructus bonus, qnimo semper solet esse fructus
& finis talis amoris vermiculosus, & diuersis factis vitiosus
corruptibilis & nō durabilis, sed defectuus', qa. s. tales amāt
dū durāt pspera, odiūt vero vel desistūt dū venerit aduersa.
Eccl. 7. Est amicus soci' mēsę, & nō permanebit in die neces
sitatis. Vel dic q luna est mūdi psperitas & fortuna, q̄ si ple
na fuerit, hoc est dictu, si nobis fuerit, & abundauerit, humo
re superfluo & medulla diuitiarū & deliciarū talis nos reple
bit, q nra. i. discretio vel rō ipsas regere nequeat: sed ide ver
mes auaritiæ, & putrefactionē luxuriæ generabit. Cōstat. n.
q mūdi diuitiæ illis per ipsas regere nesciunt, vermes diuer
sorū criminū itroducūt. Esa. 14. Subter te sternet tinea & ope
rimentū tuū erūt vermes. Vel dic qd' fructus. i. mercedes ta
liū humorū & superfluarū diuitiarū q̄ à discretiōe debite nō
regunt, vermes æternæ dānatiōis cōcomitantur, qa sicut dr
Esa. 66. Vermis eorū nō morietur &c. Vide de teredine. §. vlti.
4 ¶ Aliqua sūt aialia quorū ossa dnr medulla carere sicut leo.
Qd' p tāto dr, qa valde hēt modicū de medulla, q patet: qa
ei' ossa ita sūt solida, q simul cōcussa ignē emittūt. Sic vere
multi sunt quorū ossa. i. quorū interiores affect' sunt sine me
dulla pietatis: qnimo in se cōtinēt ignē iracūdię & crudeli-
5 tatis. Thr. 3. Misit ignē i ossib. meis. ¶ Scdm Dioscoridē, me
dulla maxime auiū aialiū silueſtriū valde est medicinalis, so
let. n. scissurā labiorū cōglutinare, dolorē auriū sedere, duri
tiā gladiū emollire, vesicas pedū sanare, dolorē mamillarū
& gutturis mitigare, & in ecticis & phtisicis humorem per
ditū restaurare. Talis est medulla spūalis. i. pietas, charitas: vl
gra. Ista est. n. q̄ remediatur labijs tollēdo oēm scissam & ie-
ptā locutionē, cordis gladib. molliēdo oēm duritiā & obsti
nationē: pedib. tollēdo. s. exinde vesicas. i. oēm superbiā, insla
tionē & psūmptionē, gutturi & mamillis deuotionē & com
passionē tēperādo, & dilatādo eorū gustū & lactationē, ecti
cis & phthisicis. i. pauperib. & cōsumptis, reparādo in eis hu
morem. i. spem & consolationem. Bene igitur dicitur de
medulla pietatis illud. 1. ad Timo. 4. Pietas ad omnia valet.

## De Cartilagine. Cap. 54.

1 Cartilago est q̄da subā inter carnē & ossa media tene
ra, flexibilis & p lucida, in ossiū extremitatib. vt leui'
moueant, potius, & ad flectendum vel mouēdum sine
sui ruptione, naturalr coaptata, sicut patet i aurib. &
natib. q̄ sunt mēbra cartilaginea, q̄ flectunt & nō frangunt, sm
Cōstātinū. Cartilago aūt significat ipsi' flexibilitatē ad bonū,
q̄ s. debet esse media inter duritiā ossea & teneritudinē car-
neā, qa. s. nō debet esse nimis dura per obstinationem nihil
credendo, vl nimis mollis per indiscretionē indifferenter re
cipiendo, et sic ad oia deflectendo. nā est. n. credendū oi spūi,
sed pbate spūs si ex deo sunt. Io. 5. Flectat igit mēs ad bonū
documētū, cū quadā duritia deliberatiuæ resistentiæ, ne for
te sub specie boni sibi exhibeatur impulsus alicuius palliatę
neq̄tiæ. Vel dic q i corpore ecclæ, cartilagines sunt viri obe
dientes, iuxta voluntatē dei & platorum a d oia se flectentes,
& sine ruptione ipatientiæ facilr se mouentes. Sap. 16. Ad q
quisq; volebat cōuertēbatur. ¶ Cartilago est naturæ insensi 2
bilis, caret. n. sensu & motu, quantum est de se. & cartilago si 3
scissa fuerit, nō recrescit, sicut supra de ossib. est expressum.
Sic vere cartilagines diaboli. i. pctōres, q. s. ad oē malū sunt
flexibiles & mobiles, nō habent sensum cōpassionis. nec mo
tum bonæ operationis, imo si per pctm scindantur, & ab vni
tate ecclesiæ diuidātur, nunq̄ amplius per pniam volunt re
crescere. sed in statu pcti perpetuo remanere. Vnde de duri-
tia obstinationis talium cartilaginum dr Iob. 40. vbi de dia-
bolo seu behemoth dr Cartilago illius quasi laīæ ferreæ.

## De Neruis. Cap. 55.

Nerui sunt q̄dā corporis mēbra gracilia, longa conca
ua, mollia & flexibilia a cerebro & a nucha dorsi
orientia, spiritum aialē cōtinentia & sensum & mo- 1
tum oib. mēbris corporis administrātia: & alia mē-
bra, q̄ de se sunt inflexibilia, sua flexibilitate mouentia & fle
ctentia, sm Cōst. & Isid. Nerui corporis ecclæ sunt viri iusti
& maximē sunt religiosi, pdicatores & plati, q à cerebro &
nucha. i. à Chro & a beata Maria, vel papa & ab ecclā origi
naliter procedentes, illud Iob. 10. Pelle & carnib. vestisti me:
ossib. & neruis cōpegisti me. Igitur tales dnt spiritum aialē.
i. spūssancti gratiā cōtinere, sensum deuotionis pbere & mo
tum operationis bonæ suis doctrinis & exēplis aliis exhibe
re, & sic flexibilitate suæ bonæ voluntatis poterunt duros,
obstinatos inflexibiles, ad flexionē bonorum operum imuta
re. Igitur isti dnt esse graciles per humilitatē longi per lōga
nimitatē, cōcaui per charitatē, molles per pietatē flexibiles
per obediētiæ facilitatē: & sic corpori ecclesiæ poterunt fa-
cere mirabilē vtilitatē. Vel dic q nerui significant virtutes,
q̄ à cerebro Chro, vel a nucha. i. à beata virgine pcedunt, &
per aiam se diffundunt, & motum bonæ operationis, sensum
que cōpassionis faciunt & inducunt. Et sicut nerui inuicem
sunt cōnexi, & bini inuicē colligati cōtexti: ita vt cā fortitudi
nis aialis sint sm q magis sunt cōpressi & multiplicati, sicut
dicit Isidorus & Solinus: (vñ sm ipsum Solinum, Varro ibi
agit de pdigiosa fortitudine, ponit Tritanum gladiatorē q
& rectis & trāsuersis neruis cōpactus erat: & iō fortis erat:
manib. ēt & pedib. cancellatis, quēcunq; fortissimum aduer
sarium leui ipetu psternere solitum, sic vere virtutes in aia
sunt cōncaæ, & inuicē cō natæ & cōiunctæ, & necessario
plures inuicē adiunctæ. Et sic q neruos virtutum ex recto &
ex trāsuerso. i. ab oi parte habuerint tantā, spiritualē fortitu
dinē acquirent, q hostes spirituales faciliter superabunt &
vincēt. ad Heb. 11. Fortes facti sunt in bello, castra verterūt
exterorū. Vel si vis per neruos potes intelligere inferiores
iudices & platos, & maxime legatos, q à cerebro. i. a papa
originalr exeunt: & pleni spiritu scto ad diuersa officia per
diuersas partes mittuntur & discurrunt. ¶ Nerui qñ exeunt 2
a cerebro, sunt molles & lenes: sed quāto lōgius pficiscunt:
tāto ampli' indurantur. Sic vere qñ nerui. i. inferiores iudi-
ces & plati, primo à cerebro & capite. i. à papa & rege mit-
tuntur, ipsi pculdubio molles, dulces, benigni & suaues inue
niuntur, & potissime quandiu ipsi capiti. i. istis suis magistris
& capitaneis pximātur. Timent. n. si delinquerent, q clamo
res ad suos dños contra eos puenirent. Sed p certo qñ isti
nerui elongantur ab ipso capite. i. qñ tales iudices vel legati
sunt in distanti patria a principe vel a rege, tunc per crudeli
tatē indurantur, & quia non habent quem timeant, subditis
in duritia dñantur. Esa. 48. Sciui. n. quia durus es tu, & neru'
ferreus ceruix tua & frons tua ærea. Et sicut in corpore di-
uersi sunt nerui: & diuersis officijs deputati, qa. s. vnū par va
dit ad oculos, & aliud ad aures, & aliud ad nares, &c. sicēt in
ecclā diuersi diuersa faciūt, & iuxta doctrinā Apostoli, diuer
si diuersimode in mundo seruiunt & discurrunt. ad Ro. 12.
Omnia mēbra corporis non eundem actum habēt. ¶ Secun
dum Arist. autem neruus præcisus non recrescit, nec diuer- 3
sis reiungitur, cuius, tñ contrarium facit vena. Sic sunt mul-
titi in malo pposito indurati, qd' si aliquo casu a Deo vel
ecclā, vel religione, vel fide, per pctm, apostasia vel perfidiā,
scindunt vel diuidunt, nunq̄ ad vnitatem cōcordiæ fidei &
gratiæ amplius reuertuntur: nec corpori Chri mystico am-
plius reiunguntur, qnimo in diuisione & schismate perpe
tuo commorantur, sicut videmus de schismaticis & de græ-
cis, cōtra illud Esa. 51. Attēdite ad petram vnde excisi estis.

De

### De Venis. Cap. 56.

1 VEnę ſm Iſidorū dr̄ quaſi viæ naturæ, vel quaſi viæ
naturales ſanguinis. Ve & dici poſſunt a veniendo, eo
q ſanguis veniat per ipſas ad diuerſas corporis partes:
Oriunt igitur oēs venæ originaliter ab hepate, ſicut nerui a
cerebro, arteriæ a corde. Venæ ergo ab hepate exeunt: & in
de nutrimentum quatuor humorū ſugunt, ipſumq; per cor-
pus deferunt: & ſm mēbrorū exigentiā, vnicuiq; ipſum di-
ſtribuūt, & ipſæ miro naturæ ingenio ſibi inuicē ſubſeruiūt
& p ſuo exequendo officio p oēs partes corporis ſe diffun
dunt. Per iſtas venas poſſunt in corpore eccleſiæ militantis in
telligi viri pij, qui.ſ. poſſunt dici venę a venia, p eo q alijs ve
niā & gratiā largiunt. Vel et a via ſeu veniendo, q.a.ſ. p iſtos
veniunt alijs conſolationes & bona. Quia procul dubio iſti
2 ſunt q ab hepate.i. ab ipſo deo, ſanguinē bonorū ꝑpaliū hau
riunt, ipſumq ſibi ſolis non retinent, imo oib. membris indi
gentib.i. pſonis pauperib. diſtribuunt & miniſtrant. Actu 4.
Diſtribuebant vnicuiq; ſicut opus erat. Sibiq; mutuo inter
ſe ſubſeruiunt & ſe inuicē diligunt atq; fouent. Vel pōt dici
de pdicatorib. qui a deo hauriunt ſanguinē doctrinæ, & ma
xime quatuor humores.i. ſciam quatuor euangeliorum, quē
defetunt vndiq; per diuerſas mundi partes, & ad membra.i.
perſonas diuerſimode nutriunt & imbibunt. De venis quæ
dñr arteriæ, quo a corde oriuntur & quo pulſum & vitam
per membra portant & operantur, multa dicerētur hic: ſed
ſufficit qđ eſt dictū ſupra de cerebro & de corde & pulmo
2 ne & ſimilib. ¶ Vena eſt diſpoſitionis corporis oſtenſiua: &
maxime vena pulſatilis. Vena et eſt (ſi tpe debito aperta fue
rit, corrupti ſanguinis euacuatiua, & ſanitatis inductiua: ſi
vero aperta nō fuerit, eſt mortis aliquotiens cauſatiua. Vena in
ſuper ſi indebitē aperiat, eſt bonorum humorum euacuati-
ua, & magnarum ęgritudinum effectiua. Per venā pōt intelli
gi locutio, quia ſicut dicit ſapiens Prou. 6. Vena vitę os iuſti.
3 ¶ Iſta eſt enim q interioris animi diſpoſitionē declarat, q a
ex abundantia cordis os loquit. Iſta per confeſſionē aperta,
corruptos humores vitiorum purgat, ſi vero per confeſſio
nem non aperitur aiam mortificat atq; damnat, q a mors &
vita in manu linguæ. Verumtñ ſi vltra debitum per multilo-
quium ſe aperiat, tunc humorem diuerſorum verborū eua-
cuat, aiam per ſtultiloquia depauperat ¶ In venis quoq; conti-
netur humor corruptus, qui eſt infirmitatum inductiuus, &
aliorum etiā corruptiuus, ſicut patet in leproſis, quorū ſan-
guis eſt corruptus, q et alios inficit & corrumpit. Sic vere i ve
na cordis multorum corruptus ſanguis malæ affectionis la-
titat, qui leprā pcti inducit, & circumſtantes per mala verba
& exempla fœdat. ¶ Secundum Ariſt. li. 2. de aialib. vena inci
5 ſa iterum reiungitur & recreſcit. Sic vere vena cordis noſtri
ſi per pctm̄ læſa vel ſciſſa fuerit: iterum ſe debet per pniam
reiungere: & rurſum ad integritatem gratiæ reuenire. Iob
24. Lignum habet ſpē quia ſi pciſum fuerit rurſus, rurſus vi-
6 reſcit. ¶ Quales venas habet ouis ſub lingua &c. vide de oue.

### De Carne. Cap. 57.

CAro ſm Remigium dicitur a carie.i. a putredine eo
1 q ois caro putrefactioni ſit ſubiecta. Caro.n. & potiſ
ſime qñ corrupto ſanguini admiſcetur, de facili putre
dini ſubijcitur. Et ſm Conſtantinum, tres ſpecies car
nium ſunt in corpore.ſ. caro glanduloſa, quę eſt in mamillis:
caro neruoſa, quæ eſt in muſculis: caro viſcoſa & cartilagi-
noſa, q eſt in iuncturis. Per carnem pōt intelligi conditio oīs
carnis, quæ ſm veritatem carni & putredini naturaliter eſt
ſubiecta, & non ſolum corruptioni naturali imo etiā corru
ptioni morali, quia ſicut dr̄ Gen. 6. Ois caro corruperat viā
ſuā. Tres vero ſunt carnis.i. carnalis vitæ, ſpecies.ſ. glandulo
ſa & quaſi montoſa, quæ eſt vita ſuperborū, neruoſa & quaſi
ligans & ſtricta, quæ eſt vita auarorum, viſcoſa & lubrico-
ſa, quæ eſt vita luxurioſorum. Talis igitur triplex caro cor-
ruptioni vitiorum ſubijcitur: & corruptioni vermium in po
ſterum ſubijcitur. Iob. 7. Induta eſt caro mea putredine &
2 ſordib. pulueris. ¶ Secundum Conſtantinum caro eſt natura
liter calida & humida, caloris naturalis fomentum, oſſiū ner
uorum & lacertorum coopertorium, frigiditatis oſſiū tē-
peramentum: & vacuitatis membrorum corporis replemē
tū. Per carnē in bono ſignificato pōt intelligi mollities pie-
tatis, q.ſ. omnib. ſe exhibet teneram & benignā. Iſta eſt.n. q
calorē pietatis & humorē deuotionis cōtinet, & quæ nudis
operimentū, frigidis fomentū, vacuis & pauperib. replemen
tum: & cunctis deſolatis ſpamentum & ſolamentū exhi
bet atq; præbet. Vnde de carne ſtultæ pietatis poteſt intelli
gi illud pſa. Caro mea immutata eſt pp oleum. Vnde etiam
de iſta intima charitate & pia fraternitate dicebat illi 2. Re.
5. Os tuum & caro tua ſumus. Vel dic q per carnem intelli
gitur hō pius flexibilis & benignus, qui facit oia ſupradicta.
¶ Caro ſm Ariſt. li. 3. ſi inter maciem & pinguedinē ſpata fue 3
rit laudabilis eſt: ſi vero in humiditate vel pinguedine excoſ
ſerit: tunc ad intellectū o pationem inhabilis erit. Sic vere ſi caro diui-
tiarum & ſubſtantiarum ꝑpalis mediocritate abondet, vtilis eſt: ſi vero
nimis affluat pinguedo, vel mollities deliciarum, pſperitatis
mundanæ, tunc ſolent in hoie intellectualis & ſpūalia opa
retardari, & et hebetari, q a ſicut dr̄ ad Ro. 8. Qui ſm carnē
ſunt, quæ carnis ſunt, ſapiunt. ¶ Caro de ſe eſt pars corporis 4
valde mollis & tenera, & iō impatiens eſt operis & laboris.
Vnde et aialia quæ habent pedes valde carnoſos, nō poſſunt
diu laborare, vel peditare, ſicut patet de hoie & camelo quo
rū pedes carnoſi ſunt, & iō indigent corio vel calciamento.
Sic vere illi qui nimis ſunt carnoſi i. carnales & delicioſi, nō
poſſunt bene labores & tribulationes ſuſtinere. Mat. 26. Caro
aūt infirma. Et iō neceſſe eſt eos corio mortuorum aialiū.i.
exemplis & doctrinis præcedentium ſanctorum munire; vt
ſic pedes ſuorum carnalium affectuum poſſint ſecurius per
tranſire. Et tunc dicere poterit hō talis illud pſa. Caro mea
requieſcet in ſpe. ¶ Carnes pp ſimilitudinē, bonum præbēt 5
corporib. nutrimentum. Et iō aues nobiles carne & ſangui-
ne tantummodo ſolent veſci. Sic vere ſanguis & caro Chri in
ſacro ſunt optimum animæ nutrimentū. Io. 6. Caro mea ve
re eſt cib. Et iō nobiles aues.i. hoies ſpūales & virtuoſi, ſolēt
tales cibos carnis & ſanguinis comedere, & exinde ſpūalr
ſe nutrire. Vnde ibidem. Qui mā ducat carnem meam, viuet
in æternum ¶ Aues nobiles pauce ſunt carnoſitatis &c. Vi- 6
de de auib. in generali. ¶ Item caput quod eſt membrū val- 7
de nobile, magis eſt oſſeū q carnoſum &c. vide ſupra de ca-
pite. ¶ Aues ignobiles maioris ſunt carnoſitatis q nobiles: 8
& maioris in hyeme, q in æſtate. patet de anatib. & anſerib.
Carnes anitaru creſcunt in hyeme pp quietē, & macreſcūt
in æſtatis tpe pp motum. Sic vere ignobiles peccatores plꝰ
abundant in carnoſitate diuitiarū q nobiles & iuſti: & hoc
pro certo in hyeme pñtis vitæ: vbi in mundi pſperitate qe-
ſcunt: quia.ſ. q ñ æſtas & feruor iudicij aduenerit: tūc macies
æternæ paupertatis illos in inferno deuorabit. Eſa. 17. Atte-
nuabitur gloria Iacob: & pinguedo carnis eius emarceſcet.

### De Pinguedine. Cap. 58.

PInguedo eſt q dā ſubſtantia mollis, alba & carnea, de congela
to ſanguine generata. Teſte.n. Conſtantino ſanguis ve- 1
niens ad loca naturaliter frigida in pinguedine cōgela
tur. Vñ et ſm Ariſt. aialia q to amplius impinguant, tanto ma
gis ſanguine pauperant: ſicut patet in hoib. valde craſſis. Pin
guedo eſt delectatio vel voluptas. Iſta.n. ex congelatione ſa
ni deuotionis generat, qñ.ſ. ſanguinis interioris affectus per
torporem & deſidia congelat, q a procul dubio mens impin
guat p carnalitatē qñ effectus congelat & infrigidat per in-
deuotionis tepiditatē. Et iō illi qui abundant in pinguedine
carnalis infectionis: vt cōiter deficiunt a ſanguine bono &
ſpūalis affectionis. 1. Reg. 15. Oblatus eſt ei agag pinguiſſi-
mus tremens. Vel dic q ſanguis ſignificat gratiā dei vel etiā
memoriā ſanguinis Ieſu Chri. Quia p certo illi q per diui-
tias & delicias impinguant ꝑpalib. tanto plus vacuant ſpūali
bus. Iō diuitib. pctōrib. dr̄ Amos 4. Audite verbū dei vaccæ
pingues quæ eſtis in monte Samariæ. Vel dic econtra q per
ſanguinē intelligitur carnalitas, per pinguedinē vero intelli
gitur gratia, deuotio pietas, & charitas. Quia pro certo illi
qui pinguedine tali dotant, vt cōiter carnalitatis ſanguine
non inebriant. Econuerſo illi qui abundant in ſanguine car
nalitatis, vt cōiter parum habent de pinguedine gratiæ &
charitatis. Vnde de bonis & pinguib. dr̄ Hier. 31. Inebriabo
animam ſacerdotum pinguedine. ¶ Secundum Ariſt. lib. 4. 2
de partibus animalium: omne animal quato minoris eſt mo
tus, tanto maioris eſt pinguedinis. Et econuerſo quanto mi
noris motus fuerit, tanto in ipſo pinguedo minor erit. Et in
de eſt quod renunculus dexter minoris eſt pinguedinis quā
ſiniſter, pro eo q in dextera, parte eſt motus & calor magis
fortis

fortis. Sic verè qñ quis motui laborū & tribulationū subijci
tur, tūc calore charitatis amplius fouetur, & in deliciarum
pingue sine imminuitur. Esa. 17 Attenuabitur gloria Iacob,
pingues carnes eius emarcescent. Et econuerso illi q quiere
prosperitatis lætātur, carnalitatis pinguedine cumulanē. psa.
Impinguatus est dilectus, & recalcitrauit. Vide supra de reni
3 bus ¶ Hoies pinguissimi qñ infirmanē, tardè sanāt, & pp de
fectū motus & caloris diutius ægritudine detinenē, & facilꝰ
suffocanē. Mulier ēt qñ nimis abūdat in pinguedine, vix cō-
cipit nisi pinguedo ipsius emarcescat. Sic verè illi q pingue
dine diuitiarū abundāt, qñ p pctm infirmi sunt, nō facile p
pœnitentiā cōualescunt, & fctū boni propositi nō faciliter cō
cipiunt vel acquirunt. Talis.n. diuitiarū pinguedo solet calo
rē charitatis extinguere, motū boni operis tollere, & vias in
teriorū affectuū opilare, & sic curationē pniæ retardare, &
conceptū boni ppositi impedire. Vñ de diuite obstinato dr̄
Iob. 15. Cucurrit aduersus eū erecto collo & pingui ceruice
4 armatus ē operuit faciē eius crassitudo ¶ Pinguedo est ignis
& caloris nutritiua, & suijpsius ad superficiē eiectiua, pellis
siue corij remollitiua, pororū opilatiua, vacuitatis repletiua
rugarū cutis extēsiua, venarū, & arteriarū cōpressiua, sensus
& rōnis impeditiua, & cōceptionis aialiū retardatiua. Talis
est pinguedo diuitiarū vel deliciarū, vel ēt pinguedo mūda
næ psperitatis. Ista.n. ignē auaritiæ inflāmat & nutrit. Pellem
cōuersationis relaxat & mollit Poros affectuū opilat & clau
dit. & ibi intrare grām nō permittit. Vacuitatē cordis malis
desiderijs, & replet & cumulat. Venas volūtatis cōprimit, &
cōculcat, & se sup potētias animæ erigit & exaltat. Rōnē ob-
scurat & hebetat, & cōceptū boni propositi impedit & retar
dat Et sic de tali pinguedine & pctōrib pōt dici illud Esa. 34.
Inebriabitur terra eorū sanguine, & humus eorū adipe pin-
guiū Vel dic q pinguedo est grã & charitas, & deuotio, quę
ignem bonorum desideriorum solet nutrire, mentem mollir
re, & vacuitatem cordis virtutibus replere conceptum ma-
li propositi retardare, & poros sensuum claudere & velare.

*De cute. Cap. 59.*

1 CVtis fm Isid. dr̄ à cuti grece, quod est incisio, eo q est
exterior pars corporis, q pōt diuidi, & incidi. Et ista
dr̄ pellis, q i pellit exteriores iniurias, & detracta dr̄
coriū, quia carnis inuat ineptias. Est igr̄ cutis seu pel
lis, exterior corporis superficies, carnē & ossa circūplectēs,
& oia interiora muniens atq; regēs, & fm variā mēbrorū di
spositionē nunc se contrahens, nunc extendens, & pp natu-
ralem sui tenuitatē super mēbra vndiq; se diffundens, & ex-
terioris aeris iniurijs pro mēbris interiorib. se opponens. Per
pellē seu cutē in corpore, pōt intelligi exterior conuersatio.
Ista est.n. q oia membra.i. oia opera & affectus celat & cōte
git, & visus humanos ne interiora eia videant, excludit, &
pellit, super oia q cogitanē interius, se extendit, & obrutibꝰ,
hoim se exponit, & diuersimodè cōtrahit aut disponit. Quę
oia pōt dici de cute subæ tpalis. Vel dic q cutis aiæ est patiē
tia, quæ frigorib. & tribulationib. exponit, & ab ipsa oēs inte
riores affectiones aiæ defenduntur, vt sic tā de cute bonæ cō
uersationis q̄ de cute patientiæ & durationis intelligaē illud
Eze. 37. Super extendā in vobis cutem, & dabo vobis spūm,
& viuetis. Vel dic q per cutē pōt intelligi hypocritica cōuer
satio, quia sicut in quibusdā aialib. sola cutis est vtilis, sic in
hypocritis sola cōuersatio est bona. Ista est.n. quę oia, fęda &
immunda operit, & ne vitia eorū videanē, cuncta circunce-
lat & cōcludit, ita q illa sola cutis pulchra est & munda, tur
pe aūt est fęnum, quicquid absconditur & subsistit. Ezec. 36.
2 extenta est super ea cutis, & spūm non habebant ¶ Inter oia
aialia hō magis tenuem habet cutem, & ideo faciliter lędiē
frigore vel calore. Et ideo necesse est q hō habeat vestimen
ta contra estrinseca nocumenta. Sic verè homo cutem pa-
tientiæ valde habet tenuē & debilē, nihil.n pōt pro salute to
lerare, imo statim dolet & læditur, si aliquātulum pungatur,
dicens illud Iob. 7. Cutis mea aruit, & contracta est. Et ideo
necesse est q vestib. & calciamentis.i. sanctorum mortuorū
doctrinis & exemplis induatur, & contra frigora tribulatio
num cuti suæ patientiæ muniatur. Iob. 16. Saccum consui su-
per cutem meā ¶ Vix est dare aliquod brutum aial, quin ha-
3 bebat duriorē cutem q̄ homo. In senectute ēt solet indurari
cutis & ingrossari, magis q̄ iuuentute. Et hoc factum est in
hoie pp bonitatē sensus tactus, ne.s. duritia cutis impediret
in suo ope sensum tactus. Pelles ēt brutorum pilis sunt ple-
næ, cutes vero hoim quasi nudæ. Cuius significat sudam tpa
lem, q est quoddā exterius tegumentum Ista igiē participat
diuersimodè hoies & iumenta i. boni & mali. quia pcul du-
bio hoies.i personæ sanctę & fm rōnē viuentes. ista cutē ha
bent tenuē p paupertatē, & pilis diuitiarū spoliatā & nudā.
Quia.s. in eis pellis hmōi ingrossaretē, sensus tactus.i. deuo-
tio & cōpassio in eis impediretē. Bruta verò aialia.i. pctōres in
duunē grossā cute diuitiarū, & iō non sentiunt frigus mūda
narū miseriarū. Cutis.n. suæ subæ, pilis diuitiarū est plena, &
iō minus affligunē quacūq; tribulationū pęna. 1. Re. 19. Pellē
pilosam caprarū posuit ad caput Dauid. Vel dic q cutis est
cōuersatio, q pro certo hodie est in brutis.i. simplicib. secula
rib. fortior, & p patientiā durior, q̄ in hoib i q̄ in personis ec
clesiasticis, sapientib. & discretis, quia.s. tales melius sustinēt
pro Xpo tribulationē, q illi qui hoies sunt.i. qui maiorē hnt
cæteris discretionē. In senectute ēt dēt talis cutis indurari,
quia pro certo virtus sapiētiæ dēt in senib pcipuè roborari.
Thr. 5. Pellis nr̄a velut clibanus exusta est. ¶ Scdm Arist. li. 3. 4
fm colorē cutis, variaē color vnguiū & pilorū, quia si cutis
alba fuerit, & cætera alba erunt, & ecōuerso. Cutis est cōuer
satio Vngula est operatio. Pilus aūt est affectio. Ista igiē tria
vt cōiter sunt eiusdē coloris.s. cōuersatio, affectio, & opatio.
Si.n. cutis cōuersationis alba fuerit, scta & mūda, necesse est
q opꝰ & affectio sint similia. Et ecōuerso si cōuersatio nigra
fuerit & infamis, ēt signū est q opatio & affectio impba est
& deformis. ¶ Cutis i senectute corrugaē & denigraē. In aia 5
lib. ēt mortuis cutis ex toto detrahiē, vt carnes meliꝰ cōscin-
danē. Sic verè in senectute vitiorū & in morte pctī mortalis,
solet cutis cōuersationis corrugari, & deturpari, & à cādore
innocentiæ denigrari. Thr. 3. Vetustā fecit pellē meā. Quini-
mo sæpe fit q pellis cōuersationis ex toto detrahiē, ita q hō
excoriatus & nudus à dęmonib. diuersis intus laniaē Leui. 1.
detracta pelle hostiæ artꝰ in frusta cōcidēt. Pelles aialiū mor 6
tuorū ad multa valet. Fiūt.n. exinde multa calciamēta ad pe
des à læsionib defendēdū, forraturæ ad calefaciēdum, corri
gæ ad cōstringēdū, arma ad muniēdū, pharetræ ad sagittas
seruādū, vtres ad vinū & liquores alios cōtinēdū, & alia infi
nita. Sic verè pelles q à mortuis aialib. detrahunē i. exēpla &
documēta q nobis à sctis patrib. iādm mortuis dimittunē, ad
multa sunt vtilia ad salutē. exinde.n. facimꝰ calciamēta patiē
tiæ forraturā charitatiuæ cōpatiētiæ corrigias cōstrictiuę pa
cis & cōcordiæ, pharetras ad cōtinēdū sagittas diuini timo
tis & iustitiæ, & vtres ad cōtinendū vinū deuotionis & grã.
Et sic poterit hō dicere illud Iob. 10 Pelle & carnib. vestisti
me. Et. 2. Re. 7. Arca dñi sub pellib. est. ¶ Pellis multas incur- 7
rit aliquotiēs passiones. s. scissionē, corrugationē, postulatio-
nē, serpiginē & excoriationē, leprā & infectionē. Sic verè in
cute cōuersationis humanæ, multotiēs apparēt & gñant in-
firmitates diuersorū pctōrum. Ibi.n. apparet scissio iræ & di-
scordiæ, corrugatio malitiæ & inuidiæ, postulatio tumuro-
sæ superbiæ, serpigo pruriginosæ auaritiæ, excoriatio inho-
nestæ insolētiæ, pallor & liuor tristitiæ, lepra & infectio luxu
rię. Et iō de generib. diuersarum pellium dr̄ Abac. 3. Pro ini
quitate vidi tētoria ęthiopiæ, turbabunē pelles terræ mediā.

*De Pilo. Cap. 60.*

PIlus fm Isid. dr̄ quasi à pelle natus. Fumus.n. calidus à
corde & a corpore procedens per poros corporis egre 1
ditur, & exteriori aere siccatus, in pilos conuertitur &
mutatur, qui quāto, fumus ille pinguior fuerit, & humi
dior, tanto pilus laxior & longior efficitur quanto vero fu-
mus ille siccior & restrictior fuerit, tāto etiam pilus breuior
& crispior inuenitur. Et inde est q habitantes in humida re
gione pilos habēt laxos, molles & longos, sicut est thracia.
Habitantes vero in regione calida pilos habent breues, aspe
ros atq; crispos sicut est æthiopia. Per fumos intelligo inte
riores affectiones. Per pilos autem exteriores mores & con
ditiones. Constat.n q fumi interiorum affectionū sunt cau-
sa exteriorum operum & conditionum. Quia si fumus affe-
ctionis sit pinguis per carnalitatem, necesse est q pilus ope-
rationis sit laxus & remissus per dissolutam tepiditate. E con
uerso si sit affectio per charitatē calida, & per abstinentia sic
ca, tunc operatio & conditio erit moderata & crispa, & sur-
sum ad Deū eleuata & retroacta, & ipsum Deū replicata &
reducta. Vel dic q per pilos intelliguntur diuitiæ, seu subā
tpalis. Ita igitur q sequ tur cōditionē fumi cordis i. interio-
ris affectionis si sit p cōpassionē & pietatē pinguis, tunc pili

diuitiarum erunt inferius protensi, s. per elemosynā ad pauperes & egenos. Si aūt iste fumus affectionis fit per auaritiā calidus, tunc pilus capillis substantiæ erit contra nouem repli catus & crispus, & per nimiā custodiam circūuolutus & retortus. Mat. 3. Ipse Ioannes habebat vestimenta de pilis camelorum. ¶ Pili aliquotiens fiunt crispi. Qñ. n. fumus qui est materia pilorum, calidus & siccus, de poris cutis egreditur, duos motus sequitur, quia. f. pars fumi q est terrestris & sicca, inferius descendit illa verò quæ est subtilis, & calida, sursum petit, & sic ex duob. motib. contrarijs, pilus crispus efficitur & nunc inferius tendit, & nunc superius se deflectit. Sic verè quotiens in fumis cordis. i. in affectionib. est cōtrarietas, totiens in pilis. i. in exteriorib. operib. erit diuersitas. Homo. n. habet duo genera fumorum affectionum. f. bonus affectus & spūales, qui sursum tendunt affectando æterna, & malos terrestres & auaros, qui inferius descendunt ad temporalia & terrena. Igitur ex collectatione & varietate istorum duorū affectuum spiritualis. f. & terrestris, quandoq; efficiuntur pili crispi. i. opera quæ vtranq; sentiunt conditionem, & quæ in parte sunt spiritualia, & in parte carnalia, & in parte sursum tendunt & ordinantur ad Deū, & in parte deorsum descendunt ad mūdum. Et tales sunt multi ecclesiastici, qui ex officio volunt sursum ascendere, ex auaritia vero coguntur inferius descendere. Et sic necesse est duos motus & duas inclinationes, in suis operib. apparere, quia sicut dr in ps. Ascēdunt vsq; ad cęlos, & descendunt vsq; ad abyssos, anima eorum in ipsis tabescebat. Vel dic q isti duo motus significant duas cordis intentiones. Quia pro certo vbi intētio duplex & varia fuerit, & pilus. i. operatio, crispus duplex & varius erit, & vt cōiter in ipsis pilis operum, duplicitas affectuū apparebit, quia sicut dr Iac. 1. Vir duplex aio inconstans est in oībus vijs suis. ¶ Pili tunc consueuerunt cadere vel saltē nō
3 crescere, qñ hō fecerit se castrari & c. dic sicut supra de barba. ¶ Pili in senectute fiunt duriores, & pili quanto à duriori
4 core procedunt, tanto duriores & grossiores sunt. Pili exteriores sunt opera vt dictum est, sed pro certo cutis a iste dnr procedere possunt affectiones significare, quia p certo à dura cute duri exeunt pili, & à dura affectione dura exeunt opera & etiā ecōuerso, quia sicut dr Mat. 3. Bonus homo de bono thesauro suo profert bona, malus vero similiter mala.

## De Capillis. Cap. 61.

Capilli secundum Isidorum dicuntur quasi capitis pili qui etiam coma, Cesaries, crines, alijs nominib. appellantur. Fumus. n. grossus de capite egreditur, & exterius in capillos conuertitur & siccatur, & quanto fumus plus abundauerit tanto capillorum Cesaries maior erit, & quādiu talis fumus abundat, possunt capilli nasci, & crescere. Quando vero defecerit, tunc necesse est caluitium effici, & caput à crinib. nudum esse, sicut patet in senib. & consumptis. Caput est intentio, à qua. f. fumi cogitationum emanant, qui capillos virtutum & operum extra formant, quia. f. quanto talium bonorum fumorum. i. bonorum affectuum & cogitatuum maior fuerit abundantia, tanto virtutum maior erit copia. Et econuerso si fumi isti deficiunt, tunc & crines virtutum pereunt & recedunt. Ideo bene dr Mat. 10. Vestri autem capilli capitis, omnes numerati sunt. supple secundum interiores affectus & c. ¶ Quandoq; contingit quod sit
2 caluitium, & tñ satis est in capite de materia capillorum, & hoc fit in infirmitate quæ dr Alopecia, vbi vel per opilationem viarum, vel ex corruptione humorum, casus capillorū procuratur. Sic verè casus accidit sæpe q multi carent capillis virtutum & tamen satis habent interius de materia ipsarum, qui. f. satis habent de naturali discretione vel etiam de interiori bonā affectione, sciūt. n. appetunt & proponunt benefacere, sed pro certo sæpe fit q corruptio humorum. i. carnis voluptas, vel opilatio viarum. i. terrena cupiditas, capillaturam virtutum impediunt, & quod homo proposuerat, subtrahunt atque tollunt. Quia p certo multi sunt qui sciūt & appetunt facere multa bona, sed nunquam ad actum veniunt, quia carnalitates & vitia ipsos impediunt. ad Rom. 7. Nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum, non inuenio. ¶ Canities capillorum generatur ex frigiditate humoris
3 materialis & nutrimentalis capillorum. Frigiditas. n. mater est albedinis, & ideo capilli in senectute albescunt, quando frigidi humores in corpore [illegible] sic canities significat ætatis maturitatem, libidinis extinctionem, & instantis vitæ necessariam renouationem. Per canitiem potest intelligi senectus. Ista est. n. in qua debet frigus timoris diuini abundare, albedo honestę & castæ vitæ florescere, libido & puerilitas cessare, & in qua etiam debet homo defūctum prę sentis vitæ videre, & nouitatem futuræ mentaliter cogitare, & sic verificabitur illud Sap. 4. Cani sunt sensus hominis, & ætas senectutis vitia immaculata. ¶ Caluities si in iuuentute 4
accideret, possunt capilli iterato renasci, si verò post senectutem contingerit, nunquam amplius renascūtur. Caluities seu casus capillorum significat casum virtutum, qui fit per pctm. Quia pro certo vt cōmuniter si in iuuentute efficiatur quis caluus virtutes amittendo & vitia incurrendo, potest iterū capillari & virtutum crinibus per pœnitentiam adornari. Si vero post iuuentutem in tempore senectutis contigerit caluities antedicta, tunc via poterit redire & per pœnitentiam reuenire. Vitia. n. senum incorrigibilia sunt, & ideo qui in senectute capillos virtutum perdiderit, via iterum bonus fit, quia sicut dr Prou. 26. Adolescens iuxta viam suam etiam cū senuerit non recedat ab ea. ¶ Caluitium contingit senib. in- 5
firmantib. & nimis sæpe carnales actus exercentib. Econtra autem caluitium non consueuit contingere pueris, mulieribus & castratis, sicut dicit Galenus super aphor. Et hoc facie humoris abundātia, & frigiditas prædominantia quę. f. poros claudit, & fumos euaporare non finit. Cuius contrariū est in infirmis, senib. & in venereis occupatis, sicut supra dictum est. Capilli virtutes designant, quæ caput intentionis muniunt & adornant, Sed procul dubio caluitium & defectus istorum capillorum contingit faciliter tribus generib. personarum, videlicet infirmis. i. superbis, qui. i. infirmi sunt, quia statum firmum non habent. Senibus. i. auaris, quia. i. auaritia magis abundat in senectute. Venere vtentibus. i. luxuriosis: ista. n. tria genera personarum capillos virtutum perdunt, & caluitium vitiorum incurrunt, & hoc, quia humor deuotionis & gratiæ in ipsis deficit, & siccitas incompassionis excrescit. Esa. 3. Decaluabit dominus verticem filiarum Syon, & crinem earum nudabit. Sequitur. Et erit pro suaui odore fętor, & pro crispanti crine caluitium. Sed econtra, tria sunt genera personarum quæ capillos virtutum non perdunt, s. pueri. i. illi qui sunt humiles contra superbiam. Mulieres quę à mollitie dicuntur. i. pij & misericordes, contra auaritiam. castrati. i. casti, i. innocentes, contra luxuriam. In illis. n. abundat frigus diuini timoris, & humor gratiæ & dulcoris, & sic frigus timoris solet capillos virtutum retinere ne defluant, & constringere, porosq; sensuum & affectuum claudere. Humor verrò deuotionis, & gratiæ solet istis capillis continuè materiam ministrare. vel si vis dic q capilli significant diuitias vel peccata, quæ sunt quædam exteriora hominis vestimenta. Caluitium igitur. i. nuditas capillorum, significat cōfessionem in qua mens nudatur à capillis vitiorum, vel liberalitatem, qua homo nudatur a capillis diuitiarum. Tale igitur caluitiū non incurrunt pueri. i. immundè viuentes, mulieres. i. auare cupiētes, quia mulier naturaliter est auara. castrati. i. prolem bonorum operum nullatenus generātes. Isti. n. p pœnitentiā & per elemosynā non caluescunt, & capillos vitiorum vel diuitiarū non abijciunt aut deponunt. Quod vtique facit abundantia humoris carnalitatis, & frigiditas indeuotionis & c. Esa. 22. Vocauit dñs ad planctum & fletum, & ad caluitium, & cingulum sacci, & ecce gaudium & lętitia, occidere vitulos, iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum. ¶ Capilli sunt capitis ornamentum, tegumentū & mu- 6
nimentum. Qui licet a parte anteriori quandoq; cadant p paucitatis raritatem, & humoris paucitatem, a parte tñ posteriori nequaquam deficiunt vt cōiter neq; cessant, & hoc propter cutis densitatem, & propter humoris abundantis quantitatem & viscositatem. Pars anterior est iuuentus, posterior verò senectus, quia pro certo dato q capilli virtutum quando que cadant & defluant in parte anteriori iuuentutis, nunquā tñ debent deficere in parte posteriori senectutis. Et dato q iuuentus inueniatur quandoque capillis virtutum nuda, senectus tamen debet esse virtutum crinibus semper plena. Apoc. 3. Posteriora tua plura prioribus. Dato. n. quod pars anterior iuuētutis rara sit & infirma, & humore deuotionis & gratiæ magis vacua & sicca, pars tamen posterior senectutis semper debet esse fortis & densa, & humore deuotionis munita, & sic licet iuuentus deficiat virtutum crinibus, nunquam tamen senectus debet deficere bonis virtutibus. ps. Senectus mea in misericordia vberi.

# LIBER TERTIVS

## *de hominis conditionibus & de his quæ faciunt ad hominis conseruationem.* *Cap. 1.*

DIcto de homine,& de corporis partib. dicendum est de quibusdam hois accidentib. & sic primo dicam de ætatibus & hoim cōditionibus, & tandem aliquid superaddam de aliquibus infirmitatib.
1 ¶ Aetas igitur ſm Isid. est spatium vitæ ætatis ab infantia incipiens, & in fine senectutis desitens. Sunt verò (vt ait idē) septem ætates. i. septē vitę humanæ partes quarum prima est infantia, durans vsq; ad septennium,& dr̄ ab in,& for faris, eo quia tunc hō non fatur imo est infans & non loquens. Scda est pueritia, extendens se ad ſm septenarium, dicta à pubertate, eo ꝙ tūc homo efficitur pubes. Tertia est adolescentia, extenta vsq; ad quartū septenarium. i. 28. annum ſm Isid. dicta ab adolescendo & crescēdo, vsq;. n. ad illud tp̄s crescit & adolescit hō. Quarta est iuuentus, durans vsq; ad quadragesimū quintū annū vel quinquagesimum,& dr̄ iuuētus a iuuando, eo ꝙ tūc fortior est hō, & pot alios adiuuare. Quinta ſm ipsum dr̄ senecta seu grauitas ſm Isid. q̄ est media inter iuuentutē & senectutem. Sexta est senectus q̄ dr̄ ascensus diminutione ſm Isid. eo ꝙ tūc sensus corporis habetantur. Septima vero est senium. i. pars vltima senectutis, in quo. s. sanguis friget, & sensus & rō deficit atq; torpet. Per istas septem ætates pōt intelligi septē virtutes spūales, ex quib. vita grē constituitur, & per quarū decursum finis vltimus æternæ gloriæ reportatur. Prima igit̄ ætas spūalis est infantia q̄ hoiem creat. Ista est humilitas quæ est principiū moralis vitæ quæ dr̄ a non fando, quia. s. ad humilē pertinet, ꝙ sit verecundus & infans. i. ꝙ vltra debitum nō loquatur, quia ſm Catonē, virtus prima compescēre linguæ, quia sicut dr̄ Prou. 5. Qui moderatur labia sua, prudētissim⁹ est. Scda virtus est pueritia, q̄ puberem efficit, & ad cōiugiū habilitat. Hæc est charitas, q̄ cum Deo, cum amicis & inimicis nititur hoiem cōiugare, & per amicitiam copulare. Mal. 2. Dñs testificatus est inter te & vxorē pubertatis tuę. Tertia virtus est adolescentia, quæ hoiem augmētat. Ista est pietas, quæ crementum meritorum procurat. Lu. 7. Adolescens tibi dico surge. i. cresce. Quarta est iuuentus, quæ hoiem fortificat. Hæc est fortitudo atq; firmitas, q̄ vires cōtra tentationes præstat, & q̄ voluntatem ad agendum, & defendendum adiuuat & confortat. 1. Io. 2. Scribo vobis iuuenes qm̄ fortes estis, & vicistis malignū. Quinta est senecta q̄ hoiem aggrauat. Ista est honestas, q̄ motus inordinatos reprimit, & gest⁹ cōponit & adornat, & totam cōuersationem modificat & maturat. psa. Multiplicabuntur in senecta vberi, & benè patientes erunt. Sexta est senectus, quæ sensus corporis hebetat, & sensum aīæ illuminat. Hæc est prudentia seu sagacitas, quę. s. sapientiam carnis solet destruere, & sapientia spūs illustrare, quod fit qn̄ hō est simplex & ignorans in tpalib. prudens vero & circunspectus in spūalib. 1. ad Cor. 3. Stultus fiat vt sit sapiens. Septima vero est senium, quæ hoiem resoluit & debilitat, & ad terra deprimit & incuruat. Et ista est timor Dei vel virtualis pauiditas, quia. s. ista est, q̄ solet erectionem superbiæ deprimere, & mentem inferius ad considerationem mortis & inferni incoruare. Esai. 5. c. Incuruabitur & humiliabitur vir, & si homo per istas septē ætates percurrit, restat ꝙ ad finē & terminū æternæ gloriæ properabit, & in mensura ætatis plenitudinis Christi in virum perfectū cum electis superius triumphabit. ¶ In senectute ſm Isid. deficiunt sen-
aliena materia subito superinducitur aut studetur. Vnū er-
go cibum, & non plurimos comedamus, & non de libro ad
librum, de scientia ad scientiam transcurramus, quia vnum
aliud impedit, & quod primum acquisitum fuerat, sequens
tollit. Leuit.26. Nouis interuenientibus vetera proijcient. &
ad Hebr.10. Aufert primum, vt sequens statuat. qu a sicut ait
10 Seneca in epistola, fastidientis stomachi est multa degustare.
¶ Cibus quoq. excedit, & qō nimius est generat corpori mul
ta mala. Stomachum.n. distendit, & inflat, ructum & tortio-
nes generat, malos humores augmentat, nauseam & vomi-
tum prouocat, calorem naturalem (sicut ligna nimis verad à
ignem) extinguit & suffocat, spasmum & contractionē ner-
uorum causat, vlcera & scabiem procurat, senium & mortē
accelerat, contra quæ per ciborum multitudinem munire,
& defendere se homo credebat. Per cibum (sicut alias dictū
est) possunt intelligi scientiæ seculares, vel etiam diuitiæ tem-
porales. Isti.n. sunt quidam cibi, qui qō nimis superfluunt, &
abundant, multa mala, & vitia generant, & producunt. De
scientia.n. dr Hier.10. quod stultus factus est ois hō a scien-
tia. De diuitijs vero dicitur Eccles.5. Diuitiæ congregata in
malum domini sui. Vt de talibus cibis dicatur illud Thre.4.
Facti sunt cibi earum in contritione. Isti igitur stomachum
cordis solent distendere, & inflare 1. Corin 8 Scientia inflat.
Tortiones inuidiæ, & ructum iram solent generare, ma-
los humores, & luxuria solent augmentare, calorem chari
tatis solent suffocare, contractionem neruorum.i.impossibi-
litatem bene operandi, & vitium pigritiæ solent inducere,
& causare, vlcera & scabiem exterioris inhonestæ conuersa-
tionis solent procurare. Et sic senium malarum consuetudi-
onum, mortemque vitiorum, & criminum necnon infernal-
lium tormentorum atque turbinum solent finaliter susci-
tare. Et ista abundantia taliuor ciborum figurata videtur in
psal. vbi dr quod Deus filijs Israel in deserto cibaria misit, in
abundantia, & pluit illis sicut puluerem carnes, & comede-
runt & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis.
Sequitur. Ira descendit super eos, & occidit pingues eorū,
& electos Israel impediuit. Ac si diceret. Superflua cibaria
diuitiarum, & deliciarum semper habent finem plenum mo
lestiarum, iuxta illud Eccle.33. Cibaria, & virga, & onus asi-
no. vel ad literam allega prędicta cōtra gulosos, quibus sunt
cibi nimij causa vitiorum, & tormentorum. allega vt supra. 12
¶ Cibus nimis tenuis atq; paucus solet multarum ægritudi-
num esse ca. Naturam.n. debilitat, visum & sensus obscurat,
& hebetat, fluxum capillorum & caluitiem procurat, phthi-
sim & eticam accelerat, corpus attenuat, cutem corrugat, &
virtutem diminuit atq; ligat, & vt dicunt medici, qñq; maio
res infirmitates quam repletio generat atq; causat. Quia per
cibos (vt dictum est) possunt diuitiæ vel scientiæ intelligi, iō
per ciborum nimium defectum pōt nimia paupertas vel mi
nor defectus scientiæ denotari. Carentia n. fames, & indigē
tia talis cibi. s. bonæ doctrinæ, & necessariæ temporalis sub-
stantiæ, faciūt aïæ multa mala, quia. s. defectus temporalium,
dum hoiem ad iram, & impatientiam & desperationem de-
uehit, & dum ipsum ad furtum, & rapinam & cupiditatē in-
ducit, solet in ipso oēm virtutem, & constantiam debilitare,
sensus discretionis tollere fluxum capillorum.i. virtutum fa
cere, phthisim & ethicā.i. siccitatem incōpassionis inducere,
cutem quoq; conuersationis corrugat, infamiæ & denigrat,
& totum hoiem per indeuotionē attenuat & desiccat. Quæ
etiam oia facit nimia carentia scientię, & doctrinæ. Ista.n. vir
tutem fortitudinis diminuit, sensum discretionis per ignorā
tiam hebetat & confundit, caluitiem.i. defectum virtutū in-
ducit, siccitatem indeuotionis, & incompassionis efficit, cor
rugationemque malę conuersationis generat & pducit. Bre-
uiter igitur nimis nocet aïę quāq; talium ciborum carentia, sicut
nimia abundantia. Ideo benè dicitur Prouerb.30 Nec diui-
tias nec paupertates dederis mihi dñe. ¶ Sufficiens cibus, me
dius inter cris & famis, laudabilis ēt atq; bonus, facit corpori mul-
ta bona. Deperdita.n. restaurat, virtutem conseruat, calorē
temperat, sanguinem augmentat, vires operandi tribuit, in-
genium acuit, sanitatem auget & custodit, suauem somnum
facit & inducit. Sic verè moderatus cibus scientiæ vel etiam
cibus lachrymosæ pœnitentiæ, cibus etiam eucharistiæ cib.
etiam charitatis, & amicitiæ, facit aïæ spiritualiter multa bo
na, quia. s. per tales cibos deperdita gratia restaurantur. Vir
tus fortitudinis & vires operandi benè roborantur Calor cu
piditatis temperatur. Sanguis pietatis augetur. Somnus con
templationis inducitur, & sic sanitas animæ custoditur. Be-
ne ergo dicitur Ioann.6 Operamini non cibum qui perit. &
sequitur Caro mea verè est cibus. Vel ēt pōt dici de cibis tē-
poralium, & de moderata substantia, quæ in benè vtentibus
facit oia supradicta. ¶ In cibatione necesse est cōsiderare cō- 13
ditionem sumentium ipsum. Alius. n. cibus conuenit sano,
alius ægro, alius iuueni, alius seni, alius quiescenti, alius se
exercitanti, alius in infirmitate vna, alius in alia. Cibus.n.q
vni proficit, alteri nocet. Et multa sunt salutifera sanitatē ha
benti, quę sunt mortifera ægrotanti, & multa sunt in vna in-
firmitate salubria, quæ in alia sunt inutilia & noxia. Per cibū
pōt intelligi pœnitentia, iuxta illud ps. Fuerunt mihi lachry
mæ meæ, panes die ac nocte Quia cinerem tanquam panem
manducabam, & potū meum cum fletu miscebam. Vel etiā
per cibum potest intelligi scientia, & doctrina vt dictum est,
iuxta illud Eccl.15. Cibauit illum pane, & intellectus, & aqua
sapientiæ salutaris. &c. Igitur istud verum est, q per confes-
sorem, doctorem & prædicatorem, tales cibi sunt diuersis
diuersimodè ministrandi, & sm conditionem personarū di-
uersimodè variandi. Nam secundum quod sunt iuuenes si-
ue senes infirmi vel sani, potentes vel debiles, secūdum hoc
debet doctrinæ eruditio à prędicatoribus, & pœnitentia im
positio confessoribus variari. Multa enim possunt alijs pro-
ficere, quæ alijs benè possent nocere, quia sicut dicitur Eccl.
37. Non enim omnibus omnia expediunt, & non omni ani-
mæ omne genus placet ¶ Aliqui cibi sunt dandi in principio
morbi, aliqui in statu, aliqui in recessu. Vnde generaliter 14
qñ videmus morbum esse in principio, & ad crementū, cibus
est subtrahendus, vel saltē cibus tenuis ministrandus. tunc.n.
natura ad digestionem morbi totaliter est intenta Vñ tunc
eius effectus diminuitur, si circa grossa cibaria occupata te-
neatur. Sic verè quando medicus Deus videt, q aliquis est in
infir-

infirmitate peccati constitutus, ad finem ne amplius talis infirmitas augmentetur, & ne ipsam mors properè generetur, ipse solet tali infirmo peccatori, quod ipsum vult reducere ad salutem, cibos grossos i. bona temporalia, delicias. s. & diuitias subtrahere, & cibos tenues. i. bona spiritualia. s. sacramenta, & spirituales sciétias, necnon eucharistiam ministrare. Si. n. talia grossa cibaria talibus concederentur natura, & mens eorum circa ista digerenda, & gubernanda occuparetur, & sic circa digestionem, & sanationem morbi peccatorum suorum minus intéderet, eo quod se circa alia amplius occuparet. Ideo de talibus grossis cibis dr Prouerbiorum 23. Ne comedas cú hoie mundo. i. cum mundo, & ne desideres de cibis eius. ¶ Iuuenes magis indigent cibo quam senes, & senes multo melius sustinent ieiunium quam iuuenes sicut dicit Hippo. Cuius rò est quia in iuuenibus fortis est calor, in senibus verò debilis, & ideo maior cibus est necessarius iuuenibus ad repressionem maioris caloris, quam in senibus ad repressionem minoris. Et ista ratio etiam est quare magis cibandi sunt laborantes, & se exercentes quam hoies quiescétes. Ista possunt dici de cibo doctrinæ, & bonæ eruditionis, quæ procul dubio maior est necessaria iuuenibus quam senibus, & maior actiuis, & laborantibus quam contemplatiuis, & quiescentibus. Tales. n. maiorem habent calorem concupiscentiæ carnalis, & mundialis, quam habent ipsi senes, qa. s. senilis ætas, quæ est frigida, & tepida, reprimit huiusmodi calores, & huiusmodi affectiones, & ideo pro tali calore, & feruore affectuum, & cócupiscentiarum in iuuenibus reprimendo, necesse est q cibum doctrinæ, & pœnitentiæ recipiát ampliorem, iuxta illud Prouerb. 6. Præparat in æstate cibum sibi. Aestas aút tempus est calidum. Vel dic q senes sunt viri perfecti, & prudentes, qui melius sustinent ieiunium paupertatis, quam iuuenes imperfecti. magis. n. sunt frigidi, & maturi, ipsi verò iuuenes magis sont feruidi, & commoti, & ideo ieiunium. i. ciborum bonorum temporalium carentia ipsos solet grauare, vbi senes. i. perfecti ipsam non videntur percipere vel sentire. Ipsique iuuenes. i. viri imperfecti multos cibos bonorum temporalium appetút, vbi senes. i. perfecti modicis contenti sunt. Prouerbiorum 12. Multi cibi in nouali-
16 bus. i. in nouis iuuenibus. ¶ Plures cibi requirútur in hyeme
17 quam in æstate &c. Vide supra de ventre. §. vltimo. ¶ Periculosa est ciborum repletio post præcedentem sterilitatem, & famem. Secundum enim Auicennam, tertia primi, tunc natura plus appetit quam digerere possit, & ideo contra propriú appetitum vir prudens à cibis se reprimit, & compescit. Sic verè quando quis fuit in sterilitate, & fame. i. in statu paupertatis, & indigentiæ, magnum periculú est aiæ suæ, si cibi bonorum temporalium sibi in abundantia concedantur, ná talis magis appetit per cupiditatem, quam digerere, & vtiliter regere possit per sagacitatem, & ideo talis abundantia prosperitatis causat in ipso multos morbos. i. multam iniquitatem, & tandem mortis æternæ periculum, & calamitaté, qa sicut dicitur Eccl. 5. Saturitas diuitis non sinit eum dormire. Et Iob 20. Cum satiatus fuerit, arctabitur, & omnis iniquitas irruet in eum. Quia vt cómuniter videmus illi, qui plus abutuntur diuitiarum saturitate, sunt illi qui ante fuerunt in famelica paupertate, quia sicut dicit Seneca, Nihil est illis crudelius, qui facti sunt nobiles, non nati.

## *De Potu.* *Cap. 16.*

1 POtus secundum Constantinum est substantia liquida, ad nutrimentum animali necessaria. Potus. n. sua subtilitate ad remotiores partes corporis potest transire, & ideo magis nutrit quam cibus, qui propter suam grossitiem nequit per venas subito penetrare. Cum cibus & potus sint illæ rerum substantiæ, quibus corpora nutriuntur, & in esse debito cóseruantur, euidens est quòd per ista possunt diuersæ doctrinæ, & scientiæ denotari. Potus enim qui sine difficultate bibitur, simplicem & planam doctrinam significat, quæ faciliter retinetur. Cibus verò qui cum difficultate masticatur, fortem doctrinam denotat, quæ difficulter recipitur, & habetur. Dico igitur quòd plus est vtilis fidelibus, & maximè simplicibus potus doctrinæ simplicis, & facilis, quam cibus doctrinæ magis solidus, & difficilis. Talis enim simplex doctrina vsque ad interiora cordis melius penetrat, vbi difficilis doctrina nó ingreditur nec subintrat. Ideo simplicibus loquitur apostolus ad Hebræor. 5. Facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo. ¶ Potus secundum Constan- 2
tinum tripliciter diuersificatur. Est enim potus, qui est simpliciter potus, sicut aqua, quæ potat sed non nutrit. Item est potus qui est potus, & cibus, sicut vinum, quod potat, & etiá nutrit. Item est potus qui nec est potus, nec est cibus, sicut syrupus, qui datur causa medicinæ, non causa potus vel cibi. Sic verè tria sunt genera potuum id est, scientiarum, scilicet vna quæ tantum est potus, & hæc scientia phisica, quæ potat, & non nutrit, quia scilicet homines facit doctos, & non bonos, & valet ad sciendum veritatem, non ad faciendú bonitatem. Alia est scientia quæ est cibus, & potus, & ista est theologica, quæ potat scientiam influendo, & nutrit virtutibus impinguando. Alia vero est scientiam influédo, & nutrit virtutibus impinguando. Alia verò est scientia legalis, quę non est potus, quia scilicet non facit hominem doctum in speculabilibus. Nec etiam est cibus, quia scilicet non facit hominem vt communiter bonum in moralibus, est tamen medicinalis iniquitatem tollendo, & mediante iustitia puniendo, & vtilitati publicæ medicinæ remedia procurando. ¶ Potus aquæ in sanitate custodienda, & in infirmitate curáda est ne-
3 cessarius, & ideo necesse est medico aquarum conditiones cognoscere, vt possit laudabiles infirmis tribuere, & illauda-
4 biles præcauere. ¶ Aqua igitur fontana versus orientem currens, sapida, pura, clara, leuis, cito calescés, & cito frigescés, admodum laudabilis est. Aqua verò purior, & potui vtilior sic cognoscitur. In duabus enim aquis, duo panni linei benè mundi intingantur, & soli exponantur. Illius enim aqua subtilior est, qui citius exsiccatur, quia scilicet aqua quanto subtilior, & purior, tanto à sole citius attrahitur, & tanto facilius superius eleuatur. Et ista etiam ratio est quare aqua pluuialis inter omnes purior, & melior iudicatur, quia scilicet sol quod purius est eleuat, & in nubes & pluuias illud mutat. Aqua vt dictum est, significat scientiam, & doctrinam, quæ quia sanitati animæ seruandæ, & procurandæ proficit & iuuat, necesse est quod aquarum id est, scientiarum, & doctrinarum homo differentias cognoscat, ne fortè loco bonę doctrinæ, malá & pestiferam aquam id est, doctrinam hæreticá recipiat atque sumat. Bene igitur dicitur Ioan. 5. Nolite credere omni spiritui, sed probate spiritus si ex Deo sunt. Vnde de mala filia reprehensiuè dicitur Eccles. 26. quod sicut viator, ad fontem os aperiet, & de omni aqua proxima bibet. Igitur illa est bona, & commédabilis aqua doctrinæ, quæ est sapida id est, quæ sapit audientibus, quæ clara id est, plana & & non dubia est intuentibus quæ est pura idest, impermixta est falsitatibus, & erroribus, & maximè illa quæ calefacit, per charitatem, & cito frigefacit per Dei timorem. Et inter duas aquas id est, inter duas scientias illa est melior, & a nobis eligibilior, quæ ab isto sole iustitiæ. Christo amplius eleuatur, & magis attrahitur, eligitur & amatur, vt sic illam aquam id est, illam scientiam & doctrinam, scilicet theologicam, magis reputemus, quam à sole Christo elegi cernimus & videmus. vt sic dicat ipse sol Christus illud Iudic. 9. Quod me videritis facere, facite. Vel dic q per istas duas aquas possum intelligere duas personas ipsis pannis, & ipsis bonis téporalibus inhærentes, qua. s. sunt quidam panni, & sicut quędam exteriora indomenta, contigua & coniuncta, quia procul dubio illa aqua id est, persona, melior, purior & sanctior dignoscitur, quæ citius ab ipsis pannis id est, ab istis exterioribus mundi bonis disiungitur, & separatur, & per contemptum ab ipsis mentaliter segregatur, & ab ipso sole Christo facilius attrahitur, ipsumque libentius sequitur, & ab eo sursum ad amorem æternorum citius, & facilius eleuatur. Ecótra ille impurior spiritualiter potest dici, qui tardius se permittit à sole Christo attrahi, & leuari, & qui difficilius vult ab istis inferiorib' segregari. Et sic istę sunt illæ duæ species aquæ, de quibus fit mentio in scriptura Gen. 1. quarum quędam super cęlos positæ sunt, quædam inferius remanserunt. Quia scilicet boni sensus ad Deum mentaliter leuantur, mali verò inferius in temporalibus delectantur. Vnde in hymno. Summæ Deus potentię, qui ex aquis ortum genus, partim remittis gurgiti, partim leuas in aera ¶ Aqua fontis frigidior est æstate quam hyeme &c. Vide de fonte. Aqua quę venit cum tonitruo, melior est &c. Vide de tonitruo & pluuia. ¶ Aqua pluuialis cæteris est purior, & subtilior, & ideo conuertibilior, nisi cum diligentia conseruetur. Tamé vt di-
cit Constantinus ista aqua ex eo quòd cito putrescit, non est vi- 5
tuperanda,

superanda, sed ex puritate & subtilitate potius est laudanda.
Sic verè sæpe fit quod illi qui sunt in scientijs subtiliores, &
etiam in conscientijs puriores, sunt quandoque ad corruptionem pec-
cati faciliores, quia scilicet septies in die cadit iustus. Prouer.
24. Igitur non contemnamus in istis, illam quam habent ad
peccatum facilitatem, nec suam corruptibilem leuitatem, sed
potius laudemus in ipsis suam puritatem, & subtilitatem, quia
.s. nos debemus ad bona attendere non ad mala, & bona com-
mendare, & de malis non detrahere, sed ne similiter cadamus
(cum etiam sanctos & bonos putrefieri, & cadere videamus)
debemus stupidi formidare, iuxta illud Eccl. 31. Disce ex te-
ipso quæ sunt proximi tui. & ad Gala. 6. Considera temetip-
sum, ne & tu tenteris ¶ Aqua corrupta multas generat pas-
siones, s. raucitatem, & febres & similia. Et ideo summè cauen
7 dum est ne talis aqua corrupta potetur. Sic verè aqua corru-
pta. i. doctrina hæretica, & infecta, vel etiam sermo malus, &
mali incitatiuus, multas infirmitates spirituales. i. multa vi-
tia, & peccata generat, & ideo cauere debet quilibet ne ta-
les potus accipiat atque bibat 1. ad Timo. 5. Noli adhuc aquam
8 bibere ¶ Aqua frigida secundum Constanti. non est sana, licet sit de-
lectabilis in æstate. Quinimo secundum ipsum qui frequenter bibe
rit aquam frigidam, frigidas ægritudines non euadet, saltem
in senectute. Aqua vero calida vtilis est, & hoc quia per de-
coctionem ignis permixta sibi corpora dissoluuntur, quia. s.
stomachum ieiunum solet purgare, humores phlegmaticos
solet dissoluere, ventrem mundificare, & naturam alleuiare. Aqua
frigida significat mundi prosperitatem, & etiam scientiam se-
cularem. Istæ enim frigidæ dicuntur, quia refrigerat delectan
do, & frigus etiam indeuotionis inducendo. Aqua autem calida
est feruens compunctio lachrymosa, quæ. s. ex feruore contri
tionis procedit, & calorem dilectionis continet, & permix-
ta elementa. i. peccata decoquit, & dissoluit, & per contritio
nem digerit, & remollit, & ad expellendum per confessionem
habilitat, & disponit. At procul dubio talis aqua frigida pro
speritatis, aiæ est nociua, & frigidarum ægritudinum. s. inde-
uotionis, & mali timoris inductiua. Hiere. 6. Sicut frigidam
facit cisterna aquam suam, sic frigida fecit Israel malitia sua.
Sed procul dubio aqua calida lachrymosæ compunctionis
proficit, stomachum conscientiæ purgat, & naturam. i. con-
9 scientiam alleuiat, & attollit. ¶ Aqua calida licet sit potui vtilis
& salubris, eius tamen nimius vsus stomachum nimis remol
lit, digestionem impedit, & sanguinem de naribus fluere fa-
cit. Sic verè licet aqua calida. i. feruens compunctio & pœni
tentia, vt in multis possit proficere, potest tamen quando nimis abun-
dat, naturam & constantiam debilitare, & per desperationem,
digestionem conuersionis impedire, & sanguinem diuinæ gra
10 tiæ spei veniæ cohibere ¶ In aqua, quando ad sufficientiam
coquitur, partes terrestres digeruntur, & sic aqua sanior, &
melior efficitur. Veruntamen tanta posset esse ebullitio, &
decoctio, quod totum subtilius exhalaret, & quod grossum, & ter-
restre est, remaneret, sicut patet in aqua de qua fit sal per de-
coctionem violentam. Sic verè licet aqua. i. aliqua fragilis,
& fluxibilis persona per decoctionem arctioris pœnitentiæ,
& tribulationis possit esse melior, quando tamen nimis abundat
huiusmodi decoctio violenta, tunc quia propter defectum con-
stantiæ, & patientiæ ipsam non potest commodè sustinere, solet
.n. quicquid habet de subtili, & puro spei, & gratiæ, euanesce
re & recedere, & solæ fæces vitiorum in ea residere. Ideo be
nè dicitur Prouerb. 30. Qui vehementer emungit, elicit sangui-
nem. ¶ Aqua quæ fit ex niuis, & glaciei solutione, nunquam
potest ad pristinam puritatem redire, vt dicit Aristo. in libro
11 metheororum. Sic verè illi qui per peccatum in gelu & niuem. i.
in viros peccatores vertuntur, & à baptismali puritate caden
tes, per peccata & vitia congelantur, dato quod postea per con
tritionem, & pœnitentiam resoluantur, nunquam tamen ad pri
stinam puritatem innocentiæ reuertuntur, quia. s. ex quo quis
semel à baptismali innocentia ceciderit, ad ipsam amplius non
redibit, & tamen quandoque maiorem gradum perfectio-
nis quam ante habuerat, post acquirit. Et sic videtur innuere
apostolus ad Hebræorum. 5. vbi dicit quod impossibile est
eos, qui semel prolapsi sunt, rursus renouari per pœnitentiam,
supple ad eandem innocentiæ puritatem, licet possint re-
renouari ad maiorem sanctimoniæ quantitatem. ¶ Aquæ la-
cuales, palustres & niuales, pessimæ sunt ad potandum, & mul
tas generant passiones, splenem enim magnificant, lapidem
generant, stomachum infrigidant, & febres faciunt, & pecu-
rant. Et ideo docet Auicenna quòd si necesse est istas aquas
bibere, quod saltem illas bulliant atque coquant. Aquæ istæ si-
gnificant scientias seculares, vel etiam diuitias, & delicias tem
porales. Istæ enim illaudabiles sunt, quia splenem qui ridere
facit. i. ineptam lætitiam solent dilatare, stomachum cordis
solent per indeuotionem infrigidare, lapidem obstinationis
& duritiæ generare, & febres malorum affectuum inflamma
re. Tales igitur aquæ potandæ non sunt, iuxta illud 1. Timo.
5. Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino vtere. Verun-
tamen si necesse est talibus aquis vti, vtpote quia ratione of
ficij, & status necesse est homini diuitijs, delicijs & munda-
nis scientijs potari, tunc est consilium, quod coquantur, & ignis
charitatis ibidem adiungatur, vt scilicet totum ad amorem dei
& proximi ordinetur. Hier. 51. In calore eorum ponam po- 13
tus ipsorum ¶ Aqua salsa valet ad multa. Ventrem. n. dicitur
mollire, & mordicando intestina laxare, scabiem, & prurigi
nem curare, hydropicos iuuare. Sic verè aqua lachrymarum,
quæ salsa dicitur & amara, ventrem cordis mollit per contri-
tionem, intestina mordicat per compunctionem, & per di-
splicentiam redargutionem, scabiem & pruriginem malo-
rum desideriorum tollit, & hydropicis. i. inflatis & superbis
proficit. ¶ Inueniuntur aquarum species infinitæ, s. aqua sul-
phurea, aqua aluminosa, aqua bituminosa, aqua metallina, 14
quæ. s. omnes sunt medicinales & proficuæ, & contra infirmi
tates varias iuuatrices, licet videantur inutiles, & insipidæ,
& vtilitatis nullius effectiuæ. Aqua sulphurea significat la-
chrymas inductas per considerationem nostrorum fœtentium
vitiorum. Aqua aluminosa, quæ est acris, & salsa, significat la
chrymas per considerationem infernalium tormentorum.
Aqua bituminosa significat lachrymas per considerationem
charitatis Christi & sanctorum. Aqua vero metallina signifi
cat exempla omnium perfectorum. Metalla enim fuerunt san
cti, aquæ verò per eos transeuntes, sunt eorum exempla. Ta-
les igitur aquæ spirituales vtiles sunt aiæ peccatrici, sibique
de peccatis conferunt medicinam, quia sicut dicitur Ezech.
47. Sanabuntur aquæ, & ois anima quæ serpit quocunque ve
nerit torrens, viuet. Vel dic quòd ista significant multa quæ
videntur insipida & inutilia, quæ tamen præ cæteris inueniun
tur bona & vtilia &c. ¶ Hic ponit magister de proprietatib.
rerum de potu vini, cuius multas species ponit quarum di- 15
stinctionem ad præsens omitto, quia in libro de plantis, de
vino capitula tria pono. Hoc solum addo quod dicit hic, quod
vinum in suis qualitatibus temperatum debitè sumptum, &
non superfluè potatu, corpori nostri multiplicia bona facit. Illud
enim calorem confortat, membra refocillat, gaudium & au
daciam generat, virtutem roborat, choleram rubram cum
sudore, & vrina purgat, corpora sicca humectat, vires repa-
rat, appetitum prouocat, digestionem adiuuat, intellectum
acuit, opilationem splenis, & hepatis aperit, superflua consu
mit, lippitudines oculorum tollit, eloquentiam disertam fa-
cit, lapides in renibus frangit, & arenulas dissipat, & educit,
sanandis vulneribus conuenit, & menstruis restringendis, &
si modo sumatur debito, omnes medicinas alias antecellit. Si
verò homo modum in potando excesserit, venenum procul
dubio, & non remedium sibi erit. Per vinum illud potest intel-
ligi sanguis Christi vel ipsius memoria, siue etiam feruore de-
uotionis, & gratia, seu theologica & diuina scientia, & etiam
mordicans compunctio, & pœnitentia. Illa enim sunt spiri-
tualia vina, animæ spiritualiter nutritiua & in ipsa virtutum
omnium inductiua. Ideo sapientia dicit Prouerbio. 9. In-
ebriamini charissimi, bibite vinum quod miscui vobis. Igi-
tur dico, quòd per quodlibet tale vinum calor charitatis au
getur, virtus fortitudinis roboratur, gaudium in spiritu san-
cto, & audacia aggrediendi bona opera generatur, cholera
iracundiæ euacuatur, siccitas indeuotionis humectatur, vi
res resistendi vitijs restaurantur, appetitus bonorum desi-
deriorum prouocatur, digestio & compositio morum adiu
uatur, intellectus per discretionem illuminatur, opilatio ve
recundiæ per confessionem aperitur, superfluitates diuitia-
rum per eleemosynas consumuntur, & oculorum cordis lip
pitudines, & immunditiæ tolluntur, eloquentia laudis, &
orationis perficitur, lapis obstinationis per contritionem fran
gitur, & arenulæ vitiorum per confessionem educuntur, vulnera
doloris, tristitiæ & inuidiæ sanantur, & menstrua cuiuscunque
immunditiæ restringunt. Et sic contraria vitia quodlibet tale
vinum opitulatur, & contra mala oia suffragetur. Ideo be-
ne dicitur

ne dicitur Eccl.31. Exultatio animæ & corporis, vinum moderatè potatum. sanitas animæ & corporis sobrius potus. Vide de vino in titulo suo, vbi inuenietis multa dicta.

## De Prandio. Cap. 17.

1 AD prandium ergo & cõuiuium cibus & potus habẽt ordinationem & respectum. In prãdijs.n. primo cibaria præparantur, deinde conuiuæ vocantur, sedes & sedilia ordinantur, mensæ & mensalia disponuntur & ornantur, hospitum manus ante omnia abluuntur deinde, a domino conuiuij hospites ẽm gradus suos in mensa collocantur, & qui alijs præualent, alijs in ordine pferuntur, & tam filij q̃ fili , tam serui q̃ extranei, ad mensas suo ordine combinantur. Cochlearia, scutellæ, & salaria primitus in mẽsa ponunẽ, & panes cũ poculis addunẽ, fercula varia subsequunẽ clientes & ministri cũ diligentia oĩbus obsequuntur, violis & citharis exhilaranẽ. Et nunc vina, nunc fercula renouantur. Conuiuæ sibi fercula & dapes appositas condiuidunt & compartiuntur. Tandem fructus & species subinferuntur, & tandem completo conuiuio manus abluunẽ, iterũ absterguntur, & gratiarum actiones Deo hospiti persoluunẽ & exhilarationis gr̃a, pocula iterũ & iterum offeruntur, & tãdem ad lectos quietis gr̃a recipiuntur, vel redire ad propria permittuntur. Tale prandium & tale conuiuium esse vr̃ propriè status ecclesiæ militantis, & ẽt status ecclesiæ triumphãtis. Et primo de militante dicamus. Ista est.n. illud prandiũ in quo tauri & altilia. i. diuersa genera martyrũ occisa sunt. de quo Luc.14. Ecce prandium meum paraui. In isto n. a principio cibi gr̃arum & sacrorum fuerun parati, fideles tanq̃ hospites, p ministros apl̃os a. i. illud conuiuium fuerunt vocati sedes & sedilia. i. diuersi dignitatum gradus fuerũt ordinati, & mensæ & mẽsalia. i. diuersi bñficiorũ fructus oblati & inuidati. Et sic in diuersis gradib. officijs, beneficijs & dignitatib. fuerũt iuxta merita collocati. Et ẽm q̃ magis & minus valẽt in sciẽtijs & morib. ẽm hoc sunt diuersimodè cõbinati. Dan. 5. Vnusquisq; ẽm suam bibebat ætatẽ. Ista n. oia fuerũt in ecclesia primitiua, vbi ẽm dictum Senecæ, Nullus poterat esse maior, nisi qui melior. Ibi igitur fuerunt scutellæ & cochlearia. i. diuersa paramẽtorũ gr̃a constituta. Panes eucharistiæ & pocula sciarum & deuotionis, & diuersarum doctrinarũ fercula apposita & apparata. violæ & citharæ. i. diuinæ laudis cantica decantata. Et ministrorũ. i. prælatorũ officialium collegia, aliorum obsequijs deputata. Et ipsa fercula bonorum ecclesiæ ab ipsis fidelib. sibi inuicem cõicata, & vina cõsolationis & lætitiæ ibi continuè renouata, fructuumq; bonorũ operum & specierum odoriferæ famæ ibidẽ fercula ministrata, ablutioq; confessionis iterum & iterũ celebrata, & Deo, & hospiti. i. plato, gr̃arum actio frequẽtata, vinorũq;. i. spũalium cõsolationũ potio sæpius iterata. Et sic ad lectũ q̃etis æternæ, & ad hospitiũ paradisi, erat cõuiuij hui' festiuitas terminata Lu.14. Hõ q̃dã fecit cęnã magnã, & vocauit multos, & misit seruũ suũ hora cęnę dicere inuitatis, vt venirent, q̃a parata sunt oia. Vel dic q̃ tale prãdiũ est cõuiuium gloriæ paradisi, vbi p certo ab origine mũdi cũcta fidelib. sunt parata, sicut dr̃ Matt 20 ibi. n. sunt sedes & gradus, mensæ & fruct' diuersarũ dignitatũ & gaudiorũ, in q̃b. pcul dubio illi q̃ illuc vocati sunt, dum tñ primo p cõfessionẽ & pniam abluti fuerint, sedẽt & quiescunt ẽm suorum ordinẽ meritorũ, figurati in fratrib. Ioseph. Gen.43. quos ẽm ordinẽ ætatis in mẽsa sua sedere fecit, vt sic cuilibet ibi sedenti possit dici illud Ezec.23. Sedisti in lecto pulcherrimo, & mensa ornata est ante. Itẽ sunt panes & fercula æternæ refectionis & fruitionis. Vina & pocula æternæ delectatiõis & cõsolationis. Ludi, violæ & cantica laudis gr̃arũ actionis. Esa.51. Gaudiũ & lætitia inuenieẽ in ea, gr̃arũ actio & vox laudis. Ibi est ministrorũ. i. angelorũ dulce obsequiũ. Ibi est ferculorũ. i. gaudiorũ oĩum cõicatũ solatiũ. Ibi est vinorũ. i. cõsolationũ, spẽrũ, odorũ, & affectionũ iteratũ officiũ. Ibi est lecti. i. quietis cõtẽplationis æternæ somnus, delectatio & refrigerium. Et sic poterit dici illud Thob.2. Factum est prandium bonum in domo Thob.

## De Cœna. Cap. 18.

1 COEna dr̃ à cœnon quod est commune, & antiqui solebant cœnare in proparulo & communi, ne singularitas luxuriam generaret. Modo vero potest dici a scia quod est vmbra, quia iam propter parcitatem vescentes latibula sibi quærunt. Vel potest dici ẽ cynos quod est canis, quia iam more canis hoies in cœnis suis sunt gulosi, & nullũ pter se ibidẽ videre volũt, vt dictũ. Isid. & papias. Ista possunt dici de quocũque prãdio, bñficio, vel bonorũ tpaliũ solatio, q̃s pculdubio talia debẽt fieri in publico & i cõi, quia. s. nullus debet sol' bona sua cõsumere, imo p charitatẽ & pia liberalitatẽ debet oia oib. cõicare, & maximè pauperibus & indigentibus per elemosinas publicare. Iob.31. Nõ comedi de bonis meis solus. Verumtñ hodie non sic, q̃a pro certo quilibet vult hodie cœnare. i. bonis suis tpalibus vti non in publico, sed in occulto, nõ in cõi, sed in priuato; non cum alijs, sed solus sicut canis, bona sua tpalia consumendo in abscondito. Eccle. 11. Nũc manducabo de bonis meis solus. ¶ Cœna debet habere quasdã speciales cõditiones, q̃n est cõmendabilis & excellẽs: Requirĩ.n. q̃ ibi sit tporis congruitas, q̃a solet fieri in vespere vel i sero. Scd̃o q̃ ibi sit loci amœnitas, q̃a debet fieri in aula, vel in camera vel in horto. Tertiũ q̃ ibi sit hospitis hilaritas, q̃a debet fieri cũ vultu sereno & iocundo. Quartò q̃ ibi sit ferculorũ & vinorũ multiplicitas, vt. s. delectetur nõ solũ in primo, sed ẽt in scd̃o & tertio seu quarto. Quintò q̃ ibi sit ministrorũ honesta vrbanitas, vt. s. cunctis obsequanẽ vultu placido & sereno. Sextò q̃ ibi sit discumbentiũ amor & charitas, vt. s. inuicem se diligant amore solido & perfecto. Septimò q̃ ibi sit cantuum & instrumentorũ iocunditas. Octauũ est luminarium & candelarum claritas. Nonum est ciborum deliciositas, quia. s. in cœna non solent apponi grossa cibaria sicut in prãdio. Decimum est moræ diuturnitas, quia. s. expletis diurnis laboribus solet protrahi magis cœna. Vndecimũ est gratia & liberalitas, quia. s. nobilis cœna liberaliter sub hospite debet dari & nullus ad symbolũ vel solutionẽ põt compelli. Duodecimũ est, quia debet esse ibi pax, quies & securitas & sequentis somni placida suauitas. Malũ.n. est cęnare in loco litigioso & periculoso. Illo duodecim cõditiones possunt inueniri spiritualiter intellectæ, in cœna gloriæ paradisi, de quo dr̃ Lu.14. Hõ q̃dã fecit cęnã magnã. Ista igiẽ cęna 2
habet determinatã tpis congruitatẽ, q̃a. s. sicut cęna solet fieri de sero, vel in vespere, vel in nocte, (Et inde est q̃ cœna dr̃ a scia, qđ est vmbra) sic cęna gloriæ paradisi i noctis. i. i mortis tpe, post diem. s. vitę habet fieri, & post mũdi labores & studia celebrari. Exo.20. Vespere saturabimini. Itẽ ista habet loci amœnitatẽ, q̃a. s. ista fit i horto delicia rũ paradisi. vñ illud Ez.23. Sedisti i lecto pulcherrimo, & mensa ornata est ante. Itẽ ista hẽt hospitis hilaritatẽ, q̃a. s. de' hospes, & dñs hui' cęnę hilaritate vultus sui recreat vniuersos, iuxta illud Ecc.35. In oĩ dato tuo hilarem fac vultum tuum. Itẽ ista habet ferculorum & vinorum. i. gaudiorum & pmiorum multiplicitatẽ quia. s. secundum aposto. 1. ad Cor.2. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hois ascendit, quæ præparauit de' diligentibus se. Item ista habet ministrorũ affabilem vrbanitatem, quia. s. angeli qui ministrant, omnibus sunt affabiles & vrbani, quia sicut dr̃. Eccl.10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius dicitur de angelis Dani.7. Milia milium ministrabant ei. Item ista habet in discũbentibus amorẽ & charitatem, quia. s. omnes sancti intimè se diligunt, & tãqua suũ propriũ, alter alterius bonũ volũt, iuxta illud Io.15. Hoc est pceptũ meũ, vt diligatis inuicem. Item habet ista cœna cantuum iocunditatẽ, q̃a. s. ibi angeli & sancti cantũ diuinæ laudis & gratiarum actionis dulciter modulantur. Apoc.14. Cãtabant canticum nouum ante sedẽ dei & agni. Itẽ habet ista cœna luminarium claritatẽ. Nobiles.n. personæ in tenebris non cœnant, & ideo illi conuiuæ, s. sancti & angeli claritatem inextinguibilem secum habent, scilicet ipsum deum. Esa. 60. Erit tibi in lucem sempiternã. Quilibet etiam est ibi vnũ luminare, quia sicut dr̃ Sapien.3. Fulgebunt iusti sicut sol. Item ista habet ciborum deliciositatem, q̃a scilicet quilibet fruitur ipso deo, qui est dulcissimus & suauis. psalm. Gustate & videte quoniam suauis est dominus. Sancti enim in prandio huju' vitæ, vtunẽ grossis cibis, scilicet sacramẽtis, & sciẽtijs, & sermonibus. In cœna vero ista quæ fit in sero mortis, ipsi vtuntur ipso cibo delicatissimo, Iesu Christo, de quo in psa. Suauis dominus vniuersis. Item ista habet spatii diuturnitatem, quia procul dubio ista cœna perpetuo nunquã cessat, imo ex quo incæperit, semper durat. Semper enim per totã diẽ præsentis vitæ laborãt, & ideo i sero mortis diuturno cõuiuio se delectant, exemplo cœnę ipsius Assueri, cuius cõuiuium centum octuaginta diebus dicitur durasse. Hester.1.

Item ista cœna habet gratam liberalitatem; quia scilicet
ista nō venditur, imo datur, et postquā adepta fuerit, nulla solu
tio amplius postulatur. Apoca. vltimo. Qui sit veniat ad me,
& accipiat aquam vitæ gratis. Item illa cœna habet quietem
& securitatem, quia procul dubio sancti qui ibi sunt nullū ti
ment amplius aduersantem, & contemplationis habent som
num placidum, & quietē, vt sic de tali quiete dicatur illud Es.
32. Sedebit populus meus i pulchritudine pacis i requie opu
lenta, & in tabernaculis fiduciæ. Et sic patet q̄ ista cœna duo
decim habet cōditiones figuratas p̄ duodecim fructus ligni
vitæ, quod (sicut dicitur Apocaly. 22.) ab vtraq; parte flumi
nis erat, & duodecim fructus per menses singulos. i. cōtinuè
portabat, fructus. s. duodecim supradictos. Vñ ipse Christus
loquens de tali cœna dicit sic, Apocalyp. 3. Ego sto ad ostiū,
& pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ia-
nuam intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ille mecum.
Qui vicerit, dabo illi sedere mecum in throno.

## De Somno. Cap. 19.

SOmnus s̄m Aristote. est quies virtutum animalium cum
intentione naturalium. Augustinus autem lib. de quan
1 titate animæ dicit q̄ somnus est quædam insensibilitas
naturalis, corporis & aīæ cōmunis passio: In somno
enim sensus qui animæ & corpori communis esse censetur.
Et est sensus idem quod naturalis dispositio, & non vigiliæ
priuatio. Priuatio. i. non confortat nec delectat, somnus au-
tem sic. Igitur somnus pōt diffiniri sic, Somnus est quædam
passio delectabilis, meatos cerebri & vias sensuum opilans,
calorem naturalem ab exterioribus ad interiora reuocans,
naturalem virtutem confortans, animalem vero obnubilans
atq; ligans. In somno. n. motus voluntarius & sensus impe-
diuntur, exteriora frigescunt, & interiora calescunt, sensus
communis ligatur, & sic actus aīæ suis operationibus conso-
pitur. Ista possunt exponi de contemplatione, quæ nihil aliud
est q̄ quædā spūalis requies & somnus. psal. Cum dederit dile
ctis suis somnū, ecce hæreditas domini filij. Illa est. n. quæ fa-
cit hoiem insensibilem quo ad mundum, qa. s. vir cōtēplatio
ne raptus, nec sentit, nec sapit aliquid de terrenis. Viæ. n. i. ap-
petitus exteriorum sensuum per somnū cōtemplationis clau
duntur, calor charitatis ad interiora conscientiæ, reuocatur
interius feruet hō per deuotionem, & exterius quantū ad re
gimen terrenorum frigidus & insensibilis reperitur. Et quā-
to magis sensus terrenus & motus & labor mūdan⁹ i eo plus
ligat̄, tāto virtus interior. s. virtus aīæ i ipso amplius roborat̄.
Ideo de somno & quiete cōtēplationis pōt dici illud spal. Si
dedero somno de oculis meis, & palpebris meis dormitatio
nē, donec inueniā locū dño, tabernaculū deo Iacob. Vel ex-
pone de malo somnū. i. de quiete & cōplacētia pcti, vel ēt de
mundi prosperitate, quia p̄culdubio ista sunt quæ ligāt sen
sum & rationem tollunt motuum, & venā calefaciūt & inflā
māt interiorē carnalem affectionē, pallefaciunt & infrigidāt
exteriorem conuersationem, impediūt & retardāt aialem &
spūalem actionem, fortificant vero & roborant naturalē &
corporalem virtutē et cōditionē. Et iō breuiter Proue. 20. dī
de isto somno. Noli diligere somnū, ne te egestas opprimat.
Vel dic q̄ somnus particulariter significat peccatū accidiæ
& pigritiæ, quod facit oia mala prædicta. Ideo ad Ro. 13. Ho
ra est iam nos de somno surgere. ¶ Somnus secundū Cōstan
ti. fit ex fumo humido et claro, ad cerebrū ex toto corpore as-
2 cēdēti, vel ea cibis assumptus in stomacho, superius exhalāti
bus, neruos replentibus, sensus ligantibus, & dormitionē indu
centibus. Sic verè somnus cōtēplationis causat̄ ex multis fu-
mis. i. ea multis affectionibus & cōsiderationibus a mēte reso
lutis, sursum ad cerebrum rōnis ascēdentibus & leuatis, pu-
ris tñ, lucidis & synceris. Nā qñ cibus doctrinæ in cordis sto
macho est recoct⁹, vel purus dulcis deuotionis humor p̄ mē
bra aīæ est diffussus tūc fumi bonæ cōsiderationis exinde sol
uuntur, & sic sensibus, ne exterius exeant ad mundana, liga-
tis, somnus contēplationis & quies aīæ celebrat̄. Iob 3. Nūc
n dormiens silerem, & somno meo requiescerē. ¶ Somnus ni
hil aliud est q̄ reditus spirituū ab exterioribus particularib⁹
3 sensibus ad interiorem sensum & communē. Fit aūt somnus
propter multa, s. ppter spirituū reparationem, p̄p ciborum
degestionem, propter virtutis motiuæ quietationē. In somno
. n. spūs circa operationes sensuū fatigati, & p̄ diuersa exerci
tia dissoluti & pauperati, ad interiora reducūtur, vt ibi cō
gregati inuicem cōfortentur. Calor ēt naturalis p̄ membra
dispersus, tunc ad interiora reducit̄, vt ipso fortius operāte,
digestio melius celebretur. Vires ēt corporis per motus & ex
teriora vigilādo lassatæ, tunc quiescādo vigorantur, & ad pri
stinam fortitudinem restaurantur, qa. s. nihil est qd̄ sine inter
pellatione volūtariè moueri possit. Sic verè somn⁹ ē spūalis
& qes aīæ efficit qñ spūs & volūtas oīa ab exteriorib. mūdi
bonis ad interiora cōsciæ reuocatur, qa p̄ certo illi soli p̄
cōtēplationē dormiūt, q ab exterioribus mūdi bonis ad in-
teriora, a tpalib. ad spūalia, a terrestribus ad æterna spm̄ suū
protrahūt & cōuertūt. Talis vero somnus vtilis est ad multa.
Ille est. n. per quē spūs grā solent cōfortari, digestio & cōuer
sio volūtatis solet celebrari. Quietatio & refocillatio viriū
aīæ solet procurari. Humana. n. fragilitas motui volūtario, &
actioni bonorum operum semp̄ non potest intendere, & iō
necesse est q̄ aliqñ debeat per cōtemplationē dormire, vt fa
tigationē valeat tollere vel lenire, qa sicut dr̄ Eccl. 5. Dulcis
est somnus operāti. Vel dic q̄ qñ aliqs est in studio fatigatus,
valde proficit sibi somnus qes & interpellatio operis & labo
ris. Vires. n. intellectus, & aīæ roborātur, & ad labores subeū
dos futuros melius confortātur: Ideo bene dicit ille Cato, In
terpone tuis interdum gaudia curis. ¶ Somnus conuenit oī
aiali nullū. n. est aial quin dormiat apparēter vel occultè. Ve 4
runtū quædam aialia quæ ita leuiter dormiunt, q̄ vix perci-
pitur somnus suus. Sic verè nullum aial. i. nulla p̄sona debet
esse quæ somnū cōtēplationis non percipiat, quo modo mul
ti tñ sunt, qui dormire per cōtēplationem non percipiūtur,
& tū s̄m veritatem somno huiusmodi aliquotiēs delectant̄,
quia pro certo multi sunt qui occultè sunt cōtēplatiui & de-
uoti & tñ publicè æstimantur ab omnibus imperfecti. ¶ Som
nus nimi⁹ & excessiu⁹ multum nocet, corpus. n. hēt vltra de- 5
bitum humectare, & humores dissoluere & generare, & per
consequens calorem extinguere, & crudos humores in cor-
pore generare, & iō potionatis & flebotomatis consulitur
ne dormiant, ne scilicet fiat maior humorum resolutio, quis
natura regi non possint, cum tūc sit debilis & inepta. Per som
num potest intelligi dulcedo prosperitatis mūdanæ, & quies
& delectatio carnalis, necnō torpor & desidia carnalis. Ista
enim quando nimis excedunt, multa mala spiritualia faciūt,
solēt enim humores interiores. i. affectiones dissoluere, & per
carnalia desideria humectare, & sic calorē charitatis extīgue
re & humores phlegmaticos & crudos. i. diuersa vitia in ani
ma generare. Potissimè autem potionatis. i. illis q medicinā
pœnitentiæ de nouo biberunt, flebotomatis. i. illis qui san-
guinem carnalitatis a venis cordis per confessionē nouiter
eiecerunt. i. illis qui ad regionem vel pœnitentiam nouiter
cesserunt, non est vtilis talis somnus prosperitatis & corpo
ris, qa scilicet si tunc dormitioni huiusmodi se darent, humo
res malarum affectionum tanti generarētur in ipsis, q a natu
ra. i. a ratione eorum regi vel dirigi non valerent. Tales igit̄
non debent tali somno dormire, sed abinde pro viribus resili
re. Ideo bene dicitur ad Ephesios. 5. Surge qui dormis & exur
ge a mortuis, & illuminabit te Christus. ¶ Bonus & tempera 6
tus somnus calorem naturalem fortificat, corpus humectat
& impinguat, crudos humores decoq̄t, ebrietē tollit, īfirmū
alleuiat, & victoriam naturæ contra morbū denunciat & de
clarat. Sic verè somnus contemplationis calorē charitatis so
let fortificare, mentem per deuotionem impinguare, crudos
humores malorum carnalium affectuum digerere, conuerte
re & mutare, ebrietatem vitiorum tollere, infirmam animam
alleuiare, & victoriam contra vitia demonstrare, & ipsam na
turam animæ ad triumphandum de vitijs adiuuare. ¶ In som 7
no considerantur multa, scilicet dormitionis volūtas, qa sci
licet voluntariè se ponit homo ad dormiendum. Item dor-
mitionis breuitas, quia quando quis vadit ad somnum, cito
& iterum surgere proponit. Item virtutis vnitas, quia vt di-
ctum est, virtutes vigilando dispersæ, coadunant in somno.
Item dormientis insensibilitas, quia scilicet dormiens non
sentit quæ circa se exterius geruntur. Item dormientis audā-
cia, quia scilicet dum dormit, etiam hostis præsentiam non ti
mescit. Per somnum potest intelligi status religionis, deuo-
tionis, & perfectionis, in quo scilicet homo ab exterioribus
mundi laboribus se segregat, & quieti mentis extendit iugi-
ter atque vacat. Talis enim somnus spiritualis debet fi-
eri voluntariè, non coactè, quia sicut homo non potest com-
pelli

pelli dormire, sic nec Deo seruire. Mar. 4. Vltro.n.terra fructificat. Item debet fieri cum breuis moris (?) intentione. Somnus.n.contemplationis non potest esse diuturnus, & intensus. Debet.n.homo aliquando de tali somno surgere, & actiuè opera exercere. Ioan. 11. Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt à somno excitem eum. Item debet fieri cum virium adunatione, q.a.s. vires suorum affectuum debet homo recolligere, & eos ad interiora ab exterioribus reuocare, & ipsos in Deum coniungere & vnire. Item debet fieri cum insensibilitatis induratione, quia.l.talis dormiens debet esse insensibilis quo ad mundum, nihil.n.sapere debet de terrenis. Et etiā per virtutem patientiæ debet insensibiliter se habere, vt quæcunque mundi tribulamina videatur non percipere vel sentire Prouer. 23. Verberauerunt me, & nō dolui, traxerunt me, & non sensi. Item debet cum spei & securitatis cōfirmatione quia pro certo illi qui per contemplationē in statu perfectionis dormiunt, hostis diaboli potentiam seu præsentiam non timescunt, quinimo ipsum faciliter superant atq; vincūt. psa. Non timebis à timore nocturno. Vel dic ꝙ ille qui dormit in peccato, voluntariè se ibi subijcit, & cum fatua spe resurgendi, & ibi modicū manendi delinquit. Peccatum ēt ipsum ita insensibilem & obstinatum facit, & ita in sua malitia securū, ꝙ hostis diaboli præsentiam non præsentit. Act. 20. Cumque graui mergeret somno, cecidit. Vel dic ꝙ iste somnus significat Christi mortem, quæ fuit voluntaria, breuis & trāsitoria,
8 insensibilis & patiens, secura, & hostem diabolū nihil timēs. ¶ Homo quando dormit, figuram variat atq; mutat. Exterius.n. videtur mortuus, intus tñ est fortis & viuus: exterius apparet pallidus & frigidus, intra tamen est rubeus & calidus, quia.s. quanto virtus magis interius roboratur &c. Sic ꝓcul dubio in illis qui dormiunt in domino per spem & deuotionem, apparet exterius quædam spiritualis mortis imago. Isti .n.apparent pallidi, frigidi, pauperes, & depressi, & virtute quo ad exteriora bona penitus destituti, & etiam in mundanis reputantur quasi mortui & amissi, veruntñ quo ad Deū ipsi sunt viuentes, & intus in conscientia calidi, & charitatiui, deuoti, & feruentes 2. ad Corin. 6. Quasi morientes, & ecce viuimus. Istorum.n.virtus & prudentia quanto minus valet exterius in mundanorum opinione, tanto magis valet interius in Dei æstimatione, & quanto minus valet exterius in mundanis, tanto plus est fortis interius in salutaribus & diui-
9 nis, quia sicut dr̄ 1. ad Corin. 1. Contemptibilia mundi elegit Deus. ¶ In dormiendo attenditur diuersitas, quia quædā ani-
10 malia dormiunt palpebris clausis quædam apertis &c. vide infra de animalibus in generali. ¶ Dormiens vsum sensuum non habet. Non.n.loquitur, non audit, non gustat, non odoratur, non videt, non tangit, non ambulat, nec voluntariè mouetur. Exterius est pallidus & frigidus, intus autem calidus. natura autem in ipso de exterioribus non curat, de interioribus vero solum tractat. Grauis etiam est, & vltra modum pōderat magis q̄ vigilans. Talis dormiens est peccator. Iste.n. somno delectationum ligatus, nihil percipit de pertinentib. ad salutem. non.n.videt per discretionem, non audit per obedientiam & subiectionem, non gustat per contemplationē, non odoratur, per spem & deuotionem, non tangit per beneficiorum collationem, nec tangitur aliorum miserijs per cōpassionem, non loquitur per confessionem, non mouetur ꝑ bonam operationem, nec ambulat per bonam affectionē, q. nimo grauis est per pigritiæ compressionem, & onerosus ꝑ importunā conuersationem, itaq; difficiliter potest portari ꝑ supernam supportationem & dilectionem. Vix etiam potest moueri de malo statu suo per prælati correctionem & prædicationem psa. Qui dormit, non adijciet vt resurgat. Vel dic ꝙ per somnum intelligitur mors, q.a.s. dormiens cōditiones mortui secū habet, q.a.s. nō audit, no videt, &c. sicut supra. Vel dic ꝙ dormiens est vir iustus & patiens, qui dissimulat oīa q̄ fiunt erga eū. Verba.n.& tribulationes non vr̄ sentire, iniurias non vr̄ audire, mala exempla non videt videre, mundi delicias non videtur gustare, aliorum infamias nō videtur odorare, mundi bona non videtur per affectum tangere, nec ad aliqua bona opera se mouere, sed per stabilem perseuerantiā graui timore Dei & humilitate pressus in vno loco.i. in vno gradu & statu residere, & non per ambitionem de beneficio ad beneficium transilire, & sic cuilibet possit dici illud Mat. 26. vbi Christus rediens ad discipulos & inueniens eos dormientes dixit. Dormite iam & requiescite.

*De Somnio. Cap. 20.*

1 Somnium est dormientium quædam dispositio, qua diuersarum rerum formæ dormientium mentibus imaginariæ imprimuntur. Vt.n.dicit Gregorius, & etiam Macrobius in libro somnij Scipionis, propter colligantiam & vnionem quam anima habet cum carne passiones & dispositiones corporis in ipsam resultant quæ imaginatiuam & phantasiam immutant, & eisdem quasdam similitudines repræsentant. Aīa vero quia tunc non habet exercitium rationis propterea ꝙ instrumenta tam sensus cōmunis q̄ sensuum particularium sunt ligata, illas quidem similitudines cum phantasmatibus taliter apprehendit, de ipsis tamen plenè non iudicat nec discernit, imo illud quod fictum est, verum & solidum esse credit. Per animam in corpore intelligo prælatum vel iudicem in sua maiestate. Ista.n.aīa.i.iudex qñq; est dormiens & non vigilas, quia proculdubio multi sunt iudices & prælati per ignorantiam & negligentiam dormientes & non per diligentiam vigilantes, sensus discretionis ligatos habentes, rationisq; exercitio nō vtentes. 1. ad Corint. 11. Inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiūt multi. Isti.n.habent colligantiā cum carne.i.cum carnalibus amicis, & cum suis collateralibus, & cōsiliarijs. Nam ipsis taliter copulantur, ꝙ ab ipsis pro libito immutantur, & sic phātasias malorum consiliorum ab illis recipiunt, & quicqd ab eis offeretur quamuis sit vanum & friuolum, verū credūt, & quia carēt rationis iudicio, ipsis speciebus oblatis.i. illis verbis relatis cōsentiūt, & sic ipsorum iudicia ficta, & opera nō vera certa aut stabilia, sed falsa & vana, & somnia dici possūt Esa. 29. Sicut somnium visionis nocturnæ, sic multitudo oiū
go quæ talibus surdis & obduratis possunt ad salutẽ profice

re,

re, summe proficit balsamum diuinæ misericordię eorum auribus instillare, & in eis de dei misericordia prædicare. Vel balsamū liquorū & dulcorē benignæ monitionis significat, q̄ pro certo aures surdas & obstinatas melius prouocat, & ipsas ad bonum aperit & inuitat. Esa. 35. Aures surdorū patebunt. Vide supra de aure in fine, & supra de sensu audit⁹ &c.

## De Fœtore. Cap. 13.

1 FOEtor accidit in naso, & in ore. In naso.n. accidit præcipuè ex quadam infirmitate quæ polypus nuncupat. Humores.n. grossi & viscosi descendunt ad chartulas narium: ibiq; spongiola porositate narium imbibunt, & ibi diuturnitate temporis & actione caloris condensant, & quasi in substantiam carneam commutantur, quæ tādem corrumpitur, fœtorem horribilem spirat, aerem cōtiguum inficit, & odoratum aliorū grauat, & neruos odorabiles ita obstruit & obturat, vt etiam ipse patiens proprium fœtorē non percipiat, nec etiam inter fœtores & odores discernat, imo penitus nihil sentiat. Et est polypus infirmitas corrosiua, a polypo pisce dicta, quæ nares corrodit & dissipat, & totam faciem (nisi ponatur remediū) destruit & deturpat. Per istam infirmitatem potest luxuria designari. Ista.n. præ cunctis vitijs fœtet; & fœtorem infamiæ semper habet. Ista est .n. polypus, qui nares & nasum.i. sapientiam & deuotionem deuorat, faciem conuersationis dehonestat, neruos discretionis & sensus obturat, intantum q̄ polyposus vel luxuriosus fœtorem suæ propriæ infamiæ non percipit nec cogitat, & inter fœtorem luxuriæ & odorem castimoniæ, non discernit aut iudicat: Corruptus.n. humor malæ affectionis induratus, per diuturnitatem obstinationis putrefactus, & in carnem conuersus per vitium carnalis luxuriæ & infectionis, fœtorē infamiæ diffundit, odoratum discretionis obturat & claudit, & sic miser peccator propriam suam infamiam non percipit

2 neque sentit. ¶ Fœtor oris accidit ex multis causis, videlicet quandoque ex gingiuarum corruptione, quandoque ex oris vlceratione & pustulatione, & quandoque ex thoracis mala habitudine, & spiritus mala dispositione, quandoque ex humorum stomachi putrefactione, quandoque ex totius corporis infectione, sicut patet in leprosis, quorum anhelitus est fœtidus & infectus, quandoque ex fœtidorum comestione, vt patet in comedentibus a ia & similia. Quia per os intelligitur locutio, iuxta illud Apoca. 14. in ore eorum non est inuentum mendacium: benè & congruè per fœtorem oris

3 potest intelligi infamis deformis deformitas verborum & locutionum. Os enim illi dicitur fœtere, qui fœtida verba, turpia, mendacia & infamia noscitur eructare. Fœtor ergo

4 talium verborum, ex diuersis prouenit causis, videlicet quādo gingiua mentis per hæresim corrumpitur, quando os per detractionem vlceratur, quando pectus per inuidiam inficit, & quando cor per malas cogitationes ad malè loquendum disponitur, quando stomachus affectionis per luxuriam inficitur, quando totus homo per infamiam est corruptus, & quando rebus fœtentibus id est malis operibus est cibatus. Ex his enim omnibus fœtor oris, & inhonestas verborum sequitur, & mala & improba locutio generatur. Esa. 34. De cadaueribus eorum ascendet fœtor.

Dolor dentium. vide supra de dentibus. §. 7. & 8.

## De Locutione. Cap. 14.

1 LOcutio multipliciter impeditur, & hoc quando lingua calore neruos corrugante, vel frigore constringente paralyticatur, quando humore relaxatur, quādo apostemate grauatur, & quando pustulis vlceratur. Ista .n. omnia faciunt hominem mutum, vel saltem in loquendo multipliciter impeditum. Vnum tamen aduertendum est, q̄ omnis qui naturaliter est surdus est similiter mutus: nam q̄ audiendo verba formari nō didicerit, ipsa necessario formare postea ignorabit. Sic verè lingua ecclesiæ.s. prælatus vel prædicator, qui alios habet instruere & docere, iste inquam pōt fieri mutus, & ad loquendum, docendum & prædicandum, impeditus propter multa.s. propter calorem auaritiæ, propter frigus pigritię, propter apostema superbiæ, propter relaxationem & humectationem luxuriæ, propter pustulas & vlcera inuidiæ, necnon propter surditatem ignorantiæ. Qui enim ad audiendum & discendum in iuuentute fuerit surdus, necesse est q̄ ad loquendum, prædicandum & docendum, postea fiat mutus. Marc. 7. Adducunt ei surdum & mutum. Vnde breuiter aliqui sunt qui loqui nesciunt, & alios docere nō possunt propter paralysim pigritiæ. Aliqui non audent: q̄a patiuntur relaxationem luxuriæ. Alij non dignantur: quia patiuntur apostema superbiæ. Alij non volunt, quia patiuntur vlcera inuidiæ. Alij nesciunt, quia patiuntur surditatem ignorantiæ. ps. Factus sum sicut surdus non audiens, sicut mutus non aperiens os suum.

## De Raucedine. Cap. 15.

RAucedo accidit in locutione, & in voce. Et fit generaliter tribus modis.s. ex spirituum & virtutum debilitate & defectibilitate, sicut patet in illis qui diu fuerint infirmi, & in illis qui multo ieiunio sunt attenuati. 1 Item ex siccitate contractionem & asperitatem seu inæqualitatem arteriæ inducente, & spiritum, ne liberè trāseat offendente. Item ex humiditate phlegmatis & sanguinis in vasis abundante, & arterias coarctante. Ista.n. omnia liberū spiritus transitum impediunt, & asperitatem vocis faciunt & sic raucedinem. Raucedo quæ est vox dissona, aspera & non placida, potest significare ineptitudinem locutionis, & doctrinæ & prædicationis, necnon impedimentum laudis, & gratiarum, & orationis, & confessionis. Oratio enim & confessio, laus & gratiarū actio, doctrinaque & prædicatio, sunt quędam spirituales voces, quæ pro certo in multis per vitia raucescunt, & deformantur, & adeo quòd nec Deo nec mūdo gratæ aut consonæ efficiuntur. Et hoc pro certo fit quando tales.spiritum.i. spiritussancti donorum & virtutum patiuntur debilitatem & paucitatem. Item quando præ siccitate indeuotionis patiuntur nimij frigoris asperitatem, & in iustitiæ inæqualitatem. Item quando præ abundantia humoris diuitiarum & deliciarū, patiuntur arteriæ.i. mentis constrictionem & depressionem per cupiditatem & carnalitatem, quia procul dubio carnalitas, cupiditas, iniustitia & iniquitas, indeuotio, & spirituū seu virtutum tenuitas, faciunt vocē hominis raucam, & deo & hominibus dissonam & ingratam. psal. Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. laboraui clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ. ¶ De raucedine quæ causatur quando lupus homini appropinquat, vide infra de lupo. §. 2

AVgina vulgo squinantia. vide supra titu. de gutture duobus vltimis. §.

SPirandi difficultas. vide supra de pulmone, in fine. & supra de anhelitus. §. vlti. & supra de anima. §. vltimo.

SPuti infectio, & cætera. vide supra de lingua duobus vltimis. §.

## De Cardiaca. Cap. 16.

CArdiaca syncopis nihil aliud est quam tremor cordis. Syncopis autē est interpellatio motus cordis. Causatur ergo tremor cordis multiplici causa videlicet ex 1 dissolutione & euaporatione spirituum ipsi⁹ cordis. Et aliquando ex humore in pulmone abundante, & substantiam cordis comprimēte, & motum ipsius impediente. & ipsum tremere (cum se alias mouere nequeat) compellente. Aliquando fit ab hepate debitum nutrimentum cordi non mittente. Aliquando ex aliorum membrorum colligantia, sicut a cerebro vel stomacho malos fumos ad cor destinante. Aliquando ex fumo melancholico inficiente & spiritum perturbante. Tremor cordis potest significare tristitiam & desperationem. quos proculdubio multa possunt introducere & causare. Et primo quidem defectus, carentia, & exhalatio spirituum id est spiritussancti & charitatis, a corde: quia pro certo vbi deficit charitas & spiritussanctus. necessario deficit spes, & sic per cōsequens venit timor. psalm. Timor & tremor venerunt super me & contexerunt me tenebræ. supple desperationis. Item accidit quando cor multitudine humorum idest vitiorum comprimitur, & pondere eorum taliter grauatur, q̄ timore damnationis constringitur, & a dilatatione spei & charitatis cessat, & per desperationem tremere cōpellitur & arctatur. Vnde de talibus qui ex compressione humorum idest est consideratione suorum peccatorum incidunt in desperationem, dicitur Iob 15. Non credit q̄ reuerti possit de tenebris ad lucem, circunspectans vndique gladium. Itē dico q̄ tremor desperationis accidit ex defectu nutrimenti

trimēti consolationis & doctrinæ, quando.s.ab hepate.i.a prę
lato vel prædicatore non recipit consolationis & scientiæ nu
trimentū. Multi.n.sunt, qui propter defectum eruditionis &
cōsolationis desperēt. Ideo bene dicit Apostolus ad Ro. 15.
Per pati ētiam & consolationem scripturarū spem habemus.
Item accidit, ea colligatione aliorum membrorū.i.ea cōgre
gatione malorum, sociorum, a quibus.s.mali fumi.i.mala cō
silia euaporant. Accidit insuper ea fumo melancholico.i.ex
mala opinione, & fatua imaginatione, q̄ rationē inficit atq;
2 turbat.psa. Turbati sunt oēs insipiētes corde. ¶ Syncopis seu
spalmatio, quando.s.hō quasi mortuus afficitur, ita q̄ nihil
sentire videtur, acci dit aliquotiens ex subito dolore, & timo
re cor constringente. Aliquando ex gaudio in corde spiritus
dissoluente. Aliquando ea nimio sudore. Aliquando ea venæ
cordis opilatione. Aliquando ex nimia repletione. Aliquan-
do ea nimia exinanitione. Per syncopim quæ est interuallū
& Interpellatio motus, intelligo peccatum. quod.s. quotiens
accidit, vitam gratiæ intercipit, motum bonorum operū tol
lit, & per incompassionem & incompunctionem hominem
spa smatum insensibilem facit. Istam ergo peccati infirmita-
tem. introducunt, multa.s.timor desperationis, gaudium mū
danæ cōsolationis, sudor & emissio malæ cogitationis. opila
tio venæ.i.oris, hoc est dictu abstrusio obstinationis & ipe-
dimentum confessionis, repletio tēporalis possessionis, ina
nitio.i.carentia nutrimēti doctrinæ gratiæ & deuotionis. Ex
istis.n. causis cor spiritualiter deficit, & tota mentis constātia
3 spiritualiter euanescit. psal cor meum dereliquit me. ¶ Con
tra cardiacum morbum & syncopim (euacuata primo mate
ria peccatore, valēt multa, scilicet Margaritæ, os de corde cer
ui, lignum aloes & ambra. Sic verè contra desperationis &
aliud quodcunque peccatum, facta primo euacuatione con
fessionis, valet Margarita idest beata virgo & deuotio ad ip
sam, os constantiæ & fortitudinis, quæ & cuius exemplum in
corde cerui idest Christi reperiri potest, lignum aloes id est
memoria crucis Christi, & ambra quæ fit de seminebalenæ
id est semen & influentia verbi dei.

## *De Febribus. Cap. 17.*

FEbris Secundum Constantinum est calor innaturalis
1 a corde exiens, & per totum corpus arterijs median-
tibus se diffundens, ipsius corporis actionem impe-
diēs atq; turbans. Et quia in corppribus humanis tria
sunt scilicet quædam subtilia, sicut sunt spiritus: quædam so
lida, sicut sunt humores. quædam solida, sicut sunt membra
ideo triplex febris in corpore generatur scilicet Ephemera,
q̄ fit ex dissolutione & calefactione spirituum. Putrida, quæ
fit ex corruptione humorum. Ectica, quæ fit ex consumptio-
ne membrorum. Et sic Constan. & Gal. ephemeram com-
parant vento calido, a quo locus in quo fuerit incalescit. Pu-
trida similis est aquæ calidæ, quæ posita in vase frigido ipsum
facit calefieri. Ectica vero similis est vasi calido, quod aquam
frigidam immissam calefacit. Quia scilicet spiritus sicut ven
tus calefaciunt corpora in ephemera. humores sicut aqua ca
lida in putrida. membra vero ad modum contentiui vasis
calefaciunt cor, spiritus & humores in ectica. Procul dubio
per talem calefactionem potest intelligi concupiscentia mē
tis, & feruor affectuum, & intemperantia desideriorum. Ex
ista.n. triplex febris particularis.i. triplex particularis concu-
piscentia generatur.s. concupiscentia eminentiarum, hæc est
superbia. Concupiscentia deliciarum, hæc est luxuria. Con-
cupiscentia diuitiarum, hæc est auaritia. Superbia enim est si
cut ephemera, quæ est in spiritibus.i.in rebus vanis, inanibus
& ventosis. 1. Reg 16. Exagitabat Saul spiritus nequam. Luxu
ria est sicut febris putrida, cuius materia ad littera est in fœ-
dis humoribus. Leui. 15. Vir qui patitur fluxum seminis, im-
mundus erit, & tunc iudicabitur huic vitio subiacere, cum
carni illius adhæserit atque concreuerit fœdus humor. Aua-
ritia vero est sicut ectica, cuius materia sunt res solidæ scili-
cet possessiones & metalla, quæ etiam per sollicitudines, suos
desiccat & attenuat possessores. Aggæi. 1. Vocaui siccitatē su
per terrā. Et sic breuiter dico q̄ est triplex febris corpis.i.tri
plex mēa inflāmatio & calefactio mētis. de quo Eccl. 36. A
tribus timuit cor meum. ¶ Ephemera est febris accidens ex
2 distemperantia spirituum, dicta ad ephemera bellua marina,
quæ eadem die qua nascitur, moritur. Et dicitur ab hemera
græce quod est dies, vnde dicitur ephemera, quasi vnius diei
feruor, non durat enim vltra vnum diem feruor istius febris
aut enim ex toto deficit, aut in putridam vel ecticam se con
uertit. Et accidit ista distemperantia multis modis, videlicet
a frigore poros claudente, & fumos interius retinente & cō
culcante, & calorem & distemperantiam inducente. Aliquā
do accidit ex calore aeris spiritus distemperante. Aliquādo
ex bubonibus.i.ex apostematibus inguinum. & etiam aliquā
do ea potu fortis vini, calorem plus debito intēdēte. Talis
ephemera est peccatum veniale, quod scilicet non est aliud
quàm quædam distemperantia & deordinatio spirituū.i.af-
fectuum mentis nostræ. faciliter enim accedit, & faciliter re
cedit. Feruor ille nunquam pseuerat diu in statu suo. quia.s.
aut per pœnitentiam terminatur, aut in febrem putridā vel
ecticam id est in aliquod mortale peccatum cōuertit & mu
tatur. Talis enim distēperantia & feruor male ordinatus, so
let ex toto deficere, vel in pctm̄ mortale transire, & in qua-
litate sua non subsistere vel manere: quia secundum Grego.
Peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pō
dere ad aliud trahit. Accidit vero talis distēperātia mali af-
fectus aliquando ex frigore tribulationum vel iniuriarum,
quando scilicet hō inflammatur per superbiam. Aliquando
ea calore mundanarum cōsolationum, quādo scilicet homo
inflammatur ad auaritiam. Aliquando ex potu deliciatū, qū
scilicet homo inflammatur ad luxuriam Eccl. 9. ex hoc cocu
piscentia quasi ignis exardescit. ¶ Ectica febris est q̄ in mem
bris solidis generatur. Et dicitur ectica.i. habitualis, quasi fe 3
bris conuersa in habitum Et.n. ectica febris, calor innatura-
lis, ipsis membris radicaliter inhærens, totum corpus cale-
faciens, & abundantiam substantialem destituens & consu-
mens. Cuius signa sunt calor diffusus p totum corpus, lenia
tamen non pungens, ita q̄ patiens vix febricitare se credit.
color liuidus, oculi concaui corpora sicca & aspera. Nutriti
ua enim humiditas ab eis est ablata. Talis febris videtur esse
auaritia: Ista enim ex quo inceperit, quasi habitualiter cōua
lescit. Ista etiam corpus mētis p mala desideria calefacit, &
humorē deuotionis & cōpunctionis & gratię siccat, attenuat
& consumit. Sap. 5. In malignitate nostra consumpti sumus
Patientes Igitur talem febrem, scilicet auari, non se credūt
infirmus vel febricitātes. quia pro certo & vlurarij & alij cre
dunt se non peccare, nec calorem suæ auaritiæ percipiunt si
bi nocere, & tamen color suæ conuersationis est indecens &
liuidus, oculus sui intellectus per malitiam est concauus, ip
sosque concomitatē erga pauperes asperitas & crudelitas, er
ga deū vero gratiæ & deuotionis siccitas & tenuitas. ¶ Mul- 4
ta talia ponerent hic de causis, signis & diuersitatibus ecticæ
febris, sed quia nimis tāgit practicā medicinæ. ideo omitto.
¶ Febris, putrida causatur ea innaturali calore humores per 5
turbante & permiscente, & corruptionem inducēte, ea qui-
bus humoribus, sic corruptis, calor cor petit, & ipsum distē
perat atque lędit, & per venas & arterias se diffundēs, febrē
corpori introducit. Iste enim calor non est naturæ regitiuus
sed potius corruptiuus: Talis febris videtur esse luxuria. Ista
enim est calore fomitis & ex humorū inflammatione & cō-
motione constituitur, & exinde fumus malæ delectationis ex
halat, a quo cor & affectio per mala desideria dissoluitur, &
tota virtus animæ eneruatur. Et sicut videmus q̄ febrem in
principio concomitatur rigor & tremor item q̄ nō semper
durat in vna qualitate. imo quāque interpellatur vel quando-
que ad salutem diminuit, item q̄ aliquādo fit satis dolor ca-
pitis, insomnietas & similia. item etiam q̄ translacta febre ad
huc remanēt malæ qualitates. scilicet corpia debilitas, & re-
cidiuandi facilitas, sic verè dico q̄ febrem luxuriæ concomi 1
tantur rigor stimuli cōscientiæ & doloris, & tremor multi-
plicis displicentia & timoris. Ista etiam interpollatur: qa ar
dor istius non est semper in sua intētione, imo nunc minuitur
nūc augetur. Istam autem concomitatur sitis malorum desi
deriorum, insomnietas malarum vigiliarum, dolor capitis
multarum displicentiarū, & debilitas virtutum ad exercitiū
operationū bonarum. Deu t. 28. Percutiat te dominus ægesta
te, febre & frigore. Et sicut febris naturam valde debilitat,
intantum quòd etiam post recessum suū homini faciliter ac-
cidit recidiua. sic luxuria totam animæ virtutem eneruat, ho
minemq; ita ad alium actum habituat & inclinat, quòd etiā
post recessum febris.i. post pœnitentiam & propositum absti
nēdi, in idipsum faciliter reincidit & iterum recidiuat. 2. Pe.
2. Canis reuersus ad vomitum. & sus lota in volutabro luti.

¶ Fe

5 ¶ Febres qñq; sunt simplices, & qñq; cōpositæ. Vna tñ caute
la semp est adhibēda, qa si febris ē simplex, simplex debet es-
se medicina, si aūt cōposita est febris, & medicina composita
debet esse. Sic verè febris peccatorū ē aliqñ maior, aliqñ mi
nor, aliqñ simplex, aliqñ duplex, sed istud debet esse genera-
le, qa s. per medicū confessorē p simplici, & non enormi pec
cato, simplex & leuis medicina pœnitentiæ detur. Si vero cul
pa sit maior, & duplior, & pœnitentia duplicetur. Deuter. 25.
5 Iuxta mensurā culpę erit, & plagarū modus. ¶ Quatuor sunt
spēs febriū s. quotidiana, quæ puenit ex phlegmate, & quoti
die affligit, nō tñ continuè. Cōtinua, q̄ prouenit ex sanguine,
& cōtinuè affligit. Tertiana, q̄ puenit ex corrupta cholera, &
de tertio in tertium diem lædit. Quartana, q̄ procedit ex me
lancholia corrupta, & de quarto in quartum diem afflictio-
nē inducit. Per istas quatuor febres intelligo quatuor gene
ra peccatorum. Et prima quidē febris peccati est pigritia, q̄
est infirmitas quotidiana. quotidie. n. patimur istum morbū,
licet interuallum aliqđ habeamus. i. licet qñq; bona aliqua
faciamus. Ezec. 30. Alexandria erit dissipata, & in mēphis an
gustiæ quotidianæ. Scđa febris & luxuria, quæ. s. bñ sequitur
ex prima, & hæc est continua, quæ ex sanguine deliciarū sur
git, & q̄ actu vel habitu possessores suos cōtinuè fatigare vĩ.
Luxuriosus. n. continuè peccat vel actu vel affectu. ad Rom.
9. Tristitia mihi est magna, dolor continuus cordi meo. Ter-
tia febris est auaritia, & hæc est tertiana, q̄. s. introducit cho-
lera. i. temporalis substantia, q̄ vrit more choleræ possiden-
tem. Ista. n. de tertio in tertium diē lædit, quia s. auaritia tres
habet dies, s. laborem in acquirendo, timorem in possidendo
dolorē in perdendo, vt de auaris dicatur illud Numeri 33.
Ambulauerunt tribus diebus per desertum errantes. Quar-
ta febris est desperatio seu tristitia, & ista est quartana. Ista. n.
ex melācholia. i. timore procedit, & quatuor dies. i. quatuor
prouectus seu partes habet. s. mentis obstinationem, Dei miseri
cordiæ obliuionem, cęcitatē ignorantiæ, & contemptū pœ-
nitentiæ. vnde Eccl. 37. Verbū nequā immutabitur, ex quo
partes quatuor oriuntur. Desperatio. n. est quartana, q̄. s. tar-
dius & rarius cæteris febribus. i. cæteris vitijs accidit, & cū
acciderit, magis durat, & difficilius sanatur & recedit. Hier.
30. Insanabilis ē dolor tuus pp multitudinē iniquitatis tuæ.
¶ Hō qui quartanā patitur, multa incurrit pessima accidētia
7 s. corporis grauitatem, ciborum indigestionem, crurió gra-
uedinem, vigiliarum insomnietatem, timorem in somnis, li-
uiditatem vnguium, tumorem splenis, dolorem lumborum,
& fortitudinē appetitus cibariorū. Quartana significat pec-
catum, quod quatuor habet, s. cogitationem, delectationem
consensum, & operationem. Ille ergo qui istam quartanam
patitur, multa mala incurrit, videlicet grauitatem, & ponde
rositatem pigritiæ, indigestionē morū, vigilias variarum so-
licitudinum, & laborum, liuiditatem & deformitatē vnguiū
. i. operum, tristitiæ timorem, superbiæ tumorem, inuidię do
lorem, auaritiæ appetitum, & ardorem, & ciborū bonorum
temporalium insatiabile desiderium & feruorem. Prouer. 13.
8 Venter impiorum insatiabilis. ¶ In febribus acutis si accidit
constipatio ventris, magnum est periculum. Fluxus vero san
guinis e naribus, est bonum signum. etiā fluxus ventris con-
fert multotiens remedium. Sic verè in peccatore febricitan
te, & concupiscentijs inflammato, periculum damnationis
est, quando venter suæ cōscientiæ per obstinationē constrin
gitur, ita q per confessionem emittere corruptos humores
vitiorum non pōt. fluxus vero, & solutio conuersionis profi-
cit, & mortis & damnationis periculum tollit. ¶ In febribus
acutis nihil est de vera quiete, habent tñ aliquid de falsa qe-
9 te, multum vero de angustia, & labore, sicut de medio hemi
triteo, patet q habet triginta horas in summo labore, & non
nisi duodecim in falsa quiete. Ista possunt applicari, q in fe-
bre, & ardore ambitionis, auaritiæ & luxuriæ, nunquam est
aliqua vera quies, sed etiā de falsa quiete delectationum est
ibi valdè modicū, respectu laborum & desolationum, quia
. s. oē peccatū generaliter plus habet de dolore, q̄ de dulco-
re, ēt in præsenti, in futuro vero verificabitur illud Aug. Mo
mētaneum est quod delectat, sempiternū aūt quod cruciat.
10 ¶ Multa ponuntur hic de materijs, causis singulis, curis &
remedijs febrium, de quibus hęc solum quę supra dicta sunt
excerpsi gratia breuitatis. ¶ Rigor in febribus & horripila-
11 tio ex eadem cā contingunt. Est. n. horripilatio quædam pra
ua dispositio ex febrili materia contingēs, actiones febriles
prænunciās & pcedens. Et dr̃ horripilatio sm Isidorū qua-
si horrida pilorū erectio. Fumus. n. de materia frigida resolu
tus, nobiles neruos tangit, ipsosq; lædit & stringit, & in suis
actionibus impedit, & ita tremere corpus facit. Qui ēt frigi-
dus fumus ad cutis superficiē se extēdēs, partes cutis restrin
git, & sic capillos erigi, & horripilari facit. Qđ ēt accidit in
forti timore, vbi. s. calor ad cor repercutitur, & sic corporis
superficies depauperata calore cōtrahitur, & pili sicut dictū
est eriguntur. Talis morbus vr̃ esse timor seruilis, & despera
tio salutis. Qñ. n. de materia frigida. i. de frigore infernalium
tormentorū resoluit fumus. i. consideratio nimis frigida, &
austera, quæ calorē charitatis solet fugare, & superficiē men
tis cōstringere, & sic capillos affectionis à sua planitie moue
re tremorē dubietatis, & timoris, necnō horrorem, & terro
rem desperationis solet inducere, & causare. Iste est. n. rigor
qui febrem æternæ dānationis pcedit, ipsamq; prænunciat,
& inducit. Sap. 5. Videntes turbabuntur timore horribili.

*De Passionibus stomachi.* *Cap. 28.*

CIrca mēbra nutritiua, sicut est stomachus, varię acci 1
dūt passiones, s. fastidiū, bulismus, vomitus & singul-
tº. Est aūt fastidiū ciborū atq; potuū inuolūtaria abo
minatio, virtuti nutritiuæ maximū inferens nocumē
tū. Vñ dr̃ fastidiū, quasi faciēs tediū. Fastidiosus. n. hō solet in
uenire tediū, in quo alter inuenit oblectamētum. Cāutur aūt
istud fastidiū, ex spirituū defectione, vel ex neruorum opila
tione, vel ex humorū repletione. Spiritus. n. sunt instrumen-
ta virtutū, & iō virtus appetitiua necessario languescit. Ner-
ui ēt sensibiles delectationē in cibo sentiunt, pp qđ appetitū
prouocant & faciūt, & iō qñ opilantur, & impediuntur, necesse est
q appetitus tollatur, & fastidiū generetur. Vacuitas ēt, appetitº
solet cā esse, & iō si orificiū stomachi malis humoribº reple-
tū fuerit, necesse est fastidium adesse, & desideriū deperire.
Per istā infirmitatē intelligitur abominatio, & fastidiū verbi
Dei & bonorum spūaliū, & æternorū, quod. s. peccatores pa-
tiuntur, q in istis nullatenus delectantur, sed potius ipsa asperna-
tur, quapropter digestio morū in eis impeditur, & sic virtus na
turalis. i. grã deficit, & totū corpus morū deperit, & langue-
scit. ps. Oēm escā abominata est aia eorū, & appropinquaue
runt vsq; ad portas mortis. Oēm escā dico. s. doctrinæ grãæ, &
gloriæ. Tria aūt sunt q̄ tale fastidiū in istis causant. s. defectus
spirituū. i. carētia gratiæ, & deuotionis. Itē obstructio neruo
rum. i. carentia prudētiæ & discretionis. (Nerui. n. in quibus
viget sensus, discretionē designāt.) Itē repletio humorū. i. af-
fluētia deliciarū, & diuitiarū terrenæ possessionis. Qñ. n. sto-
machus cordis humoribus bonorū terrenorū repletur p ma-
lā cōplacentiā, qñ ēt neruus sensus & discretionis obstruitur
p ignorantiā, qñ insup spūs, & gratia deficit p obstinationis
malitiā, tunc dico, q sapor in spūalibus cibis non inuenitur,
sed potius oīs eorū suauitas cōtemnitur & calcatur. Prouer. 27.
Aia saturata calcabit fauum. ¶ Bulismus. i. grandis fames, est 2
insatiabilis & quasi caninº appetitus. Fit aūt iste duobus mo
dis. Primo per frigiditatē cibos ad fundum stomachi depri-
mentē, & orificiū stomachi vacuantē, & rōne vacuitatis, ap-
petitum & famis desideriū inducentem. Scđo vero mō acci
dit ex immoderato calore mēbrorū, quorū venæ trahūt ab
hepate, hepar vero per venas meseraicas trahit à stomacho,
ex quo subito stomachº exinanitur, & appetitus immoderatus
& continuus generatur. Per istū immoderatū appetitū pōt
auaritia denotari, q̄ videlicet canina, & insatiabilis pōt dici,
qa. s. sicut dr̃ Prouer. 27. Oculi hoium insatiabiles. Ista. n. du-
plicē habet cām. vna est frigiditas ppriæ indeuotionis, alia
est caliditas alienæ voracis affectionis. Indeuotionis. n. frigi-
ditas qñ in stomacho voluntatis dominatur, solet ipsam vacuā
& inanem facere, & inde oēm plenitudinē sufficientiæ tolle-
re, & appetitū auaritiæ generare. Vbi. n. est indeuotionis fri-
gus, nunq̄ pōt esse sufficientia, vbi vero non est sufficientia,
semp est necessario auaritia. Eze. 7. Aiam suā nō saturabunt,
& vētres eorum nō implebunt. Aliena ēt depopulatio qñq;
istius auaritię est cā, & hoc potissimè in ecclesiasticis, & præ
latis qa. s. qñ mēbra. i. nepotes & familiares nimis calidi sunt
vt attrahāt & hauriant sibi humorem, & temporalem substā
tiam hepatis. i. ipsorum dominorum, & prælatorum suorum
mox in illis prælatis paupertatis vacuitas inducitur, & sic ap
petitus auaritiæ suscitatur. Constat. n. q multi sunt hodie prę
lati qui quia à mēbris suis id est familiaribus, & consan-

guines fugunt,& depauperātur,iō ad rapinas exercendū, &
ad alienos humores,& substantias attrahēdū mouent, & ad
vacuitatē sox paupertatis supplēdū conant, & ex hoc bulis-
mū caninæ,& insatiabilis auaritię patiunt. Esa.66. Canes im
pudētissimi nescierūt saturitatē. Vel pōt dici, q stomach⁹, q
cibos recipit,& pparat,& digerit,significat agricolas,& mer
catores,hepar aūt ad qđ ipse stomachus pparatos cibos mit
tit,significat plātos,principes & potentes,quibus.s.agricolæ
& subditi deseruiunt,& illa q cū labore recolligūt, pparant
atq; mittūt. Quia igit mēbra.i.familiares taliū, ipsos vacuāt,
depauperāt atq; vastāt.& ipsorum humores, & substantias,
temporales fugnot,ebibūt & manducant,iō pcul dubio isti
stomachum.i.subditos per rapinas nituntur euacuare, & sic
tā in se q in illis solent appetitum auaritiæ generare. Iō Pro-
3 uerb.21.bene dr, q alij diuidunt ppria,& ditiores sunt, alij
rapiunt non sua,& semper in egestate sunt.¶ Singultus est so
nus violentæ cōmotionis, ex spasmosa stomachi dispositio-
ne pueniens. Qñ.n.nerui stomachi calore vel frigore, inani
tione vel repletione cōtrahuntur, tunc fundus stomachi ele
uatur,aerq; exire,compulsus,alteri aeri obuians,sonum qui
singultus dr,operantur. Valent aūt cōtra singultū prouoca-
ta sternutatio,subiti timoris incussio, & alicuius rei verecun
dæ obiectio. Per istā infirmitatē possum intelligere vitiū,in-
dignationis,displicentiæ & quærelosæ murmurationis, qua
.s.fit q talibus nō pōt aliquid placere,imo solēt de oibus sin
gulare,& qcquid eis accidit,cū singultu,& dolore & displi-
centia tolerare. Talē ergo singultum impatientiæ causat in
hoīe frigus indeuotionis,calor cōcupiscētiæ,& ambitionis,
inanitio paupertatis, & repletio mundanæ temporalitatis.
Istæ sunt.n.quatuor causæ quæ neruū sensus, & discretionis
impediunt,& cōtrahunt, & sic stomachum voluntatis ad sin
gultū impatientiæ,& displicentiæ perducunt,ita q vocē qri
moniæ emittere ipsum cogūt. Veruntñ tria sunt quæ talē sin
gultum possunt sedare,& talē impatientiā seu tristitiā tēpe-
rare,videlicet qñ timor dānationis incutitur,qñ vitiosū quę
fecit verecūdia memoriam reducitur, & qñ sternutatio cō-
motionis,contritionis & confessionis,mō debito prouocat.
Ois.n.singultus iracundiæ, & impatientiæ deficit, qñ timor
inferni, peccatorum verecundia, & cerebri.s.sensus mentis
sternutatio seu discussio conualescit 1.Reg.25.Non erit tibi
in singultum aut scrupulum. Vel dic q singult⁹ est stimolus
cōscientiæ,& desperationis remorsus,quē.s.pdicta quatuor
.s.indeuotio,habēdi ardor,& affectio,inopia & inanitio,opu
lentia & repletio introducūt. Ad istum tñ sedandū valet ster
nutatio,& discussio contritionis,timor diuinæ offensæ,& in
dignationis,& verecundia quæ est in actu confessionis. Pro-
uerb.15. Per timorem domini declinat omnis à malo.

## De Vomitu. Cap. 19.

1 Vomitus est humorum,& ciborum violenta à stoma
cho reiectio,q.s.habet fieri multis modis. Fit.n.qñq;
ex caloris ebullitione, quia.s.calor in stomacho abū
dans,tales humores dissoluit,& ebullire facit, & sic
ipsos sursum eleuat,& per vomitum expellit. Item fit qñque
ex ciborum,& humorum abundantia,quam.s.natura no pōt
regere, & ideo tanquam superflua ipsos nititur reijcere, &
euomere,sicut patet in ebrijs. Item fit qñq; ex humorum seu
ciborum acumine,quo.s.nerui stomachi mordicantur,& ad
expellendum ipsos per vomitum prouocantur. Item quan-
doq; fit ex debilitate virtutis retētiuæ ipsius stomachi,& for
titudine expulsiuę. Item quandoq; ex acumine medicinæ. Itē
quandoque fit ex stomachi compressione, & eleuatione, ex
aliorum membrorum colligantia contingente. Stomachus
.n.quandoque ratione incontinentiæ, nihil pōt retinere, sed
oīa euomit. Medicina etiam suo acumine dissolutos humo-
res expellit. Membrorum ēt aliorum vicinorū passio vomi-
tum inducit,sicut ex passione matricis,grauida mulier facili
ter vomere consueuit. Vnde etiam frequentem vomitum es
se impregnationis signum Galenus asserit atq; dicit. Iste vo-
mitus potest mihi denotare confessionem, & vitiorum no-
strorum a stomacho conscientiæ, & cordis per os, & linguā
expulsionem,quia pro certo multa sunt quæ vomitum pos-
sunt prouocare,& ad confitendum, & expellendum pecca-
ta hoiem inuitare,videlicet calor stomachi.i.feruor dilectio
nis. Abundantia humorū.i.horror enormis infectionis. Mor
dicatio neruorum.i.dolor & punctio contritionis. Adiuto-
rium medicinæ verbi Dei,& bonæ instructionis. Fortitudo
expulsiua.i.facilitas,& habituatio ipsius confessionis. Graui
ditas matricis, id est conceptus gratiæ & deuotionis. Fit.n.
cōfessionis vomitus quandoque ex dilectionis feruore, quo
mouetur homo humores vitiorum per contritiones dissol
uere,& per confessionem emittere,quia sicut dr 1. Ioann.4.
Perfecta charitas foras mittit timorem id est peccatum. Fit
etiam quandoque ex abundantia ipsorum vitiorum, & sic
voluntarie ad se exonerandum per cōfessionem mouetur.
& tunc fit illud apostoli ad Rom 5 q.s. vbi abundauit deli-
ctum,superabundat & gratia. Fit in super qñ ipsi humores vi
tiorum neruos conscientiæ pungunt per remorsionē. Quan
do etiam homo inuatur per medicinam verbi Dei, & erudi
tionem. Quando præterea habituatus est homo ad talem ex
pulsionem, & quando iam concepit gratiam & deuotionē.
Frequens enim vomitus confessionis est conceptus boni p-
positi,& futuræ sobolis bonæ operationis. Hiere.25. Bibite
inebriamini,& vomite. Bibite,s.doctrinæ potionem, inebria
mini per compunctionem,& vomite per confessionem. Vel
dic quod vomitus significat elemosynarum largitionem,q a
.s.qñ humores diuitiarum abundant, calor charitatis debet
eos per largitatem,& elemosynam ejicicere. Natura.n.i.tō
videns, q tales humores, & diuitiæ difficiliter possunt regi,
ipsos solet abominari,& emittere. Etiam punctio ipsorū hu-
morum.i.sollicitudo & molestatio ipsarum diuitiarum ad
hoc debet neruos voluntatis inducere. Et ad hoc debet ner-
uos voluntatis inducere. Et ad hoc etiā medicina verbi Dei
& conceptus diuinæ gratiæ,necnō fortitudo expulsiuē.i.ha-
bituatio pietatis naturalis,ad hoc solet facere,& vomitū lar
gitionis,& elemosynæ,necnon diuitiarum contemptum, &
odium prouocare. Sancti igitur & philosophi,qui senserunt
quomodo tales humores,& mundi diuitiæ erant periculosæ
& nociuæ, ipsas euomerunt & dimiserunt, & à se verbaliter
vel saltē mentaliter abiecerunt,sicut bñ pcipit Deus. Mat.19.
Si vis perfectus esse,vade & vēde oīa quæ possides,& da pau
peribus. Vel dic q vomitus significat malam loquutionē, &
multiloquij affectionē. In aliquibus.n.virtus retētiua.s.vir
tus temperantiæ ita debilis est, & expulsiua loquutionis ita
ē facilis, q nihil possunt retinere,imo qcquid habent in aīo,
solēt vomere,& narrare. Ad qđ.s.cooperatur feruens calor
incontinentis affectionis,& conceptus peccati, & malæ ope
rationis. Quia.s.qñ homo non cessat loqui,& verba mala vel
fatua & vana vomere, signum est mentem fœtu diabolico.i.
peccato,& mala intentione grauidam esse, quia.s.sicut dici-
tur Prouer.18. In multiloquio non deerit peccatum.¶ Vo-
mitus temperatus valde est infirmis,vtilis & laudabilis,solet 2
.n.stomachum mundificare,digestionem iuuare, naturā exo
nerare,causam morbi auferre,& ab ægritudine liberare. Vo
mitum tamen pręcedit motus,& tremor labiorum,conatus
& angustia spiritualium membrorum, nausea & abomina-
tio ipsorum interiorum humorum, oris apertio, linguæ di-
stentio,sudoris emissio,lachrymatio oculorum, gutturis &
oris amaricatio,& immutatio palati,& gustus in perceptio-
ne saporum. Procul dubio talis est vomitus cōfessionis, quia
pro certo iste stomachum conscientiæ mundificat, digestio-
nem morum,& compositionem adiuuat,naturam id est con
scientiam exonerat,& ab ægritudine peccati saluat & liberat.
Veruntamen istam debet præcedere tremor, & cōturbatio,
conatus dolor & contritio ipsorum.i.vitiorum abominatio
oris apertio, & linguæ locutio, sudorisque .i .boni laboris
occupatio, & oculorum lachrymosa compunctio. Gustus
etiam,& complacentiæ animæ immutatio, & amaricatio,
quia.s.confitens,& pęnitens debet totus amaricatus esse, ita
quod illa quæ sibi prius placebant, scilicet vitia & delecta-
bilia,non debent sibi amplius complacere. Prouerb.27. Ani
ma esuriens etiam amarum pro dulci sumet. Et Apocal.10.
Amaricatus est venter meus.

## De dolore stomachi & ventris. Cap. 20.

Præter prædictas infirmitates solet qñq; stomacho acci
dere dolor ex multis causis, videlicet ex frigore coar-
ctante, & ex calore dissoluente, ex ventositate exedēte,
ex apostemate compite, ex humore viscoso villos sto-
machi inuiscāte. Sic verè dolor peccati, & remorsus accidit
stomacho conscientiæ multis modis. Hunc enim causat fri-
gus coarctans indeuotionis & pigritię,calor dissolues auarā

tiæ

tiæ,ventositas extendens superbiæ,apostema feces continẽs
luxuriæ,& vulnus stomachi.i.affectiones mentis inuiscans hu
mor terrenæ opulẽtiæ,seu ẽt humor gulæ, & carnalis affluẽ
2 tiæ.¶ Vẽtositas dolorẽ stomachi faciens cognoscitur ex tu-
gitu,& gurgulatiõe, & ex eructationũ insipidarũ emissione.
Nocent aũt plerũq; magis vẽtositates q̃ humores ẜm Con
stantinum,vt patet in hydropicis. Et iõ summoẽ curandũ est
vt ventositates extenuentur,ad qđ.s.prodest appositio vẽto-
sæ, circa vmbilicũ cũ scarificatione vt vẽtositates ab interio
ribus attrahant, & cumini vsus & comestio. Sic verè vẽtosi-
tas inanis gloriæ,& superbiæ quã.s.rugitus iactantiæ, & ela-
tionis,gurgulatio impatientiæ, & indignationis (iuxta illud
Ioan.6. Vento magno flãte mare exurgebat)& eructatio ma
lorũ verborũ,q̃ diffamatoriæ locutiones comitant,solet ple
runq; plus nocere aïæ,q̃ humores i. q̃ carnales infectiones,
q̃a.s plus nocent pctã spiritualia q̃ carnalia, & magis displi-
cet Deo superbia,q̃ luxuria.Iudith 9.Superbi nunq̃ placue-
rũt tibi a principio. Debet ergo hõ ventosam q̃ sugat vento
sitatẽ,hoc est dictu, cõsiderationẽ circa vmbilicum propriæ
fragilitatis apponere,vt sic mediãte cõsideratione ꝓpriæ vi-
litatis possit de stomacho cordis vẽtositatẽ superbiæ extra-
here.Scarificatione cõfessionis debet vti,& cuminũ humili-
tatis sumere,& sic ventositatẽ superbiæ poterit tenuare. Vñ
Mat.14.dr̃ q̃ cũ Iesus ascẽdisset nauiculã,cessauit ventus. Ie
sus qui interpretat̃ saluator,est humilitas.¶ Vẽtri seu intesti
3 nis accidit multiplex dolor,& potissimè tortura viscerũ,seu
torsiones intestinorũ.Tales.n.generant̃, qñq; ex ventositate
intestinorũ substantiã extẽdẽte,qñq; ex humorũ multitudi-
ne viscerũ substantiã aggrauante,qñq; ex apostemate læsio-
nẽ visceribus inducente,qñq; ex lubricorũ multitudine cor
rosionẽ visceribus inferente,qñq; ex mẽbrorũ colligãtia cõ
passionẽ intestinis adijciẽte,qñq; ex humorũ acumine itesti-
na pungente,& vlcerante.Sic verè in intestinis cordis,& cõ-
scientiæ,qñq; generatur torsio inuidiæ,& doloris,vel ẽt tor
sio.i.pctm̃ qđ mentẽ stimulat atq; torquet. Iste igitur torsio
nes diuersæ diuersimode introducuntur. Accidunt.n.ex vẽ-
tositate inanis gloriæ, & præsumptionis,q̃ intestina mentis
extendit & inuat.Itẽ ex multitudine humorũ i.ex abundan-
tia terrenæ opulentiæ,& possessionis q̃ mentem deprimit,&
aggrauat. Itẽ ex apostemate tumoris,& indignationis,q̃ mẽ
tem lædit & occupat.Itẽ ex multitudine vermiũ.i.ex infesta
tione malæ familiæ, & carnalis cognationis,q̃ mẽtẽ mordet
& stimulat Itẽ ex colligãtia. i. ex vicinitate malæ societatis,
& congregationis,q̃ mentẽ cõcitat,& perturbat.Itẽ ex acu-
mine humoris.i.ex pũctione iracundiæ, & inuidiæ, tristitiæ,
& desperationis,q̃ mentẽ lacerat & inflammat.Ista.n.oĩa tor
siones & sollicitudines mentis inducunt,& cor quiescere nõ
permittunt, q̃a ꝓcul dubio mens humana pungitur qñ ma-
la societate cingitur,qñ vermiũ, & malorũ famulorum mul
titudine roditur, qñ apostemate superbiæ inflatur,qñ humo
re bonorũ tẽporalium grauatur,& qñ vẽto inanis gloriæ di
stenditur & sufflãt. Ista.n.sunt quæ pacem,& quietem mẽtis
impediũt,& torsionẽ sollicitudinis,& peccati inducũt. Esa.
13. Propter hoc oẽs manus dissoluentur, & oẽ cor hoïs ta-
bescet,& cõteretur,torsiones & dolores tenebunt,quasi par
turientes dolebunt.¶ Secundum Cõstantinum ventositas,q̃
4 torsiones inducit,qñq; resoluit̃ à materia sanguinea,& tunc
dr̃ dolor infixiuus,qñq; ex materia cholerica, & tunc dr̃ do
lor pungitiuus,qñq; ex phlegmate,& tũc dr̃ extensiuus, qñ-
que ex melancholia,& tunc dr̃ dolor aggrauatiuus, qñq; ex
vitreo phlegmate,& tunc dr̃ cõgelatiuus,qñq; ex solo vapo
re,& tunc dr̃ deambulatiuus,vt dicit cõmentator super Io-
annitium.Sanguis significat carnalẽ consanguinitatẽ.Chole
ra inter humores subtilior,significat sapientiã & subtilitatẽ.
Phlegma qđ est humor vt dicitur,& lubricosior, & imperfe
ctior,significat carnis conditiones,s.fortitudinem,& formo
sitatem,quæ.s.de facili lubricantur atq; fluunt. Melancholia
vero,quæ est humor terrestris,significat temporalem sub-
stantiã,& facultatem.Phlegma vero vitreum,qđ est frigidis
simum,vitreã,& splendentẽ mundi gloriam, & dignitatẽ si-
gnificat. Vapor vero significat propriã affectionem,& volun
tatem. Igitur dico,q̃ ventositas superbiæ,quæ.s.inducit tor-
sionẽ doloris,& inuidiæ & iracundiæ, põt generaliter ex sex
causis induci. Quia ꝑ certo ventositas inanis gloriæ, elatio-
nis, præsumptionis superbiæ quandoque accidit, & proue-
nit à materia sanguinea.i.ex cõsideratione parẽtelæ & gene
ris. Qñq; ex materia cholerica.i.ex consideratione propriæ
scientiæ,& subtilitatis. Qñq; ex phlegmatica.i.ex considera
tione propriæ fortitudinis,& formositatis. Qñq; ex melan-
cholica.i.ex consideratione ꝓpria temporalis opulentiæ,&
terrenæ facultatis. Qñq; ex vitreo phlegmate.i.ex splendo-
re fragilis,& vitreæ mundanæ dignitatis. Qñq; ex solo vapo
re,i.ex dispositione propriæ conditionis,affectionis & volũ-
tatis. Ex istis ergo sex causis producitur superbiæ ventositas,
ex qua.s.sequitur torsio mentis,& multarũ inquietudinũ di-
uersitas,quia.s.dolor infixiuus luxuriæ dolor pungitiuus in-
uidiæ,dolor extensiuus carnalis amicitiæ,dolor aggrauatiuꝰ
auaritiæ,dolor congelatiuus indeuotionis, & desidiæ,dolor
ẽt deambulatiuus leuitatis,& inconstantiæ, tales ventosita-
tes superbiæ solẽt comitari,& à diuersis diuersimodè gene-
rari. Et sic fit q̃ iuxta verbum ps̃. diabolus ꝓducit ventos de
thesauris suis, & percussit primogenita ægypti ab hoïe vsq;
ad pecus.¶ In torsionibus dolor tãto est grauior,quãto mate
ria subtilioribus latitat intestinis, & huc q̃a tunc minus pa-
tet locus euacuationis. Sic verè pctm̃ qđ est in intestinis sub
tilibus.i.in personis sapiẽtibus & subtilibus, magis est peri-
culosum q̃ illud qđ latet in simplicibus,rudibus hoïbus atq;
grossis,difficilius.n.euacuant̃ tales p cõfessionẽ, & iõ citius
incurrunt mortẽ,& dãnationẽ,q̃a.s.sicut dr̃ Hier.4.Sapiẽtes
sunt vt faciãt mala,bñ aũt facere nescierunt. Et Seneca dicit 6
q̃ nihil molestius veritati,q̃ nimia subtilitas.¶ Qñ intestina
replent̃ grossa,& viscosa materia,tunc ligant̃ intestina,& cõ
glutinant̃,ita q̃ natura se euacuare nõ põt, & sic necessario
sequit̃ interiorũ torsio,inferiorũ pssio,& ex fumositatũ rep-
cussione superiorũ summa perturbatio,& qñq; mors,& su-
bita destructio,sicut patet in colica passione. Sic verè qñ in
intestinis affectionis nostræ est aggregata grossa,& cõpacta,
& p malã cõsuetudinẽ indurata viscositas vitiorũ, ita q̃ per
cõfessionem nõ possunt eijci vel emitti, exinde ꝓcul dubio
requirit̃ torsio & remorsus cõsciæ,ꝓpssio & obstinatio despe
rationis & ægritudinis,fumositas erroris & ignorãtiæ,& ꝑturba
tio superiorũ.i.defectus sensus & sapiæ.psal. Turbati sunt &
moti sunt sicut ebrius,& oïs sapia eorũ deuorata est.¶ In in-
feriori intestino qđ colon vocat̃,a quo ẽt colica passio noïa
tur,qñq; fæces taliter desiccant̃,q̃ quasi obstructo stomacho
in interiorib. indurant̃,nec exterius ꝓ libito expellunt̃,ita q̃
tunc dolor & colica passio & viscerum torsio gñatur. Istius
aũt indurationis(vt dicunt medici)multiplex est cã. Prima
est calor excelsiuus à quo materia siccat̃ & induratur, & exi
re non permittitur. Secunda est materiæ grossities & cibi re
cepti cõculcatio,q̃ ad exitum non disponitur. Tertia est vi-
scositas phlegmatis,a qua materia ne exeat detinetur. Quar
ta est multitudo ascaridum & vermium mortuorũ,qui inui-
scati in intestino ab exitu prohibent̃. Quinta est insensibili-
tas intestini,q̃ nocumẽtũ fæcis nõ sentiẽs,ad expulsionem ip
sius nõ mouetur. Sic verè dico q̃ in intestino cõsciæ & volũ
tatis indurant̃ qñq; fæces vitiorum,& ibi p mẽtis nõ obstina
tionẽ taliter compinguntur,q̃ per cõfessionem nõ possunt
eijci,imo solent in conscia taliter detineri, q̃ torsio mortis
æternæ exinde solet sæpius suboriri. Verum istius constipa
tionis.i. istius impedimenti cõfessionis plures possunt esse.
causæ videlicet caloris auaritiæ inflãmatio,q̃a.s. auari & vsu
rarij nunquã volunt confiteri. Itẽ materiæ grossities.i. alicu
ius grossi & enormis criminis cõmissio. Enormitas.n. crimi
nis impedit cõfessionẽ. Itẽ viscositas.i.malæ cõsuetudinis de
tentio. Mala.n.cõsuetudo crimina mõstrata p cõfessionẽ re-
cedere non permittit. Item vermium mortuorum.i. pctõrũ
mortalium abundans conculcatio,quia.s.hõ aliquotiens ex
multitudine vitiorum desperat,& sic ipsa expellere per con
fessionem nõ curat. Item insensibilitas intestinorum.i.ipsius
voluntatis malitia & obstinatio,quia.s.mẽs obstinata( q̃ sen
sum spũalem perdidit )fæces vitiorum non percipit , neque
sentit,& sic ad expulsionem vitiorum,cum ipsa non sentiat,
nec de ipsis doleat,non attendit. Ex his ergo omnib. egestio
& confessio impedit̃,& dolor & desperatio,mors ẽt & æter
na dãnatio subsequunt̃,sicut de impio antiocho dr̃ 2.Mach.
9. Quòd apprehẽdit eũ dirus viscerũ dolor,& amara iterio-
rũ tormẽta.¶ Lubrici seu vermes aliquotiens in intestinis gi
gnunt̃,& ẜm diuersas materias ex quib.fiunt,diuersarum fi
gurarum efficiunt̃,& sic aliq̃ lõgi,aliq̃ lati, aliq̃ rotũdi inue
niuntur,à quib.s.vermib. multæ molestiæ corpori inferunt̃,
& ita adhærẽt intestinis,q̃ quousq; mortui fuerit, vix à cor-

pore expelluntur. Sũt ergo primo per amaram medicinã oecidendi,& tandem ipsos mortuos abhorrẽte natura, sunt de corpore expellendi. Hi igitur in patiẽte nisi expellanť, generant multos morbos, videlicet febrem, pruritũ nariũ, stridorem dentiũ, emissionem & masticationẽ linguæ, stuporẽ animi,& alienationẽ mentis,& tremorẽ corporis. Tangendo.n. & lędendo neruos interiores, necesse est pp membrorũ colligãtiã patianť ptes supiores,& exteriores. Per istos vermes possunt intelligi pctã, quæ s. conscientiã per remorsum corrodũt,& ẽt corrosionẽ mortis æternæ inducũt. Esa. 14. Subter te sternetur tinea,& opertmentũ tuũ erunt vermes. Vermes igitur.i. peccata ſm q̃ à diuersis materijs trahunt originẽ, diuersimodè varianť, sicut patet, qa auaritia ortũ sumit à diuitijs, luxuria a delicijs, superbia ab eminẽtiis, inuidia ab aliena prosperitate, impatiẽtia à ꝓpria aduersitate. Quid ergo? Procul dubio tales vermes faciũt hoi multa mala. Generant.n. febrem & ardorẽ cupiditatis, pruritũ voluptatis, stridorẽ crudelitatis, linguæ emissionẽ,& cõmasticationẽ vanæ loquacitatis,& detractoriæ verbositatis. Apoc. 16. Cõmanducauerunt linguas suas. Generant ẽt alienationẽ fatuitatis stuporẽ hebetis simplicitatis, tremorẽ desperationis & timiditatis,& abominationẽ cibi.i. doctrinæ & veritatis. ps. Oẽm escã abominata est aĩa eorũ. Vermes igiť nisi p cõfessionẽ citius expellantur, mortis æternæ periculum operantur. Et iõ necesse est q̃ primo necentur, & mortificentur cum amara medicina cõtritionis,& q̃ deinde expellanť cũ medicina expulsiua cõfessionis, vt sic dicať illud Exo. 16. Nõ cõputruit, nec vermis inuẽtus est in eo. Vel dic q̃ isti vermes significãt remorsus conscientiæ hoium dãnatorũ, q ipsos ꝑpetuo corrodũt & mordẽt. Eccl. 7. Vindicta carnis impij, ignis & vermis. Tales.n. vermes in intestinis conscientiæ positi stridorẽ dentium, & cõmanducationem linguæ per tormentorũ dolorem solent facere, alienationẽ mentis inducere,& tremorẽ,& stuporẽ ai generare. Matthæi 13. Ibi erit fletus, & stridor dentiũ. Vel dic q̃ isti vermes sunt viles,& improbi adulatores,& detractores, qui ꝓ certo in intestinis.i. in domib. & atriis diuitũ gignuntur,& quãdiu viuũt, p̃ sua corrosoria detractione, ipsorum cũ quibus sunt,& qui eis credunt, mentẽ à bono ꝓposito alienari faciunt,& dentib'& lingua stridere cõtra alios ipsos incitant, & inducũt. ps. Obseruabit peccator iustum,& stridebit super eũ dentibus suis. Cõstat.n. q̃ tales vermes, s. adulatores & detractores sunt cã quare magnates contra alios moueantur, & cũ stridore dentiũ contra innocentes aliquotiens debacchantur. ¶ Quotiens somẽda
9 est amara medicina ꝓ vermibus occidẽdis, necesse est, q̃ cũ aliqua dulcedine, vtpotè cum melle vel lacte sit commixta. Dulcia.n. vermes diligunt, q̃ sibi in corpore,& recipiunt, & sic cũ amaritudine se occidunt. Sic verè prædicator qñ vult vermes vitiorũ in auditoribus occidere, semper cum amara medicina pęnitentiæ seu timoris dei & lux iustitiæ debet miscere lac & dulcedinẽ spei,& diuinæ misericordiæ, qa. s. dum misericordiæ dulcedo recipitur,& diligiť, pœnitentiæ amaritudo melius,& libentius incorporať,& efficacius operať. Vel dic q̃ qñ diabolus vult vermes. i. peccatores occidere, morte. s. infernali,& vitiorũ, solet semper dulcedinẽ mundi deliciarũ, vel spẽ futuræ pęnitentiæ miscere vt sic cũ tali dulcedine mixtã peccati amaritudinẽ nõ sentiant, & sic mortis æternę periculum incurrant. Proue. 27. Aĩa saturata calcabit fauũ, esuriens vero ẽt amarũ pro dulci sumet. Aĩa.n. quæ est diuina gratia satiata, fauũ mundi delectabiliuũ contẽnit, & calcat, illa vero q̃ est esuriens,& peccatrix, pro dulcedine delectabiliũ amaritudinẽ peccati assumit. ¶ Ventri & intestinis
10 accidit fluxus humorũ,& inuoluntarius,& excessiuus. Istius tñ tres sunt spẽs. s. diarrhea, lyenteria, dysenteria. Diarrhea ẽ simplex fluxus, cum cibi nõ indigesti emissione,& absq; sanguinea egestione, q̃ prouenit ex liquiditate humoris, vel ex aliquali distemperãtia dissolutiui caloris. Lyentería est flux' cum indigesti cibi,& potus emissione, qñ.s. cibus ita crudus emittitur, sicut recipitur, q̃ fit ex villorũ stomachi abrasione cibos retinere non valente, vel alijs causis similibus. Dysenteria & fluxus ventris, aliqñ cũ sanguis emissione, aliqñ cum pellis intestinorũ abrasione, aliqñ cũ ipsorum intestinorum putrefactorum egestione contingens, ex choleræ acumine prouenієns & procedens. Procul dubio per istos tres fluxus possunt intelligi tres morales inconstantiæ,& dissolutiones, videlicet dissolutio in loquendo, in audiendo, in operando. Est.n. fluxus locutionis sicut diarrhea, quia. s. quidã sunt qui in verbis,& in exteriorib' moribus dissoluti sunt, à sanguine tñ peccati mortalis, & ab indigestione inhonestæ conuersationis se custodiũt, sed ex liquiditate humoris.i. ex ipsa naturali leuitate affectionis, in verba leuia, & aliquos dissolutos gestus prorumpunt. Item est fluxus,& dissolutio audit', sicut lyẽteria. Auditus.n. aliquorũ ita est dissolutus & leuis, q̃ de cibo verbi Dei nihil possunt retinere, nec in sui vtilitatem cõuertere vel mutare, sed potius crudum, & immutatũ reijcere,& horrere. Item est flux',& dissolutio operationis, q̃ est sicut dysenteria, q a. s. cum sanguine, & cruẽtatione peccati mortalis, ẽt cũ abrasione ois moralis virtutis, & etiam qñq; cũ putredine malæ consuetudinis, & cum totali corruptione intestini.i. affectionis habet fieri. Qđ ẽt solet ex acumine choleræ.i. ex ardore malæ cõcupiscentiæ generari. Ista ergo sunt tria genera dissolutionũ, quæ.s. diuersarũ sunt conditionum, quia. s. prima est grauis, secunda est grauior, tertia est grauissima. Et sic dico, q̃ est triplex fluxus malorum, de quo in ps al. Sicut cera quæ fluit, auferẽtur, supercecidit ignis .s. concupiscentiæ,& nõ viderũt solẽ. Vel dic, q̃ triplex ꝗ̃ ẽs fluxus est triplex spẽs prodigalitatis. Prima est non multum violenta, quæ. s. oia superflua emittit, necessaria tñ custodit. Scđa est magis excessiua, quæ. s. oia mobilia abradit, substantiam tñ intestini.i. hæreditatis dimittit. Tertia est excessiuior quæ. s. nõ solũ mobilia superflua, nõ solum ẽt mobilia necessaria destruit, imo ẽt ipsam substãtiã, intestinorũ, hoc est dictu, ipsam substantiã possessionũ,& immobiliũ bonorũ scindit, vẽdit, dilacerat,& cõsumit. Esa. 48. Scidit petrã,& fluxerũt aq̃. Multa põt dici de istis infirmitatib' trib', diarrhea lyenteria, dysenteria. Sed materia vř aliquantulum inhonesta.

## *De Hydropisi. Cap. 21.*

HYdropisis est tumor,& inflatura mẽbrorũ, ex errore virtutis digestiuæ contingens. Accidit.n. hydropisis qñq; ex indigestione, qñq; ex retentione. Nam qñ vir- 1
tus digestiua est debilis, ita q̃ pp defectũ caloris cibos receptos non põt bene digerere, nec in bonos humores cõuertere, solẽt exinde multæ superfluitates in hepate generari, q̃ diffusæ per membra, ipsa tumescere faciunt & inflari. Qñ etiam accidit, q̃ natura retinet humores qui alicubi solebant fluere, vtpotè quando hemorrhoides restringuntur, vel qñ membrum aliquod truncatur, q̃ illa portio humorũ quæ membrum illud nutriebat (cũ nõ habeat amplius quid nutriat) in corpore retinetur, tunc ex tali retẽtione, mẽbrorum inflatura, quæ dicitur hydropisis, generatur. Per istam inflatiuam infirmitatẽ põt superbia denotari, quæ s. per eleuationem inflat plus debito cor humanum. Duæ igitur sunt causæ principales quæ causanť,& principiant istũ morbum .s. defectus digestionis,& defectus expulsionis, qa procul dubio quando digestio.i. sensus, ratio & discretio, quæ. s. habet res coquere, cogitare, diuidere, distinguere, iudicare, pp carentiam caloris.i. charitatis in hoie deficit, ita q̃ cibos bonorum temporalium debitè per discretionẽ non regit, nec eos per expulsionem largitatis emittit, vel per susceptionẽ paupertatis voluntariæ à se dimittit, tũc exinde inflatura superbiæ gignitur,& mens tota erigitur,& inflatur. Deut. 1. Tumẽtes superbia ascenditis in montẽ. Sunt.n. quidam qui illũ humorẽ diuitiarũ quo deberent membra. i. pauperes nutrire, vel alias per largitatem, & elemosynã emittere, volunt per auaritiam retinere,& sic multiplicatione, & retentione earũ solent tumescere,& contra alios superbire, quia. s. ſm Augusti. Difficilè est vt superbus non sit, qui diues est. Vel illa possunt allegari contra quosdam, qbus ꝓ certo vtile est magnas curas,& sollicitudines habere,& plura mẽbra.i. plures personas nutrire, quia. s. qñ cura eorum diminuitur, & membra seu personæ, quę suis diuitijs nutriendæ fuerant, adimũtur, tunc ex retentione,& accumulatione humorum.i. diuitiarum tumescunt,& inflati hydropici.i. superbi fiũt. Nume-
ri 5. Inflato ventre cõputrescat femur eius. ¶ Hydropisis ge- 2
neratur vt cõiter ex distẽperãtia qualitatũ in hepate, pp qđ ex defectu virtutis, digestiuæ superfluitates generanť, q̃ per corpus diffusè faciunt inflaturam. Ex tali aũt morbo distẽperantia gigniť, ita q̃ hydropicus quanto plus bibit, tanto plus bibere delectatur,& ẽt rõne indigestionis humorum, tanto tumescit amplius & inflatur. Est igiť hydropicus tumidus, mollis, grauis, põderosus,& sitibũdus, ita q̃ vẽter taliũ more tym-

re tym-

re tympani resonat repercussus. Sic verè qñ i hepate.i.in mẽte quatuor humores i.quatuor affectiones distemperanť, & deordinanť, tũc virt⁹ digestiua,s.discretio deficit,& sic multiplex superfluitas vitiorũ ibidẽ gignitur,& accedit,& ita fit ibi inflatura superbię, sitis insatiabilis auaritiæ, mollities luxuriæ,& ponderositas accidiæ, q̃a procul dubio talis hydropicus,superbus s.vel auarus,quanto plus de diuitijs, & honoribus solet acquirere & bibere,tãto magis solet nouos honores & diuitias resitire, quia videlicet honores & diuitiæ potatę,& acquisitæ,mẽtẽ nõ satiant,sed potius ad alia acquirẽda ipsam irritant & inuitant. Vñ Proue.27.Infernus & perditio non implebuntur,sic & oculi hominum insatiabiles.

### De Ictericia. Cap. 21.

1 ICtericia est defœdatio cutis in qualitate,& fit ex cholera superabundante, & ebulliente cum sanguine se pmiscente,& ipsum inficiente,& per membra postea diffundente, & cutis infectionem seu æruginem inducente . Sunt autẽ tres spẽs ictericiæ. Crocea.s.quæ fit infectione choleræ citrinæ. Viridis,quę ex infectione choleræ prassinæ seu viridis.Nigra,q̃ fit ex infectione nigræ seu ẽt innaturalis. Sanguis.n.à talibus humoribus in hepate corruptus,& infectus,ad exteriores partes corporis nutriendas mittitur, & ẽm suã infectionem,illas quas tangit partes inficere cõprobatur. Sic ꝓ certo sunt aliqui,qui exterius in cute conuersationis multipliciter sunt infecti . Nam aliqñ sunt crocei.i.per fictã sanctitatẽ aurei. Aliqñ virides.i.p iuueniles cõditiones, & p carnalitatẽ humidi. Aliqñ nigri.i.per totalẽ infamiã obscuri,& diuersimodè sunt effecti. Nã qñ sanguis.i.affectio intus in hepate .i.in mente ex triplici cholera.i.triplici concupiscentia ebulliens efficitur,tunc necesse est, ꝙ cutis ad quam talis sanguis infectus mittitur.i.conuersatio quæ à tali affectione oritur, corrũpatur totaliter,& fœdetur quia.s.ex interioris infectione affectionis,procedit infectio cõuersationis & locutionis. Vñ Hier.super Ezec.3. Pro signo interioris hoĩs sunt verba et superentia.Minoribus.n.maiora monstrantur,& mens luxuriosa celari non valet,quin exterioribus gestibus ostendať. Vel si vis per istum sanguinẽ intellige p̃latum,officialem vel legatũ,qui ab hepate.i. à papa mittitur ad diuersas corporis ecclesiæ partes.pro mẽbris.i. ꝓ personis spiritualiter nutriẽdis.Sed quid?pro certo aliqñ cõtingit ꝙ talis sanguis.i.talis infectus est vitijs & corruptus, & sic partes ad quas mittitur solet inficere,& non nutrire,& suis malis,& corruptis verbis,& exemplis alios corrumpere & fędare. Qđ ẽt de hæreticis,& hypocritis prædicatoribus põt dici,qui alios nutrire

2 nituntur,& quos tñ fędare,& corrumpere nitunť 1.ad Corint.15. Corrũpunt bonos mores colloquia praua. ¶ Qñ in felle foramen inferius clauditur,pars corporis inferior vitiatur.&c. Vide bñ de felle.§.vltim. ¶ Ictericiã quæ est exterior

3 cutis infectio,multæ malę conditiones comitantur,quia.s.talis patiẽs solet habere calorem in hepate, sitim in ore, dolorem in fronte, & tinnitum in aure . Sic verè illi qui ictericia malæ conuersationis sunt fędati,vt cõiter calore luxurię inflammantur,siti auaritiæ fatigantur dolore inuidiæ stimulãtur,& tinnitu timoris, desperationis & tristitiæ p̃ cæteris pturbantur. Iob 15.Sonitus terroris semper in auribus impij.

4 ¶ Hemorrhoides sunt quinq; venæ in posteriori parte corporis cõstitutæ,ad quas qñq; natura mittit multas superfluitates, quæ tunc qñq; aperiuntur , & per ipsa corpus à dictis superfluitatibus liberatus,& à multis infirmitatibus præseruatur. In istis tñ venis duo contingere solent, videlicet nimia retentio,& excessiua euacuatio. Qñ.n.istæ superfluitates pl⁹ debito retinenť,tunc grauedo capitis,pallor faciei,põderositas renũ,& dispositio ad hydropisim,phthisim, maniam & melancholiam generatur. Qñ verò plus debito aperiuntur, & euacuãtur,tunc ex tali fluxu corpus debilitatur, & passiones varię efficiuntur. Per istas quinq; venas quæ sunt in posteriori parte corporis,intelligo illos,q̃ in gradu, & statu vltimo,& infimo in ecclesia sunt positi,s.simplices laicos,& seculares,q̃ quinq; ꝓ eo eo dicũtur,q̃a quinq; sensib.i.quinq; sensuũ appetitibus gubernanť. Isti ergo sunt à Deo specialiter ordinati ad sup̃fluitates diuitiarũ q̃ ad eos p̃cipuè mittũtur,& quæ eis præ aliis abundantius conceduntur,euacuandũ,& pauperibus per elemosynas erogãdũ. Sed q̃d? Pro certo isti qñq; istas sup̃fluitates diuitiarũ retinẽt,ipsasq; p largitatẽ non euacuant vt deberẽt,& ideo tunc multæ infirmitates.i.multa vitia in eis generanť, & grauedo seu põderositas pigritiæ,sitis auaritiæ,pallor inhonestę apparentiæ,hydropisis seu inflatura sup̃biæ necnõ mania, & alienatio crudelitatis,& sæuitiæ, occasionis talium diuitiarũ,& superfluitatũ retentarũ in eis ꝓducuntur. Idẽ bñ dicit ap̃lus 1.ad Tim.6.ꝙ radix oium malorũ est cupiditas. Et Eccl.5.dr̃ ꝙ diuitiæ aggreganť in malũ dñi sui. Qñ et accidit ꝙ aliqui tales diuitiarũ superfluitates excessiuæ p ꝓdigalitatẽ emittũt, seq; plus debito aliqñ aperiunt,& nihil sibi retinent, sed cuncta imprudenter expendunt,& sic fit ꝙ debilitas paupertatis in eis inducitur,& multæ ẽt infirmitates peccatorum,vtpotè impatiẽtia, tristitia, desperatio, furtũ ẽt mundanum in ipsis aliquotiens generantur. Eccl.27.Propter inopiam multi deliquerunt.

### De Renibus. Cap. 23.

REnes,vesica,& pelliculæ ventris,multas infirmitates incurrunt. Et primo quidem sciendũ est, vt de aliis si 1
leamus,ꝙ lapides & arenulæ generanť qñq; in renib. & vesica Humores.n.viscosi qñq; in renib. puectorũ vel in vesica puerorũ per intensum calorẽ indurantur, & in lapidẽ vel arenã mutantur. Per quos,meatus renũ,vel vesicę orificiũ opilantur , ita ꝙ vrinæ trãsitus totaliter impeditur, vel saltẽ cũ difficultate solent aquã illã superfluam distillare. Charissimi per renes,vbi latet virtus venerea,& p vesicã vbi aggregať superfluitas aquea, intelligo humanã affectionẽ, q̃ procul dubio quasi innatã vel venereã voluptatẽ, & quæ cõtinuè aggregat vitiorum superfluitatẽ. Per lapidẽ vero intelligo obstinationẽ,& per calorẽ,cõcupiscentiæ inflãmationẽ. Dico ergo ꝙ qñ in renibus,& vesica affectionis,& volũtatis humanæ,viscosi humores diuitiarũ , & deliciarũ abundant, (dico.s.quantũ ad affectum,& desideriũ earũdẽ) tũc procul dubio calor intensæ cõcupiscẽtiæ exinde lapidẽ obstinationis generat,& ipsos tẽporaliũ, & carnaliũ affectus p malas, consuetudines cõglutinat,& indurat, iuxta illud Iob 38. In similitudinẽ lapidis duranť aquæ. Sic ergo fit ꝙ renes,& vesica.i.interiores affectiones clauduntur, & vitiorũ suorum superfluitates per confessionẽ emittere per talẽ lapideã obstinationẽ impediuntur,vel saltem vix ẽt guttatim,& cum difficultate maxima ipsa mingere,cõfiteri & emittere dinoscũtur. Iob 20. Cum dulce fuerit in ore ipsius malũ,abscondet illud sub lingua sua,parcet illi, & non derelinquet illud . Vel dic ꝙ calor cupiditatis qñq; humorẽ viscosę, & carnalis affectionis per obstinationẽ,& parcitatis duritiã lapidificat , & constringit,& sic meatus liberalitatis obturat,& claudit,ita ꝙ superfluitatẽ vrinę.i.superfluitatẽ diuitiarum erogari , & mingi p eleemosynas non permittit,sicut patet de auaris, q̃ vel ex toto nihil p elemosynas erogãt,vel si erogãt, hoc guttatim difficiliter,& cũ dolore & displicẽtia illud stillant. Cõtra quos dicit. Senec.lib.4.de bñficijs,vbi ait. Ingratũ est bñficium qđ inter manus dantis diu hęsit, qđ quis ægre dimittere visus est,& sic dare,tanq̃ si eriperetur. ¶ Lapis in renib. qñq; gignitur ex potu aq̃ limosæ,& arenosæ. Lapis aũt iste sępissimè accidit pueris pp viscositatẽ humorũ. Mulierib.aũt aut raro aut nunq̃ accidit talis lapis, & hoc quia meatus habent largos,& q̃a multotiens,s.in menstruis,purgant humores superfluos, & corruptos. Sic verè lapis obstinationis , & duritiæ,qui ex aqua limosa prosperitatis, & mundanæ sapiẽtiæ aliquotiens gignitur,in pueris.i.in viscosis & carnalibus plusquã in aliis generatur. Mulieres aũt.i.simplices,qui conscientiæ meatus largos habent, ita ꝙ superflua vitiorũ liberè & sæpe per confessionem emittunt,& purgãt,obstinationis lapidem non incurrunt,sed per confessionem, & pęnitẽtiam ad Deum faciliter se conuertunt. Luc.21. Nõ relinqueť lapis super lapidem,q̃ nõ destruatur. ¶ Lapis qui ex viscosis, humoribus gignitur,facilius dissoluitur,q̃ ille qui ex arenulis generatur. Sic verè ille lapis.i. illa mentis obstinata duritia facilius põt frangi,quam viscositas carnalitatis inducit,q̃ illa quam arena diuitiarũ efficit , quia ꝓcul dubio carnales & luxuriosi facilius per contritionem dissoluunť , q̃ illi per auaritiam induranť. Iob 28. Lapis solus calore in æs vertitur. ¶ Cũ lapides aliquotiens(vt dictũ est)in renibus generentur hoc est verum,ꝙ si renũculus dexter lapidẽ habeat, pes dexter,& coxa faciliter stupefit,aut dormitat. Duo renunculi intellectum,& uoluntatem designant. Intellectus.n.est dexter, qui magis recta stupescit. voluntas vero est sinister q̃a semp ad simplicitatem vitiorum tendit. Duo aũt pedes significant

duplicem vitam, cõtemplatiuã.s.quæ est dextera, & quę per-
tinet ad intellectum,& actiuã, quæ est sinistra,& quæ princi-
paliter pertinet ad affectum. Lapis vero duritiã obstinatio-
nis designat, quæ nunc in intellectu,s.falsum pro vero acci-
piendo, nũc vero in affectu.s.malum pro bono obstinatẽ eli
gendo generatur,& inhabitat. Verum est igitur istud, q quo
tiens lapis obstinationis erroris q; & malitiæ,& in renuncu-
lo dextero.i.in intellectu gignitur, pes dexter.i.vita cõtẽpla
tiua obdormit, deficit,& sopitur. Si verò in sinistro rene.i.in
affectu & voluntate, obstinatio lapidea fuerint: tunc sinister
pes.i.vita actiua in hoĩe deficiet & stupebit. Idẽ bñ est necessa
rium hoĩ. q p Dei,& angelorũ seu p̃latorũ adiutoriũ defen-
datur, ne p talẽ obstinationis lapidẽ intellectus, & affect⁹ ip
sius illidat, iuxta illud p̃s. In manibus portabũt te, ne forte of
fendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. ¶ In vesica accidit passio ea defe-
ctu cõtentiuæ virtutis.s.inuolũtaria emissio vrinæ. Qñ.n.vir
tus cõtẽtiua est debilis, calorq; naturalis in renibus est for
tis, tunc pro certo rõne caloris fit in renibus magna humo-
rũ attractio,& rõne cõtentiuæ, q̃ debilis, fit illius inolunta-
ria emissio ad qđ ẽt facit qñq; relaxatio neruorũ in collo ve
sicę, qñq; ẽt somni profunditas, sicut patet in pueris, qui dor
miendo in lecto mingũt. Talẽ aũt infirmitatẽ patiẽtes solẽt
sitire,& vix aqua desideriũ satiare. Per istã infirmitatem pos
sum intelligere vitium prodigalitatis, quia.s.quidam sunt q
rõne caloris,& ardoris non cessant humores diuitiarũ attra
here, q̃a tñ virtutẽ cõtentiuã.i.prudentiã ipsas conseruandi
nõ habent, solent eas per prodigalitatẽ emittere nec ad ne-
cessitatẽ de ipsis aliquid retinere, sed potius per auaritiã con
tinuè sitire,& ardescere,& quantum per prodigalitatẽ emit
tunt, tñ volunt iterum bibere,& haurire,& semper per aua
ritiam famescere & sitire. Esa.5. Multitudo eorũ siti exaruit.
Vel dic q per tales patiẽtes intelligunt hoĩes incõstantes &
leues,& in suis operibus dissoluti, quibus p p malas cõsuetu-
dines,& habitus, quasi inuoluntariè accidit vitiorũ cursus,
& fluxus. Virtus.n.cõtentiua.i.tẽperantia, in talibus deficit,
calor vero concupiscentiæ in talibus conualescit,& iõ ab ip-
sis non cessat vrina,& superfluitas vitiorum fluere,& datu q
rõni eorum non placeat, ab ipsis nihilominus emanare. Ad
Roma.7. Velle adiacet mihi, p̃ficere aũt bonũ non inuenio.
Vel dic q ista superfluitas significat sup̃flua verba, q̃a.s.qui-
dã sunt q ea nõ valent continere, sed quasi inuoluntariè vidẽ
6 tur ipsa cõtinuè emittere, nec ab eis abstinere. ¶ Circa illas
partes corporis accidit qñq; quędã infirmitas q̃ dr̃ hernia, ni
hil aliud est q̃ ruptura vni⁹ pellis, quæ siphach à medicis dr̃,
quæ inter membra nutritiua,& generatiua collocatur. Con
tingit.n.illã pellẽ, vel ex nimio corporis conatu, sicut fit in lu
cta, vel palestra, vel in clamore,& cantu rũpi vel ea interiori
calore liquefieri,& relaxari,& sic inferius ad locũ testiũ de-
scendere,& infirmitatem non modicam generare. Per talẽ
rupturam põt intelligi viriñ discordiæ, quia p certo discor-
dia nihil est aliud q̃ quædam ruptio,& diuisio telæ seu pelli
culæ charitatis. Et p̃cul dubio ista qñq; accidit ex calore in-
terioris cupiditatis. Aliqñ ex clamore exterioris iniuriosæ
rixositatis. Aliquando ex lucta controuersiæ, litis,& contra-
rietatis. Hæc.n.omnia solent charitatem & amicitiam rum-
pere,& diuisionem discordiæ, doloremq; iracundiæ genera
re. Hiere.5. Confregerunt iugum, ruperunt vincula.

## De Gutta. Cap. 24.

GVtta vulgo.i.morbus articularis, est infirmitas in iun
1 cturis membrorũ contingens,& ibidem dolorem in-
ferẽs,& inducens. Diuiditur gutta in tres sp̃es, Chira
grã.s.q̃ habet fieri in digitis,& in manibus. Ischiadẽ,
vulgo schiaticã, q̃ habet fieri in coxis atq; crurib. Podagrã, q̃
habet fieri in talis atq; pedibus. Fit aũt hæc infirmitas,& ex
humoribus ad neruos ad iuncturas cõfluentibus,& se ibidẽ
inuiscantibus,& sic per consequẽs motũ inobedientibus,&
dolorẽ inducentibus. Chiragra ligat,& contrahit man⁹ ne
aperiantur, schiatica ligat crura ne sine dolore flectant. Po-
dagra vero ligat pedes ne motu volũtario moueãt. Talis tri-
plex gutta vr̃ mihi significare triplicẽ cõcupiscentia huma-
nã.s.concupiscentiã carnis, cõcupiscentiã oculorũ,& super-
biã vitæ. hoc est dictu luxuriã, auaritiã,& superbiam, quæ.s.
in iũcturis cordis ex humoribus superfluarum affectionum
gignuntur, ita q ab ipsis dolor & remorsus cõscientiæ causa-
tur,& motus bonorum operũ impeditur. Chiragra ergo est
auaritia, quę ligat manus ne aperiantur ad largitatem, ipsasq;
claudit,& contrahit per parcitatẽ, deformesq; gibbosas fa-
cit per infamiæ vilitatem, quia.s.manus.i.opera taliũ sunt tur
pia & infamia. Impotentes ẽt & aridas ipsas efficit, per inde-
uotionis siccitatẽ. Mat.12. Erat ibi hõ manum habens aridã.
Item schiatica est superbia. Ista est.n.illa infirmitas, quæ non
permittit crura cordis per humilitatẽ flectere, imo ipsa solet
in rigiditate & austeritate cõtinue detinere. Deuter.28. Per
cutiat te Deus vlcere pessimo in genibus,& in suris. Itẽ po-
dagra significat luxuriã. Ista est.n.infirmitas pedũ spiritualiũ
.i.affectuum, quos.s.inflammat per cõcupiscentiã,& pedũ ẽt
corporaliũ.i.grossuũ, quorũ.s.actus tollit per pigritiã. Idẽ bre
uiter de talibus tã auaris q̃ luxuriosis dr̃ in p̃s. Manus hñt,&
nõ palpabũt, pedes hñt & nõ ambulabũt. ¶ Podagra seu gut 2
ta pedũ gignitur in suauiter viuentibus, qui.s.parũ se exerci-
tãt,& à superfluitatibus corpora nõ emundãt. Fit ẽt in actus
carnis frequentantibus,& hoc p p fluxum,& motum humo
rum. Et inde est q eunuchi,& castrati nullaten⁹ podagrizãt,
simil̃r nec coeunt nec ẽt mulieres q̃ multipliciter se expur-
gãt. Vñ Hippocrates. Mulieres non podagrizant, nisi forte
menstruũ defuerit. Sic verẽ podagra pigritiæ torporisq;,&
desidiæ illis accidit, q lautẽ, deliciosẽ,& quietẽ volunt viue
re,& manere, actusq; carnis,& luxuriæ impudicitias exerce
re. Sunt tñ tria genera personarum quæ istud vitium non in
currunt.s.pueri.i.simplices,& innocentes, castrati.i.casti &
cõtinentes, mulieres i.pij teneri atq; clementes, dum tñ libẽ
ter se purgent.i.dum velint esse faciliter confitentes,& men 3
strua.i.vitia per confessionem expellentes. ¶ Licet pedes po
dagrã patiãtur p p humores, qui.s.illic fluunt, parũ tñ inflarã
vel tumescere comprobant,& hoc pro eo quia carne.i.neruis
nudati sunt. Sic verẽ pauperes; qui p pedes intelliguntur, po
dagram peccati,& pigritiæ, fluxumque luxuriæ aliquotiens
possunt pati, veruntamen inflaturam superbiæ pati impediũ
tur, pro eo q carne bonorum temporalium denudantur.

## De Apostemate. Cap. 25.

APostema s̃m Constantinum est superfluentium hu- 1
morũ in aliquo membro collectio putrefactionẽ fa-
ciens & tumorẽ. Fit aũt apostema hoc mõ. Humores
.n.quantitatiuè peccantes,& plus debito abundãtes
à calore cõsumi, vel à virtute expelli nõ valentes, in concaui
tatibus membrorum recipiuntur, ibiq; putrescunt,& corrũ
punt. Et sic in furno pasta posita ab igne desiccatur,& in su-
perficie crustulam quandã recipit sub qua latet, sic talis hu-
mor recollectus, p p violentiã caloris, quandã durã crustulã
sibi facit, sub qua putridus humor abscõditur,& ibi tumet;
includitur & velatur, ita q talis humor sic aggregatus,& tu
mens, apostema (sicut dictum est) nũcupatur. Apostema põt
significare peccatum in genere, quod.s.sem p concomitatur
humor tumor,& dolor, quia.s.in oĩ peccato est dare humo-
rẽ affectionis, q per malã intentionẽ corrumpitur, tumorem
elationis, quo mens contra Deũ erigit, dolorẽ remorsus,&
redargutionis, quo mens per synderesim mordetur atq; pũ-
gitur. Ideo de peccato generaliter põt dici illud Esa.1. Non
est in ea sanitas, s.in aĩa peccatrice.& quid ergo? respondet.
Vulnus & liuor,& plaga tumẽs. Fit.n.apostema peccati tali
mõ. Multiplicatio.n.humorum.i.affectionũ,& cogitationũ
malarum, vanarũ & superfluarũ, qñq; in concauitate cordis
recolligitur,& quia à calore contritionis vel charitatis non
consumuntur, quia ẽt à virtute expulsiua.i.à confessione non
eijciuntur. Idẽ tandẽ p malus consensus putrescunt,& in apo
stema peccati mortalis cõuertunt, qđ videlicet tria peccata
.s.mentis corruptio, cordis elatio,& conscientiæ remorsio
comitantur. Sed quid? Procul dubio isti humores corrupti.i.
istæ malæ affectiones p vitia putrefactæ, crustulã excusatio-
nis,& absconsionis sibi faciunt, sub qua semper latere volunt
& sub qua præ verecundia confitendi, ne appareant se abscõ
dunt. Generale est.n. q peccatum postquam consummatum
fuerit, excusationes & latibula sibi quærat,& præ verecun-
dia quantum põt secretius se abscondat, contra quod facit il
lud Prouer.28. Qui abscondit scelera sua nõ dirigetur in ter
ra, qui aũt confessus fuerit,& dimiserit ea, misericordiã con-
sequutus. ¶ Apostema qñq; sic habet fieri, quia.s.membra no 2
biliora, fortiora & superiora solent humores superfluos à
se reijcere,& ipsos ad alia membra ignobiliora, debiliora,&
inferiora mittere, ipsaque talibus humoribus penetrare,&
imbuere,

imbuere,& ibi apostema,cū se expedire nequeāt, generare, seq; de malis humoribus liberare,& mēbra quæ ipsos refutare vel expellere non prævalēt,onerare. Ista possunt allegari cōtra superiores,nobiles & potētēs,q nō cessant opprimere,& grauare subditos iferiores,& alios impotētes. Cū.n.dicat scriptura q vnusquisq; onus suū portabit, hoc tū isti nō solēt facere, imo apostemata,imminentia solent ad alios mittere,& eos io ita q ipsi portare debuerant opprimere,& grauare,& cū se defendere nequeant, apostemata ipsorū maiorum,& superiorum oporter eos tollere, & eorū grauamina sustinere. Istud spūaliter pōt allegari contra illos q subditos exactores faciūt,& loco sui ipsos fideiussores ponūt,& sic sit q eos incurrere apostemata pmittūt, & sic onus qđ illi portare debuerāt,isti tollūt. Thre.5. Patres nři peccauerūt,& nō sunt,& nos iniquitates eorū portauimus. Vel dic q qñ à superioribus nobilioribus,& ditioribus, supfluitates humorū .i.defectū & malorū exēplorum & docomentorū,ad inferiores,& debiliores mittunt, qñq; ipsa p̄ debilitate virtutis reijcere nequeūt,sed potius retinēt & recipiūt,& sic exinde apostemata vitiorū incurrūt,& qñq; morte perpetuā percipiunt & acquirunt. Eze.18. Patres nostri comederunt vuam acer-
3 bam,& dentes filiorum obstupescunt. ¶ Apostema qñq; habet fieri pp largitatē meatuū,per quos humores faciliter solent fluere. Qñq; pp liquiditatem humorum qui faciliter solent currere,& in aliquo mēbro se recludere, & arctare,ibique putrefieri,& in apostema se cōuertere,& mutare. Sic verè apostema peccati mortalis solet fieri ex duobus.s. ex largitate meatuū cōscientiæ, q̄ est nimis exposita ad peccādū. vel ex latitudine meatuum.i.sensuū,qui sunt nimis aperti ad delectabilia hauriēdū. Itē ex humorū i.affectuū fluxibili, & inconstanti liquiditate,quæ.s.sunt habiles vt ad peccata faciliter fluant,& vt per malā consuetudinē se constringāt, & in apostema alicuius mortalis criminis cōuertantur. Iob 38. In similitudinē lapidis durant aquæ,& superficies abyssi constringitur. Qđ nihil aliud est dictu,nisi q aqueæ,& fluabiles affectiones,in peccatum mortale per malas cōsuetudines indu-
4 rantur. ¶ Aliqñ sunt apostemata corrosiua,ex materia violēta,sicut est noli me tangere,quod est apostema in facie,cancer,lupus,& erisipelas. Illa sunt.n.apostemata quæ carnes,& neruos corrodunt,membrumq; cui insident,depopulant,& consumunt,q̄ postq̄ in membro radicata fuerint, vix aut nūquam amplius tolli possunt. Sic verè in corpore ecclesiæ, in diuersis membris,partibus, statibus, & collegijs qñq; generantur.i.hoīes tumidi & superbi,qui qñq; ita sunt per crudelitatē,& rapinā corrosiui. q membrū cui insident.i.locus & patria,collegiū vel ecclesia in qua manent, ab ipsis vastatur, & consumitur,& carne & neruis.i.bonis temporalibus exterioribus denudatur. Isti ergo dicuntur nolimetangere, quia pro certo ipsi nullo modo volunt tangi, corrigi vel reprehendi,quinimo ad modum illius infirmitatis, ex tactu correctionis solent amplius irritari. Prælati.n.& prædicatores istos sæpe intactos,& impunitos dimittunt, eo q ex talibus irritātur,& amplius q̄ antea mali fiunt. Iudicū 13. Caput eius non tanget nouacula. Iō bn̄ figurant isti in illis p̄latis,& prædicatoribus de quibus dr̄ Numeri 16. Recedite à tabernaculis hoium impiorū, & nolite tāgere qđ ad eos pritnet. Et dr̄ ibidem q illi qui tāgi sunt prohibiti,à terra penitus sunt absorpti.ad denotandū, q tales iniqui qui indigni sunt vt tanganē in præsenti vel puniantur, à terra.i.ab inferno sorbentur finaliter,& vorantur. Item isti dicuntur cancer, quia.s.sicut illa infirmitas quæ dr̄ cancer,plures habet pedes, brachia seu partes,ita q paulatim serpit, & p corporis latitudinē se diffundit,sic tales raptores paulatim solēt crescere, & serpere, & vndiq; brachia sua extendere,& partes vicinas rodere, & acquirere,quousq; totam patriam poteriorvsurpare 3.Re. 6. Extendebat cherubin alas suas. Itē isti dicuntur lupus, qa publicè finaliter solent rapere. Dicuntur ēt erisipelas.i.sacer ignis p antiphrasim,qa oīa solēt affligere,& cōburere, & qa more ignis nihil pōt eis sufficere. Prouerb.30. Ignis aūt nunquā dicit sufficit. Tales ergo ex quo assuefacti fuerint, & inueterati ad pmissa,via aut nūquā possunt eradicari,nec à sua malitia immutari. Esa.vlt. Ignis eorū nō extinguet. Vel si uis dic q talia apostemata significāt detractores, q membra quibus adhærent.i.socios cum quibus manēt, solent corrodere, & eos cū dentibus. i. cū verbis detractorijs, & iniuriatorijs infestare. Et pcul dubio isti dicunē nolimetagere,qa isti nullo mō volunt corrigi,seu tāgi. Prou. 15. Nō amat pestilēs eū q se corripit. Dicuntur cancer,quia occultè solēt serpere, & detrahere,qa sicut dr̄ Eccl. 10. Isti sunt sicut serpens,q mordet in abscondito. Dicunē ēt lupus, quia ēt publicè qñq; solent mordere. Dicunē insuper ignis,qa in se p malitiā, & inuidiā solent ardere,& alios affligere & nocere. Iob 31. Ignis est vsq; ad fundamentū deuorās. Vel dic q ista quatuor apostemata,sunt quatuor vitia corrosiua,& tā sui q̄ aliorū multipliciter afflictiua. Primum est superbia. Ista est nolimetangere,qa superbi nullū reputant dignum qui eos associet, & tagat. Scđm ē inuidia, quia.s.ista est p̄ more cancri occultè serpit & rodit. Tertia est iracundia & discordia seu sæuitia,qa ista more lupi publice lædit & furit. Quarta est auaritia,qa ista more ignis oīa consumit & vrit,& quanto plura acceperit,plus excrescit. Et ista quatuor figurantur Hier. 15. vbi dñs minatur pctōrib9, q ipse inducet sup eos quatuor spēs.i. volatilia cœli,ecce superbia q̄ solet se erigere,gladium ad occidendū,ecce inuidia q̄ solet pungere, bestias ad deuorandū, ecce iracundia quæ solet furere,canes ad lacerādū,ecce auaritia q̄ more canis insatiabiliter solet acqrere,& pauperes lacerare & affligere. Esa. 56. Canes impudentissimi nescierunt saturitatem ¶ Fistula est apostema qđ non est corrosiuū,sed poti9 putrefactiuū & corruptiuū. Dr̄ aūt fistula, eo q ad modū fistulæ est interius cōcaua, exterius vero foramina habet arcta. Cōtingit.n.fistula qñq; ex vulnere malè custodito, qđ interius saniē iōficitur, vñ nutrimentū adueniens in saniē cōmutatur, & dato q exterior superficies aliqñ claudatur, & solidetur,cito tñ iterū rumpit,& non solū vnum foramē,sed plura circa eā aperiuntur,& sic p vno orificio obstructo tria vel quatuor renascuntur. Talis fistula vr̄ propriè esse pctm̄ luxuriæ,qđ.s.ex vulnere tentationis malè custodito, & incautè curato, qñq; solet fieri, quia.s. humor carnalis affectionis, ibi p malū cōsensum solet putrefieri,& fistula luxuriæ generari, q̄ ppriè fistula dr̄, qa sub cute excusationū latitat,& celatur,ita q magna,imo maxima est interius, uel modica exterius æstimatur, sicut est in hypocritis. Vnum tñ verū q ista infirmitas nunq̄ ex toto pōt celari,qa pro certo dato, q foramen operiatur,& manifestatio ipsius aliquotiens ab hypocritis obstruatur,ita q eorum cutis,& cōuersatio sana,& integra videatur,finaliter tñ solet iterū aperiri,& non solū per vnum foramen.i.nō solum p vnum malū opus,sed per plura luxuria eorum quæ primitus latuerat,reuelare. Ista est.n.peccati luxuriæ proprietas, qa vbi magis latere creditur, eo magis aliquotiens publicatur. Ideò Dauid de peccato suæ luxuriæ in Bersabeæ dictū est 2. Reg. 12. Tu fecisti illud abscōditè ego vero faciam verbū istud in cōspectu oīs Israel,& in conspectu solis. Vel dic q qñ fistula luxuriæ inualuerit,vix pōt amplius sanari,imo multa foramina.i.multa ipsius opera, & genera,solēt circa eam generari,& exterius p multa orificia propalari ¶ Sunt aliqua apostemata venenosa,sicut anthrax, & erisipelas. Anthrax ēt à Cōstātino carbunculus dr̄,qa vrit sicut carbo. Vnū tñ est aduertendum, q in apostemate cuius materia est venenosa,& furiosa, nō est vtendū repercussiuis, sed potius mitigatiuis,remollitiuis,dissolutiuis, apéritiuis, ne forte materia venenosa ad interiora mēbra cōpulsa,mai9 & grauius inferat nocumentum. Et ēt in talibus venenosis anthracibus theriaca apponenda,& cum vino calido offerēda, & si corpus patiatur, ante oīa est flebotomia facienda. Theriaca.n.illam venenosam materiam ita cōsumit,& desiccat, q eam hō pro libito puluerizat. Sic verè qñ hō patitur carbunculum vel carbonem.i. furoris & iracundiæ actualem molestiam, & ardorē vtpotè qñ homo est in ipso ardore turbationis vel tentationis, nunquam est vtendum circa eum repercussiuis.i. verbis duris, & reprehensiuis,tunc.n. nihil hoc proficeret,quinimo interiora membra.s.cor & mentem grauius læderet,& turbaret,& ad faciēdum deterius irritaret, iuxta illud Eccl. 8. Non incendas carbones peccatorum, arguens eos. Contra tales igitur procedendum est cautè, cum verbis & operib9 dulcibus, māsuetis & lenitiuis,cōsolatiuis & mitigatiuis, ipsos.s. dulciter ad dissolutionem contritionis,& apertionem confessionis inducendo, & theriacā verbi Dei circa ipsum salubriter,apponendo; quia breuiter sicut dicitur Prouer. 15. Responsio mollis frangit iram; sermo durus excitat furorem. ¶ Aliqua sunt apostemata ita infectiua & corrosiua; q per medicinas uix aut nunquam curātur; & in talibus ē necesse quod ignis; & combustio apponātur.

vel etiam, q membrum in quo est, per chirurgibm abscinda
tur. Melius est.n. particulam corporis perdere, q̃ totum cor
pus periculo subiacere. Sic verè in ecclesia sunt multi ita in
se venenati, & alijs venenosi, q ad eorum curationē nihil pe
nitus valet correctionis vel redargutionis medicina, nec se-
ueritatis aliqua disciplina. Hier. 2. Frustra pcussi filios tuos,
disciplinam non receperunt. Quid igitur? Procul dubio con
tra tales necesse est per ignem, & ferrum procedere, ipsosq;
igni, & combustioni exponere (sicut fit de hæraticis) & fer-
ro et a corpore ecclesiæ præscindere, ne forte possint aliis
periculi causa esse. Ecclesię.n. prælato, patriæ, collegio, ui-
detur loqui saluator cum dicit Matth. 21. 5. Expedit tibi vt pe
reat vnum membrorum tuorū q̃ totum corpus eat in gehen
8 nam. ¶ In corpore accidunt multæ infirmitates quæ aposte-
matū similitudinem gerunt, sicut sunt vlcera, fistulæ, scabies,
& impetigo. Sunt igitur vlcera quędam vesiculæ quæ ex in-
tercutaneo humore inuicem cōgregato oriunt, & vi naturę
de interioribus ad exteriora attrahuntur, per q̃ tumor, pru-
ritus, & titillatio generatur, & cum rupta fuerint & aperta,
spsius cutis superficies defœdatur. Si verè cōcaua fuerint, si-
gnificant lepram & minantur. Talia vlcera, peccata venialia
designant, quæ.s. non ex profundo cordis, pueniunt, sed solū
in cute.i. in superficie conuersationis, ex humoribus interc
taneis.i. ex quadā assuefactione exteriori, & leuibus morib9
se dilatant. Ista tñ magna inserunt nocumenta, qa pro certo
ex talibus vlceribus venialiū peccatorū generatur pruritus
carnalis delectationis, tumor superbiæ, & elationis, fœditas
inhonestæ cōuersationis, & qñ vltra debitū abūdant, & per-
seuerant, signa sunt latentis in corde lepræ peccati mortalis
9 & corruptionis. Exo. 9. Erunt in hoibus, & iumētis vlcera
& vesicæ. ¶ Pustulæ sunt illæ vesiculæ puerorū, q̃ variolę nū-
cupant. De corruptione.n. menstralis sanguinis, à quo puer
suum sumpsit in vtero nutrimentum, dicuntur tales pustulæ
virtute expulsiua ipsius naturæ prorūpere, & ideo futuræ sa
nitatis solent (vt dicunt medici) signū esse, quinimo nisi exte
rius talis materia prorumperet, futuræ lepræ periculū desi-
gnaret. Repercutienda ergo nō est taliū pustularū materia,
sed potius cautè exterius attrahenda, ne forte si ab exitu p-
hiberet, morbus exinde grauior oriretur. Sic verè dico ipso
sanguine mēstruali.i. ex ipsa carnis, & sanguinis naturali affe
ctione & infectione (ex qua traducimus originē) generātur
in nobis pustulæ venialiū peccatorū, q̃.s. qñ natura.i. discre-
ta rō exterius p cōfessionē eijcit, sanitatis futurę in aīa signū
gerit, quia p certo illā cōscientiā sanā debemus dicere, quæ
ēt venialia per cōfessionē solet libenter eijcere, & fugare. E-
contra aūt nisi ista per cōfessionē pellant, lepræ peccati mor
talis periculū protestant, quia.s. nisi venialia per cōfessionē
exeant, faciliter in leprā mortalis criminis se cōmutant, & p-
pterea talis materia nō est repercutienda, nec ab exitu con-
fessionis impedienda, sed p confessionē exterius extrahēda,
ne forte, put dictū ē, exinde sequatur culpæ mortalis grauis
infirmitas, & horrēda. Iō bene dicit Aug. de decem chordis.
Nō negligatis venialia quia minima, sed timeatis potius qa
10 plurima, arenæ.n. pulueres, & pluuiæ guttæ nocēt, & ideo ti-
mēda est ruina multitudinis, & si nō magnitudinis. ¶ Nutrix
summè debet cauere ne aperiat pustulas puerorū. Si.n. ante
tempus rūpantur, in cute remanent deformes, & perpetuæ
cicatrices. Si verè; plātus vel corrector benè caueret ne pu-
stulas puerorū.i. defectus & vitia subditorū in cautè aperiat
& reueler, nā dato q infirmitas peccati seu pustula recede-
ret, cicatrix tñ perpetuæ infamiæ in ipsis remaneret, si ipsas
incautè aliis aperiret. Apoc. 9. Aperuit puteum abyssi, & exi-
uit fumus. Quia.s. qñ puteus vitiorū aperitur, & detegitur,
fumus infamiæ sequit, q vix amplius tollitur vel sanat. ¶ Sca
bies ēt sub noīe apostematū pōt poni. Fit aūt scabies ex cor-
11 ruptis humoribus intercutaneis, quos.s. natura mittit ad exte-
riora, vt mūdificet interiora. Humores ergo q subtiles sunt
& liquidi, faciliter fumo, & sudore soluūtur, grossi vero sub
cute remanent, & in scabiē postea cōuertunt. Sic verè calor
cōcupiscentię humores affectionū malarum, & corruptarū,
exterius ad cutē conuersationis eijcit, & scabiem malorum
exemplorū introducit. Vel dic q de humoribus corruptis.i.
de peccatis interioribus, natura.i. rō discreta intendit mūdifi
care mentē, & interiora, & iō ipsa semp nititur p cōfessionē
trahere ad exteriora. Veruntū sæpe fit q humores subtiles.i.
culpæ leues dissoluunt & confitent, grossæ vero, & enormes
abscondūtur, & recluduntur, & sub cute.i. interius in cor-
de celantur, & retinētur, & scabiē & saniē infectionis, & pru
riginē malæ delectationis in cute.i. in cōuersationis superfi-
cie finaliter operant. Et sicut scabies ex vitio splenis qnq; so
let fieri, q̃ vix aut nūq̃ pōt inueterata sanari, sic ex splene vbi
est sedes melācholiæ.i. ex desperatione, & tristitia melācho
lica, qnq; spēs pcti gignitur, q̃ vix sanatur amplius aut curat.
Hie. 30. Insanabilis est dolor tuus, pessima plaga tua. De sca-
bie inquantū sumitur p tinea capitis, vide supra de infirmi-
tatibus capitis circa finē. ¶ Impetigo est quædā cutis minotis 12
sima serpigo, ex cholerica, & ignea materia pcedens, & pru
ritū, & serpiginē introducēs. Ista ēt serpigo dr, qa.s. per mē
bra serpit & diffunditur. Delectabilis aūt est ista serpigo qñ
fricatur seu scalpitur, sed postea in fine dolor, & coctio intro
ducit. Ista passio pōt significare pruritū, & appetitū luxuriæ,
quā.s. introducit, & perficit cholera.i. ardor carnalis concu-
piscentiæ. Ista.n. impetigo dr, quia mentē semper solēt impe
tere & inuadere. Serpigo noiatur, qa p mēbra corpis solet
serpere & discurrere, & ista qñ scalpitur, & perfricatur, solet
delectationē facere, & inducere, in fine tñ coctionem, & do
lorem remorsus, & displicētiæ solet in cōscientia causare, &
in inferno afflictionem perpetuam generare, quia.s. sicut di-
cit Augus. Momentaneum est quod delectat, æternum vero
quod cruciat. Prouer. 14. Extrema gaudij luctus occupat.

## *De Lepra. Cap. 26.*

LEpra est vniuersalis membrorū corruptio, quæ in va- 1
sis corporis.i. in venis, neruis, arterijs concauitatibus
cordis & hepatis, & alijs similibus incipit, in mēbris
vero, & extra vasa perficitur & cōpletur. Corrupto.n.
humore nutrimētali in vasis interioribus restat vt faciliter
corrumpant mēbra, q̃ ex ipsis humoribus nutriunt, & q ex
ipsa corruptione humorū corpus cū membris oibus corrū-
patur, q̃ qdē vniuersalis corruptio lepra generaliter noiat.
Sic verè qnq; accidit, q interius in vasis cordis conscientiæ
fit corruptio humorū.i. cogitationū & affectionum, iuxta il
lud Sopho. 3. Diluculo surgentes corrumpunt oēs cogita-
tiones suas. Et tunc procul dubio necesse est, q membra ex-
teriora.i. mores exteriores inficiant, & q sm corruptionē in-
teriorū exterior cōuersatio, & opatio corrūpant, q̃.i. ab ip-
sis interioribus nutrimentū seu principiū sortiunt, qa p cer-
to statim vbi corrupta est interior intentio, & affectio, cor-
rūpitur cōuersatio, & operatio, & sic lepra pcti q̃ fuerat spe
cialis, efficitur vniuersalis, & generalis. Prouer. 25. Fons tur-
batus pede, & vena corrupta, iustus cadens corā impio. Ac si
diceret q corrupta vena conscientiæ, necesse est q corā im-
pio diabolo cadat, & deficiat rectitudo totius moralis iusti-
tiæ. Vel dic q istæ venæ sunt religiosi, prælati, prædicatores
& doctores, in quibus dr esse fons gratiæ, clementiæ & bonæ
affectionis, & scientiæ, pro membris.i. p exterioribus secula
ribus nutriendis. Sed pro certo sæpe fit q in istis corrumpit
generaliter talis humor.i. affectio p delectatiōes, gratia per
peccata mortalia, clemētia per auaritiā, scientia p hæresim
vel per ignorantiā. Sic igitur fit q talib. humoribus nutrimē
talibus corruptis, mēbra i. seculares, & subditi, q ab ipsis nu
trimenta pdicta sumunt, eorum malis exemplis, & doctrinis
corrumpantur, & lepra diuersorum criminū imbuantur, qa
pro certo peccatum, & corruptio ecclesiasticorū est genera
lis infectio singulorū. Hier. 23. A prophetis Hierusalē egres
sa est pollutio super oēm terram. Leprarū quatuor sunt ge- 2
nera', sm q quatuor humores diuersimodē corrumpuntur
.s. elephantina, quæ generatur ex corruptione melācholiæ,
elephas.n. est aīal melancholicum. Itē alopecia q̃ fit ex cor-
rupto sanguine. & dr ab alopix, qđ ē vulpes, qa.s. talis lepro
sus more vulpis pilos deponit. Itē ophiasis seu serpētina, quę
fit ex corrupto phlegmate, sic dicta, eo q talis patiens more
serpentis pellem deponit, & pdit. Itē leonina, quę fit ex cho
lera rubea corrupta, sic dicta, eo q more leonis oīa deuorat
& consumit. Per istas quatuor spēs leprę, possum intelligere,
quatuor species mortaliū pctōrum.s. auaritiā luxuriā malitiā
& superbiā. Auaritia.n. lepra melancholica, & elephantina,
qa.s. istā cōcomitari solet melācholia corrupta.i. tristitia, &
sollicitudo, & elephātina terrestritas, grauitas, inflexibilitas
& grossitudo, quia procul dubio auari, more elephantis sunt
inflexibiles ad pietatem, sunt grossi, graues & inclinati ad te
renam facultatem, & sunt melācholici, & tristes per sollici-

tudinem & anxietatem, quia sicut dr̃ Ecc.5. Saturitas diuitis
nō finit eum dormire. Seneca.n.dicit q̄ nullus pōt esse simul
diues & fœlix. Luxuria est lepra ophiasis vel serpentina, quia
.s.ista est q̄ à sanguine nascitur, & quæ more serpentis, pelle
bonæ & honestæ conuersationis p̄ cunctis vitijs spoliatur, &
per quā sicut per serpentem venenū & infectio ad alios deri
uatur, quia sicut dr̃ Num.19. Quicquid tetigerit immundus
immundum faciet. Malitia est lepra vulpina seu alopecia, q̄
.s.à corruptione phlegmatis.i.à peruersitate fragilis & fluxi-
bilis affectionis ꝓcedit, & q̄ more vulpis fallaciter incedit,
ita q̄ pilos.i.amicos sibi adhærētes perdit, & nudus sine ami
cis existit. Malitiosi.n. & proditores nunq̄ amicū inueniunt,
pro eo q̄ nulli fidē custodiunt, sed oēs potius decipiunt atq;
produnt. Vnde Eccl.20. Fatuo non erit amicus. Superbia est
lepra leonina, q̄.s.à rubea cholera, quæ est humor cæteris le
uior.i.à leuitate mentis oritur, & per ipsam sicut per leonē
aial superbissimū, circumnascentes alij deuorantur. Et bre-
uiter ista sunt vera, q̄ auari sunt hodie magis in diuitijs, & in
flexibiles ad misericordiā vt elephantes, Luxuriosi alios infi
ciunt vt serpentes. Malitiosi alios decipiunt sicut vulpes. Su-
perbi vero alios cruciāt & deuorāt vt leones. Et iō tales qua
druplices pctōres figurari pñt 4.Re.7. vbi dr̃ q̄ quattuor vi-
ri leprosi famelici transfugerunt de porta Samariæ ad castra
Syriæ, vbi.s.intrantes tabernacula, inuenerunt copiā bonorū
& biberunt & comederunt, & aurum & argentum & vestes
tulerunt & absconderunt. Samaria quæ interpretatur custo
diens dñm, significat ecclesiam vel gratiam, in qua & per q̄
dñs custoditur. Syria vero q̄ interpretat̃ humecta, significat
mūdum, qui.s. per imbutionem vitiorum totus est madidus
& humectus. Sic ergo fit q̄ quattuor leprosi.i. quattuor gña
prædicta hoim spūaliter leprosorum & pctōrum.s.auari, lu-
xuriosi, malitiosi, & superbi, Samariam.i. diuinā grām & ec-
clesiam deserunt, & contemnunt, & ad castra Syriæ.i.ad sta-
tus mundi pro posse transfugiunt & accedunt, vbi qñq; bo-
norum terrenorum copiā inueniunt & acquirunt, & come-
dendū & bibendum, & ad aurum & argentum abscondendum
dum & thesaurizandū intendunt. Lu.4. In dieb. Helisei erāt
3 multi leprosi in Israel. ¶ Leprosos multa incōmoda comitā-
tur. In istis.n.caro corrūpitur, oculi scintillant, palpebræ ro-
tundantur, nares angustantur & cōtrahuntur, vox rauca effi
citur, crura insensibilitate grauantur, digiti curuantur, cu-
tis & carnis superficies vnctuosa intantū fit, q̄ aqua superfu-
sa nō adhæret, sed dilabitur, & inficitur intantū q̄ eius fœto-
re alij corrūpuntur, musculi cōsumunt̃, & tota cutis superfi
cies maculis deprauatur, & ēt ipsa leprosi facies pustulis, &
immunditijs deturpatur, pilis denudatur pediculis & vermi
bus molestatur, cutis scindit̃ & diuiditur, & squamositate, &
serpigine sordidatur, & breuiter, tanta est leprosi corruptio,
q̄ cohabitantes corrumpit & inficit, quinimo etiā leprosi ef
ficiūtur tā filius q̄ filia qui ab eo gñatur, quapropter necesse
est vt leprosi à sanorum cōsortio separentur, & vt soli & soli
tarij recludantur. Per talē leprosum possum intelligere pctō
rē, maximè illum cuius natura.i. vita ex toto est vitiosa, fœti
da, & corrupta, quia procul dubio tales leprosi.i.hmōi pctō
res multos patiuntur defectus, & ab alijs cognoscuntur per
multiplices malos actus. Isti.n. habent carnē corruptā per lu
xuriæ fœditatē, cutē ēt cōuersationis ita vnctuosam & pin-
guē p carnalitatē, q̄ nulla aqua doctrinæ vel grāæ pōt eis ad-
hærere, quinimo ipsam solēt contēnere & reijcere p obstina
tionis peruersitatē, q.s. luxuriosi sunt illi in quib. nimis ꝓfi-
cit verbū Dei. Eccle.21. Verbū sapiens quodcunq; audierit,
sciēs laudabit, & ad se adijciet. Audiuit luxuriosus, & displi
cebit ei, & proijciet illud post tergū suū. Oculi ēt taliū scin-
tillat per luxuriosos & impudicos aspectus. Rotūdi ēt, clau
si & parui sunt, per ignorantiæ defectum 2.Pe.2. Oculos habē
tes plenos adulterij. Vel alio modo oculi eorū scintillāt per
malitiam, & clausi & rotundi sunt per cautelā & fallaciā. Itē
isti valde strictas & tenues hñt nares deuotiōis, & valde rau
cā & implacidā vocē orōnis, laudis, & grārum actionis, nec
nō valde hñt insensibiles tibias & pedes affectionis, & ex to
to corruptus est anhelitus.i. flatus locutionis & malæ sugge
stionis.intantū q̄ ipse est aliorū infectiuus, q̄ sunt suæ societa
tis & cohabitatiōis. Quia ꝓcul dubio pctōr vt cōiter est ma-
litiosus & cautus, indeuotus, insensibilis, & in orōne raucus
& in verbis fœtidus & corrupt᷒. ps. Raucæ factæ sunt fauces
meæ defecerunt oculi mei. Voces.n. istorū raucæ dñr, eo q̄
Deo non sunt placidæ, nec ab eo exaudiuntur. Io.9. Scimus
qm̄ deus pctōres nō audit. Itē digiti istorum per parcitatē &
auaritiā solēt cōtrahi, ita.s. q̄ ad pauperes nō extendunt̃. Mu
sculi suæ fortitudinis solent detrahi. Cutis suæ cōuersationis
maculis & pustulis diuersorū defectuū, videlicet malorum
actuū gestuū & aspectuū solet infici, & squamositate vilis & ī
honestæ vitæ destrui. Pilis virtutū exui & nudari, & eius con
scientia vermib. malorū desideriorū, & remorsuū corrodi iu
giter & turbari. Eccl.7. Vindicta carnis impij, ignis & vermis.
Ignis dico mali desiderij, & affectus, & vermis mali suspirij,
& remorsus. Breuiter ergo isti sūt aliorū infectiui, & suis ma
lis exemplis & verbis corruptiui, & ēt malorū & corrupto-
rū filiorū.i.subditorū, sociorū & auditorū gñatiui & produ
ctiui, quia sicut dr̃ Eccl.13. Qui tetigerit picē, inquinabit̃ ab
ea. Bonū est igit̃ tales corruptos & malos ab aliorū cōsortijs
seiungere, & ne alios inficiāt, ipsos ēt per mortē corporalē (si
sit necesse) à cōicatione fideliū separare. Matt.13. Separabūt
malos de medio iustorū, & mittēt eos in caminū ignis. Iō de
leproso dr̃ Leu.13. Oī tpe quo leprosus est & immundus, so-
lus habitabit extra castra. ¶ Homo ex multis & diuersis cau 4
sis solet fieri leprosus. Aliqñ ex alterius leprosi cohabitatio-
ne & frequentatione, contagiosus.n. est morbus, & aliorum
infectiuus. Aliqñ ex mulieris, à leproso statim cognitæ, carna
li cognitione. Aliqñ ex leprosorum parentum generatione,
& traductione, lepra.n.à parentib. transfertur ad posteros, &
rōne corrupti seminis generantis transit ad generatos filios.
Item aliqñ accidit lepra ex corrupti lactis educatione, vel ēt
ex sanguinis menstrualis cōceptione, quia pro certo puer le
prosus aliqñ efficitur, qñ in profluuio sanguinis menstrualis
gignitur, & qñ lacte mulieris corruptæ nutritur. Itē accidit
qñque lepra ex causis exteriorib.s. ex corrupto aere, ex cor-
ruptis cibis, vel nimis frigidis, vel nimis calidis, vtpotè ex ni
mio vsu alij, vel piperis, vel ex vsu porcinæ vermiculosæ car-
nis. & ēt aliquando ex morsu alicuius serpentis vel reptilis.
Sic verè dico spiritualiter loquendo, q̄ homo potest lepro-
sus.i. peccator & corruptus fieri, multis modis. Ipsum.n. infi
cit leprosorum.i. est aliorum peccatorum cohabitatio & so
cietas, quia.s. societas vnius mali inficit multos. ps. Cum san-
cto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Item ipsos infi
cit malarum mulierum contactus, & carnalitas, parentum le
prosorum.i. malorum prælatorum exemplum & iniquitas,
corrupti lactis.i. coruptæ doctrinæ hæresis & peruersitas, &
sanguinis menstrualis.i. carnalis immunditiæ corruptio atq;
fœditas. Lepra peccati à malis parentib. & prælatis per mala
exempla ad filios.i. ad subditos transfunditur. Homo etiam
leprosus à nutricibus.i. à malis prædicatoribus, lacte corru-
ptæ, & hæreticæ doctrinæ nutritus, efficitur, & ex conta-
ctu corruptæ mulieris, & contactu sanguinis & libidinis vi-
tiatur. Esa.63. Aspersus est sanguis super vestimenta mea, &
omnia indumenta mea inquinauit. Item dico q̄ homo lepro
sus, i. peccator efficitur, qñ corrupto aere.i. corruptis alioru
exemplis tangitur, qñ malis cibis.i. bonis tpalibus, ipsum.s.
more alij & piperis per auaritiam calefacientibus, immodè
ratè vtitur. Item qñ carnibus vermiculosis porcinis.i. carna-
libus delicijs incautè nutritur, & pascitur, & qñ à reptilibus
.i. demonibus per tentationes mordetur atq; pungitur. Ista
.n. sunt, quæ hominem corrumpunt mortaliter & inficiunt,
& in ipso lepram peccatorum mortalium introducunt, quia
pro certo homo leprosus efficitur, & peccator, ex omnib. su-
prædictis.s. ex malis exemplis, & diuitijs, & delicijs, ex tenta-
tionum morsibus & violentijs. Et sicut lepra vix aut nunquā
pōt curari, quamuis possit aliquotiēs palliari, sic verè ex quo
in lepram.i. in vitiorum totalem corruptionem quis delabi-
tur, vix amplius per pœnitentiam medicatur, & nisi per di-
uinum miraculum, nūquam ad sanitatem gratiæ reuocatur,
quamuis qñque per hypocrisim pallietur. 4.Re.15. Habitauit
in domo separata, & fuit leprosus vsque in diem mortis suæ.
¶ Ad curationem lepræ vel saltem palliationem, summè dr̃
valere serpens rufus, cum ventre ambo, cauda & capite p̄ci-
sis, si coctus in porris sæpius assumatur. Vel si vinum in quo
putrefactus fuerit, sæpe sapientib. propinquetur, sicut dicit
platearius. Contra multos.n. morbos valet talis serpens be-
ne coctus (vt ait) sicut exemplificat de quodā cæco cui vxor
dedit loco anguillæ serpentem cum alijs comedere, vt eum
interficeret, qui comedit, & multo sudore emisso, visum re-
cuperauit. Talis serpens est Christus, per serpentem qui in li
gno

gno suspensus, extitit, figuratus. Num. 21. Iste. n. dr rufus, pro
eo q suo proprio sanguine extitit rufatus, qui cum portis. s.
eum passionis acredine fuit coctus, & in vino sacræ scriptu-
ræ positus & immissus. Igitur si quis lepram peccatorũ mor
talium incurrerit, & cecitatem & obstinationem mentis cõ
traxerit, sumat per deuotionem istum serpentem Christum
sic coctum & passum, mortem. s. ipsius cogitando, & potum
sacræ doctrinæ, in quo iste latitat, degustando, & sic a lepra
pcti curabitur, cæcitas suæ mentis per gratiã illuminabitur,
& à morte æterna, q̄ vxor sua i. sensualitas vel caro sibi intẽ
tare voluerat, saluabitur. Vel dic q serpẽs significat corpus,
vinum vero designat sanguinem Christi, cuius esus & potus
in sacramento altaris peccatum tollit, lumen gratiæ tribuit,
& à morte æterna custodit. Io. 6. Qui mãducat carnem meã,
6 & bibit sanguinem meum: viuet in æternum. ¶ Morphea est
macula in cute, veniẽs ex nutrimẽti corruptione. Et est mor
phea in cute, sicut est lepra in carne. Est. n. quædam infectio,
quæ est in sola cute, alba, crocea seu nigra, quæ qñq; est incu
rabilis, qñq; vero curabilis est. Si. n. illa macula acu pũcta san
guinem emittat, curabilis indicatur, si vero puncta sangui-
nem non emiserit, tunc incurabilis reputatur. Per talem cu-
tis maculam intelligo vitia exterioris conuersationis, vtpo-
tẽ insolentias verborum, gestuum, & modorum. Ista. n. in so
la cute conuersationis qñque inueniuntur, ita q intus in cor
de nullatenus profundantur, quia multi sunt qui ex quadam
morũ leuitate exterius mali, & maculati videntur qui tñ esse
interius in corde sine lepra pctõrum mortalium dinoscunt.
Sed breuiter hoc est verũ q morphea & macula peccati in-
solentiæ vel defectus siue sit mortalis siue venialis, tunc cura
bilis & sanabilis est, qñ puncta per correctionem & tribula-
tionem & redargutionem, emittit sanguinem pcti confessio
nem & per lachrymosam compunctionem. Si verò homo p
tribulationes à Deo vel a prælato pũctus fuerit, lachrimãq;
doloris contritionis & confessionis non emiserit, de talis hõ
minis curatione spirituali nulla spes erit. Qui. n. in tribula-
tione, & correctione positus induratur, ita q de se nec pecca
tum confitendo nec lachrymam cõpungendo, emittere cõ
probatur, talis proculdubio non potest sanari, nec ad bonũ
cõuerti, corrigi vel curari. Hie. 30. Insanabilis est dolor tuus
Hier. 5. Domine verberasti eos, & non doluerunt, attriuisti
eos, & renuerunt disciplinam.

## De Veneno. Cap. 27.

1 VEnenum est illud per quod sine infirmitatẽ præce-
dente vel absque humorum distemperantia excedẽ
te, mors homini intentatur, & per quod ratione im-
proportionis cum humana cõplexione natura cor-
rumpitur & necatur. Venenorum igitur plura sunt genera,
quia. s. homo venenatur ex morsib. reptilium, vel serarum.
Qñque ex succis arborum vel herbarum. Quandoque ex ve-
nis lapidum vel terrarum. Argentum. n. viuum, & arsenicum
sublimatum, in venis terræ inueniuntur, succus taxi & cicu-
tæ de plantis eliciuntur, humores scorpionis & serpentis, ab
eorum spiculis & dentibus infiguntur. Et istorum venenorũ
quædam interficiunt ratione excessiuæ frigiditatis. i. cor con
stringendo, & calorem naturalem mortificando. Alia vero
occidunt ratione nimiæ caliditatis. s. calorem naturalẽ dis-
soluendo, & rarefaciendo, & ipsum euaporare & deficere cõ
pellendo. Alia, ratione nimiæ siccitatis, corrodendo intesti-
na & perforando. Alia, ratione nimiæ humiditatis putrefa-
ciendo & corrumpendo. Sic verè loquendo spiritualiter, oẽ
illud venenum animæ dr per quod anima inficitur, & per tẽ
tationes & complacentias intoxicatur, & per malos cõsen-
sus & opera occidit & necatur. Tria sunt ergo præcipua ve-
nena & venenosa ipsi aiæ peccatrici. Primum sunt dentes &
humores reptilium. i. verba suggestiones & morsus demo-
num & hominum malignorum. s. adulatorum, luxuriosorũ,
deceptorum, hæreticorum, & detractorum. Istorũ. n. sugge-
stiones, tẽtationes & verba ipsi animæ sunt venena. ps. Vene-
num aspidum sub labijs eorum. Secundum venenum est suc
cus herbarum. s. liquor carnalium delectationum, quia pro cer-
to anima per delicias inuenenatur, & morte luxuriæ & pi-
gritiæ deprauatur. Vnde de vino quod est succus plantæ, dici
tur Prou. 23. Ne intuearis vinum qn flauescit, vel cum splen
duerit in vitro color eius. Ingreditur blande, sed in nouissi-
mo mordebit vt coluber, & tanquam regulus venena diffun-
det. Tertium venenum sunt venæ terrarum. i. venæ terrestriũ
diuitiarum, quæ præcipuè in venis terrarum consistunt. s. in
lapidibus & metallis, quæ de terra effodiuntur, quia procul
dubio illa sunt quæ animam inuenenant, ipsamq; spiritualli-
ter interficiunt atque necant. Et breuiter illud est verum, q
omnia prædicta intoxicant, & occidunt animam ipsam. s. aut
frigore timoris & desperationis stringendo, aut eam calorẽ
auaritiæ inflammando, aut eam siccitate odij & inuidiæ cor
rodendo, aut ipsam humore carnalitatis per luxuriam pu-
trefaciendo & corrumpendo. psal. Corrupti sunt, & abomi
nabiles facti sunt in iniquitatib. suis. ¶ Venenum masculorũ 2
acutius est & fortius q̄ fœminarũ, tñ fœmineæ serpentes plu
res habent dentes, & ideo deteriores creduntur masculis se
cundum Auic. Sic verè masculorum venenum. i. malitia ho-
minum maior est, acutior & subtilior, quam sit fœminarum.
Veruntamen, quia fœminæ plures habent dentes mordacis
loquacitatis q̄ viri, ideo deteriores vt in plurib. reputantur,
quia pro certo dato, q malorũ virorum profundior, & sub-
tilior sit malitia, fœminarum tñ est mordacior, & dentatior.
Deut. 32. Dentes bestiarum immittam in eos. Vel dic q ma
sculi sunt mali clerici, quorum sm veritatem sunt malitiæ &
cautelæ acutiores. Fœminæ vero sunt laici, quorũ detractio-
nes & dentes cæteris sunt peiores. ¶ Generaliter deterius est 3
venenum senum serpentum quàm iuuenum, ieiunorum q̄ re
pletorum, magnorum q̄ curtorum, & in eodem genere, mõ-
tosorum, & siluestrium, q̄ locorum palustrium, & planorũ.
Et etiam peius est venenum quod effunditur in æstate, quàm
in hyeme, & de die quam de nocte. Sic verè regulariter dete
rior est malitia, vel peccatum, & alijs etiam amplius veneno
sum, quod inuenitur in senibus quam quod in iuuenibus, in
ieiunis vacuis & pauperibus, quã in repletis & diuitibus, in
magnis & superioribus quam in curtis & subditis inferiori-
bus, in montosis. i. in religiosis & siluestrib. q̄ in palustrib. &
secularib. Itẽ in illis qui sunt in die vel æstate prosperitatis,
q̄ in illis qui sunt in nocte vel hyeme aduersitatis. Quia bre-
uiter cæteris parib. & in eodem genere criminum, peiores &
venenosiores sunt senes q̄ iuuenes pauperes q̄ diuites, reli-
giosi q̄ seculares prælati quàm subditi, prosperati q̄ tribu-
lati. Ideo Hier. 5. dr. Vadam ad optimates, & loquar eis, ipsi
n. cognouerunt viam domini & ecce ipsi magis confrege-
runt iugum, ruperunt vincula q. d. Illi qui sunt cæteris ma-
iores, potentiores, & discretiores, sunt cæteris peiores,
& deteriores. ¶ Aliqua sunt venena valde calida, & ideo 4
quamuis non infrigident nec mortificent propriè, hoc tñ fa-
ciunt per accidens, quia. s. calorem naturalẽ faciunt rarefie-
ri, & euaporari, & sic calore sublato cor faciunt accidentali-
ter congelari. Et inde fit q venenum tyri & aliorum calido
rum serpentum membra facit obstupescere, & quasi insensi-
bilia frigescere, & hoc quia calor naturalis per venenũ eua-
poratus solet se à membris retrahere, & sic per consequens,
& accidentaliter frigiditatem inducere vel causare. Talia ve
nena calida & feruentia significant alia vitia, quæ mẽtem so
lent calefacere, & in malis desiderijs inflammare, sicut pro-
priè sunt auaritia, luxuria, iracundia. Illa sunt. n. quæ calorẽ
naturalem. s. charitatem & affectionem rarefaciunt & dissol
uunt, & ipsam exterius ad mundi bona attrahunt, & deuol-
uunt. Et sic mens per indeuotionem frigida manet, & mors
peccati mortalis in membris & corde. i. in operib. & in men-
te se miscet, ita q sensus cõpassionis. compũctionis & discre
tionis, in ipsis deficit atque torpet, sicut patet, quia illi qui ta-
liter per luxuriam & auaritiam inuenenantur, & mortifican
tur, p p defectum caloris charitatis propria delicta non sen-
tiunt per compunctionem, proximi miserias non sentiunt p
compassionem, Dei vero iustitias. s. illa quæ agenda, fugien-
da & timenda sunt, non sentiunt per discretionẽ. Esa. 44. Ne
scierunt neque intellexerunt, obliti. n. sunt oculi eorum ne
videant, & ne intelligant in corde suo non recogitant in mẽ
te sua, neque cognoscunt, neque sentiunt vt dicunt. Et bre-
uiter illud est verum, q mortificatio caloris charitatis, & di
stractio affectionis ad exteriora, insensibilia reddit interiora.
¶ Venenum reguli, etiam mediante hasta contingentem in-
terficit, sicut exemplificat Auicenna de quodam milite, qui 5
in Indja cum lancea tetigit vnum talem serpẽtem, qui statim
occidit mortuus cum equo suo. Per regulum seu basiliscum,
cuius est tanta venenositas, q solo visu, sibilo vel flatu inter-
ficit vniuersa, intantum q aues volantes detrahit, & quicquid
videt,

videt, immobile facit, & circa cauernam suam oīa siccat, destruit & cōsumit, intelligo personā luxuriosam, cuius aspectus, sibilus, & afflatus, alijs sunt venena, inquantū.s. aspectibus, gestibus, cātib. sibilis & suggestionib. luxuriosis, ēt aues ipsas.i. personas spūales solet à volatu cōtemplationis detrahere, circunstantes immobilea & stupentes, & motu bonorum operū carentea facere, & quicquid est circa se viroris.i. virtutis & grē, desiccare, sicut patet de luxuriosis personis tam mulierib. q̄ hoīb. quorū pulchritudine delectari efficiūtur insensibiles, stupidi, & immoti. Exo. 15. Fiant immobiles quasi lapis. Per hastā aūt intelligo vetulā macquerellā, quia .s. sicut hasta cōstat ex ligno arido & ferro acuto, sic tales leenæ vetulę sunt aridę sicut lignum, verbis tñ linguæ earū sunt scindentes, & acutæ sicut ferrum. Sap. 5. Acuit aūt ditā iram in lanceam. Quid igitur pro certo dico q̄ venenum luxurię, quod.s. regulo.i. in persona luxuriosa permouet, tātæ est violentiæ, q̄ ēt mediāte hasta.i. mediante vetula leena antequā ēt personæ inuicem se contingant, solet per cōsensus interficere, & per malas inflammationes intoxicare, & militē cum equo.i. aiam cum corpore spūaliter enecare. Prou. 26. Sicut noxius est qui mittit lanceas & sagittas, sic vir qui fraudulenter nocet amico. Vide de basilisco libro de aīalib. in littera.

6 b. ¶ Venenum aspidis si hoiem interfecerit, statim mēbra frigefacit, colorem alterat, singultum inducit, palpebras ꝓfundē claudit, & sitim ira immoderatè prouocat. vt patienti videatur q̄ totaliter siti pereat. Tale venenū est auaritia, quæ pro certo frigiditatem indeuotionis solet inducere, colorē conuersationis fędare, singultum sollicitudinis & tristitiæ excitare, palpebras attentionis claudere, & visum discretionis penitus obscurare, sitimq; malorum desideriorum, & maxime cupiditatis bonorum temporalium prouocare. Illi.n. qui veneno auaritię imbuti sunt, oculos sui intellectus à pauperib. auertunt, ipsosq; à Dei iudicijs, & ab oībus iustitijs claudunt, & vsq; ad mortē bona terrena cupiūt, sitiunt, appetūt, atque volunt. ps. Esurientes & sitientes, aīa eorum ipsis defecit. Est species aspidis quæ dr̄ ptyas.i. expuens, eo q̄ sputum emittat, cuius tactus interficit omne viuum, qui cum primū hebetat oculorum acies somnum profundum inducit, & cū torsione colli & inordinatione pulsus, hoiem dormiēdo necat. Contra istud ergo venenum nihil pōt valere, nisi sola cōbustio membri in quo est, quia.s. per cōbustionē venæ stringuntur, ita q̄ venenum ad cor transire vetatur. Talis serpens significat hæreticos & quoscunq; suggestores malos fraudulentos & falsos, qui.s. de ore non cessant sputum venenosum .i. mala & venenosa dicta, incitamenta & cōsilia vomere, ita q̄ illos quos tangunt talib. suis sputis, solent per malas voluntates inficere, & per peccata mortalia occidere, sicut ad litterā patet de hæreticis, qui suis verbis inficiunt prælatos, principes & magnates, & de luxuriosis, qui suis verbis inficiunt mulieres, & de demonib. qui suis suggestionib inficiunt peccatores. Prou. 16. Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit eum per viā non bonā. Tales igitur talib. sputis, verbis & cōsilijs infecti, solent collum intentionis tortum & peruersum habere, per malas cōplacentias in pctīa dormire, & in oculis intellectus tenebrositatem sentire, pulsum & motum cordis .i. affectuum p mala desideria citū & velocem habere, & sic per diuersa pctā dormientes interire. Iud. 4. Soporem morti

7 socians defecit. ¶ De veneno scorpionis vide infra in loco suo, & de alijs etiā reptilib. vide titulo de angue, de aspide,

8 & in alijs quibus decet. ¶ Venenum canis rabidi est perniciosissimū. Fit.n. ex cholera nigra in carne dñante interius, corrupta, & in fumos euaporante, & sursum ad cerebrū ascēdente, cerebrū inficiente, & rabiē inducente. Est.n. illud venenum summè periculosum, quia.s. super oīa alia sui ipsius est multiplicatiuū, & i alios diffusiuū. Qñ.n. canis rabidus hoiem vel quodcunq; aīal momorderit, saliua eius q̄ venenosa est, humores corporis tangens corrumpit & inficit, & per corpus cū humorib. se diffundens, locū suæ originis.s. cerebrū, statim petit, & phrenesim & rabiē introducit. Quòd si ille alterū momorderit, ipsum ēt inficit, & in rabiē cōuertit, quòd & tertius in quartum, & quartus in quintū & deinceps facit. Periculosi ergo sunt tales canes. Venenū ēt ipsorū nō statim solet occidere, imo ēt post annū solet se ostendere, & hoiem morsum inficere, & aliqñ eadē die, & hora anno reuoluto suā malitiā declarare. Canes ergo rabiosi linguā extrahunt, os apertum tenent, & continuè saliua venenosam emittunt, aquas vbi cadit saliua ipsorū, inficiunt, & inde potātes lymphaticos faciunt, quap p alij canes ipsos cognoscunt, timēt, & fugiūt, & cōtra eos latratus faciunt & emittūt. Illi ēt quos momorderint, timore terrenī, & latrare sicut canes aliquotiens cōprobanī, sicut dicit Cōstātinus in viatico. Canis iste significat detractorē, in quo procul dubio cholera nigra.i. pcti & malitię obscuritas dñatur, q̄ inficit cerebrū mētis suę, & eū facit venenosum, rabiosum, & ad nocendum & verbaliter mordendū, & ad lacerandū alios, furiosum. Talis.n. os apertū & linguā extensam, & profusam ad obloquēdū ipse solet hēre, saliuā malorū verborū emittere, & ipsos quos mordet.i. de quib. detrahit, inficere, famā ipsorū corrūpere, & ipsos rabidos, furiosos, timorosos & suspitiosos, latrantes & q̄rulosos facere, necnō aquā vbi cadit saliua sua.s. societatem vbi emittit nepharia verba, solet per malā credulitatē & opinionē de alijs inficere & fędare, ita q̄ illa infectio malæ opiniōis solet ad alios potatores & auditores venire & sic istud vitiū ab vno emissum, multos solet inficere & turbare. iō bene dr̄ Eccl. 28. Susurro & bilinguis maledictus, multos.n. turbauit pacē habentes. Lingua tertia suis verbis multos cōmouit. Cōstat, n. q̄ vnus detractor & infamator multos hoīes facit rabidos, discordes, iracundos & furibūdos, & qui ēt post annū vel post multa tempora solent venenū infamiæ reminisci, & qd̄ id abolitū credebatur, ad hois perniciē reuocare. Vel dic q̄ canis rabiosus.i. detractor, illos quos mordet, & in quib. saliuā sui veneni infundit.i. illū qui primus ipsum audit, rabidum & detractorē facit, inquantū.s. obloquendi materiā sibi dedit. ille ēt alteri narrando, & illud venenū & infamiā replicādo, ipsum solet inficere, & iterū ēt in ipso detractiōis rabiē gñare. Et breuiter, ab vno detractore multi fiūt successiuè detractores, & venenosorum morsuū illatores. ad Rom. 6. Ab vno pctōre cōstituti sunt multi. Tales igit̄ canes, & detractores, tanq̄ summè periculosi, sunt ab oīb. fugiēdi, & deuitandi, ablatrandi, & à cunctis bonis hoīb. declinādi, Eccl. 9. Terribilis est in ciuitate sua hō linguosus, & temerarius in verbo, odiosus erit. Vel dic q̄ canis rabidus est diabolus, qui per tētationem mordens pctōrē, facit eū rabiosum, & ab vsu rōnis alienū. ille ēt alios mordens inficit, & sic alter alterū successiuè corrumpit, sicut patet de hęreticis, quorū vnus alios plures solet inficere, & rabiē suā quasi p successionē ad alios destinare. Allega vt supra. Vide multa de auaris eaposita in titulo de cane. §. 34. 35. & 36. ¶ Venenū gñali- 9
ter loqnēdo, multa infert corpori incōmoda. Est.n. eius spēs naturæ, & cōplexioni humanæ cōtraria, & ideo infinita sibi infert grauamina seu dāna. Venenū ergo statim cor, q̄ ē mēbrū nobilius, aggredit̄ & impugnat, spūm aialē in cerebro p turbat, sensuum organa debilitat, neruos, venas, & arterias vulnerat, cōtrahit, & corrugat. Torsurā, morsurā & arsuram in interiorib. gñat, subalē cordis & hepatis humiditatē nūc incendit, nunc cōgelat, nunc dissoluit, nunc desiccat, & sæpe fit q̄ dū interiora cōburit, exteriora infrigidat. Tumorem in corpore gñat, colorē ēt alterat, & ipsum in pallorē, virorem & nigredinē mutat. Abominationē & vomitū in stomacho prouocat, totā naturā corrumpit & eneruat, q̄ sui violentiā ferre nō valēs succumbit, moritur & desperat. Tale venenū per oīa vr̄ esse pctm̄. Istud est.n. qd̄ est naturę aiæ cōtrariū, & cōplexioni morali obuiū & nociuum. Istud est.n. quod cor p malas cogitationes solet impugnare, spūm in cerebro.i. rōnē solet perturbare, organā sensuū (vt.s. ingressum delectabiliū respuere nō valeāt & nesciāt) solet debilitare, neruos, venas & arterias.i. interiores potentias aiæ solet vulnerare, & torsurā tristitiæ, arsurā iracundiæ, morsurā inuidiæ solet in interiorib. gñare. Interiora solet per auaritiā inflāmare, exteriora aūt per incōpassionē & indeuotionē erga ꝓximos infrigidare, humiditatēq; interioris affectionis solet per malū amorē dissoluere, aut per malū timorē gelare, aut per indeuotionē siccare. Itē timorē superbiæ solet gñare, abominationē & vomitū.i. displicentiam oīs boni solet excitare, colorē exterioria cōuersationis solet defędare, ipsamq; varijs vitiorum maculis inquinare. Et breuiter, venenum pcti naturam destruit & corrumpit, & nisi pœnitentiæ remedium apponatur, mortem spiritualem & perpetuā introducit, q̄a sicut dr̄ Iac. 1. Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum, peccatum vero cum cōsummatum fuerit generat mortem. Vel si vis per venenum potes intelligere tentationem diabolicam, vel carnalem, vel etiam venenum malæ & hæreticæ

ticæ doctrinæ, quæ pro certo faciunt in aĩa mala superi⁹ no
10 minata. ¶ Homo qui veneno est infectus, solet illos quos tã-
git, inficere, & idõ periculosum est tales indiscretè tangere, ne
forte aliquo ipsorũ flatu vel actu venenoso cõtingat hoiem
interire. Sic verè illi qui sunt p vitia venenati, & per malos
mores deprauati, alios cõtingentes. i. societatẽ eorũ frequen
tantes, simili veneno inficiunt, & ipsos malis verbis & excm
plis suis maculant & corrumpunt. Bonũ est igitur tales fuge
re, & cõtactum & societatẽ ipsorum sagaciter declinare. Qđ
potissimè verũ est de personis luxuriosis, q̃ præ alijs inficiũt
contingentes. Vñ bene dr̃ 1. ad Cori. 7. Bonũ est hoi mulierẽ
11 non tangere. ¶ Signa hoĩs venenati sunt ista, qñ. s. statim sum
pto cibo sentit arsurũ in stomacho, & si subsecutus fuerit ci
to spasmus & tumor in vngulis, ardor in lingua, sudor in cor
pore, tenebrositas in oculis ẽm Cõstant. Vngues. n. de fumo
sitatib. cordis generãtur, & ideo dispositio cordis in ipsis po
tissimè declaratur. Sic verè ille à diabolo per pc̃m̃ venenat⁹
dignoscitur, qui in stomacho cordis arsuram malorum desi
deriorum patitur, & etiã qui in lingua arsurã & inflãmatio-
nẽ ad obloquẽdum sentit, & cuius discretio tenebrescit, &
in cuius vnguib. digitis & operib. pallor & deformitas inue
nitur. Vngues q̃ sunt extremitates manuũ, hoc est dictu o pa
exteriora, à fumositatib. i. ab affectionib. cordis procedũt, &
ideo ipsarum qualitatem & dispositionem ostendunt. Mat.
7. Abintus aũt ex corde hoĩm cogitationes malæ procedũt,
12 adulteria, homicidia &c. ¶ Cum venenum sit inimicum natu
ræ, & ipsi horibile & detestabile, nunquã à natura sumeret, si
nudum & sine velamine eidẽ offerretur. Et ideo sub aliquo
dulci venenum inuoluitur, ( vt quia oẽ dulce amicũ est natu
ræ) mediante tali amica dulcedine libentius assumatur. Nun
quã. n. natura venenũ sumeret, nisi cũ aliquod dulce, sub quo
venenum latitat, delectaret. Bonũ est igitur vitare dulcia &
saporosa, ne forte hõ sumat cũ dulcib. venenosa. Sic verè ve-
nenum pc̃ti de sui natura nõ est aĩæ placidũ, sed horridũ, qa
s. aĩa rõne & synderesi mediante. sciens q̃ per venenum pc̃ti
mors æterna introducitur, ipsum abhorret, & naturaliter de
restatur. Et idõ diabolus qñ venenũ pc̃ti vult alicui offerre, sp
solet alicuius complacentiæ vel delectationis dulcedinẽ im-
miscere, vt sic sub illa dulcedine volũtatem decipiat. & cum
delectabili dulcedine vitiorum malitiã intromittat. Tutum
est igitur à dulcibus. i. à mundi delectabilib. abstinere, ne for
te contingat in ipsis pc̃m̃ aliquod latitare. Et exẽplifica si vis
qm̃ sub dulcedine diuitiarum latet auaritia, sub dulcedine
deliciarũ latet luxoria, sub dulcedine honorum & eminẽtia
rum latet superbia. Apo. 10 Factum est in ore meo tanq̃ mel
13 dulce, & cũ comedissem, amaricatus est venter meus. ¶ Con
tra venenum ante oĩa vtendum est vomitu & euacuatione,
scđo theriacæ comestione, tertio rerũ vnctuosarum assum-
ptione, quarto sanguinis minotione, quinto diete & regimi
nis ordinatiõe. Per vomitũ. n. materia venenosa euacuatur,
theriaca ipsi veneno contrariat̃, res vnctuosæ sicut sunt nu-
ces, ficus & similia, meatus opilant, ne venenũ ad cor euapo
ret. Sanguinis verõ minotio humorẽ infectũ extrahit, ne cor
pus per eius abundantiã ꝑgrauetur. Sic verè ad curã & sana
tionẽ veneni. i. pc̃ti mortalis multa proficiunt, videlicet vo-
mitus cõfessionis, per quẽ materia pc̃ti põt euacuari. theria-
ca, q̃. i. fit de tyro serpente mortuo, & specieb. confecta. i. me
moria Xpi mortis & passionis, per q̃ venenũ istud solet con
sumi & adnihilari. Vnctuositas misericordiæ, elecmosynæ &
cõpassionis, per q̃. s. istum venenũ ne cordi noceat, impedit.
Minutio sanguinis carnalium deliciarũ. i. abstinẽtia & pœna
carnis macerationis, per q̃ corpus spũi subiugatur, & p q̃ ite
ne veri pc̃ti potentia ꝑgrauetur. Quia procul dubio cõfes-
sio, Xpi passionis cõpassio, elemosynarum largitio, carnis q̃
sanguinis maceratio sunt remedia cõtra pc̃m̃ & cõtra oẽm
nequitiã & venenũ. Prou. 16. Per fidem & misericordiã pur
14 gant pc̃tã. ¶ Contra arsurã & dolorẽ ex reb. venenosis, valet
balsamus, & lac mulieris, casu ẽt vbi theriaca non põt habe-
ri, brodium seu ius gallinæ crassæ coctæ cum allio concassa-
to summè valet, & miro modo mitigat interiorẽ arsurã. Sic
ideo ẽm Constantinum, allium dr̃ theriaca rusticorum. Sic
verè contra venenum tentationis, & arsurã mali desiderij &
delectationis, valet balsamus. i. sanguis Christi distillatus de
vinea crucis, i. ipsius consideratio. Itẽ lac mulieris. i. miseri-
cordia & dulcedo beatæ virginis, & sui auxilij imploratio.
Ius gallinæ crassæ. i. gr̃a & clementia ipsius Christi, per pas-
sionem in aqua tribulationum cocti, dum tñ ibi sit allij. i. sui
rigoris, & acredinis meditatio. Ex his. n. aĩa sanatur, & vene
num & iniquitas extirpatur. ¶ Scđm Andromachũ theriaca 15
valet tripliciter contra venenum. s. consumendo, expellẽdo,
& confortando. Consumendo. i. ipsum venenum, & hoc qa
multa recipit veneno à tota spẽ cõtraria, Confortando. s. mẽ
bra vt melius resistant veneno, multa. n. recipit cõfortatiua.
Talis theriaca est pœnitentia. Ista est. n. quæ venenum pc̃ti cõ
sumit per contritionem, expellit per cõfessionẽ, & ad sibi re-
pugnandũ, mentẽ cõfortat per spẽ & cõsolatiouẽ. Vel si vis
dic q̃ theriaca q̃ fit de tyro serpente mortuo, & specieb. con
fecto significat passionẽ Christi, in qua. s. ipse Christus mo r-
tuus, & diuersis opprobrijs cõfectus, cõtra oĩa venena pc̃tõ
rum remedium fuit factus, quia. s. talis theriaca. i. Christi pas
sio meditata, venenum pc̃ti consumit, & expellit, & mentem
confortat, adiuuat, & custodit. ¶ Cum multiplicia sint vene 16
na, natura multa posuit remedia, vt ẽm multiplicitatem ve-
nenorum, sit multiplicitas remediorũ. Et ideo ista sunt quæ
vel simplicia vel cõposita valent contra venenum, videlicet
calamintha, succus caulis, orobus, grana citri, hypericon, na-
sturtium, ruta, sal, radix & semen asparagi, balsamum, acetũ,
sanguis leporis, lac asinæ, vrina puerorum, ceruitesticuli, &
asinini siccati & bibiti, castoreũ, allium, gentiana, menta, di-
ctamum, & alia infinita. Quamuis oia ista possent moraliter
exponi, & applicari, quia tñ nimis esset longum, & forte ni-
mis tædiosum, omitto, & si vis exinde aliquid elicere, vide
de reb. ꝑdictis in locis & titulis vbi tractatur de ipsis. ¶ Ad re- 17
mediandũ contra venenum, est primo necesse locum morsu
ræ com igne vel ferro, vt sanguis venenatus effluat, aperire,
tandem sanguisugas vel ventosas pro veneno extrahẽdo ap
ponere, byturum com cinere cancrorum fluuialium patien-
ti offerre, necnon castoreum sulphur ipsi patienti modo de-
bito ministrare. Sic dico contra venenum pc̃ti mortalis, an-
te oĩa necesse est vulnus, & remorsum cõscientiæ vel mediã
te ferro. i. duritia tribulationis mundanæ, vel igne. i. medica-
mine damnationis & cõbustionis æternæ, vel sanguisuga. i.
prædicatoris diligentia, vel ventosa. i. flatus sancti spiritus in
fluentia per confessionem aperire, & sanguinem pc̃ti inde fa
cere defluere. Et tunc ad perfectam sanitatem superadden-
da sunt, butyrum. i. dulcedo pietatis & clementiæ. Cinis. i. me
moria incinerationis, & mortis cancrorum fluuialiũ. i. sc̃tõ-
rum qui vixerunt in flumine scripturæ, & mundanę sapiẽtię.
Castoreũ. i. virtus castitatis & continentiæ. Sulphur. i. consi-
deratio fœtoris pc̃ti, & abominatio suæ immunditiæ. Ista. n.
oĩa contra venenum pc̃ti proficiunt, & ipsum destruũt, & cõ
sumunt. Ideo bene dr̃ Eccl. 4. Non confundaris confiteri pec
cata tua. ¶ Infinita alia possent dici de remedijs cõtra vene- 18
na, sed tñ nũc gratia breuitatis, & quia talia remedia infra
lib. de animalib. libro de auibus & de piscibus, necnon libro
de herbis & arboribus, in locis pluribus sunt inserta.

## *De Medico.* *Cap. 28.*

MEdicus qui est ad curam infirmitatum & ægritudi-
num ordinatus, debet esse prudens, diligens, atque 1
doctus, & in omnibus circũspectus, nihil. n. plus im
pedit salutem hominum infirmorum q̃ ignorantia
medicorum. Oportet, ergo medicum (vt nihil omittat de cõ
tingentibus, & vt salubriter operetur) cognoscere comple-
xiones hominum, compositiones, & commixtiones tã mem
brorum quàm humorum, dispositiones temporum, condi-
tiones sexuum & ętatum. Alia. n. medicina danda est hyeme
q̃ æstate. Alia est in sene q̃ in iuuene. Alia i morbi principio,
alia in decremento. Aliam requirit ætas puerilis, aliã decre-
pita vel senilis. Oportet ergo q̃ cognoscas, accidentia, peri-
cula & signa morborum, naturam & efficaciam medicinarũ
& remediorum, vt sic cõtra morbos simplices, medicinas
simplices præbeat, contra compositos vero compositas me
dicinas apponat. Igitur iste debet scire quando debilia sunt
confortanda, stricta dissoluenda, laxa vel dissoluta constrin
genda, sana conseruanda, & noxia expellẽda. Talis medicus
debet esse quilibet prælatus, vel etiam quilibet iudex, confes
sor, presbyter, vel curatus. Omnes isti officium medici vidẽ
tur tenere, & ad curandum infirmitates morum, officium
gerere, & habere. Isti igitur debent esse valde cauti, & circa
adhibenda remedia circumspecti. Debent enim quotiẽs de
aliquo morbo. i. de aliquo peccato agitur distinguere inter
homi-

hominum cõplexiones,inter temporum, ætatum, & sexuũ
conditiones necnon inter causarum,signorum circunstãtiũ,
& accidẽrium qualitates. Omnia.n.ista põt morbum.i.pctm̃
vel minuere,vel augere,& ideo necesse est oĩa prædicta attẽ
dere,vt ſm dispositionem personarum,causarum,temporũ,
vel locorum,possit remedium adhibere,& pęnitentiã tẽpe-
rare,quia.s.aliter est procedendum cum pueris q̃ cum senib.
alter cum viris q̃ cum mulierib. & aliter cum repleris & di-
uitibus q̃ cum vacuis & pauperib. quia breuiter medicus.i.
prædicator,corrector,& confessor, debent variare verba in
prædicando,pęnitentias in absoluendo,pœnas in corrigen-
do & puniendo, ſm q̧ vident præcessisse personarũ vel cau
sarum varietatem in delinquendo,vt.s.contra simplices mor
bos & defectus,simplicib. vtantur pœnis & remedijs,& con
tra illa quę sunt cõposita & maiora,vtantur plenis duplicib.
& cõpositis.Deut.25.Iuxta mensuram culpæ erit & plagarũ
modus.Sciat ergo medicus.i.prælatus,prædicator,vel cõfes
sor,qũo obstinatos & constrictos possit per contritionẽ dis-
soluere, dissolutos vero leues & laxos possit per temperãtiã
restringere,debiles aũt,tristes,pauperes & desperatos, pos-
sit per spem & consolationem confortare,repletos vero.s.di
uitijs & peccatis possit per confessionem & elemosynam va
cuare. Diuersas.n.artes debet medicus spiritualis habere,
quibus possit ſm varietatem defectuum varia remedia adhi
bere,dicens illud Eze.34.Quod perierat,requirã, quod ab-
iectum erat,reducam,quod fractum fuerat, alligabo, quod
infirmum erat,consolidabo, quod pinguè & fortè,custodiã
& seruabo. Sequitur.Ecce ego iudico inter pecus & pecus
arietum & hircorum.¶ Medicus contrarijs solet curare,ca-
2 lida frigidis,& frigida calidis opponere. Et qñ morbus ex
repletione prouenit, solet per euacuationem & inanitionẽ
sanare.Morbi circunstantias solet attendere, & per aspectũ,
tactum vrinam,& pulsum,de eis iudicare.Iste igitur cognita
causa morbi, si materia latitat in profundis & in remotis,de
bet vti attractiuis, quia.s.ipsam materiã debet ad stomachũ
attrahere,vt ipsam inde valeat vacuare.Si vero materia du-
ra & compacta fuerit,debet vti digestiuis,incisiuis,& deuisi
uis,vt sic ad eductionem præparetur, tandem vero materia
præparata,debet vti laxatiuis, & expulsiuis.Post euacuatio-
nem autem, quia natura per violentiam medicinæ fuit debi
litata debet vti confortatiuis,& resumptiuis, & restaurati-
uis.Natura vero restituta,debet vti conseruatiuis, videlicet
balneis,electuarijs motionib. & exercitijs temperatis. Pro-
cul dubio talis medicus est confessor, quia pro certo iste cõ
trarijs debet curare, quia.s.contrarietati vitiorum debet cõ
trarietatem virtutum opponere, & illos qui per repletionẽ
carnalitatum & prosperitatum deliquerunt,debet per inani
tionem paupertatis vel abstinentiæ curare penitus & serua-
re. Vnde Greg. In arte medicinæ contraria contrarijs curan
tur &c. Iste ergo medicus & confessor debet morborum.i.
peccatorum circunstantias attendere, & eas visu discretio-
nis,& tactu inquisitionis perquirere. Et si materia peccati la
titat in profundo conscientiæ, ita q̧ propter verecundiã nõ
sit res ad euacuandum & confitendum parata,procul dubio
iste medicus confessor debet vti attractiuis,i.verbis ad con-
fessionem inductiuis, vt.s.talem remotam materiam & tale
occultum pctm̃ possit exterius attrahere, & per confessionẽ
de stomacho conscientiæ effugare.Iob 40. An extrahere po
teris Leuiatham homo?Postquam aũt materia per contritio
nem est ad confessionem & expulsionem parata,debet vti ex
pulsiuis.i.ipsa cõfessione,quæ peccata exterius expellit.Mat
thæi 13.Malos autẽ foras miserunt.Veruntamen si materia.i.
peccatum fuerit in corde per obstinationem induratum,ijs
q̧ ad expulsionem confessionis sit difficilè,homoq; non pro
ponat aliqualiter penitere,tunc debet vti incisiuis & deuisi-
uis hoc est dictu,illis quæ pertinent ad incussionem diuini ti
moris,sicut est ostensio pęnarum, mortis,iudicij,& inferni.
Ista.n.sunt quæ pctm̃ compactum & induratum incidunt,&
ad expulsionem confessionis disponunt.Eccles.1.Timor dñi
expellit pctm̃.Euacuatione ergo confessionis peracta, ꝓ eo
q̧ ratione timoris incussi,ratione vigoris excussi,ratiòne do
loris perpessi,natura.i.mens pęnitentis aliqñ tristitia debili-
tatur, necesse est q̧ confortatiua spei & consolationis appo-
natur, vt sic virtutum & gratiarum plena & perfecta restitu
tio celebretur.Iosuæ.1.Confortare,& esto robustus.Finali-
ter autem vtendum est illis quę sanitatem animæ conseruãt,
& ne in peccatũ reincidat,ipsam firmẽt. Et ista ꝓ certo sunt
balnea lachrimosæ cõpunctionis, minutio sanguinis.i.effu-
sio propriæ possessionis,vel elemosynariæ distributionis,ele
ctuaria deuotionis,& exercitia bonæ operationis.Ista.n.oĩa
sunt sanitatis aĩæ cõseruatiua,& ne in pctm̃ reincidat, tuiti-
ua.Quia vt breuiter cõcludã, intẽtio cõfessionis dẽt vitia ꝑ
cõtritionẽ digerere.& ipsa per confessionem expellere,mẽ-
tẽ pęnitẽtis ꝑ spẽ veniæ cõfortare, & sanitatẽ aĩæ per caute-
lã & diligentiã,ne in pctm̃ reincidat,cõseruare.ad Eph.4.Sol
liciti seruare vnitatẽ spũs.dicendo illud Io.5. Ecce sanus fa-
ctus es,iã noli peccare.¶ Qñ hõ ꝑꝑ infirmitatẽ multũ est ex- 3
inanitus & vacuatus,dato q̧ infirmitas recesserit, cauendũ
tñ est ne restauratio deperditi subito fiat,q̃a tũc natura plus
appetit q̃ possit digerere tãtaq; vellet simul accipere q̧ ipsa
nequiret in nutrimentum corporis cõmutare,& sic posset in
firmitates varias sustinere.Sic.vere qñ pctõr de nouo fuit ꝑ
cõfessionẽ & pniam vitijs vacuatus, & ad sanitatẽ grãe resti-
tutus,cauendũ est ne talis sic de nouo cõuersus,nimis ꝑmit-
tatur pro libito vti bonis operib.restitutiuis,& grãrũ & vir
tutũ resumptiuis.tunc.n.homo solet magis appetere q̃ possit
digerere,hoc est dictu q̧ tunc solet hõ plura aggredi q̃ pos-
sit cõtinuare,sicut patet de nouitijs & cõuersis,q̃ altiora vo-
lunt cõscẽdere,ardua opera facere,& tandẽ solent in via de-
ficere.Medicus igitur,i.platus, dẽt tales paulatim reducere
ad virtutẽ,& de vno bono opere ad aliud bonũ opus paula
tim assuefacere,donec perueniant ad salutẽ.Prouer.13. Sub̃a
festinata minuetur,q̃ aũt paulatim colligitur manu,multipli
cabitur.vel dic q̧ cęlestis medicus Deus nõ permittit natu-
rã debilitatã.i.hoiem fragilẽ,debilẽ,impotentẽ,cibos bono
rum tpalium prohibito accipere vel acquirere, quia sæpe fit
q̧ talis plura tpalia appetit, q̃ possit digerere, ministrare &
regere,sic si medicus Deus pro libito tales cibos sibi conce
deret,naturã ipsius non repararet,sed ipsam potius suffoca-
ret,inquãtum multorum criminum causa esset. Deus igitur
medicus noster illos quos habet in cura,à superfluitate taliũ
coercet & retrahit, & parce necessaria tribuit, & concedit.
¶ Quinque sunt gña medicinæ.s.medicina dissolutiua,cõstri 4
ctiua,confortatiua,restauratiua,conseruatiua.Aut.n.cõstri-
cta & compacta dissoluimus,aut dissoluta restringimus,aut
debilia confortamus,aut deperdita restauramus,aut sana &
vtilia cõseruamus.Ista sunt.n quinq; officia medici,& quin-
que spẽs medicinę.Sic ꝓcul dubio medicinæ virtutũ in istas
quinq; spẽs diuiduntur.Sunt.n.aliquę q̃ mentẽ induratẽ dis-
soluunt,& de istis est cõtritio,cõpassio,& dilectio. Cõtritio
.n.dissoluit mentẽ obstinatã.Cõpassio,s.miseriæ proximi dis
soluit bursam obseratã. Dilectio vero dissoluit mentẽ indu-
ratã & desiccatã & cõgelatã. Dan.10. Dñe in visione tua dis-
solutę sunt cõpages meæ. Itẽ aliq; cõstrictiuę,& istæ sunt(ꝑ
ut perpendo)tẽperantia timor,prudentia. Temperãtia.n.re
stringit laxã affectionẽ. Timor restringit leuẽ elationẽ. Pru-
dẽtia vero restringit leuẽ operationẽ. Vnde Exo.28.dr̃ q̧ sa-
cerdotes debebant habere tunicam lineam strictam. Cõfor-
tatiuæ sunt,spes veniæ,notitia scripturæ,& cõtemplatio glo
riæ.Spes.ỹ.veniæ cõfortat cõtra dolorem. Notitia scripturæ
seu diuinæ grãe cõfortat cõtra errorẽ. Contẽplatio vero glo
riæ cõfortat cõtra mũdanũ laborẽ. Esa.35.Pusillanimes con
fortamini,nolite timere. Restauratiuę sunt,pnĩa,patientia,iu
stitia.Pnĩa.n.restaurat sanctitatẽ. Patiẽtia restituit firmitatẽ.
Iustitia restituit æquitatẽ.psa. Tu es qui restitues hæreditatẽ
meã mihi:cõfortatiuæ aũt virtutes sunt istę.s. castitas, humi
litas,sedulitas,& voluntaria paupertas,seu ẽt bonorũ terre
norum cõtemptus,& liberalitas. Castitas.n.cõseruat à luxu-
ria. Humilitas à superbia. Liberalitas & voluntaria pauper-
tas ab auaritia. Diligentia seu sedulitas à pigritia. Tho.a.Mũ
dã seruaui aĩam meã à cõcupiscentia. Istę sunt ergo spũales
medicinæ per quas pctõr à vitiorũ infirmitatib. liberatur, ꝑ
quas in meritis restauratur,& per quas in esse & statu grãe con
seruatur. ¶ Recolligendu ergo cõditiones boni medici pos-
sumus dicere q̧ medicus infirmorũ domos & patrias visitat
morborũ causas & circunstantias inuestigat, medicinas va- 5
rias præparat.abdita membra & occulta vulnera tãgere, &
abstergere nõ recusat,spẽ sanitatis & cõualescentiæ oĩb.pro
mittit suauiter & leniter venena vrere, & secanda incidere
se affirmat & asserit,& ne pars sana corrumpatur,partẽ vrit
putridam, & præscindit dolentem, parte dextera in sinistra
percutit, & pro lachrymis patientis, ab arsura vel sectione,
si pru-

si prudens fuerit, non desistit medicinã amarã sub aliqua dul
cedine semper palliat & abscondit, & bibit & gustat ipse de
medicina quamuis sit amara, & sic exemplo sui, ad ipsam ac
cipiẽdum infirmum prouocat & inducit. Ista oĩa possunt ap
plicari ad bonũ prælatum pdicatorẽ & cõfessorem, quia pro
certo ad istos pertinet pro peragendo prædicationis officio
terras & patrias visitare, & in confessione morborũ.i. pctõ-
rum, causas & circunstantias inuestigare, & cõtra diuersa cri
mina medicinas & remedia varia præparare, vulnera occul-
ta & horrida.i. pctã enormia & horrida non debet abhorre-
re, sed ipsa tangere & abstergere benigniter & tractare, spẽ-
que veniæ & salutis promittere, & sectionẽ & vsturã pœnitẽ
tiæ suauẽ & facilẽ affirmare, & pro dolore & infirmitate par
tis dexteræ.s.aiæ, partẽ sinistrã.s.carnẽ percutere, & ne pars
sana.i.aia pereat, partẽ putridã, s.corpus debet p pniam vul-
nerare. 1.ad Cor.5. Tradidi eũ sathanæ in interitũ carnis suæ,
vt spũs saluus fiat. Ad lachrymas vero.i.ad displicentiã patiẽ
tis.i.peccatoris non debet attendere, nec pp hoc à lectione
.i.correctione & pœnitentia desistere, sed nõ obstante delin
quẽtis odio, vel murmure, ipsam proficere & cõplere. Prou.
23. Noli subtrahere à puero disciplinã, si.n.percutis eum, nõ
morietur. Iste ergo medicinã amare correctionis sp dẽt sub
aliqua dulcedine spei & coolotationis abscondere, & ne in-
firmus peccator ipsam medicinã amaræ pœnitentiæ respuat
& abhorreat, debet iste medicus.s. confessor prædicator vel
prælatus ipsam primitus degustare, & eam in seipso exem-
plariter demõstrare, vt sic infirmos peccatores possit ad eius
gustum & susceptionẽ magis faciliter inclinare, dicendo il-
lud Iod.7. Quod me videritis facere, facite, Cuius tñ cõtra-
rium faciunt multi, qui amarã pœnitentiã alijs imponunt, ipsi
tñ aliquid de eius amaritudine gustare nolunt. Matt.23. Im-
ponunt onera grauia & importabilia in humeros hoim, digi
to aũt suo nolunt ea mouere. Vel dic q iste medicus est Chri
stus, qui domos & patrias infirmorũ pctõrum.s.mundũ, per
sonaliter visitauit, spem salutis oibus dedit, peccata non ab-
horruit, sed pro ipsis curandis quotidie nos secat tribulatio-
nib. & vrit, & vt sanetur dextera.i. aia sinistrã.i.corp⁹ nostrũ
lædit, & non obstantibus lachrymis & dolorib. nostris, nos
tñ pro salute & cura aiæ tribulare & lędere non desistit. Ama
ritudinẽ tñ tribulationum semper cum consolationis dulce
dine tribuit. Et ne pęnitentiam horreamus, ipsam primo su
stinuit & portauit, maximẽ in cruce, vbi bibit fel & acetũ. Et
sic ad simile sustinendum nos exemplariter inuitauit, dicens
illud Tren.3. Memor esto paupertatis meæ, absynthij, & fel-
6 lis. ¶ Medicus infirmum suum à cibo & potu reprimit & re-
frenat, & super oia vinum & carnes sibi interdicit totaliter
atq; vetat. Illum vero infirmũ suo desiderio exponit, de cu-
ius salute diffidit penitus & desperat. Primo ad auferendum
carnem putridam, medicus vtitur corrosiuis, durante dolo-
re vulneris, vtitur lenitiu⁹, postquam vero vulnus mundifica
tum fuerit, vtitur cõsolidatiuis, & etiã sanatiuis. Et quia plus
lædunt mala intrinseca q̃ extrinseca, ideo ante oia solet medi
cus interiores morbos curare, & tandem de exteriorib. co-
gitare. Ista possunt applicari ad bonum medicum & præla-
tum, quia pro certo talis debet subditis quorum habet curã,
carnem & vinum.i.carnis delicias interdicere, nisi forte ta-
les sint in quibus non possit remedium ponere, & de quorũ
salute oportet desperare & diffidere, & suæ voluntati incor
rectos dimittere, sicut.s.sunt publici vsurarij, & alij in mali-
tijs obstinati psal. Dimisi eos sm desideria cordis eorũ, ibũt
in adinuentionib. suis. Item iste debet corrosiuis aspere cor
rectionis, semp tñ debet miscere lenitiua dulcis & benignæ
cõpassionis & consolationis, & finaliter consolidatiua fina-
lis absolutionis, & in integrum restitutionis, promotionis
& exaltationis. Quia pro certo prælatus primo debet corro
dere puniendo, secundo debet lenire consolando, finaliter
vero cum morbus & culpa cessauerit, debet consolidare ab-
soluendo, & ad gradum pristinum restaurando. Gen.40. Re-
cordabitur Pharao ministerij tui, & restituet te in gradum
pristinũ. Et quia plus nocent mala interiora, q̃ exteriora, &
vitia cordis q̃ corporis, ideo de illis tollendis & curãdis de-
bet ante aia platus curã gerere, & salubre remedium adhibe
re, dicens ipsi peccatori illud Prou.4. Omni custodia serua
cor tuum, qm̃ ab ipso vita procedit. Vel dic q iste medicus
est Deus, qui illis quos vult sanare, & de quorũ salute cõfidit
& sperat, cibos bonorum tpalium subtrahit, & carnales deli
cias illis vetat, sicut patet, quia illos quos Deus amplius dile
xit i paupertate viuere fecit, & à talib. diuitias retraxit. Tho.
4 pauperem vitã gerimus &c. Pctõres vero & obstinatos de
quorũ salute nõ est sperandũ, solet suis desiderijs exponere,
vsum ciborũ oim.i.diuitiarũ & deliciarũ eis cõcedere, & p
libito sine terrenis opib. abundare. psa. Dimisit eos &c. sicut
supra. In ægris tñ post corrosiua, sp adhibet lænitiua, & post
tribulationum discrimina, consolationũ, & consolidationũ
adhibet lenimenta. Thob.3. Post tempestatem tranquillum
facis. Iste etiã magis curat de cordis & interiorum sanitate,
q̃ de exteriorum prosperitate. Magis.n.curat Deus de sani-
tate animi perpetuo duraturi, q̃ corporis celeriter defecturi
1.Reg.26. Dñs aũt intuetur cor. ¶ Medicus non debet pro- 7
curarę euacuationẽ excessiuã, quia qñ natura plus debito ex
pellit, multũ debilitatur, & fit etiã aliqñ q plus de bonis hu-
morib. q̃ de malis exterius vacuetur. Sic verẽ medicus spũa-
lis.s.confessor, nõ debet sustinere q pctõr confitendo se eua
cuet plusquam debet.s.confitendo se fecisse plura mala, q̃ fe
cit, & maximẽ, q emittat bonos humores loco malorũ.i.q
confiteatur bona & non mala, illa ẽt quę bene facit, & nõ illa
q̃ contra dñm forefecit, sicut.faciunt aliqui, qui in confessio-
ne se solent cõmendare, pctã sua abscondere, & virtutes nar
rare. Hier.3. Iustificauit aiam suã aduersatrix Israel. ¶ Medi- 8
cinæ diuersæ diuersimodẽ operantur. Sunt.n.medicinę attra
ctiuæ, laxatiuæ, incisiuę, digestiuæ, cõstrictiuę, corrosiuæ, ape
ritiuæ, & aliæ q̃ plures, quæ oia bene patent circa finẽ huius
voluminis, vbi agitur de virtutib. humorũ & liquorũ. Expo
ne si vis prædicta de verbo Dei & scriptura sancta, quæ est
spũalis medicina, quia pro certo ista attrahit per spẽ & cõso
lationẽ, laxat p cõtritionẽ, incidit p timorẽ & cõminationẽ,
digerit p discretionẽ, cõstringit per tẽperantiã, corrodit per
pniam, aperit per cõfessionẽ. Vel ista oia põt dici de prælato
vel prædicatore, qui põt dici & medicus & medicina, qui in
alijs facit, vel facit fieri oia supradicta. ¶ Aliqua sunt signa ge 9
neralia in infirmo, ad quæ debet cautus medicus attendere
diligenter. Vnde sicut aliqui dicunt, nouẽ sunt signa gñalia,
quæ infirmum mori, vel difficiliter sanari prætendunt. Attẽ
dat ergo primo infirmi fortitudinẽ vel debilitatẽ, q.a.s.si for
titer & patienter sustinet morbũ suum, signum bonum est,
econtra vero, si debiliter, impatienter & desperãter sustinet
ipsum morbum. Item attendat vtrum color sit idẽ sicut pri-
mus, vel vtrum sit enormiter immutatus. Color.n.si sit idẽ si
cut in sanitate, denotat bonũ, si vero enormiter sit turpatus,
signũ est malũ. Itẽ attendat infirmi leuitatem vel ponderosi
tatem. Leuitas.n. & facilis mobilitas, signum bonũ, pondero
sitas vero & terrestreitas, signum malum. Itẽ attendat si infir
mus comedere appetit. Si debito tpe.s. de nocte plusquã de
die cõpetenter dormit, si anhelitus sit suauis & non corru-
ptus. Si pulsus est ęqualis & tẽperatus. Si bene decoquit & di
gerit. Si bene se purgat & egerit. Talia.n.signa si assunt, ho-
minẽ esse sanũ denotant, vel si sit infirmus ipsum esse sanãdũ
designant. Cõtraria vero signa significant infirmitatẽ, & for
te mortem, nisi apponatur remedium, affuturã. Sic verẽ spi-
ritualiter loquendo, signa hois spũaliter sani sunt hæc, vide-
licet qñ infirmitatẽ tentationis vel tribulationis fortiter, &
constanter tolerat, qñ celeriter & faciliter surgere de pctõ
tentat qñ color bonæ cõuersationis in eo perseuerat, qñ ci-
bum verbi Dei ardenter appetit, qñ hora debita.s. in nocte
aduersitatis per tranquillitatẽ animi quiescit & dormit, qñ
anhelitus suorũ verborũ dulcis est & suauis, qñ pulsus suorũ
operum temperatus est & suauis, qñ cibus verbi Dei in ip-
so bene retinetur & decoquitur, qñ superfluitas vitiorum in
ipso bene per contritionem digeritur, & per confessionem
egeritur. Si quis.n.talia habet signa, spiritualiter est sanus, &
à morte perpetua alienus. Io.11. Infirmitas hęc nõ est ad mor
tem. Et Io.6. Ecce sanus factus es, iam noli peccare. Sed re ve
ra ille qui econuerso in contrarium disponitur, & qui debilã
ter, laxę & molliter & desperanter tribulationẽ & tẽtationẽ
patitur, qui in cibo verbi Dei non delectat, in quo color bo
næ conuersationis corrumpitur & immutatur, qui cadẽs in
pctm̃, statim tentat surgere, qui hora indebita.s.die prospera
tatis solet dormire & quiescere, nocte vero aduersitatis so-
let dolere, & per impatientiam furere, qui anhelitum verbo
rũ solet corruptũ & immũdũ hẽre, q pulsum operũ distẽpe
ratũ & inæqualẽ, discõtinuũ & imperseuerãtẽ hẽt, qui cibũ
documentorũ bonorũ nõ bene decoquit & retinet, qui su-
per fui-

perfluitatem vitiorum per confessionē non egerit, sed potius per malam consuetudinem secum tenet, talis dico nō est sanus sed infirmus & periculo mortis æternæ propinquus. Vnde ergo debet dicere illud ps. Miserere mei dñe, qm̄ infirmus sum. Medicus igitur.i. prælatus, vel sacerdos, debet ad talia signa attēdere, & positi de infirmitate vel sanitate spūali de-
10 bitē iudicare. ¶ Signa mortis in hoīe moriente sunt multa, q̄ cautus medicus dēt cum diligentia p̄uidere. De charadrio qđ corā infirmo ponitur, si vertit dorsum, de imagine qđ nō apparet in oculo infirmi, & de alijs similib. quæ significant si bi mortem, habes in locis suis. Sed de alijs signis quotidianis, sicut. sunt labiorum decurtatio, nasi attenuatio, visus affenatio manuum incessabilis diuolutio, mentis alienatio, verborum impertinens multiplicatio. pulsus defectio, & vrinæ corruptio, lætalia sunt. Sic verè potes dicere, q̄ si aliquis spiritualiter & æternaliter debet mori, potest ex coniecturis varijs præuideri. Si.n. infirmus.i. peccator imaginem oculi.i. memoriam Dei & sanctorum de oculo cordis perdiderit, si charadrius candida.i. beata virgo oculos suæ misericordiæ ab eo auerterit, ipsumq́; repudiauerit & dimiserit, si nasus discretionis, & odorationis bonorum æternorum in eo attenuatus extiterit, si labium diuinæ laudis & cōfessionis in eo decurtatum fuerit, si manus suæ malæ operationis nunquam à motu malæ executionis cessauerit, si per immoderatos appetitus mens eius alienata, per diuersa vaga cōcupiscibilia discurrerit, si verborum liberā honestatē & ordinem per impudentiam confregerit, si pulsus interioris remorsus cōsciētiæ iā in ipso nō palpitauerit, si vrina & egestio.i. ipsius fama & opinio ex toto per infamiā corrupta apparuerit, talis pro cul dubio morietur morte æterna, & signis istis præcedentibus, de vita non est sperandum futura. De talib. ergo signis potest dici animæ peccatrici illud Ezec.16. In cunctis plateis ad omne caput viæ ædificasti signa prostitutionis tuæ.

## *Prologus in librum quintum.*

COelum & terrā transibunt. Luc.21. Sicut dicit Gregorius in lib. moral. 18. exponens prædictum verbum. Cęlum & terra transibunt. Ab ea quam nūc habent imagine transeunt, sed per essentiam sine fine subsistunt. Cœlum & terra transit, & erit, & ab ea quam nunc habet specie tergitur, & tñ in sua semper natura seruatur. Ex quib. verbis possumus competēter colligere q̄ quāuis cęli & terra essentia immutabilis perseueret, & naturam habeant immortalem, durabilem & perpetuam, ipsorum tñ species & apparētia exterior, vel localiter vel formaliter potest faciliter variari, & ab vno statu in alium trāsmutari. Qđ vtique tunc plenissimè fiet, qū in die iudicij inducetur forma noua, iuxta illud. Vidi cœlum nouum, & terram nouā. Apo. 21. Et q̄ elementis purgatis introducetur claritas in vtroq; & quia corporalia spiritualib. deseruiunt, ita q̄ per corporalia & temporalia quæ videmus, spiritualia quæ non videntur, cognoscuntur, ideo per istam cęli & terræ mutationem corporalem possumus intelligere illam spiritualem & moralē, de qua in præsenti opusculo aliquid est tractandum, de qua quidem pōt dici verbum superius allegatum cœlum & terra transibunt. Cęlum.n. in cęli proprietates & cōditiones, terra.i. cuiuscunq; materiæ terrenæ & corruptibilis virtutes & dispositiones, transibunt.i. de sensu litterali ad spūalem intelligentiam conuertentur. In isto.n. tractatulo de cœlo & eius partibus.s. de corporalib. cęlestib. stellis, planetis signis & orbibus, de tempore, motu & eius partib. aliquid est dicendū, & ipsorum litteralis proprietas ad spiritualem intelligentiā reducenda. Cœlum ergo & terra transibunt. In quibus verbis ostenditur, q̄ ad illud opus faciendum tria breuitar requiruntur. Requiritur.n. q̄ homo habeat mentis sublimitatem, Dei benignitatem, actus sedulitatem. Requiritur dico mentis sublimitas intelligendo, quia homo debet esse cęlū. Dei benignitas intus influendo. Terra. Actus sedulitas opus exequendo. Transibunt. Sit igitur intellectiua mentis sublimitas, quod ostenditur cum dr̄. Cęlum. Quia sicut cęlum est altum, ab infimis segregatum, clarum & stellis lucentib. ornatum, sic necesse est q̄ ille qui est expositor talium, sit altus cœlestia contemplando, clarus & perspicuus subtiliter intelligendo, stellis.i. scientijs ornatus, alios illustrando, vt sic possit de intellectu eius & ratione eius dici illud Apo.12. Signū magnum apparuit in cęlo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim. Talis.n. debet esse signum per aliorum directionem. In cęlo per cœlestium affectionem. Amictus sole per clarissimā cognitionem. Sub pedib. habere lunā cornutā per superbiæ coculcationem. Coronari duodecim stellis, per sciētiarum & morum ampliationē. Sed nota q̄ istæ stellæ dr̄ duodecim, quia verè necesse est expositor habeat notitiam aliqualē de duodecim scientijs quibus hoīes vtuntur.s. de septē artib. liberalibus, octauo de naturalib. nono de scientia morali, decimo de legatis, vndecimo de canonica, duodecimo de theologica. Et sic dicetur illud Gen.1. Stellas posuit in firmamento cęli. Sit igitur in intellectiua mentis sublimitas. Scđ ō sit in affectiua influens bonitas, quæ ostēditur. cum dr̄ Terra. Terra.n. est influentiarum cęlestium receptiua, virtute quarum diuersos fructus ex se generat & producit. Sic voluntas & affectio expositoris debet Dei influētias & inspirationes recipere, vt diuersos fructus diuersarum expositionum possit alijs parturire. Esa.55. Descēdit imber & nix de cęlo, & inebriat eam, & infundit eam, & germinare eam facit. Tertio requiritur sedulitas in executiua, quod ostenditur cum dr̄. Transibunt. Transire.n. significat motum, exercitium & laborem, q̄ te uera sunt necessaria hoi qui ad talia vult vacare. Vnde talis debet esse sicut torrens qui raptim transit in conuallibus Iob 6. Vtile est.n. imo ēt delectabile & honestū in talib. negotijs laborare, quæ non solum præstant complacentiā aurib. sed etiam munditiam animab. Dicit ergo ista moralis scientia illud Ece.24. Transite ad me oēs qui concupiscitis me, & à generationib. meis adimplemini. Transeundū est.n. ad istā scientiam p̄p iniunctam diligentiam. Trāsite (inquit) ad me. Propter subiunctam cōplacentiam. Concupiscitis. Propter adiunctam opulentiam. Adimplemini. Laborandum est.n. in ista scientia, quia verè ipsa habet virtutem imperatiuam, virtutem delectatiuā, virtutem fęcundatiua. Sicut.n. dr̄ in quodam se sermone, labor, transitus, exercitium, diligentia, sedulitas & occupatio, sunt multum vtilia si sint bona. Vnde dr̄ quendam sapientem dixisse q̄ honestus labor est humanę vitæ fida custodia, dormientis naturæ stimulus, sopiti caloris lima, superfluitatis consumptio, vitiorum fuga, morborum mors. languorum medicina, lucrum operis, iuuentutis debitum, adolescentiæ disciplina, senectutis gaudium, salutis adiutoriū, nutricis oīm malorum.s. otij, inimica. Laborabo igitur in gemitu meo, & circa instans opusculum cum diligentia vigilabo, sciens, iuxta sententiam sapientis, q̄ ex bonis laborib. fructus est gloriosus. Ipse ergo qui pro nobiscū laborando de paradiso ad mundum transiit, qui sicut terra labores subijt, qui sicut cœlum, motum & laborem exercuit honos, virtus & gloria in secula seculorum. Amen.

# *LIBER QVINTVS*

## *in quo agitur de his quæ pertinent ad cœli & corporum cœlestium naturam, & ad temporum variationem.*

## *Capitulum 1.*

MVndus est vniuersitas creaturarum, conglobata in spheræ modum sm̄ Martianum. Dr̄.n. mūdus cœlum cum omnibus suis contentis. Et habet mundus duas partes.s. prima quę est incorruptibilis, & immutabilis, quæ incipit à sphera lunæ in sursum. Secunda est corruptibilis & variabilis, quæ incipit à sphera ignis vsq; deorsum.s. ad centrū terræ. Prima pars habet cœlum cum stellis, solem & lunam, cum cæteris planetis. Secūda habet ignem, aerem, aquam & terram, cum auibus, animalib. herbis & lapidibus. In prima semper viget lux & claritas. In secunda sępe reperitur obscuritas. Et vt breuius concludatur, per primæ partis influentiā secunda gubernatur. Per mūdum intelligo ecclesiam, in qua sunt oēs creaturæ.i. omnes christiani boni & mali, q̄ ibi sunt per vnitatem fidei conglobati. Sed ista habet duas partes.s. superiorem, & hæc est ecclesia triumphans, quæ est immutabilis & perpetua sine malo. & inferiore, & hęc est ecclesia militans,

litans,quæ multum est mutabilis,variabilis & depressa,& va
rijs impressionib.i.tribulationib & tentationib. repleta,ne-
bulis & nubibus.i.diuersis ignorantijs & erroribus cõluscata.
Sed pars superior.s.paradisus,sempot habet claritatem,quia
claritas solis illuminabit eam,& lucerna eius est ago⁹.Apoc.
2 21.Sequitur.Nox.n.non erit ibi . ¶ Itẽ in prima parte.s.io pa
radiso,est cœlum.i Deus,qui oia ambit, qoatum ad essentiã
infinitam.Sunt ibi stellę.i Angeli,qui sunt stellę fixę,immobia
biles & incorruptibiles. Quia stellæ dederuot lumẽ in custo
dijs suis &c.Baruch.3.Est ibi sol.i. Christus,qui sol dr̃ iusti-
tiæ.Mala.4.Est ibi luna.i.beata virgo,quę Can.6.dr̃ Pulchra
vt luna,sunt ibi planetæ.i.sancti & sanctæ, qui solem iustitiæ
Christum iugiter sunt sequuti . In secunda autem parte.i.io
ecclesia militante,est ignis.i.ardor charitatis,est aer.i.splen-
dor honestatis,est ibi aqua i.dulcor pietatis, est ibi terra.i.in
firmitas & depressio humilitatis , sunt ibi aues.i.viri contem
platiui,sunt ibi aialia.i. viri terrestres & actiui, sunt ibi lapi-
des.i. peccatores insensibiles,duri , frigidi, & obstinati,sunt
ibi arbores i.fragiles , & imperfecti,qui flatib.tentationum
pelluntur,& sæpe virorem gratiæ recuperant atque perdũt,
quia septies in die cadit iustus,& resurgit.Prou.24. ¶ Prima
3 materia primo fuit informis & inuisibilis , confusa sine spẽ,
sine forma,sine loco,sine quantitate,sine tpe, ſm Platonem
in Timeo.Sed tandem ad multas formas nobiles est redacta,
ex quibus constat machina vniuersi.Sic verè tales sunt mul-
ti iusti & boni pauperes in vita ista,quia ipsi suot viles,paupe
res & depressi,non habentes speciem nec decorem, quia ca-
rent alimentis & vestimentis sufficientib. Esaia.53.Vidimus
eum,& non erat aspectus.Illi sunt inuisibiles,quia nullus di-
gnatur eos respicere. ipsi sunt siue quantitate.i.sine tpali fa-
cultate,ipsi sunt sine loco, quia nullus in societate dignatur eis
facere locum ipsi sunt sine tpe , quia tempus eorum non est
io vita ista,sed erit in futura, quia tunc ad formas nobiles re
ducentur,inquantum cum beatis glorificabũtur. Vnde Iob
12.Deridetur iusti simplicitas,lampas contempta apud cogi
tationes diuitum , parata ad tempus statutum.i. ad tempus
post mortem.Vel dic q̃ materia est pauper scholaris,qui pri
mo est sine loco, & tpe &c.sicut supra.sed tandem acquisita
scientia,acquirit potestatem,locum præbendam , & famam,
quia sicut dr̃ Ecc.11.Sapiẽtia humiliati exaltabit caput.¶ Ma
4 teria est immutabilis,incorruptibilis,& inuariabilis,quia li-
cet forma eius corrumpatur.& alia introducatur,ipsa tñ in-
corruptibilis perseuerat.Modo.n.est sub forma ignis,modo
sub forma aquæ,nunc aeris,nunc sub forma terræ, & tñ ma-
teria io se nullatenus variatur. Talis est vir perfectus & for-
tis,quia licet sua forma.i.sua spẽs & prosperitas,suus valor,
& felicitas destruat,& forma contraria.s.tribulatio vel pau
pertas introducatur , ipse tñ à bono proposito nõ mutatur,
quia non contristabit iustum quicquid ei acciderit.Prou.12.
Quia licet modo sit sub forma ignis.i. in ardore tribulatio-
num modo sub forma aquæ.i.in affluentia deliciarum , mo-
do sub forma aeris.i.in plenitudine diuitiarum , ipse tñ non
deserit suam bonitatem , sed sine corruptione peccati sem-
per manet.Quia homo sensatus in sapientia manet sicut, sol
stultus aũt mutabitur vt luna.Eccle.27.Vel expone de Deo,
qui est incorruptibilis,inuariabilis, & immutabilis. Quia ego
dominus,& non mutor.Malach. 3. Vel expone de firmitate
fidei vel ecclesiæ,quæ licet sit in diuersis formis & conditio-
nibus nunquam tamen perit Lucæ.22.Ego rogaui pro te,vt
non deficiat fides tua ¶ Mundus licet constet ex diuersis par
5 tibus,in se tamen est vnus numero , & hoc propter materiæ
vnitatem . Et ſm Macrobium de somno Scipionis , Orbes
mundi se contingendo, harmoniam musicam modulantur.
Sic verè charissimi licet religio,studium , vel ecclesia cõstet
ex diuersis partibus.i.personis , & nationibus , debet tñ esse
vna,quantum ad concordiæ vnitatem, & hoc quia vnam ha
bent materiam.i.vnam regulam,s. religionem , vel vnam fi-
dem.s.ecclesiam , vel vnum priuilegium , quantum.s.ad stu-
dium . Et ideo debent omnes ecclesiæ, religionis vel studij
partes concurrere io vnum 1.Mach.8.Omnes obediunt vni,
& zelus,& inuidia non est inter eos. Et ideo istæ partes de-
bent voces harmonicas , s.orationem confessionem,gratia-
rum actionem dulciter resonare.vnde Sap.vltimo.In se ele-
menta dum cõuertuntur, quasi in organo omnia sonum suũ
custodiunt.Secundum Augustinum in glosa Matt.24.Mun-
dus iste licet sit æternus quo ad essentiam & substãtiam, ista
tamen qualitas,& species eius exterior est mutabilis, & va-
riabilis,& finaliter quando Deus mundum iudicabit,ad for
mam veniet meliorem quia secundum Esai.30.cap. Erit lux
lunæ,sicut lux solis,& lux solis septempliciter . Talis est ho-
mo,quia licet sit æternus duratione, mutatur tamen quantũ
ad mores,& etiam quantum ad corporis ætates.Sed ista mu
tatio debet esse in melius , quia sol eius est intellectus suus,
luna,i.voluntas,quæ fluit & refluit,debent semper maiori lu
mine gratię decorari.Oculi eius sicut sol &c.Apo.1.Et sicut
in mundo sunt diuersæ partes,quæ io vnum rediguntur, sic 6
io homine &c.¶ In mundo quanto materia est purior, & no
bilior , tanto ad formam nobiliorem habet inclinationem,
& tanto eam fortius requirit.Sic conscientia,cor, vel volun
tas,quanto purior,& mundior à peccato, tanto formam no
biliorem.i. gloriam æternam & virtutes recipit magis cito.
Ideo dr̃ Matth.5.Beati mundo corde , quoniam ipsi Deum
videbunt.¶ Oportet semper quòd secundum formæ intro- 7
ducendæ proprietatẽ materia disponatur. Vnde si terra de-
bet fieri ignis , oportet quòd materiæ grossities subtilietur,
& depuretur,vt sic forma nobiliori induatur.Sic verè opor
tet , quod materia.i.homo anima disponatur per disciplinã,
studium , vel pœnitentiam , ad hoc quòd de viti forma.i. de
statu peccati vel ignorantiæ , ad formam nobilem.i. ad sta-
tum gratiæ vel virtutis, seu scientiæ transferatur , vel etiam
ad statum glorię in futuro.Quia si hebetatum fuerit ferrum
multo labore exacuetur. Ecclesi.10.¶ Cum mundus habeat 8
duas partes,s.superiorem & inferiorem cœlestem & elemẽ-
tarem,superior tamen est dignior , maior pulchrior , & pu-
rior,& virtutis amplioris quam infima. Sic verè cum in ec-
clesia sint duæ partes , scilicet paradisus , quæ est ecclesia
triumphans , & ecclesia militans , superior tamen,s.paradi-
sus,est nobilior & pulchrior,& virtus est amplior,quia eius
virtus semper influit in inferiorem.i. in ecclesiã militantem,
quia sanctorum bonorum orationes semper influunt in nos
alios peccatores . Vel dic de homine,cuius pars superior,s.
rationalis,est nobilior.¶ Licet inferior pars mundi,s. terra, 9
& aqua,sint ignobiliores,sunt tñ fęcundiores. Vnde quam-
uis luce careant,non tamen fructu,quia io productione sen-
sibilium,& vegetabilium,lapidum & metallorum,sunt alijs
pleniores.Sic verè cum in ecclesia sint duæ partes,s.superior
vtpotè prælati,& clerici,& inferior,scilicet subditi, & laici,
pro certo licet illi superiores præpolleant claritate, id est
scientia , & discretione vel eminenti prælatione , minus ta-
men pollent fœcunditate id est bona operatione , quia ho-
die laici plus habent & fęcundantur in fructibus bonæ con-
uersationis, & in floribus bonæ operationis , quàm clerici
vel religiosi, & quanto plus in eis claritas sapientiæ deficit,
tanto fœcunditas virtutum plus proficit,quia multi sunt qui
propter scientiam fiunt deteriores. Stultus enim factus est
omnis homo à scientia.Hierem.10. ¶ Nobilior materia no- 10
biliori indiget forma , & quanto nobilior , tanto habet in-
clinationem ad nobiliorem formam , & tanto forma nobi-
lior in ea finaliter introducitur à natura. Sic verè quanto
anima est purior,& sanctior,& magis sine fœce peccati,tan
to plus inclinatur & afficitur ad nobilem formam.i. ad glo-
riam æternam , & tanto finaliter in ea copiosius introduci-
tur,& econuerso, quia quanto quis impurior est per pecca-
tum,tanto plus inclinatur ad vilem formam , id est ad tem-
poralia , & mundana , & tanto vilior forma,scilicet æterna
miseria introducitur finaliter in eodem. Immundi enim re-
gnum Dei non possidebunt.Ad Roman.12. ¶ Licet mundus 11
videatur nutritor corporum ,est tamen carcer spirituum, &
animarum,& est locus incolatus & perigrinationis , reatus,
& transgressionis , doloris & lachrymationis , laboris & fa-
tigationis,horroris & confusionis, & motus & mutationis,
fluxus & alterationis,transitus & corruptionis,insolen-
tiæ & turbationis,violentiæ & oppressionis,fraudu-
lentiæ & deceptionis . Mundus notos allicit,
ignotos abijcit,multis obest,paucis pro-
dest,multa promittit, pauca reddit,
& quos diuitijs & honoribus
extollit , in fine nudos
abijcere consue-
uit.hæc ma-
gister.

*De Cælis.* *Cap. 2.*

1 COeli sunt sepeem.s.empyreum crystallinum firmamē
tū,Olympus.i.regio planetarum, igneum, superior
pars aeris coniuncta igni,inferior eius pars cōiuncta
terræ.Inter cælos est vnum immobile.s. empyreum.
Omnia autem alia sunt mobilia,& ab ipso primo immobili
contenta, & luminis & influentiæ ipsius receptina. Sic est
deus,qui stās immobilis dat cuncta mooeri,sm Boethium
de consolatione. Nā mouet̄.n.localiter,quia replet oēm lo-
cum. Hie.23.Cælum & terrā ego impleo. Non formatr, qa
incorruptibilis. Mala.3.Ego dñs,& non mutor. Ab isto oia
alia & essentialiter & virtualiter continentur,& ipse a nullo,
qa in ipso sunt oia ad Colos.1.Oēs etiam alij cæli.i. omnes
creaturę pter enm,naturæ sunt mobilis & corruptibilis quā
rnm de se ēt angeli.Iob 15.Ecce inter sanctos eius nemo est
immutabilis.Et ab ipso recipiūt lumē sapientiæ & oēm aliā
influentiam,& valorē.Per ipsum.n.mouemur & sumus.Act.
17.Vel dic de cęlo superiori.i.de prælato vel perfecto, quia
licet alij sunt mobiles & inconstantes,ipse tñ debet firm' &
stabilis permanere Eccl.5.Esto firmus in via dñi. ¶Cælum
2 sm Arist.li.de causis,est elementum,qointū ab istis inferio-
rib.elementis distinctum. Non est leue,quia tunc posset ascē
dere.Non est graue,quia tunc posset descendere.Non patit
corruptionem,nec generationem.Inquietum est,& mobile
& semper mouetur circa polum stellā immobilem,ipsumqȝ
diametraliter circuit incessanter.Talis est per oia vir perfe-
ctus,q primo separatus est ab alijs & distinctos per suæ san-
ctæ eminentiæ & vitæ sanctitatē.Act.13.Separate mihi Bar-
nabam & Paulum.Iste non est leuis per insolentiā,quia nūc
asceuderet per superbiam. Non est grauis.i. inclinatus ad
terrena,quia tunc descenderet por auaritiam.Non patit cor
ruptionem luxuriæ vel peccati,quia iugiter mouetur p bo-
ni operis deligentiam Circa polum aūt.i.Christum, qui est
immobilis & immutabilis,semper mouetur,quia circa deū
mouetur incessanter per affectionem & amicitiam,& circa
ipsum discurrit per boni operis complementum,nec ab eo
aliqualiter se elongat per peccatum.Ideo Christus sibi dicit
2.Esdr.4.Propinquus mihi ledebis,& amicus meus vocabe
ris.Vel per polum potes accipere quemlibet sanctum,quem
debemus circuire per deuotionem.¶Secundum Aristot.de
cœlo & mundo,Cœlū est vnum,nec fuerunt nec erunt mul
3 ti cœli,nec est locus alius quam cœlum.Vnde illic est vita fi
xa & sempiterna,q̄ nec deficit,nec finitur.Et est motus eius
circularis & continuus circa polum,cuius motor est spiri-
tus,qui mouet illud sua voluntate.Et dicitur firmamentum,
quia est solidum immutabile seu firmum.Talis ecclesia,quæ
est vna,non plures,quia vna est columba mea.Cant.6. Nec
fuit,nec erit plures,sed vna sola,quæ locus est omnium sal-
uandorum,quia ibi est vita fixa.s.gratiæ & gloriæ, quæ nec
deficit nec finitur.Hæc mouetur continuè.s.de prosperitate
ad aduersitatem, de pluralitate ad paucitatē,de paupertate
&c.& econuerso.Nunquam tamen cadit penitus per hære-
sim,nec a polo arctico.i.à Christo per infidelitatem penitus
elongatur,iuxta quod dixit Christus Petro.Luc.22.Ego ro
gaui per te vt non deficiat fides tua.Et ideo firmamētum.i.
firma & stabilis nuncupatur,in qua sol & luna.i.Christus &
beata virgo & stellæ diuersæ,i.sancti inter se differētes habi
tant & morant.Sol & luna steterunt in habitaculo suo.Aba
4 cuch.3.¶Oia quæ sunt sub firmamento,mouentur sm mo-
tum eius,s.planetæ & orbes,& etiam ignis,aer,& aqua,licet
diuersimodè,& motui firmamenti obediunt,ipsumq; die ac
nocte sequuntur ab oriente in occidentem,& citius & plus
mouentur secundum motum orbis,quam secundum motū
proprium.Et quanto orbis inferior est prior, tanto motui
firmamenti ordinatius se conformat secundum Rabanum.
Sic vere firmamento,i.deo vel prælato debent omnes or-
bes subditi id est,omnes inferiores obedire, & secundum
motum voluntatis suæ se regere & mouere,motumque pro
prium idest,propriam voluntatem motui firmamenti id est
voluntati prælati vel dei subijcere,& post ipsum per obediē
tiam circuire. Quia quocunque declinabat quæ prima erat
sequebantur & cæteræ.Ezech. 1. Et quanto quis prior est &
sanctior,tanto vere ad mouendum & regendum se secundū
voluntatem prælati sui vel dei est promptior.Eccl.3. Quan-
to maior es,humilia te in omnib.¶Quanto aliquod corpus 5
plus appropinquat cœlo,tanto magis est mobile.& ecōuer
so,quanto remotius,tanto minus se suo motu cōformat.Pa
tet,quia ignis ordinatior q̄ aer & aqua,terra aūt pp nimiā
elongationem à firmamento immobilis est & fixa. Sic vere
quanto quis est propinquior cælo,i.per gratiā & virtutes,tā
to mouetur ordinatius & citius per obedientiam.Et ecōuer
so,quanto plus a deo remouetur per peccatum,tanto minus
obedit eius voluntati,& minus mouet per bona opera.Ertō
multi sunt homines sicut terra id est,fixi & immobiles p pi-
gritiæ & inobedientiæ grauitatem.psalm.Fundauit terra su
per stabilitatem suam.Vel dic quod quanto quis est propin-
quior deo per gradum ecclesiasticæ dignitatis,tanto debet
eum melius sequi obediendo,& bene operando,& eom imi
tando. Vel dic quod quanto quis est alicui propinquior per
consanguinitatem & affinitatem,tanto debet ei magis obe
dire.Vel expone de bona societate,quia quanto quis alicui
vicinior efficitur,tanto ei in pluribus modis & actibus ma-
gis fit similis & conformis,dicens.Matthæi 8.Magister,se-
quar te quocunque ieris.¶Cœlum violenter mouet secum
interiores orbes(licet habeant cōtrarios motus naturaliter) 6
omniaq; inferiora per sui influentiam gubernantur. Sic ve-
re debet facere p̄latus,qa oēs subditos suos qñ inuenit eos
habere proprios motus.i.proprias voluntates,debet eos cō
pellere per violentiam correctionis sequi suum motū,si vi-
delicet sit bonus,& ipsos secum rapere,& per bonam suam
influentiam suam prouide gubernare,& suę iurisdictioni &
motui per rigorem iustitiæ subiugare 2.ad Corinthios 10.
Parati sumus subiugare omnem inobedientiam.Et sicut cę
lum habet semper vniformē & ordinatissimum motum,sic
prælatos debet habere motum voluntatis ordinatum & ma
turum vt se & alios valeat regulare.Vnde 1.ad Corinth.14.
Omnia honeste & secundum ordinem fiāt in vobis. Vel dic
quod cęlū est vir iustus,qui inferiores potentias compellit
obedire rationi.¶Cęlum mouetur velocissime, & ideo ne
motus eius velocitas mundi machinam dissiparet,voluit eū 7
natura motu planetarum retardare.Motus. n. planetarū p
prius contrarius est motui firmamenti vt sic eius impetus
motu contrario moderetur secundum Rabanum. Sic sunt
multi qui more firmamenti mouentur citissime,s.ad vindi-
ctam & iustitiæ executionem,quando inueniunt aliquem de
linquentem,non considerantes fragilitatem peccatoris, &
idō ad refrenādum impetum & motum sui rigoris,dat eis na
tura.i.deus planetas.i.subditos qui habent motus cōtrarios
i.qui eis contrariantur per rixas & appellationes, & sic in-
uento obice sua iracundia temperatur. Vel dic quod motus
contrarij planetarum significant motus & tentationes car-
nis,quæ sunt contrarij rationi,quia quando quis est nimis au
sterus,deus permittit eum tentari,vt humilietur. Exemplū
de Petro. Vel dic quod quidam sunt quorum motus & im-
petus iracundiæ non potest refrenari,nisi per contrarios mo
tus verborum & punitionum.Et ideo vtile quod inueniant
planetas.i.personas respondentes,quæ contraria sibi respō
deant,vt quiescant,& vt sua iracundia moderetur. Prouer. 8
26.Responde stulto iuxta stultitiam suam.¶Cœlum licet in
suis partib.mutet locū,in toto tamen suo nec situm variat
nec locum,quia cęteris partibus inferiorib.fluctuantibus,cę
lum nūquā motus sui tenorē & ordinē derelinquit,vt dicit
idem.Sic vere cælum.i.religio licet mutetur & varietur quā
tum ad personas,quia.s.personæ moriuntur vel mutatur de
loco ad locum,ipsum tamen cęlum religionis.i.ipsa integri
tas & vniuersitas,vel ipsa regula seu fides, nunquam moritur,
aut mutatur. Vel dic quod licet partes inferiores mun-
danæ fluctuent & mutentur,& quotidie varient statum suū,
cœlum tamen id est, ecclesia in suo toto vniuerso semper
debet immobiliter statum suum,regulam & ordinationem
obseruare,quia homo iustus in sapientia manet. stultus au-
tem immutatur vt luna.¶Secundum Aristotel.libr.de cœlo 9
& mundo, cœlum est ita perfectum & conciliatum,quod
non habet contrarium aliquod in natura,& ideo est incor-
ruptibile,quia nihil corrumpitur nisi a suo contrario.Sic ve
re illi qui sunt ita perfecti,ita mites,ita benigni qđ nullū hūt
contrariū vel inimicum in mundo sunt incorruptibilis,na-
turæ,quia.s.non corrumpuntur per pctm̄,quia .i. deus tales
præseruat.Prou.28 Qui ambulat simpliciter,salu' erit. ¶Li
cet cœlum non corrumpatur, nec generetur, est tamen

principium generationis & corruptionis, pp radios, quos
mittit ad terrá, vt dicit Arist. Sic sunt multi qui in se sunt bo
ni, ita & per luxuriá nec generant, nec corrumpuntur, tamen
habent ita malos radios .i. mala exempla, quod in aliis cau-
11 sant generationem luxuriæ, & corruptionem peccati. Eccl.
43. Radius suis excęcat oculos. ¶ Cęlum licet sit vniformè de
se, habet tñ plures orbes & circulos, pp necessitatem mor-
talium, vt sic quolibet anno diuersimode moueatur, quia si
semper vniformiter moueretur, tantum frigus vel tantum
calorem causaret, quod alimentum mortalium deperiret,
ſm Arist. lib. de causis elementorum. Cælum est deus, qui q̄
tum ad occultam suam prouidentiam habet multos circu-
los .i. plures modos secundum quos se mouet, & se habet er
ga nos, & ideo, aliquando frigus aduersitatis aliquando æstũ
prosperitatis causat, alias .n. alimentum gratiæ & virtutis pę
nitus deperiret. Non est autem necessarium quod semp se
habeat erga nos vno modo, imo vere vtile est quod homini
deus nunc frigiditatem, nunc calorem, nunc prosperitatem,
nunc aduersitatem inducat, vt sic alimenta diuinæ gratiæ in
12 nobis generet & producat. ¶ Cælum habet claritatem, rotũ
ditatem, diaphaneitatem, vel perspicuitaté. Et secundũ Ma
crobium in lib. de expositione somnij Scipiõis p orbes suos
causat harmonicam suauitatem, & motus sui impetus cau-
sat in rebus caliditatem. Sic vir perfectus habet claritaté sa-
pientiæ, rotunditatem obedientiæ. Figura .n. rotunda est sũ
mè mobilis. Habet etiam perspicuitatem veritatis & simpli
citatis, qa quilibet videt quid habet in corde interius. Cau-
sat ét harmoniam gratiarum actionis & calorem diuinæ di-
lectionis. Est etiam more cœli altus, per contemplationem.
Oia continens per compassionem. A terra, i. a terrenis elon
gatus per eorum abominationem. Stellis ornatus per virtu
tum & exemplorum possessionem. Gene. 15. Suspice cęlum,
& numera stellas eius si potes. ¶ Cælum omnia inferiora im
13 mutat, & tamen a nullo inferiore se: potest recipere aliquid.
Sic vere deus mutat oia inferiora, temporalia & spiritualia,
vnumquodque secundum propriam qualitatem, ipse tamen
nullam mutationem recipit in seipso ps. Mutabis eos, & mu
tabuntur; tu autem idem ipse es. ¶ Cœlum summæ est perfe
14 ctionis inter corporalia, sed nihil est ita vile, nec ita sibi dissi
mile in natura, quin in virtute aliqua cælesti corpori simile-
tur, & quin in aliquo, cælo melius inueniatur. Patet de pedi
culis, qui habent vitam, quam tñ cœlum non habet. Sic vere
dato q homo sit magnæ perfectionis, & vitæ cælestis, nó est
tamen ita vtilis hó in natura, quin habeat aliquam virtutem
vel conditionem meliorem, quam sint multæ quæ in ipso es
se noscuntur. ¶ Cælum habet altitudinem cunctis præeminẽ
15 tem, amplitudinem cuncta continentem, pulchritudiné stel
lis coruscantem, fortitudinem semper durantem. Sic vere
vir perfectus debet esse per contemplationem altissimus, qa
.s. eius affectio & consideratio debet esse sursum in paradi-
sum eleuata, & per contemptum ab istis inferiorib. & terre
nis elongata. Vnde Eccl. 44. Altitudinis firmamentum. & ad
Philipp. 3. Conuersatio nostra in cœlis est. Item iste debet es
se p charitatem amplissimus, quia .s. omnes homines debet
in corde suo continere .s. ipsos diligendo, & eis subuenien-
do. psal. Extendens cœlum sicut pellem. Item iste debet esse
per honestatem pulcherrimus, quia stellæ .i. virtutes & exem
pla debent in eo relucere. Eccl. 43. Species cœli, gloria stel-
larum, mundum illuminãs. Item iste debet esse firmitate for
tissimus, quia .s. ita debet esse solidus per constantiam firmi-
tatis, perseuerantiæ & longanimitatis, quod nunquã debet
corrumpi vel deficere per peccatum. vnde Iob. 37. Tu forsi-
tan cum eo fabricatus es cęlos, qui solidissimi quasi ære fu-
si sunt. ¶ Cœlum secundum Rabanum est ordinatissime pro
16 cessium, inferiorum omnium regitiuum, continuę influẽtiæ
ministratiuum, mirabilis harmoniæ causatiuum, & omniũ
quæ sub eodem sunt, ad perfectam obediẽtiam reductiuũ.
Sic veré vir iustus, & maxime prælatus, semper debet in suis
moribus & actibus procedere ordinatissime, quia nunquam
debet in vno puncto ab ordine rectæ iustitiæ deuiare .i. ad
Corinthio. 14. Omnia honeste & secundum ordinem fiant
in vobis. Item iste debet esse inferiores & subditos ordinare
& regere, & in eos mouendo & instruendo & temporaliter
subueniendo influere, concentum melodiæ, laudis, & gratia
rum actionis continue modulari, & tranquillitatem animi
seruare pariter & sectari Iob 38. Concentum cœli quis dor-
mire faciet? Item iste debet inferiora ad perfectam obedien
tiam reducere, quia .s. motus sensualitatis debet cópescere,
m ad obedientiam spiritus & rationis cogere. Pręlatus etiã
& ecclesiasticus suis doctrinis & exemplis debet post se tra-
here omnia inferiora, .s. subditos & laicos ipsos informando
& ad veritatis semitam reducendo. Eorum etiam rebellio-
nes debet reprimere, ipsos si necesse est, per violentiam com
pescendo, dicens .s. illud Ezech. 22. In brachio extenso & fu-
rore effuso regnabo super vos. Et de tali cœlo sicus dicitur
illud Deu. 28. Sit cœlum quod supra te est, æneum.

## De Cælo Crystallino. Cap. 3.

Coelum crystallinum est aqueæ naturæ ſm Bedã, quæ 1
in modũ crystalli ibi diuino opere est gelata. & fuit
necessaria ad temperamentum caloris motus firmaméti.
Ad hoc ét operantur planetæ propter contrarios mo
tus suos. Firmamentum .n. per crystallum refrigeratur, & p
planetas retardatur ſm Bedam & Platonem. Per cęlum cry
stallinum quod est naturæ lucidæ & specularis, intelligo vi
ros plenos sapientiæ spiritualis, qui claritatem continent ve
ritatis. Est igitur necessarium firmamento .i. prælato vel viro
iusto, qd' habeat secum cælum crystallinum .i. socios proui-
dos & prudentes, vt .s. per eorum consilium, per prudentiam
& maturitatem, ardor suæ crudelitatis & vindictæ aliquo-
tiens temperetur. Ad q ét sibi proficit motus contrarius pla
netarum, .i. rebellio subditorum. Eccl. 9. Viri iusti sint tibi cõ
uiuæ. Vtile est .n. homini, rebelliones subditorum qnqz senti
re, vt semper in quodam timore & circunspectione & dili-
gentia cogatur viuere, & non imbecilli securitate torpere
Vel dic moraliter quod cœlestes viri ad reprimendum ar-
dorem & zelum iustitiæ, rebellionem inferiorum orbium .i.
carnalium appetituum, in seipsis sentiunt, ac per crystallinã
sapientiam ardorem istum prudenter compescunt. ¶ Licet 2
aqua sit fluxibilis, illę tamen quæ sunt supra cælum .s. in cęlo
crystallino, solidæ sunt atque firmæ, lucidæ, & tranquillæ se-
cundum gl. super. psa. ibi. Aquæ quæ super cœlos sunt. Sic li-
cet homo sit fragilis & fluxibilis in hac vita, quando tñ erit
super firmamentum .s. in paradiso, tunc more crystalli erit so
lidus per impassibilitatem, quia nulla passione poterit pene
trari, lucidus p claritatem, mobilis per agilitatem, peruius
per subtilitatem. ¶ Cęlum chrystallinum habet aquas in seip
so ligatas & congelatas. Sic vir iustus semper secum portat 3
aquas lachrymarum deuotionis & compassionis. Vnde Iob
26. Qui ligat aquas in nubibus suis. & psalm. Qui tegis aquis
superiora eius. Et sicut cœlum crystallinum lucem recipit
ab empyreo, & tribuit firmamento, sic vir iustus vel præla-
sus a deo sapientiæ & gratiæ lucem recipit, quam in alios
post diffundit.

## De Cælo Empyreo. Cap. 4.

Coelum empyreum est primum cœlum. & secundum
Isidorũ dĩa pyr, quod est ignis, non pp ardorem, sed 1
pp splendorem. Et est quietum & immobile, sphæri
cum, maximum quantitate, quia oĩa corporalia conti
net, vniformi qualitate, quia caret stellis. Et secundum Ale-
xandrum, necessarium fuit istud cœlum propter compleme
tum vniuersi, quia videlicet corpus infimum, .s. terra, est im-
mobile & opacum, supremum autem, .s. empyreum, immo-
bile est & clarum. Et sic inter ista duo immobilia tota natu-
ra voluitur vniuersi, vt dicit Basilius in Hexamerõ. Talis est
deus, maximè tactus, hó, quia splendore scientiæ rutilat sup
omnes. Item est sphæricus, quia sine principio, sine fine. Im-
mobilis, quia nec corrumpitur, nec ab ęternis suis dispoſi-
tionib. immutatur. Quia ego dominus qui mutor. Malac. 3.
& Num. 23. Non est deus vt homo &c. Maximæ est quanti-
tatis, quia omnes continet creaturas, quia habet essentiam
infinitam. Cęlum & terram ego impleo. Hie. 23. Hic est vos
forqus, quia æqualiter est ei cura de omnibus. Sap. 6. Et sõ
inter ipsum & terram .i. inter deum & beatam virginem
omnia continentur, & diuersimode variantur. Ista autem
duo immobilitate perpetua continentur. Non fuit .n. aliqs
quin vacillaret in fide, præter Christum & virginem glorio
sam, maxime in passione.

*De Æthere.* Cap. 5.

1 Ether est regio planetarum secundum Martianum. Et est locus separatus ab inferiorib. vbi est dies perpetuus, & vbi nox diurno lumini non succedit, & hoc quia vmbra terræ, quæ noctis est causa, ad tā altū locū in æthere non accedit. Et secundum Ari. 2. Meteor. Aether nihil aliud est quam quintū elementum, quod totaliter aliud est a natura aliorum elementorum, quia æther neq; est grauis, neque leuis, neque rarus, neq; densus, neq; corruptionem recipit aliqualem. Talis debet esse ecclesiasticus, & maxime prælatus vel religiosus, quia vere debet esse separatus, quo ad vitam & ad mores ab inferioribus elementis, i. a secularib. & terrenis. Et hoc maxime quantum ad claritatem & lucem gratiæ & sapientiæ, quæ in ipso debet perpetuo permanere. Vmbra. n. terræ, i. terrenorum affectiones, non debēt ad istos accedere, & iō nos. i. ignorantia vel peccatum nunquam in talibus debet esse. Nox. n. non erit ibi. Apoc. 21. Isti non debent esse graues per pigritiam leues, per insolentiam, rari per vanitatem, densi per ruditatem, sed semper incorruptibiles per perseuerantiæ longanimitatem, vt dicant domine non sum sicut cæteri hominū. Vel expone de gloria paradisi vbi est lux indefectibilis, quia claritas dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus. Apo. 21. Et planetæ. i. viri sancti & angeli ibi habent proprie locum suum, quia hæc est hæreditas servorum domini. Esa. 54. Vel dic de ecclesia, vbi est lux clarissima fidei & veritatis indefectibilis est, quæ vmbra hæresum vel errorum nullatenus obscuratur. Lu. 22. Ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua. &c. ibi sunt planetæ. i. diuersa genera prælatorum vel etiam subditorum.

*De Sphæra.* Cap. 6.

u Phera cæli est superficies & rotunditas eiusdem, quæ inter duos polos voluitur incessanter. Et est sphæra figura perfectissima, tum propter eius rotunditatem, quia caret principio atq; fine, tum propter eius capacitatem, tum propter eius vniformitatem, quia æqualiter a centro distat vt dicit Isidorus. Est etiam figura velocissima, quia nulla figura ad motum aptior quam rotunda. Talis est deus, primo quia caret principio atque fine per suam æternitatem, it em quia æqualiter se habet ad centrum. i. ad omnem hominem per iustitiæ æquitatem, & quia omnia capit vt continet per suam immensitatem. Vnde quidam Philosophus. Deus est sphæra intellectualis, cuius centrum vbiq; est, circunferentia nusq;. Vel sphæra est vir perfectus, qui inter duos polos id est, inter natiuitatem & mortem continuis motib. tribulationib. & motationib. est subiectus. Iste. n. est capax per ebaritatem vniformis per æquitatem, a centro, i. a mundo elongatus per voluntariam paupertatem, mobilis per obedientiæ agilitatem, vel per bonorum operum multitudinem.

*De Axe.* Cap. 7.

1 Xis est linea intellectualis, quæ inter duos polos & stellas immobiles protēditur, circa quam cælum diametraliter circunfertur. Cardines sunt extremitates ipsius axis, quæ ipsis polis infigunē. Hemisphærium est cæli medietas quam possumus videre. Horizon est circulus quem facit defectus visus quando cælum & terram iūgi putat. Vnde Horizon idest, visus terminatio.

*De Circulo Lacteo.* Cap. 8.

1 Vm in mundo sunt plures circuli, galaxia tamen est circulus candidior, & stellis notabilioribus illustratus. Et dicitur circulus lacteus, qui tendit versus septentrionem, qui nunquam a nostris visibus occultatur. Talis est religio, quæ cum in cœlo, i. in ecclesia sint plures circuli. i. plures status, iste tamen est pulchrior & melior, & stellis. i. personis. i. notabiliorib. melio rib. & honestioribus adornatur, qui etiam versus septentrionem, i. in frigore tribulationum est fundatus.

*De Zodiaco.* Cap. 9.

Odiacus est circulus duodecim spatijs distinctus, quæ quidē spatia duodecim ab astrologis sunt signa vocata. Sunt autem signa adinuicem distincta, & stellis notabilib. denotata. Et inter illa sunt quatuor cardinalia. s. aries, libra, cācer, & Capricornus. Zodiacus est ecclesia, quæ duodecim signa. s. t. 12. apostolos continet, qui fuerūt distincti ab inuicem proprijs stellis. i. proprijs donis & gratijs, quia vnusquisq; proprium habet donum, alius sic, alius aūt sic. 1. ad Cor. 8. Inter istos autem, sunt quatuor cardinales. i. principales. s. quatuor euangelistæ, quia maiori scientia quā cæteri, vt cōiter clauerunt. Aliqui succedēres, sicut Paulus & Barnabas, qui post ascensionem apostulatum acceperūt. Alij cadētes, sicut Iudas & Petrus qui diuersimode peccauerunt, & a statu gratiæ ceciderunt. Vnde de istis signis dī Gen. 1. Fiant luminaria in firmamento cœli, & sint in signa. 2
¶ In zodiaco sunt plura signa, quia. s. quædam sunt mobilia, alia immobilia, quędam principalia, alia sub principalia, quędam naturæ igneę, quędam naturę terreæ, quædam aereę, quædam aqueæ. Sic in ecclesia sunt plures personæ, quarum alia sunt mobiles ad bona opera, quædam non, quædā sunt principales sunt vt plati, alij sub principales vt subditi, quidam sunt ignei per charitatē, alij terrei per tępiditatem, quidam aerei per contēplationē, alij aquei per carnalitatis infectionē. ¶ Planetæ exaltantur in aliquib. signis, & in aliis deprimūtur. Vnde Sol exaltatur in ariete, & in libra deprimitur. Sic 3
vere sol Christus exaltatur & regnat in illis qui sunt similes arieti. i. in bonis, qui virtutū vellere sunt induti. In libra aūt i. in diuitib. qui non cessant pecuniam librare & computare in istis dico regimen perdit, quia tales de deo non curant. dicentes illud Lu. 19. Nolumus hunc regnare super nos. Vel dic qd̄ diuites nunc quando sunt in ariete. i. in petulantia & commota superbia, exaltantur per temporalem prosperitatē, sed finaliter in iudicio quando erunt in libra, tunc deprimentur per æternam aduersitatem, quia generaliter verum est quod qui in vno loco & statu & negotio deprimitur, in alio eleuatur. ¶ Planeta sp est fortior in domo propria quam in 4
aliena, & ex fortitudine signi in quo est, fortificatur, & ex eius debilitate debilitatur, sicut vir fortis fortior est in equo fortiquam debili. Sic vere quilibet fortior est & potentior in domo & patria sua, quā aliena vt cōiter, quia ibi habet amicos & famulos & alios adiutores. Vel dic qd̄ omnis hō fortior ad resistendum vitiis in domo sua existit. i. in statu suo, siue sit regularis siue secularis, quam in aliena. i. quam si aliena officia vsurparet, quia si sit ecclesiasticus, non debet mundi negocia ministrare. Qd̄ tamen est contra ecclesiasticos propria beneficia dimittentes, & magnatū curias frequentantes. Contra quos dī Luc. 9. Nolite trāsire de domo in domū. Et quanto coniungit cū meliori & fortiori signo. i. meliorib. socijs, tāto fortiori efficacia reperitur, & econuerso, quanto socios habet debiliores & iperfectiores, tanto minus sufficit operari. Quia vere multū proficit vel officit bonitas vel malignitas sociorum. Iō bene consulitur Eccl. 37. Cū viro sancto assiduus esto. Vel dic quod tutius est esse in religione, vel in statu meliori, quam in alio minus bono. ¶ Scdm Mesuel, 5
fm signorum ortus & occasus, oppositiones & cōiūctiones, aspectus beneuolos, & maleuolos, diuersa & cōtraria accidūt in hoc mundo, & vt dicit, illa q in natura gñant sub forti signo malcolino ascēdente, & forti planeta, & bono aspectu, bonæ sunt dispositionis, & econtrario. Signa sunt plati ecclesiæ, uel principes mondi, qa vere p eorū ortus & occasus, oppositiones & inimicitias, cōiunctiones & amicitias, diuersia accidūt in hoc mundo, vtpote paa vel Guerra &c. qa fm naturā superiorū subditi regulanē. Vnde si signu. i. plat' vel princeps fuerit ascēdens p celestiū affectionem & cōtemplationē, masculinus per virtutis & fortitudinis perfectionē, tunc vere illa quæ sub eo generant. i. subditi sub ipso de gentes, bonæ erunt dispositionis & tpaliter & spiritualiter quia beata est terra cuius rex est sapiens. Ecclesia. 10. Nam & fm beatum Gregoriū, Vita malorū facile trahitur ad exemplō, qa sicut dī Eccl. 10. Secundū iudicē ciuitatis, sic & hi qui habitāt in ea. ¶ Aliqua sunt signa q dicuntur domus angulares. s. signa cardinalia. Alia dicuntur domus succedentes. Alia domus cadentes sed inter illa angulares maioris 6

sunt virtutis q̃ quæcunq; aliæ, ſm Meſaelem. Sic in mundo vel ecclesia, quidam sunt angulares. i. principales & prælati, alii succedentes. i. subditi, alii penitus cadentes. i. mali. Sed vere illi qui sunt angulares. i. principales & prælati & iudices, ip debent esse aliis meliores, & in bonis operib. fortiores. Ideo de Saule electo dr̃ quod in toto Israel non erat vir melior illo 1. Reg 9.
7 ¶ Inter signa oia sunt bonæ significationis & influentiæ per duo. s. octauum, qui dicitur scorpius, & vndecimum, qui dr̃ Aquarius. Et ratio est, quia Mars dominatur in octauo, & Saturnus in vndecimo, qui sunt planetæ maleuoli. Et ideo octauum vocatur domus mortis & debilitatis omnium rerum, & in illo est gaudium Martis. Vndecimum autem vocatur domus inimicitiæ, tristitiæ & laboris. Charissimi per numerum octauum qui excedit & transgreditur numerum septenarium intelligo, illos qui p pctm̃ tráſgrediuntur septem virtutes. Per vndecimum autem intelligo qui transgrediuntur denarium decalogi. Dico igitur qđ illi homines qui dñr octauus, vel vndecimus i. qui per pctm̃ transgrediuntur septem virtutes, & decem mãdata, pessimi sunt. s. mundi pctõres. Nam in quibusdam istorum dominat Mars. i. deus belli. s. ira rixa, discordia, odiũ & inimicitia, & ideo isti dicuntur domus mortis, q̃a vere mors æterna apud eos poterit perpetuo hospitari. Et ẽt tales sæpe consueuerũt mortem corporalem per occisionem, & mortem spũalem p detractiõem inducere. & ideo a morte æterna digni sunt deuorari. vnde. psal. In inferno positi sunt, mors depascet eos. Item alij sunt peccatores in quib. dominatur Saturnus, q̃ dr̃ à saturitate. i. mundi prosperitas, quæ ipsos satiat mundi bonis. Et ideo tales dicuntur domus inimicitiæ, tristitiæ & laboris, quia vere mundi diuites semper sunt in inimicitia, tristitia & labore, & hoc p p diuitias acquirendas, & multiplicandas. Vnde Hie. 9. Vt iniq; agerent laborauerunt & Es. 54. in multitudine viæ tuæ laborasti &c. Et nota quomodo laborant circumeundo nundinas & mercata.
8. ¶ Signa dicũtur mutuo, se aspicere, quia planeta existens in vno signo respicit ante & retro. Sed quidam sunt aspectus mediæ amicitiæ, quidã perfectæ amicitiæ, alii mediæ inimicitiæ, alii perfectæ inimicitiæ ſm Mesaelem. Sic vere hoĩes debent se mutuo aspicere per mutuã charitatem, debent ẽt per prouidentiã aspicere ante & retro. i ad præterita & futura, quia secundũ Senecam, Futura præcaue, præterita meditare. Veruntamẽ hodie sunt multi aspectus. i. quidã amicitiæ inter bonos, alii inimicitiæ inter malos & inuidos, & in istis etiam alii sunt cõpleti, alij sunt medii, & imperfecti, quia & amor & odiũ recipiunt magis & minus 2. ad Cor. 12. Plus diligens minus di
9 ligar. ¶ Itẽ ſm Astrologos, ille aspectus dr̃ optimus ſm Mesaelem, qui quidem dr̃ tertius, & est qñ signum arietis respicit sagittarium post se, & Leonem ante se. Ille autem dr̃ pessimus, qñ aries respicit signum piscium post se, & libram ante se. Primus enim aspectus est amicitiæ secundus inimicitiæ completæ. Charissimi per arietem qui est signum diurnũ & igneum, intelligo quemlibet qui in die vitæ pñtis igne comburitur cupiditatis. i. omnem hominem. Ille enim potest habere plures aspectus & considerationes & bonas & malas, sed vere illa dicitur optima, quando hõ respicit & cõsiderat Leonem. i. diabolum ante se, qui eum post mortem expectat ad deuorandum sagittarium post se. i. mortem quæ eum sequitur, & eum multis tribulationib. impetit & sagittat. Nam cõsideratio hostis & mortis inducit dei timorem. Ideo de diuinis animalib. dicitur Eze. 1. quod habebant oculos ante & retro. Sed vere quando aries. i. homo respicit libram. i. mundi diuitias, quæ librantur & ponderantur, & pisces. i. mundi delicias & voluptates, vel mulieres deliciosas, tunc pessime cõsiderat, & dei inimicitiam tunc incurrit. Homo enim non debet habere oculos ad ista peritura. Vnde debet dicere. Auerte oculos meos ne videant vanitatem, quantum ad diuitias & delicias. Dicitur. n. Eccl. 9. Auerte oculos tuos a muliere compta. ¶ Coniunctio planetarum bona est si planetæ sint boni, & mala si fuerint mali. Oppositio autem planetarũ semper est mala secundum. Mesaelem. Sic vere cõiunctio. i. ami-
10. citia & societas hominum bona est, si boni sint. Mala autem si mali sint, quia sicut spinæ inuicem se complectuntur, &c. Oppositio autem planetarum. i. inimicitia hominum siue bo
11 ni fuerint siue mali semper est mala, quia nulli licet odire fratrem suum. vnde. Diligite inimicos vestros. Luc. 6. quia q̃ odit fratrem suum, manet in morte 1. Io. 3.

## *De Ariete.* *Cap. 10.*

SIgnum primum est Aries, quod secũdum Mesaelem est signum igneum, masculinum, diurnum, instabile, domꝰ Martis, & Solis exaltatio, Prima facies eius Martis, secunda Solis, tertia Veneris. domus est vitæ nativitatis. 1
Talis est vir perfectus, quia est igneus per charitatẽ, masculinus per virtutum & vitium probitatẽ, diurnus per clarã veritatẽ, instabilis per bonorum operum mobilitatem, vel per obedientiæ velocitatem. Et tales sunt domus Martis, q̃a omnes qui volunt pie agere, persecutionẽ patiũtur. s. pugnæ & tribulationis, quia. s. boni sustinent hodie multas pœnas, q̃a omnes qui volunt pie agere persecutionem patiuntur 2. ad Tim. 3. Sol tñ. i. Christus in istis regnat exaltatur & gloriaẽ, & in talib. delectatur. Et ideo sunt domus vitæ, quia vitam æternam hospitabuntur & recipient in seipsis. Sapientia. n. vitam tribuit possessori suo. Eccl. 7. Vel expone de malis, q̃ sunt ignei per iracundiam, masculini per luxuriam, diurni p auaritiam, quia. s. nocte vtuntur pro die, circa temporalia laborando. Eccl. 38. Noctem quasi diem transigit: instabiles p insolentiam. Et Sol. i. mundi prosperitas in talibus exaltatur & apud eos quam plurimum honoratur, & ideo Mars. i. iracundia & contentio. Sol i. mundi gloria & possessio, Venus, i. luxuria, & infectio in corde talium habẽt domum. ¶ Aries facit in illis in quib. dominatur, multos capillos, qui corpus curuũ, faciẽ obliquã, oculos graues, aures breues, collum lõgum ſm Mesaelem. Iste est Christus, qui fuit aries signum igneum p p ipsius charitatem. Fuit etiam aries animal, p p eius passionem, quia immolatus est more arietis in ara crucis. Illi igitur in quib. Christus dominatur. s. boni possunt sic cognosci, quia habent capillorum. i. virtutum multitudinẽ. Curui sunt per reuerentiã & humilitatem. Oculos habent graues per maturitatem, quia non mouent eos leuiter. Vñ qñq; aures. i. auditum, habent breues & curtas, quia. s. parum curant audire verba falsa, vana, detractionem, garrulitatem. vnde Eccl. 28. Noli audire linguam nequam. Collum ẽt. i. deuotionem quæ attrahit spũm, debẽt habere longum per perseuerantiam & longanimitatem. Vel dic q̃ illi in quib. aries i. diabolus dñatur. s. peccatores, abũdant in pilis. i. in diuitiis. Curui sunt per auaritiam, & ad terram inclinati per cupiditatem. Facie obliqui per inuidiam & falsitatem. Aures autẽ habent breues, quia. s. nolunt audire aliquod bonum verbũ vel sermonem. vnde 2. ad Tim. 4 A veritate quidem auditũ auertent, ad fabulas autem conuertentur.

## *De Tauro.* *Cap. 11.*

TAurus est signum terreum, frigidum & siccum, nocturnum, fixum, domus Veneris. domini eius, Venus, Luna Mars ſm Misaelem. Taurus animal est elatum, & significat mundi superbos diuites & potentes, quia pro certo sunt terrei, per auaritiã, quia nõ vacant nisi ad terrena, frigidi per indeuotionẽ, sicci per incõpassionẽ, nocturni per ignorantiæ cęcitatem, vel per malorum operum suorum velatam & palliatam falsitatem, fixi per pigritiæ tepiditatem, domus Veneris per luxuriæ fœditatem. In illis autem dominatur Venus, & regnat. i. luxuria, Luna. i. defluens incõstantia, Mars deus belli. i. iracundia. Ideo dr̃ Eccl. 6. Ne te extollas in cogitatione tua sicut taurus. Et dr̃ domus possessionis & dationis, quia isti præ cæteris possident & abundant & ẽt solent sibi inuicem dona dare. Lu. 6. Pctõres pctõrib. fenerant vt recipiant æqualia. Taurus enim terram sulcat, & significat diuites, qui vacant penitus in terrenis. Nati in constellatione tauri habent, faciẽ curuam, nasum grandem, nares amplas, oculos graues, capillos elatos & nigros. Verecundum efficit hoiem & honestũ, tñ vanum ſm Misaelem. Sic vere vir iustus & perfectus habet faciem. i. voluntatẽ curuã per humilitatẽ, nares deuotionis amplas, nasum discretiõis grandẽ, oculos intellectus graues, capillos affectionum elatos, scilicet ad cælestia. Verecundus est & honestus, &c.

## *De Geminis.* *Cap. 12.*

GEmini secundum Misaelem est signum aereum masculinum, diurnum, mediocre, nam Saturnus est de die dñs triplicitatis eius, Mercurius de nocte. Iupi- 1
ter participat cũ eisdẽ Sic vere illi qui sunt gemini p

chari-

charitatē & duplicē, sunt aere p cōsciæ puritatē, masculinī
p virtutū spāliū ꝓbitatē, diurni & luminosi p veritatē, medio
cres per prudentiā & maturitatem. Dominat eius Saturnus
maleuolus & frigidus.i. tribulatio mundana & hoc de die.i.
dum sunt in die vitæ præsentis, quia.s.nunc multæ tribulatio
nes iustorum. Sed verè de nocte.i. post mortem dominat in
eis Mercurius i. Mercimonia gloriæ æternæ. Iupiter antē.i.
iuuās pater deus, in vtroq;.i. in vita ista & in futura regnat in
eis.s. ipsos i tribulationibus adiuuādo, & i futuro ipsius æter
2 næ vitæ præmia largiendo. Regnabit super te deus tuus. ¶ Ge
mini est dom⁹ Mercurij, & exaltatio caudæ draconis ſm Mi
saelem. & in eo dominatur Saturnus. Sic verè illi qui in acti-
bus & verbis suis sunt gemini & duplices, sunt domus & ho
spitium Mercurij, qui cum bonis est bonus, & cum malis ma
lus.s. mutatur & variatur. Cauda etiā draconis.i. malitia dia-
boli in eis regnat. Et Saturnus.i. inuidia solet in talibus domi
nari. Saturnus.n. qui facit suos tristes & melācholicos, signifi
cat inuidiam. Ideo bene dicitur Iaco.1. Vir duplex, animo in
3 constans est in omnibus vijs suis. ¶ Gemini est regio cœli, q̄
facit homines qui in eius constellatione nascuntur, pulchros
& fortunatos, & est domus propinquitatis, consilij, religionis
fidelitatis, epularum & somniorum, & disponit hominem ad
litteram & scripturam, ſm Misaelem & Martianum. Talis de
1 bet esse ecclesia, vel religio, quæ est pars cœli.i. ecclesiæ, quia
verè homines qui sibi sunt subditi.i. religiosi & clerici, debēt
esse pulchri per honestatem, fortunati per bonorum operū
multiplicitatē. Hæc.n. debet esse domus propinquitatis.i. ami
citiæ & charitatis, cōsilij & veritatis, & religionis & honesta-
tis & fidelitatis, & epularū.i sacræ scripturæ, q̄ est cibus ani-
mæ. Item somniorū.i. contemplationis, quæ semper somniat
de futuris, vt quilibet dicat. Vidi somniū &c. Ideo de tali do
mo dicitur Esai.56. Domus mea domus orationis vocabitur
¶ Castor & pollux sunt duæ stellæ in signo gemini. & ſm Mar
4 tianum, in æstate quādo noctes sunt breuissimę dum vna ista
rum nobis oritur, alia occidit. Et ideo finxerunt poetæ q̄ duo
sunt duo viri, quorū vnus cœlos, alius inferos occupauit. Sic
verè in mundo sunt duæ stellæ, duo viri.i. duo hominū gene-
ra.s. pauperes & diuites, sed verè in æstate.i. in feruore finalis
iudicij, vnus eleuabitur, & alius cadet, quia pauperes, tunc ele
uabuntur in cœlum, & diuites cadent & defluent in infernū,
& sic ad litteram vnus cœlos, alius inferos occupabit. Ipse
ascendet, tu autem descendens, & eris inferior, dicitur malis
diuitibus Deutern.28.

*De Cancro. Cap. 13.*

1 CAncer est signum aqueum, fœmineum, nocturnum,
instabile, domus lunæ. domini eius Venus, Mars &
Luna. Et est domus patris Cæsarum & vinearum, &
omnium quæ sunt super terram hominem facit ru-
dem & incompositum. In isto signo secundum Albumazar
oritur canicula, stella feruentissima, & turbat aerem. Talis
est mūdus, quia verè mobilis & instabilis est, & nunquam in
eodem statu permanet, quantum ad consuetudines suas, quæ
quotidie mutantur, & quantum etiam ad homines, qui quo-
tidie moriuntur & nascuntur. Et ideo dicitur domus lunæ,
quia luna mutabilis.s. mundi prosperitas vel fortuna in mun
do tantum locum habet. Et in hoc signo dominantur tres pla
netæ.i. tria genera vitiorum.s. Venus.i. luxuria, luna cornuta.
i. in superbia, Mars feruens.i. auaritia, quia omne quod est in
mundo, aut est concupiscentia carnis, aut cōcupiscentia ocu
lorum, aut superbia vitæ. 1. Ioā.2. Stella etiam canicula.i. aua
ri feruore cupiditatis inflammati, in isto signo habitant, qui
aerem sibi propinquum.i. patriam in qua sunt, turbant pro-
pter suas vsuras, rapinas, violentias, & molestant, quia sicut
dicitur Prouerb. 15. Conturbat domum suam qui sectatur
1 auaritiam. Et ideo bene sequitur q̄ istud signum.s. mundus,
facit hominem rudem & incompositum quo ad deum. Vel
dic q̄ est peccator mollis, instabilis & effœminatus, lunæ.i.
inconstantiæ vel cornutæ superbiæ, Veneris.i. luxuriæ, Mar-
tis.i. iracundiæ habitaculum atq; domus, in quo sol.i. Chri-
stus, ab eo recedendo efficitur retrogradus, & in quo canicu
la.i. auaritia semper feruet, quæ aciem suæ conscientiæ sem-
2 per mouet. psalm. Circundederunt me canes multi ¶ Sol effi
citur retrogradus in octauo gradu cancri. Nam quando Sol
est in cancro, tunc incipit versus australes circulos reuenire.
Et ideo ſm Isid. dicitur cancer, quod est animal retrogradū.
Cancer est mundus, qui semper retrogradit per vitia & pec-
cata. Sed pro certo in octauo gradu.i. tempore circūcisionis,
quæ octauo die fiebat.i. in statu & populo Iudæorum. Sol.i.
Christus factus est retrogradus per incarnationem. Nam cū
iste sol ad nos tantum se appropinquauerit per suam charita
tem & dilectionem, quousq; ad cancrum.i. Iudaicū populū
venit per incarnationem, voluit tamē fieri retrogradus.i. ite
rum reuerti vnde venerat, per ascensionem dicens. Tho. 12.
Tempus est vt reuertar ad eum qui me misit. Vel dic q̄ tunc
fuit Sol dei filius retrogradus, quādo in illo octauo signo.i.
in populo Iudaico ad humanitatem extitit inclinatus. Eccl.
48. Retrorediit sol, & addidit vitam regi. Vel dic q̄ sol apud
Iudæos factus est retrogradus, inquātū iste populus a vero fi
dei lumine, & a Christo factus est alien⁹. Hie. 15. Occidit sol
dum adhuc esset dies. Vel dic q̄ tunc Christus ab homine fu
git & retrograditur, quando ad octauum gradum.i. ad tran-
sgressionem septenarij virtutum & sacramentorū venitur.

*De Leone. Cap. 14.*

LEo est signum igneum, masculinum, diurnum, fixum,
domus solis, & illius exaltatio. Prima facies eius Sa
turni, secunda Iouis, tertia Martis. Domus est filio- 1
rum, nouorum vestimentorum, librorum & hono-
rum, secundum Misaelem. Leo iste significat bonorum prin-
cipem vel prælatum, quia sicut Leo est ex animalium, sic ta-
les sunt reges & iudices aliorum. Sed verè tales debent esse
ignei per seueritatem, diurni, clari per veritatem, masculini
per probitatem. fixi per constantiæ firmitatem, domus & ha
bitaculum Solis Christi per gratiam & charitatem, vel do-
mus solis, iustitiæ supple, per æquitatem ipsius exaltatio per
sui nominis magnificationem, & per diuinæ laudis iocundi-
tatem. Vnde Esa. 19. Ciuitas solis vocabitur. Et hic debet ha-
bere tres planetas idest tres speciales virtutes scilicet Satur-
num, qui pauperes satiat idest pietatem. Iouem, qui deus di-
cebatur.i. auctoritatē. Martem, qui est deus belli idest con-
tra aduersa omnia strenuitatem, vel contra dyscolos seuerita
tem. Ista.n. tria maximè spectant ad prælatum vel principē.s.
q̄ in ipso sit pietas auctoritas & strenuitas. Ista debet esse do
mus filiorū, quia omnes filij.i. omnes subditi sui debent ha-
bere refugium, ad eum sicut ad domum. Nouorum vestimē
torum, quia debet habere nouitatem virtutum & morū. Ec-
cle.9. Omni tempore sint vestimenta tua candida. Librorū ēt
debet esse domus.i. scientiarū & discretionis. Sap. 6. Diligite
lumen sapientiæ omnes qui præestis populis. item honorū,
quia.s. ille debet quēlibet subditum vel alium honorare, pro
mouere, officiare & beneficiare ſm meritum suū. 1. ad Tim.
5. Qui bene præ sunt præsbyteri. duplici honore digni sunt.

*De Virgine. Cap. 15.*

VIrgo est signum terreum, fœmineum, nocturnum, me
diocre, domus Mercurij. dñi eius Venus Luna &
Mars. Prima facies eius Solis. Secunda Veneris. Ter 1
tia Mercurij. Pulchros facit oculos faciemq̄ue deco
ram, & mitigāt voluptatem secundum Misaelem. Et dicitur
domus seruorum & bestiarum Iusticiam significat, & muta-
tionem de loco ad locum. Talis est per omnia beata virgo,
quia ista est & fuit terrea per humilitatem, frigida per casti-
tatem, fœminea per pietatem, & nocturna per sui absconsio
nem, mediocris per maturam discretionem. Mercurius qui
statim ad naturam illius cui cōiungitur se inclinat, significat
benignitatem, quæ vult voluntatem oium adimplere. Fuit
igitur in ea. Mercurius.i. benignitas in affectione. Venus quę
dicit lucifer.i. honestas in conuersatione. Luna alba.i. albedo
castitatis. Mars rubeus.i. rubedo charitatis. Et ideo Sol idest
Christus, primam eius faciem.i animā occupauit, carnē.s. as-
sumendo. Abacuc.3. Sol & Luna steterunt in habitaculo suo.
Hæc etiam domus seruorum.i. peccatorū, quia verè peccato
res q̄ serui sunt corruptionis. 2. Pe.2. (qa q̄ facit pctm, seruus
est peccati. Ioan.8.) qui ēt dicūtur bestiæ sine sensu, isti deo
habent ea pro refugio & pro domo, quia.s. facit eos iustos,
& mutari de loco ad locū.i. de pctō ad gratiam de pœna ad
gloriā. Et ideo dicitur q̄ ista significat & mutationē. Illos
ēt in quibus dominat.i. qui sunt sibi deuoti, facit pulchros
& gratiosos, q̄rum ad oculos discretionis, & q̄rū ad faciē cō
uersationis, quia fortitudo & decor indumētū eius. Prou.31.

*De Libra.* *Cap. 16.*

1 LIbra est signum aqueũ, masculinũ, diurnum, instabile, domus Veneris, dñi eius Saturnus, Mercurius, & Iupiter. Domus est vxoris & nuptiarũ, litis & contentionis, furti & rapinæ, secundum Misealem. Per libram quæ est instrumentum ponderandi, intelligo mundi diuites & auaros, qui in librandis pecunijs occupantur, Et etiam alios peccatores potissimè malos iudices & iniquos, qui alios habent iustè iudicare & librare. Tales sunt aquei idest molles & debiles ad operandum, masculini idest potentes ad luxurandum diurni idest vigiles & solliciti ad lucrandũ, & circa mũdi negotia laborãdum, quia scilicet vadunt de nocte sicut de die ad nundinas & mercata. Iob. 27. Noctem verterunt in diem. Instabiles etiam sunt idest infirmi ad resistendum, quia, s. tentationes & tribulationes nequeunt sustinere. Thren. 1. Peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est. Illi etiam sunt domus Veneris idest luxuriæ, Saturni qui tertæ præest idest auaritiæ, Mercurij vagabilis. i. vanitatis & superbiæ, vel leuitatis & insolentiæ, Iouis qui interpretatur inimicus separans. i. inuidiæ, vel iracundiæ, odij & iniuriæ. Nam hodie mundi diuites in istis vitijs specialiter abundant. s. in luxuria, auaritia, superbia, incõstãtia, odio vel inuidia. Et ideo bene dr̃ ꝙ isti sunt domus vxoris & nuptiarum quantum ad luxuriam, litis & contentionis quantum ad iracundiam, furti & rapinæ quantum ad auaritiam. Iõ illis dicitur Es. 3. Rapina pauperis in domo vestra Et nota quomodo sunt domus litis, quia. s. sæpe litigant inuicem propter temporalia Domus etiam furti, quia bona circunstantium vicinorum furantur per fraudes & vsuras, & etiam quandoque per excoriationes & extorsiones publicè rapiũt & furantur. Iõ de malis iudicibus dicitur Esa. 1. Principes eius infideles, socij furum. Vel dic ꝙ libra est mundus, vbi homines librãtur & exercentur. qui reuera est instabilis vltra modum, qui pro certo est domus furti & Veneris, &c. sicut supra. Iõ de ista domo dr̃ Hier. 7. Spelunca latronum est domus ista. Vel dic cõtra malos nummularios & alios mercatores, qui pecunias librant, quia vt communiter isti sunt domus furti, quia. s. diuersis fraudibus pecunias furantur. Vel dic contra malos doctores, qui librant & ponderant verba scripturæ, &c. sicut supra. ¶ Quãdo sol est in libra, tunc facit noctes & dies æquos, & iõ dicitur libra, quia monstrant ponderum æquitatẽ. Sic verè quando index est in libra iustitiæ, tunc necessario facit æquinoctium idest, æquale iudicium inter virum & proximum suum, alias non. Vel dic quòd quando sol idest, Christus ascẽdet signum libræ idest, thronum iudicij, vbi facta omnium librabit, & ponderabit, tunc verè æquinoctiũ faciet idest, iudicij equitatem, quia & noctem & diem idest, peccatorẽ & iustum secundum normam iustitiæ adæquabit, reddẽs vnicuiq; quod suum est, malis pœnam, iustis gloriam. Malachi. 2. Lex æquitatis fuit in ore eius, in pace & æquitate ambulauit. Vel dic quòd Sol est iustus, qui quo ad dies & noctes. i. quo ad ꝓspera & aduersa debet esse æqualiter libratus, & nõ plus per vnum quam per aliud motus, nec per prospera elatus, nec per aduersa turbatus.

*De Scorpio.* *Cap. 17.*

1 SCorpius est signum aqueum, frigidum & siccum & nocturnum domus martis, & nullius exaltatio. In eo etiam dominantur quattuor planetæ. s. Venus, Mars, Luna, Sol, secundum Misaelem. Tales sunt inuidi, quia aquei per mollitiem & imperfectionem, frigidi per indeuotionem. sicci per incompassionem, nocturni per suorum malorum operum occultationem. Domus sunt Martis idest litis & contentionis. Et nullus apud eos exaltatur, quia scilicet nullum reputant dignum exaltatione, & ita sunt inuidi, ꝙ nullum promouent vel exaltant. Et iõ quattuor vitia in talibus dominantur, scilicet Venus. i. luxuria. Mars idest odium vel iracundia. Luna mutabilis idest inconstantia. Sol solus lucẽs idest superbia, quia isti volunt soli videri & apparere. Nunc manducabo de bonis meis solus Ecclesi. 11. Et illi dicuntur Scorpius quia sicut est animal venenosum, quod facie lãbit, & cauda pungit, sic isti quando habent inuidiam super aliquem, sæpe lambunt eum, applaudendo & adulando in facie idest, in præsentia, sed vere a parte retro idest in absentia est aculeus fallaciæ & detractionis, quia scilicet quando est ab sente ipsum pungunt per detractionem & accusationem & infamationem. Ideo istis sic punctis põt dici illud Eze. 2. Impij & subuersores sunt tecũ, & cũ Scorpionibus habitas. 2 ¶ Scorpius est regio quæ ẽm Misaelẽ, membris deseruit generatiuis faciem dat paruam, multos capillos, oculos paruos, crura lõga, pedes magnos, & hoiem facit instabilem, & irascentẽ. Domus est mortis, timoris, delicti & laboris, belli, damni, & calliditatis & ingenij ẽm Misaelem. Talis est mũdus, qa iste seruit membris. i. personis generatiuis, quæ vacãt ad cõiugiũ. i. actinis, Illi aũt in quibus dominatur. s. mũdani, qui cor et affectũ in eo ponunt, habent faciem cõsciẽtiæ paruã, oculos discretionis paruos, capillos diuitiarũ multos, crura & pedes affectionũ magnos. Hoies ẽt facit istabiles & iracũdos, ꝙ est domus mortis, qa pro certo in mũdo est mors & animæ & corporis. Est etiam ibi timor, labor, delictum, bellũ, dãnum, calliditas & falsitas, quia vt dicitur Oseæ. 4. Adulteriũ, furtũ, homicidiũ, inundauerunt super terrã, & sanguis sanguinẽ tetigit. Et ideo iste bene dicitur Scorpius, quia. s. postq̃ satis lambuerit hominem, applaudendo per prosperitatẽ, puncturam mortis æternæ in fine infigit per damnationem & aduersitatẽ Vel expone de inferno, vbi sunt omnia ista incommoda.

*De Sagittario.* *Cap. 18.*

SAgittarius est signum igneum, masculinum, diurnum mediocre. Dominos habet Solem Iouem & Saturnum. 1 Prima facies eius Mercurij, secunda Luna, tertia Martis. In motu facit delectari, ideo dicitur domus itineris, fidei, sapientiæ, Magisterij, honoris, Astrorum, diuinationis, & somniorum. Talis debet esse prædicator, & etiam prælatus, vel quilibet ecclesiasticus, vel perfectus, qui peccatores mundi reprehẽndendo arguit & sagittat, quia verè debet esse igneus per charitatem, masculinus per probitatem, diurnus per veritatem, mediocris per maturitatem. Domus debet esse Solis qui mundum calefacit idest charitatis, Iouis qui nulli nocet idest benignitatis, Saturni qui omnes satiat. i. pietatis, quia. s. charitas, benignitas, & pietas dẽt in ecclesiasticis abundare. Vnde. 1. Petr. 3. Misericordes, modesti, humiles. Et iste pro certo facit auditores & subditos in quos agit, in motu bonorum operum delectari. Iste dicitur domus itineris, quia iter ostendit ad cœlum. Peregrinationis, quia prædicando debet discurrere sicut Peregrinus. Fidei, quia debet scire fidei sacramenta. Sapiẽtiæ qadẽt esse maturus & sapiẽs. Magisterij, quia est aliorum doctor & magister. Honoris, quia habet officium honorabile, vel quia deum debet honorare. Astrorum, quia debet de astris & cœlestibus loqui. Diuinationis, quia debet de ignotis & futuris inferni tormentis alijs prædicare. Somniorum, quia debet per deuotionem de futura gloria somniare. Ideo Paulus dicebat. Cõstitutus sum ego apostolus & Magister gẽtium. 1. ad Tim. 1. Vel dic ꝙ iste est mundus, qui dicitur sagittarius, quia bonos sagittat per tribulationes. Et vere iste est domus itineris, peregrinationis & laboris, quia sicut. 2. ad Corinth. 5. dicitur, Quamdiu sumus in corpore, peregrinamur a dño. Item diuinationis & somniorum, quia verè quicquid est in mundo. totum est somnium idest friuolum atq; vanũ Eccle. 33. Sõnia extollunt imprudente. Et sicut sol existens in Sagittario, terrã grandinibus, pluuijs, & niuibus sagittat, sic prædicator debet cum grãdine. idest, cum comminatione tormentorum, cõ niuẽ. i. cũ allectione candoris æternorum, cum pluuia idest cum irrigatione bonorum documentorum impios sagittaru. Esaiæ. 49. Posuit me dominus quasi sagittam electam.

*De Capricorno.* *Cap. 19.*

CAPRICORNVS est signum terrenum, frigidum, siccum, instabile, nocturnum, Saturni prima domus. 1 Prima facies eius Iouis. Secunda Martis. Tertia Solis Dñi eius Venus, Luna & Mars. Domus est dñij, regni gloriæ & imperij, substãtiæ furtim sublatæ ẽm Misaelẽ. Et dr̃ Capricornus, quia sicut caper libenter petit superiora, ita Sol ibi existẽs icipit iterũ ascẽdere per circulos boreales, ẽm Isid. Charissimi Capricornus. i. cap cornutus, significat modi superbos & pctõres (qui more capri sunt fœtidi & immũdi) maximè malos diuites & ambitiosos, qa verè terrei sunt ꝑ auaritia terrenorũ, frigidi ꝑ ideuotionẽ sicci ꝑ icõpassionẽ, istabiles ꝑ solicitudine, nocturni ꝑ ignorãtiã. Et Saturnus qui est planeta qui nõ iuuat nisi suos ẽm Misaelem ca. 4.

& nocet

& nocet omnibus alijs.i.alios periclitat, apud eos hospitatur. Prima facies.i.prima ætas eorum est Iouis.i.dei, quia in infantia sunt boni: Secūda.i.iuuētus, est Martis.i.luctæ & laboris, quia tunc laborant ad acquirendū. Sed vltimo.i.Senectus, est solis: qui est rex planetarum.i.gloriæ & honoris, quia in fine & ditantur & honorantur, & iō dicūtur domus regni imperij, dominij & gloriæ, & etiam substantiæ, sed tamē furtim sublatæ.i.malè acquisitę, quia.s.tales per substantias pauperū furtim eis sublatas acquirunt gloriam & honorē. Oseæ.8. Ipsi regnauerunt, sed non ex me. Isti etiā more capri ad superiora.i.ad dignitates & officia semper abiunt & ascendūt, siue sint ecclesiastici siue non. Ideo talibus dicitur Hie.48. Superbia cordis tui extulit te, qui habitas ī cauernis petræ, & apprehēdere niteris altitudinem collis. In talibus etiā dominatur Venus.i.luxuria, luna cornuta.i.sup̄bia, maris.i.iracūdia, cōtētio & cōtrouersia. Ea pone si vis cōtra ambitiosos & religiosos.

## De Aquario, Cap. 20.

1 AQuarius est signum aereum, domus Saturni, sed nullius exaltatio. Prima facies eius Veneris, secunda Mercurij, tertia lunę. Domus vocatur amicitiæ, mercati & fortunæ, redditus & tributi, substantiæ regis & militis, s̄m Misaelem. Et iste fingitur pincerna fuisse deorum, & ideo a dijs in cœlo collocatus fuisse. Et depingitur tenens vrnam, & eorum manibus aquam fundens, vt Isido. Tales sunt diuites huius mundi, quia verè dato q̄ habeant apud se Saturnum idest diuitiarum saturitatem, nullius tamē sunt exaltatio, quia nullum adiuuant bonis suis, elemosynas erogando. Iob.20. Cum satiatus fuerit, arctabitur, & Eccle.5. Saturitas diuitis non sinit eum dormire. Prima facies.i.prima ætas scilicet infantia, communiter est Veneris.i.luxuriæ. Sed secunda est Mercurij, quia post efficiuntur mercatores. Et ideo tertia est lunæ cornutæ.i.sup̄biæ, quia vltimo fiunt diuites & superbi, & etiam quandoq; milites dicūtur domus amicitiæ, quia diuitiæ addunt amicos plurimos. Prouerb.18. Mercati & fortunæ, quia isti in mundo sunt fortunati. Redditus & tributi, quia.s.multos redditus acquirunt & alios tributarios faciunt. Substantiæ regis, quia.s.substantiam regum & nobilium & militum per vsuram & fraudem diuites acquirunt, sicut patet de burgēsibus & vsurarijs, qui redditus nobilium sæpissime acquirunt. Vnde Iob.24. Agrum non suum demetunt. Et isti dicuntur aquarius quasi aquam fundens, q̄a verè aquam.i.dona & munera fundūt super manus deorum idest, principum & baronum, officialium & prælatorum, vt.s.eorum captent amicitias, & ne ab eis de suis malis operibus & contractibus puniantur. Et ideo ab eis in cœlo.i.in altis officijs aliquotiens collocantur. Prouer. 18. Donū hominis dilatat viam eius, & ante principes spatiū ei facit. Et sicut aquarius est signum aereum, fiaū & masculinū, sic isti sunt aerei per superbiæ vanitatem, fiai per pigritiæ tepiditatem, masculini per luxuriæ fœditatē. Vel si vis dic q̄ aquarius iste significat quosdam dominos p̄latos, qui.s.sunt domus Saturni.i.saturitatis, q̄a.s, latis alijs, & maximè suis domesticis dāt comedere, verum tamen nullius sunt exaltatio, quia via aut nūquam volunt aliquem promouere. Ideo ipsis familiaribus potest dici illud Proue.23. Comede & bibe dicet tibi, & mens eius non est tecum. Aquarius fingitur pincerna &c. sicut supra. Tales sunt adulatores, quia verè in manibus deorum.i.corā principibus, aquam.i.verba mollia, adulatoria & blanda, semp̄ fundunt, & ideo ab eis collocantur in cœlo & in eminētia dignitatis, quia cōstat q̄ multi propter suas adulationes in magnis dignitatibus promouētur. ¶ Vnde.4.Reg.3. Est hic Heliseus filius Saphat qui fundebat aquā super manus Heliæ. ¶ Nāti in

2 constellatione aquarij, sunt gloriantes & deuastātes, pulchri & vnā habent tibiam altera longiorem, s̄m Misealem. Aquarius est mundus, qui aquis deliciarum & diuitiarum est plenus. Quia verè iste facit filios suos gloriantes & iactātes, prodigos & vastantes, pulchros & rutilantes.i.per curiositatem. Et cum non habeant nisi duas tibias.s.fidem, & spem, carētes tertia.s.charitate, vnam tn̄ habent altera longiorē, quia spes eorum est longior, & ad plura se extēdit, & maior est q̄ eorū fides, quia paucam habent fidem & informē, spem aūt habēt magnam licet inanem, quia semper de dei misericordia pœnitentiam sperant. In fine aūt dicent illud Thob.8. Non quēadmodum sperabamus, euenit nobis. Et illud Iob.40. Spes aūt eius eum frustrabitur, & videntibus cunctis præcipitabitur.

## De Piscibus. Cap. 21. 1

PIsces est signum aqueum, fœmineum, nocturnum, mediocre, frigidum, possessio veneris, martis, & Lunæ, & vocatur domus inimici, & significat laborem, lamentationem, tristitiam, susurrationem, dolum, maleuolētiam & carcerem secundum Misealem. Tales sunt peccatores, & maximè detractores, quia aquei & fœminei per mollitiem & debilitatem. Nocturni per velamentum operū suorum & falsitatem, quia qui malè agit, odit lucem. Ioan.3. Frigidi per indeuotionem. Mediocres per palliationem, quia fingunt se esse pacificos & medios. Domus sunt Veneris.i.luxuriæ. Martis.i.iracundiæ. Lunæ.i.superbiæ. Domus sunt inimicitiæ, quia inimici sunt dei & s̄ctōrum. Eccles.11. Altissimus odio habet pc̄tōres. Et isti pro certo pro posse suo significant alijs & præparant eis laborem & lamentationem &c. ad literam, maximè detractores & ballini, falsi accusatores &c. qui alijs procurant carcerē & dolorem. Esai.42. Laqueus iuuenum omnes, & in domibus carcerum absconditi sunt. Ideo de talibus piscibus loquitur Abacuch.1. Facies hominis sicut pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducem. Et bene dicuntur pisces maris, quorum.s. maior deuorat minorē.

## De Planetis. Cap. 22. 1

PLanetæ omnes cum moueantur, alter tamen ab altero diuersificat cursum suum, quia quidam breuius, alij tardius complēt ipsum. Et quanto quis a terra remotior, tāto maior & indiget tempore ad complendum. Et hoc totum fit s̄m quantitatem circuli, qui vnicuiq; datus est a natura. Sic verè cum in cœlo.i.in mundo sint plures planetæ.i.plures homines, datu q̄ omnes moueantur & defluant.s.ad mortem per defluxum vel decursum huius vitæ, alij tamen complent citius cursum suum, & alij citius alijs moriuntur. Et hoc totum accipit s̄m q̄ deus vnicuique proprium circulum.i.proprium vitæ spatium limitauit. Quia constituisti ter- 2 minos eius &c. Iob.14. ¶ Planeta q̄to a terra remotior, tanto maiorem hēt circulū, & ipsum tardius complet, & econuerso quāto terræ p̄pinquior, tāto velocius cōplet cursum suū. Sic quanto hō propinquior est [illegible] deo per gr̄m & amorem, tanto cursum ad eundū in paradisum citius cōplebit, q̄a.s.post mortem minus ī purgatorio remanebit. Et ecōuerso, q̄to quis a deo per peccatū remotior, tāto cursum istū difficilius & tardius adimplebit, & per maiorem circuitū circuibit tribulationē pęnarū, q̄a dato q̄ pęniteat tamen magis tn̄ ī purgatorio remanebit. Vnde dr̄.1.ad Cor.9. Omnes quidē currūt sed vnus accipit brauiū.s.citius altero. ¶ Dicit Misalac phūs 3 q̄ per motum & influentiam planetarum reguntur, & disponuntur omnia inferiora in suis conditionibus. Omnes autem stellæ fixæ cooperantur planetis suis operibus. Et sicut ferrum adaptatur adamanti, ita omnis creatura adaptatur motibus planetarum. Sic verè secundum voluntatē & influētiam planetarum idest, prælatorum & superiorū, debent omnia infima idest, subditi omnes regulari & disponi, quia scilicet omnes tenent prælatis suis bonis obedire, & se (sicut est possibile) conformare, quia sicut dicitur Ioan.8. Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Cæteræ autem stellæ idest, reliqui boni qui sunt in ecclesia vel cōuentu, debēt iuuare planetas idest, p̄latos, & ipsos ī suis operibus cōfortare, & se ī suis motibus & operibus coaptare, vt eius facta & opera ad debitū perueniāt complementum. ad Gala.6. Alter alterius onera portate. ¶ Dicit phūs Mistalac.c.4. quòd secundum coniunctionē 4 planetarum in aliquo signo, mutaī tēpus, quia si in principio anni plures planetæ fuerint coniuncti in figuris aquaticis, significat multitudinem pluuiarum in anno illo, si in aeris, ventorū, si in igneis, caloris, si in terreis, frigoris. Sic verè si in aliquo signo.i.in domo alicuius principis vel p̄lati sunt cōgregati id est coniuncti & vniti plures planetæ, stellæ erraticæ.i.plures mali consiliarij, officiales, vel balliui, ipsi p̄ certo immutant tempus.i.patriam, q̄a s̄m sua mala cōsilia, falsas accusationes & colloquia, principes gubernant hodie terras suas & sic causant in alijs ventum & pluuiam, æstum & frigus.i.diuersa genera tribulationum.s.rapinas & tallias & exactiones quia concordia malorum multū est nociua patriæ, maximè qn̄ signū.in quo sunt.i.principes vel p̄latus, est aquaticus p̄ luxuriā, aereus per superbiā, terreus p̄ auaritiā, igneus p̄ rapinam. Vnde Iob.19. Simul venerūt latrones eius, & fecerūt

5 sibi viam per me.¶ Item id om ibidem Secundum coniũctio
nem planetarum in signis, signorum operatio extendit vel
laxatur, siue in bono siue in malo. Sic verè ſm cõiunctionem
& societatem quæ nobiscum est, nostræ operationes & virtu
tesq; mutantur, augentur vel minuuntur, quia ferrum ferro
6 acuitur &c. Prouer. 27. ¶ Inter planetas quidã sunt boni sim-
pliciter. s. Iupiter Venus, quia tam suos quam non suos sem p
iuuant. Alij autem sunt mali. s. Saturnus & Mars, quia dato q
suos iuuent, alijs semper nocent. Alij autem sunt medij, sicut
Sol, Mercurius, Luna, quia suos semper iuuant, non suis, nũc
bonum, nunc malum ingerunt, vt dicit idem. Sic in ecclesia
vel religione sunt multi & diuersi principes, iudices & præla
ti, vel certi diuites & potentes. Nam quidam sunt simpliciter
boni & iusti, & isti pro certo sine aliqua acceptione persona-
rum omnes adiuuant & promouent, quemlibet ſm meritũ
suum, quia & sibi notos & non notos, suos vel nõ suos affines
vel non promouent & iuuant, iustitia mediante, quia ibi nõ
est distinctio Iudæi & græci. Deut. 1. Siue ciuis sit ille, siue pe
regrinus, nulla erit distinctio personarum. Item alij sunt sim
pliciter mali & personarum acceptores quia verè nõ iuuãt
aliqualiter nisi suos, s. notos, familiares, parentes vel compa
triotas, sicut pater de mundanis, qui cognatos & nepotes
tantummodo beneficant, & vix dant aliquid alijs, quãquam
dignis, imo verè non suis. i. illis ad quos nõ habent affectio
nem, vel inimicis, semper nocent. s. rapiẽdo, excoriãdo, sua,
vel etiam personam eorum vexando, sicut faciunt mali iu-
dices balliui qui si aliquem oderint, quanquam sine causa,
oĩa mala quæ possunt sibi faciunt & imponunt ſm illã re-
gulam. Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicũ tuũ.
Leui. 19. Item alij sunt mediocres, q̃a nec penitus mali, nec
penitus boni. Alijs autem nunc bonum faciunt & nunc ma
lum, quia. s. per suam iudiciariam potestatem aliosquandoq;
grauant, quandoq; non. Contra quos dr̃. Non est personarũ
acceptio apud Deum. ad Rom. 2. Vel allega de adiutorio, q̃a
. s. hoĩes diuersimodè iuuant alios, quidam omnes alij tãtum
suos &c. vt supra Et sicut nullus est planeta tam maleuolus,
quin saltem iuuet suos, sic nullus est ita malus quin saltem de
beat in necessitate iuuare suos familiares, subditos, & parẽtes
s. ad Tim. 5. Qui suorum & maximè domesticorum curã nõ
7 habet, fidem negauit, & est infideli deterior. ¶ Secũdũ Astro
log. & etiam ſm Galenum, septẽ planetæ, mirabiliter coope-
rantur ad hominis generationem, natiuitatem & egressionẽ.
Nam concepto fœtu quilibet planeta habet ibi per ordinẽ
operationem suam per vnum mensem, ita q septimo mense
q̃n fœtus recepit influentiam omnium planetarum, si nascatur,
poterit viuere, sed si distulerit vsque ad octauum mẽsem, nõ
poterit viuere, & hoc quia tunc incipit iterum super eum in
fluere primus planeta. i. saturnus, qui est mortificatiuus, qui
sua frigiditate & siccitate fœtum debilitat, intm̃ q si tunc na
scatur, mortem necesse est q incurrat, vel q habeat pessimas
qualitates: Nono autem mẽse, quia tunc regnat iuppiter, erit
incolumis si nascatur. Sic verè cum multi sunt in ecclesia pla
netæ. i. prælati, alij boni, alij mali, illi tñ fœtus. i. subditi, q sunt
nati sub bono planeta. i. qui habent bonum prælatum, benè
formantur & disponuntur, & per eorum influentiam, vitam,
doctrinam & exempla, vitam gratiæ acquirunt. Sed verè illi
qui nascuntur sub Saturno. i. qui habent malum prȩlatũ, frigi
dum per indeuotionem, siccum per incompassionem sæpissi
me moriuntur, quia per mala ipsius exẽpla & opera, vita cha
ritatis & gr̃æ spoliantur. Ideo tali Saturno dr̃ Esa. 14. Tu ter-
8 rã tuã disperdidisti, tu populum tuum occidisti &c. ¶ Planeta
mouetur duplici motu, proprio & improprio. Sed motus suus
improprius, est ab oriente in occidentem, motus autem pro-
prius econuerso, ab occidente in orientem. Et ille qui dr̃ im
proprius, fit per raptum firmamenti, cuius cursum planeta se
quitur omni die. Sic voluntas nostra mouetur dupliciter. s.
motu proprio, quo mouetur ad omne appetibile vel delecta
bile, siue bonum siue malum. Improprio autem, quo mouetur
ſm firmamentum. i. ſm voluntatem Dei vel prælati, vel etiã
ſm iudicium rationis. Sed pro certo motus suus proprius. i.
propriæ inclinationes & affectiones ipsum ducunt ab occi-
dente in orientem. i. a bono statu in malum, a gr̃a in pc̃tm̃,
q̃a. s. per occidentem quæ est regio frigida & humida, intelli
git status gr̃æ & pniæ, vbi frigus diuini timoris, & humor la-
chrymarum & deuotionis abundat. Per orientem autem ca
lidum & siccum intelligo statum peccati & mundanæ prospe-
ritalis, quã calor auaritiæ & siccitas indeuotionis comitatur,
quia verè proprius motus voluntatis est ad mũdi prosperita
tem & peccatum. Gen. 8. Sensus & cogitatio hominis ad ma
lum prona sunt ab adolescentia sua. Sed pro certo iste mo-
tus est improprius quo voluntas sequitur firmamentũ. i. deũ
rationem vel bonum prælatum. s. benè & iustè volendo & de
siderando. Iste dico ducit eam econuerso ab oriẽte in occidẽ
tem a peccato in gratiam, a malo in bonum, de amore mũdi
ad amorem cœli. Ideo põt dicere tale firmamentũ illud Pro
uerb. 4. Ducam te per semitas æquitatis &c. ¶ Planeta sub cœ 9
lo mouetur cõtinuè per signa zodiaci, vbi nũc exaltatur, nũc
autem deprimitur, nunquam tamẽ cadit inferius, nec aliquo
tiẽs tãgit terram, nec etiam penitus tangit cœlum. Sic homo
sub cœ lo est in continuo motu & mutatione, q̃a. s. nunc tri-
stis, nunc hilaris, nunc sanus, nunc infirmus, nunc diues, nunc
exaltus, nunc pauper & depressus, & nunquam in eodem sta-
tu permanet. Iob. 14. Vel dic q homo aliquando exaltat per
contemplationem deprimitur & descẽdit ad terram. i. ad ter
rena per actionem, veruntamen nunquam debet inferius ca-
dere ad amorem terrenorum per auaritiã & ambitionẽ. Vn-
de Lumen vultus mei non cadebat in terrã. ¶ Triplex est mo
tus in planetis ab Astrologis deprehẽsus, quia planeta aliquã 10
do est directus, aliquando stationarius, aliquando retrogra-
dus. Nam quandoque directe mouetur ad orientem, versus
finem signi, quandoque retrograditur procedẽdo contrario
modo, quãdoque stat in medio sine motu. Et est sol retrogra
dationis & stationis causa, quia secundum alphraganũ, radij
solares quandoque alios planetas retropellunt, & faciũt eos
retrogrados, quandoque eos attrahũt, & faciũt eos stationa
rios. Sic verè charissimi homo dum est in vita ista, multi mo
dos habet motus, actus pariter & processus. Quia. s. quasi flos
egreditur, & fugit velut vmbra. Nã reuera charissimi, homo
quandoque mouetur directè per processum bonorũ operũ
& virtutum, aliquando stat, quia nec augetur nec minuitur, &
quandoque retrograditur, quando. s. facit peccatum mortale
quia tunc procedit modo contrario quã deberet. Iordanis
conuersus est retrorsum. psal. 113. Peccator. n. modo retroce
dit per peccatorum commissionẽ, sed finaliter retrocedet p
æternam damnationẽ. 1. Re. 4. Cecidit Heli retro, & confra-
ctis ceruicib. expirauit. ¶ Causa retrograditionis planetarũ 11
quodammodo est sol. &c. vt supra. §. p̃cedenti. Sic verè dico
q quidam mouentur directè ad cœlum, qui statim post mor
tem euolant. Quidam cadunt & retrocedunt statim vsque in
infernum. Alij autem stant & morantur vsque ad tempus in
purgatorio vel in mundo. Sol autem. i. deus est horum causa.
Sol. n. per radios suæ occultæ p̃destinationis aliquos repellit
per reprobationem, & sic fiunt retrogradi per damnationẽ.
Alios autem attrahit per suam gratiam & electionem. Et isti
fiunt stationarij per spẽ æternæ beatitudinis & per adoptio
nem dominicæ visionis. Ideò de damnatis & reprobis dicitur
Gen. 46. Mordens vngulas equi vt cadat ascensor eius retro.
Et breuiter, cuius vult miseretur, & quem vult indurat, sicut
dicitur ad Ro. 9. ¶ Planetæ sunt stellæ istorũ inferiorũ immu- 12
tatiuæ, impetus cœlestis corporis retardatiuæ, serenitatis vel
tẽpestatis cõcitatiuæ sterilitatis vel fertilitatis inductiuæ, flu
xus maris & refluxus causatiuæ. Sunt etiam harmoniæ gña
tiuæ secũdũ Macrobiũ, & per solis p̃sẽtiam sui luminis occul
tatiuæ, & a virtute solis immutationis receptiuæ. Talis est p
omnia vir perfectus, & maximè bonus prælatus, quia inferio
res se. s. vicinos vel subditos immutat de malo in bonũ p suã
doctrinam & exempla. Impetum etiam orbis. i. rigorẽ diuinę
iustitiæ per suas orationes tẽperat. Sap. 18. Proferens homo
seruitutis suæ scutum orationem, & p incensum deprecatio-
nem allegãs, restitit iræ. Fertilitatem virtutum, facit sterilita-
tem vitiorum inducit serenitatẽ pacis & clemẽtiæ bonis p-
curat, & tempestatẽ rigoris & iustitiæ in obstinatos cõcitat,
armoniam orationis vel gratiarum actionis generat, lumen
suarum gratiarum & meritorũ occultat. Seneca. Esto occul-
tator virtutum, sicut alij vitiorum. Et a sole Christo influen-
tiam gratiæ & meritorum recipit & receptat. Ideo de talibus
potest dici Eccle. 43. Gloria stellarum, mundum illuminãs. &
Eccles. 50. Quasi stella matutina in medio nebulæ. ¶ Planeta
quanto altior, tanto tardior attingit finem circuli sui, & ecõ 13
uerso quanto magis in imo, tãto citius ipsum attingit. Sic ve-
rè quanto quis est altior per dignitatem secularẽ, vel per su-
perbiam, tanto verè finem suum. s. deum rarius attingit, q̃a. s.

sæpe acci-

ſæpe accidit q alti homines & nobiles cæteris ſunt peiores difficilius ſaluantur, quod altū eſt apud homines abbominabile eſt apud deum. Lu. 16 Sed verè aliqui ſunt imi, ſ. pauperes in infimo ſtatu, qui etiā ſunt imi per humilitatē, & iſti facilius ſaluantur, & finem ſuum, qui deus eſt, conſequuntur, quia ſ. non habent tot occaſiones delinquendi. Vnde Iaco. 2. Pauperes elegit deus in hoc mundo. Vel dic quòd illi q ſunt infimi & humiles, citius veniunt ad debitum finem de nego-
3 tijs ſuis, q̄ illi qui ſunt ſuperbi & elati. ¶ Planetæ ſunt inuicē qualitatum alter alterius receptiui. Nā ſi vnus planeta circulum alterius ingreditur, ſtatim eum immutat, vel per aliū immutatur. Vnde quando Iupiter intrat circulū Saturni, per ſonis beneuolentiam, Saturni malitia temperatur, vt ait Ptolomeus. Sic verè homo per ſocietatem immutatur. Nam ſecundum qualitatem illorum quibus cōiungitur, & quorū circulos & domos intrat & ſectatur, temperamentū recipit ſuarū qualitatum, & alios imitando, ipſorum faciliter ſequitur conditiones. Et ideo bonum eſt bonam ſocietatem ſectari. Nā ſi iupiter. i. bonus homo ſaturno maleuolo. i. alicui malo cōiungitur, & alter ſibi p ſocietatem, ipſius peccatoris, malitia vel malæ conditiones ab alio poterunt temperari, quia cū ſancto ſanctus eris & c. in pſa. Vel dic quòd bona ſua debent boni ſibi inuicem communicare, & in ſpiritualibus & terrenis alter alterum adiuuare. ad Gal. 6. Alter alterius onera portate. 1. Pet. 4. Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes.

## De Saturno. Cap. 13.

1 Saturnus a ſaturando eſt vocatus, quia ſaturitatem in mundo cauſat. Et ideo Ops dicitur vxor eius idest opulentia, quia Saturnos opulentiam temporalium comitatur, ſecundum Iſido. Sic verè boni & pij dicuntur ſaturnus, quia. ſ. alios ſatiant per eleemoſynas bonis ſuis. Et iſti pro certo habent opulentiam in vxorem, quia communiter viri miſericordes ſunt opulenti, iuxta illud Lu. 6. Date & dabitur vobis. Et Prouerb. 3. Da pauperibus, & implebuntur
2 horrea tua & c. ¶ Licet ſaturnus ſit a terra remotiſſimus terræ tamen malitiæ eſt vicious, vel ſecundum aliam litteram, terræ maximè eſt nociuus. Et eſt planeta maleuolus & ponderoſus ſecundum Ptolomeum. & Martianum. Sic verè in mundo ſunt multi maleuoli peccatores, qui licet ſint a terra. i. a terrenis diuitijs remotiſſimi per paupertatem, vel per exiguitatem ſui ſtatus, ſicut ſunt religioſi mendicantes, terrenæ tñ malitiæ, i. terrenorum cautelis & fallacijs ſunt coniuncti, & in terrenis diuitijs per affectum & deſiderium implicati. Vel dic q Saturnus eſt iuſtus, qui quando plus appropinquat cœlo, vitam cœleſtem ducendo, tanto magis eſt terræ nociuus, terrenos & terreſtria cōtemnendo. ¶ Saturnus plane-
3 ta maleuolus magis nocet retrogradiendo quam directè procedendo, ſecundum Ptolo. Sic verè maleuoli & inuidi detractores, magis alijs nocent retro quam ante, quia ſ. dum retrogradiuntur. i. dum ſunt retro in abſentia, tunc per infamias & falſas accuſationes alios lædunt, quod tamen directè procedendo. i. ante & in præſentia facere non auderent. Vel dic q quandoque vir iuſtus plus nocet ſe ſubtrahendo, quā proficit apparendo. Exemplum de Helia, qui plus nocuit Acab & eius populo in abſentia quam profuit i præſentia. 3. Reg. 17. ¶ Saturnus eſt a terra remotiſſimus, & tñ terræ mirabiliter eſt nocuus. Sic boni a terrenis per contemptum ſunt elonga-
4 ti, terræ tamen. i. terrena diligentibus ſunt contrarij. Eccl. 33. Cōtra bonum malum eſt. ¶ Saturnus eſt planeta maleuolus, frigidus, ſiccus nocturnus, pōderoſus, pallidus, retrogradus,
5 a terra remotiſſimus. Et depingitur a fabulis quidā ſenex triſtis, tenēs falcem, & fingitur a filio ſuo fuiſſe caſtratus, cuius virilia in mare proiecta Venerem creauerunt, ſm Iſido. Talis eſt peccator & maximè diues, quia verè iſti ſunt maleuoli, frigidi, per indeuotionem, ſicci per incompaſſionem, nocturni per peccatorum ſuorum occultationem, ponderoſi & ad terrena inclinati per auaritiā & ambitionē, pallidi per defectus caloris charitatis oſtenſionem, retrogradi per obſtinationē, a terra. i. a conſideratione mortis, remotiſſimi per mentalem excæcationem. Iſti ſunt ſenes. i. in malis cōſuetudinibus antiquati, triſtes a ſpirituali lætitia denudati. tenentes falcē. i. in falſitatis operibus occupati. Senuit Iſaac, & caligauerunt oculi eius. Gen. 27. Si quæras quare ſunt triſtes, quia verè ſæpe accidit q filij eorum. i. ſubditi vel cōſanguinei vel vxores vel filij caſtrant diuitias ſuas furādo & ſubtrahendo, & ita q generatur inde venus. i. luxuria. Quia ſecundum Eccl. 14. Et in bonis eius, alius luxuriabitur. Item ſi quæras cur depingitur cum falce, quia verè ſicut falx retrogradiēdo rumpit herbam, ita ſaturnus quando eſt retrogradus, magis nocet quā quando directè procedit. Sic verè iſti per retrogradationem ſuam, per contractus falſos quos faciunt retro. i. non in pſentia aliorum, ſed priuatim in cameris, magis nocēt vicinis ſuis quam quando directè. i. apertè procedunt, quia. ſ. obligāt ſibi pauperes, & palliant vſuras ſuas, directè vero. i. publicè nō auderent facere quouis modo. vnde Hierem. 7. Facti ſunt retrorſum & non ante. De iſtis autem vide diffuſius lib. 15. c. 1. §. de ſaturno. Vel ſi vis dic in bono q Saturnus ſignificat bonos ſenes, qui. ſ. debent eſſe graues & ponderoſi per actus & inceſſus maturitatem, pallidi per meditationis ſagacitatē, frigidi per caſtitatem, ſicci per abſtinētiæ macerationē, nocturni per vigiliarum frequentationē a terra remotiſſimi per terrenorum contemptum & abominationē, a filijs. i. a pauperibus debēt caſtrari diuitijs ſuis per eleemoſynarū diſtributionem, & falcem iuſtitiæ debent habere per ſeueram malorum
punitionem. Apo. 14. Alius angelus exiuit de tēplo quod eſt in cœlo, habens falcem acutam. ¶ Secundum Ptolo. Subiecti 6
Saturno ſunt communiter iniqua operātes, pigri, graues, triſtes, turpes, thagadas. i. fiſſuras in calcaneis patiētes, vel ſimēta fœtida non horrentes, animalia fœtida diligētes. tales ſunt auari, qui Saturno. i. mundanæ ſaturitati & pſperitati ſunt ſubiecti, quia iſti ſunt iniqua operantes per pauperū exhæredationem, pigri ad bonam operationem. Sed & pedes eorum pigri ſunt ad ambulandum. Sap. 15. Triſtes ſunt per ſollicitudinem. Graues & ad terram inclinati per auaritiam. Turpes p malam conuerſationem. Et in calcaneo. i. in ſine vitæ ſuæ fiſſuras patiuntur. i. æternam damnationem. Fœtida autem veſtimenta, i. bona temporalia non horrent, imo diligūt per auaritiam. Animalia etiam immunda. i. malas mulieres diligunt p luxuriam. Ideo Ecc. 6. Anima eorū in abominationibus ſuis
delectata eſt. ¶ Secundū Ptolo. ſub Saturno ſunt capricornus 7
& aquarius, & ſunt domus eius, & regnat i libra, ſed in ariete perdit regnum, & ſignificat triſtitiam & merorem. Saturnus maleuolus & diabolus malitioſus, qa verè domus eius eſt capricornus. i. alta petēs. ſ. ambitioſi, & aquarius. i. molles & luxurioſi. Et regnat in libra. i. in mercatoribus per auaritiā. Sed verè in illis q ſunt aries. i. mites & benigni, vellere meritorū vallati, deficit ſibi regnum, quia iſti dicunt. Nolumus hūc regnare ſuper nos Luc. 19. Sed ipſe rex eſt ſup omnes filios ſuperbiæ. Iob. 41. Et iſte pro certo ſuis filijs. i. peccatoribus fina-
liter ſignificabit triſtitiam & merorem. i. mortē æternā. ¶ Se- 8
cundum Ptolo. Saturnus ſignificat triſtitiam & merorē. Et ideo depingitur triſtis. Sic verè chariſſimi. Saturnus. i. mūdi ſaturitas & pſperitas in ſuis poſſeſſoribus ſignificat æternā triſtitiam & merorem, temporalem. ſ. & æternam. Quia verè illi qui mundana proſperitate lætantur, & nūc & in futuro p tribulationes varias contriſtātur. Quia verè ſm Ambroſiū, Continuus ſucceſſus temporalium æternæ dānationis eſt in
dicium. Subiecti autem Saturno & c. ſicut ſupra in §. ¶ Licet 9
ſaturnus ſit plumbeus, pallidus, & maleuolus, tñ qñ intrat circulum Iouis planetæ beneuoli, ſua malitia temperat, & argēteus & candidus efficit. vt dicit Ptolo. Sic dato q hō ſit plūbeus per maculantem luxuriæ infectionem, liuidus p malam vitam & conuerſationem, qñ tñ ſectatur cōſortiū Iouis. i. alicuius bonæ perſonæ, efficitur candidus per caſtitatē, clarus per honeſtatē, & p maliū iā acquirit & vitæ morū bonitatē. Saturnus per triginta menſes moraē in quolibet, ſigno & triginta annis cōplet i Zodiaco curſū ſuū. Sic vir iuſtus p plaritudinē circuli mentis ſuæ, diu debet morari in quolibet rerū ſigno. i. in cōſideratione cuiuslibet creaturæ, vt ſic in numero tricenario, qui conſtat ex ternario decies ducto. i. in fide ſanctæ trinitatis quo ad ternarium, & in perfectione decē mandatorum quo ad denarium, compleat curſum vitæ, dicens il lud apoſto li. 2. ad Tim. Curſum conſummaui, fidem ſeruaui.

## De Ioue. Cap. 14.

Iupiter eſt planeta beneuolus, maſculinus, diurnus, temperatus, calidus & humidus, in colore argenteus & 1
clarus, ſaturni cui coniungitur malitiam reprimens ſecundum Ptolomeum. Iupiter facit hominem pulchrum & coloratum. Et i d. o in Ioue cauſam fœlicitatis anti
qui po

qui posuerũt. Et ipsum patrem & summum Deorum omniũ
vocauerunt. Sub ipso Sagittarius & piscis sunt. Regnat in Cã
cro, sed in Capricorno regnum perdit. Et sub ipso continen
tur honor & diuitiæ, sapientia & ratio, ẽm Ptolo. Talis est vir
perfectus, quia masculinus per probitatem, beniuolus p mi-
sitatem, diurnus & per veritatem, temperatus per maturita-
tem, calidus per charitatem, humidus per pietatem, colore
clarus per honestatem. Et qñ Saturno.i. pctõri est associatus,
eius malitiam reprimit per vitæ & doctrinę suę sanctitatem.
Quod maximè facit prælatus respectu subditi dyscoli atque
mali. Et ideo talis potest dici cã fœlicitatis, quia bonus præla-
tus est fœlicitas & prosperitas ecclesiæ & patriæ, & subditis
a vniuersis. Prouer.29. Rex iustus erigit terrã. ¶ Iupiter est sum
mus deorum &c. sicut supra. Hic est Christus, qui pp suã bo
nitatem, saturni i. humani generis malitiam temperauit, qñ
ipsum per incarnationis suæ consortium reparauit. Istę facit
hominem. s. quem diligit, pulchrum & coloratum per gratias
& virtutes. Et sub ipso continetur, & ab ipso acquirit honor
& diuitiæ paradisi, rõ, sapientia & veritas, qm ipse sapientiæ
dux est, & sapientium emendator. Sapi.7. Et ideo fœlicitatis
æternæ cã non immerito debet dici. Sub isto sunt Sagittari⁹.
.i. quilibet vir iustus & rigorosus, qui alios sagittat, arguit &
castigat. Item piscis.i. quilibet vir mitis & deuotus vel studio
sus, qui aquas sacræ scripturæ vel deuotionis sectatur & de-
ambulat. Regnat in Cancro retrogradiendo.i. in illo qui re-
troacta vitia recordatur. Sed regnũ suũ deficit in Capricor-
no fætido.i. in illo qui in actibus luxuriæ fœtidis occupatur.
b Ecce in iustitia regnabit rex. Esa.32. ¶ Iupiter in omni signo si
gnificat bonum præterquam in vltimo, vbi significat tristitiã
seruitutem & paupertatem ex parte quadrupedum & ex par
te familiæ, ẽm Martianum & Ptolo. Sic licet Christus in om
ni signo.i. in oĩ ætate & tempore significet bonum, in tantum
q semper apud eum mia reperitur, in vltimo tñ signo.i. in fi-
nali tempore.i. in iudicio significabit & causabit quadrupedi
bus & seruis.i. peccatoribus bestialibus & peccatorum serui
tuti subiugatis, tristitiam & seruitutem & paupertatem æter
nam, quia ipsos tunc rigidè & iustè condemnabit, qa zelus
& furor viri non parcet in die vindictæ &c. Prouer. 6.

## De Marte. Cap. 25.

Mars, Deus belli à gentibus putabatur. Est.n. planeta
a feruens & siccus, masculinus & nocturnus, male-
uolus. Sub Marte sunt Scorpius & aries & sunt do
mus eius. Regnat in Capricorno, sed in Tauro est
discessus regni. Sub ipso continetur prælium, carcer, inimic⁹.
Et significat iram, celeritatem & furorem. Et est rubeus, falsi-
dicus & dolosus ẽm Ptolomeum. Tales sunt mali & tyranni,
mundi principes & magnates, qui dicuntur dij bellorum, qa
per eos bella & guerræ vel prælia concitantur. Sunt.n. calidi
per feruentem crudelitatem, sicci sine humore pietatis, ma-
sculini per luxuriæ fœditatem, nocturni per ignorantiæ cæ-
citatem, maleuoli per malitiæ prauitatem. Isti sub se habent
duo signa.i. duo genera subditorum. Quidam dicuntur Scor-
pius. Isti sunt officiales & balliui, qui more scorpionis alios
inuentant per falsas accusationes & detractiones, & eos pun-
gunt per rapinas & excoriationes. Alij dicũtur Aries, qui est
dux gregis. Isti sunt consiliarij, causi dici & iudices, vellere di
uitiatum præ cæteris induti. Et ideo bene dĩ q sub eis est p
lium.s. inter se inuicem, vel contra subditos rapiendo violen
ter. Carcer, quia.s. multos iniustè incarcerant. Inimicus, quia
facillimè fiunt alijs inimici. & difficiliter amici. Et hoc, quia
isti faciliter habent iram & furorem, quando.s. ab alio conci-
tantur, contra illud Iacobi 1. Et tardus ad iram. Isti etiã sunt
rubei per crudelitatem, dolosi per falsitatem, falsidici p mẽ-
dacium vel mendacitatem, licet dicatur Prouer.17. Non de
a cet principem labium mentiens &c. Mars facit hoiem longum
& altum in iuuentute, sed in senectute disponit ad curuitatẽ,
& hoc ratione caloris consumentis, & siccitatis contrahẽtis.
Sic sunt multi qui in iuuentute.i. in vita ista, in qua oõ est ni-
si inceptio vitæ & durationis, sunt alti per superbiam & elati.
Et isti sunt filij martis diaboli, qui eos mouet per superbiam
& extollit. Sed verè in senectute.i. in tempore mortis tunc in
curuabuntur & inclinabuntur. Ponentur in infernum. Quia
Mars diabolus illos quos nunc eleuat, tunc deprimet. Quia
qui se exaltat, humiliabitur Mat.23. ¶ Mars est planeta ma-
leuolus, qui disponit ad animositatem, & ad appetitum vin-
dictæ, & ad animi mobilitatem. Ideo deus bellorum dicitur,
quia.s. bella facit secundum Isidorum. Regnat in capricorno,
sed in tauro perdit regnum suum secundum Ptolo. Sic iracun
dia facit hominem stultè audacem, & vindictam appetere, &
animo per diuersa proposita volitare. Et ideo bellorum di-
citur deus, quia.s. solet bella & contentiones, lites atque dis-
cordias generare. Et ista regnat in Capricorno.i. in mundi
peccatoribus, & maximè in mundi potẽtibu & ambitiosis,
qui more capri ad alta conscendunt. Sed verè in tauro.i. in vi
ris bonis & maturis, qui more tauri terram.i. corpus pprium
colunt, est discessus regni sui, quia sicut dicitur Eccl. es.28. Se
cundum virtutem hominis, iracundia illius est ¶ Mars est cæ
teris planetis ardentior, & rubicundior & siccior. Iste calori
dominatur, & disponit ad audaciam. Sic verè vir bonus de-
bet esse ardens per charitatem rubicundus, & rutilans p ho
nestatem, alios animãs ad bonum & ad virtutem, & chole-
ricæ complexioni.i. motibus iracundiæ prædominans. Ideo
talibus dicitur Ioann.5. Ipse erat lucerna ardens & lucens.
Et Prouerbio.15. Melior est patiens viro forti, & qui domi-
natur animo suo, expugnatore vrbium.

## De Venere. Cap. 26.

Venus idem est quod lucifer, planeta beneuolus, fœ-
mineus, nocturnus, semper comitatur solem, vel prę-
cedendo, & tunc dicitur lucifer, vel subsequendo, a
& tunc dicitur hesperus. Hic cæteris gaudentius,
fulget, & ideo dicitur iubar propter radiositatem. Diem &
solis ortum immediatè annunciat & pcedit. Hic excedit Zo
diacum in duabus partibus, ẽm Bedam. Hic facit suos, cãto-
res, musicorum amatores, pigmentarios & aurifices, ẽm Pto
lo. Talis est beata virgo, quia fuit fœminea per pietatem, bene
uola per benignitatẽ, nocturna & occulta per humilitatem
radians per honestatem, solem.i. Christum semper concomi
tans per incarnatĩ societatem, ipsum præcedens p maternita
tem, ipsum sequens p filialẽ virginitatem, & etiã quia post ip
sum remãsit in mundo. Ista etiam Zodiacum.i. cõditiones no
stræ naturæ excessit in duobus.s. in hoc q virgo peperit, & in
hoc q creatura creatorẽ portauit. Vel in hoc q inuiolata p
mansit, & in hoc q super angelos ascendit. Ideo de ea põt di
ci illud Esa.14. Lucifer mane oriebaris, q dixisti. Ascendam
in cœlum, super astra exaltabo soliũ, similis ero altissimo. Ista
etiam facit suos & sibi deuotos, cantores per gratiarũ actio
nem, pigmentarios per futuræ consolationis cõtemplationẽ.
Vel si vis expone de viro perfecto, q i duabus sui partibus.s.
quantum ad affectum & intellectum, zodiacũ.i. ambitum hu
manæ naturæ excedit, inquantum.s. ad cognoscendum & me
ditandum super cœlestia eleuat intellectum, & diligendum
inuisibilia dilatat affectum, 2. ad Corint.5. Siue mente excedã
mus, siue sobrij sumus, charitas Christi vrget nos. Iste etiam
solem iustitiæ Christum semper per gratiam comitat. ad Ro
ma.8. Quis nos separabit a charitate Christi; Ipsumq; quãdo
que præcedit desiderando, quandoq; sequitur imitãdo. Mat.
8. Magister, sequar & te quocunq; ieris. Vel etiam solẽ Chri
stum præcedit & annunciat prædicando, ipsumque sequitur
obediendo. Iste ergo dicitur præ cæteris gaudentius fulgere,
quantum ad vultus hilarem tranquillitatem. Act.6. Intuebã-
tur vultum eius tãquã vultum angeli stantis inter illos. Alios
cantores facit vel efficit per diuinæ laudis quã in eis excitat
iocunditatem. Candidus est per castitatem. Fulgens per sciẽ
tiæ luminositatem. Fœmineus per pietatem. Nocturnus per
humilitatem. Et sic merito dicitur Iubar seu lucifer propter
exemplaris conuersationis radiositatem. Iste est ergo lucifer
de quo Iob.38. Nunquid producis luciferum i tempore suo,
& vesperũ super filios terræ oriri, facies? Et sicut venus i tri-
b⁹ semitonis soli dicitur occurrere, sic vir i iusti soli iustitiæ
Christo in tribus virtutibus theologicis, vel i tribus pœnitẽ
tiæ partibus, vel in tribus religionis votis, contra tres hostes
animæ, mundum.s. carnem & demonia noscuntur spiritualiter
obuiare. Eccle.25. In tribus beneplacitũ est spiritui meo. ¶ Se b
cũ Ptolome. sub venere sunt libra & taurus, & sunt domos
eius Regnat in piscibus, sed in virgine regnũ pdit. Sic verè
libra idest diuites qui pecunias librant, tauri idest, potentes
qui terrã gubernant, sunt sub venere, quia veneri & luxuriæ
famulantur. In piscibus & deliciosis regnant, sed verè in vir
gine, Maria.s. & etiam in alijs virginibus, perdunt regnum
suum, quia luxuria nunquam habuit in beata virgine aliquã
potestatem

potestatem, iuxta illud ad Rom. 6. Non regnet peccatum in
vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius.

*De Mercurio.* *Cap. 27.*

1 MErcurius est planeta temperatus, nocturnus, modo
masculinus, modo fœmineus, cito.n. se vertit ad
naturam illius cui coniungitur, & cum bonis bo-
nus, cum malis malus efficitur, sicut dicit Misael.
Sic verè sunt multi nocturni.i.ignorantes & imperfecti, qui
habent animum ita leuem, & propositum ita instabile, q nūc
sunt masculini, nunc fœminei.i.nunc boni nunc mali. Nā ad
naturam illorum quibus coniunguntur per societatem, facil
limè conuertuntur, vt si sint boni, boni fiant & econuerso, qa
statim per aliorū verba & exempla de vno pposito ad aliud
se conuertunt, & mutātur. Iuxta illud. Qui cito credit, leuis
est corde. Eccl. 19. Vel dic ꝙ Mercurius est verus obediens,
qui sm voluntatem illius cui coniungitur.s. prælati sui, suas
mutat & regulat voluntates. Sap. 16. Vniuscuiusq; voluntati
deseruiens, ad quod quis volebat conuertebatur. Vel dic ꝙ
talis est prælatus, quia.s. iste sm ꝙ inuenit subditos disposi-
tos, malos.s. vel bonos, vel mediocres vel medios, sm hoc ip
se debet cum eis agere, & se eis bonum.i. beneficum & beni
gnum, vel malum.i. rigidum & seuerum præbere. 1. ad Cor.
9. Omnibus omnia factus sum. ¶ Mercurius a poetis Deus elo
2 quentiæ dictus fuit & sapientiæ sm Isido. quia secūdum Pto
lo. facit hominem studiosum, eloquentem, calculatorem &
computatorem. Talis debet esse prælatus vel prædicator, qa
verè ipse debet habere sapientiam in regendo, eloquentiam
in prædicando, & virtutes & merita subditorum debet æqua
liter numerare. Act. 24. Vocabant Paulum Mercurium eo ꝙ
esset dux verbi. Vel dic ꝙ bonus prælatus facit homines stu-
diosos, inquantum vult & laborat ꝙ subditos habeat sciētia
3 & eloquentia luminosos. ¶ Mercurius semper est cum sole
vno signo ante, vel vno signo post. Quando Solem præuenit
radijs solaribus stationarius efficitur si ei sit propinquus, qñ
autem eum sequitur tunc videtur esse retrogradus. Sic boni
semper sunt cum sole Christo per gratiam & charitatem, &
sic fiunt quandoque stationarij per firmitatem & fortitudi-
nem, quandoq; retrogradi p retroactæ vitæ suæ consideratio
nem. Iordanis conuersus est retrorsum. Vel dic ꝙ Sol lucens
est mundi prosperitas, quæ oculos intellectus stupefacit. Ho
mo igitur oportet istam vt comitetur dum est in ista vita, sed
si ipsam præueniat, & eā contemnendo post se derelinquat
tunc efficitur stationarius, quia.s. ipse cōtra tentationes & tri
bulationes stat firmiter, & resistit. Sed verè qñ eam sequitur,
s. eam amando, & eius negocia tractando, tunc oportet ꝙ sit
retrogradus per peccatum, quia.s. oportet ꝙ fiat mercator,
aduocatus, auarus, & sic p diuersa pctā a recto itinere retro-
cedit. Vnde 1. ad Timo. 5. Multi abierunt retro post Sathanā.
Vel dic ꝙ quidam sunt qui ante solis occasum lucent, & isti
sunt illi qui nunq̄ peccauerunt. Et alij qui post occasum splē
dent, & hi sunt qui post pctm̄ ad pniam redierunt. Sicut autē
Mercurius nunquam vltra triginta gradus a sole recedit, sic
nec iustus trigenarium, qui constat denario ter Ducto.i. dena
4 rium mandatorum & ternariū fidei trinitatis dimittit. ¶ Mer
curius habet sub se geminos & virginem, & regnat in virgi-
ne, sed in piscibus regnum perdit. Et sub isto continentur for-
tunium & negociatio, significat rōnem & sapientiam secun-
dum Ptolo. Sic Christus habet sub se illos qui dicuntur gemi
ni.i. qui habent geminam charitatem, & virginem.i. eos q ser
uant corde & corpore, virginitatem atq; castitatem. In tali-
bus.n. regnat Christus, sed verè in piscib.i. in illis qui in aquis
deliciarum iugiter commorantur, perdit regnum suum, quia
diabolus regnat in talib. & non Christus, Habent.n. super se
regem, cui nomen exterminans. Apo. 9. Et sicut Mercurius
est planeta cum bonis bonus, cum malis malus, sic Deus
quando inuenit homines bonos, ipsum similiter inueniunt
bonum, beneficia sua largiendo, sed verè si mali fuerint, sic
& ille similiter malus erit eis.s. quantum ad malitiam pœ-
næ, quia malum pœnæ æternæ eis inferet, iuxta illud Amos 3.
Non est malum in ciuitate quod non faciat dominus, ¶ Mer-
5 curius rarissimè videtur, quia vt cōmuniter semper sub So-
lis radijs occultatur. Si verè platus non debet se nimis obstē
dere, & coram alijs publicare, quia nimia familiaritas parit
contemptum. Sed vel studendo vel orando se a mundi stre-
pitu occultare. Abscondam faciem meam ab eis, & cōside-
rabo nouissima eorum. Deut. 32. Vel expone de religiosis vel
viris perfectis, qui infra claustra sua continuè esse debent ab
scondi, & raro exterius propalati.

*De Sole.* *Cap. 28.*

SOL secundum Isido. dicitur quasi solus lucens, eo ꝙ 1
sit fons totius luminis. Et est planeta fortunatus, tamen
quandoque per coniunctionem mali planetæ fit malus
Sic verè licet homo sit lucidissimus per honestatem &
bona exempla, dato etiam ꝙ sit bonus, fortunatus & virtuo-
sus, quandoque tamen accidit ꝙ ipse coniungitur alicui ma
lo planetę.i. ꝙ ipse sectatur societatem alicuius malę perso-
næ, & tūc efficitur malus per eius malam vitam, exempla &
verba, quę sequitur. Ideo bene dicitur Prouerbiorum 24. Cū
stulto ne abieris. ¶ Sol oībus cœli luminaribus maior est qua 2
titate, dignitate, ptāte, effectuum multitudine, claritate (qa
.s. magis est calcari luminis) motus vniformitate, quia semp
directè mouetur, & nunquam excedit terminos zodiaci, nec
vnquam fit retrogradus luminositate, quia.s. oīa inferiora &
superiora illuminat & illustrat, vt dicit Mesalach. Sic verè
charissimi, debet esse de prælato, qui debet esse subditis ma-
ior quantitate meritorū, dignitate, potestate, & multitudine
bonorum operū, scientię, claritate, motus.i. operationis vni-
formitate & maturitate. Nūquā.n. debet exire terminos zo-
diaci.i. fidei per peccatum, vel etiam iustitiæ acceptionem
personarum, sed semper in medio incedere per iustitiæ æqui
tatem. Esa. 30. Hæc est via, ambulate in ea, nō declinetis ex ea
ad dextram vel ad sinistram. Sed vniformiter & maturè in
suis actibus debes pcedere, nec aliquo modo debet a via re-
ctitudinis & iustitiæ fieri retrogradus, nec per peccatum vel
acceptionem munerum a veritatis lumine ecclipsari. Esa. 60.
Nō occidet vltra Sol tuus. Sed subditos suos debet illustrare
scientia, siue doctrina, pariter & exemplo. Eccl. 82 Sol illumi
nans p omnia respexit, quia lux subditorū debet ab eo ema-
nare. Et sicut Sol mouetur contra firmamētum, vt ipsum tem
peret, sic prælatus se debet opponere per orationes cōtra mo
tum diuinæ iustitiæ, vt per eum temperetur, Exemplo Arō,
Numeri. 18. de quo dicitur Sapien. 18. Proferēs seruitutis suæ
scutum orationem & allegans restitit iræ. ¶ Secundū Ambro.
in Hexameron. Sol est oculus mundi iocūditas diei, pulchri 3
tudo cœli, mensura temporum, virtus & vigor omniū nascē
rium, decor & perfectio stellarum, rex & dominus planetarū
Et sm Martianum, Sol est principum lucis, res naturæ mens,
mundi, fulgor Olympi, moderator firmamenti. Talis est deus,
quia oculus & director est mūdi, pulchritudo cœli.i. ecclesiæ
mensura temporum, quia.s. immensus est, omnia mensurans,
virtus & vigor est omniū, decor stellarum.i. sanctorum, fons
lucis.s. sapientiæ, firmamenti.i. rerum omnium per occultam
prouidentiam moderator. Rex est etiam & dominus planeta
rum.i. sanctorum & etiam errantium peccatorū. Et sicut Sol
per. 12. signa incedens lumen pstat omnibus sphæris, sm Pla-
tonem, sic Christus dū fuit inter duodecim apostolos, omnes
alios illustrauit.s. lumine sapientiæ vel gratiæ. Omnis.n. san-
ctorum lux gratia vel sapientia, a Christo principaliter deri-
uatur. Vnde. Refulsit sol in clypeos aureos, & resplenduerūt
montes ab eis. 1. Macha. 6. ¶ Sol simplicis est essentiæ vel natu
ræ, & ideo incorruptibilis, quia compositio ex contrarijs, est 4
principium corruptionis, sm Aristo. Sic verè in ecclesia vel
religione debet esse simplicitas.i. vnitas & concordia, qa par
tes contrariæ.i. personæ inuicem discordes nō debēt ibi esse,
& sic semper incorruptibilis permanebit, quia societas vel re
ligio cōtinuè stat, quādo personæ sunt inuicē vniformes. Sed
pro certo illa quæ est composita ex personis cōtrarijs, & inui
cem odiosis, statim destruitur & corrumpitur, quia quilibet
trahit ad partem vbi est affectio sua, & sic lites oriunt & con
tentiones, quę totum subuertunt, qa si domus supra semetip
sam dispartiatur, non poterit domus illa stare. Mar. 3. ¶ Oē 5
corpus leue, habile est ad motum, Et ideo quia sol leuissimæ
naturæ, velocissimi est motus sm Diō. de di. no. Sic verè quā
to quis est leuior per voluntariam paupertatem, & minus ha
bet de diuitijs sarcinosis, tanto ad motū obediētiæ vel bonæ
operationis est habilior. & ideo sol.i. vir pfectus velocissimi
est motus. ¶ Sol secūdum Dio. de di. no. Renouat, nutrit, cu-
stodit, perficit, discernit refouet & fęcūdat, auget, mutat, col-
locat plantat, & viuificat. Primo dico ꝙ sol renouat, quia per
radios suos subintrantes terrā herbis & floribus vestit, & sic
radios

à statu hyemali pristino renouatur. Hic est prælatus, qui per
radios doctrinæ suæ tariam.i.terreum peccatorem facit per
pœnitentiam renouari, & herbis & floribus.i.gratijs & virtu
tibus adornari. Hic debet alios nutrire spiritualiter per præ
dicationem vel scientiam, & corporaliter per elemosynarũ
frequentiam. Custodire.s.subditos per diligentiam, & discer
nere debet inter eos per discretionem.s. qui sunt boni & qui
mali. Ego iudico inter pecus arietum & Hircorum. Ezec.34.
Hic debet resonere per compassionem. fœcundare per præ
dicationem, augere per meritorum cumulationem, mutare
per malorum subditorum depositionem, plantare per bono
rum promotionem. vel mutare, supple peccatores per con
uersionem, plantare per fidei confirmatam radicationem, vi
uificare per vitæ gratiæ vel æternæ gloriæ procurationẽ. In
talibus dr Hier.1. Constitui te super gentes & regna; vt euel
7 las, & destruas, & ædifices, & plantes &c. ¶ Sol ſm Dion. vir
tutem habet conseruatiuam, quia cõposita ex diuersis & cõ
trarijs elementis statim destruerentur, nisi per virtutem &
influentiam cœlestis corporis conciliarentur & conseruarẽ
tur. Sic verè charitas habet vim vnitiuam & concordatiuã,
quia oĩa mixta.i.collegia, societates & cõsortia, quæ ex diuer
sis personis vt cõiter sunt composita, statim destruerentur,
nisi per vim charitatis inuicem vnirentur, & inuoliatis con
8 cordia seruarentur. ¶ Sol habet virtutem perfectiuam, quia
nihil peruenit ad perfectionem vel complemẽtum inter ve
getabilia, & sensibilia, nisi per solem. Virtutem et habet fœ
cundatiuam, & augmẽtatiuam, quia nihil fructificat vel aug
mentatur, vbi radius solaris nõ attingit. Talis est Chrs, qa ve
rè per gratiam suam vel charitatem (quam immittit) ipse fœ
cundat per boni operis inchoationem, augmentat per eius
perfectum incrementum, & prosequutionem, perficit per fi
nale complementum, perseuerantiam & perfectionem. Quẽ
admodum cepit, ita & perficiet 2.ad Cor.8. Nihil.n. põt ho
mo in bono proficere, nisi radius diuinæ gratiæ tangat ipsũ.
Quod patet in peccatorib. qui quia tali radio non tanguntur,
fructum bonorum operum nunquam portant. ¶ Sol virtutẽ
9 habet confortatiuam, quia qñ appropinquat ad nos, virtutes
animalium fortiores efficiuntur, sicut etiam patet in aurora,
vbi propter aduentum solis natura fortificatur & recreatur,
& tũ corporis infirmitas alleuiatur, flores etiam in eius ortu ape
riuntur & vigorantur, qui tñ in occasu ipsius marcescunt &
clauduntur. Sic verè qñ sol Christus appropinquat ad nos p
suæ gratiæ immissionem, tunc vigoramus, & ad bene agẽdũ
vel mala sustinendum fortius roboramur, & per confessio
nem laudum vel gratiarum actionem aperimur. Vnde Aper
tum est ilico os Zach. Luc.1. Veruntamen qñ nobis occidit
per peccatum, tunc cessando a confessione vel gratiarũ actio
10 one, laude vel oratione, claudimur & velamur. ¶ Sol diuersas
recipit mutationes. Ipse.n. in mane rubet, in tertia lucet, in
meridie feruet, in vespere pallet. Et idõ ſm Bedam quattuor
habuisse equos fingitur a poetis. Vnus dicebatur Ethon.i. rube
alius eous.i. splendens, tertius pyrois i. ardens, & quartus
phlegon id est vrens terram. Sic vir iustus & perfectus debet
mutari de bono in melius, quandoque.n. debet inueniri ru
bens per charitatem, clarus per honestatem, feruens per zeli
austeritatem, pallidus per maturitatem. Ideo iste debet habe
re quattuor, equos, quibus vehitur ad cœlum.i. quattuor vir
tutes cardinales. Vnus est rubens, quem sanguis causat. ecce
fortitudo. Alius est lucens & illuminans. ecce prudẽtia. Alius
ardens ecce feruens iustitia. Alius pallidus. ecce matura tem
perãtia. Abacuch.3. Qui ascendis super equos tuos, & quadri
11 gæ tuæ saluatio. ¶ Sol virtutem habet purificatiuam. Nam ra
dijs suis aerem subtiliat vel subtiliat & auram pestilentia fu
gat. Sic vere Christus conscientiam siue animam mundifi
cat & depurat, & immissione radiorum suorum .i. gratiarũ
& bonarum inspirationum aerem pestilentem.i. peccata &
vitia exinde fugat, ipsaque destruit & consumit. Vnde dicit
Ezec.36. Effundam &c. & mundabimini ab omnibus inqui
12 namẽtis vestris. ¶ Sol virtutem habet calefactiuam, licet sub
stantiue non sit calidus. Calorem.n. causat ex radiorum suo
rum motu & confractione, & eorum concursu in superficie
obiecti corporis, & maximè si fuerit politũ vel speculare, vt
dr in perspectiua. Sic verè Chrs causat in nobis ardorẽ cha
ritatis, & hoc per immissionẽ radiorum.i. gratiarum & benefi
ciorũ suorũ. & maximè qñ inuenit cor nrũm politum p mo
rum venustatem, speculare per vitæ claritatem. Eccle.43. Sol
in meridiano exurit terram. ¶ Sol virtutem habet attractiuã, 13
vapores.n. puros attrahit sursum. & ipsos postea per pluuias
emittere consueuit. Sic Christus illos qui sunt puri per casti
tatem vel conscientiæ sanctitatem, sursum attrahit ad gloriã
paradisi. Et quanto sunt puriores, tanto facilius ascendunt, &
altius collocantur. Amice, ascende superius. Lu.14. Vel dico
sol est prælatus, qui pro certo illos qui sunt puriores castita
te & sanctitate, debet prius & altius eleuare.s. ad dignitates,
officia, beneficia vel præbendas, dicendo eisdem Esa.60. Sur 14
ge illuminare Hierusalem. ¶ Duo sunt in sole nobis occulta
.s. magnitudo & motus. Nã cũ sit octies maior terra & maxi
mæ quantitatis, hæc tñ nostris sensibus non apparet. Cum et
velocissime moueatur, tamen propter maximam suam clari
tatem a nobis hæc velocitas non videtur. Sic de deo, duo p
priè sunt nobis abscondita, incognita & inuisa.s. magnitudo
suæ essentiæ, & motus suæ occultæ prouidentiæ. Nam cum
habeat essentiam infinitam, illa tamẽ infinitas non potest ple
narie a nobis comprehendi. Iob.39. Magnus.n. dominus est
& vincẽs scientiam nostram. Tanta est etiam claritas suæ sa
pientiæ, quòd motus suæ prouidentiæ non percipitur.i. ratio
suorum iudiciorum occultorum a nobis penitus non vide
tur. Vnde Eccle.8. Omnium operum dei nullam potest hõ in
uenire rationem; & quanto plus laborauerit, tanto minus in
ueniet. ¶ Sub sole est Leo, & est domus eius, Regnat in ariete, 15
& in libra discedit regnum eius. Sub ipso continetur spes, lu
crum & fortuna, & maximẽ disponit ad aiarionem ſm Ptolo.
Sic Christus hospitatur in Leone, i. in viris iustis, fortibus &
perfectis. Regnat etiam in ariete.i. mitibus & simplicibus &
idiotis, sed in libra.i. falsis diuitibus & mercatorib9 pecunias
librantibus deficit regnum suum, quia tales per peccatum eũ
expellunt. Osee.10. Ecce deum non timemus, & rex quid fa
ciet nobis? Sub isto autem inuenitur spes, s. suæ misericordiæ,
fortuna præsentis gratiæ, lucrũ futuræ gloriæ. Ideo ipse dicit 16
Apo.3. Suadeo tibi emere aurum &c. vt locuples fias. ¶ Sol
est planeta beneuolus, masculinus, diurnus, calidus & siccus,
fulgens in se, & omnia alia illuminans, terminos zodiaci nun
quam excedens, nec vnquã retrogrado incedẽs, ſm Mesalac.
Sic verè vir perfectus beneuolus est p mititatem, masculinus
per fortitudinis probitatem, diurnus clarus & manifestus p
veritatem, calidus per charitatem, siccus, per abstinentiæ par
citatẽ. fulgens per sapientiam vel honestatem, alios illuminãs
p doctrinam vel per exemplorum suorum sanctitatem, nun
quam excedit zodiaci signa idest duodecim articulos fidei p
hæresim & incredulitatem, nec vnquam retrograditur per
peccatorum & prauitatem vel per malitiam & falsitatem, vel
per suorum operum discontinuitatem. Quia nemo mittens
manũ ad aratrum & aspiciẽs retro, aptus est regno dei. Lu.9.

## De Luna. Cap. 29.

Luna dicitur quasi luminum vna.i. principalis, secundũ
Isidor. quia Soli in magnitudine & pulchritudine est 1
simillima. Et secundum Ambrosium in Hexameron.
Luna est decor noctis mater roris, humoris ministra,
dominatrix maris, temporum mensura emulatrix, solis, mu
tatrix aeris, lumen a sole mutuas, ipsumq; modo speculari ad
nos reijciens & refundens. Talis est beata virgo, qa verè lu
minarium cœli.i. omnium sanctorũ ecclesiæ est principalis &
ac soli.i. Christo filio suo similior quantum ad perfectionẽ.
Hæc est.n. decor noctis.i. huius turbulentæ vitæ, vel noctis.i.
peccatorum, quia.i. peccatorum & pœnitẽtiæ est spes, solatiũ
atq; decor. Cant.6. Pulchra vt luna, electa vt sol. Et Eccles.6.
Decor.n. vitæ est in illa. Mater etiã roris gratiæ, & humoris
deuotionis ministra. Ros luminib9 ros tuus. Esa.26. Ista domi
natur mari.i. peccatoribus tumultuosis & fluctuosis, ipsos ad
misericordiam reducendo. Vel mari.i. mundo & vitijs domi
natur, omnia superando. Eccl.24. In fluctibus Maris ambula
ui. Temporum supple suorum dicitur mensuratrix, lua.s. tem
pora debitè ordinando, & in bonis vsibus expendendo. Sene
ca. Tempus tuum in tribus dispensetur, præterita recordare,
præsentia ordina, futura prouide. Vel etiam ille tempus vitæ
nostræ discernit & mensurat. Solem.i. Christum emulatur &
ama .Lu.2. Fili quid fecisti nobis sic? Ego & pater tuus dolẽ
tes quærebamus te. Aerem.i. conscientiam peccatorũ de ma
lo in bonum immutat, lumen etiã.i. gratiarum plenitudinẽ
a sole Christo acquirit, & tandem ad nos peccatores iterum
deriuat & refundit. Nam & hic viuẽtes & in purgatorio lu
gentes

gentes loce suæ misericordiæ & gratię recreat atq; lenit. Vn
de ipsa pôt dicere, Penetrabo oẽs partes terræ & illumina-
2 bo oẽs sperantes in dño Eccl. 24. ¶ Luna est status multũ mu
tabilis, figuræ etiam & coloris. Qñ soli est propinqua illumi
natur ab ea a parte cęli, & perdit lumen à parte terræ. Quan
do aũt est Soli opposita vel remota, tũc econuerso perdit lu
men a parte cæli, & plene illuminatur a parte terræ. Clara er
go nunc est, & nunc obscura, vt dicunt Beda & Macrob. Lu
na est hõ qui fluit de vno statu ad alium, & nunquam in eodẽ
statu permanet, sed continue mutat & variat statum suum, fi
guram pariter & colorem, quia nunc efficitur cornutus per
supbiã, nũc rotũdus & mobilis p insolentiã, nũc obscur⁹ p
Ignorantiam nunc clarus per sapientiam, nunc est iuuenis,
nunc est senex, nunc est sanus, nunc infirmus, nunc est diues,
nunc est pauper. Iõ Eccl. 27. Stultus mutatur vt luna. Ista lu
na. i. hõ potest illuminari a parte cæli. i. quantum ad bona spi
ritualia per gratias & virtutes, & per sapientiam spiritualẽ
& finaliter per gloriam æternalem. Iterum potest illuminari
a parte terræ. i. a parte bonorum terrenorum, & hoc triplici
lumine, s. delicijs diuitiis, honorib. quia in istis trib. consistit
mundi prosperitas. Luna etiam ista. i. homo potest esse ꝓpin
quus, & amicus soli. i. Christo per gratiam & charitatem. Et
potest esse ab eo remotissimus per peccatum. Quia lõge est
dominus ab impiis. Prou. 15 Dico igitur pro certo, quod qñ
luna. i. homo est propinquus & coniunctus per gratiam ipsi
soli. i. Christo: tunc vere a parte cœli. i. quantum ad bona spi
ritualia & æterna recipit illuminationem. i. gratias, dona, vir
tutes & merita. Sed pro certo tunc r pris vt cõiter perdit lu-
men a parte terræ. i. mundi prosperitatem, quia vt cõiter dei
amici non prosperantur in hac vita, imo sunt leni obscuritа
se. i. paupertate & aduersitate, quia sicut dr̃ in psal. Multę tri
bulationes iustorum. Nam quamuis quandoque regula fal-
lat, tñ cõiter cæteris parib. boni minus prosperantur quã ma
li. Sed pro certo quando homo est soli. i. Christo oppositus
per vitia & pc̃tã tunc perdit lumen a parte cæli. s. gratias &
virtutes, quia obscurus & pauper efficitur quantum ad bo-
na spiritualia. Iob 28. Auferetur ab impiis lux sua Veruntа-
men a parte terræ & terrenorum acquirunt cõmuniter tũc
temporis magnum lumen. i. magnam prosperitatem. s. ma
gnas scientias seculares magnas diuitias tẽporales, magnas
delicias corporales. Hiere. 12. Impii. n. prosperãtur, bene est
omnibus qui inique agunt & præuaricantur. Vel dic quod
luna est vir iustus, qui. s. figuram & conditionem suam debet
mutare, & secũdum loca & personas & tempora, diuersis di
3 uersimode conformare. ¶ Luna non fit cornuta, nisi quãdo
recedit a sole. i. ad solem accedit. Sic vere homo non fit su-
perbus cornutus, nisi quando a deo recedit per peccatũ. Vn
de Eccl. 15. Longe. n. est a superbia & dolo. Quando etiã bo
accedit ad solem. i. ad deum per gratias & virtutes, tunc si-
militer exinde quandoq; superbit & fit cornutus per super
biam, sicut ille Pharisæus Luc. 18. Domine non sum sicut cæ-
teri hominum &c. Quia vere homo quandoq; non tantum
superbit de rebus vitiosis, imo etiam de rebus virtuosis, &
sic anima propriis armis interficitur. Vnde dicit Gregorius
Valde timendum est vitium quod ex victoria nascitur vitio
4 rum. ¶ Luna est omnis humoris augmentatiua, quia per oc-
cultam virtutẽ suam in eius incremento, medullæ, cerebra
animalium, & omne aliud humidum augmẽtatur, & p eius
decrementum similiter minoratur, vt dicit Martianus. Vn-
de eius defectus vel profectus omnium est inferiorum cor
porum decrementum vel etiam complementum. Sic vere p
latus per suã occultã influentiã. i. p suã orationẽ & deuotio
nem, debet subditis humorem gratiæ procurare. Nam quã-
to luna. i. platus maiorem claritatem sapientiæ & morũ ha
bet, tanto oia inferiora. i. subditi humorem habẽt gratiã ple
niorem. Et econuerso, quanto plus deficit in lumine discre-
tionis & sapientiæ, tanto subditi ab humore pietatis & deuo
tionis & gratiæ spoliantur, quia eorum profectus est alijs vti
lis, eorũ obscuritas & ignorantia aliis est damnosa, quia si cę
cus cæcũ duxerit, ambo in foueam cadunt. Mat. 15. Vel dic
qđ sicut aduentu. & pñtia luminis lunaris est causa cremen
ti humorũ, & econtra recessus est causa decrementi, secũdũ
Plinium, sic accessus diuinæ gratia spiritualiter nos impin-
guat, carentia autem virtutibus attenuat. Vel dic de pñtia
& accessu luminis. i. prælati, qui proficit, & de eius recessu &
absentia, quæ officit. Vel dic quod luna. i. prælatus, gratia &
scia luminosos, solet subditos humorosos & diuites habere,
& econuerso. Vel dic quod crementum luminis prosperita
tis est cã crementi humoris carnalitatis &c. Allega sicut vis.
¶ Luna est maris attractiua. Nã per suã occultam virtutem 5
mare regulat & disponit & ipsum fluere & affluere, defluere
& refluere facit: ipsum. n. eleuat & attrahit vbicunq; sit & in
tumescere facit. Vnde mare semper abundat in parte vbi lu
na, est & defluit a parte opposita. Vñ ista est regula ꝙ quo-
tienscunq; mare abundat a parte orientis per lunã ibi existẽ
tẽ, defluit & minuitur a parte occidentis, & econuerso, vt di
cit Martianus. Luna est deus, qui pro certo mare fluctuosũ.
. i. hoies gubernat & disponit per suam occultam prouiden
tiã & virtutem, & ipsum facit diuersimode minui vel auge-
ri. Oriens vbi est lumen significat bona spũalia & æterna, vbi
lux gratiæ sp̃ viget. Occidens aũt significat mũdum, qui oc
cidit & deficit omni die. Ista est igitur regula occultæ influẽ
tię lunæ. i. occultæ prouidentiæ dei, quia regit hominẽ. Quia
aliquando facit eum affluere vel abundare a parte orientis.
i. in bonis spiritualibus, gratiis & virtutib. Aliquando facit
eum affluere a parte occidẽtis. i. in bonis tẽporalib. diuitiis
deliciis & honorib. Sed pro certo istud est verũ, ꝙ quotiens
homo abundat a parte orientis. i. in bonis spiritualib. & quo
tiens deus dat sibi affluentiam gratiarum, ipsum pro certo
facit minui a parte occidentis. i. in bonis temporalib. quia fa
cit eum pauperem, & huiusmodi, & temporali prosperitate
ne ab ea absorbeatur, immunem, quia sicut dicitur Iudit. 8.
Quotquot deo placuerunt, per multas tribulationes tran-
sierunt. Et econuerso quotiẽs facit aliquem abundare a par
te occidentis. i. in bonis temporalib. tunc vt communiter ta
lis minuitur a parte orientis. i. in bonis spiritualib. Quia sępis
sime fit ꝙ illi qui abundant temporali ꝓsperitate, carent spi
rituali sanctitate. Eccl. 11. Si diues fueris, non eris immunis
a delicto. ¶ Luna est planeta fęmineus, nocturnus, frigidus,
& humidus, nunquam manet in eodem statu vel figura, in- 6
certi est motus, quia nunc est sub sole, nunc ante, nunc retro
sæpe cornuta apparet, sæpe, rotunda, & breuissimo tempore
complet cursum suũ. Talis est peccator, quia fæmineus per
inconstantiã nocturnus & obscurus per ignorantiã, frigidus
per indeuotionem, humidus per luxuriæ infectionem, varię
figuræ p gestus & vestitus curiositatẽ, incerti motus per in-
solentiæ leuitatem. Cornutus est per superbiæ vanitatẽ ro-
tundus & mobilis per incõstantiæ leuitatem, & cursum suũ
i. vitam breui tempore complet, quia vt communiter deus
non permittit ꝙ viri sanguinũ dimidient dies suos, imo dat
eis durationis breuitatem. ¶ Qñ luna est in cremento, cor- 7
nua eius respiciunt versus orientem, qñ autẽ decrescit, tunc
versus occidentem respiciunt, vt patet ad sensum. Sic vere
quando homo crescit & augetur in meritis & virtutib. duo
cornua eius. s. intellꝰ & voluntas versa sunt ad orientem. i. ad
bona paradisi voluntas nempe desiderando, & intellectus
meditando & contemplando. Sed vere econtrario, qñ ho-
mo decrescit a lumine gratiæ & sapientiæ per peccatũ, tũc
vere huiusmodi cornua vera sunt versus occidentem. i. ad tẽ
poralia ipsa gubernando, & amando & acquirendo. ¶ Qñ lu 8
na inter nos & solem interponitur, facit solis Eclipsim, & in
mundo causat obscuritatem, quod nunquam accidit sm̃ Al
bu. li. de motibus planetarum, nisi in nouilunio & in circa
ecliptica. Luna quæ fluit & refluit & mare gubernat, signifi-
cat mundi prosperitatem, quæ nunc minuitur, nũc augetur,
& super mare habet dominiũ. i. sup amaros & miseros pec-
catores. Nam quando ista interponitur inter nos & solem. i.
deum, ita quod magis est prope nos per affectionem & attẽ
tionem qua ipse deus, tunc vere radios solis. i. gratiam dei,
sapientiam, scientiam, & gloriam a nobis abscõdit, & ipsum
facit quo ad nos eclipsari, & ita nos reddit ignaros, inscios
& obscuros Ideo de illis qui seruiunt creaturæ potius quã
creatori, dicitur ad Rom. 1. Obscuratum est insipiens cor il-
lorum. Vel dic quod quando luna. i. antichristus se inter nos
& deum immittit, tunc Solis Christi lumen. i. fides in mũdo
quasi nullatenus apparebit, sed per eius opera obscuritas er
roris & hæresis per mundum erit penitus seminata. Vel dic
ꝙ sol significat principes mundi, qui re vera quando respi-
ciunt lunam. i. ecclesiam, ipsam. s. indignanter videndo, tunc
propter terram interpositam. i. occasione terrenorum ipsã
faciunt eclipsari, & diuersis tribulationibus obscurari. Con
stat. n. ꝙ maleuolentia principum vel tyrannorum est causa
depau-

9 depauperationis ecclesię & ęt clericorũ.¶ Luna qñ terra iter
ponitur inter ipsam & solem recta linea eclipsim patitur &
ꝓprium lumen perdit ,& hoc tñ in plenilunio accidere cõ-
sueuit.Sic luna.i.voluntas quæ fluit & refluit per diuersa de
sideria,tunc tꝑis lumen perdit,& a sole Christo gratiam vel
gloriam,vel ęt sapientiam diuinam recipere cessat,qñ terra
i.terrenorum amor inter eum & deum est positus,& qñ per
auaritiam tꝑalia dño ꝓponũtur.Nam quando homo nimis
vacat ad tꝑalia,tunc lumen diuinæ gratiæ vel sapientiæ ci-
10 to perdit.Vnde Prou.13.Lucerna impiorũ extinguetur.¶ Luna
ex sui corporis opacitate semper habet quandam opacitatẽ
seu obscuritatẽ,& hoc maxime quia appropinquat ad terrã.
Ideo dicit Martianus & hoc contrahit ex vmbra terræ, cui
est vicina cuius signũ est,quia qñ superiores peragit circulos
clara & sine macula tunc videtur.Sic vere naturaliter nos ha
bemus ex ipsa conditione corporis & naturæ nostræ obscu
ritatem,& nigredinẽ ignorantiæ,& multorũ maculas pctõ-
rum,& maxime qñ appropinquamus ad terram.i.qñ ad ter-
renas diuitias per auaritiã applicamur,quia tunc hõ ex vm-
bra terræ.i.terrena affectione multas contrahit maculas pec
catorũ.Figura.Apo.9.vbi dr quod obscuratus est aer de fu-
mo putei.Sic aer.i.pura conscientia fit obscura .i. maculata
per pctm̃,qñ à fumo.i.mundi prosperitate per eius affectum
tangitur quæ præterit sicut fumus.Baru.6.Nigrefiunt facies
eorum de fumo qui in domo fit.Sed pro certo qñ luna .i. hõ
vel aïa est in superiorib.circulis.i.in paradiso per affectionẽ
vel cotẽplationem,tunc huiusmodi maculas nunquam sen
11 tit.Vnde Exo.24.Ascende ad me in mõtem,& esto ibi.¶ Lu
na ſm Bedam est temporũ significatiua in nauigatiõe. Si.n.
luna scintillat ad remos imbrẽ & tẽpestatem significat affu-
turã.Et dicit Prolo.φ sub luna est cancer ,& est domus eius,
& regnat in cancro,sed in libra est discessus regni . Talis est
mundi prosperitas quia vere sua scintillatione .i. fauore vel
splendore,qñ eũ circa nauigantẽ aliquẽ in hoc mari huius
mundo emittit tẽpestatẽ.s.æternę mortis sibi prędicit finalẽ
ꝓparatã,quia ſm Amb.Continuus successus tꝑalium æter-
næ dãnationis indiciũ est.Nã luna ista.i. mundi prosperitas
regnat in cancro.i.in illis qui more cancri a recta via iustitiæ
per vitia retrocedunt.s.in mundi pctõrib.qui cor suum ha-
bent in mũdi prosperitate,& ei sicut dominæ sunt subiecti,
Sed vere in libra.i.in illis qui per libram iustitiæ regulantũ.s.
in viris bonis & perfectis pdit mũdi ꝓsperitas regnũ suum,
quia.s.ei contemnunt,nec ei famulantur.Ideo nolite dilige
12 re mundũ &c.1.Io.2.¶ Luna humorem seminib.administrat
pascua in siluis de nocte quærentib.luminis beneficium præ
stat.Et ideo dea seminum dicitur & syluarum.Aerem etiam
subtiliat,quia ſm Albu.nisi aer de nocte per radios lunares
subtiliaretũ,magna ibi corruptio ex nocturnorum vaporum
exhalationib.gigneretur.Luna ẽt maris est attractiua,terræ
fęcundatiua,& grauioris soni in cælesti harmonia effectiua.
Hæc est beata virgo vel etiam ecclesia dei, quia vere seris.i.
peccatorib.per noctem huius vitæ vagantibus,lumen discre
tionis fidei & sapientiæ pstat,semina ęt.i.illos qui iam sunt ꝑ
gratiã & fidem in agro ecclesiæ seminati humore gratiæ &
deuotionis.pietatis & cõpassionis humectat,& sic eos meri
tis & virtutib.perficit & augmentat.Aerẽ ẽt grossum.i.pctõ
res,radiis suis.i.sacramentis purificat.i.iustificat,ne vaporũ
suorum.i.pctõrum grossitie corrumpantur.Illud mare ẽt.i.
amaros peccatores quotidie ad salutem attrahit,terram cõ
scientiæ virtutib.fertilem efficit,& inter cantus diuinæ lau-
dis grauiorem & humiliorẽ sonum beata virgo cantauit,
dicens.s.Luc.1.in magnificat:quia respexit humilitatẽ ancil-
læ suæ.&c.Et sicut luna a sole recipit lumen,& semper fluit
& refluit de vna figura ad aliam,nunquam tñ deficit vel cor
rumpitur,sic ecclesia a sole Christo lumen suum .i. fidem &
sapientiã habet.Et licet continue fluat per diuersas mutatio
nes,motus & tribulationes nunq̃ tñ penitus deficit. Vñ Lu.
13 22.Ego rogaui ꝑ te &c.Eccl.40.Fides in seculũ stabit.¶ Lu-
na est frigida cũ excessu,tñ quia circulo solis est vicina,ideo
ab eo sua frigiditas & humiditas temperatur.Sic dato quod
homo sit frigidus per indeuotionem,humidus per mollitiẽ
& delicias, vel ꝑ carnalẽ delectationẽ,si tñ soli.i.alicui bonę
personæ sit vicinus.i. si bonorum societatẽ sectetur,sua po-
terit qualitas immutari,& ꝓpter eorum exemplum , vita &
verba,sua prauitas temperari Eccl.6.In medio proborũ sta.
14 ¶ Secundum Arist.luna est in dispositione hominis peccati-
ua:facit.n.hoiem mutabilem,discurrentem,& in oculis ma-
le dispositum.Et vnũ oculũ facit alio maiorem , ſm Prolo.
Et breuiter hõ in cui⁹ cõplexione lunaris cõstellatio dñium
habuerit macula in oculo nõ carebit.Luna est mũdi ꝓsperi
tas vel affectio carnalis,quæ pro certo hominẽ pessime di-
sponit per affectionem.Quia vere illi in quib.lunaris cõstel-
latio.i.amor prosperitatis,& carnalis affectio vel acceptio ꝑ
sonarum dominatur,vitio in oculo.i.in rationis iudicio,nõ
carebunt,quia.s.iudices atque multa vitia & falsa iudicia ꝑ
affectionem vel odium vel per munera faciunt.Nã cũ duos
habere debeant oculos.i.duplicem considerationem,vnum
s.ad amicos,aliũ ad inimicos,vnum ad iustitiã vnius partis,
alium ad iustitiam alterius,& cum isti oculi debeant esse æqua
les(quia.s.æque debet iudicare,sit amicus vel non,dederit si
bi vel non dederit)isti tñ habẽt vnum alio grossiorem,quia.
s.oculus quo respiciunt amicos,maior est alio , quia malus
iudex pro amico iudicabit,& alium(licet sit iustus)cõdem
nabit,vel cognatum ꝓmouebit,& alios meliores deprimet
& calcabit,contra illud Deuterono.1.ciuis sit ille,siue pere
grinus,nulla erit distantia vel distinctio personarum.ita par
uum audietis vt magnum.¶ Sub luna(sicut dicunt astrologi)
continetur damnum,amissio,timor,& ęgritudo.Sic vere est 15
de mundi prosperitate,quia vere sub ista continetur damnũ
quia.s.hõ perdit vitam æternam pro temporalib. Aegritu-
do.s.diuersorum peccatorum.Amissio gratiarum & virtu-
tum.Timor,quia.s.mundani diuites semper sunt in timore
ne diuitiæ suæ pereant,& ne status eorum decidat,& timẽt
etiam mortem perpetuam,quam expectant . vnde Seneca,
Quantum accessimus ad successum, tantum accessimus ad 16
metum.¶ Lunaris constellatio maxime operatur in hominis
dispositione & maxime quantum ad ægritudinem vel sanita
tem secundum Hippocra.in pronosticis.Vnde sicut dr in cõ
mento de dieb.criticis,per coniunctionem lunæ stellis for-
tunatis, fiũt ægritudines terminabiles ad bonum,& ecõuer
so,per coniunctionem eius cum stellis malis fiunt terminabi
les ad malum.Luna ista est princeps vel prælatus,qui ꝓ cer-
to maximam habent hodie potestatem. vnde Luc.22. Reges
gentium dominantur eorum.Per ęgrotantem intelligo quẽ
libet subditum,& pauperem vel infirmum,qui sanitatẽ pro
speritatis vel gratiæ non habent. Dico igitur quod quando
luna.i.princeps vel prælatus est coniunctus stellis.i.personis
bonis,quando.s.habet secum bonam comitiuam,bonos.s.iu
dices,officiales,consiliarios & balliuos,tunc vere dico qd
infirmi qui sunt sub eo.i.subditi sui,acquirunt sanitatem.i.tẽ
poralem prosperitatem,tunc.n.non fiunt exactiones iniusti
tiæ vel rapinæ,vt sic subditi prosperantur.Sed vere econuer
so quando ista luna habet secum malas stellas,malos socios
s.adulatores,accusatores,raptores,diffamatores,sicut habẽt
hodie multi,tunc vere infirmi pauperes subditi moriuntur
i.omni solatio spoliantur,quia.s.tunc ab eis depredantur,&
damnis & inuasionibus infestantur. Vnde Prou.28.Regenti
bus impiis ruinæ hominum. Vel dic quod sacerdos vel prę-
latus quando est coniunctus malis stellis.i. malis mulierib.
quando.s.est luxuriosus,tunc per malum eius exemplum in
firmi & imperfecti subditi moriuntur,quia.s.ad pctm in con si
mile se inclinant.Et econuerso,qñ talis est coniunctus bo-
nis sociis & honesto sub capellano & clerico,& quando bo
nos religiosos libenter associat,tũc vere facit cõmodũ infir-
morum subditorum,quia.s.bene ædificantur,& ad simile in
flammantur,& sic ad sanitatẽ perfectionis & morũ reducunt.
Ideo dicitur Eccl.37.Cum viro sancto assiduus esto. ¶ Secu 17
dum varias ætates lunæ mouentur humores in mulieribus,
bella in aialib.& passiones in corporib.excitantur, vt patet
in lunaticis & caducis.Sic vere per mundi prosperitatẽ hu-
mores carnalitatis & luxuriæ in mulierib.i.in deliciosis ge-
nerantur.Bella etiam crudelitatis & iracundiæ inter aialia.
inter crudeles principes & etiam inter alios concitanẽ,mor
bus ẽt caducus superbiæ,morbus item lunaticus stultitiæ,q̃
facit carere ratione per lunæ.i.per prosperitatis influẽtiam,
inducitur & causatur.¶ Quanto luna plus ꝓficit in lumine, 18
tanto oïa animalia plus proficiunt in medullis & humorib.
& cætera.Vide bene de mari §.1.& de conchylibus & de ani-
malibus in generali §.17.& 18.¶ Luna nunquam in eodem
statu permanet.Primo.n.parum habet de lumine, sed pau- 19
latim fit in medio sui tẽporis lumine plena,sed rursum pau
latim minuitur lumẽ suũ,& finaliter in fine mensis totaliter
obscuratur.

obscurat. Talis est vita humana, quia vere ista sp venit ad profectum contiouũ pulchritudinis, fortitudinis, & vigoris, quousq; perueniat ad perfectonẽ plenitudinis naturalis. Sed vere finaliter minuitur & decrescit ad vltimũ obscuritatẽ mortis incurrit. Vel dic ꝙ lumen lunæ est mundi scientia & prosperitas, quę primo est in homine multum parua, sicut patet in aduocatis & ballinis, qui primo sunt ignorantes & pauperes, sed paulatim ita crescit eis lux sciæ vel prosperitatis, qđ fiunt sicut luna plena, quæ in dieb. suis lucet, ita ꝙ totam patriam videntur illuminare. Sed vere in fine mẽsis. i. in fine vitæ totum illud lumen deperit, & obscuritas mortis temporalis & æternæ l occedit. Vnde Eccl. 43. A luna signum diei festi, luminare, quod minuitur in consummatiooe mensis.

## *De Cometa. Cap: 30.*

1 COmeta est stella flammis circundata ſm Bedam, & significat mutationem aut pestilentiã, bella & ventos. breui spatio finitur. s. octo dieb. vel parum plus vel minus, semper in septentrione apparet, & nunquã in occidente. Talis est gloria & prosperitas mundi, quia vere flãmis & ardorib. auaritiæ circundatur. Et dato ꝙ splendere videatur, & in pñti tpe relucere, illis tñ, qui eã habent, significat bella & pestilentiam tribulationis æterorz. Prou. 14. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudii luctus occupat. Vnde Amb. super luc. Risus mundi est sicut risus phreoetici, quem ex vestigio sequitur mortis vestigium. Breui etiam durat tẽpore, quia tantummodo in vita hac, qoia in septentrione. i. in mundo isto vbi viget frigus tribulationum, tãtum, videtur, in occidente autem. i. tunc quando homo occiderit per mortẽm, non poterit inueniri. psal. Neq; descendet cũ gloria ei⁹.
2 ¶ Cometa dato ꝙ non sit planeta, videtur tñ moueri motu planetarum aliqñ, aliqñ autem immobilis videtur. In parte septentrionali apparet, & nunq̃ emittit radios versus occidentem. Breuissimo finitur tempore, quia ſm Bedam nõ durat vt communiter nisi octo dieb. licet visus fuerit cometa durare aliquotiens octoginta, vt dicit. Talis est hypocrita, q non est planeta. i. vir iustus, licet motus. i. opera consimilia habeat, & licet stare per gratiam aliquotiens videatur. Iste in septentrione. i. in frigore pœnitentiæ perseuerat, sed vere radios suæ cuosiderationis nunq̃ emittit versus occidẽtem. i. versus mortem, quia isti nunquam cogitant de morte. Et ideo parum durant. s. in sua fictione, quia cito manifestantur iniquitates palliatę, quia secundum sapientem. Sap. 4. Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas.

## *De Polo. Cap. 31.*

1 POlus est stella minima, immobilis, in superiori parte cęli. & est duplex polus. s. arcticus & antarcticus. Arcticus semper nobis apparens, antarcticus nunquã. Et inter istos duos polos transit axis linea intellectualis, circa quam rotã cęlum mouet, sicut circulus circa cẽtrũ. Axis iste est persona filii dei, duo poli sunt duæ naturæ. s. diuinitas & humanitas. vna est visibilis, alia non. s. deitas, ad minus ꝓ tempore huius vitæ, quia deum nemo vidit vnquam 1. Io. 1. Dico igitur ꝙ cœlum. i. ecclesia vel anima, semper debet volui per fidem, charitatẽ vel contemplationem, circa axem. i. circa dei filiũ incarnatum, qui in duob. polis. i. in duplici natura figitur & consistit. Nam circa istum semper debet circuire ꝑ deuotionem considerationem & circũspectionem. Vnde Can. 3. Surgam & circuibo ciuitatẽ. Vel dic ꝙ duo poli sunt spes & timor, vel cõsideratio natiuitatis & mortis, vł fides & charitas, circa q̃ debet anima semꝑ verti, & cursum bonorum operum exercere, vel ẽt per obedientiã circuire. Eccl. 24. Girum cœli circuiui sola, & in profundum abyssi penetraui, & in fluctib. maris ambulaui. Circuiui dico cęlum i. paradisum per contemplationem, abyssum & mare. i. mor
2 tẽ & infernum per timorem & considerationem. ¶ Polus est stella altissima & minima vř, licet sit magna, fixa & immobilis, circa quam totum cęlum mouetur. Hæc est ẽt vtilissima, quia propter sui immobilitatem terrarum situs est discretiua, nauigantium directiua, astrologorum certificatiua, ferri more magnetis attractiua, breuissimi circuli effectiua. Et iõ ista stella tã ab nautis quã a strologis potissime intuẽt. Hæc ẽt ratione sui situs, mediũ totius cœli est ostensiua omoib. vt dicit Beda. Hæc est Maria, quæ ꝓ certo altissima est per contẽplationem, minima per sui cõtemptum & detectionem tamen in se fuit maxima per meritorũ cumulationẽ. Fixa fuit per fidei & propositi per firmitatẽ. Ideo ista columna ecclesiæ dř, quia oẽs alii vacillauerunt præter ipsam, visa morte Christi in sabbato ante resurrectionẽ. Et iõ dies sabbati nomine ipsius reinnat. Eccl. 4. Ego in altissimis habito, & thronus meus in columna nubis. Ista immobils fuit per perseuerantiam & durationem. Et circa eam semper debet volui cęlum. i. mens humana per spem & deuotionem. Can. 3. Surgã, & circuibo ciuitatem. Ista nauigãtes. i. in hoc mundo fluctuãtes, & ad portum paradisi dirigit. s. per orationes suas. Astrologos. i. portum paradisi dirigit. s. per orationes suas. Astrologos. i. cælestia contemplantes, de vita æterna certificat etudit. Eccl. 24. In me omnis gratia vitæ & veritatis. Ferrum. i. peccatores duros ferreos & obstinatos, ad misericordiã redigit & attrahit. in funiculis Adam traham eos, in vinculo charitatis. Oseæ. 11. Et ideo vere ista debet a nauigantib. i. ab actiuis bonis secularib. & ab astrologis. i. a religiosis & contemplantib. per deuotionem, spem & orationem frequẽtius intueri. Breuissimum etiam facit circulum suum, qoia parũ de temporalib. ambiit vel habuit, immo maximam paupertatem tenuit, mundiq; ambitum & latitudinem oõ amauit. Eccl. 11. Breuis in volatilib. apis & initium dulcoris habet fructus eius. Et sicut polus est nobis perpetuæ apparitionis, sic etiam beata virgo nobis est promptæ & perpetuæ subuẽtionis. Apo. 3. Ecce sto ad ostium. Quinimo sicut iste polus polo antarctico semper opponitur, sic beata virgo Christo filio suo & rigori suæ iustitiæ pro pctõrib. se opponit, inq̃tũ ꝓ eis dulciter intercedit. Vel si vis expone de prælato, circa quẽ tota ecclesia debet volui. Et applica de conditionib. ſu pradictis. Vel dic ꝙ polus antarcticus qui polo arctico Christo opponit, est diabol⁹, vel antichristus, q inuisibilis est &c.

## *De Arcturo. Cap. 32.*

ARcturus, septentrio, actophylax, Bootes, idẽ sunt.
Et est illa constellatio quæ dř currus & in modũ cur 1
rus ordinat. In ista sunt septem pulchræ, stellę, quarũ quatuor a trib. discernunt, & suus ordine distinguũtur. Constellatio ista nunquã occidit, & hoc quia circa polum arcticum est sita, circa quem circuit incessanter, vt dicit Isid. & Greg. Hæc est ecclesia, quæ septem stellas. i. septem sacramenta continet, quæ circa polum, deum immobilem & æternũ, vertitur per fidem & deuotionem, & iõ non occidet nec deficiet, nec cessabit per quãcunq; tribulationẽ. Arcturus. n. continue voluitur, sed tñ nunquam mergitur. Sic & ecclesia volui & tribulari põt: mergi aũt & deficere nonquam potest sicut dicit Gregorius super Iob. 38. Vnde illud. Bene fundata est domus dñi, super firmam petram. Quod ẽt de fide per oia dici põt. vñ Eccl. 40. Fides aũt in seculum stabit. Vel dic ꝙ hæc est aĩa, q̃ debet continere septẽ virtutes. s. quatuor cardinales, & tres theologicas, quæ ab inuicem distinguuntur. Apo. 1. Habet septem stellas in dextera sua. Quarũ dum tres. i. theologicæ sursum ad deum eriguntur, quatuor s. cardinales, ad proximum inclinantur. Hæc etiã circa axẽ vel polum. i. circa deum semper debet verti per deuotionẽ & dilectionem, & sic nunquam cadet vel occidet per pctm̃. Esa. 60. Nõ occidet vltra sol tuus. & Iob. 29. Lux vultus mei non cadebat in terram. Vel expone de prælato, qui nunquã debet occidere per pctm̃, sed septem virtutibus insignitus, circa polum Christum ambulare, & visibus subditorũ semper debet se præsentare per boni exempli dationem, & nunquam se eis occultare per sui subsidij denegationem, seu ꝑ sui absentationem. Iob 38. Gyrum arcturi quiescere facit. s. in ecclesia sua cum subditis suis &cæ. Vnde Iob 9. Qui facit arcturum & oriona &c. ¶ Cõstellatio quæ dicitur arcturus,
circa polum incessanter circuit, tardius tñ cæteris incedit. 2
Altius in firmamento persistit, breuiorem circulũ facit. Dũ in vna parte deprimitur, semper in alia se erigit, quia. s. cum habeat septem stellas, sic est ꝙ dum quatuor deprimuntur, aliarum ternarius se extollit, si vero quaternarius sursum vehitur, tunc econtra ternarius se deflectit. Arcturus etiam nũquam a nostris visibus abscõditur nisi forte qñ nube vel nebula obũbrat. In hyeme autẽ qñ fortius terra gelatur, solet arcturus clarius rutilare. Et per medium eius draco. i. quædam stella sic vocata solet ad modũ fluminis vel fulminis pertrãsire. Ista oia dic de viro perfecto & maxime de plato, quia. s. iste debet polum. i. deũ per cõtemplationem circuire. Tarde

per

per deliberationẽ debet incedere. Alte per affectiõem & vitæ perfectionẽ debet persistere. Breuem circulum.i. breuem negociorum expeditionem debet facere & tenere. Sap.4. In breui expleuit tempora multa. Si in vna parte.s. in terrenis deprimitur, in altera tñ.s. in spũalib. debet erigi. Et si hyẽs & frigus tribulationis incũbat tũc debet virtus eius clarior demonstrari, & vultus eius rutilantior & hilarior inueniri 2. ad Cor.12 Cum aũt infirmor, tunc fortis sum. Sp etiã se debet in necessitatib. aliorum pñtem & sollicitũ exhibere, nisi forte qñ occasione nubium vel nebularum.i. infirmitatũ vel necessitatũ corporaliũ ipsum oporter ad tps subtrahi vel latere. Act.20. Non.n. subterfugi quominus annunciarẽ oẽ cõsiliũ dei vobis. Draco aũt inter tales dilabi dr, quia cõstat q mali & impii, hoies draconini & puersi, talib. bonis superiorib. aduersant, & q et draco diabolus ipsis præ cæteris inuidet & contra eos machinat 1. Pet.5. Aduersarius vester diabolus tanq̃ leo rugiens circuit quærens quem deuoret &c. Vel si vis dic q ista cõstellatio significat hoiem, q.s. ex septẽ stellis.i. ex quatuor elementis quantũ ad corpus & ex tribus potentiis quantum ad animam constat. Igitur ista est veritas, q in isto illa modo contrario se vñr habere, q2.s. qñ quatuor deprimuntur tres eriguntur .i. qñ corpus ex quatuor elementis constans tribulationib. premitur, tunc pro certo anima ex tribus constans potentiis, in donis & virtutib. promouetur, & ad deum per spem & desiderium eleuatur 2. ad Cor.12. Virtus in infirmitate perficitur. Econtra vero quando corpus in pñti gloria sublimatur, tũc anima a statu suo præmit, & vitiis aggrauatur. Sap.9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Et sic bene accedit illud brocardicum. Qui in vno deprimitur in alio subleuatur.

## De Capite Draconis. Cap. 33.

1 Caput draconis & cauda, sunt intersectiones circulorum in ecliptica, quæ licet non sint stellæ vel planetæ, habent tñ motum planetarum. Et qñ vna est in vno signo, alia sp est in opposito, neutra autem est in medio. Et quocunq; motu moueantur, caput est contra caudã, & cauda contra caput. Et ideo pp aspectum oppositum cauda est penitus venenosa sm Arist. Draco significat diabolũ. Ecce ego ad te draco magne qui cubas in medio fluminũ. Eze.29. Corpus eius est vniuersitas reproborũ. Caput huius corporis sunt mali principes vel plati. Cauda eius sunt mali subditi. Dico ergo q caput & cauda.i. plati & subditi draconis.i. diaboli inuicẽ opponuntur, quia pro certo inter pctõres nulla est pfecta concordia charitas vel amicitia, sed potius oppositio, controuersia, ira, odiũ & inuidia. Caput.n. opponit caudæ.i. subditis per rapinã & excoriationẽ. Cauda autẽ opponitur capiti, per odiũ, murmurationẽ, rebellionẽ & cõtentionẽ, sicut patet in multis abbatiis, ecclesiis & patriis Vere quia caput caudã respicit oppositẽ, i. quia plati odiũt & psequunt subditos, ipsa cauda est hodie venenosa, q2 multi subditi fiũt mali p desperationẽ, qñ vident a platis suis se odiri & persequi, & inde solent rixæ & appellationes suboriri. Ose.7. Oẽs calefacti sunt velut clibanus & deuorauerunt iudices suos. Vẽter aũt dracõis.i. molles adulatores i medio sunt, q2 & subditis & superiorib. adulant. ¶ Si sol sit cum capite in vno signo, & luna sit cũ cauda in alio signo opposito causabitur eclypsis pp terram intermediã. Sic vere qñ caput i. princeps vel platus habet secũ solẽ.i. ardorem correctiõis vel crudelis austeritatis, cauda aũt.i. subditus habet secũ lunam mutabilem i. inconstantiã voluntatis & vacillationis, tunc vere sæpe accidit eclipsis.i. defectus apostasiæ & desperationis, sicut patet in multis statibus, vbi crudelitas prælatorum facit imperfectos & debiles subditos desperare & à gratiæ lumine eclipsari. Vel dic q qñ cauda.i. subditus, habet secũ lunã.i. mũdi psperitatẽ.i. qñ habet satis diuitias, tũc vere cãtur eclipsis.i. pęna tribulatio, rapina & excoriatio, q2 s. tunc malus princeps vel platus nititur subditum spoliare. Populum meum exactores sui spoliauerunt Esaię.3. Vel dic gñaliter q cauda est diabolus, caput Christus. Vel cauda caro, caput spũs. Vel cauda malus subditus, caput bonus pręlatus. Et sic de aliis. Ista n. sibi inuicem opponuntur, ita q vno exaltato, alius in esse suo inclinatur. Expone quomodo (Eccl.33.) contra bonum malum est, & contra vitam mors.

## De Stellis. Cap. 34.

Stellæ a stando sunt dictæ, q2 stare vñr, licet moueãtur. 1
Sydera dñr a considerando, quia stellas solent mathematici considerare, sm Isidorum. Et est stella lux aggregata in suo orbe, quia quanto est maior aggregatio lucis in sua stella, tanto maioris est quantitatis, pulchritudinis & claritatis, sm alphraganum. Vnde stellæ ab eo vocant lucis vehicula. Et sunt stellæ tenebrarũ noctis illuminatiuę, vniuersi decoratiuę, solis vicẽ a quo lumen recipiũt suppletiuę, motu radiorum aeris depuratiuę, elementorum in mixto conciliatiuę, caloris naturalis in reb. conseruatiuæ, & etiã causatiuæ, in solis pñtia a quo lumen recipiunt, sui sunt luminis occultatiuæ. Tales sunt per oĩa viri iusti & perfecti. Dñr. stellæ à stando, quia licet moueantur per multas tribulationes tentationes & labores, sp tñ stant per constantis, patientiam & virtutem, nec nunquam cadunt per impatientiam vel imperseuerantiam aliqualem. Illi dñr sydera, quia vere vita eorum, aliorum est consideratio, forma, speculum & exemplar. Et tales dñr lux, quia.s. in se lucent per gratiam alios illuminant per exemplum. Et doctrinam. Nam quãto plus est in eis de lumine sapientiæ & gratiæ, tanto maioris sunt quãtitatis & reputationis apud deum, & tanto sunt pulchriores honestate, clariores veritate, potẽtiores bonorum operum actualitate. Dan.12. Qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Illi.n. noctis, i. huius mundi expellunt tenebras.i. ignorantias & errores per doctrinã & prædicationem. Vniuersum.i. ecclesiã decorant per suæ sanctæ vitæ perfectionem, & sic solis Christi a quo lumen gratiæ vel sapientiæ recipiunt supplent vicem, inquantum suos fideles illuminant per instructionem, & inquantum pro ipso gerunt vicariatum & legationem 2. ad Corinth.5. Pro Christo legatione fungimur. Isti aerem.i. ecclesiam depurant per correctionem. Elementa contraria idest discordes & rixosos vniunt & conciliant per pacis reformationem. Deo etiã peccatores, qui ei sunt contrarii, pacificant per orationem. Isti causant calorem.i. charitatem, & lumen suæ perfectionis occultant per humilitatem, quia.s. coram sole Christo parum reputant bona sua vel propriam sanctitatem, tacẽtes enim magni sunt, quia virtutes suas nolunt propalare, sed solum coram deo student magni & lucidi apparere. Vnde Baruch.3. Stellæ dederunt lumen in custodiis suis.i. in occulto & secreto humilitatis, & luxerunt ei qui fecit illas. ¶ Stellæ 2
sunt quo ad substantiam solidæ, non porosæ, quo ad formã lucidæ, quo ad actum fluidę, quo ad figuram sphericæ, non angulosæ, quo ad superficiem planæ non asperæ, quo ad naturam purissimæ, quo ad situm altissimæ, quo ad motum citissimæ, quo ad quantitatem maximæ, quo ad apparẽtiam minimæ, quo ad numerositatem plurimæ, quo ad potestatem virtuosissimæ. Sic vere si vis esse stella id est, vir perfectus & sanctus, tu debes esse solidus per constantiæ vel patientiæ firmitatem, non porosus vt in te aliquid subintret p malam voluntatem vel patientiæ ferocitatem. Item sis lucidus per honestatem vel per scientiæ claritatem. Fluidus per pietatem, sphæricus per veritatem, non angulosus per falsitatem, figura enim sphærica nihil occultat econuerso de angulo. Sic homo verus se ostendit & manifestat, & nullam in corde malitiam fingit, vel occultat, econtra de falsis. Matth.10. Nihil occultum quod non reueletur. Sis vlterius planus per simplicitatem, vel per mititatem, non asper per crudelitatem, quia beati mites. Matth.5. Iterum debet esse altissim9 per contemplationem, quia in cælo situs debes esse per affectionem. Gen.1. Posuit stellas in firmamento cęli. Item debes esse citissimus per obedientiam & subiectionem. Baruc.3. Stellæ vocatæ sunt, & dixerunt, adsumus. Maximus p meritorum cumulationes, debes tamen apparere minimus per tuarum virtutũ occultationem. Vnde poeta. Virtutes seruare si vis, tu pdere noli. Debes etiam esse virtuosissimus p bonorum operum executionem. Stellæ etiam sunt plurimæ & innumerabiles, sic & sancti. Vnde. Qui numerat multitudinẽ stellarũ. ¶ Stellæ habent cursum ordinatissimũ, quẽ nulla 3
occasione transgrediunt. Sic vere viri perfecti habent in actibus & morib. ordinem perfectissimum, quem nullatenus transgrediunt. Iud.5. Stellæ manentes in ordine & cursu suo aduersus Sysaram pugnauerũt. Vel dic de religiosis, q ordinem

4 nem suum nunq̃ dñt relinquere vel exire. ¶ Stellæ ſm ortus
& occasus sunt aeris multiplicatei immutatiuę, quia nūc tē-
pestates, gñant, nunc serenitates. Sic verè p̃lati vel principes
aerē.i. subditos oīa solēt multipliciter immutare, & nūc tēpesta
tē correctionis nūc serenitatē cōsolationis immittere vel cā
5 re. ¶ Stella aerē illuminat, ipsumq; suis radijs subtiliat & de-
purat, bonū vel malū contēplantib. significat & designat na-
uigantē in mari dirigit & gubernat. Sic p̃dicator mundū illu
minat, quia lumen veritatis & sapiæ seminat p̃dicando, & iō
radijs suis.i. verbis, aerē.i. cōscientiā auditorum purificat, &
emundat, & eū contēplantib & audientib. bonū & malū, pę
nā & gloriā affuturam denunciat & demonstrat. Bar. 3. Stel-
læ dederunt lumen &c. Nauigantes ēt per hoc mare fluctuo
sum.i. per mundum gubernat & dirigit, vt ad portū perue-
niāt paradisi. Et viā perfectionis per q̃ ambulent eis ostēdit,
dicēs. Esa. 30. Hæc est via, ambulate in ea non declinetis neq;
ad dexterā neq; ad sinistrā. vel dic de sctis qui sunt in patria,
qui suis radijs.i. suis orōnib. occultè purificant aerē.i, cōsciē-
tias nr̃as, & ipsas per grām illuminant & inflāmant. ¶ Stellæ
6 vbi adinuicē sunt coniunctæ, maioris sint pulchritudinis, &
luminis expressiuè, & cōsiderate inuicē pulchrè videntur, q̃
per se cōsideratę non essent ita pulchræ, qa ſm Mar. vna sup
plet imperfectionē alterius qñ sunt inuicem congregatæ. Sic
verè qñ illi de vna cōgregatione, villa, patria, vel religione,
studio vel collegio sunt inuicē adunati & coniuncti p cōcor
diæ & amicitię vnitatē, tunc vīr esse pulchriores, & sunt per
oīa fortiores, quia tūc perfectio', vnius supplet defectū alte
rius. Pulchrū est.n. & delectabile videre cōitatē inuicem cō
cordantē, qđ tñ nō ita esset si quilibet p se cōsideraret, qa.s.
multi sunt imperfecti q sub bonitate trāseunt aliorū. Oīs.n.
virtus vnita fortior est seipsā, dispersa ſm Philosophū. ¶ Stel
7 la quāto magis est p̃pinquior, tāto vr̃ esse minor, & ecōuer-
so, quāto à nobis est remotior, tāto vr̃ esse maior. Patet quia
sol & luna maiores vident i ortu vel occasu, q̃ meridie, qñ no
bis vicinæ sunt, & p̃pinquæ. Sic verè dū stellas viros p̃fectos
cōsideramus, qñ sunt à nobis remoti, & qñ nō sunt nobis fa-
miliares, tūc de ipsis melius iudicamus, & eos maiores quo
ad valorē & meritū, reputamus, & econuerso, qñ nobis sunt
amici & familiares tūc minores' & imp̃fectiores nobis vidē
tus, qa familiaritas parit cōtēptū, & qa non est p̃pheta sine
honore nisi inter amicos suos. Lu, 3. Et hoc nō venit ex eorū
defectu, sed ex nr̃o, quia.s. debilitas nr̃i visus vel nr̃æ discretio
nis de eorū valore & magnitudine non discernit. Vel dic q
qñ stella.i. vir p̃fectus est à nobis remotus, qa.s. supra nos nō
habet aliq̃ ptātē, tunc vr̃ nobis esse magnus in bonus & iust'.
Sed verè si cōtingat, q veniat p̃pe nos in meridie sup capue
nr̃m.i. q p̃latus noster & superior efficiat, tūc statim ipsū mi
noris esse perfectionis reputabimus, & p murmur & odium
ipsum quasi naturaliter cōtēnem'. Vñ de Dauid dicebāt illi
8 1. Re. 25. Quis est fili' Isai, vt seruiamus ei. ¶ Stella vr̃ sp esse
maior in occasu q̃ alias, sicut patet de luna, vt dicit Beda. Sic
verè magnitudo & bonitas hoīs apparet in morte plusq̃ i vi
ta, in occasu plusquā in ortu, sicut patuit in martyrib' quos
mors & passio fecit p miracula videri maiores, qa p̃ciosa in
9 cōspectu dñi mors sctōrū ei'. ps. 115. ¶ Visus qñq; decipit i iu
dicādo rōne p̃pinquitatis, quia stellas q̃ maximę sunt respe-
ctu lunæ minimas esse indicat, qñq; ēt oculus lippiēs iudicat
esse circulū in cādela, quē tñ san' oculus nunq̃ videt, & hoc
ex humore oculi prouenit, q illud qđ in se est, iudicat in can
dela, ſm Algazel. Sic verè visus discretionis nr̃æ qñq; deci-
pit, qa stellas.i. viros p̃fectos qñq; iudicat minimos, & parū
valere, licet sit cōtrariū, & in cādela.i. in aliqua p̃sona lucida
sp indicat esse circulū.i. aliqđ vitiū, vbi nō est, & qđ hō in se-
metipso hēt, in alijs credit esse. Qđ totū p̃uenit ex prauitate
oculi.i. ex nr̃i iudicij p̃uersitate, qa multi vidēt festucā i ocu
lo fratris sui &c. Mat. 7. Vñ Hieron. Faciles sumus ad indul-
gendū nobis nr̃a.n. vitia despicimus, & aliena acutè cōsidera
mus. Illi tñ q hñt sanos oculos intellectua.s. boni & iusti, nō
hñt talē circulū.i. talia vitia nō vidēt nec iudicāt in alijs, imo
10 despiciunt semetipsos. Mar. 3. Videte vosmetipsos &c. ¶ Stel
læ sunt armoniacæ ſm Mart. Itē sunt suæ virtutis & luminis
inuicē cōicatiuę. Vna.n. auget alterius claritatē, & cōfortat
ipsius bonitatē, sicut dr̃ in li de cōditionib. planetarū. Sic ve-
re alter dēt alteri bona sua cōicare, & ipsū p posse fouere &
adiuuare. Qđ potissimè verū est de notis socijs & amicis, in-
ter quos p certo oīa cōia dñt esse. Erāt illis oīa cōia. Actu. 4.

¶ Stellæ p̃priis circulis sunt contentæ. Nā si qñq; vna subin- 11
tret circulum alterius p̃priam sedē tñ non deserit, nec alij p
q̃ transit facit aliquod nocumentum. Sic verè quilibet debet
esse contentus loco & statu, officio beneficio vel p̃bēda,
quod est à dño sibi datum, neq; per ambitionem dēt aliorū
loca, hæreditates, officia vel beneficia subintrare. Si tñ circu
lum alterius ingreditur, i. si quis aliqñ ad amicum suum vel
vicinū diuertit, ipsum nullo modo debet offendere, nec bo-
num suum aliqualiter impedire. Ideo de talib. dr̃ Eccles. 16.
vnusquisq; proximum sibi non angustiabit vsq; in æternum.
¶ Stellæ sunt temporum immutatiuę, nā ſm Arist. mutatio tē 12
poris non est nisi per mutationem stellarū de signo in signū,
vel per minuta triplicitatum qua fit 250. annis. Sic verè per
stellam.i. per sanctos angelos, & per eorū ministeria tpa nr̃a
reguntur, & nunc aduersitas, nunc prosperitas ab eis causat,
quia, s. Deus complet oīa occulta sua iudicia, & omnes mun
di euentus siue bonos siue malos, per angelos, sicut patet in
Daniele & Apocalypsi. Vnde Iob. 36. Per hos.n. iudicat po-
pulos, & dat escam multis mortalibus. Et Dan. 2. Mutat tem
pora & ætates transfert regna, atque constituit.

## *De Orione.* *Cap. 31.*

ORion ſm Isid. est astrum vel constellatio maxima, du 1
rans per latitudinē signorum triū, q̃ oritur tpe hye-
mis, q̃ in ortu suo imbres & tempestates gñat atque
ventos. Et eius obscuritas signum est futuræ tēpesta
tis, eius tñ splendor & claritas signum est futuræ serenitatis.
Hac stellis notabilib. est ornata & ideo totā regionē in qua
est purificat & decorat, & in suo ortu pp pluuias quas emit-
tit, oīa germinant & nascuntur, vt dicit Martia. Hic est Chri
stus, qui vere cum sit stellis notabilib.i. multis gratijs & vir-
tutib. insignitus, nobis in ortu suo & aduentu pluuiam.i. gra
tiarum abundantiam propinauit. Et cœlum.i. ecclesiam de-
corauit. Et terram.i. humanum genus fructificare per grām
& bona opera procurauit. Iste est obscurus & clarus. Modo
.n. est obscurus, quia non vr̃ à nobis vsq; post mortē. Et ideo
modo significat nobis & causat tēpestates, & tribulationes,
dum viuimus in hac vita, quia per multas tribulationes &c.
Actu. 14. Sed verè qñ erit clarus.i. clarè à nobis videbitur, si-
cut in patria, tunc serenitas perpetua subsequetur, quia tunc
absterget Deus &c. Apoc. 21. & Tho 3. Post tempestatē tran
quillum facit. Et sicut ista constellatio admodum armati mi
litis in trib. signis ostenditur, sic Christus miles cęlestis in tri
bus naturis hoībus reuelatur. Vel dic ſm aliquos q orion si
gnificat euangelicā p̃dicationē, quæ primo ecclesiæ induxit
aduersitatem, deinde serenitatem, & virtutū fœcunditatem.

## *De Hyadibus.* *Cap. 30.*

HYades sunt stellæ pluuiæ sitæ in capite Tauri, quæ in 1
suo ortu pluuias generant, à quib. terra irrigat, & ēt
fęcundatur. Istæ tñ ſm Beda pluuias generant tēpe-
states, qñ à Saturno impelluntur. Sic verè boni prę la
ti pluuias doctrinæ & prædicationis, elemosynarum & sub-
uentionis, dulcoris & consolationis debēt alijs emittere, &
maximè in ortu suo.i. qñ de nouo ad officium sunt electi &
promoti, vt sic terra eorū.i. religio vel ecclesia fructu bono-
rū operū fęcundetur. Verum est tñ q qñ Saturnus maleuo-
lus.i. aliquis malus subditus hoc meretur, tempestatē duræ,
& asperę correctionis dnt causare, qñ.s. ad hoc per mala ma
lorum opera impelluntur. Prælatus.n. debet subditos mone
re & corrigere, cōsolari & conturbare. Ecc. 30. Qui diligit fi
lium suum, assiduat illi flagella. Vel per Saturnum intelligo
malos consiliarios & balliuos qui verè qñq; impellunt prin
cipes & prælatos ad faciendū tempestates.i. tallias & exactio
nes quod alias non facerēt quoquo modo. Vel dic q hyades
significant mundi prosperitatē, a qua prouenit pluuia.i. aqua
deliciarum & cōsolationum. Si.n. Saturnus.i. auaritia vel vo
luptas ei adiungitur, vt ea ad voluptatem vel saturitatē vta 2
tur, tunc pro certo noctis sibi generat tempestatē. Licet hya
des pluuiam terræ parent, & ei proficiant, in ortu tñ suo tur
batur aer, & tempestates generantur. Sic licet bonus præla-
tus debeat proficere terræ, i. ecclesiæ suæ, & pluuiam prospe
ritatis inducere, communiter tñ in ortu suo.i. in talium ele-
ctionem fit turbatio in aere.i. in cōuentu vel collegio vel pa
tria pp partialitates, & qñque etiam tempestates, rixæ & di-
scordiæ, appellationes & cōtrouersiæ gñantur, quia.s. mali &
discordes de promotione bonorū nunq̃ gaudēt. Et hoc qa

ficut dř Prou. 15. Non amat pestilens eum qui se corripit. Et quia ẽt tũc ãbitiosi & detractores adulari solẽt detrahere, vt eorũ possint gratiã acquirere. Vel dic ꝙ in nouitate taliũ tẽpestas orit, qa tũc impositiones & exactiones plusquã alias à subditis exigũtur. Vel si vis dic ꝙ hyades quæ tunc oriũť, qñ dies lõgior, clarior & feruẽtior esse incipit, significãt sãctos cõfessores, qui tũc in seculo floruerũt, qñ dies.i. fidei varitas feruentior & splendidior cępit esse. Can. 2. Flores apparuerũt in terra nřa. Illi.n. pluuias doctrinę emiserũt, terra ecclię fęcũdauerũt, in frõte Tauri.i. in audacia fortitudina & maturitate collocati fuerũt, multas lucidas stellas.i. multas bonas psonas secũ habuerũt & impulsi à Saturno.i. ab hæreticis tẽpestates cõtra eos cõcitauerũt, inquantũ.i. cõtra eos tempestuosius & audacius pugnauerũt. Figurati in Machabęis, de quibus dř 1. Mach. 3. ꝙ pręliabatur prælium Israel cũ lætitia.

## De Pleiadibus. Cap. 37.

1 Pleiades sunt septẽ stellæ vicinæ, & inuicẽ ordinatæ, sitę inter genua tauri. & qñ sol trã sit p locũ illũ, tũc aer vernalib. pluuijs irrigať, & terra florũ pulchritudine decoratur, ſm Greg. & Martianum. Pleiades istæ significat vniuersitatẽ reproborũ. Taurus est diabolus obstinat⁹ & ceruicosus cuius duo genua sunt diuitiæ & deliciæ. Licet ergo pleiades.i. pctõres sint sitę inter duo genua Tauri.i. in mundi delitijs & diuitijs per nimiũ earũ affectum, & ibi sunt radicati per pctã & vitia, qñq; tñ accidit ꝙ sol.i. Christus transit per eos & eis radios suæ gřæ & misericordię immittit, & tũc pro certo gñatur ab eis & producitur pluuia lachrymarũ, q̃ terrã suæ cõsciẽtiæ flore boni propositi impregnat, & fructu bonorum operũ fęcundat. Pluuiã voluntariã segregabis &c. Vel per pluuiã intelligo elemosynã & largitatẽ, q̃ terrã.i. pauperes irrigat atq; nutrit &c. sicut supra. Vel dic pleiades viros sanctos & maximẽ bonos pdicatores designant. qui.s. inter genua Tauri.i. corã Xp̃o immolato & crucifixo p deuotionẽ dñr stare. Per quos qñ Chr̃s sol iustitiæ per gřam transit, solet mundũ doctrinæ pluuijs irrigare, & bonorum operum fructib. fęcundare. Esa. 55. Pluuijs germinat herba.

## De Canicula. Cap. 38.

1 Canicula est stella feruentissima, q̃ tũc nascitur qñ sol est in leone, q̃ aerem calefacit, & humores mouet, & iõ periculosum est tunc accipere medicinã laxatiuã.

Canicula significat auaritiã quæ feruentissima dř, qa habet ardorẽ insatiabilis appetitus. Dico igitur ꝙ q̃diu sol.i. hõ sit in leone.i. in exaltatione, honore vel promotione, qm̃ tunc canicula.i. ardor auaritiæ solet in hõie plusq̃ alias abundare, tũc verẽ dico ꝙ periculosum est ꝙ nisi habeat medicinam laxatiuã.i. conscientiã largã & laxã, & à vinculis mandatorũ Dei solutã. Et hoc qã tunc hõ se occuparet in actib. auaritiæ vel crudelitatis, & sic posset mortis incurrere periculũ sempiternũ. Vel canicula est antichristus, q qñ natus fuerit, aerẽ, i. mundũ tribulationib. cõturbabit, graues ęgritudines tentationũ faciet, & ardorẽ tribulaminũ suscitabit. Et iõ tũc periculum erit vti rebus laxatiuis.i. prosperitate mundana, q̃ hoiem per diuersa desideria laxat, & hoc quia aer.i. voluntas nimis per auaritiã vreretur, & sic mortis æternæ periculũ sequeretur. vide Apo 8. Stella magna cecidit de cęlo, ardẽs sicut facula &c. Vide figurã ibi. Vel dic si vir gñaliter ꝙ tunc summẽ periculosa est medicina laxatiua.i. terrena possessio, quando regnat in homine canicula.i. auaritia, & ambitio. Vel dic quòd tunc sunt verba laxatiua & dissoluta periculosa, quando canicula in aera conscientiæ oritur.i. quando ardore luxuriæ nostra mens stimulatur.

## De Luce. Cap. 39.

2 Lux licet ſm aliquos sit accidens, dicit tñ August. ꝙ est corpus, quo nihil nobilius, nihil cõius, nihil pulchri⁹, nihil velocius, nihil impassibilius, nihil virtuosius inuenitur. Talis est vir perfectus. Iste est.n. cæteris nobilior per dignitatẽ, cõior per charitatẽ, quia s. se & sua cõicat ostulanti. Pulchrior ẽi per honestatẽ. Rami eius pulcherrimi &c. Dan. 4 Iste est velox per obedientiã, impassibilis p patientiã, virtuosus per bonorum operũ efficaciã, durabilis p perseuerantiã. Iõ bene dř viris perfectis Matt. 5. Vos estis lux mundi. Iõ Sap. 7. Candor est.n. lucis æternæ. & speculum sine macula & imago bonitatis Dei. ¶ Lux cũ sit corpus ſm Au-

3 gu. ta. alteri tñ.i. aeri vel cuicunq; illuminabili immediatissimẽ se coniungit. Nec est inconueniens duo corpora esse simul, qñ vnum est multũ simplicis & formalis naturæ, aliud aũt est grossum, & materiale, sicut patet de aqua & cinere. Vnũ.n. est quasi formale & cõplementũ respectu alterius. Sic verẽ dato ꝙ Dei filius esset (sicut ẽt nunc est) nobilissimæ naturæ, subã.s. ab oib. alijs separata, nõ fuit tñ inconueniens, ꝙ grosso, & materiali corpori.i. humanæ naturæ per incarnationẽ vniretur & iungeretur, & ꝙ ad modũ formæ (licet nõ sit ei⁹ forma) ipsam naturã humanã pficeret & cõpleret. Vel dic ꝙ licet aliquis sit lux.i. vir nobilis & potẽs, & alius sit corpus rude.i. vir pauper & rusticus, nõ est tñ incõueniens si p amorẽ & charitatẽ alter alteri cõiugatur. Vnde Esaię. 11. Leo & bos pascentur simul. ¶ Lux sp apta ẽst illuminare, dato ꝙ non sp illuminet. Nam per indispositionẽ subiecti, & p eius opacitatẽ, qñq; opus eius impaditur. Sic verẽ Deus est semp aptus illuminare corda nřa per gřam, non tñ sp illuminat, & hoc non ex defectu sui, sad quia corda nostra sunt indisposita per pctm̃, & per malas cõsuetudines, val per malas coplacentias in pctõ. Vnde Act. 7. Dura ceruice & incircũcisi cordib. sp spũi sancto restitistis. ¶ Lux inuisibiliter operať, quia s. facit sensum & motum in aĩalib. vt dř in lib. fontis vitę. Viscera etiam terræ subintrat, & ẽt lapides præciosos gñat & metalla, elementa ẽt contraria in mixto cõciliat & concordat, & fluxum maris & refluxum causat, quæ oia facit inuisibilis virtus lucis. Hic ãst Deus, quia pro certo per sua occulta iudicia & per suã prouidentiã occultã, occultẽ operatur in rebus: motus.n. & opera aĩaliũ i. hoim dirigit. Sapi. 10. Direxit opera eorũ &c. in viscerib. ẽt terræ.i. in purgatorio, lapides pciosos & metalla i. viros bonos sicut in fornace fabricat & componit. Val ẽt in viscerib. terræ.i. in ipsa terrena prosperitata lapides pręciosos.i. viros bonos per suam gřam perficit. In mundo ẽt hic elementa contraria.i. rebelles & discordes per suam occultam inspirationem pacificat. Fluxum etiã & refluxum maris.i. pacem mundanæ prosperitatis in mundo causat, quia brauiter teste Gregorio, Oia Dei prouidentia aguntur. Val dic ꝙ lux est gřa Dei, q̃ pro certo inuisibiliter operatur, & sensum compassionis & motum bonæ operationis, item lapides & metalla.i. diuersa interiora merita & virtutes, conciliationem ẽt & concordia seu pãcẽ causat, & fluxum & refluxum maris.i. amararum lachrymarum & amarę pęnitentiæ inuisibiliter facit. ¶ Lux est vna simplex in se, sunt 5
tñ plura luminaria inuicem separata & distincta, quia dato ꝙ luminaria plora inuicẽ cõgregata vnũ actũ efficiant, vnũ tñ alterius substãtiam non subintrat, quamuis vnũ, sicut vnũ lumen à nostris oculis videantur, sicut exemplificat Dionys. li. de diuno. da luce pluriũ lampadarum. Sic verẽ in paradiso est vna lux, simplax, & pura.i. præmium essentiale.s. ipsa visio Dei, quæ vna est in oib. ſm apostolum. 1. ad Cor. 15. Erit (inquit) Deus oia in oĩbus. Luminaria tñ preactualia plura sunt, quæ inuicem sunt distincta, licet inuicẽ aggregata, vnum pręmium & vna essentia in generali gloria videantur. val dic ꝙ lux ex gratia vel charitas, quę licet sit vna in essentia, multa tñ in hoie causat luminaria.i. multas gratias & virtutes, multas etiam bonas operationes. Ideo de luce dř Sapi. 7. Et cum 6
sit vna, oia põt &c. ¶ Lux in gñe corporum minimum habet de materia, & maximum de forma, & vicinior est formæ q̃ materiæ. Et iõ respectu aliorum corporum formalis esse vř, licet sit corpus & suba ſm Augu. & Dionysium. Sic verẽ situ vis esse lux.i. vir perfectus, tu debes habere multum de forma.i. da spiritualitate & gřa, parum aũt de materia.i. de temporalib. diuitijs. Formæ.n.i. gratiæ Dei debes esse magis vicinus q̃ materiæ.i. q̃ mundanæ prosperitati vel carnalitati, qa verẽ respectu aliorum corporum.i. aliorum hoim formalis; & spiritualis debes esse. ¶ Corpus teste Arist. quanto est nobi 7
lius tanto magis extendit naturam suam, & ideo lux cum sit corpus nobilissimum, vel saltẽ res nobilissima in genere formarum corporalium, se maximẽ extẽdit & dilatat, & per diuersa loca se faciliter cõicat, quia.s. etiam vnus punctus lucis sufficeret ad totum aerem illuminandum, pp suam maximã actualitatem. Sic verẽ charissimi illud corpus.i. homo dř nobilior quo ad Deum, qui magis cõicat par elemosynã & largitatem, & qui plus se extẽdit per amicitiam & charitatem. Et ideo ille qui vult esse lux.i. vir perfectus, necesse est ꝙ per totum mundum se dilatet per charitatem & largitatem amicos & inimicos amando, bonis & malis sua ptopter Deum 8
largiendo. Oi potenti te tribue. Lu. 6. ¶ Lux est vna in se. Lu-

minaria

minaria aũt sol & stellæ non sunt nisi vasa in se lucis recepti
na,& contentiua,& alijs adminiſtratiua, ſm Baſiliũ.Sic vere
lux diuinæ gratiæ vel ſapientiæ eſt vna & ſimples, luminaria
tñ.i.angeli & ſancti iſtã lucem cõtinent, & ipsã nobis occulrẽ
per ſuas inſpirationes vel ſuffragia adminiſtrãt. Iob 38.Indi-
9 ca mihi per q̃ viã ſpargitur lux. ¶ Lux eſt ſummè mobilis qa
ſtatim vbi apparet in oriẽte vĩ in occidente. Sic verè nos de
bemus eſſe mobiles p bona opa vel p obedientiã,& de vno
loco vel de vno bono ope in aliud velociter nos transferre.
10 Sap.7.Cũctis mobilib.mobilior eſt ſapia. ¶ Lux eſt vſq; ad in
tima penetratiua,ſui ſimilis gñatiua,cõcordiæ inter elemen
ta in miſto cauſatiua,rerũ in eſſe productiua & cõſeruatiua,
vitæ & permanentiæ rerũ directiua & regitiua,ſui cõicatiua
& multiplicatiua. Talis eſt pdicator, quia corda pctõrum pe
netrat per cõtritionẽ,alios ſibi ſimiles facit & gñat in pdica-
: tione 1.ad Cor.4.Per euangeliũ ipſe nos genuit. Cõcordiam
inter Deũ & pctõres facit ,inquantũ ſ per eum emendanẽ.Ip
ſos ẽt pctõres in eſſe grẽ producit, & cõſeruat,& vitã ſpũalẽ
aliorũ dirigit & gubernat. Seipſum ẽt alijs cõicat,inquãtum
pro populo ducendo circuit & laborat.pſ.Circundate ſyon
& cõplectimini eã &c. Iõ iſti pñt dicere.Io 9.Quãdiu ſum in
mundo,lux ſum mundi. ¶ Lux eſt ſui & aliorũ manifeſtatiua,
11 quia nihil niſi mediante luce põt videri, vt dicit Aug.Sic ve
rè hõ planus & verus ſe qualis ſit oſtendit oĩb.quia.ſ.nõ ſe ſin
git aut palliat p hypocriſim & falſitatẽ. Vel dic q hõ ſapiẽs
ſe dẽt oſtendere.ſ.ſacerdoti in cõfeſſione, & qualis ſit penit⁹
declarare. Ite oſtendite vos ſacerdotib Luc.17. ¶ Lux in ſup
12 ficie vmbroſi corporis recepta nõ ſe profundat quo ad viſi-
bilẽ ſpẽm,ipſum tñ ſubintrat quo ad efficaciã & virtutẽ. Sic
1 verè qñ lux.i.Deus inuenit corpus vmbroſum.i.hoiem pctõ
rem, tunc pp ſui indiſpoſitionẽ ipſum nõ illuminat per ſuæ
grẽ illuminationẽ,ſed verè malis gratib. ſuis ipſum finaliter
penetrabit per ſuæ ſententiæ prolationẽ,&c virtutis ſuæ oſtẽ
ſionem,& pœnæ æternæ immiſſionẽ.Ecc.24.Profundũ abyſſi
13 penetraui. ¶ Lux eſt puriſſimæ naturę,& iõ licet per fęces trã
ſeat,fęces tñ non contrahit neq; ſordes.Sic verè nos debem⁹
eſſe puri per innocentiã,vel per caſtitatẽ , intantũ q licet p
loca ſordida tranſeamus.i. ſocietatẽ malarum inſectarũ pſo
narum frequentemus,maculam tñ alicuius pcti vel infamiæ
nullatenus contrahamus. Ideo de luce dr̃.Sap.7.Speculum ſi
ne macula &c. ¶ Lux tenebras expellit,mœrores diſſoluit,in
14 ſidias prodit ſecuritatem parit,calorem formam ,&c decorẽ
cunctis reb.tribuit & inducit, quia ſm Ambroſium & baſi-
lium,Lux eſt creaturarum oĩm pulchritudo. Sic vere Chri-
ſtus,vel quilibet bonus prædicator dr̃ lux. Primo.n.de cor-
de auditorum expellit tenebras ignorantiæ & erroris.pſ.Illu
mina tenebras meas. Iſte etiam prodit inſidias diabolicę ten
tationis mœrorem fugat deſperationis,ſecuritatẽ parit ſpei,
& conſolationis , & etiam in alijs cauſat formam, & decorẽ
virtutis & perfectionis, & colorem honeſtæ conuerſationis.
Ideo Chriſtus dicebat. Ioan.9. Quandiu ſum in mundo,lux
ſum mundi. Vel iſta omnia dic de gratia Dei.1.ad Corin.15.
Gratia Dei ſum id quod ſum.

## *De Lumine. Cap. 40.*

1 LVmen defluans ſubã lucis eſt,& eſt triplex. Reflexum,
fractum,& directum. Corpora.n.polita lumen rece-
ptum à ſe reijciũt,& ſic fit reflexũ,ſicut eſt in ſpeculo,
vbi lumen cum ſpecie reflectitur de ſpeculo vſq; ad
oculũ. Aliud eſt directum,qñ.ſ.lumẽ inuenit corpus diapha
num,& ſibi non reſiſtens,quia tunc per ipſum tranſit, & ip-
ſum illumina,nec à ſuo inceſſu frangitur.Lumen eſt grã dei,
q p certo diuerſimodè recipitur in nobis. Quidã.n.ſunt po-
liti per curioſitatẽ ornatus,& illi reijciunt iſtud lumen,quia
verè grã corda taliũ nõ ſubintrat. Quidã aũt ſunt diaphani,
clari,ſubtiles & perſpicui per vitæ & apparentiæ ſanctitatẽ,
& illi non ponunt obicem grẽ Dei,imo ipſam recipiunt, &
ab ea donis & virtutib.illuſtrañ.Ecc.24.Penetrabo oẽs infe
riores partes terræ,& illuminabo oẽs ſperantes in dño. ¶ Lu
men eſt oculorum lætificatiuum,ſi tñ ſint ſaui, lippis autem
2 oculis eſt odioſum,& moleſtiæ illatiuum. Lumen quod diri
git ad vitã æterna eſt bonũ exemplum, documentum vel bo
na perſona,fides etiã vel doctrina veri. Qđ pro certo ſanis
oculis.i.viris iuſtis eſt delectabile videre,vel audire , qa lux
oculorum lætificat aiam.Prou.15.Sed verè mali qui ſunt lip
pientes per vitia, & maximè per luxuria, & alij imbecilles
pctõres & hæretici lumẽ iſtud nõ diligũt imo ipſum odiũt,
fugiunt atq; ſpernunt,quia qui malè agit,odit lucẽ.Io.3.Vi-
ri.n.iniqui oderunt ſimplicẽ &c.Prou.29.Quia re vera mali
nõ diligunt lumen ſapientiæ,grẽ,perfectionis,& virtutis.Vñ 3
Iob 24.Ipſi fuerunt rebelles lumini. ¶ Lumen eſt hoim a ſom
no excitatiuũ,formatiuũ , & ſpẽrum in ſpeculis impreſſiuũ,
Lumen.n.per radios ſuos illud qđ eſt exterius per ſubãm,in
ſuperficie ſpeculi collocat per figurã.Sic prędicator hoĩes à
ſomno pcti excitat,& ſpẽs & formas bonorũ exemplorũ vel
documentorum in ſuos imprimit auditores, ſi tñ ſint ſpecu
la.i.viri,plani,iuſti,lucidi,& honeſti,formas ẽt rerum paradi
ſi,vel rerũ inferni in eis collocat per imaginẽ & cõſideratio
nẽ,q tñ ſunt alibi quantũ ad rei veritatẽ. Vnde ad Cor.13.Vi
demus nunc per ſpeculũ in ænigmate. ¶ Quanto lux materiã 4
inuenit puriorẽ , tanto effectum ſuum in ipſa perficit perfe-
ctiorẽ.Si aũt materia ſit fęculenta,& indiſpoſita,tunc effect⁹
ſuus remittit & laxatur.Sic verè grã Dei ſi inuenit hoiem pu
rum.& benè ſibi diſpoſitũ per cõtritionẽ,tunc in ipſo inten
dit & augetur, & meritorũ & virtutũ effectum in eo intro-
ducit,& ecõuerſo, ſi fęculẽtus & indiſpoſitus fuerit p pctm̃,
tunc effectũ diuinæ grẽ nõ habebit. ¶ Corpus luminoſũ quã 5
to plus de lumine recipit,tanto ipſum ad alia plus refundit,
niſi forte materia recipiens groſſa fuerit,ſeu pinguis,qa tunc
lumen receptũ nõ diſtribuit vt deberet, ſicut patet de ſpecu
lo groſſo,obſcuro & infecto. Sic verè quãto plus recipit de
lumine diuinæ grẽ,vel diuinæ ſapientiæ,& ẽt de lumine bo-
norũ tpaliũ,vel aliorũ beneficiorũ, tanto verè perfectius &
copioſius dẽt ipſum deffundere alijs,vel pbere. Nã grãm re
ceptã dẽt diffundere per bonã operationẽ,& boni exẽpli da
tionẽ,ſapientiã per doctrinã & prædicationem,bona tempo
ralia per elemoſynarum largitionem, Dei beneficia per gra-
tiarum actionem.Sed verè multi ſunt ita fęculenti per amo-
rem terrenorum & auaritiam, ita pingues per carnalitatem
& luxuriam,q alijs lumen quod recipiunt a Deo,non reſun
dunt,contra illud, Da altiſſimo datum eius. Eccl.35.

## *De Radio. Cap. 41.*

RAdius eſt luminoſus à corpore luminoſo defluens,& 1
eſt mobilis,agilis, ſphæricus & orbicularis qui de ſe
tñ rectus eſt & perpẽdicularis, & hoc qñ inuenit ma
teria nullatenus reſiſtẽtẽ. Qñq; reflectitur, qñ.ſ.à cor
pore polito vel ſpeculari reijcitur. Qñq; ẽt frangit,qñ.ſ.inue
niens corpus non oĩno perſpicuũ, obliquat in eo motũ ſuũ,
vt dicit auctor ſciæ perſpectiuæ. Sic bonus iudex dẽt eſſe lu-
minoſus per ſapientiã & diſcretionẽ,mobilis & agilis p dili
gentẽ iuſtitiæ executionẽ.vnde 2.Para.19.Oĩa cũ diligẽtia fa
cite.timor Dei apud vos,nõ.n.hoĩs exercetis officiũ.Orbicu
laris debet eſſe per diſcretã inquiſitionẽ , quia.ſ.circulariter
per pſumptionẽ & coniuncturas dẽt inquirere veritatẽ. Ve
runtñ ip debet eſſe rectus per iuſtitiæ æquitatẽ. Sed verè qñ-
que frangitur & obliquatur,ſ.odio,prætio , vel fauore,p in-
iuſtitiæ iniquitatẽ. Qñq; ẽt reflectitur & reijcit per appella-
tionum brigã & rixoſitatẽ. Et ſic diuerſimodè a rectitudine
ſui iudicij cõpellit deuiare. Acceperũt munera,& peruerterũt
iudiciũ 1.Re.8. ¶ Radius in nube cõcaua & humida diuerſas
producit ſpẽs & colores,ſicut patet in Iride ſm Ariſt. In lib. 2
Meteororũ.Sic radius diuinæ grẽ & ſciẽtiæ qñ cõcipit & re
cipitur in nube.i.in voluntate cõcaua p humilitatẽ, humida
per pietatẽ,tunc colores.i.virtutes & perfectiones ſolet quã
plurimas gñare. ¶ Ex motu radiorũ ſupra corpus politũ , &
eorũ coadunatione,conculcatione,& cõfractione, qñq; aer 3
propinquus ignitur,vt patet in cryſtallo vel berillo, q radijs
ſolis expoſitus,ſtupã incẽdit appoſitã,vt patet ad ſenſum. Sic
verè qñ radij ignei.i.pctõres iracundi inuicẽ vniuntur & iun
guntur, tunc quia alter alterũ cõculcat per verba & opera
iniurioſa,aer vicinus.i.ſtatus vel patria in qua ſunt, ſolet ſæ-
pe deſtrui vel igniri,& per eorũ crudelitatẽ ſępius diſſipari,
ſicut patet de malis principib.qui alter alterius terra vaſtãt,
Vel dic q vnio, cõiunctio & ſocietas radiorum.i. feruentiũ
auarorũ,& eorũ multiplicatio in vna patria, ignẽ rapinæ &
excoriationis , crudelitatis & exhæredationis cauſant in aë-
re circunſtante.i.in ſuis pauperib.ſocijs & vicinis. Vel dic q
coniunctio bonorum & ſocietas ignem ſp generat charita-
tis.vel dic contra diſcordes in vna abbatia,vel eccleſia,quo-
rum coniunctio & combinatio eſt cauſa inflamationis.i. de-
ſtructionis totius cõitatis.pſal. Flamma combuſſit pctõres.

## De Vmbra. Cap. 42.

1 Vmbra est caloris solis repressiua, sui splendoris declaratiua, subtilitatis indoctiua, serpētū amica, colubrorum nutritiua, maturitatis fructuū retardatiua, moeroris & humoris melancholici incussiua, insequentium ēt fugitiua, & fugientium insequutiua, sole à nobis remoto. s. in mane & in sero, maioris quantitatis est ostensiua, & ipso nobis propinquo. s. in meridie, quantitatis suæ est maxime perditiua. Hæc oīa facit mundi prosperitas, quia calorem charitatis reprimit, causat. n. odiū & rancorē inter mundanos, & splendorem veritatis occultat. Exemplum de illis qui occultant & palliant falsos contractus. Sterilitatem virtutum inducit. Ego sterilis, & transmigrata. Esai. 49. Serpētū .i. circa terrena serpentiū auarorū est amica, colubrorū. i. deliciosorū est nutritiua, qui vmbras deliciarū colunt. vn̄ Iob 40. In vmbra manet, in secreto calami &c. Illa maturitatem morū retardat, quia. s. facit hoīem insolētē, & mærorē, tristitiā & timorē desperationē inducit. Timent. n. mundani prosperitatē perdere, & inferni mortem incurrere. Quia sonitus terroris in aurib. impij. Iob. 15. Hæc fugientes & se contēnentes insequit, & eis vt ab eis diligatur se offert. Insequentes & eā amantes fugit quia vix pōt eā apprehendere. Eccl. 11. Si sequutus eam iuxta votū fueris, non apprehendes. Et qn̄ sol. s. Chrs est à nobis remotus per pctā nr̄a, tunc verè vmbra mūdanę prosperitatis vr̄ magis magna. Peccatores. n. ipsam multum reputant esse magnam & hoc maximè apparet in vespere & mane qū tps est obscurū. i. qn̄ hō est in obscuritate pcti. Vnde Hie. 6. Væ vobis, quia declinauit dies & factæ sunt longiores vmbræ vesperi. Sed verè qn̄ sol Christus est propinquus hoi per grām, & ipsum illuminat per discretionē & sapientiā, tunc verè vmbrā prosperitatis mundi reputat nihil esse, dicens Sap. 5. Transiarunt oia velut vmbra. vel dic si via oia de pctō. Vmbra. n. pcti serpentib. i. peccatorib. est amabilis, & aliud vr̄ esse q̄ sit, qa cu sit amara, vr̄ delectabilis Prou. 23. Ingredit blandè nouissimè aūt mordebit vt coluber, ardorē charitatis refrigerat in viatorib. Mat. 24. Abundabit iniquitas & refrigescet charitas. Maturitatē vitæ & morum retardat, & timorem & horrorem infernalem procurat. ps. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ &c. Sicut supra. Et sicut videmus ꝙ quāto sol est altior, sicut est in meridie, tanto vr̄ vmbra rei cuiuslibet minor, sic verè quāto hō in nobilitate & dignitate altius eleuatur, tanto vmbræ. i. culpæ & defectus sui minores ab eo reputant, sicut ad litterā videmus de diuitib. qui crimina sua quāuis magna, sp reputant esse parua, & apud Deum magis excusabilia. Vel ēt vmbræ hmōi minores pro tanto dnr, quia tales minus q̄ alij de pctis suis curare videntur. Dicunt. n. illud Hie. 2. Recessimus, vt nō veniremus vltra ad te. qa sicut dr̄ Prou. 18. Impius cum in profundum peccatorū venerit, cōtēnit. Et sicut vmbra rei maior apparet in vespere q̄ in meridie, sic verè cæteris parib. defectus & vitia maiora sunt reputanda in sene, q̄ in iuuene, & in hoie vespertino. i. maturo & graui, q̄ in iuuene insolente & leui Hier. 6. Factæ sunt vmbræ longiores vesperi. Insequētiū est fugitiua, &c. Expone sicut supra.

1 ¶ Vmbra vr̄ esse corpus, & tn̄ non est, sed corporis est similitudo vel figura. Corpori. n. se coaptat, & sm̄ eius motum vel figuram mouetur similiter, vel quiescit. Sic hypocrita vr̄ esse corpus. i. vir firmus, & bonus, & tn̄ non est, veruntn̄ corporum. i. morum bonorum similitudinem se fingit, & sm̄ motus eorum & opera per hypocrisim se disponit. Vel dic ꝙ adulator vel fallus amicus, (q sm̄ motum & conditiones hoim se regulat & conformat, quia cum stantib. stat cum motis mouetur, cum tristib. tristatur, cum lætis lætatur) vr̄ esse corpus verum, & non est. i. verus amicus & non est, imo falsus & fictus, quia tm̄ habet apparentia, non veritatē: ideo de talib. dr̄ Io. 9. Alij dicebāt quia hic est, alij aūt dicebant, non sed similis eius est.

2 ¶ Vmbra aeris calorem temperat, & sic viatores recreat & consolatur. Mærorē in melancholicis inducit sm̄ Constan. Sic pœnitentia calorem cupiditatis minuit, & viatores & hic viuentes recreat & consolatur, & ipsos ab itinere pcti retardat, & mærorem contritionis in eis inducit. vnde
3 Hie. 48. In vmbra esebon steterunt de laqueo fugiētes. ¶ Vmbra si homo vertit faciem ad solem, ipsum insequitur, si dorsum vertit ad solem, tunc vmbra sine dubio fugit eū. Per vmbram in qua viatores delectantur, & accepto itinere retardantur, intelligo mundi prosperitatem quæ pctōres ipsos ab itinere paradisi impedit & retardat. Dico ergo ꝙ si habueris faciē. i. voluntatem ad solem. i. ad Deum per charitatem, tunc vmbra. i. mundi prosperitas te sequitur, quia. s. Deus dabit tibi sufficienter de temporalib. sm̄ exigentiam tui status, quia non affliget dn̄s fame aīam iusti. Prou. 10. Si vero tu vertas ei dorsum. i. si de eo nō cures, ipsumq; cōtemnas, & postponas per pctm̄, & ad vmbrā mūdanæ prosperitatis faciem tuam vertas per desiderium & affectum, tunc vero dico ꝙ vmbra. i. temporalis prosperitas ante te fugiet, & vix aut nūquā ipsam poterit ad libitum obtinere, quia sicut dr̄ ad Ro. 10. Quod quærebat Israel, non est assequutus. Et ideo bene consulitur. Matt. 6. Primum quærite regnum Dei

## De Tenebris. Cap. 43.

1 Tenebra est lucis carentia, dicta à tenendo, quia tenet & ligat oculos ne videāt, luci. n. cōtrariat. Tenebrarū morē incurrit, colorū pulchritudinē tollit, verecūdiā dirimit (quia. s. hō in tenebris nō verecondat cōmittere turpia & inhonesta) somnolentiā nutrit. Sic pctm̄ lucę grę nos priuat, & ei opponit, timorē desperationis inducit, colorē & pulchritudinē honestæ cōuersationis tollit, somnolētiā malæ delectationis nutrit, inuerecundiā, obstinationē, & iactantiā parit, quia pctā sua sodoma pdicauerunt &c. Esa. 3. Visum ēt discretionis ligat, & tollit, quia s. hō qui est in pctō nō videt nec considerat illa quæ pertinent ad salutem. Prouer. 4. Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruunt.

## De Motu. Cap. 44.

Quoniā tempus est mensura motus, vr̄ ꝙ postq̄ dictū est de primo mobili, s. de cœlo & eius proprietatib. 1
dicendū est cōsequēter de proprietatib. tpis, atq; motus. De motu ergo primo aliqua sunt dicenda, & ad mores hoim & vtilitatē aīarum, inquātū partes ingenij mei poterunt, aliqualiter applicanda. Est igitur motus sm̄ Arist. trāsitus à termino ad terminū contrariū, quia. s. omne quod mouetur & permutat, de termino ad terminū trāsportatur. Sunt igitur sex spēs motus, videlicet gnātio, corruptio, alteratio, augmētū, diminutio, & sm̄ locum mutatio. Gnātio. n. est motus de nō esse ad ens. Corruptio de esse ad nō ens. Alteratio de qualitate ad qualitatē Augmentatio de minoritate ad maioritatē. Diminutio de maioritate ad minoritatem. Scd̄m sitū vero mutatio est motus de termino à quo ad terminum ad quē, & de principio ad finalitatē. Per motū in bono significato intelligo conuersionē & mutationē ad bonū. Cōuersio. n. est quidē motus de termino pcti, ad terminū veritatis, quia. s. ille quo ad mores vertitur & mouetur, qui de malo i bonū conuertitur & mutatur ps. Si dicebā, motus est pes meus, misericordia tua dn̄e adiuuabat me. Dico ergo ꝙ ille qui mouet & ad bonū cōuertit. dēt habere sex spēs spūalis motus, videlicet gnātionē virtutū, corruptionē vitiorū, alterationē propriarū ineptarū conditionū, augmentū meritorum, diminutionē affectionū, & localē mutationē bonorū tpaliū, & corporaliū operationū. Istę n. sunt sex alæ seraphin, quibus. s. ad cęlū volabant de quib. dr̄ Esai. 6. Sex alæ vni &c. quia. s. per istos sex motus sicut per sex alas ad cœlū ascendimus & volamus. Gnātio ergo virtutū est motus de non esse ad ens, quia. s. pctm̄ nihil est sm̄ Aug. Grā aūt dei propriè est q̄ etiā hoi dat esse morale & virtuosum, iuxta illud 1. ad cor. 15. Grā Dei sum id ꝙ sum. Corruptio vitiorū est motus de esse ad non ens, quia. s. qn̄ pctm̄ deficit, tunc culpæ existentia in nihilū euanescit. psal. Deficiant peccatores a terra, & iniquitas vt non sint & Prou. 12. Verte impios, & nō erunt. sup ple impij. Alteratio conditionū est motus de mala cōuersatione ad bonam conuersationem, de qua Luc. 9. Facta est facies vultus eius altera, Augmentatio meritorum, est motus de modica quātitate ad maiorē, quia. s. iustus debet sp isto motu mouere se merita acquirere & augere, & de virtute in virtutē procedere & transire Ge. 47. Habitauit Israel in Aegypto, auctusq; est & multiplicatus omnis. Diminutio aūt cordialium affectuum est motus de maioritate ad minoritatē, quia pro certo iustus debet desideria mentis per temperantiā, & delicias carnales per abstinentiam & diuitias ēt tpales per elemosynam diminuere, & oēm superfluitatē debet moderamine temperare. Ge 8. Reuersæ sunt aquæ, & cęperunt minui. Mutatio vero localium laborum, & peregrinationum, necnon actuum & operationum est motus secundum

locum

locum,quia.s.necesse est motare locũ,s.vitando malas socie-
tates,exercẽdo laborum pœnalitates, necnõ quorũcunq; bo
norum operum motus & mobilitates.ps.Terra mota est,etẽ
nis cœli distillauerunt. Vel si vis dic totũ de pœnitẽtia q̃ facit
& habet oĩa sex pdicta.Vel possumus dicere q pctõr mouet̃
sextuplici malo motu.s.gñatione vitiorũ,corruptione virtu
tum,alteratione bonarũ cõditionũ,augmento malorũ desi-
deriorum,diminutione bonarũ affectionũ , locali mutatio-
ne malarũ occupationum.ps. Turbati sunt & moti sunt sicut
ebrius,& oĩs sapientia eorũ deuorata est.¶ Motus localis plu
res sunt spẽi,quia.s.est motus reuolubilis,circularis, rectus.
2 Reuolubilis mutat locũ sm partes & nõ sm totũ,sicut patet
in motu firmamenti,vel ẽt in motu rotæ circa axem,quæ to
ta cõsiderata manet in eodẽ loco,partes tñ ipsius mutãt lo-
cum,quia.s.quod superius est,fit inferius,& qđ dextrũ est,fit
sinistrũ.Circularis est qui cõtinuẽ mutat locũ,sicut patet de
planetis circumeuntib.orbes suos.Rectus vero ẽt locũ mu-
tat,inquantũ.s.de termino ad terminũ se trãsportat,nunc sur
sum,nunc deorsum,nunc ante,nunc retro, nũc dextrorsum,
nunc sinistrorsum se variat,& se motat.Per istos tres motus
possum denotare triplicẽ hoim gubernationẽ, & alteratio-
nẽ,sm q inuenio motũ beatorum, motum mortalium via-
torum,motũ iustorũ & perfectorũ.Est igitur quidã motus q
est reuolubilis & iste procul dubio significat vitã, statum &
regimen beatorũ.Isti n.nunquã ex toto mutãtur,quia.s.æter
nitate suffulti,sp circa axẽ Deũ,per beatã cõtẽplationẽ vo-
luuntur. Particulariter tñ quantũ ad aliquid locũ mutabũt,
inquantum.s.in resurrectione corpora reintrabunt, tunc.n.
videbit̃ mutatio rotæ.i.fortunæ,iuxta illud ps.Deus meus po
ne illos vt rotã. Quia.s.illi qui in mundo fuerant depressi &
inferiores,fient summi & superiores, & ecõtra,qui in mũdo
tenuerant summũ,tunc in inferno voluentur ad imũ, & qui
in dextera prosperitatis fuerant,ad sinistrã aduersitatis, & q
in sinistra aduersitatis,ad dexterã æternæ fœlicitatis trãsibũt.
psa.Hæc mutatio dexteræ excelsi.Itẽ est motus circularis,&
iste significat motũ,fluxũ,laborẽ, vitã hoim mortaliũ viato-
rũ.Vita.n.ista motus est circularis,quia.s.trãsit de nõ esse ad
nõ ens,& sp in circulo vitæ hõ per declinatatẽ defectuũ cur-
rit,& oẽ quod est in hoc vita per quãdã circulationẽ fluit,si
cut patet de die,nocte,septimana,mẽse,& anno,q̃ sp in dies
circumeunt.Eccl.1. Lustrãs vniuersa in circuitu pergit spũs.
Itẽ motus rectus est vita,status & operatio perfectorũ, q.s.
sp iustẽ,rectẽ & sanctẽ mouentur ad bonũ, & nunquã decli
nant ad iniustitiã,vel ad malũ.Eze.1.Pedes eorũ pedes recti.
Iste.n.motus iustitiæ sex habet partes,quia.s.iustus qñq; mo
uetur sursum per cœlestiũ contemplationẽ, qñq; deorsum p
infernorũ meditationẽ,qñque ante se.s.ad tempus futurũ p
mortis cõsiderationẽ,qñq; ad tempus præteritum per vitio
rum suorũ recordationẽ , qñq; ad dexterã prosperitatis per
tẽperantiæ gubernationẽ,qñq; ad sinistrã aduersitatis per pa
tientẽ tolerationẽ. Et breuiter quocunq; moueatur iustus,
bonus & rectus est motus suus,quia sicut dĩ Esai.26. Rectus
callis iusti ad ambulãdũ.Vel dic q triplex motus,est triplex
vita,s.motus rectus.i.vita secularium iustorũ. Mot' circularis
seu obliquus.s.vita malorũ qui in actib.suis nõ rectẽ sed obli
que procedunt.ps. In circuitu impij ambulant. Reuolubilis
motus.i.vita & occupatio religiosorum & cõtemplatiuorũ,q.
.s.circa Deũ nõ cõtinuẽ sibi obsequendo, & eũ cõtemplãdo
voluuntur,de quib.Ezec.10.Rotas ipsas vocauit volubiles.
¶ Qñ aliqua elementa moueant sursum,aliqua deorsum,vi-
3 de infra de elementis.¶ Motus hoc habet propriũ,q ex mo-
4 tu gñatur calor.Ex motu.n.orbis inflãmatur æther. Ex mo-
tu rotæ(nisi stillet ibi aqua)cõburitur molendinũ.Ex motu
ligni liquescit illud qđ in eo est plumbũ. Sic verẽ motus bo-
ni exercitij & laboris , ignẽ & calorẽ charitatis accendit,&
æthera mentis,in q bonis desiderija inflãmat & vrit,molendi
numq;.i.cumulũ malarũ affectionum & cogitationũ cõcre-
mat & destruit & cõsumit,& si qđ est ibi de plũbo.i. de pctõ
totũ per cõtritionẽ dissoluit,& per cõfessionẽ diffluere facit.
Vel dic q iste motus significat motum mentis & cordis,hoc
est dictu,discussionem proprij status,quæ pro certo facit oĩa
supradicta.Vel dic econtra,q motus iracundiæ & turbatio
nis ignẽ crudelitatis accendit,& molendinum cordis inflam
mat & corrodit,& plumbũ.i. imperfectas affectiones lique-
facit.Vel per motũ,intelligere possum tentationẽ diabolicã,
quæ malorũ desideriorũ liquefactionẽ,& iræ, auaritiæ & lu-
xuriæ inflãmationẽ accẽdit.t.Mat.13. Factus est motus ma-
gnus in ciuitate.¶ Motus nõ cognoscitur nec mẽsurat̃ nisi p 5
spatiũ loci,in quo est,quia.s. sm q videm' eũ de termino ad
terminũ protendit, sm hoc possumus motũ ipsius contẽpla
ri.Sic verẽ põt dici q motus interiorũ affectionũ nõ põt co
gnosci nisi per spatiũ & cõditionẽ exteriorũ rerũ & opera-
tionũ,quia.s. per cõditione operis cognoscit̃ & mẽsurat̃ mo
tus ai seu cordis.¶ Oĩs motus fit aut à natura,sicut lapis mo- 6
uetur deorsum,aut proprietate, sicut adamas mouet ferrũ.
aut violentia,sicut sagitta mouet per arcũ.aut voluntate,si-
cut corpus mouet̃ p aĩm.Sic verẽ motus obedientiæ,& incli
natio ad bonũ,vel ẽt motus boni operis vel virtutis põt fieri
in hoĩe multis modis.Quidã.n.mouentur ad bonũ naturali-
ter,sicut sunt aliqui qui vel ab ipsa sua naturali cõplexione,
vel à cœlestis influentiæ cõstellatione,vel ex tẽtationũ vel oc
casionũ pcti carentia & abolitione,quasi naturaliter mouẽ-
tur ad bonũ,& abominantur vitium & pctm̃,quasi.n.natura
liter volunt ad centrũ.i.ad Deũ tendere,& ad ipsum menta-
liter se mouere. Alij aũt sunt qui mouentur proprietate, &
isti sunt illi quos adamas.i.Deus per specialẽ inspirationem
monet & excitat atq; trahit,qui.s. quadã occulta proprieta-
te diuinæ pdestinationis & grẽ ad Deũ trahuntur,& moueo
tur.Hie.31.Attraxit te,miseraõs tui. Alij sunt qui mouẽtur
ad bonũ violenter,& isti sunt illi quos Deus per fortes tribu
lationes, vel plures per violentas correctiones ad bonũ cõ-
pellit,& ad obediendũ & bene operandũ mouet, violentat,
& cogit.ad Heb.5. Didicit ex his quæ passus est obedientiã.
Alij sunt qui mouentur ad bonũ ppria voluntate, sicut sunt
boni & iusti,qui ex libertate boni arbitrij,ẽt cõtra naturales
inclinationes mouentur ad bonũ & ad virtutẽ.vnde Iud.12.
Suade hebreã illam.i.aĩam,vt sponte cõsentiat habitare me-
cum.Istis igitur quattuor modis mouet̃ hõ ad faciendũ bo
num,& ad fugiẽdũ malum Prou.30.Per tria mouetur terra,
& quartũ &c.Vel econtra dic q hõ quattuor modis mouet̃
ad malũ,s.ex naturali cõplexione,& ex attractiua suggestio-
ne , vel ex malæ societatis adamantina attractione, ex fortis
tribulationis timorosa impulsione, & ex voluntaria peruer-
sæ mentis obstinatione. Quidã.n.ex propria cõplexione cui
obediũt,ad malũ mouentur.Quidã per malos socios & sug.
gestores ad malum trahuntur. Quidã fortis tẽtatione vel tri
bulatione ad hoc impelluntur. Quidã vero sponte & volun
tariẽ ad malum feruntur.Iob.34. Qui quasi de industria re-
cesserunt à Deo,& oẽs vias eius intelligere noluerunt.¶ Mo 8
tus naturalis & motus violentus differunt, quia motus na-
turalis quanto plus appropinquat ad terminum, tanto ma-
gis mouetur , sicut patet de lapide descendente, qui quanto
plus appropinquat ad terram tanto impetuosius cadere con
sueuit.Motus aũt violentus est econtrario, quia.s.quãto ma
6 ribus. Hier.9. Vt iniquè agerent, laborauerunt. ¶ Iunius est
sextus mensis, à iunioribus sic vocatus, eo ꝙ populus roma
nus in seniores, & iuniores fuit diuisus. Est.n. principiũ æsta
tis, in quo oia incipiunt desiccari, & maximè illa quæ teneri
sunt humoris, sicut sunt herbæ virentes & similia. Et iõ iste
pingitur tenens falcem, & scindẽs herbã, eo.s. quia tunc fœna
præscinduntur, & colliguntur. Dominantur etiã in isto men
se sicut in alijs, duo signa.s. gemini in principio, & cancer in
medio. Et iõ per istum mensem intelligo balliuos, & officia
les, qui pro certo oia depauperant, & desiccãt, & maximè il-
los q ad modũ herbæ sunt debiles, & virides, calori suæ aua
ritiæ resistere nõ valentes. Isti.n. pingentur cum falce, q a pro
certo falcem falsitatis, & auaritiæ secum portant, cum qua
totã herbam regionis.i. oẽs diuitias subiectæ patriæ accumu
lant, & eas amplexando ꝑ adulationem, & scinnendo ꝑ ra-
pinã, & exactionem, acquirunt, attrahunt, & deuastant. Et iõ
dicuntur habere signum geminorũ, quia suas diuitias solẽt
geminare, & signũ cancri, quia.s. isti per falsitatem, & caute-
las solent retrocedendo incedere, vt sic possint pauperes de-
fraudare, & ad vtilitatem sui, & magistrorum oia desalcare.
Apocalip.14. Misit Angelus falcem suam acutam, & vinde-
miauit vineas terræ. Pone si vis per modum figuræ sicut ha-
bes ibidẽ. Vel dic ꝙ iste significat detractores, q oẽ viride.i.
oẽ quod habẽt alij pulchrum, & virtuosum, desiccant & de-
nigrant, & cũ falce suæ curuæ, & ꝑditiosæ linguæ, primo am

plexãdo per adulationem, deinde scindendo, & mordendo
per detractionem, oia lacerant & molestãt. Et iõ isti dicunt
eẽ sub geminis, q a geminã faciem vident habere. in ꝓsentia
.n. apparent amici, & adulatores, in absentia aũt videntur ini
mici, & detractores. Iudic.3. Aioth filius gemini, vtraq; ma-
nu ꝓ dextera vtebant. Sub cãcro ẽt sunt. Allega vt supra. Vel
dic ꝙ iste mensis qui dr̃ Iunius à iuuentute, significat bonos
prælatos, iuueniles & fortes, qui ardore iustitiæ virorẽ car-
nalitatis desiccãt, & falce correctiõis herbas.i. carnales prę-
scindunt & castigant. Et isti debent esse sub geminis, per ge-
minam charitatẽ, & sub cancro.s. retrocedendo per dissimu
latiuã sagacitatẽ. ¶ Iulius est septimus mensis, sic dictus à Iu 7
lio Cęsare, qui nomẽ sibi imposuit, vel quia in eo fuit natus
vel quia ad imperium sublimatus. Est aũt mensis feruentissi
mus, & hoc quia tunc est sol in cancro in principio, in fine ve
ro est in leone, & quia canicula stella feruentissima tunc na
scitur, & ideo tunc est periculosum sumere medicinã, humo
res.n. es caliditate nimia perturbantur, ex q bus calidæ ęgri-
tudines tunc temporis augmentantur. Depingitur aũt cum
falce segetes resecante, pro eo, ꝙ tunc segetes maturant, col
liguntur etiam, & secãtur. Iste mensis põt mihi significare ty
rannos, qui pro certo bene possunt denominari à Iulio Cæ
sare, qui.s. fuit tyrannus & crudelis, & primus romanum im
perium vsurpauit, & à cedendo Cæsar dictus est, ꝓ eo ꝙ nul
lus adhuc hoium tot hoium, cedes fecit. Ab isto ergo tyran
ni denominantur, inquantum ipsum imitãtur, quia alios cru
ciare, molestare & cedere dinoscunt. Isti.n. feruẽtissimi sunt
ad rapinam, cuius.s. tres sunt causæ.s. signũ cancri.i. retrogra
da, & peruersa conscientia, signũ leonis.i. crudelis, & proter
ua crudelitas, & audacia, stella canicula.i. canina & insatiabi
lis auaritia. Ista.n. tria sydera.s. fallacia, crudelitas, & auaritia
in istis dominantur, & iõ feruentes, & ambitiosi efficiunt, in
tantum, ꝙ seruorem tribulationũ in subditis operãtur, ita ꝙ
humores, & affectiones eorũ turbatæ, morbos calidos.s. ira,
& indignationem, in ipsos inducere dinoscũtur. Et iõ isti cũ
falce secare segetes dicunt, inquantum.s. per rapinam, & ex-
actionem segetes.i. bona temporalia pauperis depascũt, ita
ꝙ isti ꝓpriè possunt figurari in illis vulpibus, quarũ caudis
Sanson alligauit faces ardentes, & intrauerunt segetes phili
stinorum, & combusserunt eas. Iudicum 15. Quia.s. isti vul-
pes, & fraudulosi face ardentis auaritiæ inflãmati, demoliun
tur segetes.i. possessiones pauperum subditorum Cant.2. Ca
pite nobis vulpes paruulas, quæ demoliũtur vineas. Vide de
canicula in titulo suo libro de cęlo, vbi alio inserto exponi- 8
tur de autumno. ¶¶ Augustus est mensis octauus, sic dictus à
Cæsare Augusto. Et est mensis in quo segetes in horreis re-
conduntur, & iõ sicut hõ flagello triturans segetes depingit,
pro eo ꝙ illo tempore segetes triturãtur, & terra fructibus
denudatur. Duo aũt sunt signa in q bus sol in illo tẽpore cõ-
moratur.s. leo in principio, & virgo in fine. Tales sunt mundi
diuites, qui.s. dicuntur augustus ab augendo, quia.s. diuitias
suas semper cupiunt augere, & ideo illi bene pingi possunt
segetes triturantes, quia ꝓ certo isti nõ cessant segetes.i. ter-
renas diuitias aggregare, recolligere, & accumulare, & ab
ipsis terrã subiacentẽ.i. subditos & vicinos, vt se repleãt, spo
liare. Iob 24. Agrum nõ suum demetunt, & nudos dimittunt
hoies, vestimenta tollentes. Et pro certo isti habent duo si-
gna.i. duo vitia principalia.s. leonem, q semꝑ febricitat.i. fe-
brem, & ardorem cupiditatis, & virginem, quæ nunquã fru-
ctificat.i. sterilitatem & carentiam totius bonitatis. Hier.22.
Scribe virum istum sterilem, virum qui in diebus suis nõ ꝓ-
sperabitur. Vel dic ꝙ iste mensis significat viros perfectos, &
maximè studiosos, qui.s. Augustus dicũtur, pro eo ꝙ semper
per doctrinam, & scientiam augeri vidẽtur, inquantum.s. se-
getes scripturarum studere, & triturare noscuntur. Habent
.n. duo signa.i. duas virtutes speciales.s. leonẽ.i. acritatẽ in-
genij, & virginem.i. puritatẽ innocentiæ, q a.s. doctores sunt
sicut leones, difficultates scripturæ fortiter penetrãdo, & si-
cut virgines, & puræ, & innocẽter viuendo, & conseruando.
Apoca.5. Vicit leo de tribu Iuda, aperire librũ, & soluere si-
gnacula eius. ¶ Septẽber ẽ mẽsis nou9, eo ꝙ à Martio in quo
mũdus creatus extitit, septimus ẽ, & est in mẽse æquinoctiũ,
noctes.n. & dies sunt æquales, & habet sicut alij, duo signa.s.
virginẽ in principio, libram aũt in fine. Et iste sicut racemos
colligens depingitur, pro eo ꝙ vina tunc temporis colligun
tur. Totus autem iste mensis apud iudeos erat solemnis. Iste

mens-

mensis significat diem iudicij, qui pro certo à creatione mũdi erit septimus, inquantum in septima die.i.in fine temporũ erit factus. In isto.n.mense erit æquinoctium.i.æquitas retributionis, q̃a.s.noctes diebus.i.merita præmijs æquabunt, ibique sol iustitiæ Christ⁹ in libra iustitiæ, & in virgine.i.in dulcore clementiæ collocabitur, ita q̃ iustitiã malis clementiã vero bonis facere dinoscetur. Prouer.8. Meum est consiliũ, & æquitas &c. Boni.n.tunc temporis facient annuam gloriæ celebritatẽ, & recipient vinum iocunditatis æternæ, & gloriæ voluptatem. Canti.5. Bibi vinum meum cum lacte meo.

10 ¶ October est mensis decimus, qui in sui principio adhuc est calidus, in fine vero forti frigore corpus pũgit, in quo.s. sunt duo signa, libra.s.in principio, & scorpius in fine. Est aũt mensis frigidus, & siccus, in quo terra disponitur ad semina suscipienda. Et pp hoc iste mensis depingitur sicut hõ qui seminat semen suum. Iste mensis significat tempus pœnitentiæ, in quo.s. est calor dilectionis, frigus timoris, & turbationis, libra.i.examinatio ꝓpriæ discussionis, scorpius.i.pũctio doloris, & cõtritionis, siccitas.s.squaloris & macerationis. Illud.n. est tempus in quo terra.i. anima disponitur ad gratiarum semina suscipienda. Et ideo istud tempus.s.pœnitentiæ, depingitũ sicut hõ qui iacit semina, quia.s.in isto tempore in terra cordis semina boni propositi seminantur, ex quibus virtutũ manipuli reportantur, q̃a sicut dr̃ in ps. Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Vel dic q̃ iste mẽsis significat doctores, & prædicatores, in quibus debet esse libra iustitiæ, & æquitatis, ad aliorum merita libranda, scorpius.i.punctio reprehensionis, & seueritatis, seminatio doctrinæ, & totius veritatis, quia.s.isti sunt qui semen doctrinæ non cessant dispergere, & ad fructũ bonorum operum producendũ terrã.i. terrenos disponere, & aptare. Lu.8. Exijt qui seminat seminare semen suum. Vel dic q̃ sunt plati, qui semen doctrinæ, & eleemosynæ debent in alios dispergere, & libra iustitiæ oia regere,

11 & malos sicut scorpius pungere. ¶ Nouember est mensis frigidus, eo q̃ sol à nobis multum est remotus, qui duobus signis.s.scorpioni in principio, & sagittario in fine est subdit⁹, & ad modum scorpionis, & sagittarij corporibus rõne intẽsi frigoris est molestus. In isto aũt tẽpore porci impinguantũ & ideo iste depingitur sicut rusticus. q̃ glãdes excutiens, porcos reficere sollicitat, & conatur. Talis mensis est peccator vel etiam status peccati, in quo videlicet frigus indeuotionis abundat, pro eo q̃ sol iustitiæ Christus ab eis se elongat. Eccl.15. Longe est dñs ab impijs. Dominatur.n. in istis scorpius falsitatis, & sagittarius crudelitatis, q̃a.s.isti solent alios sicut scorpius decipere (qui.s.facie lambit, & cauda pũgit) & sicut sagittarius lędere, & affligere. Et breuiter isti pingũtur glandes legentes, & porcos pascentes, quia.s. isti sunt q̃ glandes.i.diuitias temporales semper nituntur colligere, vt porcos.i.carnem propriam nutrire possint, & reficere, figurati in filio prodigo, de quo Luc.15.dr̃ q̃ abijt in regionem longinquam, vbi substantiam propriã dissipauit, & tãdẽ facta fame pro porcis pascendis apud quendam ciuem regionis, illius se locauit. Regio.n.longinqua est peccatum, vbi substãtia gratiæ expenditur, & vbi de nutriendo porco.i.corpore cura diligentior adhibetur. Vel dic q̃ tales sunt diuites mali, qui.s.non cessant glandes.i.diuitias colligere, & cũ scorpione falsitatis, & sagittario crudelitatis, ipsas acquirere, vt porcos.i.carnales parentes, vxorem filios, & nepotes, possint bonis huius seculi impinguare. ¶ December est mensis duode-

12 cimus, dictus quasi decimus ab imbre Martij, sicut ẽt ad eodem imbre dictus est Nouẽber, October, & Sepẽber. Et est mensis frigidissimus, in quo ꝓp frigiditatem congelantẽ, animalia modici sunt motus, & maioris quietis, quapropter sunt amplioris pinguedinis. Et ideo iste depingitũ sicut carnifex, q̃ porcum suum mactat, pro eo q̃ porci iam impinguati ab hominibus tunc mactantur. Dominantur etiam tunc temporis duo signa.s.sagittarius in principio, & capricornus in fine. Tunc.n. incipit sol à nobis se non amplius elongare, sed ad nos appropinquare, & accedere, & ad septemtrionales circulos reuenire. Per istum mensem põt intelligi tẽpus pœnitentiæ in quo pro certo frigus diuini timoris abundat, & vbi sagittarius.i.sagittario contritionis, & capricornus (quod est animal fœtidũ).i.fœtor & abominatio peccati, & infectionis imperat, & in quo sol iustitiæ Christus nobis per gratiam appropinquat, & in quo homo sicut spiritualis carnifex porcũ suum.i.corpus per pœnitentiam subiugat atq; mactat. Vel dic q̃ iste mensis est mundana prosperitas, in qua pro certo videntur imperare duo mala signa.s.sagittarius id est pauperum sagittatio, & capricornus.i. fœtens luxuriæ infectio. Et pro certo in isto mẽse est solstitium.i.solis vltima elongatio, quia scilicet sol iustitiæ Christus ab illis totaliter elongatur, qui in mundi prosperitate versantur. Nam sicut de diuo Ambrosio legitur, cum audisset ab hospite quodam suo, q̃ nunquam acciderat sibi infortunium, sed semper prosperitas, dixit. fugiamus, quia non est dominus in loco isto. Ista est ergo quæ porcos, & bestias.i.peccatores propter defectũ motus tribulationis per delicias impinguat, ipsos iꝰ pingitur interficiens, quia pro certo ꝓsperitas illos quos primo recreat tandem damnat, quia sicut dicitur. Nouerca virtutum prosperitas, beatulis suis in principio taliter obsequitur, vt in fine perniciosè operetur. Sic ergo patet quod duodecim sunt menses.i.duodecim vitia, vel duodecim virtutes, vel duodecim genera personarum ex quibus constat annus id est tempus, & status isti⁹ miseriæ vitæ nostræ. Pone hic illa quæ sunt in sermone, Omne lignum.

## De Diebus. Cap 12.

Dies dicuntur à diis, quorum nominibus sunt vocati, 1 quia.s.prima dies dr̃ dies solis, vel dies dominica, eo q̃ sol sit dñs planetarum. Secunda vero dr̃ dies lunæ, & sic de alijs, quia.s.dies ab illis planetis solent denominari, qui in prima hora diei solent dominari. Et sunt dies diuersimodè denominati, quia.s.quidam dicuntur dies naturales. Quidam dies artificiales. Quidam dies ægyptiaci. Quidam dicuntur chalendæ. Quidam idus. Quidam nonæ. Prisca.n. antiquitas dies diuersimodè nominauit, & s̃m suas varias considerationes, ipsos aliter, & aliter nuncupauit. Diem.n. vocauerunt a dyan, quod est clarum, pro eo q̃ in die relucet claritas solaris. Diem artificialem dicunt illud temporis spatium quo super nostrum hemisphærium fertur, & voluitur sol iste materialis. Dies naturalis ẽ illud spatium quo sol ab ortu suo vsq; ad eundem ortum reuoluitur, in quo viginti quattuor horæ temporis continentur. Dies ægyptiaci sunt illi quibus Deus flagellasse ægyptios dr̃, qui ideo in chalendario ponũtur, vt Dei mirabilia, & malorum punitiones ad memoriam reuocentur. Dies chalendæ sunt principia mensium, dicti a chalo, quod est vocare, eo q̃ tunc fiebant nundinæ, in quibus.s. homines vocati, per aliquot dies negotiabantur. Dies vero qui dicũtur idus, ab iduo quod est diuiduo dicuntur, pro eo q̃ tunc nundinæ diuidebantur, & hoĩes ad ꝓpria reuertebãtur. Per dies in scriptura possunt intelligi merita hominum singulorum, qui.s.à stellis denominantur, & à dyan quod est clarum dicuntur, pro eo q̃ ipsa hominum merita, à stellis.i.a sanctis, & a claritate diuinæ gratię dependere noscuntur. Dico ergo q̃ nominantur dies naturales, & isti sunt proprietates, & virtutes naturæ, quæ.s. in omnibus sunt æquales, sicut ipsi dies naturales nõ sunt alter altero longiores. Illa.n. quæ hominibus sunt naturalia in forma, & materia, in oibus sunt æqualia Deut.1. Siue ciuis sit ille, siue peregrinus, nulla erit distantia personarum. Itẽ nominantur dies artificiales, & isti significant virtutes, & merita hoium in gratia constitutorum, quos.s.sol diuinæ gratiæ perficit, & eos super hemisphærium animæ sui diffusione componit. Isti tamen dies non sunt æquales.s.virtutes morales, & merita hominum, sed vt cõmuniter sunt dispares, & difformes. Eccle.33. Dies diẽ superat, & lux lucem. Item sunt dies ægyptiaci, & isti significant conditiones bonorum, qui.s.habent memorari dei mirabilia, & punitiones malorum. ps. Cogitaui dies antiquos &c. Itẽ sunt dies chalendarũ, & isti significant merita nouiter conuersorum, & incipientium, qui.s.de nouo ad nundinas ecclesiæ, & gratiæ vocantur, & de nouo ad pœnitentiam inuitãtur. Esa 22. Vocauit dominus ad fletum. Dies nonæ significant merita pœnitentium, & proficientium, qui .s.solent sicut in quibusdam nundinis vitia cum virtutibus commutare, negotia bonorum operum exercere, & lucrum virtutum acquirere, & habere. Dies aũt iduum significant merita perfectorum, & consumatorum, qui.s.hi solent per cõtemplationem a mundo diuidere, & sursum ad domicilium paradisi expletis mũdi nundinis properare, ita quod hæc est dies quã fecit dominus, exultemus, & lætemur in ea. ¶ Dies autem a sole claritatis recepta, nunquam in vno statu est permansiua, sed sui status continuè mutatiua, & de mane ad

vesperam

veſperam continnè defluaiua, torporis etiam & ſomni eſt ex
citatiua, & circa labores, & opera hominum occupatiua. Et
ideo quanto dies plus ad occaſum perducitur, tanto bonus
operarius ad perfectionẽ diurni operis plus conatur. Scd̃m
Gregoriũ talis dies eſt vita præſens, quæ.ſ. à ſole.i. à Deo re-
cipit lumen ſuum, quia pro certo iſta eſt quæ nunquã in eo-
dem perſiſtit, imo à mane iuuentutis vſq; ad veſperam ſene-
ctutis ingiter fluitat, & diſcurrit. Eccl. 18. A mane vſq; ad ve
ſperam mutabitur tempus. Iſta tñ dies ad laborem, & opera
tionẽ eſt ordinata, quia ſicut dr̃ Iob 5. Homo naſcitur ad la-
borem. Et ideo quilibet debet in iſta die vitæ præſentis, à tor
pore & deſidia excitari. Et quanto plus dies iſta ad occaſum
ſenectutis declinat, tanto debet ad cõplementum bonorum
3 operũ plus conari. Ioan. 9. Me oportet operari donec dies ẽ.
¶ Dies eſt latio ſolis ſuper terram, & ideo dies eſt lętitiæ ge-
neratiua, ſecuritatis inductiua, colorum oium oſtenſiua, &
quanto noa turbulentior præceſſerit, tanto eſt ſubſequentis
diei ſerenitas magis grata. Talis eſt dies.i. claritas gloriæ pa
radiſi, quam.ſ. ſolis Chriſti clara pſentia illuminat inceſſan-
ter. Ibi.n. eſt perfecta ſecuritas & lætitia. Ibi eſt calorum.i. re
rum omnium ſcientia, & veritas & notitia. Ibi eſt ipſius ſolis
Chriſti grata ſocietas, & pſentia. Et quanto noa præſentis vi
tæ turbulentior præceſſerit, tanto ibi eſt gratior ſerenitas, &
complacentia. Iohelis 3. In die illa ſtillabũt montes dulcedi
nem &c. ¶ Præſentia ſolis facit nobis diem, & quanto ſol no
4 bis amplius appropinquauerit, tanto dies longior, & maior
erit, quanto autem ſol à nobis eſt remotior, tanto eſt neceſſa
rio dies breuior. Talis eſt dies ſciẽtiæ, vel claritas fidei, & ſa
pientiæ, vel ẽt claritas virtutum, & moralis apparentiæ, quia
pro certo talem diem cõtinuat, & perficit præſentia gratui-
ta ſolis Chriſti quia pro certo quanto ſol iuſtitiæ nobis per
charitatem, & gratiam propinquior fuerit, tanto dies veræ
notitiæ vel honeſtæ apparẽtiæ maior erit, & oium rerum ca
lor, & veritas apparebit, quãto vero iſte ſol à nobis per pec
catũ amplius elongatur, tanto ille dies per ignorantiã, & in-
ſolentiam amplius breuiatur. Et ideo Hier. 6. dr̃ in perſona
peccatorum. Væ nobis quia declinauit dies, & factæ ſunt lõ-
5 giores vmbræ veſperi. ¶ Dies quæ clara eſt, ſtellas occultat,
nox vero quæ eſt obſcura, ipſas oñdit, detegit, & demũſtrat.
Sic verè dies reſplendens.i. vir iuſtus lucẽ diuinæ gratiæ illu
ſtratus, nunquã ſolet ſtellas.i. virtutes ſuas oñdere, nec eas p
inanẽ gloriã propalare, nox vero.i. peccatoꝛ ſtellas.i. gratias
quas habet, per iactantiam vel inanem gloriam ſtatim oſten
dit, & bona ſua propalat oibus, & prætendit, contra illud Se
6 necæ. Eſto occultator virtutum, ſicut alij vitiorũ. ¶ In die au
tem ſenſus vagatiores ſunt q̃ in nocte, & ad exteriora dele-
ctabilia proniores, de nocte vero ſunt ſecretiores, & in ſeip-
ſos etiam clauſiores. Et inde eſt ꝙ de nocte melius audim',
q̃ de die. Et eſt dies feruentior, & calidior quã noa, & in iſto
aues tunc temporis modulantur, & hoies laboribus expo-
nuntur, & à quiete & ſomno excitantur, die tñ nihil mutabi
lius inuenitur. Talis dies eſt mundi proſperitas, quia p certo
ibi non eſt facilè per contemplationem dormire, quinimo
neceſſe eſt ſenſus, & affectiones ad exteriora delectabilia di-
ſcurrere, & vagari, & à ſecreto mentis recedere, & tranſire.
ibi.n. abundat calor auaritiæ, cantus inanis lætitiæ, ſecuritas
ſtultitiæ, & audaciæ labor occupationis, & triſtitiæ. Et iõ bre
uiter iſta eſt dies quam ſancti ſolẽt deteſtari, & fugere, & in-
de ad noctem contemplationis mentaliter euolare, dicentes
illud Hier. 17. Diem hois non deſideraui, tu noſti. Quinimo
de iſtis dr̃ Iob 17. Noctẽ verterũt in diem, & rurſum poſt te-
nebras ſpero lucem. Quia.ſ. quando nox aduerſitatis in diẽ
proſperitatis vertitur.i. quando proſpera aduerſa, & aduer-
ſa proſpera iudicantur, tunc poſt tenebras huius vitæ, lux æ-
ternæ gloriæ acquiritur & habetur.

## De Aurora. Cap. 5.

1 AVrora finis eſt noctis, principiumq; diei, & dr̃ auro-
ra ſm Iſidorum quaſi aurea hora, pro eo ꝙ ſol illa
hora aurei vr̃ eẽ coloris. Vel dr̃ aurora quaſi aura ro
rans, pro eo ꝙ tunc ros generatur, a quo terra infun
ditur, & humectatur. Aurora igitur ſolis ortum dinoſcitur p
cedere, & à ſole lumen recipere, & die ſequẽti obſcurior, no
cte vero clarior ſolet eẽ. In ortu aũt auroræ ſolent aues diur-
næ canere, latrones autem, & aues immundæ ſolẽt recedere
& fu[illegible]ere, infirmitates etiam alleuiari & ceſſare, ſe etiã ſolẽt
flores qui per noctem clauſi fuerant, aperire. Tunc ẽt lucifer
ſolet oriri, & propter dominium ſanguinis tunc ſolet ſomn'
dulcior perſentiri. Per illam auroram poſſum intelligere vir
ginem glorioſam, quæ pro certo diei legis gratiæ fuit nobis
principium, & origo, & noctis legis antiquę & caliginis pec
catorũ extitit terminus & finis. Iſta.n. dr̃ aurora, quaſi aurea
hora, pro eo ꝙ iſta quaſi aurum per ſanctitatis gratiam ruti-
lauit. Dr̃ ẽt quaſi aura errans pro eo, ꝙ rore ſuæ miſericor-
diæ totum ſeculum irrorauit, & peccatorum aĩas per deuo
tionem, & compũctionem ſpiritualiter humectauit. Iſta eſt
ergo quæ ſolem iuſtitię Chriſtũ ſicut mater filium, pceſſit, &
tñ ab ipſo claritatem, & dignitatẽ habuit, & recepit, & quan
quam die & claritate ipſi' Chriſti fuerit obſcurior nocte tñ
.i. perfectione oium aliorum clarior extitit, & permanſit, q̃a
ſicut dr̃ 2. Reg. 23. Sicut lux auroræ oriente ſole, mane abſq;
nubibus rutilat, & pluuij germinat herbã de terra. Ad literã
ergo, iſtius auroræ.i. virginis glorioſę ortu, & conceptu, tem
porali.ſ. in terrę finibus, & ſpirituali in noſtris cordibus, aues
mundæ.i. viri iuſti & boni Angeli exultant & concinũt. Her
bæ etiam.i. viri humiles, qui per peccatum clauſi fuerant, per
iſtius influentiã ad ſolem iuſtitiæ ſe aperiunt, ita ꝙ lucifer di
uinæ gratiæ in eorũ cordibus oritur, quem ipſi indeuotè ſu-
ſcipiunt, & propter dominium ſanguinis.i. memoriam dnĩ
nicæ paſſionis per contemplationem requieſcunt atq; dor-
miunt, & infirmitates tentationum deficiunt & recedunt. La
trones vero.i. dæmones & aues immundæ.i. carnis tentatio
nes viſa iſta aurora.i. viſa deuotione ad beatam virginem, &
cognito eius auxilio, ſtatim fugiunt, & recedũt. Iob 24. Si ſu-
bito apparuerit aurora, arbitratur vmbram mortis. Vel dic
ꝙ aurora eſt Chriſtus, cuius ortus fuit noctis legis finis, &
diei fidei gratiæ principium, qui.ſ. dr̃ aureus atq; rorans &c.
ſicut ſupra & applica ad ortum Chriſti vel temporalem vel
mentalem, quia.ſ. qñ iſta aurora in corde per gratiam oritur
oĩa bona quæ ſupra poſui oriuntur. Vel dic ꝙ aurora eſt di-
uina gratia, quæ diuina gloria eſt obſcurior, nocte tñ culpæ
clarior atq; purior. In illa.n. ſol & lucifer.i. Chriſtus & beata
virgo ortum ſumſerunt, qui aues immundas.i. dæmones fu-
gauerunt mundum irradiauerunt, infirmitates vitiorum tẽ-
perauerunt, & mentes hoium rorauerunt. ¶ Dies habet qua-
tuor partes.ſ. auroram, quæ ſm Conſtan. ſimilis eſt veri. Me-
ridiem, qui ſimilis eſt æſtati. Veſperam, quæ ſimilis eſt autum
no. Noctem, q̃ ſimilis eſt hyemi. Talis dies eſt Chriſtus, quan
tum ad quatuor ſtatus ſuos, quia.ſ. iſte fuit ſicut ver,i. mitis
& roridus in aurora ortus ſui, & natiuitatis. Item ſicut æſtas
per charitatem feruidus in meridie ſuæ vitæ, & conuerſatio
nis. Item fuit ſicut autumnus, per aſperitatem & tormenta
ſiccatus in veſpera ſuæ acerbiſſimæ paſſionis. Finaliter autẽ
erit ſicut hyems, frigore ſeueritatis vallatus in nocte futuri
iudicij, & ſuę iuriſdictiõis. ¶ Aurora à nocte incipit, & tñ ad 3
claritatem perfectã paulatim procedit, colorem aureũ præ-
tendit, rorem ſuper terram effundit, & ſolis ortũ prænũciat,
& pcedit. Sic iuſtus à nocte originalis culpæ naturaliter ha-
bet ortum, veruntñ a tempore baptiſmi vel pœnitentiæ per
profectum virtutum non ceſſat procedere, quouſq; ad per-
fectam claritatem, & diem luminis gratiæ potuerit attigiſſe,
quia ſicut dr̃ Prouer. 4. Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens
præcepit, & creſcit vſq; ad perfectam diem. Illi igitur habẽt
coronam aureã honeſtatis, rorem pietatis, & fugat aues no-
cturnas.i. dæmones & detractores odioſę loquacitatis. ¶ Ni 4
mia ſerenitas in aurora qñ.ſ. radij ſolares flectũtur ad auſtrũ
ſignum eſt tẽpeſtatis futuræ ſm Bedam. Sic verè quando in
aurora præſentis vitæ ſerenitas mundanæ proſperitatis vltra
debitum refulget, ſignum eſt ꝙ tempeſtas æternæ damnatio
nis ſequetur, & ꝙ talis ſerenitas fine tempeſtuoſo claudetur
Mat. 16. Hodie eſt tempeſtas, rutilat.n. triſte cęlum. ¶ Dilucu 5
lum, aurora, & mane, pro eadẽ hora ſupponũtur, ſunt.n. finis
noctis principium diei, infirmitatum alleuiatio, latronum
timor, hoſtium fuga, ſecuritatis inceptio, timoris euatio, la-
boris principium, dormitationis finis, ſobrietatis & perfectę
celebratẽ digeſtionis tempus. Talis eſt pœnitentia, quia vere
iſta eſt noctis peccati finis, & egreſſus, & diei gratiæ, & glo-
riæ introitus & ingreſſus. ad Ro. 13. Noa præceſſit, dies autẽ
appropinquauit. Infirmitas.n. peccati tunc deficit, latro dia
bolus ſtupeſcit ſpei ſecuritas redit, labor ſatiſfactionis inci-
pit, abſtinentiæ ſobrietas, & prudentiæ digeſtio tunc acce-
dit, dormitatio pigritiæ deficit, & timor diſperationis rece-
dit.

dit. Ideo Prouerb. 11. bene dicitur, ꝙ bene consurgit diluculo, qui quærit bona.

## De Meridie. Cap. 54.

Meridies dr̃ dies media, quando. s. sol est in medio firmamenti, distans æqualiter inter ortum & occasũ. Et ideo dr̃ meridies, quasi meridies, & ideo dies est tunc clarior, calidior, & siccior. Sol. n. tunc temporis nobis directius opponitur, & radij sui circa terram, & inferiora corpora directius restinguntur. Vmbra autem cuiuslibet corporis in puncto meridiei minor efficitur, & maior claritas in aere generatur. Per meridiẽ possum accipere diẽ iudicij, vbi. s. sol iustitiæ. Christus in æquitatis medio se tenebit, & vbi radijs suæ iustitiæ terram. i. peccatores sæuerius inflammabit, ipsisq; se directius opponet, & eisdem propinquius obuiabit. Tunc. n. vmbræ latibulorum, & excusationũ minorabuntur, tunc claritas, & veritas amplius apparebit, quia secreta omnia reuelabuntur, & tũc ardor seueritatis, & rigoris erit amplior, ita ꝙ igne perpetuo peccatores, & demones affligentur. ps. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit i circuitu inimicos eius. Eccl. 43. In meridiano exurit terram, & in conspectu ardoris eius quis poterit sustinere? Vel dic ꝙ meridies significat paradisum, vbi sol iustitiæ est beatis propinquus, & præsens, & ideo ibidẽ est feruor, & ardor perfectæ charitatis, & lux & splendor perfectæ veritatis, & directio & multiplicatio radiorum. i. beneficiorum suæ opulentissimæ largitatis. Tunc. n. vmbra ignorantiæ est minima, & claritas veræ notitiæ, & scientiæ summa, & maxima. quia. s. ẽm Apostolum Deus claritas est, & tenebræ in eo nõ sunt vllæ. Vel dic ꝙ meridies est charitas, vbi sol Christus nobis est coniunctior, & ideo mens nostra feruentior est, & ardentior, & lux veritatis, & fidei tunc est splendidior atq; maior vmbraq; ignorantiæ, & peccati minor, & rarior. Illud est. n. verum ꝙ illi quibus Christus est per charitatem ꝓpinquus, sunt vmbra ignorantiæ minus grauati, & luce veræ sapientiæ plus dotati. Quanto aũt sol iustitiæ à nobis & à charitatis ꝓpinquitate plus recesserit, tanto vmbra ignorantiæ, & amor mundanæ prosperitatis, & gloriæ maior erit. Hiere. 6. Factæ sunt longiores vmbræ vesperi. Vel dic ꝙ meridies est vir iustus, qui minus habet de vmbra ignorantiæ, plus de luce sapientiæ, magis de ardore charitatis, & soli Christo propinquior est per propinquitatem gratiæ. Vnde Ber. in quodã sermone de beato Ioanne dicit sic. Meridies est plenitudo feruoris lucis, & est solis statio, vmbrarum exterminatio, paludum desiccatio, fœtorum expulsio. Applica per omnia ad virum iustum. Vel dic ꝙ meridies est mundi prosperitas, vbi claritas mundanæ gloriæ est amplior vmbra humilitatis minor, calor cupiditatis ardentior, & sol iustitiæ oppositior. Quia sicut in meridie herbæ siccantur, fruges maturãtur, & aialia venenosa ad pungendum stimulantur, sic in statu prosperitatis, herbæ. i. debiles & imbecilles à virore gratiæ faciliter possunt siccari, venenosi. i. peccatores ad nocendum, & pungendum solent faciliter excitari, fruges tamen. i. viri iusti inde solent meliorari, & in virtutibus, & moribus maturari, quia scilicet prosperitas quæ malis solet obesse, bonis & ipsa bene vtentibus solet proficere & prodesse. Eccl. 39. Hæc omnia sanctis in bona, impijs autem, & peccatoribus in mala conuertentur. Vel dic de tribulatione, cuius ardor malos desiccat, bonos vero maturat.

## De vespera. Cap. 55.

Vespera est hora serotina, quæ serum dr̃, eo ꝙ ibi fores serantur, vt via in domo tutiora seruentur. Pori etiã corporum tunc temporis obstruuntur, fumi interius recluduntur, & animalia ad dormitionem, & somnũ disponuntur, greges a pastoribus ad caulas, & ad domos reducuntur, vigiliæ & custodes propter hostes, & latrones in muris, & turribus constituuntur, & operarij qui per diem laborauerunt, remunerantur, & quiescere permittuntur. Et dicitur vespera a vespero stella, quæ occidentem solem sequitur, & sequentes tenebras comitatur. Per vesperam potest intelligi status senectutis, quæ. s. occasum vitæ sequitur, & noctis. i. mortis tenebris proximatur. Ista est enim ætas in qua fores sensuum debent obstrui, & serari, & pori affectuum claudi, & fumi cogitationum comprimi, & actiones ... nus contemplatiuus prouocari, & vigiliæ discretionis in arce mentis debent constitui, vt hostiũ. i. tentationum & demonum possint insultus & impetus præcaueri. Tunc est tẽpus quo greges fidelium ad hospitium paradisi a Deo pastore ecclesiæ ducũtur, & quo illi qui in bonis operibus laborarũt, quietis & remunerationis brauio potiunt, Matt. 20. Cũ autem sero factũ esset, dicit dominus vineæ procuratori suo voca operarios, & redde illis mercedẽ. ¶ Vespera est hora in qua dies finitur, & solares radij a terræ superficie subtrahunt. Vmbræ ẽt corporũ maximè protenduñt, & flores qui ad solem aperti fuerant, tunc ꝑ solis absentiam in se contrahuntur, atq; clauduntur. Fumosi etiam vapores qui materia sunt nubis & nebulæ, tunc temporis resoluuntur. Aues nocturnæ de cauernis exeunt, & ad pastum progrediuntur. Lupi etiam a canibus vix tunc tẽporis discernuntur. Per vesperam possum intelligere peccatũ, vbi ꝓ certo dies gratiæ & veræ sciẽtiæ deficit, & sol Christus a mente subtrahitur & recedit. Ibi enim vmbra ignorantiæ protenditur, & lux fidei & sapiẽtiæ obscuratur. Ibi herbæ. i. homines qui ꝑ bonos affectiones ad solem Christum aperti fuerant, contrahuntur, & ꝑ obstinationem in seipsis mentaliter obstruuntur, vaporesq; malarũ affectionum in eis generantur, a quibus nubes ignorantiæ & nebulæ peccatorũm in aere conscientiæ producuntur, in tantum ꝙ inter canẽ, & lupum. i. inter bonos & inter malos peccatores malè discernere dinoscuntur. Aues etiam nocturnæ. i. demones tunc tẽporis discurrunt & lætantur, & in peccatũ mentibus per suggestiones clamare, & somnum horribilem facere comprobantur. Et ideo de vespere peccati põt homo dicere de anima sua illud. Ezec. 24. Mortua est vxor mea vesperi: Vel dic ꝙ vespera est mundi prosperitas, & dic per omnia sicut supra.

## De nocte. Cap. 56.

Nox à nocendo est dicta. Nocet. n. oculo, quia à sua ꝑfectione. i. ab actu videndi ipsum priuat, & rerum colores in quibus delectatur, occultat. Nox igitur ab vmbra terræ inter nos, & solẽ interposito causaẽ, à qua lux solis intercipitur, & illa aeris obscuritas, quæ nox dicitur generatur. Et est nox horror. s. & timoris inculsiua, illusionũ & phantasmatum in dormientibus inductiua, immundorũ animalium, & auium est nutritiua, sicut patet de lupis, & apris, qui plus discurrunt de nocte, q̃ de die, agros & vineas, deuastando. Ipsis vero malis est nox securitatis aliquotiẽs effectiua, inquantum. s. est scelerum suorum occultatiua, & verecundiæ sublatiua, & audaciæ ad perpetrationem criminũ causatiua. In mari vero cum via eundi ad portum nõ cognoscitur, est nox periculi inductiua, & quia medium temporis occupat, iõ est nox medietatis vitæ nostræ insensibiliter consumptiua. Talis nox per omnia est peccatum, quia pro certo culpa mortalis est illa nox quæ oculo mẽtis nocet, & officit, inquantum lumẽ solis. i. Christi gratiam sibi tollit. Visum. o. veræ dilectionis impedit, & colores. i. veram notitiam rerũ à nobis contegit, & abscondit, quia pro certo illi qui nocte peccati grauantur, nunquam verẽ de rebus iudicant, sed per errores, & ignorantias obscurantur, & sepissimè deficiunt, & falluntur. ps. Posuisti tenebras, & facta est nox. Vmbra. n. terræ. i. fugax possessio bonorum terrenorum, quæ. s. inter nos, & solem iustitiæ Christũ per malum, & immoderatum affectum interponitur, noctẽ culpæ, & ignorantiæ in nostris cordibus operatur, per quam. s. terrorum phãtasmata generãtur, & timor, & horror desperationis aliquotiens inducitur. Vnde Sapien. 17. dicitur de peccatoribus, ꝙ vinculis tenebrarum, & longè noctis compediti pauentes horrendè erant, & cum admiratione nimia perturbati. Nox igitur culpæ solet immundas aues. s. peccatores lętificare, quia. s. isti sunt qui exultant in rebus pessimis. Prouer. 2. Et in mari huius vitæ viã ad portum salutis solet impedire, & damnationis periculũ generare. Latronibus. i. peccatoribus solet præsumptionem, & securam obstinationem concedere, inquantum Dei timorem, & virtutem verecundiæ solet eis tollere, & peccãdi audaciam immittere. Lupis etiam, & apris. i. tyrannis solet nox culpa fauere, inquantum ipsis præstat audaciam cõtra alios desæuire, & vineam, & possessiones pauperum rapinis, & exactionibus deuastare psal. Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ siluæ. Vel dic, quod significat vitium ignorantiæ, quæ lumen sapientiæ, & discretionis occultat, aerem mentis obnubilat, & in ipso vmbram mundanæ

danæ ꝓsperitatis vel peccati generat atq; causat. Ista est quæ auibus immundis.i.demonibus,& bestijs siluę.i.raptoribus, lattonibus.i.hęreticis,& alijs deceptoribus patrociniū præstat,& eis audaciam ad malum tribuit, inquātum oculos, & intellectus simplicium cum quibus habent lacere, obnubilat & obscurat. Cū ēt est periculi,& submersionis æteroꝝ,& naufragiū per mundū nauigantibus administrat, inquantum cognitionem viæ salutis impedit & retardat. Vel dic ꝙ nox est mundi prosperitas, quæ.s.facit oia supradicta, quia sicut dr̄

a Ioan. 11. q ambulat de nocte,offendit,quia lux non est in eo. ¶Ne noa ꝑ ꝑ solis absentiam esset penitus indecora, voluit eam Deus stellarum splendoribus illustrare, vt motu syderū nauigantes dirigerentur, aeris obscuritas temperaretur, & aeris grossities & densitas tenuaretur. Est aūt nox frigida, & humida, & quieti animalium virtutum necessaria. Virtutes .n.naturales quæ diurno labore fuerant debilitatæ,& quiescunt,& confortantur per noctem coadunatæ. Vita præsens est nox.s.tribulationis,q.a.s.à præsentia solis Christi,& ab ipsius gratia destituta vr̄, inquantum.s.homo tribulationi exponitur, & tribulari permittitur. Veruntū semp ad sunt ibi stellæ.i.aliquæ diuinæ cōsolationes,& illuminationes, quæ tenebras.i.noctem tribulationis temperant,& ipsam per bonam spem illuminant,& illustrant, quia pro certo nunquā est noa tribulationum tanta, vt à stellis diuinæ consolationis sit penitus aliena, quinimo ſm prophetam, ſm dolores, & tribulationes, multiplicantur diuinæ cōsolationes. psalm. Nox sicut dies illuminabitur, sicut tenebræ eius, ita & lumē eius. Noa vero ista valde vtilis aiæ solet esse, inquātum.s.poros sensuū & affectuum solet claudere, & somnum cōtemplationis mē tis,& quietem melius prouocare, quia pro certo cum iustus exterius tenebris tribulationum tegitur, mentales sui affectus in seipsos clauduntur, & mens à vanis desideriis dulciter quietatur. Psal. Nox illuminatio mea in delicijs meis. Vel dic ꝙ noa est vita præsens, quæ pro certo propter solis Christi absentiam indecora fieret, nisi stellarum.i.sanctorū iustorum præsentia ipsam exēplis,& doctrinis illuminaret,& dē siitate m suorum defectuū tenuaret. ¶ Ois infirmitas plus in-

3 tenditur generaliter nocturno tēpore q̄ diurno,& noa stellis irradiata,& nubibus humectata est quieti penitus dedicata. Talis est mundi prosperitas, in qua stellæ mundi consolationū resulgent,& somnus pigritiæ, & nubes ignorātiæ abūdant, quia.s.omnis infirmitas vitiorum tunc tēporis plus augetur. vix.n.est dare aliquod vitium quod in prosperitatē habentibus non augmentetur, sicut patet de diuitibus, & potētibus, qui magis sunt luxuriosi, auari, superbi,& desidiosi ho

b minibus tribulatis.¶ Noa in quatuor vigilias antiquitus solebat diuidi. Quia.s.in castris & exercitibus, per quatuor noctis partes.s.concubium, conticinium, intempestum,& galli cantū solebant ad vigilādum excubiæ ordinari. Sic verè nox turbulentæ uitæ nostræ quatuor habet partes, in quibus necesse est vigilare,& ad salutem aiæ attēdere, & vacare.s.pueritiā, iuuentutē, senectutē,& seniū. In exercitu.n.mentis nostrę,& potentiarum, & virtutum aiæ debemus excubias rōnis constituere in quatuor partibus vitæ nostræ, vt sic possimus insultus,& tentationes demonum præuidere,& de salute aiæ prouidere, quia sicut dr̄ Lucæ 12. Si pater familias.i. Deus in prima vigilia,& secunda nos vigilātes inuenit, beati sunt serui illi.¶ Noa nihil est aliud quàm defectus seu carē

5 tia lucis,& præsentiæ solis. Vmbra.n.terræ inter nos, & solē posita, lucem nobis intercipit,& sic noctem,& obscuritatem in aere introducit, Nox significat mortem, quæ nihil aliud est quā carentia lucis vitæ. Quando enim vmbra terræ.i.defectus nostræ terreæ mortalitatis inter nos, & solem æternitatis ponitur, tunc necesse est, ꝙ noa.i.mors & vitæ carentia generetur. Gen. 1. Vocauitque tenebras noctem.

1 *De Sabbato. Cap. 57.*

SAbbatum erat in antiqua lege principium septimanæ, festū.s.qđ summopere celebrandum fuit, eo ꝙ in die septima dominus in principio à creatione nouarum specierum requieuerat. & sic sabbatum illud fuit quod de tempore requies sibi vendicauit, & quod sibi deus consecrauit. In isto.n.festo dominus requiē ab omni seruili opere indixit,& tam dominos quam seruos, tam iumenta quam homines, requiescere iussit. Igitur ista die ignis in iudæorū, domibus non accendebatur, & cibus ibi necessarius die præcedenti præparabatur indumentis cultioribus populus vestiebatur,& cibis lautioribus vtabatur, templū amplius frequētabatur, laudes, sacrificia, & orationes maiores domino reddebantur, omnis discursus,& vagatio prohibebatur,& ab oī motu,& labore populus quiescere iubebatur, sicut hoc totū patet in diuersis locis, & passibus scripturarum. Per sabbatū potest intelligi quies glorię paradisi, quæ.s.die & ætate septima reperit. Illa est.n.vbi ab operibus,& laboribus requiescitur,& vbi sempiterna festiuitas celebratur. Leuit. 16. Sabbatū requietionis est. Ibi.n.non est ignis alicuius malæ cupiditatis, sed præparatio cibi maioris voluptatis,& lautioris,& perpetuæ fertilitatis, cultiorque vestis æteroꝝ claritatis,& iocūditatis, iuxta illud Iob 40. Circunda tibi decorem,& in sublimi erigere,& esto gloriosus, & speciosis induere vestibus. Veruntamen in die præcedenti.i.in vita ista, est necesse cibos istos per bona opera pręparare,& voluptatē gloriæ paradisi per præcedentem pœnitentiam dum viuimus procurare. Eccl. 25. Quæ in iuuentute tua nō congregasti, quomodo in senectute tua reperies? In sabbato igitur paradisi templū trinitatis frequentatur, sacrificium laudis immolatur, mens in Deo perfectissimē quietatur,& ois discursus & labor,& tribulatio penitus abdicatur. Apoc. 14. Amodo.n.iam dicit spiritus, vt requiescant a laboribus suis, opera.n.illorum sequūtur illos. Vel dic oia de quiete mentis, quæ in septenario virtutum,& donorum consistit, ubi.s.omnis motus,& labor exteriorum negotiorum,& omne opus seruile peccati sistitur, & quiescit, quia.s.tale sabbatum.i.talis quies mentis est Deo specialiter dedicata, in quo omnis desideriorum inquietas est à perfectis cordibus abdicata. Ignis cōcupiscentiæ ibi solet deficere. Cibus eucharistiæ,& doctrina lautior accedere. Indumentum honestæ conuersationis pollere. Templū orationis frequētari, & sacrificium gratiarum actionis dominę immolari. Et istud est perfectum sabbatum. s. quies & vitiis & desiderijs inordinatis, in quo reliquiæ cogitationis peragūt domino diem festum Neemiæ 9. Præcepta bona,& sabbatum sanctificatum ostendi eis. Vel dic, ꝙ sabbatum potest intelligi quælibet solennitas,& festiuitas ecclesiæ, in qua pro certo debemus ab operibus mortuis quiescere, & a vagatione mentis,& corporis cessare, templa & altaria frequentare, laudi & orationi vacare, cibum deuotionis & eucharistiæ sumere; indumenta honestæ conuersationis induere; & uestire, quia pro certo sicut antiquitus in sabbatis lex a sacerdotibus explicabatur;& arma sumere illicitum; nisi pro legis defensione; putabatur;& qui frangebat sabbatum; interficē iubebatur, sicut patet Numeri 15. sic verè in diebus festiuis, lex Dei debet a sacerdotibus prædicari, bellare non licet aut rixari, imo quicunque peccato vel illicita operādo festa violauerit, necesse habebit a Deo finaliter interfici vel damnari.

*De Neomenia. Cap. 58.*

NEomenia erat antiquitus festiuitas nouæ lunæ, seu principium mensis lunaris, quia scilicet iudæi computabant menses secundum lunationes. In principio vero sui mensis scilicet prima die nouæ lunæ, solennitatem faciebant quam neomeniam appellabant, in qua cum tubis corneis buccinabant, & ad solennitatem populum aduocabant, & in corneis tubis parētes suos fuisse pastores pecorum memorabāt. Per lunam intelligitur Deus iuxta illud psalm. Sicut luna perfecta in æternum,& testis in cælo fidelis. Et sic per festum neomeniæ potest intelligi natiuitas redemptoris, in qua scilicet Dei filius miro modo extitit innouatus, inquantum homo mirabiliter est affectus. Ista est enim solennitas gloria, quam deuotē debemus colere, in qua deū laudando debemus psallere, & ad Dei laudem tubis prędicationis alios inuitare. psalm. Buccinate in neomenia, tuba in insigni die solēnitatis vestræ, quia pręceptum in Israel est.

(right margin, beside the first line of this chapter: 1; beside the last line of this paragraph: 2)

¶Septuagesima est spatium septuaginta dierum pascha pręcedentium, per quod quidem septuaginta anni captiuitatis babylonicę denotantur, in qua quidem captiuitate incolatus præsentis miserię designatur, & eiectio Adam & humani generis a paradiso, præfiguratur. Et ideo de ista eiectione. & præsentis vitæ incholatus, & miseriæ inchoatione ibidem mentio recitatur. Et propterea quatuor lætitiæ cautica.s.gloria in excelsis, alluia, te Deum,& gloria patri, in fine psalmorum vsque ad pascha dimittūtur, in pascha vero (per quod status futuræ resurrectionis intelligitur) reassumūtur,

Ad

Ad denotaodum q tunc humana miseria sicut quædam septuagesima termioabitur, & humanæ naturæ lætitia restitue tur, sicut in summa Ioanois Beleti de officijs ecclesiasticis cõ tinetur. Quæ quia aliter exponuntur, hoc solum igitur super addo, quod quotiens in mẽte nostra nostri incolatus, & præ sentis vitæ miseriam recolimus septuagesimę festum facim°. Cantica ergo lætitiæ depónamus, vt in paschate futuræ resurrectionis ipsa cum Christo solẽniter peragamus. ¶ Quin quagesima incipit per quinquaginta dies ante pascha, significans tempus remissionis, quod per iubileum, qui erat annus quinquagesimus, significatur. Ad denotandum, q .s. il lud est tempus pœnitentiæ, per quam finaliter peccatorum remissio obtinetur. Iubileus autem annus ante legem ẽm ali quos fuit institutus, quãdo .s. Loth qui erat quinquaginta annorum, ab Abraã extitit liberatus, sicut dicitur Gen. 14. Ad denotandum, q quando Loth in tempore declinans .i. pecca tor, ab Abraam patre multarum gentium .i. à Deo liberatur a vitiis, iubileus & quinquagesima requiei, & remissionis p-

4 petuæ expectatur. Numeri 8. Cum quinquagesimum cõpleuerint annum, seruire cessabant, eruntq; ministri. ¶ Sexagesi ma quæ sexaginta continet dies antequam pacha attingatur qoi .s. numerus sexagenarius ex sex decies ductus constat, potest significare statum actiuorum, in quo debet esse senarius sex operum misericordiæ, cum denario adimpletionis decalogicæ, ad hoc q dignè quis possit pertiogere ad pascha refectionis eucharistiæ. & ad statũ resurrectionis, & glorię. Vel dic q illi qui ad pascha eucharistiæ, & futuræ resurrectionis dignè pertingere cupiunt, quatuor tempora seruare debent .s. septuagesimam, hoc est dictu, memoriam præsentis miseriæ, & calamitatis, sexagesimam hoc est dictu, senarium elemosynæ, & pietatis, cum denario legalis, & decalogicæ sanctitatis, quinquagesimam .s. spem futuræ requiei, & fœlicitatis, & tandem quadragesimam .i. quadratum quatuor virtutum, & ieiunium afflictionis & pœnalitatis.

## *De Quadragesima.* *Cap. 19.*

1 Quadragesima est tempus quadraginta dierum, qui .s. a prima dominica quadragesimæ inchoatur, & in cęna domini terminantur. Et est quadragesima vouni tempus militiæ, & propugnationis, tempus ieiunii, & afflictionis, tempus etiã sanctitatis, & specialis dedicationis tempus etiam cõmutationis, & solutionis. Est dico tempus militiæ, & propugnationis, qoia .s. in quadragesima contra vitia pugnamus, & carnem per ieiunium, mundũ per elemosynam, diabolum per homilitatem soperamus. In signum cuius ipse Christus postquã quadraginta diebus ieiunauit, legitur a diabolo tentatus fuisse, & ipsum fortiter superasse. Matt. 4. Ad denotandum, q si quadragesimam ieiunemus, tentationes hostiũ superabimus. Et ideo bene sequitur q illud est tẽpus ieiunii, & afflictionis, quia .s. in ista quadragesima debemos corpus affligere, & à vitiis, & deliciis ieiunare. psa. Afflictus sum, & humiliatus sum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei. Tempus est etiam sanctitatis, & specialis dedicationis, quia .s. istud tempus à deo & a pphetis fuit cõsecratum, & tanquam sanctum domino dedicatum. Christus .n. quadraginta diebus ieiunauit, tandem verò de hostis tentationibus, vt dictum est, triumphauit. Lo. 4. Helias etiã dicitur quadraginta diebus ieiunasse, & tãdem ad montem dici Oreb peruenisse, sicut dicitor 3. Reg. 19. Moyses etiam legit quadraginta diebus, & noctibus ieiuniũ celebrasse, & sic legem à domino suscepisse, sicut dicitur Exo. 24. Populus etiã Israel legitur quadraginta aonis in deserto stetisse, & tandẽ ad terram promissionis peruenisse, sicut dr Deut. 29. Adduxit nos per desertum quadraginta anois. Ad denotandum q Christus tam ipse quam in prophetis istud tempus consecrauit, & sibi specialiter dedicauit. Ad denotandum etiam, q illi qui quadragesimam dignè peragunt, diaboli tentationes vincunt, ad montem Dei Oreb. i. ad Christum securè perueniunt, legemque Dei & eius mandata accipiont, & finaliter ad terram promissionis .i. ad paradisum attingũt. Item istud est tẽpus significationis, quia .s. per quadragenarium numerum, qui constat ex denario quater ducto, significatur, q nos debemus denarium mandatorum perficere, & quaternariũ euangeliorum, credere, & seruare. Item tempus est solutionis, & commutationis, quia pro certo in quadragesima deci mam temporis anni soluimus, & pro delictis nostris satisfacimus, & perpetuam pœnam nobis propter peccata nostra debitam, in temporalem per pęnitentiam cõmutamus. Exo. 34. Primogenitũ asini mutabis ove. In anno .o. sunt 366. dies & quarta pars diei, quorum omnium decimam faciunt 37. dies ieiunabiles, qui sunt in quadragesima, vt sic propriè quadragesimam habeamus pro tẽporis vitæ nostræ decima. Ie-

pocrisis, tonitruum cõminationis, fulgor rapinæ & inuasio-
nis. Istę. n. impressiones in illa parte aeris p agens diabolicũ
inducuntur. s. ignis, grando, nia, glacies &c. Ideo mouetur. 1.
Petti. 9. Abstinete vos a carnalibus desiderijs quæ militãt ad
uersus animam. Vel dic q aer qui volucrũ cœli est habitacu-
lum proprium. i. virorum spiritualium & sanctorũ, ecclesia
est, in qua. s. volucres & bestiæ. i. hoies boni & mali habitant
& morantur. Iste autẽ aer est medius inter infima. i. inter nos
alios homines q modo sumus de ecclesia, & suprema. i. ipsum
deũ & angelos. Et ideo aer iste. s. ecclesia, duplicẽ habet par-
tem. s. superiorem ecclesiam triumphantem, quæ est clara per
beatam visionem, puram per beatam fruitionẽ, calidã p bea-
tam dilectionem, vbi venti & procellæ tribulationem attinge
re nequeunt vel venire, quia ibi est pax & trãquilitas sempi-
terna, & hæc pertinet ad cælestem naturam. i. ad angelicã si-
militudinem & decorem. Ioãnis. 16. In mundo pressuram ha
bebitis, in me autem pacem. Sed est alia pars inferior. i. eccle-
sia militans mundi huius, quæ mari i. & terræ, ad litteram ele
mẽtis inferioribus, est vicina, vel mari. i. peccatorib. & terræ,
bonis & humilibus est coniuncta & in ista sunt venti & turbi
nes diuersarum tribulationũ & tentationũ, ex quibus aer iste
. s. ecclesia militans quotidie alteratur, & in suis qualitatibus
immutatur. Ideo de duplici ecclesia dicitur Es. 32. Sedebit po
pulus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiduciæ, in
requie opulenta. s. in ecclesia triumphante. Sequitur. Grando
enim in descẽsione saltus, & humilitate humiliabitur ciuitas.
scilicet ecclesia militans &c. Vel accipe per aerũ ecclesiã mi-
litãtem. Pars eius superior est religio, q est clara, & pura, & an
gelis vicina &c. Pars autem inferior est mundus, vbi sunt im
pressiones diuersorum peccatorum, quia ibi est nebula igno
rantiæ. ventus vanitatis & superbiæ &c. sicut supra de anima
Ista igitur pars est grossa per suprbiam, cõpacta p auaritiam.
turbulenta per ignorantiam, corpulenta per gulositatem,
& luxuriam, vel etiam per pigritiam, & naturæ terrestri. i. na-
turæ bestiarum & huiusmodi est vicina. Vbi etiã volucres &
bestiæ. i. boni & mali pariter cõuersant. Sed bestiæ in terra &
temporalibus remanent, aues autem. i. boni ad cœlestia se ex
tollunt, quia in domo magna non tãtum luq; vasa aurea & ar
gentia, sed etiam lignea, & fictilia. 2. ad Thimote. 2. ¶ Aer est 5
suijpsius diffusiuus, respirationis est auibus & bestijs ministra
tiuus, omnium volucrum contentiuus, bestiarum etiã & pe-
cudũ conclusiuus, suijpsius vsque ad interiora, animalium di-
stributiuus, & sic vsque ad interiora labitur, maximè corpũ
immutatiuus. Sic gratia & chatitss dei cifusa est in cordibus
nostris. ad Romanos. 5. Et sic spiraculũ deuotionis, auibus. i.
contẽplatiuis, & bestijs. i. actiuis, tribuit & ministrat, & sic tã

vola

volucres quàm animalia cõtinet & præseruat, & vsque ad eo rum interiora.i.ad cor & ad conscientiam diffunditur & subintrat,& ideo ipsos ĩ bonis motibus viuificat & immutat. sine.n.aeris istius attractione nullũ animal potest viuere qoo ad deum,imo nisi illum attraxerit, necessario moritur morte culpæ,& etiam finaliter morte pœnæ. Incuruatus sum mul to vinculo ferri,& non est respiratio mihi.2.Paralipo.vltimo.
6 psal.Os meum aperui,& attraxi spiritum. ¶ Aer secundum Aristotelem ea causa triplici inspissatur scilicet ex vapore partes terrestres suas cum aere permiscente,vel ex frigiditate partes aeris congelante,vel ex annui aeris congeneratione, se eum altero coniungente. Rarificatur autem ex causis contrarijs,scilicet propter vaporum consumptionem & decisionem, vt patet in pluuia.Secundo propter caloris attenuã tis actionem,vt patet in æstate.Tertio propter ignis ea patti bus aeris generationem: quia quando aeris partes in ignem conuertũtur,tunc alter aer rarificatur, inquãtum ad loci præcedentis repletionem extenditur. Sic rectè aer conscientiæ per peccatum tripliciter condensatur,& remouetur a lympi tudine puritatis. Nã quãdo vapor terreus.i.affectio & amor rerum corporalium & cupiditas se cum aere conscientiæ im miscet,tunc per peccatum auaritiæ cõdensatur. Quãdo etiã frigora timoris ipsum aerem conscientiæ congelant & coostringunt,tunc per peccatum desperationis multotiens condensatur.Quando et nouus aer generat.i.quãdo amor illicitus & affectio in corde introducitur, tunc similiter per pecca tum luxuriæ.condensatur. Et breuiter vel ex amore malè inflammate,vel ex timore malè deprimente, vel ex auaritia & ardore malè occupante semper in corde introducitur densi ras peccatorum. Sed pro certo cõscientia rarificatur per gratiam,ex causis contrarijs. Nam si contra vapores terreos diuitiarum quibus cor incorporatur, adhibeatur pluuia largitatis,per quam vapores huiusmodi super terram aridam.i.super paupertatẽ dispergũtur,tunc dico q aer cõscientiæ serenatur. Ideo Iob.37. Aer cogetur in nubes,& ventus trãsiẽs fugabit eas. Ventus dico largitatis dispergit puluerẽ diuitiarum. Item si calore charitatis frigus timoris de cõscientia re pellatur,& per ipsum calorem, peccati grossities extenuet, tunc dico q similiter serenatur,quia perfecta charitas foras mittit timorem. 1.Ioannis.4. Item contra amorẽ malẽ etiam maorem, si de partibus aeris i.de cõscientia ignis diuini amo ris educatur,tunc dico q cõscientia depurat, quia sicut maior calor attrahit & extrahit minorẽ calorẽ, vt patet de fon tibus in æstate, sic si ignis & calor diuini amoris in cõscientia inceodatur,calor minor, scilicet terrenorũ affectio,ab eo totaliter absorbetur,quia dies diem lupetat,& lux lucem,& sol solẽ &c.Ecclesiast.33. Et sicut in vltima parte aeris multæ fiunt impressiones,ita in sensualitate animæ &c. vide bene
7 supra de anima.¶ Aer aliquoties immutatur ex caudetũ & paludum vicinitate,qa vapores ex talibus resolnti,se cũ partibus aeris immiscentes, ipsum inficiunt & corrũpũt, & hoc summè accidit in tempore æstatis,& hoc quia tunc aer est pu rior,& ideo conuertibilior in huiusmodi corruptelã. Sic arr .i.bona & pura persona aliquotiens peccati luxuriæ corrumpitur,quando scilicet cadaueribus & paludibus ĩ. plonis cor ruptis per luxuriam & infectis vicinatur,quia ex huiusmodĩ rebus ascendant vapores corrupti,.i.mala verba & suggestiones,tentationes & occasiones,quæ cum insia cor & cõscientiam istius aeris per auditum & complacentiam immiscent, tunc dico inficitur per delectationem, corrumpitur per con sensum,& turbatur per operatione, & hoc summè accidere consueuit in æstate psperitatis, quæ scilicet sicut æstas fructibus.i.mundi consolationibus est repleta, quia verè, prosperitas luxuriæ est amica. Figura Apocalypsis.9. Ascendit fumus
8 de puteo abyssi,sicut fumus fornacis magnæ. Et sicut dicitur ibi,obscuratus est sol & aer de fumo putei &c. vide ibi.¶ Aer de sui natura est mobilis & alterabilis & mutabilis ĩ oppositas qualitates,quia ex vapore terræ & maris sępius alteratur. Nã si in aere vapor venenosus vel turbidus misceatur in ob scuritatem similiter transmutatur. Et est aer propter sui puritatem solatis luminis receptiuus,& sui vsque ad sphærã ignis superius extensiuus. Et quanto aer a terra & aqua fuerit remotior,& igni & cœlo vicinior, tanto purior inuenitur. & similior est ætheræ puritati. Rectè talis est volũtas humana, quia ex sui arbitrij libertate mutabilis est & mobilis ad contrarias qualitates,quia si homo aliquid modo diligat & appetat,statim potest eius velle cõtrarium,& ab eo resilire, & sic non est de actibus aliarum potentiarũ. Ex vaporibus etiam i.ex tentationibus cogitationibus & delectationibus, quæ ex terra & aqua.i.ex carne & sanguine superi' eleuant, & infra substantiam ipsius aeris scilicet mentis & voluntatis immiscentur,ipsa volontas multotiens alteratur. Vel per aquã accipe carnem. Per terram autem accipe mundũ, quæ immutant & variant hominis voluntatem vt in ea diuersæ impressiones.i.diuersa peccatorum genera producantur. Figura.3. Re.18. vbi nubecula.i.modica cogitatio vel delectatio ascẽdit de mari.i.de carne vsq; sursum.i.ad aerẽ volũtatis,& statim sequutæ sunt pluuiæ luxuriæ,& grandines auaritiæ,& huiusmodi. Vide melius de malia impressionibus supra de aia. Hic autem aer,scilicet voluntas,propter sui naturalem puritatem,est cœlestis luminis.i.diuinæ gratiæ vel etiam sapientiæ receptiuus,& a terra.i.a terrenis vsque ad sphærã ignis.i. vsque ad cœlestia & æterna est suijpsius extensiuus,quia voluntas potest diligere & insima,& supema,& vno relicto,se ad aliud eleuare, & ğto a terra & aqua.i.a mundo & carne remotior per vitæ perfectionẽ,& cœlo & cœlestibus propinquior per contemplationem, tanto purior per castitatem, calidior per charitatem,lucidior per sapientiæ claritatem,& similior ætheræ.i. supremæ & angelicæ puritati p omnimodã conformatem. Spiritu ergo ambulate,& carnis desideria
9 non perficietis.ad Galat.5.¶ In aere secundum Aristotelem generantur diuersæ impressiones igneæ quæ stellæ a vulgo esse creduntur,de nocte cadentes, quæ nihil aliud sunt quã vapor calidus & siccus per ignis violentiam inflammatus cuius materiam nonvidemus, sed ignis nobis tantum apparet, qui propter remotionem stella esse videtur. Quia autem statim consumpta materia deficit, ideo a simplicibus stella vna creditur cecidisse. Sic in aere, idest in ecclesia sunt multæ stellæ non fixæ, sed fictæ, scilicet hypocritæ, qui propter splendorem bonæ apparentiæ, stellæ esse creduntur.i.viri iusti et boni,& tamen non sunt nisi vapor ad modicum parens. Iacob. 4. Quorum materia.i. interior conscientia nõ videtur, quæ p certo est vapor calidus per cupiditatem,& siccus p indeuotionem & impietatem. Ignis tamen.i.exterior lucens apparẽ tia videtur,propter quam creditur esse stella. Sed pro certo consumpta materia ignis huiusmodi.i.amota fictione, q ignẽ hoc est apparentiæ nutriebat,tunc deficit & extingnit ignis iste,qñ.s peccatorũ luorum vilitas declaratur. vnde Iob 18. Lux.n.impij extinguetur, nec splendebit flamma ignis eius. Et tunc quando cadunt de aere ecclesiæ vel religionis,creduc simplices stellam cœlestem.i.aliquam bonam personam per peccatum cecidisse,quod tamen non est ita, quia solus vapor
10 cecidit & transiuit, & stellæ cadent de cœlo. Matt.24. ¶ Constantinus reddit rationem quare aer est in monte frigidior quam in valle,& dicit q oẽ subtile per motum & exhalationem infrigidatur,& quia ibi maiores & frigidiores venti vẽ tilant, ideo propter eorum motum est ibi frigidus aer. Sed econtra aer in vallib. quiescit a motu,& p cõsequens calesit & ardescit. Macrobius autem aliam rõnem assignat, quia dicit q radij solares in vallibus plusquam in montibus aggregantur, & ideo ibi fortius refringuntur, & exinde ibidem calor fortior generatur, qa repercussio radiorũ ardẽtiũ ad centrũ est cã caloris ẽm ipsum. Montes sunt prælati,clerici, diuites, & maiores,qui præ cæteris eminent dignitate. Valles autem sunt subditi & minores. Est aer conscientia vtrorũq;. Sed pro certo in montib.i.in maioribus, est aer conscientiæ frigidus per indeuotionem, quia omne subtile.i. omnis conscientia,quæ de se est subtilis & discreta, discernens ĩp toter bonum & malum pp motum & exhalationem, hoc est propter eius ad diuersa negotia applicationem, infrigidatur per indeuotionem. Sapien.9. Deprimit inhabitatio terrena sensum multa cogitantem. Et ideo cum in montibus perflet maior ventus.i.exhalatio vanitatum, & cum ex hoc aer qui est in montibus.i.conscientia iudicum & maiorum per diuersa negotia & desideria vndique moueantur, hoc est q aer suæ conscientiæ à calore charitatis paulatim spoliatur, & frigore indeuotionis totaliter cõgelatur, quia verè occupatio circa mnndana est causa, quare de conscientia calor charitatis euaporat. Sapien.2. Spiritus diffundetur sicut mollis aer. Sed econtra in vallib.i. simplicibus subditis & humilibus quiescit aer conscientiæ à motu hmôi negociorum, & per consequens calor charitatis non exhalat, sed ibi potius augmẽtatur,

tur, quia. s. in uallib. & humilib. radii solares. i. diuinæ influẽtiæ magis q̃ in montib. & potentib. & superbis aggregãtur & multiplicantur, quia radij diuinæ inspirationis tẽdunt ad centrum humilitatis, non ad superficiẽ vanitatis, qui sicut di Luc. 1. Respexit dominus humilitatem &c. Et quia radij diuinorum beneficiorum ibi refringuntur, inquantum. s. per gratiarum actionem ab ipsis humilib. iterato in deum supernus reflectuntur (quod quidem non est in montibus & superbis, quia de nullo gratias agunt deo) ideo dico quod in istis vallib. calor charitatis intensiur generatur. In istis aũt montib. maiora indeuotionis frigora perseuerant, tũ quia ibi nõ sit fractio & reflectio diuinorum beneficiorum q̃ recipiunt s. per gratiarum actionem, tum quia vẽtis vanitatũ & negociorum exponuntur. Iob 34. Quib. non est operimentum in die frigoris. Isti. n. amittunt pallium. i. charitatem, in die frigoris. Prou. 25. Subtile. n. per motũ frigescit, quia. s. p p mot° negotiorum, illi qui plus sunt in mundanis subtiles & sapiẽtes, sunt per indeuotionis frigora præ cæteris tepefcentes, quia sapientes sunt vt faciant mala. Vel dic quod isti sunt superbi & præsumptuosi, quorum conscientia sp est indeuota.

11 ¶ Aer quanto ex vaporib. terræ & maris spissior efficitur, tãto solis in eo fortiorem calorem gignit. Et ex repercussione solarium radiorũ in aere humido, sicut dicit Aristo. in libris Meteororum) ibi colorum plurium varietas generatur, vt patet in Iride. Sic quanto hõ per incorporationem vaporũ. i. alienarum miseriarum densior efficitur per compassionẽ, tanto sol iustitiæ maiorem ibi imprimit calorem. i. gratiam, charitatem & deuotionem, & ex repercussione radij solaris. i. diuinæ gratiæ in aere. i. corde humido per pietatem, color virtutum multiplex generatur &c. Eze. 16. Vestita es bysso

12 & polymito & multis colorib. ¶ Aer secundum Constantinum est elementum simplum. Et est aer substãtialiter humidus ex natura propria, sed ex vicinitate orbis est calidus. Et est aer suspsius diffusiuus, & sui a terræ & maris superficie vsq; ad sphæram ignis extẽsiuus, subtilis & perspicuus, & solaris luminis receptiuus. Sic vir iustus est simplex & disco opertus & apertus, non per falsitates & cautelas inuolutus, & humidus est naturaliter per mansuetudinem & pietatem. Sed ex orbis. i. Christi vicinitate & imitatione calidus est p charitatem. s. gratuitam, quia charitas naturalis potest inesse homini a natura, charitas vero gratuita non est nisi a deo. Hic est etiam suspsius diffusiuus per largitatem & cõpassionem, & sui a terra. i. a t palib. vsq; ad sphæram ignis superius. s. ad cælestia eleuatiuus per æternorum contemplationem. Hic est purus per castitatem, perspicuus per honestatem, cælestis luminis receptiuus per sapientiæ claritatem. Vnde Sapi. 2. Spiritus. i. vir spiritualis, diffundetur tanquã mollis aer.

13 ¶ Aer sm Constantinum, maxime corpus immutat, quia vsque ad interiora cordis & spirituũ diffunditur & subintrat, & nutrimentum spiritib. tribuit & ministrat, & ideo si fuerit purus & clarus, spiritus facit lucidos atq; puros, & sic ipsos meliorat, & ipsum cor ab inflammatione calorum impedit & retardat. Et si mediocriter in suis qualitatib. fuerit tẽperatus, vitam continuat & conseruat. Econtra autem si distemperatus fuerit & imbutus vaporib. venenosis, tunc pessimas in corpore generat passiones, quia. s. attactus talis aer, cor & spiritus inficit, & sic vitam abbreuiat & consumit. Talis recte est sapientia & doctrina, quæ per os animæ. i. per auditum vsq; ad interiora. i. vsq; ad conscientiam se diffundit, & ideo ipsis interiorib. spiritib. i. ipsius animæ affectionibus tribuit nutrimentum. quia sicut corpus cibariis nutritur, sic anima sapientia impinguatur. Deu. 8. Nõ ex solo pane viuit homo, sed ex omni verbo quod egredit de ore domini &c. Et ideo si ipsa doctrina fuerit clara sine obscuritate, pura sine falsitate, tunc vere ipsos spiritus interiores. i. aie affectiones reddit claras puras, & ipsum cor. i. conscientiã & voluntatem seruat ne per ardorem vitiorum inflammetur, & sic vitam gratiæ continuat & prolongat Ecclesiasti. 4. Sapientia filiis suis vitam inspirat. Sapientia enim tribuit possessori suo, sicut dr Ecclesi. 7. Sed econtra si aer iste scilicet doctrina fuerit vaporib. venenosis, verbis & sentẽtiis erroneis sit intermixta, vt est doctrina & sapientia hæreticorum, & etiã mundi, tunc dico q cordi a quo attrahitur. i. personæ quæ in hmõi scientia occupatur pessimas passiones, errorum. s. & vitiorum facit, & sic vitam gratiæ attenuat & cõsumit, & mortem culpæ & pœnæ approximat & inducit. Quia prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus vita & pax. ad Roman. 8. Vel dic q aer purus & clarus significat p deuotionẽ gratiam & discretionem, vel ẽt bonæ societatis coniunctionẽ, quæ. s. facit hoiem omnia bona prædicta. Aer vero impurus est mundi prosperitas, mala doctrina, mala exẽpla, & mala societas & c. per omnia sicut supra. ¶ Aer cũ habeat duas partes, in inferiori tñ variæ impressiones fiunt, quia. s. aer cõ- 14

ctatus facit corruscationes, & tonitrua. Contractus nubila. Conspissatus pluuias. Congelatus niues & grandinẽ. Dilẽtus serenitatẽ generat atq; causat. Sic cũ in aia sint duæ partes. s. ratio & sensualitas, in ista tamen sensualitate, quæ est pars inferior diuersæ impressiones. i. diuersa teotationũ genera commonentur, quia si concitetur per iracundiam, tũc ventos vanarum loquutionum, corruscationes fictionum, tonitrua comminationum fulgura etiam inuasionum ab ea emittuntur. Si autem per adulationẽ contrahatur, tũc in ea nebula ignorantiæ generatur. Si per delicias inspisset, tunc pluuia luxuriæ deriuatur. Si per auaritiam congeletur, tunc niues diuitiarũ insimul adunantur. Si vero dilletus p pniam fuerit, tunc serenitas & tentationum alietas præparatur in via, & etiam glotiæ serenitas in futuro. Allega si potes &cç.

¶ Aer quanto a terra est remotior, & cœlo vicinior, tãto est 15 purior, & ætheræ puritati similior & econuerso. Sic verè mens humana quanto per contemplationem cœlestium est magis alta, & a terris. i. amore terrenorum magis per contẽptum remota, tanto est per innocentiam magis pura, & puritati angelicæ plus vicina.

## *De Impressionibus. Cap. 11.*

CVm ipressionũ generentur diuersa genera primo & 1 ante oia dicẽdũ est de impressionib. q̃ fiunt in materia calida & sicca. Est igit notandũ q superius generatur qdã impressio quæ vocatur candela. Et est cade la impressio aeris in inferiori parte aeris generata ex vapore calido & sicco, per motum firmamenti, & virtutem ignis quæ quia habet latitudinẽ & longitudinem æqualem, ideo rotunda intuentib. apparet. Sic prælatus est candela cæteros illuminans per doctrinam, in prima parte. i. in dignitate & superioritate aeris. i. ecclesiæ per motum & inspirationem, cœli, i. Christi, & virtute ignis spiritussancti per charitatẽ inflammatus, & factus prælatus populi vel candela, quia nulli debet esse prælatus, nisi motu & inspiratiõe firmamẽti. Christi fuerit euocatus. Qui vocatur a deo, sicut Aaron. ad Heb. 5. Hic debet esse æqualis, per omnes sui dimentiones & per regulam æquitatis, vt ex vna parte non sit extensior quam in alia per personarum acceptationem, sed æqualiter sit ei cura de omnib. Sapien. 6. Ideo Apocal. 21. Longitudo eius tãta est, quãta & latitudo. Ibidem. Latera ciuitatis æqualia sint. ¶ Item est impressio quæ dicitur ignis longus. Et est vapor 2 calidus & siccus in prima parte aeris inflammatus propter ignis virtutem & motum firmamenti, carens latitudine manifesta respectu suæ longitudinis. Et dicitur hæc impressio draco euomens ignem. Sic bonus homo debet esse ignis per feruorem dilectionis, longus per vigorem durationis calidus per charitatem, siccus per castitatem. Qui in prima parte aeris. i. in principio vitæ suæ per virtutem ignis. i. spiritussancti & per motum & influentiam orbis. i. Christi per gratiã inflammatur, & habet maiorem longitudinem perseuerantiæ, quam habet longitudinem charitatis, q a multi licẽt sint parum feruentes, tamen sua parua perfectione optime perseuerant, & ideo sicut draco, qui est animal longum, ignem charitatis euomunt, inquantum. s. tales longi sunt & pseuerantes, & in ignem & charitatis feruorem, a seipsis quodam modo repellunt 1. Paral. 20. Ibi fuit longissimus &c. Vel põt dici quod tales sunt mali diuites, qui caudã. i. familiam valde longam, charitatis tamen & liberalitatis latitudinem habent paucam. Isti ergo per auaritiam inflammantur, & ideo dracones per rapinam & crudelitatem vocantur. ¶ Item est 3 impressio quæ dicitur assub descendens. Assub est impressio aeris per motum cœli & ignis vicinitatem & virtutem inflammata & est duplex secundum Aristotelem. s. ascendens & descendens. Ascẽdens. n. propter leuitatem & subtilitatẽ materiæ petit superiora, sed descẽdens propter frigus circũstans & materiæ grauitatẽ, inferius inclinatur. Sic iustus debet esse inflammatus p charitatem, & hoc per motum & inspira-

ſpiratione ipſius cæli.i.Chriſti & virtutē ignis.ſ.ſpiritusſan
cti.Sed duæ ſunt ſpēs huius impreſſionis.ſ.iuſtorū, quia aliq
ſunt aſcendentes.ſ.ad cæleſtia contēplanda,ſicut religioſi &
contēplatiui,qui pp leuitatem paupertatis & ſubtilitatē.i.
conſcientiæ puritatē euolant ad ſuperna.Alij aūt econuerſo
ſunt actiui,qui pp pondus negociorum mūdanorum, & fri
gus indeuotionis,ad mundana deſcendere compelluntur.
Deu.28.Aſcendet ſuper te,& erit ſuperior tu antē deſcēdes
& eris inferior.Vel iſta poſſunt dici de bonis,qui aſcendunt
per auaritiam inferius ad terrena.Vel pōt dici de aīa ſalua-
ta,quæ inflammata charitate,ſurſum ad paradiſum aſcendit
& de damnata,quæ igne perpetuo inflammata ad infernum
4 deſcendit.¶ Item eſt impreſſio quæ dr̄ ignis perpēdicularis,
in ſuperiori parte aeris generata calido & ſicco,habens lati
tudinem in profundo,& longitudinem in alto ad modū fi-
guræ pyramidalis,per virtutem ignis & per firmamenti mo
tum inflammata.Aer eſt eccleſia,cuius ſuperior pars religio,
in qua ignis perpenditur.i.in qua perſonæ debent per mor-
tē & inſpirationem cæli.i.Chriſti,& virtutem ignis.i.ſpiritus
ſancti ſuperius generari.Et dicuntur ignis per charitatem,
perpendicularis per æternorum contemplationem,in qui-
bus ſuſpenditur mens deuota.Iob.7.Elegit ſuſpendium aīa
mea.Hic eſt longus per pſeuerantiam,a parte ſuperiori ſtri
ctus,ſemper.ſ.proficiendo & perſeuerando in melius,& ſu-
perius per bona opera propinquando ad cælum.A parte au
tem inferiori.ſ.quo ad ſocios & proximos debet eſſe latus p
charitatem & dilectionem,& ſic omnes lineæ.i.omnes eius
affectiones debent in angulum alligari.i.in ipſum vnum ſo-
lum deum terminari,vt omnia faciat propter ipſum s. Ma-
chab.8.Oēs obediunt vni.Vel principium eius i. iuuentus,
debet eſſe latū per charitatem,extremitas autem.i.eius ſene
ctus:ſit acuta & ſimplex per affectionum vnitatem &cęt.

## De Vento. Cap. 12.

1 VEntus ſm Cōſtantinū,eſt vapor frigidus & ſiccus,ex
terris & aquis per calorem reſolutus,aerem per ſui in
corporationem fortiter cōmouens & impellens.Per
ventum chariſſimi poteſt intelligi aliqua vana & ventoſa p
ſona,ſicca per indeuotionem,calida,& feruens per auaritiā
& ambitionem,quæ quando a terræ & mari.i.de alienis par
tib.veniēs,incorporatur in aere.i.in aliquo collegio patria
vel hoſpitio,& tunc pro certo non ceſſat totum aerem iſtū
in quo eſt.i.ſocietatem,patriam , collegium vel hoſpitium
tribulare,& nunc detractionibus,nunc iniurijs , nunc falſis
machinationibus perturbare,& per diſcordias & triſtitias
agitare.Iaco.3.Naues cum magnæ ſint,a ventis validis cir-
2 cunferuntur.¶ Ventus circulariter proceſſiuus,& non recte
ſed tortuoſē,terræ vndiq; giratiuus,palearum leuatiuus, ci
neris & pulueris in cauernis & angulis aggregatiu'.Sic aua
rus non rectē vadit vel procedit per veritatem,ſed rectē va
dit vel procedit per veritatem,ſed circulariter & tortuoſè
per cautelas & falſitatem 2.Paral.25.Ambulauitq; non re-
cte.Vel etiam circulariter procedit,inquantum de mercato
ad mercatum,de placito ad placitum circurrit & vagatur,
vt diuitias accumulet & acquirat,quia in circuitu impij am
bulant.Et ſicut dicitur Eccl.1.Luſtrans per vniuerſa in cir-
cuitu pergit ſpiritus &c.Et ſic paleas .i.mundi bona parum
valentia eleuat & amplectitur per amorem,& puluerem &
cinerem diuitiarum in cauernis & abditis,hoc eſt , in arcis
ſuis & ſcrinijs accumulat & augmentat, & hoc per motum
& turbinem,hoc eſt dictu,per auaritiam & rapinam.Abac.
2.Væ ei qui multiplicat non ſua,vſquequo aggrauat contra
ſe denſum lutum ?¶ Ventus perflans aerem & aquam,eſt inę
3 qualitatis ſuarum partium cauſatiuus,quia ſicut dicit Iſido
rus,Aqua ſemper eſſet æqua,niſi ventorum flatib.moueretur.
Sic vere quando ventus adulationis vel carnalis affectionis
perflat aerem .i.ſuperiores,tunc aquam.i.ſubditos per acce-
ptationem perſonarum reddunt totaliter inęquales,qa aliā
partem aquæ illius exaltant per promotionē,alia deprimūt
per oppreſſionem.Et ſi iſte ventus iſte.ſ.adulatorum flatus in
aqua religionis vel eccleſiæ flaret,ſemper partes aquæ,ſ.ipſi
ſubditi,æqualitate promotionis debite æquarentur,ſicut p
cipitur.Leu 6.De parte inquit ſacerdotū cunctis filijs Aarō
æqualiter per ſingulos diuidetur Aer enim eſt prælatus &
ſuperior,qui vento carnalis affectionis vel adulationis mo
tus partes aquæ.i.ſubditos æquales non facit &c.Vel dic q
ventus eſt mollis,affectuoſus & impetuoſus ſuperior, qui p
certo aquam quam perflat.i.populum quem regit,facit inæ-
qualem,quia.ſ.alios deprimit,& alios exaltat 1.ad Cor. 11. 4
Alius quidem eſurit,alius autem ebrius eſt.¶ Ventus ſecun
dum aliquos generatur colliſione brachiorum maris,ſi bra
chium auſtrale & brachium aquilonare confligant in oriēn
te,tunc flat ſubſolanus:ſi autem in occidente confligant eūc
flat fauonius.Item ſi brachium orientale & occidentale cō
fligant in meridie,tunc flat auſter.Si vero confligant in ſe-
ptentrione,tunc flat aquilo.Ex alijs autem refluxionib ma-
ris intermedijs venti medij generantur . Sic ſi vis dic quod
generaliter quatuor partes maris.i.mundi ſunt quatuor ge
nera perſonarum.ſ.prælati,qui ſunt orientales principes qui
ſunt occidentales.Clerici & religioſi , qui ſunt aquilona-
res laici vero,qui ſunt meridionales ab illis igitur qua-
tuor brachijs maris & ab eorum conflictib.diſcordijs & mo
tib.elationib.& fluctib.omnia ventorū genera.i.vitiorū tri-
bulationū,& diabolicarum inſufflationū opera generant.
Ex inde.n.prouenit ſubſolanus orientalis, hic eſt ſuperbia.
Fauonius occidentalis,hic eſt adulatio & blanditia, fauo -
nius dr̄ à fouendo.Aquilo frigidus,hic eſt inuidia . Auſter
feruidus hic eſt ambitio & auaritia.Subſolanus igitur ſuper
biæ oritur in oriente prælatorū.Fauonius adulationis abun
dat in occidente.i.in curijs principum & magnatū.Aquilo
vero inuidiæ naſcitur in ſeptentrione religioſorū.Auſter ve
ro auaritiæ abundat in meridie ſecularium laicorum.Vnde
Zach.6.Iſti ſunt quatuor venti cęli.Vel dic q brachia maris
confligentia in occidente,ſunt hæredes & executores qui p
occidente & moriente aliquo inuicem confligunt,& ventū
vanæ laudis inducunt,inquantum bona mortui in ſuperflui
tatibus expendunt.Vel dic qd̄ diuerſa brachia maris ſunt
diuerſi religioſi vel canonici,qui in electione cōfligentes,vē
tū.i.ventoſum prælatum generant atq; creant,qnq;.ſ.orientā
lem ſubſolanum.i.ſuperbum, quandoque occidentalem fa-
uonium.i.luxurioſum,quandoq; ſeptentrionalem aquilonē
ſ.inuidum,quandoque meridionalem auſtrum .i. auarum.
Vix.n.aut raro accidit quin malus prælatus generetur quan
do electores confligunt inuicem & rixantur.Deus.n.in vin
dictam eorum ſolet eis quandoque dare malum prælatum,
qnādoq;.ſ.ſe reddunt indignos bono.Amos.4.Percuſſi vos
vento vrente, & aurugine &c.¶ Dicit Seneca de naturalib. 5
quæſt.libr.2.q ſpiritus.i.ventus in inferioribus terræ inclu-
ſus,ipſas aquas cōpellit ſurſum aſcendere,& in locis inſolſ-
tis in torrentem erumpere,& ſic cōtra naturam ſuperius ſe
leuare.Narrat etiam ibidem quod Cambiſes rex miſit exer
citū ad ſpoliandū templū Iouis hammonis.Ventus vero au
ſtri arenā eleuans,quaſi nubem,totum exercitū texit & ob
ruit.Dic q ventus eſt ſpūs ſuperbiæ,qui aquæ.i.perſonæ de
uotæ & humili,& arenæ.i.pſonæ deiectæ & pauperi qnq; in
corporatur,& ſic cōtra naturam ſurſum erigitur.& ad mul
ta mala erūpere comprobatur.Vnde Seneca ibidem.Cōtra
naturā ſuam multa conantur vata defluere . Vel dic contra
pauperes & perſonas ſeruiles,quos ventus.i.diabolus ad al
tos ſtatus quandoq; contra naturam ſuam erigit,& eos tor-
rentes violentos per rapinam & crudelitatem facit, & ipſis
mediantibus exercitū regis Chriſti.ſ.pauperes obruit atq;
lædit.Aſperius.n.nihil eſt humili cū ſurgit in altum , inquit
Claudianus.Vel ſi vis per ventum accipe fortunæ fauorem
&c.ſicut ſupra.Vel poteſt dici de ſpiritu ſancto,q cordi hu-
mano permixtus,ipſum ſurſum contra naturam ad cęleſtia
eleuat,in fontes & in fluuios.i.in viros perfectos & vtiles,
eos mutat.Eccl.24.Ego ſapientia effudi flumina.De reliquo
dic q Cambiſes eſt Chriſtus,qui exercitum eccleſiaſticorū
contra Iouem hammonem.i.diabolum deſtinauit,ſed p cer
to ſpiritus auſtralis.i.diabolus,nube arenarum.i.diuitiarum
ipſos obtexit,& ſic eos per peccatum auaritiæ obruit , & a 6
cepta militia impediuit.¶ Ventus ſecundum Conſtantinum,
eſt vapor ſiccus ex terris & aquis per calorē reſolutus, aerē
per incorporationem ſui fortiter commouens & impellēs.
Sic quando ex terra & mari.i.ex peccatis noſtris orit vapor
cōtritionis & in aere cōſcientiæ cumulatur:tunc ventus ſpi
ritusſancti ibi generat.Sed ille vapor cōtritionis debet eſſe
frigidus per timorem,ſiccus per pœnæ aſperitatem,& per ca
lorem reſolutus ideſt aer feruorem & charitatem,vel calor

ſolis

fetis.i.inspiratione dei superius eleuatus &c. Et sicut vêtus
vel spûs interiora terræ subintrat.& ipsam commouet & cô
turbat,& terræ motum gignit,& qñq; ipsam terram aperit,
ita q ventus exit,qui ædificia obruit,& subuertit,sic contri
tio & spi.itussancti inspiratio in interiorib.terræ.i. conscia,
occultatus ipsam terram conscientiæ concutit per conpun
ctionem,& fit terræ motus per suijpsius discussionem,& sic
aperitur per confessioné,& cadunt ædificia diabolica,i.pctã
per ablutionem & satisfactiouem. Figura 3.Reg.19. vbi He
lias vidit spiritum forté,qui conuertebat petras,& contere
bat montes,quem secuta est aura lenis in qua erat domi-
nus. Sic post spiritum fortem contritionis, conteren-
té & diruenté montes superbiæ & elationis,venit aura lenis
i.serenitas consciæ & affectionis,& tunc continetur ibi dñs
per introductionem gratiæ & dilectionia. Ideo psa. Sana cô
triones eius,quia commota est. Et sicut venetus ex sui inter-
partes aquæ commixtione, spumam facie superficiem ele-
uari,& ipsam aquam mundificat & depurat sic côtritio spu
mam peccatorum facit ad superficiem.i.ad os superius ena
tare per confessionem,& sic aqua.i.côscia depuratur. Exod.
14. Cumq; extendisset Moyses manum suam supra mare,ab
7 stulit illud flante vento.¶ Ventus sm Bedam generatur sic.
Dicit.n.q aer cum sit naturæ mobilis,ingreditur cauernosa
& exit cum aut vna pars nititur intrare,& alia exire,sit con-
flictus & mouetur aer sicq; vêtus & turbines generatur. Et
ideo Eolia q est regio ventorum,est regio cauernosa. Vêtus
etiam ex cibis & humoribus in corpore generatus,& ibi in
clusus,pessimas generat passiones,quia tortiones viscerum
efficit,hydropisim & artetica generat & inducit. Sic qñ vna
pars aeris.i.vnus clericus,qui est pars ecclesiæ,nititur intra
re cauernam.i.collegium vel ecclesiam vt ibi habeat locú
suum.i.beneficium vel præbendam,& alius clericus qui ibi
est,nititur inde exire,non contentus loco proprio, sed appe
tens ampliora,tunc ex istis contrarijs motibus & affectioni
bus partium aeris,ventus iræ,inuidiæ & discordiæ, in ipso
aere ecclesiæ generatur. Nam aer.i. persona ecclesiastica est
mobilis & inquieta per ambitiones,& per diuersas affectio
nes,& ideo sp nititur vel ingredi vel exire. Et ideo Zac.8. In
troeunti & exeunti non erat pax præ tribulatione. Quando
ergo ventus tentationis iræ & discordiæ,in ventre.i.in cor-
de alicuius includitur túc ibi pessimas generat ægritudines
peccatorum,quia torsiones viscerum inuidiæ,hydropisis in
flationis & superbiæ,& arteticam (qua digiti coarctatur) pi
8 gritiæ & desidiæ inducere côsueuit. Nam quandiu ira perse
uerat,nũquam potest bonum aliquod operari. Ira.n.viri, iu
stitiam non operat. Iac.1.¶ Ex terra secundum Aristotelem
duo vaporum genera generantur,vnus qui est humidus, &
est materia pluuiarum,alius autem siccus,& est materia tur
binum & ventorum. Sic de terra voluntatis oriũtur duo ge
nera vaporum.i.affectionũ. Vnus est humidus p pietaté, ex
quo oritur pluuia.i.misericordia & largitas qua,terra arida
i.statu pauperũ impinguatur. Sed alius est siccus vapor,&
hæc est affectio ad crudelitatem & vindictam,quæ sicca dr,
pp defectum humorum compassionis & misericordiæ, &
ex ista ventus tribulationis,& turbo inuasionis multotiens
procreatur. Vnde Iob.1. Ventus magnus a regione deserti
&c. Vel côpara voluntatem vento,pp eius mobilitatem &
9 versibilitatem &c.sicut supra.¶ Ventus est summe mobilis
& inquietus,motus & agitationis est in aere generatiuus,té
pestarum in mari inductiuus,& quia ad interiora maris pe-
netrat,iô procellarum suarum eleuatiuus,& diuersorum flu
ctuum causatiuus,& ipsius maris in partes oppositas diffusi
uus est. Et est ventus cineris & pulueris dispersiuus,& p sui
subintrationem infra cauernosa loca est terræ motus gene-
ratiuus,& ædificiorũ pluriũ destructiuus. Sic vere ventus su
perbiæ mobilis est,quia facit hoíem inquietum,& se in plu-
rib.partib.agitantem,& etiam ostentantem. In aere etiã hu
ius mundi generat tempestates tribulationum,a quib. ædifi
cia.i.ipsi superbi destruuntur,& vsq; ad terram miseriæ infe
rius dilabuntur. Iob 30. Quasi super ventum ponens elisisti
me valide. Quando etiã ad interiora maris.i.côsciẽtiæ (quæ
amara dr propter remorsum) ventus superbiæ se immittit,
tunc ipsam per elationé eleuat,& fluctus & procellas tenta
tionum in ea generat & inducit,& ipsum mare.i. voluntaté
& consciẽtiam in partes oppositas.i.in diuersa desideria de
flectit,& cineré & pulnerem diuitiarum dingregat & disper
git,quia superbi diuitias nô accumulãt,sed p vanitates, mul
tas ipsas diuidunt & dissipant:vt patet in militib.qui côuer
sunt pauperes & hoc quia sunt in suis festis & conuiuiis &
in guerris & in litigiis,opes innumeras expendentes. Vent9
etiam superbiæ in interioribus terræ & conscientiæ recludi
tur,& tunc terremotus iræ & discordiæ generatur,quia in-
ter superbos sp sunt iurgia. Prou.13. Et tunc ædificia circũ-
iacentia,i.pauperum vicinorum habitacula,sæpe per rapinã
& auaritiam destruuntur. Venerunt flumina,& flauerunt vé
ti,& irruerunt super domum illam,& cecidit. Mat.7.¶ Ven 10
tus si moderatus fuerit,nec nauigantibus contrarius,sui est
itineris directiuus & ad portum applicatiuus si. autem im-
moderatus & naui contrarius fuerit,tunc est itineris retar-
datiuus,nauis etiam subuersiuus. Ventus maxime borealis,
qui frigidus est,aerem depurat,nubes & nebulas fugat sere
nitatem efficit & procurat. Ventus insuper viarum est depu
ratiuus,humoris superflui consumptiuus,lubricitatis & im
munditiæ abstersiuus. Temperatus etiam venti flatus ignis
& flammæ est excitatiuus,immoderatus auté est quandoq;
ipsius extinctiuus. Talis est ventus tribulationis,qui si in ma
ri mundi temperaté perflauerit,si naui.i.animæ non sit con-
trarius (vtpote quia tribulatio pro mundo non sustinet,sed
pro deo) tunc via spiritualé dirigit,& ad portum paradisi fa
cit velocius peruenire. Gregorius. Mala q hic nos præmunt,
citius ad deũ venire compellunt. Quanto ergo maior vẽtus
& tribulatio flauerit si gubernatur nauis.i.ratio discreta fue
rit,& ipsa nauis.i.anima alicubi per amorem aliquarum re-
rum mundanarum non impegerit,tãto ibi facilius perueni
tur. Act.14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in
regnum cælorum. Sed si ventus tribulationis animæ contra
rius fuerit,vt quia p mundo vel carne & huiusmodi sustine
tur,tunc iter spũale impedit,& naue vsq; in profundum ma
ris.s. in infernum per desperationem deijcit & submergit.
Mat.14. Nauicula iactabatur magnis fluctib.erat.n.vẽtus cô
trarius. Ventus.n.tribulationis si temperatus fuerit,igné di-
uini amoris accendit,sed si fuerit excessiuus,ipsum per im-
patientiam dissipat & extinguit.¶ Qñ venti mare perambu 11
lant,multam aquositatem & multos vapores exinde eleuãt
ex quib.tãdé pluuia generatur. Sic venti tribulationum, vel
etiam ventus spiritussancti,quando mare.i.amaram conscié
tiam perambulant multi vapores bonarum affectionũ exin-
de superius ad deum eleuantur per orationem & contem-
plationem,ex quib.pluuia gratiæ,vel lachrymarum in aere
cordis deuoti generatur,& aliqñ per calorem diuinæ gratiæ
exterius resoluit.¶ Quidã dicunt esse cãm venti,nubes supe
rius eleuatas in aere qui ipsum mole sua hinc & inde præ- 12
munt,quarũ impulsu fit ventus. Sic vere causa venti tribu-
lationũ in mundo isto,sunt sæpe nubes.i.iudices & superio
res,qui mole auaritiæ qua pmuntur aerem sibi subiectum.i.
pauperes subditos deprimunt & molestant,& sic in eis ven
tus & turbo tribulationis & excoriationis imprimitur & cã
tur. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos? Iacob.2.
¶ Vẽtus sm Aristotelem fit ex vapore eleuato a terra,& cũ 13
aere intermixto quo aer impellitur & mouetur. Vnde sm
Bedam,ventus nihil aliud est quam aer motus. Sic qñ a terra
& aqua.i.carne & mundo vapor alicuius malæ cogitatiõis
& suggestionis ascendit & eleuatur vsq; ad aerem consciæ,
tunc mens mouetur per delectationem,& sic ventus tenta-
tionis ibi efficitur & causatur, quia diabolus producit ven-
tos de thesauris suis,& sic percutiuntur primogenita Aegy 14
ti &c. expone.¶ Ventus secundum Aristotelem,est in suo or
tu debilis & occultus,sed cum paulatim super terrã insurgit
multi vapores ei coniunguntur & aggregantur,& sic maior
ac maior in tm efficitur,ita q qñq; domus & arbores diruit
& subuertit,& maximé ventus auster. Ventus etiam aquilo
veniens de supremis,sua frigiditate flores & vineas lædit,&
germina exurit & consumit,neruos contrahit & percutit,&
ab operatione impedit. Et ideo dr aquilo quasi aquas ligás
&c. Talis est tentatio,quia in suo principio debilis est,quãdo
do.s.a diabolo suggeritur Sed quando super terram volun-
tatis & côscientiæ aliquantulum inualescit,tunc multi vapo
res.i.multæ affectiones cogitationes,& imaginationes,& cô
placentiæ aggregantur,ex quib. ventus tentationis intantũ
fortis efficitur,q & domos dei.s.religiosos,& ædificia mun
di.s.laicos,destruit & subuertit,quia sm Greg. Nisi tentatio
nascenti continuo obuietur,paulatim crescens consciam
subijcit

subijcit atq; ligat. Ideo dr 1. Mac. 6. Nisi preueneris eos, pau
latim maiora his facient, & non poteris obtinere eos. Et ma
xime hoc facit auster, ventus calidus & humidus. i. tentatio
carnalis, & hoc secũdum Isidorum quia ab imo flat, hoc est
dictũ, ab interiori suggestiõe. Iõ Iob. 27 Ab interiorib. egre
dietur tempestas. Aquilo etiam qui venit a montib. i. tẽtatio
superbiæ vel mundi, quæ ab ipsis montib. superbi demonib.
immittĩ, sua frigiditate & occisione flores & vineas. i. inci-
pientes & perfectos lædit, & germina bonorum propositũ
exurit & consumit, neruus ẽi corporis ecclesiæ. i. viris in q-
bus viget sensus deuotionis & motus bonæ operationis, per
culit. s. per delectationem, contrahit per consensum & opera
tionem, & a motu bonæ operationis impedit per consuetu
dinem & reiterationem, & ideo dicitur aquilo, quasi ligans
aquas, quia tentatio ligat ipsas affectiones aiæ, ne actus suos
valeant exercere. Ventus. n. Aquilo dissipat pluuias. Prouer.
25. Frigidus. n. ventus Aquilo flabit, & gelabit crystallus ab
aquis. ¶ Ventus qñ inuenit obstaculum, est suæ virtutis ma-
15 gis quã alias ostensiuus, & inde est φ cõtra fortes & altas do
mos & arbores violentius agit & ipsas quandoq; diruit &
subuertit, qđ tñ paruis arborib. suo impetui cedentib. sic nõ
facit. Sic deus per impetum suæ iustitiæ fortius sæuit contra
præsumptuosos superbos sibi resistẽtes, & eius impetum nõ
timentes, quã contra humiles & deuotos, ipsum metuentes,
& per mentis obstinationem sibi nullatenus obuiantes. Tali
bus. n. superbis dicit dominus illud Eze. 21. In brachio extẽ
to & furore effuso regnabo super vos. Quod potissimẽ fit in
iudicio vel in morte vbi a deo tales alti, fortes diuites & ma
gni penitus destruũtur, & in inferno totaliter subuertũtur.
vbi etiam ipsis humilib. cedentib. & se inclinantibus, & mi-
sericordiam pascentib. parcitur, ita quod quamuis tribula-
tionibus impellantur, de terra tamẽ viuentium. s. gratiæ vel
ecclesiæ per peccatum & tormentum nullatenus euellũtur
quia sicut dicitur Prou. 3. Deus superbis resistit humilibus
16 autem dat gratiam. ¶ Secundum Senecam lib. 5. de naturali
bus quæstionibus, vẽti antelucani & nocturni, solent in ma
ne deficere in toto vel in parte. Nam ventus qui de nocte ve
hemens fuerit in mane minuitur, & in solis præsentia vis eius
extinguitur, nec vltra matutinum flare vel fluere sibi datur.
Ventus est tentatio quæ de nocte. i. in statu peccati & fortis,
in mane tamen. i. in statu gratię est debilis. Solius. n. Christi p
sentia quæ per gratiam acquiritur, qñ per orationem ab ho
mine accessitur, solet venti tentationis impetum retundere,
& hominem, ne succumbat adiuuare, & tentationem ne vl-
tra vires sęuiat, annullare 1. ad Cor. 10. Fidelis deus, qui non
permittet vos tentari vltra quam potestis, sed facit cum ten-
tatione prouentum. ¶ Venti licet sint auditu terribiles, tactu
17 horribiles, & ad sustinendum graues & difficiles, tamen sm
Senecam li. 5. de naturalibus quæstionibus, ad multa sunt bõ
ni & vtiles: valent. n. (vt ait) ad nubes adducendum & educẽ
dum, & ad pluuiam per mundum mediantibus nubibus di
uidendum. Item valent ad segetes maturandum & desiccan
dum, & ad fruges latis folliculis aperiendum. Item valent ad
aerem suo motu purificandum & temperãdum, & inde om
nem corruptionẽ & pinguedinẽ propellendum, ipsumq; ad
spirandũ & respirandũ habilẽ faciendum. Temperies. n. &
sanitas aeris pro maiori parte, sm ipsum, ex ventis consistit.
Vnde de vento circio dicit φ sibi quanquã ædificia rumpen
ti gallicus populus gratias agit, & hoc quia salubritatem cę
li, i. aeris ipsis generat, sicut ait. Vnde etiã diuus Augustinus
ad Gallias veniens, & illius venti vtilitatem videns, sibi tem
plum vouit & fecit. Credo tñ quod illud debet intelligi de
illa parte Galliarum quæ prouincia dicitur, quæ fortissimos
habet ventos, qui ex causa prædicta sibi necessarii creduntur
Ventus potest significare flatum & impetum tribulationũ.
Iste. n. ad salutem est vtilis, licet ad sustinendum grauis. Per
istum enim nubes. i. apostoli & martyres per mundum fue-
runt dispersi, & ad fugiendum per diuersas terras cõpulsi, &
sic ipsis mediantibus fidei & doctrinæ riuuli per mundum
sunt diuisi. Nisi. n. Paulus tribulationibus iudæorum impul
sus Romam venisset Romanis minime prædicasset. Iob 37.
Nubes spargunt lumen suum, q̃ lustrant cuncta per circuitũ
quocunq; eas voluntas gubernantis duxerit. Tales etiam vẽ
ti tribulationum solẽt segetes. i. boĩes a superfluitatib. desic
care, per discretionem maturare, per confessionem aperire,
& a erem cõscientiæ & voluntatis solent eis, ne nimis p car
nalitates & vitia pinguescat, impediret, & vt sit temperatus
& saluber procurare. Cõllat. n. qđ flatus tribulationis cor &
affectũ hominis tribulati solet tẽperare, & eum ne insolescat
plus debito, refrenare. psal. Sicut puluis quẽ proijcit ventus
a facie terræ. Tales igitur venti de occultis diuinæ ,puidẽtię
mittũtur, vt per eos animarum sanitas compleatur. ps.
Producit ventos de thesauris suis, & percussit primogenita
Aegypti ab homine vsq; ad pecus. Igitur talib. tribulationũ
ventis debemus gratias agere & ipsos quamuis graues tamẽ
vtiles reputare. Vel si vis per ventum potes intelligere spiri
tus sancti flatum &c. per omnia sicut supra.

## De Turbine. Cap. 13.

Turbo secundum Senecam nihil aliud est quã diuerso
rum ventorum sibi in aere obuiantium colluctatio a
& mutua impulsio, qui quandiu durat aerẽ valde so-
let turbata puluerem & paleas eleuare, & disperge-
re, & aliquãdo domos & arbores eradicare & euellere. Tur
bo aũt prout dicit, diu non solet manere, sed vno ventorũ
alium vincente solet alius sibi cedere, & suo impetui locum
dare. Sic proculdubio est de mundi discordiis atq; guerris.
Iste. n. sp ex contrariorum flatuum, & spirituum. i. cordium
& animorum superbia solent fieri, qua. s. ad colluctandũ &
discordãdum solent inuicẽ animari. Talis vero turbo guer
ræ & discordiæ solet in subiectis patrijs multa mala facere,
paleas & pulueres diuitiarũ tollere & rapere, turres, castra
& ædificia diruere, & ad literam, quandoque siluas scindere
& terram per paupertatem nudare. Esa. 25. Spiritus robusto
rum quasi turbo impellens parietem. Finaliter tamen defi-
cit, & pacatis discordiis pax accedit. Vel turbo est diabolica
tentatio, quæ colluctãs in aere cordis humani ipsum turbat
& concutit, & ædificia virtutum exinde eradicat & subuer
tit Iob 9. In turbine conteret me. Vel dic φ aer est ecclesia.
diuersi venti sunt diuersi demones ibidem diuersimode flã
tes. Vnus. n. tentat de superbia, alius de luxuria, alius de aua
ritia, & ideo tantus turbo tentationis ibidem q̃q; generat,
φ siluæ. i. personæ per honestatem virentes, a bono proposi
to eradicantur. Turres. i. contemplatiui alta quærentes, infe
tius ad terrenorum amorem subuertuntur. Paleæ vero &
puluis. i. viti vani & pestilentes superius ad dignitates & be
neficia extolluntur. Sap. 5. Tãquam turbo venti diuidet eos
Vel dic φ qñ in aere ecclesiæ tempore electionis fit diuersi
tas & colluctatio inter ventos. i. inter ipsos electores vanita
ti deditos, tunc fiunt ibi multa mala, s. turbatio litiũ, sonus
discordiarũ, eradicatio siluarum & dumorum. i. destructio
ecclesiæ possessionum, & finaliter sæpe fit quod ex despera-
tione, vel a casu ipsi eleuant in prælatum paleam vel puluc-
rem. i. aliquam personam vilem, inhabilem, & indigna. Ose.
8. Ventum seminauerunt, & turbinem metent. Vel dic qđ
turbo est mundi tribulatio, quæ ex ventorum. i. ex persona-
rum vel elementorum contrarietate & colluctatione cõsur
git. Vel etiam turbo est motus vel iudicium, quæ totum ae
rem conscientiæ ecclesiæ vel patriæ concutit, & tam castra
q̃ paleas. i. tam fortes quã debiles eradicat & subuertit. Qđ
potissime erit in iudicio, qñ turbo furoris domini arbores
& castra. i. altos & diuites in inferno subuertet. Paleas vero
quia leues sunt. i. pauperes, puluerẽ etiam quia modicus est
. i. humiles in paradisum eleuabit & collet. Figura de Helia,
qui in turbine & curru igneo eleuatus est in cælum, sicut di
citur 4. Reg. 2. Quia. s. sancti & humiles, mediante turbine
tribulationis, martirij, mortis, & iudicij, & igne charitatis
vel purgatorij eleuabuntur in cœlum, turres vero & arbo-
rem. i. alti & superbi subuertentur in infernũ. Vnde de quo
libet bono potest dici illud Eccl. 48. Receptus est in turbi-
ne ignis. De malis vero dicitur Hier. 23. Ecce turbo domi-
nicæ indignationis egredietur, & tempestas erumpens sup
caput impiorum veniet. Vel dic quod turbo est subita pro-
speritas, quæ paleas. i. personas nihil valentes eleuat, turres
vero. i. bonos deijcit atq; turbat. Mali. n. in prosperitatẽ ele-
uantur, boni vero timent tristantur, & conturbantur. Vnum
tamen est, quod siue turbo prosperitatis, siue turbo tempo
ralis aduersitatis fuerit, parum solet durare, & subito defi-
cere & cessare. Vel dic quod turbo est fortuna, quæ eleuat
malos, & deprimit bonos, &c. sicut supra Esa. 41. Ventila-
bis eos, & ventus auferet, & turbo disperdet.

De

## De Tempestate & Procella. Cap. 14.

1 Cum tempestas nihil aliud sit q̃ ventorum, tonitruorum, fulminū, & coruscationū in aere facta turbatio, vt cōiter ſm Sene. & Pli. nō fit nec ꝓfunda hyeme nec ꝓfunda æſtate. Vide infra de fulmine. §. 6. Procella vero ē vēc' fortis cū pluuia &c. Vnū tñ aduerte qđ dicit Sene. Nulla tēpeſtas magna perdurat, ſed & procellæ, quanto plus habent vitium, tanto minus tēpore durāt. Sic verè fit vt cōiter de tempestate, & procella prosperitatis, & ēt aduersitatis. Sūt.n. magnæ ſunt, & vltra q̃ deceat violentę, parum ſolent durare, ſicut videmus de multis, quotū proſperitatis more, tempestatis ſubito venit, impetus pōpæ, & ſuperbiæ magnos facit, quæ vt cōiter cito, & faciliter deficit atq; perit. Prouer. 10. Quaſi tempeſtas tranſiens, non erit impius, iuſti aūt quaſi ſtabile fundamentum. Quod ēt videmus ad ſenſum: quia hō vltra ſolitum iocundus, & lætus cito vbi non ſperat, ſit turbidus atque triſtis. Sen. Improborum læta cito ad perniciē veniūt. Sicut etiam videmus de fortibus aduerſitatibus, infortunijs, & infirmitatibus, quæ vt communiter in ſuo exceſſu non durant, imo minus quam aliæ perſeuerant.

## De Vento Subſolano. Cap. 15.

siccare. ¶ Ros pullos coruorũ nutrit &c. Vide de coruo in titulo suo. Ex rore in conchylijs generatur Margarita &c. Vide libro de lapidibus & Margaritis, itẽ libro de piscibus, & conchyliis. 2. ¶ Itẽ ros est impressio in aere generata. Nã per virtutẽ cęlestẽ, & maximè lunarẽ, ros de nocte primo in aere occultè nrĩt, & tandẽ inuisibiliter descendens, ꝑ herbarũ superficiẽ sese diffundit, & tunc herbis, & plãtis vigorẽ tribuit. & quæ æstus diurnus cõsumendo, & desiccãdo inclinauerat, ros nocturnus erigit, reparat & sustollit. Sic Christus per virtutem cœlestẽ.s. per virtutem spũssancti in aerem purum, & lucidũ.i. beatã virginẽ puram castitate, lucidã honestate descendens, occultè & inuisibiliter extitit ꝓcreatus, s. per beatã incarnationẽ, & tãdẽ in natiuitate de uirginis vtero insensibiliter se diffundens (q̃a sine ruptura claustri virginalis visibiliter apparuit) mũdo natus est, super herbas.i. super peccatores ꝑ suã gr̃am se diffundẽs, & quos calor diurnus.i. ardor tentationũ, & tribulationũ quæ in die prosperitatis mundanæ vigent, desiccauerat ab humore deuotionis, cõsumpserat à decore ꝑfectionis, inclinauerat ad mundanã cupiditatẽ, incuruauerat ad ꝓphanã carnalitatẽ, primo irrigauit ꝑ doctrinã, & deuotionem, & erexit per contẽplationẽ, humectauit ꝑ cõpassioñẽ, & per clemẽtiæ pietatem. ideo dr̃ Eccl 43 Ros obuias ab ardore veniẽti humilem efficiet eum. &c. Ardorẽ .n. refrigerabit ros. Eccl. 18 ¶ Item ros congelatus ſm Bedã cõuertitur in pruinã, & ꝑꝑ maximam frigiditatẽ ſm Arist. albescit, & herbas suꝑ quas cadit exurit, & marcescere facit, et ad calorem modicũ euanescit. Sic ros.i. religiosus q̃n congelatur per indeuotionem, tunc conuertitur in pruina hypocrisis. q̃ licet sit frigidus ꝑ indeuotionẽ, et pc̃ta, tñ calor ipsius est albus ꝑ hypocrisim, et humectus, herbas tñ suꝑ quas iste ros cadit.i. illos quibꝰ dat mala exẽpla sua, & cõsilia, marcescere à virorũ gr̃æ facit, & ipsos exurit per pc̃m, & tandẽ ad modicũ calorẽ tribulationis totaliter euanescit. Humectus vr̃ priusq̃ veniat sol. Iob 8. & ibidẽ. Ante oẽs herbas arescit. Et sicut ros in loco corrupto genitꝰ fit corruptius, & aliorũ corruptiuus, & florum, & herbarũ destructiuus, sic verè homo qui per hypocrisim vel pc̃m corrumpitur, alios etiã quos tangit, & associat, & maximè flores.i. personas iuuenes solet corrũpere, & ꝑ mala verba, & exẽpla inficere, & turbare. Vel põt dici, q̃ recorruptus est mũdi ꝓsperitas, quæ possessores suos ꝑ delectationẽ inficit, & ærugiñẽ, & rubiginem, auaritiæ in eis generat & indocit 1. ad Corin. 15. Corrũpunt bonos mores colloquia praua. Iste est ros quo tinctus est Nabuchodonor quando in bestiam est mutatus. Danielis 4.

## De Pluuia. Cap. 21.

PLunia ſm Isidorum dicitur à pluralitate guttarum. Imber, ab imbuendo terram vel ab inebriando. Ntmbus 1
vero dicitur à nube, quando exinde in maxima, copia subito deriuatur, & ideo dicitur nimbꝰ quasi nubis imber. Et est pluuia impressio aeris ex vapore frigido, & humido; & in nubem congregato; per calorem inferius resoluta. Fit enim pluuia hoc modo. Fumi.n. & vapores humidi; & ex aqua et terra exhalantes superius ad medium interstitiũ aeris eleuantur; et ibi propter loci frigiditatem in corpus nubis cõdensantur; et deinde calore radiorum solarium; et motu firmamenti; et sphære ignis; humiditatem huiusmodi dissoluente; guttatim dissoluitur in pluuiam; et in imbrem vt dicit Beda. Tali modo videtur generari pluuia lachrymarum.

marum. Est.n. primo necessariũ, ꝙ hõ recolligat vapores, &
fumos peccatorũ, q̃ commisit, tã a terra quam a mari. i. tam à
spiritu quã à carne, & ꝙ sursum in aere conscientiæ ipsos tra-
hat. Et tunc est necesse ꝙ sit ibi frigus timoris dei, in quo oĩa
simul cõprimat, & exinde quandã nubẽ dubietatis illatus ꝓ-
prii constituat, & componat. Et sic debet adesse calor fortis
contritionis, & displicentiæ de peccato, radius ẽt diuinæ in-
spirationis, ignis charitatis, & dilectionis, & motus cęli. i. im-
pulsus propriæ discussionis, quæ nubem illã resoluent, & in
pluuiam lachrymarum conuertent, & ita aerem conscientiæ
serenũ faciẽt, & terrã corporis fructib⁹ bonorũ operũ cumu-
labunt atq; replebũt. Et hoc figuratur 3. Reg. 18. vbi cũ ter-
ra esset siccitate grauata, & sterilitate nudata, precibus He-
liæ factum est, ꝙ nubecula parua ascendẽte de mari, sequuta
est pluuia largissima. Quia. s. post ascensum, & cõsideratioẽ
nubis peccatorũ, sequitur pluuia lachrymarũ. psa. Operis cę-
lũ nubibus, & paras terræ pluuiã. Vel dic ꝙ pluuia est doctri
na, quæ primo de mari sacræ scripturæ extrahit, & in corpus
nubis. i. in seriẽ sermonis cõponit, & eadẽ auditoribus effun-
dit, pluit & stillat, & exinde mens auditorũ sciẽtiis fęcundat.
Et sic pluuia imber ab ĩbuẽdo ꝓpriè nũcupat. Deut. 32. Fluat
vt ros eloquiũ meũ, quasi imber sup herbã, & quasi stillę sup
gramina. Vel dic, ꝙ vapor est humilis, q a Deo sursum ad di-
gnitatẽ trahit, & nubes. i. prælatus efficitur, vñ pluuia doctri
næ, & bñficiorũ aliis distillat, & à quo terra pauperũ irrigat.
Vel dic ꝙ vapor est ambitiosus, qui sursum tractus nubes. i.
iudex vel prælatus efficit, à quo & à cuius malis exẽplis plu-
uia carnalitatis, fulgur rapacitatis, tonitruũ terroris, & impe
tuositatis, sequũt, iuxta illud ps. Producẽs nubes ab extremo
terræ, fulgura in pluuiã fecit. ¶ Vẽti mare, & terrã perambu-
2 lãtes multã aquositatẽ secũ trahũt, q̃ tãdẽ in nubẽ, & pluuiã
cõuertũt. Sic ꝑdicatores de mari scripturæ, & de terra philo
sophiæ, vapores sciẽtiarũ extrahũt, de qbus &c. ¶ Pluuia ra-
ro fit i orientalibus partibus veruntñ qñ fit, valde abũdat, qđ
3 ẽt in ꝓuincia cõperimus. Vñ ẽt de palũbo seu colũbo ciuita
te iudiarũ audiui, ꝙ est mirabiliter pluuiola. In regionib. n.
calidis, vapor q est cã pluuiæ, prius a calore coolumit, vel in
aerẽ cõuertit, q ad locũ vbi fit pluuia, sublimetur. qñq; tñ ex
ea forti calore fit ibi maxima vaporũ attractio, ex qua tan-
dem sequitur magna pluuię resolutio. Sic verè in oriente. i. in
viris sanctis, vbi sol iustitiæ Chr̃s orit, raro fit pluuia ꝓsperi-
tatis, calore. s. tribulationũ, & paupertatum, vapores diuitia-
rũ, & terrenorũ bonorũ in eis penitus cõsumẽte, fiet tñ post
mortẽ maxima abũdãtia pluuiæ ꝓsperitatis. s. in paradiso, so-
le iustitiæ abũdatiã vaporũ. i. affluentiã oim bonorũ sup eos
aggregãte, qa. s. quãto hic ꝑcipiũt rariorẽ, tãto illic inueniẽt
ampliorẽ. Figura 3. Reg. 18. vbi post diutinam siccitatẽ secu-
ta est pluuia largissima. Paucas. n. cõsolationes percipiunt bo
ni in pñti, vt tãdẽ multas habeãt in futuro. Vel ista possunt
de multis religiosis dici, quibus raro accidit pluuia peccati,
& hoc, qa seruor charitatis vapores malarũ cogitationũ cõ
sumit, & pluuiã fieri nõ ꝑmittit. Fit tñ qñq; ꝙ cõuersi in actũ
prauum fortiter peccãt, & raritatẽ multitudine recõpensant
& quãto fuerãt in principio sanctiores, tãto finaliter sunt pe
iores. psal. Posuit pluuias eorũ grandinẽ, ignẽ cõburentẽ in
terra eorũ. Vel ista possunt dici de multis, qui in principio ra
rã habẽt pluuiã deuotionis cõpassionis, & spiritualis cõsola
tionis, calore & æstu cõcupiscentiæ oĩa consumente, qbus tñ
qñq; accidit talium abundãtia pluuiarũ, ita ꝙ quãto in iuuẽ
tute fuerãt rariores, in senectute habeãt ampliores. Zach. 10.
Petite pluuiã à Deo in tempore serotino. ¶ Pluuia qñq; ẽ no
ciua, vt (sicut dr̃ in libro de natura rerũ) in ægypto circa ciui
tatẽ thebarũ, quia si ibi in æstate abundanter pluerit, tota re-
4 gio infinitis muribus abundabit. Sic verè pluuia diuitiarum
imperfectis hoĩbus multum nocet. Si. n. in æstate. i. qñ habent
feruorem auaritiæ, abũdauerit, pro certo mures rodentes. i.
peccata cõscientiam rodentia in eis generabit. Vel dic ꝙ qñ
pluuia diuitiarũ alicui aduenerit, statim mures. i. falsos ami-
cos, quorũ iecur & affectio (sicut dicit Pli.) crescit crescente
luna. i. fortuna generabit, & circa se aggregabit, quia cõstat,
ꝙ falsi amici vt aliquid rodant, & acquirãt, solent abundare
circa illos in quibus viderint diuitiarum pluuiã redundare.
Prouer. 19. Diuitiæ addũt amicos plurimos, a paupere aũt, &
iis quos habuit, separantur. Vel dic ꝙ mures sunt familia ra-
pax, nepotuli & parentes, q in ægypto huius mundi pluuiã. i.
prælatos, q alios rigare debuerãt, sequunt, & ab eis in eccle-
sia vel patria gñrant, à qbus tota regio, & patria rodit, & va-
stat. Vel dic cõtra multus q statim, ꝙ habẽt pluuiã. i. diuitias,
volunt habere mures. i. familiã rapacẽ &c. ¶ Pisces & ranulæ 5
qñq; visi sunt descẽdere, & cadere cũ pluuia, qđ fit vel quia
sursum virtute cœlesti in nube de aquosa materia fuerũt ge
niti, vel qa de aquis p ventos cũ vaporibus de qbus facta est
ipsa nubes, fuerant eleuati. Nubes est ecclesia vel religio, vbi
ꝑ certo pisces. i. deliciosi, & ranæ. i. loquaces detractores, &
qrulosi generant. Qui ab aquosa materia. i. delicijs, ibi in nu-
be. i. in religione gñrant, vel a vẽto. i. a diabolo ibidẽ de aqs,
huius seculi deferunt. Illi ergo hic inferius ad modũ ranarũ
cũ deliciarũ pluuia descẽdunt, & spectaculũ malorũ exẽplo
rũ secularibus cũctis fiũt. Vel dic ꝙ istos pluuia deliciarũ de
nube religionis ꝑ apostasiã eijcit, & ad mũdũ, pctm̃ & infer
nũ inferius secũ ducit. psal. Pluit illis sicut puluerẽ carnes, &
sicut arenã maris volatilia pẽnata. Vel dic ꝙ vẽtus est in pi-
ratio diabolica, q̃ multos sursum ad nubẽ dignitatũ, & offi-
ciorũ erigit, quos tandẽ pluuia diuinæ ꝓuidentiæ detrahit,
& expellit. Vel dic de demonibus, q sursum in nube paradisi
sunt geniti, & tãdẽ sicut pluuia inferius sunt detracti. Esa. 14.
Quõ cecidisti lucifer? &c. Vel põt dici gñaliter ꝙ illi q con
tra cõditionẽ ꝓpriã in nube aliorũ officiorũ, & statuũ se in-
gerunt, cũ pluuia tribulationis, & miseriæ iusto Dei iudicio
inde cadũt. Talibus ergo deberet dici illud 3. Reg. 18. Descẽ-
de, ne te occupet pluuia. ¶ Pluuia qñ est corrupta, herbas & 6
fructus corrũpit, & sic oues, & iumenta de eis comedentes
corrũpunt, & p eiusmodi pestilẽtiã moriunt. Sicqñ aliqs cor
rũpit p auaritiã, herbas & pascua q tãgit. i. hæreditatẽ, & pos
sessiones ꝓprias quas malè acqrit, corrũpit, & corruptiuas,
& infectiuas facit, & sic oues & iumẽta. i. filij sui & successo-
res, qui ei in malè acqsitis succedũt, corrũpunt similiter per
pctm̃, qa possident illud qđ de iure nõ erat patris sui, & ideo
per mortẽ æternã vna cũ ipsa pluuia, q̃ corrupit eos. i. cũ eis-
dẽ vsurariis in inferno moriunt, qa p talẽ viã filii vsurariorũ
ipsos sequunt ad inferos, & ad pęnã. Vñ dr̃ Eccl. 41. De patre
impio cõqueruntur filij, qm̃ per ipsum sunt in opprobrio. Vel
dic, ꝙ pluuia corrupta, est hypocrita vel ꝓperitas &c. sicut 7
supra de rore. §. vii. ¶ Qñ radij solares inueniunt nubẽ den-
sam (vbi est multa aquositas aggregata, & cõgelata frigiditate
loci) sibi fortiter resistentẽ, multiplicant & fortificant, &
faciũt ibi magnũ calorem (quia. s. oĩs ca naturalis forti⁹ agit
in resistẽs) ex quo nubes illa dissoluit, & ei⁹ aquositas in plu-
uiam conuertit, a qua terra circũiacens irrigat. & in tm̃ qñq;
per calorem pluuia illa adurit, ꝙ rubra fit, & ideo sanguis à
vulgo de cęlo cadere reputat, vt dicit Arist. Et ideo vt cõiter
post acutum calorem abundãs pluuia solet sequi. Nubes ista
charissimi est homo diues, & auarus, qui in se continet in ae
re huius mũdi multã aquositatẽ diuitiarũ, q̃ in ipso, auaritiæ
frigore totaliter cõgelant, ꝙ ex illis defluere per elemosynam
nihil põt, sed qñ radij. s. diuinæ miæ, volunt respicere nubem
istã, ibi qñq; calorem maximum tribulationum & aduersita
tem accumulant, vel etiam ignem amoris diuini ibi per inspi
rationem generant, & tunc nubes illa. s. auaritia, per compas
sionem & largitatem resoluitur; & sic pluuia elemosynarum
ad pauperes distillat, ita ꝙ terra arida circũiacens. i. status
pauperum & tota patria beneficijs irrigatur, & aquositas di-
tiarum, qua nubes obscurior per ignorãtia reddebatur, pau-
latum vacuatur, & sic aer conscientiæ serenatur. Et ideo post
magnum calorem cõtritionis, charitatis, & tribulationis, vi-
demus sequi multoties pluuiã largitatis &c. Et iõ Iob 38.
Flante Deo crescit gelu, & rursum latissimè fundũtur aquæ.
Vel si vis per istum fortẽ calorem, intelligo fortẽ miseriam
aliorum, qua. s. durum quantumcunq; duiũ deberet ad clemen
tiã remollire, &c. sicut supra. Et quia nubes ista calore chari
tatis aduritur, ideo pluuia eius, sanguis & vita pauperum di
ci possunt. Vel ista possunt dici de feruore diuinæ charitatis
quæ volens ostendere suæ diuitias pietatis, quandoque for-
tius agit in illum qui sibi magis in via morum per pctm̃ resi-
stit, sicut apparuit in Paulo, Bonifacio, & Magdalena. Qñ. n.
videt nubem cõscientiæ indeuotionis frigore cõgelatam; &
ea multis vaporibus, & uitijs constipatam; obstinatã, & indu
ratam; soles eam vel interius inspirando; vel exterius tribula
tionibus affligendo cõburere; & sic solet eos per cõtritionẽ
dissoluere; & lachrymarum pluuiam distillare. cuius ẽt qñq;
robea inuenitur, in quantum p̃ nimia cordis adustione solet
ruborẽ verecũdiæ cõtinere; & sic solet Deus in aere sua cõ-

scientiæ serenitatē innocentiæ generare. Et quanto amplius congelatus quis fuerit, tanto solet post conuersionē magis virtutibus abundare. Ad Ro.5. Vbi abundauit delictū, ibi superabundauit & gratia. Et ideo ſm Gregoriū licet homo vi destur congelatus per peccata, non propter hoc debet contemni, quia nescimus qn̄ deus sibi gratiā suam dabit. Et ideo ſm ipsum dominus vocat tales, thesauros niuis, præparatos in diē pugnæ. Iob 38. Et vt ait Hieronymus, timēdum est ne nobis cadentibus resurgat, qui nobis stantibus irridetur. &c. Ideo pōt dici illud ibidē. Iob 38. Quis est pluuiæ pater, aut qs genuit stillas roris? q.d. solus Deus est causa quare huiusmodi pluuia generatur. Vel dic q̄ nubes est pura humanitas Christi, quę de puris mariæ vaporib. s. i. de sanctis Mariæ humoribus extitit generata, quæ tandē in cruce eleuata, & ibi feruore fortis passionis, & dilectionis resoluta fuit, & sic sanguinem loco pluuiæ nobis pluit. Psal. Conuertit aquas eorum in sanguinem. Pluuia ſm Constan. est fluxus humorum resti. Aqua quæ cum cæteris aquis sit purior, & leuior, ideo facilius corrūpitur, & in contrarias qualitates variatur. dulcior tñ est, & etiam sapidior præ cæteris quandiu in puritate debita perseuerat. Pluuia etiam tēperata ad infinita vtilis est quia terram fęcundat, rimosa conglutinat, caloris intemperiem mitigat, aerem serenat, ventos sedat, pisces impinguat, siccam complexionem adiuuat, & confortat. Sic pluuia diuinæ scientiæ, gratiæ & deuotionis, fluxum vitiorum, & malarum cogitationum obstruit, & plusquā aquæ scientiæ mundanæ, & aquæ prosperitatis humanæ, & cæteræ. t. plusq̄ aquæ scientiæ mundanæ, & aquæ prosperitatis humanæ, & cæteræ, huiusmodi pluuia dulcis, & sapida reperitur contra peccatum. Vtilis ēt est, qui terrā cōscientiæ per bona opera fœcundat, rimosa. i. corda diuisa per discordiam & irā, cōglutinat per amorem, calores concupiscentiæ mitigat, aerē conscientiæ serenat, ventos tētationum sedat, pisces. i. hoies deuotos virtutibus impinguat, siccam etiā complexionē. s. cor indeuotum, & impatiens, qn̄ ibi immittitur, adiuuat, & humectat. Ideo dr̄ in Psal. Pluuiam voluntariam segregabit Deus. Et 2. Reg. 23. Pluuijs germinat herba. Hæc etiam omnia possunt dici de bono prædicatore, vel de eius doctrina, quæ descendit sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. psal. 71. Vel dic q̄ pluuia est conscientia innocentis, quæ quanto purior, innocentior & simplicior, tanto facilius decipitur per errorem, & corrumpitur per horrorem.
9 ¶ Itē pluuia quanto cœlo propinquior, & a terra remotior fuerit, tanto dulcior, & cum guttis gracilioribus descendit, quanto autem terræ est vicinior, & à cœlo remotior, tanto impetuosius descendere, & cum guttis grossioribus consueuit. Sic quanto iudex prælatus vel alius est melior, & à terrena cupiditate remotior, cœloq; & cęlestibus propinquior per amorem iustitiam, & æquitatem, tanto pluuia ab eo resoluta. i. verba ab eo promulgata sententiæ correctionis, dulcius & mitius proferuntur. Sed si terrenæ cupiditati, & inordinatæ affectioni vicinus sit, tunc impetuosè p iras, & discordias, pfert verba, durè proteruè, & aspicerè subditos puniēdo, indebita & importabilia onera imponendo. Vel potest dici de quolibet qui quanto magis est cœlestis, & bonus, tanto mitius, dulcius & benignius alios consolatur, & tāto verbis, & factis magis est alijs mansuetus, & mitibus super oēs hoies. Numeri 12. Econtra autem terreni per affectionē ppinqui, & à cęlo, & Deo per peccatum remoti, impetuosè & impiè oia faciunt atq; ducunt. Vnde de rotis deambulantib. super terram dr̄ Ezec. 1. q̄ vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebatur.
10 ¶ Itē pluuia in suis qualitatibus distēperata solet esse damnabilis, & nociua. Nam immūditiæ, & lubricitatis est in vijs, & seminis effectiua, graminum & herbarum inutilium multiplicatiua, fructuum & seminum corruptiua, caloris naturalis in seminibus extinctiua, obscuritatis in aere inductiua, radiorum solarium interceptiua, nebularum & nubium causatiua, operum & itinerum retardatiua, maturitatis segetum impeditiua, rheumatis & fluxus augmentatiua, morborum oīum aggrauatiua, sterilitatis inductiua, corruptionis & pestilentiæ in iumētis, & in hominibus effectiua, quia pluuia corrumpit herbas, & pascua, ex quorū esu aialia postmodum corrumpuntur. Talis est mundana prosperitas, & consolatio, quia qn̄ distemperatur in suis qualitatibus, ideo ea ce dit limites debiti regiminis, & affectionis, solet esse multum nociua, & aiæ peccatrici. Hæc. n. lubricitatem luxuriæ, & immunditiæ generat, gramina inutilia malarū cogitationū, & affectionum multiplicat, fructus & semina. i. bonorum operū proposita corrumpit, & damnificat, calorem diuinę dilectionis extinguit, obscuritatem ignorantiæ, & dei obliuionis inducit, quia diuites mundani nec Deum amāt, nec ipsꝰ recordantur. Populus aūt meus oblitus est mei &c. Hiere. 2. Hæc etiam radios solares. i. diuinam influentiam, & gratiam intercipit, nebulas & nubes diuersorum peccatorum inducit, & sic iter bonorum operū quo itur ad cęlum, impedit & excludit. Conclusit vias meas lapidibus quadris. Thren. 3. Maturitatem honestatis retardat rheuma gulositatis, & fluxum carnalitatis augmentat, & omnes morbos humidos. s. pigritiam guiam, luxuriam aggrauat, sterilitatē virtutū efficit, famem, auaritiæ producit, vel famē æternam post mortē, corruptionem etiam peccati, & malorum exemplorum generat, & pducit. Et sic talis pluuia fuit in diluuio figurata, vbi 40. diebꝰ & noctibus illa pluit, q̄ præter paucos, qui in arca erant, totiꝰ mundi populus submersus fuit. Quia vere illi qui pluuia mūdanæ prosperitatis tanguntur, vt illi necessario submerguntur, nisi fortè pauci qui in arca diuinæ protectionis clauduntur. psal. Pluet super peccatores laqueos, ignis, sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum. Vel per oia dic q̄ pluuia superflua significat mundi delicias, & carnis voluptates, & dic per oia sicut supra. Et similiter ſm Constantinū aqua pluuialis corrupta si potetur, facit raucescere vocē, & inducit febrem. Sic mundi prosperitas & voluptas febrem, & feruorem malorū desideriorū inducit, & vocē orationis, pdicationis, laudis, & cōfessionis raucescere facit, q̄ ſm Senecam Mirū est fortiter aliquid dici ab hoīe mollitiē professo. psal. Raucæ factæ sunt voces meæ, infixus sum in limo profundi.

## De Pruina. Cap. 23.

1 Pruina nihil aliud est quam ros congelatus ſm Bedam in hyeme. n. ros ad terram descendens congelatur, & in pruinæ albæ substantiam commutatur, à qua flores, & herbæ exuruntur, & marcidæ efficiuntur, modico tñ solis radio euanescens totaliter dissipatur. Talis est peccatum quia rore gratiæ congelato, pruina peccati gignitur, quo flores, & herbæ virtutum marcescere comprobantur. Illud tñ modico calore soluitur, quia. s. non potest esse in homine ita modicus gradus charitatis, quin peccati substantia deleatur. Sap. 19. Facile dissoluebatur sicut glacies. Et sicut videmus, q̄ gelu, & pruina fortior sequitur cū fuerit noa serena, & stellarum lumine decorata, sic verè gelu peccatorum in præsenti, & gelu tormentorum in futuro fortius in eos inualescit, quibus serena noa præsentis vitæ fuerit, & in quibus mundanæ prosperitatis claritas antecedit. Zachar. 14. Non erit lux, sed frigus & gelu. ¶ Pruina est impressio ex vapore non congregato in corpus nubis, in loco frigidissimo generata, in qua nō est aliqua pars caloris ſm Aristotelem, & ex nimia frigiditate noctis in substantiam duram, & frigidam comutatur, & pruina efficitur, & causatur. Talis est peccator, quia cum deberet esse ros per deuotionem, tamē quia de acre. i. de statu gratiæ descendit ad terram per temporalium affectionē, ideo tunc infrigidatur per indeuotionem, & exinde indurātur per obstinationem. Indeuotio. n. obstinationem causat. Ideo Iob 38. In similitudinē lapidis durantur aquæ, & superficies abyssi constringitur. Et sicut pruina est alba, & tñ flores teneros exurit, quæ tamen tandem calore modico deliquescit; sic peccator maximè hypocrita; album. i. cautum & mundum se nititur ostendere; & tamen quando potest; solet in ea feriorībus. i. in iuuenculis humorem gratiæ deficcare; qui ēt ardore modicæ tribulationis solet a sua bēta pfectione euanescere & perire. psal. Transiui, & ecce non erat.

## De Grandine. Cap. 24.

2 Grando est impressio in aere generata ex vapore frigido & humido. Et est grando quæ sursum in altis nubibus, & partibus generatur, parua & rotunda; quia ex diuturnitate motus quam descendendo facit in aere, & ex calore ipsius aeris dissoluitur, & minuitur, & rotundatur. Sed si generatur circa terrā; tūc impetuosa & grossa, acuta & frigida reperitur; quę terrā perit & pcutit, iuncas & fructus multū lędit; & frequentius per dīē quā per nocte; & hoc quia calor diurnus fugat frigus adinteriora nubis; et sic grandinis substantiā ibi gignit. Grando est tribulatio et aduersitas.

uersitas. Nubes ex qua progreditur, est ipse Deus, quia non
est malum (.s. pœnæ) (in ciuitate).s.mundi, qđ non faciat dñs.
Amos.3. Quādiu ergo nubes ista.s. Chrs est in suprema par-
te aeris, sursum.s.in cœlo.i.quādiu durat mundus iste (quia si
cut dr̄ Act.3. Ipsum oportet cœlum recipere vsq; in diem re
surrectionis oium) grando tribulationis q̄ immittit inuenit
modica & minuta, quia modica est tribulatio mundi huius,
tum quia cito finitur, tum quia semper ibi possunt homines
consolari. Ideo dr̄ Iob.35. Nunc.n.non infert furorem suum,
nec vlciscitur scelus valde. Sed quando nubes ista erit propè
terram.s.in valle Iosaphat, qñ bonos & malos finaliter iudi-
cabit, tunc grando grossa & impetuosa æternæ tribulationis
immittetur ab eo per sententiam damnatiuam, & super ter-
ram.i.terrenos, cupidos & auaros peccatores (qui plus gau-
dent de tempestate quam de trāquillitate, vt melius possint
vinum & bladum suum vendere) inferetur per molestiam
afflictiuā, & tunc grando ista percutiet atque lædet ipsos flo
res.i.hoies curiosos, vineas, i.ebriosos &c. Ideo dr̄. Apo.16.
Grando magna sicut talentum descendit de cœlo. In die au
tem grando efficitur plusquam in nocte, quia in illis qui sunt
in nocte obscura per aduersitatem, grando pœnæ perpetuæ
non causatur. In illis vero qui sunt in die clara prosperitatis,
generatur. Et hoc accidit quia in die prosperitatis calor aua
ritiæ & cupiditatis, frigus indeuotionis repellit ad interiora
nubis.i.conscientiæ & voluntatis, nec ipsum euaporari per-
mittit per confessionem, contritionem, & satisfactionem, &
ideo exinde grando pœnæ perpetuæ componitur & causat.
Ideo ps. Ignis, grando, nix, glacies, spūs procellarum, pars ca
licis eorum. Quod benè figuratum est Exod.9. Vbi dr̄ q̄ dñs
dedit tonitrua, & grandinem, & discurrentia fulgura super
terram, tantæq; fuit magnitudinis grando, quantę antea nū-
q̄ apparuit, & percussit grando cuncta quæ fuerunt in agris,
& oē lignum regionis confregit. Per istam grandinem pęnæ
inferni possunt intelligi, quia.s.cōstat ligna.i. peccatores de-
strui & cassari. Vel dic q̄ grando est homo, qui quanto ab al
tiori loco & gñre descēdit tāto humilior, minor, & simplici
or debet esse. Cuius cōtrariū est de illis qui inferius de plebe
infima generantur, quia vt cōmuniter tales grossiores & su-
perbiores inueniunt, & ab ipsis, quando in aliquo officio prę
ponuntur, alij impetuosius feriunt. Vel potest dici q̄ illi qui
ue sursū à deo processerunt, & in aere huius vanæ vitæ mul-
tis motibus tribulationum circuierunt, parui & humiles, ro
tundi, & per obedientiam vertibiles inueniūtur. Alij q̄ hoc
circa terrā in prosperitate manentes, maius tribulationū nō
sunt experti, grossi & superbi efficiuntur, & ab ipsis alij cru-
deliter verberantur. Vnde de talib. pōt dici illud quod Apo.
16. dr̄. Grando magna sicut talentum descendit de cœlo in
hoies, & blasphemauerunt deum pp plagam grandinis. Vel
dic si vis q̄ grando alta est pęna quæ sustinetur pro Deo, bas
sa verò est illa quæ sustinetur pro mundo, quia vt cōiter ma-
iora sustinent hoies pro mundo, quam pro Deo, & maior est
2 grando infima quam suprema. ¶ Grando fit sæpius de die q̄
de nocte, & in æstate gignitur, non in hyeme. Sic verè tribu-
latio accidit iustis in die & in æstate vitæ præsentis, in nocte
vero mortis & in hyeme futuræ vitæ non, tunc.n.non gran-
dinabuntur, sed sempiterna requie lætabuntur. Apo.21. Ab
sterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. ¶ Item
3 grando s̄m Arist. sic generatur, quia frigus fugiens aeris ca-
lorem, ad interiora nubis se recipit, & ibi inueniēs vapores
humidos & frigidos, congelat eos & constringit, & substan-
tiam conuertit grandinis & naturā, & ideo magis in ęstate q̄
in hyeme generatur, quia tunc calor est in aere, per quem fri
gus repercutitur ad intima nubis, vbi grādinem causat. Sed
econuerso, in hyeme non est calor in aere qui frigus reperc̄u
tiat ad interna. Sic qñ per calorem tentationis frigus inde-
uotionis ad intima nubis conscientiæ repercutitur, tunc ibi
inuenit multos vapores humidos.i. multas cogitationes, &
affectiones carnales, quas inuicem coadunat per delectatio-
nem & complacentiam, & tandem per consensum in grandi
nem pc̄ti mortalis ipsas constringit & gelat, & per obstina-
tionem contrahit & indurat. Grando ēt peccatorū gignitur
magis in æstate prosperitatis q̄ in hyeme tribulationis & ad
uersitatis, & hoc quia in prosperitate abundat calor tētatio
nis frigus indeuotionis ab intima conscientiæ repercutiens.
In hyeme aūt tribulationis non abundat huius tentationis
feruor, sed potius diuini timoris algor, pc̄ti grandinē nō cō-
stituens aut cōponens. Vnde de tali grandine calorem hmōi
comitante dr̄ Exo.9. Ignis & grando mixta pariter ferebant.
Vel dic q̄ grando est peccator, quia calore diuini amoris tā
quā indignus repellitur, & in ventre nubis.i.in carcere cœci
tatis mentis & obstinationis includitur, vbi indeuotionis fri
gore duratus, in grandinē.i.in durum & crudelem commu-
tatur, qui plus de die q̄ de nocte apparet, quia.s. pc̄tor plus
in die prosperitatis, q̄ in nocte aduersitatis delinquere & no
cere alijs cōprobatur. Generaliter.n.verum est q̄ plura mala
fiunt dum ducant prospera q̄ aduersa. Ideo Aug.li. confess.
Væ prosperitatib. seculi. Væ semel, & væ secundo, & vę iterū.
Ista est.n.dies illa de qua dr̄. Væ desiderantib. diem dñi. Vel
dic q̄ grando est peccator, quæ calorem diuinę charitatis fu
git, & in profundum nubis & caliginis.i. in profunditatē vi-
tiorum se ingerit, vbi per obstinationis duritiam in diaboli
cam grandinem se conuertit. Prone.18. Impius cum in pro-
fundum peccatorum venerit, contemnit. ¶ Grando s̄m Be- 4
dam aliqñ sic efficitur, quia qñ ros in terram cadit, tunc ven-
tus Aquilo frigidissimus ipsum coagulat & constringit, & in
substantiam grandinis congelat & conuertit. Sic ventus fri-
gidus auaritię hominem per auaritiam congelat, & de ipso
facit grandinem .i.virum impium & raptorem, quo vineæ &
fructus pauperum dissipantur. Figura Exod.9. vbi grando &
ignis mixta pariter ferebantur, quæ terras ægyptiorum peni
tus vastauerunt. Sic isti qui sunt grando per crudelitatem,
ignis per cupiditatem, bona ægyptiorum.i.pauperum, igne
& ardore tribulationum vstorum, dissipant & consumunt.

## *De Niue. Cap. 25.*

NIx s̄m Aristo. generatur de vapore frigido & humi-
do, vbi est calor repugnans, sed tamen frigus prædo- 1
minatur, & vincit calorem, & sic vaporem congelat,
& in eo formam nobiliorem, quam potest introdu-
cit.s.albedinem. Sic licet in vapore nostro.i. in carne nostra
repugnet motuum & tentationum calor & concupiscentia,
tamen si ibi prædominetur frigus timoris, non obstante hu-
iusmodi calore, ibi poterit generari albedo niuea castitatis.
Ideo Sap.16. Nix & glacies sustinebant vim ignis. Et genera-
liter nix castitatis summopere in vapore humido & frigido
.i.in persona quæ est humida per deuotionem, compassionē,
& dulcorem, & frigida per Dei reuerentiam & timorem, ge
neratur. Et sicut nix in montibus plusquam in vallibus per-
seuerat, sic in contemplatiuis plus viget castitas qua in acti-
uis. Figura Mat.17. vbi dr̄ q̄ in monte fuit dominus transfi-
guratus, & habitus vestis suæ cādidus vt nix factus. vnde Ps.
Niue dealbabuntur in selmon, mons Dei mons pinguis. Vel
dic, q̄ color albus, & niueus significat gloriam paradisi, de
qua Eccl.43. Pulchritudinem candoris admirabitur oculus.
quæ.s. introducitur in vapore.i.in persona vbi cum repugnā
tia caloris tentationum frigus timoris diuini generatur. Fri
gidus ventus Aquilo flabit, & gelabit crystallus. Ecclesi.43.
¶ Item nix est aqua durior, & fortior grādine, tñ est mollior
& debilior, quia fit ex admiratione caloris in ventre nubis, vt 2
dicit Arist. & ex frigiditate dealbatur. Nec est tñ frigus s̄m
Arist. in nube vbi nix generatur, sicut in illa vbi grando ge-
neratur, & ideo cæteris mollior efficitur, & ad calorem mo
dicum euaporat. Aqua est pœna & tribulatio mundi, q̄ sem-
per, est in terra. Nix autem quæ in loco a nobis remotior gi
gnitur, est pęna purgatorij. Sed grando quæ in nubibus re-
motissimis a nobis generatur, pœnā significat infernalē. Nix
igitur.i.pęna purgatorij, aqua.i.pœnitentia huius mundi du
rior est & frigidior, sed minus est dura & aspera q̄ hic grando
.i.pœna gehennalis, quia nix purgatorij mollis, & tenera re-
peritur respectu grandinis infernalium tormentorum. Et rō
est, quia in loco niuis.s. in purgatorio semp est calor spei, &
charitatis, quia.s.isti habent certam spem q̄ finaliter saluabū
tur. Et etiam vapores illi.i.hoies in calore charitatis, & spei
moriuntur, quapropter ibi nō est tm̄ frigus timoris & despe
rationis, sicut in nube grādinis in inferno, & ideo nix non du
ratur taliter, nec efficitur aspera sicut grado, quia calor diui
nę cōsolationis & angelicæ visitationis ipsam multū alleuiat
& remollit. vtraque tñ dura & frigida reperitur. Ideo dicit
Iob.38. Nunquid ingressus est thesauros niuis, aut thesauros
grandinis aspexisti? Nix tñ calore resoluitur, q̄a pęna illa ca-
lore diuinæ mīæ finaliter relaxatur. Ideo dicitur Sapient.16.
Qđ ab igne poterat exterminari, modico solis radio calefa

ctum tabescebat. Ac si d cerei. Illa pęna quam ignis consumptio non terminat, diuinæ misericordię radius qñ ipsi soli iustitiæ placuerit, euaporat, quod vtique fit qñ eos qui ibi sunt liberat atque saluat. Vel dic q pruina quæ citius niue dissoluitur, præsentem tribulationem significat, nix verò æternã aduersitatem designat, quæ. s. fortius molestat atque grauat. Bene ergo dr̃ Iob 6. Qui timet pruinam, irruet super eum nix. ¶ Item nix pp calorem intermixtũ in vapore in quo generatur, non est ita dura sicut grando. Et ex mora super terram, impinguatur humus. Nam sua frigiditate poros terræ claudit, vnde reuncato calore ad interiora seminum & radicum, fit humoris interioris attractio ad radices, ex quo terra impinguatur. Vnde nix herbas malas mortificat & attenuat, bonas vero nutrit & impinguat. Nix etiam fętida tegit & occultat, & iter impedit & retardat Feris & aialib. nocumentum præstat, & eorum pascua tegit, & vestigia manifestat. Vnde in ipsa niuis venator facilius q̃ alias eas capit. Est etiam aqua niuis stiptica, & ideo fluxum stringit. Talis est pęnitentia, & etiam pęna præsentis seculi. Multo. n. lenior est q̃ sit grando. i. pœna gehennalis, & hoc accidit pp calorem diuinæ gratiæ, & consolationem spei, & feruorem charitatis, q̃ niuem pœnitentiæ & tribulationis præsentis comitantur, q̃ . s. ipsam attenuãt & remolliunt miro modo. Nix igitur pęnitentiæ terram. i. animam inebriat per cõtritionem, facit germinare per confessionem, & fructum facere per bonam operationem. Et ratio est, quia in ista niue est frigus timoris dñi, q poros terræ exteriores. i. sensus aię & appetitus, recte claudit per discretionem, non permittens eos ad mundialia aperiri, & ideo calor charitatis ad interiora conscientiæ reuocatur, & sic humor gratiæ & deuotionis attrahitur, & ipsa terra. i. aia virtutib. & donis impinguatur. Ideo dr̃ Esai. 55. Descendit imber & nix de cælo, & inebriat terram, & germinare facit eam. Hæc malas herbas malarũ cogitationum mortificat & excludit, sed bonas affectiones & cogitationes multiplicat & nutrit, & fluxum carnalitatis retrahit, & restringit, & loca fętida. i. ipsa pctã contegit & abscõdit (quia sm Aug. Si tegis, ipse deteget, si detegis, ipse teget) & sic iter demũ q ducit ad mortem, impedit & retardat, vt dicat illud Iob 19. Semitã meã circũsepsit, & transire non possum. Ipsis etiã aialibus. i. demonib. nocet, quia pascua in quib. pascebant per tentationem & carnales affectiones & voluptates, contegit, & per cõfessionem ipsa vestigia demonum i. pctã quæ post iter tentationum remanent, declarat sacerdotib. & ostendit. Vel expone oia de cęlesti gratia & doctrina. ¶ Item nix in suo ortu strepitum non facit, sed suauiter descendẽs ab occulto aeris interstitio sup herbas æqualiter se coaptat. Et est nix mollissima & candidissima, & ideo pp sui pulchritudinem ad sui speculationem oculos attrahit. Sed si nimis diu aspiciatur, visũ hebetat, disgregat & dispergit. Sic ab occulto aeris interstitio. i. de sinu Dei patris nix. i. Christus ad terram vteri virginalis ab occulto & sine strepitu exercitij coniugalis venit humiliter & descendit, & super herbas. i. super virginis viscera se insensibiliter coaptauit. Ideo dr̃ Sap. 18. Cum quietum silentium oia tenerẽt, & nox in suo cursu medium iter ha. om. ser. tu. domine a rega. se. venit &c. Iste igitur est nix mollissima per benignitatem, quia ipse est tenerrimus ligni vermiculus 2. Re. 23. Iste est candidus per innocẽtiæ puritatem, & apparentiæ venustatem, & ideo pp pulchritudinem candoris istius niuis, ad ipsum considerãdum, & modum suum, & viã ortus & conceptus sui inquirendum, oculus intellectus allicitur, sed pro certo exinde disgregatur & hebetatur, qa pulchritudinem coloris eius admirabitur oculus Ecc. 43. Quia . n. ista nix Dei filius est cãdor lucis æternæ, & speculum sine macula, (Sap. 7. Ideo impenetrabilis redditur oculo fidei limitato, quia sicut. n. dr̃ Io 3. Maior est. n. Deus corde nostro. quia sicut dr̃ Iob. 36. Magnus Deus est, & vincens scientiam nostram. Et breuiter visus & scientia fidei, & etiam intellectus non valens tantam albedinem intueri, necessario hebetatur, & in se resilit, & tepescit. Ideo dr̃ Prouer. 25. Sicut qui mel comedit multum, non est ei bonum, sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. ¶ Item nix sm Bedam in alto mari raro aut nunquam cadere consueuit, cuius ratio est, quia exhalationes & vapores eius vel a ventis ibi flantib. disperguntur, vel antequã in niuem valeant condensari, in nebulam vel pluuia resoluuntur. Altũ mare significat diuites, & superbos, qui sunt alti per superbiã, & amari per amaritudinẽ peccatorum. Nix aũt e. s. Dei gratia seu pęnitentia, quæ frigus timoris Dei secum portat. Sed ista nix in mari. i. non cadit, quia verè mundi diuites niue pœnitentiæ vel cœlestis grãæ non teguntur. Et idẽ est, quia dato q habeant aliqñ multas exhalationes bonarum affectionum, propositorũ, & contritionum. i. de pęnitentia facienda & hmõi, tñ antequam in niuem pęnitentiæ valeant congelari, à vento tentationis vel vanitatis mundanæ auferuntur & dispergũtur, vel in pluuiã deliciarum, vel in nebulam malarum cogitationum totaliter euaporant. Sępe. n. cogitant diuites de salute, sed nunquã perficiunt quod intendunt. Vnde ista est de qua dr̃ Iob 28. Abyssus dicit, non est in me. & mare loquitur, non est mecũ. ¶ Item nix sua pulchritudine ad sui cõsiderationẽ oculos attrahit, in quib. visum debilitat & dispergit. Et est aqua niuis sm Constan stipatiua, & fluxus restrictiua, neruos percutit, superfluitatem in bibẽtib. generat, membra stupida, & quasi insensibilia & dormitiua facit, lapidẽ in vesica gignit, hydropisim prouocat atq; nutrit. Sic candor & pulchritudo glorię & prosperitatis mundanæ cor humanum ad sui speculationem & amorẽ attrahit, afficit, & delectat. Sed ibi intãtũ oculus cordis per diuersa desideria disgregatur, q quãq; a lumine grãæ totaliter spoliatur. Eccl 43. Pulchritudinem candoris &c. sicut supra. Hæc. n. fluxum & lachrymarum, & deuotionis stringit, neruos bonæ operationis percutit, superfluitatem vitiorum generat, membra ad benè operandum paralytica, hydropisim auaritiæ prouocat, in vesica conscientiæ lapidem obstinationis inducit, & ad modicũ calorem tribulationis mortis penitus euanescit. ps. Qui dat niuẽ sicut lanã, nebulã sicut cinerẽ spargit. ¶ Nix loca mõtosa & soli propinquiora frequentius inhabitat, & ibi pp frigus cui exponuntẽ mõtes magis quã valles diutius perseuerat. Valles. n. sunt calidiores montib. & ideo ibi nix citius q̃ in montib. euaporat. Sic qa montes. i. viri ecclesiastici & religiosi soli iustitiæ sunt propinqui per grãm & vicini, frigore timoris diuini congelantur, & econtra valles. i. seculares, & actiui calore tẽtationum dissoluuntur. Et ideo nix pniæ puritatis, & castitatis in illis perseuerat, quæ ea causis oppositis in vallib. i. in auaris feruidis euaporat. Vel dic q nix significat candorẽ glorię paradisi, quæ in montib. i. in viris contemplatiuis abundat, vbi de cœlo à Deo mittitur, & vnde nunquam perpetuo euaporat. Vnde de beatis dici põt illud Thr. 4. Candidiores Nazarei eius niue, rubicundiores ebore, sapphiro pulchriores. Vel põt dici q nix quæ loca fœtida tegit, est hypocrisis, vel etiã frigus indeuotionis, quæ pro certo hodie in mõtibus. idest in altis hominibus ecclesiasticis & superioribus plusquam in vallibus & inferioribus abundant. Vel dic q niues sunt diuitiæ, & mundi prosperitas, quæ plus abondant in superbis & montosis, quam in vallibus. i. humilibus virtuosis. Valles abundabunt frumento. supple non niue. ¶ Niuea sm Senecam lib 1. de naturalibus quæstionibus, & sm librum naturæ rerum, si sub terra paleis fuerint coopertæ, seruantur indissolutæ per annũ. Vnde in oriente seruant eas pro vino in æstate refrigerando, & pro infirmorum aere temperãdo. refrigerant. n. valde. Vnde si quis membrum aliquod niue fricauerit, licet, ad horã frigus intolerabile patiatur, mox tñ calore temperatissimo refouetur. Per niuẽ põt intelligi timor Dei, qui. s. candorem innocẽtiæ secum portat, quia per timorem dñi declinat omnis a malo, sicut dicitur Prouerbi. 15. quod est proprium innocentiæ. Iste igitur optimè custodit, si in palea. i. in humilitate & cõsideratione nostræ vilis fragilitatis sub terra. i. sub memoria nostræ mortis & terrenitatis sagaciter teneatur. Viri. n. orientales. i. sancti, niuem diuini timoris seruabant, & cũ ea in feruore & æstate tentationis aerẽ cõscientiæ tẽperabãt, & a vino deliciarũ cõsciẽtiæ calorẽ cõcupiscẽtiæ excludebãt. Constat. n. q tentationis igne non cõburit, q hac niue tẽperat. Ista ẽt niue q refrigeratus fuerit mox calore charitatis resouebitur & ardebit. Vel dic q niues sunt diuitiæ, quas auari indissolubiles seruant, vt eis in æstate pñtis vitæ refrigerent & delectent, q tñ eos fortius calefaciunt & inflãmãt. Vel dic q nix est pœnitentia & tribulatio, q̃ si ad horam frigore membra lædant, ipsa tamen in paradiso finaliter refouent & delectant, quia sicut dicitur Thobiæ 3. Post tempestatem trãquillum facis. ¶. Nix durata minus sentitur frigida quã recens & nouiter dissoluta. Sic tribulatio assueta minus lædit quam insolita vel nouella. Seneca. Nihil miserum, quod in naturam cõsuetudo perduxit.

### De Nebula. Cap. 26.

1 NEbula ſm Ariſto.ex reſolutione nubis gñatur,& ſm
Iſidn.nubilum & nebula à nubẽdo.i.ab nperiẽdo &
nbſcurando dñr, eo ꝙ ipſis aeris ſuperficies operit.
2 ¶Nebula(& maximè ſi cnrrupta fuerit) mnltiplici-
ter,eſt læſiua, quia tunc florum & vinearum eſt cnrruptiua,
infirmitatum in aialib.eſt cauſatiua.Latronib.etiam eſt ami-
ca,quia inſidiarum ſuarum eſt occultiua.Itinerantium & pe
regrinantium eſt retardatiua,& viæ ipſorum abſconſiua.So
lis eſt ſtellarum luminis interceptiua,& ita nauigantib. noci
ua,quia qñ(ſm Bedã) nebula ſuperficiẽ maris contegit,tunc
pp obſcuritatem maris gubernatur quo debeat nauẽ duce
re non cngnnſcit,& ideo ſæpe ſubmergitur huius cauſa. Sic
nebula ignorantiæ & pc̃ti,vel etiam prnſperitatis mundanę,
qñ in aere conſcientiæ eſt diffuſa, & maximè ſi per deſpera-
tionem vel conſuetudinem ſit cnrrupta,tunc ipſi aiæ multũ
nocet,quia vineas virtutum,& flnres affectionum diſſipat,in
firmitatesq; diuerſorum peccatnrum generat,& ipſis latrõ-
nib.i.demonib.eſt amica:qa inſidias ſuas & tentatinnes ſuas
palliat & occultat. Itineratinnum etiam & à mundi peregri
natinne ad cęli patriam tendentium eſt impeditiua,& vſq; ve
ritatis ab eis abſcnnſiua, & lumen doctrinæ & grĩæ, quod à
ſole & ſtellis.i.à Christo & ſanctis nnbis mittitur,intercipit,
& ſic nauigantib.per mare huius mundi,mnrtis periculũ in
ducit,quia dum aer cnnſcientiæ à tali nebula nccupatus fue
rit,gubernator nauis aiæ.ſ.ratio,quo nauẽ ſuam dirigat,ne-
ſcit,& ſic hnĩ ineſt illa dies de qua dr̃ Sopho.1.Dies tenebra-
rum & caliginis,dies nebulæ & turbinis. Vel per nebulã quę
claritatem diei obnubilat,ſacra ſcriptura intelligitur,in qua
ipſe ſol Deus ſub figurarũ nebula cnntinetur Iob.26.Tenet
vultum ſolij ſui,& expandit ſuper illud nebulã ſuam. Vel ne
bula humilitatem denntat,quæ aerem conſcientiæ obnubi-
lat,& ſolem & ſtellas,i.virtutes in viris perſectis nccultat, &
pluuiam grĩæ gñat atq; parit.Et ſic iuſtus eſt ſicut dr̃ Eccle.1.
quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, & quaſi luna plena.
Vel dic ꝙ nebula eſt vita humana,quæ ita eſt fragilis & vana
ꝙ modico ardore tribulationis diſſnluitur &c.Sap.2.Tran-
ſiet vita nnſtra,& ſicut nebula diſſoluetur.Vel dic ꝙ nebula
ſignificat peccata venialia,quæ faciliter diſſipantnr,& tñ ſo-
lis.i.mentis claritatem obfuſcant. Iter ẽt ſalutis impediunt,
& latronib.i.perſonis leuib.ſunt amica.Quque etiam per cõ
denſationem & multiplicationẽ in nubes.i.in magna & mor
talia crimina coouertuntur,niſi fortè radijs ſolis.i.motu di-
uinæ grĩæ deleantur.Eſa.44.Deleui vt nubẽ iniquitates tuas,
& quaſi nebulam peccata tua. Vel nebulæ ſunt vani pc̃tores
ſine coostantia & virtute,qui 2.Pet.2.dñr nebulę turbinibus
agitatæ. ¶ Item nebula à radijs ſolis attracta, ſi directè ſur-
3 ſum meat,in nubes coonertitur, & pluuiam ſignificat affutu
ram.Si autẽ à radijs ſolis repercuſſa fuerit, tũc in ſeipſam re
dit,& euaneſcit,& ſic ſerenitatem aeris denunciat, & præſa-
git.Sic verè mundi proſperitas quæ more nebulæ eſt fragilis
atque vana,ſi aſcenderit & abundauerit, ſignum eſt pluuiæ
& tribulationis ęternę.Ecõtra verò ſi a ſole iuſtitiæ deo de-
ſtructa fuerit,& tribulationib.re pcuſſa, ſignũ eſt futnræ ſere
nitatis & gloriæ ſempiternæ.vñ Amb.dicit.Cõtinuus ſucceſ
ſus tẽporaliũ æternæ dãnationis eſt indiciũ. Et nota ſi vis ꝙ
nebula muodanæ proſperitatis facit mala omnia ſupradicta
4 2.§.præcedenti.¶ Nebula eſt impreſſio de reſolutione nubiũ
geoerata,quæ quanto terræ eſt vicioior,tanto ſpiſſior,obſcu
rior,& frigidior inuenitur quanto aũt magis ſuperius eleua
tur,tanto magis eſt ſoli peruia, & minus frigida & nbſcura.
Nubes ſunt aiæ,ex quibus emanat nebula affectionum, quæ
ſi terræ.i.terreois propinquæ fuerint per amorem, tunc ſunt
obſcuræ per ignorantiam,& frigidæ per indeuotinnem. Sed
ſi nebulæ affectionum ad cęlum & cęleſtia fuerint eleuatę p
contemplationem,tunc radio ſolari diuinę contemplatiooi
ſunt peruiæ,& à frigore indeuotinnis, & obſcuritate ignnrã
tiæ totaliter ſiunt immunes.vnde Eccl.43.Aperti ſunt theſau
ri,& euolaueruot nebulæ quaſi aues. Vide de ſuperbia.

### De Fulmine. Cap. 27.

1 FVlmen ſm Iſido.ictos cœleſtis iaculi nuncupatur.Vn-
de prout dicit,fulgurare idem eſt ꝙ ferire. Fulgur er-
go & fulmen multotiens pro eodem ſumuntur quãuis
inter ſe differãt,ſicut inferius apparebit. Eſt ergo fulmẽ ſm
Iſido.generatus ex vapore groſſo,& in cõcauitate nubis ve-
hementiſſimè inflammato,qui cnlliſione, & attritu nubium
interinrum impellitur,& quaſi lapis igneus per mntus vinlẽ
tiam inferius deriuatur, & ideo ictus cęleſtis iaculi ab Iſido
ro nũcupatur.Vnde fulmina colliſa, ad mnd um lampadum
fulgida per aerem diſcurrere diſcernuntur.Et quia ſm Iſid.
de ſubtilioribꝰ.elementorum partib.cõpnnitur,ideo per ma-
ximæ eſt virtutis,Et quia in deſcenſu ſuo incenditur & vr̃,iõ
dr̃ fulgur.Penetrat & ſcindit,ideo dr̃ ſulmen, & nihil cnrpo
rale ei reſiſtit.Vapores iſti ſunt demones, qui in concauitate
nubis paradiſi per ſuperbiam & inuidiam inflammati,ex col
liſione & repugnatione nubium iuteriorum.i. Dei & angelo
rum inferius ſunt impulſi, & ignei per ſquitiã & malitiam &
crudelitatem ſunt facti, & ſicut lampades fulgentes.i. ſicut
creaturæ Dei ſcientiſſimæ & ſagaciſſimæ in iſto caligĩoſo
aere ſunt detruſi.ſ.circa hoĩes ad eorum exercitium habitan
tes.Ideo improperatur lucifero Ezec. 28. Poſui te in monte
ſancto Dei in medio lapidum ignitorum &c. Iſtud fulmen
eſt maximę virtutis, quia ſicut dr̃ Iob.41. Non eſt poteſtas
ſuper terram.& Abac.1.Fortem vt corriperes fundaſti &c.
Et ideo nihil ei pñt de ſe reſiſtere, quin penetret per inſpira-
tinnem.Vel dic ꝙ qñ in nube religionis vel ſocietatis vel ec-
cleſiæ inflammantur aliqui mali vapores.i.aliqui mali ſubdi
ti per inuidiam & liuorem,attritu & colliſione nubiũ & ven
torum.i. impugnatione aliorum bonorum prælatnrũ & ſo-
ciornm debent exterius impelli, & de aliorum cõſortio re-
legari.Prnu.22.Eijce deriſorem, & exibit cum eo iurgiũ,ceſ
ſabuntq; rixæ cnntumeliæ.Vel dic ꝙ illi mali vapores qui de
oube.i.qui de patria banniunt & impelluntur,in fulmen.i.in
crudeles & homicidas conuertuntur,quibus alij multiplici
ter moleſtantur.&c.¶ Scd̃m Plin.Aliqua ſunt gña fulgurum 2
quæ ſunt humida,quę non vrunt nec diſſipant,ſed infuſcant,
Alia ſicut ſicca & calida,quæ cõburunt & diſſipant,& inflam
mãt.Sic in mnndo ſunt diuerſa genera hoĩm pc̃tnrum. Sunt
.n. ibi humidi luxurioſi, qui licet nõ vrant per rapinas & ex
cnriationes, tñ ipſi infuſcant & maculant contingentes per
luxuriæ fœtiditãtem. Sed illi qui ſunt ſicci per indeuotionẽ,
calidi per auaritiæ ardorem.ſ.vſurarij & auari, iſti dico licet
non infuſcent per luxuriã,tñ pauperes circunſtantes vrũt,&
diſſipant per auaritiam & ardorem. Ante faciem eius ignis
voraos,& poſt ipſum exurens flamma Iohel 2. ¶ Secundum 3
Pli.li.2.c.53.Eſt quoddã genus fulminis quod pecuniã nõ læ
ſis ſacculis liquefacit,& vinũ non læſis dolijs adnihilat & cõ
ſumit.Sic detractores ſaccũ & dolia.i. ipſa facta exteriora le
uia permittũt intacta, licet aliqualiter ſiot cõſumptiua & re
prehenſiua. Sed ipſam pecuniam interiorem & vinũ.i.inte-
riorem hoĩm intentionem ſiniſtrè interpretãdo liquefaciũt
& conſumunt &c.Allega. ¶Secundũ Senecam de naturalib. 4
quæſtionib.li.2.Fulmen eſt coactus ignis,impetu iactus. Nã
vt ibi dẽ ipſe dicit,ſicut ſolemus duabus manib. inter ſe iun-
ctis aquam concipere,& cõpreſſa vtrinq; palma,in modum
ſyphonis exprimere, & ſic in fulminis emiſſione ſimile quid
fieri putãdum eſt.Nnbium.n.inter ſe cõpreſſarom anguſtiæ
medium ſpiritum emittunt, quem ex hoc ipſo inflammant,
& tormenti modo eijciunt.Libidinoſa affectio eſt ſpũs inter
anguſtias nubium rõnis & ſenſualitatis incluſus,qui tandem
iſtarum nubium concurſu(Caro.n.concupiſcit aduerſus ſpi
ritum,& ſpiritus aduerſus carnem)incẽditur per operis exe
cutionem,& cum vehementiſſimo ſono ad omnes defertur
per infamiæ diffamationẽ.¶Triplex genus igneæ impreſſio-
nis oobis à nubibus deriuatur.ſ.coruſcatio,fulgur,& fulmẽ, 5
quæ mnltum inter ſe differunt & qualitatib.& virtute.Coru
ſcatio.n.noo maculat neq; lædit,ſed aerem illuminat & illu-
ſtrat,nec ad terra deſcendit,ſed in aere euaporat. Fulgur eſt
impreſſio grnſſior,quæ ad terram deſcendit,& herbas mol-
les penetrat & cõburit.Sed fulmen eſt vapor ignitus groſſus
compactus & ſolidus,impetuosè cadens,findens & vrens et
diſſipans quicquid tangit, cui reſiſtere nihil corporale põt,
coruſcatione & fulgure præſtantius io virtute.et ideo ſm Iſi
dorum fulgurare idem eſt ꝙ ferire.Super loca aũt alta faci-
lius cadit,ſed in locis humilib.non deſcendit. In hyeme vel
in ęſtate vix aut ounquam deſcendere conſueuit,quia in hye
me non eſt calor qui vapores inflammet, et in æſtate nõ eſt
vapor qui a calorib. valeat inflammari, ſed in autumni prin
cipio et fine veris vbi eſt ſufficiens vapor inflammandus, et
calor inflammans,crebrius deſcendere cnnſueuit. Iſte ignis

inſigniũ-

dicando,& se in aquis fictæ cōpassionis & deuotionis in ap-
parētia balneādo,sicut ad literā pōt de hypocritis experiri.

*De Coruo. Cap. 23.*

Coruus scdm Aris.li.9.pugnat cū asino & Tauro , & est
amicus vulpis,& pro ea pugnat contra Esalonem ac 1
cipitrem,& scdm eundem,corui contra se inuicem pu
gnant,& fortior lædit & percutit debiliorē.Per asi-
num intelligo pauperes mercatores,per Taurum intelligo
pauperes agricolas,per vulpem causidici designanť, p cor-
uos autem qui furantur pecuniam & abscondunt, intelligo
cupidos & auaros.Ab istis ergo Tauri & asini infestanť , qñ
ab auaris pauperes mercatores & agricolæ opprimunť, sed
tūc ab eis vulpes diligitur,qñ fallaces causidici pp suas tustā
nendas malitias ab eis alloquuntur & donis & beneficiis ꝓ-
miantur.Et coruus contra coruum pugnat qñ pro cadaue-
re.i.pro diuitijs tpalib.inter eos iurgia concitantur,quia in
ter superbos sp sunt iurgia.Prou.13.Sp.n.iurgia quęrit ma
lus.ibidem 17. ¶ Nota ꝙ coruus est auis immunda,& cada- 2
ueribus vescens,& pugnat cum tauro,& asino,& eos rostro
& pedib.percutit & infestat,& de pullis suis aliquotiens eii
cit extra nidum,& est amicus vulpis,& pro ipsa pugnat con
tra alios scdm Aris.li.9.& hoc forte quia vulpes sua fraudulē
tia aues & alia aīalia occidēns,coruo dat aliquotiens partē
prędę,sed quicquid fit,qñ vulpes moritur,a coruis pelle &
carnib.spoliatur.Per Taurum agricolam intelligo, p asinū
pauperes mercatores,per coruum principem iniquum,per
vulpem fallacem balliuum vel aduocatum.Impij ergo prin
cipes qui cadauerib.i.rapinis & excortationib.nutriunt,pul
lis suis.i.subditis sunt infesti,& eos de nido sub ę proprię eij
ciunt & expellunt.Mich.2.Mulieres populi mei eiecistis de
domo deliciarum suarum. Agricolas & pauperes rostro cō
minationum percutiunt & affligunt,vulpes autē, i.balliuos
& aduocatos diligunt,protegunt & defendunt,& hoc quia
per fraudes eorum rapinæ suæ & malitię palliantur,& de ꝑ
dis per eos pręparatis ipsi tyranni comedunt & vescuntur.
Mich.7.Principes postulat,& iudex in reddendo est.Sed qñ
tales vulpes.i.balliui & aduocati moriuntur pro certo prin
cipes

cipes eorum substantiam comedunt, lacerant & prædantur,
quia sicut coruus non diligit vul, é nisi quaudiu viuit & quā
diu ab ipso potest commodum reportare, sic nec principes
aduocatos vel ballitios. Eccl. 12. Si occurterint tibi mala, in-
3 uenies eum priorem ibi. ¶ Coruus cum cadauar inuenarit
primo & principaliter oculum petit, quam primo extrahit
& comadit, & tandem cerebrum, & postea alia mambra de-
uorat & consumit. Causam autem allegat Pli. li. 11. ca. 37. di
cens quod pleræq; alitum oculos appatunt, quia effigiē suā
ibi cernētes velut ad cognata dasidaria tendunt. Coruus est
diabolus, qui anta oīa oculum fidei vult extinguere, & tādē
cerabrum a quo emanant sensus naturales. i. virtutam discre
tionis nititur destruere, & sic secura post alia membra. i. alias
virtutes animæ dissipare. Vnda Prou. 30. Oculum qui subsan
nat patrem, & qui despicit partum matris suç, effodiāt eū cor
ui de torrentibus, & comedunt eum filij aquilæ. Vel dic qđ
sic facit deus, quia. s. oculum mātis & cordis summè diligit,
pro eo quod ibi imaginem trinitatis essa cognoscit, & maxi
ma qñ pctm̄ hmōi imaginam non corrumpit. Prou. 23. Fili p̄
4 be mihi cor tuum. ¶ Coruus paucissimi est cuitus, & ideo diu
5 tissimè niuit. Expone sicut da elephāte. ¶ Coruus sicut aquī
la si plusquā duo oua vel duos pullos feterit, tertium de ni-
do aijcit. pullos verberat, & ad exeundum & ad volandum
compallit. &c. Expona sicut supra da aquila. ¶ Coruus scđm
Arist. in 1 pa æstatis pullificat & ouat contra cursum aliarum
6 auium. quod etiam dicit Pli. vbi supra & contra asinū & tau
rum pugnat, vulpem autem protegit & diligit, cum autam
vulpes mortua fuerit, eius carnes dauorara propter pristinā
amicitiam non omittit. Sic diabolus in æstata prosperitatis
oua malorum propositorum, & pullos malorum operum in
nido cordis humani procreat & p̄ducit. Paccatum. n. ab eo
ponitur per cogitationam, fouetur per delectationem, con
creatur pullus per consensum, excluditur per operationem.
Iste contra asinum. i. religiosos, & contra taurū. i. contra bo-
nos actiuos pugnat, & eos rostro & vnguibus tribulationū
& tentationū percutit atq; grauat. vulpes. i. peccatores nunc
videtur diligare, & eos in prosparitate seruare, sed cum mor
tui fuerit, eos in inferno sine vllo remedio deuorabit nō ob
stanta amicitia præcadenti. Carnes amici sui comedet in ob
7 sidione & in angustia, in qua concludent eos inimici eorum.
Hier. 19. ¶ Nota secundum fulgentium, Coruus habet vocū
quadragintaquatuor mutatiōes. Sic adulatores infinitis mo
dis variat verba sua &c. Eapone. Act. 1. Varijs linguis loque
bantur. Ideo ad Titum. 3. Prophanas vocū nouitates deuit-
ta. Vel expone de datractorib. qui multimode variant verba
sua Sed sicut ſm Plin. li. 10. c. 12. tunc est pessima coruorum
significatio, qñ glutiunt vocem quasi strangulati, sic vere, tūc
verba detractorum sunt pessima, qñ sub quadam gluriendi
& retinendi, vel totum dicara non audendi formula sunt p̄
lata, vt pota quando fingūt se multa alia de homine scire, sed
cuncta dicere non audare, tunc. n. maiorem faciunt contra
hominam suspitionam, quam si planam ederant locutionē.
8 ¶ Secundum Isidorum coruus pullis suis non prouidet, quo
usq; sibi similes eos vidarit in nigradina & colore, sed cum
plumarum nigredinem in ipsis vidarit, tunc eos tanquam p̄
prios recognoscit, & ipsos allicit atque nutrit. Sic mundus il
los qui non habaut nigredinam peccatorum, abijcit & con-
tamnit, sad illos quos vt se nigros innanerit, tanquam suos
recolligit & extollit, iuxta illud Eccl. 13. Omne animal dili-
9 git simila sibi. ¶ Coruus nidum suum perpetuo nunquā mu-
tat. Sic nec homo debet statum, officium, & beneficium suū
mutare nisi forte euidens ratio cōtradicat 1. ad Cor. 7. Vnus
quisq; in qua vocatione vocatus est, in eadam p̄maneat. Qđ
est contra ambitiosos & instabiles, qui nunquam aliquo gra
10 du seu benaficio sunt cōtenti. vida supra de ciconia, vbi inue
nies idē. ¶ Secundum fatuos augures coruus habat quādam
vim præsagij, & diuinatiōis, & ideo ſm antiquos, inter aues
quæ dedicabantur apollini, enumaratur. Hæc auis ſm Fulgē-
tiū diuersas habet vocis mutationes. s. quadraginta quatuor,
& est auis fraudulenta, quia pecuniam & alias res furtinè
subtrahit, & eas abscondit in abscondius & cauernis, quibus
postmodum se non iuuat. Sic aduocati & diuites & fatuis au
gurib. & mundanis, vim præsagiantem habere dicuntur. i. sa
pientiam aacellentem, & ideo digni iudicantur ab homini-
b9 deo apollini. i. diabolo sacrificari. Isti multipl' voces mu
tant, quia pauperes attrahēdo vtuntur allectiuis & dulcibus

ipsos autem terrendo vtūtur comminatorijs & tristib. & lu
per cadauera. i. super bona mundi & carnalis delicias p̄ ma-
la dasideria commorantur, & ibi vltra quam decaat occupā
tur. Figurati in coruo diluuij, qui plus amauit circa cadaue-
ra remanere, quam ad Noe in arcam reueoire, sicut Gen. 9. &
pecunias & alias res furtiuè subtrahant, & eas in arcis & ab
ditis recludantes, eis postmodum non se iuuant, quia morte
subita præuenti, cum habuerint quod cupierant, non pote- 11
runt possidere. Iob. 20. ¶ Secundum Arist. coruus hoc habet
proprium, q̄ in æstatis mediæ feruorib. ouat & pullificat, cō
tra naturam auium aliarum. Sic boni qui nigrescunt per pœ
nitantiam, in calora tribulationum positi, pullificara per bo
na opera non omittunt. Et sicut coruus diutissimè viuit, q̄a
ſm Ouidium, coruus viuit milla annis vel saltam nongentis.
¶ Vnda commune Prouarbium, q̄ vna sepes spinarum durat
trib. annis, canis durat quantum tres sepes, equus quantum
tres canes, homo quantum tres equi, ceruus quantū tres ho
mines, coruus quantum tres carui. Sic vere viri iusti debent
diutissima per perseuerātiam viuere, & nunquam a vita gra
tiæ deficere vel cessare. Sap. 3. Iusti autam in perpetuū viuēt
& apud dominum est merces eorum. ¶ Secundum Isidorū
pulli coruorum antequam habeant nigredinem, a coruis nō 12
diliguntur, nec ab eis pascuntur, imo tunc tamporis roris cę
lestis beneficio nutriuntur, sed postquam plumarum nigredi
nem accaperint, a coruo racogniti, cibis fœtidis. s. cadaueri-
bus sustentātur, roris vero beneficio ex tunc nullatenus edu
cantur. Sic vere charissimi quandiu nos fuarimus sina nigra
dine vitiorum, albi. i. innocentes & puri, tandiu deus rore cę
lestis gratiæ nos nutriat & perfundet. psal. Cibauit eos ex adi
pe frumenti, & de pane cæli saturauit eos. Quamuis tunc pa-
ter noster mundus nos odiat & contemnat, & nutrimēta mū
danæ prosparitatis nobis tunc subtrahat atq; tollat. psal. Pa-
ter meus & mater maa dereliquerunt ma, dominus autem
assumpsit me. Et econuerso statim quod nigredinem pctōrū
acquirimus, pater noster caro seu mundus nos cognoscit, &
carnibus bonorum tamporalium nos nutrit, Daus vero tūc
rorem. i. nutrimentum gratiæ nobis subtrahit, & in manu no
stræ prouinciæ dimittit. psā. Dimisit eos sacundum desideria
cordis aorum, ibunt in adinuentionib. suis. Vel potest allega
ri de diuina prouidentia, quæ innocentes & simplices quib.
vel fortuna vel natura vires & adiutorium denegauit, solet
amplius subuenire, & econuerso illis quib. propria industria
sufficit, & qui propriæ prudentiæ innituntur, solet sua subsi-
dia subtrahare, & de ipsis amplius non curara figura de filijs
Israel, quibus oī alio auxilio destitutis pluabat manna domi
nus in deserto, statim vero q̄ da terræ fructib. gustauerunt,
manna qđ de cælo soliti erant parcipera, pardiderunt, sicut
dr̄ Iosuæ 5. ¶ Sicut coruus sacundum Arist. si plures pullos
habuerit aliquos eijcit, ne in nutriendo grauetur, sic raligio 13
sus da nido cordis sui deber amorem mundi & carnis eijce-
re, vt circa amorem dei & proximi valeat occupari. vide idē
supra de auib. in ganarali. §. panult. ¶ Plinius li. 10. c. 43. natu 14
ralis mundi historiæ facit specialem titulum & coruorū in-
talligātia. Ait. n. coruū magni essa intellectus, & verba huma
na aliquotiens edoceri. Vnde narrat Romæ fuisse vnam cor
nicē q̄ humano sarmoni assuefacta, omnib. matutinis ad cer
tum locū volabat, & Tiberium & germanicum & Drusum
Cæsares nominabat, & transeuntem Romanum populū sa-
lutabat. Moa vero cornia a quodam fatuo fuit occisā, sibiq;
populus Rumanus exequias fecit, & super humaros duorū
æthiopum præcedēte tubicine funus eius portatū est. Ipsa ve
ro occisor ipsius extitit in vltionam mortis cornicis interem
ptus. Narrat etiam de quibusdam cornis in troezena regione
asiæ, qui assidentes humaris cuiuldā, cum ipso ad vanatiōem
ibant, & eum ad eundū aliquotiens excitabant, & in venatio
nis officio adiuuabant. Narrat adhuc de cornicula q̄ sitiens,
nec aquam a profundo monumento extrahera valans, visa
est tot paruulos lapides apposuisse, vt aqua ad summitatam
monumēti exūdaret, & sic pro voto biberet, vt placeret. Ista
si vis applica q̄ multō fortius debat hō verba humana. i. ho-
nasta & rationabilia promere, venationam prædicationis fa
cere, & si a monumēto & a fonta misericordiæ. s. deo vel bea
ta virgine aquam gratiæ & aloquentiæ non possit extrahere,
lapillos bonorum operum & orationem debet apponere,
vt sic possit illa aqua vsq; ad os ipsius redundare. quod maxi
me debat facare prædicator, qui debet esse humanorum &

ratio-

ratinnabilium verborum prolator,& aiarum venator,& in
principio debet orationes ad fontem misericordiæ mittere,
vt aqua gratiæ & eloquentiæ possit ros ipsius irrigare. Es.12.
Haurietis aquas in gaudio de frontib. saluatoris. Vel dic qd'
si populus Romanus voluit mortē vnius auis vindicare,& ei
dē exequias sepulturæ facere, multo fortius est mors vnius
15 hōis iniustè occisi vindicāda,& sepultura debita exhibēda.
¶ Sicut ponit Pli.li.10 c.12. Vulgus arbitratur coruū ore pa-
rere,& concipere. Aristo.tñ negat. Sic vere hō debet parere
oua sua.i.confiteri peccata sua ore.s.verbaliter exprimendo,
quia.s.sicut dr̃ ad Rom.10. Ore aūt fit confessio ad salutem.
Aristoteles tñ.i.mundi sapiētes & pagani philosophi ad hoc
non concordant, qui confessionem non necessariam prædi-
cāt, sed eā refutauit atq; negant. Vide infra.lib.14.ca.42.§.19.

## De Cygno. Cap. 24.

Ygnus habet caput rubeum, pedes autem habet ni-
1 C gros. Sic multi in principio rubent charitate, sed in
fine peccatis & vitijs denigrantur. dic de statua Dan.
2. quæ.s. in capite erat aurea, in pedib. vero erat testea
ferrea, significans illos qui meliores sunt in principio quam
2 in fine. ¶ Cygnus sm̃ Isidorum dr̃ à canēdo, nam eo q̃ habet
collum lōgum & reflexum,& caput altum & eleuatu, modu
lum suauem reddit. Vnde in hyperboreis partibus (sm̃ eum)
concinentib. citharedis, pulli cygnorum de nidis euolant,&
vna cū eis dulcis melodiæ cantum sonant. Et est auis in flu-
minib. habitans, alba plumis, sine nigredine intermixta,& in
ter pisces nutritus, ipsos non deuorat, neq; lædit. Nautis bo
nū præsagit,& in alia est eius maxima fortitudo. Cygni tñ q̃
iuxta hominum habitacula nutriuntur, minoris sunt volatus
& maioris carnositatis,& pinguedinis amplioris. Illi autem
qui siluestres sunt, minoris pinguedinis,& collis extēsis, alis
eleuatis, pedibusq; ad posterius applicatis, sunt volatus gene
raliter fortioris. Et licet mors eis institerit, cantare pp̃ hoc
non omittunt. Isti in fluuijs nidificant libenter vbi ligna sunt
vndiq; inserta,& collo extenso ad profundum aquæ de radi
cib.& herbis quas ibi inueniunt, cibū sumunt. Cygnus cha-
rissimi significat generaliter viros iustos, quia.s. illi capite cor
dis & intentionis ad deum superius eleuato, cantum modu
losæ orationis, confessionis, prædicationis, laudis,& gratia-
rum actionis debent emittere lætabundè. psa. Cantabo dño
in vita mea, psallā deo meo quamdiu fuero. Et tunc cygnus
cum citharædis cantat, qñ vir contemplatiuus pro posse suo
faciem patris cum Angelis contemplatur, cum ipsis ad actio
nes prouehitur gratiarum,& ad lætitiam spūalem, vt gaude-
re cum gaudentib. dinoscatur. ad Rom.12. dicentib. Angelis
& beatis illud Exo.15. Cantemus dño, gloriosè.n. magnifi-
catus est. Ille gemitum & dolorum nescit,& in morte dulci-
ter canit, quia vere vir eleuatus & iustus intantum allicitur
ad æterna, quod mundanæ tristitiæ vel doloris,& æternæ an
gustiæ vel horrores in ipso gemitum desperationis & impa
tientiæ non producunt, quinimo in morte & tribulatione po
situs semper in supremo delectatur,& ideo continuè iocun
datur. Esa.61. Gaudens gaudebo in domino: & hoc q̃a sicut
sapientiæ.3. dr̃, Sperat iustus in morte sua. Itē isti in aquis de-
uotionis debent nutriri,& ibi herbas & radices sacrorū vo-
luminum ruminare,& de profundo fluminis scripturæ debēt
radices & herbas veræ doctrinæ elicere, quib. se valeant im-
pinguare. Gen.41. Pascebantur in ipsa fluminis ripa. Et licet
q̃nque inter pisciculos commorentur, i. inter hoīes pctōres,
non tamen ipsos debet comedere detrahendo, aut contēnē-
do, sed eos in pace tolerare, exemplo Christi qui publicanos
recipiebat,& vt eos conuerteret, cum ipsis sæpius manduca
bat, dicens Luc.11. quod non est opus valentib. medico, sed
male habentibus. Hic duas alas habet.s. duplicis charitatis,
in quib. consistit omnis virtualis & spiritualis fortitudo. Itē
cygni qui iuxta domus hominum habitant, sunt carnosi, q.a.
contēplatiui, qui hominum secularium gratias & fauores q̃
runt,& mundi negotijs se implicant, a volatu contemplatio
nis retardantur,& pinguedine carnalis affectionis multipli-
citer hebetantur. Sed illi qui quo ad mundi negocia sunt sil-
uestres, extenso capite intentionis eleuatis alis dilectionis,
& ad posteriora.i. ad celi futura bona inclinatis pedibus affe-
ctionis, cum paucæ sint pinguedinis,& carnalitatis, per con-
templationem fortiter euolant ad æterna Esa.40. Volabunt
& non deficient. ¶ Item habent cygni pedes clausos, quib. se 3
iuuant in natando, quia.s. vno pro remigio,& altero pro gu-
bernaculo vtuntur. Charissimi per pedes intelligo intellectū
& voluntatem. Isti debet esse clausi, quia voluntas nō debet
esse diuisa per diuersas affectiones, imo oia debet reducere
ad dei charitatem,& in ipsum oia claudere p affectum. Pes
et intellectus debet esse clausus, vt non plus sapiat quam ne
cesse est. Eccl.7. Sed sapiat ad sobrietatem. ad Ro.12. Non di
uisus per errores & dubitationes, quia dr̃ Oseæ 10. diuisum
est cor eorum, nunc interibunt. Istis ergo duob. pedibus de
bet homo ad celi gaudia nauigare, quia.s. pede voluntatis &
affectiōis vtimur pro remigio (illa.n. ad modum remigij flu
ctuat in hoc mundo, pede vero intellectus vti debemus pro
gubernaculo, quia.s. quicquid agamus, totum debet discre-
ta rō gubernare. ¶ Cygnus sine aliqua nigredine habet plu- 4
mas: in fluminib. habitat & nautis suo occursu bonum præ-
sagit. Sic prædicatores in plumis.i. in apparentia dñr esse al
bi, mūdi videlicet & honesti, sine alicuius vitij nigredine in-
termixta,& nautis.i. naufragantib. in mari hoīs mūdi, ætet
næ fęlicitatis suis debent prædicationib. solatium diuinare.
¶ Cygnos qñ coierit cum fęmina sua, hoc habet propositum 5
q̃ cibū non comedit donec fuerit balneatus, sicut dr̃ in li. de
natura rerum. Sic peccatores antequam cibum sacri altaris
recipiant, per confessionem debent si peccatis carnis fuerint
maculati, ante oia balneari,& sic mundè poterunt pane cæle
stis eucharistiæ satiari 1. ad Cor.11. Probet autem seipsum ho
mo,& sic de pane illo edat. ¶ Nota quod cygnus est auis cā- 6
dida & canit & carmine modulosa in aquis nutritur,& cir
ca pullos suos educandos est sollicita & eos rostro aliq; & si
bilo defendere cōsueuit,& si aliquod eis velit obsistere, sp in
ter aduersarium & pullos se medium consueuit ponere. Et li
cet inter pisces nutriat eos tñ non deuorat, imo panem qui si
bi proijcitur, eis communicat comedendum. Cygnus est pla
tus, qui in aquis sacræ scripturæ nutritus, debet esse cādidus
per castitatem, modulosus per prædicationis vtilitatem, pul
los suos & subditos debet ab inuasorib. spiritualibus & tem-
poralibus protegere,& se contra inuasores hęreticos, demo
nos & tyrannos medium obijcere,& ipsos rostro orationis,
sibilo pdicationis,& alis protectionis debet diligēt' defen
sare, vt sic dicatur sm̃ illud psal. Adiutor in opportunitatib.
in tribulatione. Caput debet habere eleuatum.i. intentionē
erectam ad æterna. Lu.21. Respicite & leuate capita vestra.
Collum debet habere longum.i. discretionem deliberatiuā,
vt.s. antequam cogitatio a corde exiens, exterius ad os & ad
opus perueniat, possit considerare,& videre vtrum bona sit
vel mala: & iste licet inter pisces.i. licet inter subditos & cō
pares cōmoret, ipsos tñ non debet comedere per rapinā, sed
panem sciæ & scripturæ, vel etiam panem diuitiarum tpaliū
a deo sibi datum debet eis misericorditer erogare,& de her
bis quæ crescūt in aqua.i. de verbis sacræ scripturæ debet ac
cipere sibi cibum. Gen.3. Et comedēt herbas terræ. Cygnus
fæmella qñ masculus cū illa coierit, ipsum eijcit & expellit, li
cet ei primitus blandiretur. Et sunt cygni magnæ carnosita-
tis & pinguedinis,& paucissimi sunt volatus,& habent car-
nem interius multum nigram,& ad digerendū nimis duram
& in fluminib. iugiter commorantur. Sic luxuriosi in flumi-
nibus deliciarum pro posse cupiūt enutriri: magnæ sunt car
nositatis & pinguedinis,& ad volatum contemplationis &
bonorum operum nimis pigri, quia sm̃ Aug. Nihil adeo ab
arce contemplationis virilem animum eijcit, sicut fœminæ
blandimenta. Isti ēt carnem interiorem.i. conscientiam ha-
bent nigrā & durā ad digerendū & ad conuertendū p prędi
catione, q.a sm̃ qd' dicit Eccl.24. Homini fornicario ois pa-
nis dulcis, nō fatigabitur transgrediens vsq; ad finē. Et qñ fę
minæ de ribaldis suis cōmodū quod potuerunt extraxerunt,
ipsos abijciunt & repellūt. Figura de Dalida, quæ postquam
Sansonem totondit, abiecit ipsum,& manui hostium suorū
tradidit occidendum. Sic mulieres postquam tpalem substā
tiam & vellus diuitiarum a luxuriosis excusserint ipsos abij
ciunt & dimittunt. Eccle.13. Si habueris, cohabitabit tecū, si au
tē nihil habueris, derelinquet te. ¶ Cygnus percussus capite
statim moritur, pcussus vero in alijs partib. multos sustinet 7
ictus, sicut dicitur in lib. de natura rerum. Sic vere periculo
sum est hoīem percuti a diabolo per peccata in capite inten-
tionis, vel in pricipio iuuentutis. Aliæ.n. partes vitæ nō sunt
ita pe-

ita periculosè, quia mors æterna ex ista citius sequitur, inq̃-
tum corrupta iuuẽtute vel intentione q̃cquid de vita vel de
operib. sequitur, viciatur, iuxta illud. Cum caput infirmũ, cæ
tera mẽbra dolent. ¶ Hypocrita est similis cygno, q̃ est auis
8 exterius candidissima, interius aũt caro eius est valde nigra,
& dura, rostrũ habet tuberosum & densum, pedes tñ habet
nigros & clausos, & licet in aquis maneat, interiorem tñ ni-
gredinẽ nunq̃ mundat, licet exteriorẽ albedinẽ nõ amittat.
Sic hypocrita est exterius cãdidus in apparentia gratiosa, sed
niger interius in cõscia vitiosa. Iste habet rostrũ densum &
tuberosum, q̃a verba sua sunt ornata põderosa & honesta: du
ra est eius caro. i. cõscia ad digerendũ & cõuertendũ, & ni-
gra ẽt & horribilis ad videndũ. Apo. 6. Ecce equus niger, &
qui sedebat super eum, nomen eius mors. Et licet in aquis sa
cræ scripturæ cõmoretur, pctõrũ tñ nigredinẽ nõ amittit, iuxta
illud Hie. 13. Si mutare põt æthiops pellẽ suã &c. Pedes aũt
eius. i. finis vitæ ipsius, sunt nigri qualis est caro alia demon-
strãtes, q̃a finis hypocritarũ optimè demonstrat qualis erat
cõscia, q̃ sub honestatis albedine latitabat. Nã tales cõiter
in fine cadunt sic apparet quales erat. Iob. 33. Ossa quę tecta
fuerant nudabuntur. Et sicut olor caput & collũ extẽdit, vt
de terra cibũ accipiat, tales cor & affectum extendunt ad ci
bum bonorum temporalium acquirendum. Et sicut cygnus
vult in aquis sp̃ viuere, sic hypocritæ in deliciis, sicut ad lite
ram videmus de multis rigorosis, qui quãuis prudentiam cõ
fiteantur, ipsi tñ in aquis deliciarũ præ cæteris viuere cõp
bantur. ¶ Cygnus masculus blandit fæmellæ & post ample-
9 xionẽ colli mutuã, vnus alterum attrahit ad opus carnis, sed
post actũ solẽt se vterq; balneare anteq̃ cibũ aliquẽ audeat
mãducare, & post actũ illũ fęmina masculũ deijcit, masculus
aũt fugit, & ab ea corporaliter se elongat, sicut dr̃ in libro de
natura rerũ. Sic vir & mulier debent alterutrũ amplexari, &
vnus alteri reddere debitũ, sicut decet copulã maritalẽ, sed de
lectationẽ q̃ in actu carnis dñt balneo lachrymarũ vel elemo
synis & cõpassionis expiare & fæmina masculũ debet expelle
re, & retrahere, & ab actu illo q̃tũ põt elõgare. Qđ tñ est cõ
tra cõsuetudinẽ multarũ malarũ mulierũ, q̃ nõ solũ nõ retra
hunt suos, imo ẽt sequunt alienos, sicut apparuit in dña Io-
seph & ẽt in Rachele, q̃ dicebat viro suo Iacob Gen. 30. Ad
10 me intrabis, quia mercede conduxi te p̃ mãdragoris. ¶ Secũ
dũ Marc. & Amb. Nautæ qñ sunt in maris periculis, visis olo
rib. eis obuiantib. delectant, & est auspicium lætitiæ & secu-
ritatis, & tũc securius tolerant freta maris. Per nautas intelli
go tribulatos q̃ in mari tribulatiõum sunt positi. Per cygnũ
totũ candidũ intelligo bonos & iustos, q̃ more cygni verbis
& cantib. sciunt aliorũ tristitiã consolari. Nautę ergo visis cy
gnis lætant, quia magnũ est solatiũ tribulatis, obuiatiõib. cõ
solari bonorũ. Vel dic q̃ cygni sunt Angeli, q̃ obuiã veniunt
nantis. i. bonis & iustis morientib. & ad portũ paradisi tẽden
11 tib. Mat. 25. Ecce spõsus venit, exite obuiã ei. ¶ Nota q̃ cygnus
prope mortẽ dulcius solito cantat, & cũ gemere nesciat, solus
inter aĩalia ẽm Ambrosiũ cantũ pro gemitu reddit. Sic boni
adueniente tribulatione & morte nõ debent tristari, sed ma
gis in deo gloriari oportet, in tribulationib. meis gloriabor
2. ad Cor. 12. Vel põt allegari de diuitib. quib. mors æterna
parata est, qui tñ in mundi prosperis plus iocundãtur & cã
tant. Iob 21. Pueri eorũ exultant lusib. & postea ad inferos de
scendunt. Vel ẽt põt dici q̃ hõ vt cõiter qñ aliqđ infortuniũ
sibi est paratum, nescio quo spũ cõuenit excessiue lætus es-
se, iuxta illud Prou. 16. Contritionẽ p̃cedit superbia, & ante
ruinam exaltatur spũs. Talis. n. superflua & excessiua lætitia
periculi est prænuncia, quia sicut dicitur Prouerb. 14. Risus
dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. ¶ Cy-
gnus nunquam eijcit stercora in aqua quam inhabitare so-
let, imo uadit exterius circa littus. &c. Expone sicut infra de
diomedeis auib. §. vlt. ¶ Qñ cygni volando fatigati sunt, solẽt
alter alterius dorso colla imponere, & p̃cedentib. inniti, &
duces ẽt fatigatos ad dorsa recipere, & sic dũ alter alterũ iu
uat, solent laborem melius tolerare, ẽm librũ rerũ, & ẽt ẽm
Pli. li. 10. c. 23. Sic vere nos qui per aera vitæ præsentis vola-
mus debemus alter alteri inniti, & alter ab altero supporta-
ri, & maxime præcedentes, id est superiores debent fessos &
infirmos sustinere, vt vice reciproca ipsos duces & præla-
tos debent alii supportare. Bene ergo dicitur Galat. 6.
Alter alterius onera portare, & sic adimplebitis legem
Christi.

*De Culice. Cap. 25.*

CVlex ẽm Isidorum dr̃ ab aculeo, eo quod cũ aculeo 1
pungat & sanguinẽ extrahat & ebibat. Et est musca
modica. & licet inter volatilia reputetur, corp' tñ &
effigiem habet vermis, & plures pedes quam alas ha
bet. In aere strepitum generat, & equis vlcerosis est infestus,
& etiam suis punctionibus a requie sua excitat dormientes.
Hic de cadauerib. & plaustrib. generat, & lumen videre mul
tum diligit, sed quia nimis incaute cãdelæ lumini aliquotiẽs
appropinquat, iõ multotiens se incendit, & licet duris aĩali-
bus noceat, statim tñ q̃ tangitur, destruitur, & crepat & est
culex cib. hirundinum. Et ẽm Isidorum culex fere idem est
q̃ cynifes, quę est minutissima musca, sed punctionib. & acu
leis permolesta. Teste autem Pli. cum plures sint species culi
cum, oẽs tñ in ore habent aculeum, cum quo vel sugunt, vel
cum quo pungunt. Talis per oĩa est detractor, quia detracto
res aculeũ murmurationis, armati, sanguinem vindictæ ab
aliis expetunt, quos suis detractionib. lacerant & cruentant,
dicentes illud Deut. 32. Inebriabo sagittas meas sanguine, &
gladius meus deuorabit carnes. Et isti licet modici sint, me
riti sciẽ, corporis, & virtutis, magna tamen animalia. i. potẽ-
tes personas autenticas & solennes tam scientia quam digni
tate, inuadere non timescunt. Isti inter volatilia computant
quia inter spirituales in conuentibus habitantes, eiusdẽ esse
naturæ a secularibus reputantur, sed si bene considerentur,
vermes sunt corruptibiles & infesti, sicut patet de multis de
tractorib. religiosis & ecclesiasticis, qui gradu & statu aues
. i. viri spirituales esse creduntur, qui tamen per corrosionẽ
detractionum vermes esse certissime comprobantur, ita vt
possint dicere illud psal. Ego autem sum vermis, & non hõ,
opprobrium hoim, & abiectio plebis. Quod etiam p̃prie de
hypocritis potest dici. Isti. n. in aere huius mundi strepitũ di-
scordiarum generant, dormientes. i. innocentes pungunt &
excitant, & plures pedes quam alas. i. plures affectiones quã
virtutes & perfectiones portant, equos. i. luxuriosos & eorũ
vlcera. i. eorum malefacta, mordent & lacerant, & plus in vl
cerib. i. in hominum criminib. quam in virtutib. se delectãt.
Isti candelę lumen videre diligunt, quando facta aliorũ sibi
cupiunt fieri manifesta, vt occasionem habeant murmurãdi.
sed tamen a cãdela comburuntur, qñ nimis inquirentes, ver
bis duris & aliis responsionibus feriuntur. Et licet aliis (vt
dictum est) quam plurimum sint nociui, & libenter de cęte
ris obloquentes, tñ si tangant parua iniuria vel murmuratio
ne, statim per impatientiam crepant, quia. s. tales qui de om-
nib. consueuerunt obloqui, nullo modo volunt, quod aliq̃s
de eis obloquatur. Isti sunt cibus hirundinum. i. dęmonum,
qui. s. tales comedent in inferno quos modo per vitia sua dul
citer recreant & educant. Breuiter igitur isti in ore portant
aculeũ punctionum, quo. s. solent sugere & pungere. Sugere
dico adulando, & vtilitatẽ propriam procurãdo, & alias pũ
gere mordẽdo & inquietando, quia. s. isti qñ non sugunt, pũ-
gunt, quia qñ non inueniunt qui det eis aliquid, ipsum detra
hendo corrodunt. Mich. 3. Si quis nõ dederit in ore eorum
quidpiã, sanctificant super eum pręliũ. Ideo Eccl. 38. Susurro
& bilinguis maledictus. multos. n. turbauit pacem habentes.
& Ecclesiastic. 21. Susurro & bilinguis coinquinabit ani-
mam suam, & ab omnibus odietur. Prouerbio. 26. Verba su
surronis, quasi simplicia, & ipsa pręueniunt ad intima cordis
Leu. 19. Non eris susurro. &c. ¶ Secũdum. Pli. li. 10. culices aci
da & aspera. s. mundi aduersa appetere, dulcia vero. i. mundi
prospera & delectabilia refugere. Iob 6. Amarum pro dul-
ci sumet. Vel dic quod culex hominem vnctum in absynthio
non potest tangere, & qui a fumo ligni pigri solet fugere se-
cundum Auicennam, est diabolus, qui absynthium. i. memo
riam ligni crucis fugit, & hominem absynthio pœnitentiæ
vnctum non tangit, nec acida. i. homines contritos & ama-
ros inuadit. ¶ In cypro in ærariis metallorum. sicut dicit Pli.
li. 11. c. 36. in ipso igne fornacium generatur q̃da species cul
cum ad quantitatem maioris muscæ, pennatum quadrupes, &
& appellatur pyralis siue pyrausta. Illud igitur quandiu est in
igne durat, & in igne generatur, viuit & volat, si vero extra
volauerit, postquam aliquandiu volauerit, moritur & expi-
rat. Ista possunt applicari ad quosdã viros perfectos, quorũ.
s. spiritualis vita est incendium charitatis, iuxta illud Augu.
scio anima mea q̃ amor est vita tua. Quãdiu. n. sunt ĩ fornace
charita-

charitatis,& in ipso feruore amoris & deuotionis,tādiu solent per gratiā viuere,si vero a fornace charitatis suæ recesserint,vtpote si a claustro ad mundū transierint, & ad mūdi
3 negotia se elongauerint,statim solēt per pctā mori,& in deuotionis frigore congelari. Vnde Exo.8. Ibo & videbo visionē hanc magnā.quare.s.rubus arderet & nō cōburebatur. Vel dic q ignis significat ardorē tribulationum,quæ p certo sunt multis hominibus spiritualis vita. Multi.n.sunt qui quandiu sunt in tribulationum fornace,per gratiam solent viuere,& in statu gratiæ permanere,quia.s.tribulatio vanitatem suorum appetituum refrenat,& sic vitam gratiæ sibi continuat & conseruat. E conuerso aūt prosperitas istos interficit,quia s.si ab igne aduersitatis recesserint, & ad prosperitatū refrigeria accesserint,statim per diuersa vitia pereunt, & sic q in aduersitate boni fuerant,positi in prosperitate succumbunt: quia breuiter multi sunt qui melius sciunt in aduersis quā in prosperis viuere,& iō tutius est talib. esse in igne quā exterius remanere,iuxta illud Esa.47.(sm aliam literam) Habens carbones ignis sede super eos,& erunt tibi in refrigerio.& Esa. 43. Cum ambulaueris per ignem,flamma non nocebit tibi.
4 Et si vis applica ad Laurentium. Agatam,& Iustinam.¶ Hemerobion est species culicum,quæ in fluuio hipani generatur in ponto,quæ vltra vnum diem non viuit. Sed certe iste sunt quæ nascuntur in aere,super quædam flumina galliarū. Vide de pictauia infra li.42.c.42.

## De Carduele. Cap. 26.

1 CArduelis est auis paruula,& ad cantandum in cagiis enutrita. Mirabili modo docetur aquam pede per filum de imo eleuare,vas inferius deiectum vsq; ad os eleuare,& ad bibendū ori suo applicare,sicut ad sensum patet,& ponitur in libro de natura rerum. Charissimi sic vere cum nos in cagia religionis vel ecclesiæ simus positi ad cantandum.i.ad deum laudandum,hinc est quod vas plenum aquæ.i.sacram scripturam plenam scientia debemus de infimo sursum erigere ipsam in reuerentia habendo ipsa cū pede affectionis & cum filo subtilis intellectionis debemus ad os nostrum applicare,ibi meditando,vt possimus bibere aquam sciæ & doctrinæ studendo atq; legendo. Vel dic qd' ista auis est prædicator,qui ad prædicandum & cantandum est specialiter deputatus,& iō ante oīa ipse debet vas plenū aqua.i.Mariam plenam gratia interpellare, & ipsam cū filo orationis,& cum pede amoris & affectionis ad se attrahere, & leuare,& eam vt de aqua gratiæ possit bibere,ore suo debet ante oīa applicare,dicendo pro gratia impetranda. Aue maria iuxta.illud Non recedat a corde,non recedat ab ore.

## De Cuber seu perdice. Cap. 27.

1 CVberh est auis luxuriosa,intantum q masculus non vult q fœmina occupetur circa oua fouenda,& ideo frangit ea masculus autem secretè & subtiliter vadit ad fœminam,ne ab aliis masculis audiat,& ne ab ipsis in suo opere perturbetur. Tanta est aūt istarū auium libido, quod fœmina ex solo auditu vel olfactu masculi impregnatur, & ouat. Pugnant autem adinuicem,& victor cum victa solet cohabitare,& locum secretum solent ad hoc eligere ad voluntatem victoris,sicut dicit Arist. Est autem ista auis idem quod perdix,licet translator hoc ignorauerit,sicut dicit Vincentius. Rectè charissimi tales sunt luxuriosi, quia pro certo isti non quærunt quod fœmina faciat prolem, quinimo,qnq; fit quod ipsi oua fœminæ.i.semen in vtero receptum frangunt & destruunt cum medicaminib & cum herbis vt proles non oriatur,& ne ipsi cognoscātur & ne voluptas eorū impediatur. Isti igitur secretè vadunt ad fœminas,occulte.s.& de nocte ne forte amici & vicini sciant,& ne ipsos impediant & retardent. Inuicem etiam verbis & suggestionib. falsis.& promissionibus,& allegationibus pugnare solent, & tandem vno victo & consentiente,ad quærendum loca secreta diligenter vacant & student. Istud autem inter istos quotidie fit quod fœmella solo odoratu famæ solo tactu masculi, & solo auditu verborum ipsius luxuriosi sæpe inclinatur ad malum & oua mali propositi concipit,& tandem pullos mali operis parturit & emittit. Non est bonum tales audire, quia sicut dicitur Eccl.28. Sepiendę sunt aures spinis,& non est audiendum verbum nequam.

## De Cuculo. Cap. 28.

CVculi sm Isidorū ips certum habent quo ad nos veniūt,sed quia pauci & inertis sunt volatus, solent se in humeris miluorum ponere,qui ipsos solent p lōga spatia transportare. Sic vere charissimi, cum nos simus debiles & imbecilles ad volandum in cęlum per opera virtuosa,hinc est quod in humeris miluorū.s. Christi Mariæ & sanctorum & perfectorum etiam virorum debemus nos per deuotionem ponere,& nos eis & eorum tuitioni cōmittere,& sic eorum virib.& suffragiis,eorum meritis & beneficiis poterimus ad cęli gloriam transuolare. Deu.32. Expandit alas suas,& assumpsit eos,atque portauit in humeris 1
suis.¶ Cuculus nolens fatigari in cubatione ouorum, ponit oua sua in nido auiculæ dictæ curruca sm Hugonem, & de ouis dictæ auiculæ totidem demit,ne forte si numerus excederet,auicula cognosceret fraudem suam,sicq; fit q auicula oua cuculi fouet,tanq sua,dū iā fota fuerit & exclusa,pulli ad augmentū deducti solent cibos aliorū præripere,& se præ alijs impinguare. Nutrix ergo videns eum maiorem cæteris, in eo gloriatur,& alios respectu ipsius contemnit,& se talem peperisse miratur. Finaliter tamen cuculellus ad propriā matrem redit,& suam nutricem deserit,& si eum secuta fuerit, in eā atrociter insurgit. Ista dīr in li.de natura rerū. Plin. vero li.10.c.9. Ista dicit de cocyce,quæ est qdam species accipitrū. Charissimi auis fraudulenta cuculus potest diabolū designare,oua autem eius possunt hypocritas pessimos diaboli filios denotare. Curruca quæ est auis innocens religionem vel ecclesiam significat,cui.s.diabolus furtiuè oua sua.s.hypocritas & malos ecclesiasticos in nidis.i.in claustris,officiis,vel per carnis affectionē,vel per simoniam collocat,& quod dolendū est,exinde propria oua auiculæ.i.viros iustos & proprios filios ecclesiæ subtrahit & elongat,quia nulli dubiū qn diabolus ab ecclesia & ecclesiasticis promotioib. bonos subtrahat,& loco eorū malos substituat atq; ponat,iuxta illud ad Heb.10. Aufert primum vt sequens statuat. Et quid? Pro certo curruca simplex,s.ecclesia,credēs istos cuculellos esse suos,& pia hypocritica fictione videns eos esse plus cęteris apparentia virtuosos,& p virtutes & gratias credēs eos plus cæteris impinguatos se peperisse tales filios gloriat, & ipsos plusquā suos proprios exaltat promouet,& amplexatur,quinimo quod peius est,alios respectu istorum contemnit,& ipsos impfectiores ęstimat atq; credit. Sed quid? Pro certo isti qui sic ab ecclesia fuerint honorati,& eius dignitatibus exaltati,finaliter de ista nutrice sua non curant,sed eā oppressam calamitatibus deserunt,sibique seruire in nullo volūt, quinimo ipsum impugnāt,& malis exēplis & operibus cōtra eā insurgūt,& diabolo,q est propria mater sua in oībus obediūt & ad ipsum per mala opera se cōuertunt, & ideo de talibus ecclesia potest dicere illud Esa.1. Filios enutriui & exaltaui,ipsi autem spreuerunt me. Ista potissimè patent de malis prælatis,qui ab ecclesia nutriti & exaltati,ipsam præ cæteris opprimunt & impugnant, & tribulationibus principum secularium & ipsam desolatam dimittunt. Baruch. 4. Exacerbastis enim eum qui nutriuit vos,& cōtristastis Hierusalem nutricem vestram. Ista etiam patent de hypocritis & hæreticis, qui a diabolo in nido ecclesiæ positi,aliquandiu cum ea perseuerant,sed finaliter apostatando ipsam deserunt & dimittunt,eamque impugnant,diffamant,& comedunt.& de hoc trista tur ecclesia Baruch.3. dicens. Nutriui eos cum iocunditate,& dimisi eos cum fletu & luctu. ¶ Cuculus a sono nomen accepit,eo.s.quod voce importuna semper nominat se metipsum.& non semel,imo continuè nomē suum recitat alta voce. Tales sunt iactatores & vanigloriosi,qui.s. alta voce prædicant laudes suas,& nomen & famam suam sp habent in ore,& vix aut nunquā volūt loqui nisi de seipsis & de suis operib.atq; factis contra illud Prou.27. Laudet te alienus,& non os tuum,extraneus,& non labia tua. Pli.li.30.ca.3. dicit vnum valde mirabile de cuculo,q.s. vbicunq; primum ipsum homo audierit,si pedem dextrum circunscribat,& locū seu vestigium ipsius pedis effodiat,& ne terra aliquem locū aspergat,ibidem pulices non gignuntur. Sic vere si vocē domini audieritis & pedes affectuum vestrorum circunscripseritis & ordinaueritis,terramq;.i.mortis puluerizationem p memoriam effoderitis.& exinde domum conscientiæ per timorem 2

morem

morem & asperitatem aspesseritis, proculdubio omnem pulicem id est omnem malã cogitationem exinde fugabitis &c. allega vt vis.

## De Auibus diomedeis Cap. 29.

1 DIomedeae aues sunt quæ pennas albas habent, & oculos scintillantes, sic dictæ secundum fabulas, ex eo q̃ socij diomedis militis græci a troiano prælio redeuntis dum naufragium paterentur, in aues homini sunt mutati quæ nunc in mari siculo solent insulam diomedeam frequẽtare, vbi ſm Solinum & nusquã alibi sunt repertæ. Istæ autem inter notos & ignotos discernunt, græcia .n. tanquam incolis suis non nocent, imo ad eos solent accedere, & eis blandiri, aduenas vero solent percutere, & mordere, sicut dicunt Isidorus & Solinus. Istæ possunt significare bonos prælatos, qui diomedis idest Christi socij per naufragium tribulationum in aues idest in viros spirituales castos & candidos conuertuntur, qui inter veros incolas ecclesiæ & alienos .i. inter iustos impios debent discernere, & illis applaudere, & eos promouere, illos vero fugere, pungere & corrigere, & punire. Vel etiã potest dici de Christo & angelis, qui in die iudicij optimè discernẽt inter incolas & inter aduenas, inter suos & extraneos .i. inter bonos & malos, iuxta illud Eze. 33. Ego iudico inter pecus & pecus arietũ & hircorum Nam suos .i. iustos secum recipient, & eis gloriã concedendo applaudent, malos vero tanquam extraneos percutient, & per æternam damnationem eos vulnerabũt & lædẽt iuxta illud Matt. 25. vbi dicitur q̃ dñs statuet agnos quidẽ a dextris, hædos vero a sinistris. Vel põt optimè allegari de acceptoribus personarum qui suos iuuant, alijs nocẽt. incolis & compatriotis fauent, alienis vero tribulationes inferũt, familiares & amicos suos sustinẽt, in extraneos vero rapinas & iniurias exercẽt. Isti ergo de hominibus in aues marinas mutãtur, inquãtum .s. tales acceptores in mari .i. in amaritudine infernali perpetuo collocãtur, & ibi in naufragio diei iudicij a deo condemnantur. Exo. 10. Ventus arreptam locustã proie-
2 cit in mare. ¶ Diomedeæ autem aues coloris sunt cãdidi, oculorum igneorum, rostri dẽtati. Hæ gregatim s. lẽt incedere, duos duces solent sibi statuere, vnum .s. qui præcedendo iter gregi ostendat, alterũ vero, qui succedendo tardas vrgeat, sicut dicit Solinus in libro de mirabilibus mũdi, & Pli. li. 10. c. 44 Ista possunt applicari ad militarem disciplinam, quia .s. in exercitu non solum ductores, qui præcedant, imo etiã retro custodes qui caueant ne aliqui ab exercitu remaneant aut recedant, statuũtur. Potest etiã applicari ad religiosos, q̃ gregatim & simul debent viuere & morari, quia .s. in magnis cõuentibus ipsi habent vnum ducẽ .s. priorem, qui ipsos p̃cedit ad matutinum, & aliũ .s. qui vocatur gardia, qui cauet ne aliquis remaneat a matutinis. Vel potest dici de fidelibus, qui gregatim per charitatẽ debent viuere, oculos intellectua igneos .i. lucidos per prudentiam habent habere, rostrum vero .i. locutionem dentatam & mordacem per correctionem. Es. 49. Posuit os meum dominus quasi gladium acutum. Isti igĩ duos duces debent habere, vnum .s. priorem, alium posteriorem .s. prælatum qui vadit primus, & prædicatorẽ qui vadit vltim⁹. vnum iter ostendentem, alium exhortantẽ & ad procedendum vrgentem .s. vnum qui exemplariter pręcedendo voluntarios ad volandum in cœlum inuitet, aliũ qui succedendo pigros exhortetur & sollicitet Prælatus .n. debet alios p̃ bona exempla præcedere, prędicator vero debet alios exhortãdo succedere. prælatos debet viam salutis exemplariter demõstrare, prædicator vero debet ad procedendũ in isto itinere pigros & desides exhortari. De prælato .n. præcedente potest dici illud Ex. 23. Mittam Angelum meũ qui præcedat te. De prædicatore vero exhortãte dicit̃ ad Tit. 2. Hęc loquere &
3 exhortare. ¶ Diomedeæ aues sunt cãdidæ &c. sicut supra. & sicut dicit Solinus, aues istæ in altis rupib. in mari vel circa mare vbi difficilis est accessus, faciũt domos suas, vbi simul & inuicem cõmorantur. Rostris .n. fossas faciunt, lignis, desup̃ ordinatis, terra, ne vento spargantur, desuper cooperiunt. Aditũ autem publicum faciunt, vnum .s. a parte orientis p̃ quẽ egrediuntur ad pastum, & alium ad occidentem, vt reuertẽtibus a pastu pateat aditus domus suæ, vt sua exeuntibus & redeũtibus non negetur. Et quod valde est mirabile, istæ aues oĩ die in aqua se imergunt, & pennis adhuc madidis ad domum sacram .i. ad templum & tumulũ diomedis (quod est in illa insula) redeunt, & domũ lustrantes seipsas, excutiunt, & aqua pẽnarum circunspergentes totam domum irrigãt, & p̃fundũt, & sic omni die quasi quodam ritu ipsam cõsecrant, & expiant, & tunc pennis supplaudentes inde peracta religione discedunt. Ista etiam dicit Pli. vbi supra. Istę aues possunt significare oẽs mortales homines huius vitæ. Domus autẽ & nidus istarũ quæ in mari huius mũdi est posita, & multis fluctibus exposita, significat corpus, qđ est terra & lignis .i. carne & ossibus circũseptum. Ista .n. domus habet duos aditus .s. oriẽtalẽ, hæc est natiuitas. occidentalẽ, hæc est mortis necessitas. Per vnam .n. ianuam intramus in mundum, & per aliã redimus a mundo. & de hoc Eccl. 7. Vnus est omnibus introitus ad vitã & similis exitus. Templum autẽ diomedis significat cor, vbi ipse Diomedes .s. Christus corporaliter & p̃ memoriã sepelitur. Veruntamen istam domũ cordis debemus purificare, & deo specialiter dedicare. Debemus .n. ĩ pẽnis affectionis & cogitationis aquã lachrymarum & cõpunctionis accipere, cor & corpus per pœnitentiã aspergere, & sic ista domus purificabitur, & deo specialiter consecrabit̃. Vel fac duos. §. vnũ .s. de morte, & dic q̃ ista dom⁹ nostra est terra, a qua exiimus p̃ portam oriẽtalem nascendo, & ad quam redimus per portã occidentalẽ moriendo. de residuo fac. §. & dic q̃ domus nostra est cor, quæ debet aqua compũctionis lustrari, & a cũctis criminibus expiari, & omni die a cunctis vitijs emũdari. Iac. 4. Emũdate manus peccatores & purificate corda duplices animo. Vel potest dici de cõsecratione, reconciliatione, & benedictione cemiteriorum, & ecclesiarũ, quomodo ab episcopis consecrantur, & aqua benedicta lustrantur, & reconciliãtur, & deo specialiter dedicantur. Et si vis ad vtrãque purificationem & moralem & corporalem potes allegare quomodo domus quæ leprosa fuerat, cũ aqua, Hisopo cedro, & occiso passere purificabat̃. Leu. 14. In fine quia .s. tunc cor & ecclesia purificatur & lustratur cum aqua cõpũctionis, qñ Hisopus humilitatis & confessionis, cedrus & cõtẽplationis, & passer mortuus .i. memoria dñicæ passionis spiritualiter adhibẽtur. ¶ De istis auib. dicit adhuc Solinus. c. de italia & Pli. li. 10. c. 44. qñ fæces seu stercora volunt eijcere, solent contra ventum volare, & volando stercus eijcere, vt vento p̃cul pellẽte nullam possint sorditiem reportare. In nidis .n. suis mũditiam custodiunt & ideo fæces, eijcere p̃cul volunt. Ventus qui purificat aream cordis nostri, est sacerdos. Si igĩ nidos conscientiarum mundos seruare volumus, stercora vitiorũ nostrorum isti vento .s. confessori pandere & expandere debemus, vt sic ad cœlestia mentaliter volando, spiritualem munditiã reportem⁹. Es. 1. Mũdi estote, auferte mala cogitationũ vestrarum. Vel potest dici contra immundos religiosos, vel clericos, q̃ nidos & cõuẽtus suos, domos & hospitia sua, parochias & consortia per luxuriam stercorizant, cum tamẽ immunditiam suam procul extra magis facere deberent. Et de hoc conqueritur dominus. Hiere. 11. Quid est q̃ dilectus meus in domo mea facit scelera multa?

## De Falcone. Cap. 30.

FAlco sicut dicitur in libro de natura rerum, quando ad ardeam volare dimittitur, non debet ei præda sua statim ostendi, imo debet dimitti aliquantulum elongari, vt in consequendo prædam aliquandiu immoretur, vt sic sui animi impetus aliquantulum temperetur, alias tanto impetu prædam caperet, q̃ seipsum in accipiendo interficeret. Sic facit deus. suis .n. fidelibus a longe, non a prope ostendit prædam gloriæ paradisi, iuxta illud Iob. 39. De longe contemplatur escam, quia .s. nunc ostendit eis eam per spem, & non per speciem, iuxta illud. 1. ad Cor. 13. Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Si .n. illam prædam de prope viderent, & quid sit propriè cogitarent tanto impetu ad eam currerent, q̃ morti & supplicio se submitterẽt, sicut apparuit in martyribus, qui ipsam aliquantulum amplius a prope viderũt, & ideo pro acquisitione ipsius mortem & supplicia contempserunt, 2. Mach. 6. Voluntariè præibant ad supplicium. Vel põt dici contra impetuosos & iracundos, qui tanto impetu iracundiæ feruntur ad vindictã, q̃ sæpe fit, q̃ & se & alios morti exponunt, & ideo vtile est q̃ pręda cui volunt nocere ab eis aliquantulũ elongetur, vt dilata vindicta donec pertranseat ira, factũ suũ modestius prosequant̃ Vel põt dici q̃ deus prædã bonorũ tẽporalium & mundi prosperitatis amicis suis a p̃pe nõ ostẽdit,

ſed à longe, quia ſi ipſam a prope viderent.i.ſi ipſam cito ſe
acqnirere crederent, tanto appetitu ad eã currerent, q ſeip-
ſos per auaritiã ſpũaliter occiderẽt. Illam ergo permittit ab
eis dñs elongari, vt impetus cordis humani attenta difficul-
tate habendi, à proſecutione ipſius tẽperetur. Proue.23. Ne
erigas oculos ad opes quas habere non potes quia facient ſi
bi alas, & volabũt. ¶ Falcones renes habet debiles, & pectus
robuſtum. Et non ſolum ad prædã q̃ videt ante ſe, imo ad il
lam quæ eſt poſt tergũ, dr̃ ſollicitus vigilare, & oculos in ira
cum volutione ſolet vertere, & mouere. Sic & nos debemus
habere renes.i.carnem debilem, pectus aũt.i.ſpũm valde for
tẽ 2.Cor.12. Cum aũt infirmor tunc fortior ſum. Ad prædã
aũt non ſolũ anteriorẽ, imo etiam poſteriorẽ.i. non ſolũ ad
bona tpalia quæ ſunt anteriora, & præſentia, imo ẽt ad bo-
na paradiſi quæ ſunt poſteriora, & futura, debemus reſpice-
re, & attendere, & oculos nr̃æ cõſiderationis nõ ad vnũ locũ
tm̃ imo circa nos ad oĩa quæ poſſunt contingere, debemus
vertere, & girare Apo.4. Habebat oculos ante, & retro. Qđ
maxime pertinet ad plãtos, quia quãuis neceſſe habeãt vaca
re ad pdam quę eſt ante ſe ad regimen.i.tpalium, ad illam tñ
quæ eſt poſt tergum.i.ad bona æterna debent ſp conuertere
mentem ſuam. Oculos vero ſuæ diſcretionis debẽt vertere,
vt quid alij faciant, poſſint ſcire, & cognoſcere. &c. ¶ Falco
aues maiores inuadere non pertimeſcit, licet ab eis aliqñ oc
cidatur. Viſum habet clarum. Cãpanas habet in pedib. Ocu-
li eius velantur, ne ad quãlibet auem viſam abuolet in perti
ca altè, & honorabiliter ſituaẽ. Pedes eius laqueolis aſtrin-
guntur. Sic bonus plãtus vel iudex debet corrigere quaſcũ-
que magnas perſonas, & pro executione iuſtitię, mortis ſup
plicia non timere. Vſq; ad mortẽ certa pro iuſtitia Eccleſ.4.
Clare debet videre per ſapientiã, ſonum campanarũ dẽt ha
bere per eloquentiam, ſenſus eius debent operari per diſcre
tionem, ne ad prædam delectabiliũ mundi, vel nimis impe-
tuoſe currat ad vindictam, & punitionem, aut afferatur per
ambitionẽ, & diſcernat vbi, & qñ debet corrigere. Et licet in
eminentiæ pertica ſituetur, pedes tñ affectus eius debent la-
queolis.i.timore dñi vel cẽſura iuſtitię laqueari, ne p ſupbiã
efferatur. Rectorẽ te poſuerũt, noli extolli. Eccl.32. ¶ Ad ca
piendũ ardeã ſunt duo falcones neceſſarii, vnus q ipsã ad ter
rã pſternat, alius q eã proſtratã detineat, & occidat. Sic duo
tentatores capiunt hoĩes.i.diabolus, qui ſuggerẽdo ad pctm̃
impellit, caro vel mundus qui per malas cõplacentias. ne re-
ſurgat impedit Amos.5. Cęcidit, non adijciet vt reſurgat.

### De Philomena. Cap. 31.

1 PHilomena eſt auis quæ alias dr̃ luſcinia, alias credula,
& eſt auis in tm̃ modulationi dedita, q in ſuo cantu p-
cedere ſolet diẽ. nam circa ortum ſolis ſolet ſummope
re modulari Adeo aũt in ſuæ vocis modulatione dele-
ctatur, q rariſſime comedit, & cũ maxima feſtinatione ad cã
tum iterũ ſtatim redit, ſicut dr̃ in li.de nat.rerũ. Tales debent
eſſe viri religioſi, eccleſiaſtici, & perfecti. iſti.n. debent dulci
ter per orationẽ, laudẽ, confeſſionẽ, & gratiarũ actionem, ca
nere, & diẽ æternę lætitię ſuis modulaminib. sateire, dicẽtes
quilibet illud Eſa.61. Gaudens gaudebo in dño, &c.pſ. Lęta
bitur iuſtus in dño &c. Hoc potiſſime debet eſſe de pdicato
rib. Fuit ẽt verificatum in prophetis, & ſanctis patrib. Iſti.n.
ortũ ſolis iuſtitiæ Chriſti præſciuerunt, & eũ futurum hoib.
ſuis canticis prædixerunt. Et iſti procul dubio iſti ſpũali mo
dulationi ita debent intendere, q parũ debent bibere, & co
medere.i.parũ debẽt carnis delitijs impinguari, ſed ipſis po
in furorẽ, ita ꝙ in ramo arboris bifurcato aliquotiens ſe ſu-
ſpendit.Sic faciunt illi,qui præ deſperatione,vel ſe occidũt,
vel ſe ſubmergunt vel ſuſpendunt dicentes illud Iob.7. De-
ſperaui, nequaquam viuam iam.

### *De Glote.* *Cap. 38.*

Glotis eſt auis,quæ imminente hyeme, quando cico- 1
niæ, & hirundines recedunt, blandiente ſibi ſocie-
tate iter cum eis auidè aggreditur, tandem labore
in volatu comperto pœnitentia ducitur, & tamen,
quia incomitata redire non audet, lente, & poſt eas vadit.

ita qđ præ tardis,& paruit dietit quas dimissa societate post
eas facit, hyemt incōpleto itinere eam anticipat, & eam ali-
quotiens interficit atq; necat. Econtra aūt cenchramus auit
est Asiæ, quæ acies aliarum auium perseueranter associat ip
sasq; sollicitè præcedit, & nocte ēt eacitat somnolētas vt dr̄
in li. de natura.rer. Plu.aūt li. 10.c.23. ista dicit de coturnicib.
dicit tñ ꝙ coturnices mare transuolādo diuersa,& certa ha-
bent hospitia. Glotis verò cum vltra procedere non valeat,
& ipsam solā redire pigeat, in primo hospitio residet,& quo
usq; sequenti anno simili forte veniat altera, sola manet. Cha
rissimi per hirundines , ciconias & coturnices intelliguntur
boni religiosi, viriq; sancti & perfecti, qui mare mundi tran-
seunt,& dimittunt,& ad paradisum transuolant,& transcē-
dunt. Deu.4. Vos transibitis, & possidebitis terram egregiā.
Ista igitur sunt duo gña auium.i. hoim comitantium.s. qui-
dam qui per glotem intelligūtur,& illi sunt instabiles, & im
becilles, qui acies religiosorum,& perfectorum videntes, ip
sis cum magno desiderio se coniungunt,& cū eis mare mun
di transire,& ad paradisum volare proponunt, veruntamen
qñq; illi nimio labore terrentur, ita ꝙ a cepto itinere retar-
dantur. & ita lente procedunt post bonos, ꝙ hyeme mortis
vel pctōrum mortalium occupati, ad cœli patriam nō attin
gunt, sed in profundum inferni finaliter se submergūt. Istud
maximè patet in religione, vbi multi cum alijs viā perfectio
nis incipiunt,& quamuis dum sunt nouitij, pnia qñq; ducan
tur, præ confusione tñ recedere nolunt,& iō profitendo, so-
cietatem aliorum sequuntur, sed finaliter dum religionis la-
borib. grauātur, per apostasiā societatem aliorum dimittūt,
& finaliter adueniente hyeme mortis,& eos præoccupante,
ad proximum hospitium.i. ad infernum descendunt, & vsq;
ad paradisi limites non transcendunt. De quib. & similib dr̄
2.Petr. Melius erat eis viam iustitiæ non agnoscere, quā post
agnitam retrorsum conuerti. Quia vere multi sunt, qui ꝗuis
alta incipiant, non tñ perseuerant. Multi ēt sunt qui ꝗuis pę
niteant ꝙ aliqua fatue inceperint, non tñ volunt retrocede
re qñ possunt, & ideo dum continuare pergunt maius peri-
culum incurrunt. Sed quid? Pro certo illos comitantur alia
gña auium, quæ dicuntur cenchrami.s. viri boni, & iusti, qui
non solum bonis se associant, imo etiam apud ipsos perseue
rant. Sciunt.n. ꝙ qui perseuerauerit in finem saluus erit.

*De Harpyis. Cap. 42.*

HArpyiæ sicut dr̄ in li. de natura rerum sunt aues iuxta
5 mare Ionicū, quæ fere sunt insatiabiles. vngues.n. ha
bent acutos,& ad rapiendum paratos. faciem habēt
humanam, sed nihil penitus habent humanę pietatis,
& virtutis. Hæc auis primum hoiem quem in deserto inue-
nerit, occidere fertur,& tandem aquam inueniens,& ibi vul
tum suum videns, & exinde hoiem similem occidisse cogno
scens, in immensum tristatur,& qñq; vsq; ad mortem ipsoq;
totius vitæ suæ tpe lamentantur. Ista pōt allegari de homici
dis, quia si aial irrationale de occisione hois sibi solū in vul-
tu similis tristatur,& penitet, multo fortius si quis aliquo ca
su fratrem suum,& in corpore, & in anima sibi similem occi
derit,& hoc corporaliter per tormenta vel spūaliter per do
cumēta,& exempla, perpetuo debet,& quamdiu vixerit de
illo corde lugubri pęnitere. Vel dic ꝙ qñ hō aiam propriam
interfecit, debet ad aquam confessionis currere,& ibi quāti-
tatem sui delicti cogitare,& agnoscere,& sic debet pęniten-
tia duci,& proinde ꝗdiu vixerit, lamentari. Hier.6. Luctum
vnigeniti fac tibi planctum amarum Vel potest allegari de
Iudæis, qui Christum hominem sibi similem (quia erat in si-
militudinem factus, & habitu inuentus vt homo) in deserto
huius mundi inuenerunt,& occiderūt, propter quod ipsum
in inferno perpetuo deplorabunt. Zac.13. Plangent se super
eum omnes familiæ &c.

*De Herodio. Cap. 40.*

HErodius sm̄ Gre. vulgo dr̄ fulica seu falco,& est auis
pia circa pullos, quæ non solum proprios nutrit, imo
1 etiam alienos. Nam illos quos aquila proijcit, & con
temnit, in suos recipit,& adoptat. Et ista sm̄ alios dr̄
girfalcus. A Plin. aūt li. 10.c.3. nominatur ossifrag⁹. Sic Chri
stus non solum pullos proprios.s. angelos, imo etiā alienos
.s. peccatores in filios adoptauit,& maxime illos qui ab aqui
la.i. à mundo vel diabolo contemnunt.s. pauperes, & deuo-
tos. Ideo dr̄ de patre ꝙ solem suum.s. Christum oriri facit su
per bonos,& malos. Mat.16. ¶ Herodius est auis regia, falco 1
vulgariter nuncupata, acutissimi visus,& pectoris, & fortis
vnguis,& plus lædit prædam super ipsam irruendo pectore,
quā rostro siue vngue,& licet ad prædam circumuolet, tñ ad
manum gestantis post prædæ captionem redire solet, & sibi
prædam suam apportat,& sm̄ Glos. super Plinium ista prędi-
cta auis est magna circa pullos, quia & suos proprios fouet,
& nutrit,& eos quos aquila proijcit, in suos recipit, & ado-
ptat. Sic prælatus debet esse acuti visus per cognitionē, acu-
ti pectoris per dilectionem, acuti vnguis per correctionem,
& tñ prædam suam quam arripit.i. peccatorem quem corri
pit, debet magis lædere.i. corrigere pectore feruidæ charita
tis per benignas monitiones, quam vnguib. iustitiæ vel rigo
ris. Nam sm̄ Senecā, liberalis est animus hominis, & facilius
dr̄ quam trahatur. Et postquam ad prædas volauerit.i. post-
quam ad actiua opera intenderit, debet per contemplatiui
ad manum veri aucupis reuenire. Figura de Moyse qui de
monte ad populum descendens, postea ad dominum in mō
tem iterum ascendebat. Exo.30. Figura de Iacob, qui post-
quam Lię est vsus amplexibus, ad Rachelis connubia conno
lauit. Gen.29. Et dr̄ quod amorem sequentis priori prætulit.
Sic prælatus postquam ad actiuam intenderit, debet ad con
templatiuę brachia reuenire,& quicquid in actiua prędatus
fuerit, debet aucupi deo tribuere,& ad Dei laudem, & glo-
riam facere quicquid facit,& pullos.i. subditos tam suos, ꝗ
alienos debet affectu miserabili recipere,& iuuare. ¶ Hero- 3
dius est tantæ animositatis, quod si ab aucupe ad prædam
missus fuerit,& in captura defecerit ea indignatione reuer-
ti renuit ad eundem. Vnde siluestris eo die quo prædam quā
impetit non ceperit, nullam aliam quærit. Domesticus autē
ad manum aucupis non reuertitur, sed vagatur. Victum.n. se
æstimat qñ de aue quam impetit non triūphat, vt dicit Gre-
gor. Sic sæpe quando homo ab aucupe diabolo mittitur ad
prædam temporalium acquirendam, quandoq; propter tri-
bulationes,& difficultates, quæ sunt in acquirendo, reuerti
ad manum diaboli dedignatur, quia hoc viso ꝙ ei tempora-
lia non succedunt, monetur fortius ad æterna. Esai.63. Indi-
gnatio mea ipsa auxiliata est mihi Vel potest allegari de de-
speratis, qui quando deficiunt vel delinquunt, præ desperā-
tione ex toto ad manum aucupis,& magistri sui Dei, vel pre
dam bonorum operum amplius non reueniunt nec intēdūt.
Hier.18. Desperauimus, post cognitiones cordis nostri ibi-
mus. ¶ Herodius secundum quod dr̄ in lib. de natura rerum 4
idem est quod girfalcus, qui est quædam species falconis in-
tantum nobilis,& fortis ꝙ aquilam capiat, intātum vero ani
mosa quòd si ad quinque grues dimittatur, non prius cessat
quousque omnes, vnam post aliam ad terrā deijciat, & ideo
necessarius est canis qui deiectas capiat,& occidat. Herodi⁹
iste potest significare virum iustum qui contra aquilam dia-
bolum debet præualere,& si ad plures grues capiendas.i. ad
plura bona opera facienda dimissus fuerit, non prius debet
desistere, quousque omnia se viderit adimpleuisse. Vel ista
possunt dici de diabolo, qui aquilam.i. contemplatiuos gra-
nes.i. religiosos,& simplices actiuos solet ab altitudine con-
templationis detrahere,& non solum vnum, imo omnes si
potest solet inferius ad terram.i. ad amorem terrenorū pro-
sternere,& eos ibi cani insatiabili.i. peccato auaritiæ cōmit-
tere, ꝗ ipsos in terra expectantes, parata est deuorare. Prou.
23. insidiat in vijs quasi latro,& quos incautos viderit interfi
ciet. ¶ Girfalcus antequam volet ad prædam, diu deliberat, 5
vt videat si est præda ad quam debeat ire. Sic verè antequam
nos ad aliquam prædam.i. ad aliquod opus demus operam,
necesse est quod primo deliberemus vtrum sit vtile vel noci
uum ad illud intendere,& volare. Eccl. 32. Fili sine consilio
nihil facias,& post factum non pęnitebis. Seneca de morib.
Diu deliberato, cito facito. Herodius dū venit de vltra ma-
re, aues plurimas secum adducit, & de nocte qñ dormit vnā
viuam ponit sub pedib. contra frigus, aliam verò in crastino
comedit,& eam ꝗ sub se de nocte tenuerat, viuam abire per
mittit. Tales sunt tyranni, quia pauperes secum violenter tra
hunt,& alios sub se in seruitute mancipant, alios per rapinā
occidunt,& spoliant. ¶ Herodius idem est quod falco vel fu 6
lica sm̄ Greg. Et est auis prędę auida, paucæ carnis respectu
corporis, acuti pectoris, magnæ plumositatis,& ideo fortis-
simi,& leuissimi est volatus sm̄ Grego. quia parum est in eo
quod

quod aggrauat, & multum quod eleuat. Et licet struthioni sit similis in pennarum colore, ei tamē est dissimilis in vigore. Et si auem vel prædam quam impetit, non arripit primo vel secundo volatu, quasi de se vindictam petit. Et est auis munda, & cadauera fugit, nec etiam infamis vehementia ea tangit. sed magis famem sustinet & laborem, quousq; prędam sibi reperiat competentem. Herodius est vir perfectus. Præda eius sunt merita, Plumę eius sunt virtutes. Color est conuersatio. Pectus in quo est cor est dilectio. Cadauera sunt bona mūdi. Herodius igitur. i. religiosus debet esse auidus in præda meritorū feruentius acquirenda. debet esse paucæ carnis: quia affectiones carnales per castitatem spiritualiter debet deponere, & plumis virtutum adornatus debet per contemplationē in pręsenti & per gloriam in futuro ad paradisum superius euolare. Nam cum religiosus debeat esse pauper voluntate, ideo ponderositas bonorum mundi & amoris temporalium non debet ipsum inferioribus aggrauare, quin sublimius euolet ad æterna. Es. 6. Volauit ad me vnus seraphim. Hic debet esse acuti pectoris per feruidam charitatem, debet esse coloris varij ꝑ fulgidam honestatem, & licet struthioni. i. hypocritæ sit similis in colore: (iuxta illud Iob. 39. Penna struthionis similis est pēnæ herodij & accipitris.) debet tamen esse dissimilis in viribus & & virtute. Sapie. 2. Dissimilis est alijs vita eius. Iste si prædam impetierit. i. si bonum opus inceperit, quod perseuerando non acceperit, ipse pro certo debet per pœnitentiam se punire. Cadauera autem id est, mundi bona non debet tangere per affectionem, nec eis saturari aliqualiter per complacentiam & delectationem, imo debet quadiu vixerit esuriem sustinere, quousque paradisi prædam inueniat competentē, vbi se possit per gloriam satiare: quia beati qui esuriunt & sitiunt, quoniam ipsi saturabuntur. Matthæi 5. & Luc. 6. vt sic dicat cum psal. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Item psa. Expectabit onager in siti sua. Quod maximè verum est de bonis religiosis q̄ plus debēt velle sustinere famem & indigētiam temporalē q̄ cadauera bonorum temporalium per complacentiam tangere, vel quam in mundi negotijs se implicare. Leuit. 11. Non tangetis ea, neque comedetis: quia immunda sunt.

## De Hirundine. Cap. 41.



1 IRVNDO mare transuolat, & in hyeme nō videtur, quia tunc in vltra marinis calidis regionibus creditur habitare. Sed adueniente æstate pristina loca petit, vbi pullos procreat & ꝑducit. Vnde eius aduentus verū est indiciū & ęstatis. Sic adueniente hyeme peccatorum, quando. s. Adam peccauit, deus a mundi regionibus aliqualiter se subtraxit, & quātum ad gratiam beatificam tunc temporis solum in vltramarinis cœli regionibus habitauit. Sed verè tempore gratiæ appropinquante, tunc ad mundi redijt regionem carnem scilicet assumendo, vbi tunc pullos plurimos procreauit, quando peccatores in filios adoptauit, & more hirundinis aduentu suo æstatem æternæ prosperitatis hominibus nunciauit. Vnde Hie. 8. Turtur & hirundo & ciconia cognouerunt tempus aduentus sui. Per turturem. n. intelligo animam Christi: quia sicut turtur de amissione sociæ tristat, sic anima a carne non petit aliqualiter separari. Per ciconiā quæ est auis grauis & ponderosa, corpus eius intelligitur. Per hirundinem agilem intelligo deitatem. Sic est ergo quòd Christus in triplici natura. s. diuinitatis corporis & animæ tempus aduentus agnouit, & ad nos personaliter applicauit.
2 ¶ Item hirundo secundum Aug. habet sub ala dextra sanguinem oculi iuuatiuum sicut columba, & fimus eius est multum ardens, vstiuus & corrosiuus, & oculorum etiam excęcatiuus, & ideo oculis est nociuus, & id hirūdo fimum de nido eijcit, & etiam pullos eijcere instruit & erudit. Sanguis de sub ala dextra est sanguis de latere dextro Christi &c. vt supra de columba. Stercora sunt diuitiæ temporales, quia sicut stercus est vilior pars hominis & est superflua, & non de necessitate, & a natura, respuit tanq̄ inconueniens, sic mundi prosperitas inter omnia bona data & danda a deo, est pars vilior & inutilior, nec est de necessitate salutis, imo tanquam superflua & nociua debet a nobis abijci & expelli. Vel stercora sunt peccata: quia sicut dicitur Ecclesi. 1. Timor domini expellit peccatum. Ergo Christus de nido. i. de affectione stercora diuitiarum expulit, & hoc quia sunt corrosiua & ardentia, & humoris gratiæ consumptiua, & ardoris auaritiæ inductiua, & per consequens oculis mentis vel etiam oculis. i. viris spiritualibus sunt nociua. Exemplum de Thobia, qui stercore hirundinum calidi excœcatus. Thob. 2. Ideo ipsa Christus eijcienda docuit pullos exemplo pariter & doctrina, sicut patet in decursu euangelij, vbi contemptus diuitiarum præcipitur, & peccatorum exclusio edocetur. Ideo ad Philip. 3. dicitur. Omnia arbitratus sum vt stercora, vt Christum lucrifaciam. Vel dic idem de prælato, qui. s. debet stercora diuitiarum & vitiorum contemnere, & ad hoc pullos. i. subditos edocere. Vel etiam dic idem de prædicatore. Allega vt supra.

¶ Dicit. Arist. q̄ si quis cęcauit pullos hirundinum, reuertūtur oculi eorum: quia hirundo quærit chelidoniam herbam, asperā & amarā, cuius succo illinit oculos filiorū, & sic visum recipiunt iterato. Sic verè quando peccator priuatus lumine gratiæ, cæcus efficitur per vitia & peccata, si chelidonia. i. amara pœnitentia inunctus fuerit, visum recipiet luminis spiritualis. Apoc. 3. Collyrio inungo oculos tuos, vt videas. Vel per hirūdinem accipe prælatū, ꝑ pullos eius subditos &c. sicut supra. 3

¶ Dicit Arist. li. 6. q̄ aues quæ carnes comedunt, non ouāt nec pullificant nisi semel in anno, excepta hirundine, quæ bis pullificat. & est auis multum agilis & pennosa. Per duplices pullos, intelligo duplicem fructum. s. prosperitatis æternæ & temporalis. Per hirūdinem paruam plumosam & agilem nigram intelligo virum iustū, qui in sui reputatione debet esse paruus per humilitatem, debet esse pennosus per virtutum multiplicitatem, debet esse agilis per obedientiam vel diligentiam & sedulitatem, debet esse niger per pœnitentiam & austeritatem. Aues ergo carnes comedētes sunt principes, qui per executionem iustitiæ carnem malefactorum habent occidere vel vastare. Isti ergo non habent bis pullos: quia. s. isti vt cōmuniter nō gaudent gloria temporali & æterna. Veruntamen si hirundini similes extiterint in conditionibus prælibatis, tunc pullos habebunt duplices. s. prosperitatem temporalem & æternā, qa. s. boni propter mundi bona gloria æterna minimè sunt priuati, si ipsa mundi prosperitate nullatenus abutuntur. Vel per duos pullos intelligo duo opera charitatis. s. gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. Prouerb. vlt. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus. 4

¶ Secundum Pli. est vnum genus hirundinū quod timēt generaliter omnes aues, & maximè aquilę & accipitres, & illam hirundinem fugiunt tanquam hostem, & fortè hoc est s̄m ipsum ꝑꝑ morsum ipsius venenosum. Vnde aues prædales quandiu ipsam viderint, non audent irruere super prædam. Omnis autem hirundo generaliter habet bifurcatam caudam. Per istam auem intelligo mortem, quam timet gñraliter oīs caro, sed maximè aquilæ & accipitres, hoc est vsurarij cupidi, & mundi principes & raptores. Eccles. 41. O mors quā amara est memoria tua hoī iniusto. Et ratio est: quia morsus mortis est talibus venenosus: Nam mors æternæ damnationis venenum talibus propinat & ministrat. Sed non sic de bonis: quia sicut dicitur Sap. 4. Iustus si præoccupatus fuerit morte, in refrigerio erit. Et ideo ista auis caudā bifurcatam habere dicitur, inquantum mors ad bonos & ad malos diuersimodè variat, & inquantum ꝑ ipsam bonis gloria, malis miseria intētatur. Ista est. n. acuta quasi gladius biceps, & penetrabilior omni gladio ancipiti. ad Heb. 4 Et ideo pro certo si aues prædales huius mundi istam auem benè inspicerēt, & mortis memoriā præ oculis haberent, super prædam. i. super pauperes nunq̄ irruerent per rapinam. In omnibus ergo operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Eccl. 7. Et sicut hirundo est auis agilis, parua, & velocis volatus, sic mors est ita parua q̄ non pōt videri, ita velox q̄ sine præuisione subito se diffundit, vt ei dicatur. Esa. 8. Accelera, spolia, detrahe, festina prædari. Et Esa. 35. Subito dum non speratur veniet contritio. & Ecclesiast. 13. Memor esto, quoniam mors non tardabit. 5

¶ Dicit Aristot. quòd hirundo sola inter aues agrestes bis ouat in anno & licet quandoque oua propter hyemem corrumpantur, posteriora tamen cōmuniter complentur, & pullos faciūt & producunt, & est auis in dorso nigra, in ventre alba, magnę est pennositatis velocissimiq; volatus. Et ideo nullius auium prædalium prædę cedit: qa ratione pennosi & velocis volatus ab omnibus fugiens se defendit, & mare transuolat vt inueniat calidas regiones, vbi in hyeme requiescit. Et ista non in terra residendo, sed per aerem volando dicitur cibum sumere. Ædificia lapsura nunq̄ dicitur frequentare, nec ibi nidum facere, præsentit. n. futuram ruinam s̄m Soli. Vnde thebas quarū mœnia sepissime capta sunt, hirūdines nō frequentant. lapsura. n. nō petunt culmina, & aspernantur peritura quoquo mō tecta. 6

Etiam coloniā byziæ, vbi fuit antiquitus Arx Terei regis, hi-
rundines non subintrat, vbi multotiens habitabāt aut frequē-
tabant, vt dicit ibi. Soli. c. de thracia. Quod etiam dicit Pli. acci
dere propter ipsius terei scelera quæ abhorrent. Ista autē præ
dicta dicuntur a Pli. lib. 10. c. 24. Et secundum Macro. in ventre
hirundinis inueniuntur duo lapides præciosi, qui chelidonij
dicuntur quorum vnus est albus, & alius rubeus, & sunt ma-
gnæ virtutis, maximè si de ventre pulli extrahātur, antequam
tangat terram, vt dicitur in lapidario. Et pugnant hirundinea
contra passeres, & eos de nidis suis proprijs expellunt. Hirun-
do est vir pfectus & iustus, & maximè religiosus, & potissimè
de ordine prædicatorum, qui ad litteram sunt albi & nigri: qa
verè ipse debet esse niger exterius per humilitatem, albus ve-
rò in ventre per castitatem, plumosus per virtutum abundan-
tiam, agilis per obedientiam, & velocis volatus per bonorum
operum perfectam diligentiam. Et ideo bis debet ouare. s. in
præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam: quia hic in præ
senti debet producere oua gratiæ & meritorum, & sic in futu-
ro poterit oua gloriæ pullulare. Vel bis ouare est benè viuere
quo ad seipsum, & rectè conuersari quo ad proximum. Et licet
prima oua. i. gratiæ & virtutes per hyemem tentationis multi-
pliciter corrumpantur, vltima tamen oua. s. gloriæ nunquā p-
petuo corrumpentur: vt. s. quia gratia potest perdi, sed gloria
nunquam. Vnde talibus potest dici illud Apo. 2. Opera tua po-
steriora plura prioribus. Et Eccle. 8. Melior est finis orationis
quam principium. Et si velociter volauerit per contemplatio-
nem, nullius auis prædalis. i. nullius demonis præda erit: qa ra-
tione talis volatus a cunctis vitijs se defendet, & maximè si fle-
xuose. s. nunc considerando paradisum, nunc infernum, volaue
rit diligenter. Ideo consulitur Eccles. 31. In omnibus operibus
tuis esto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi. Mare mū
di debet transuolare per cōtemptum, & ad paradisi regionem
calidam per affectum debet totaliter se trāsferre, & ibi in hye-
me tribulationum, vel in hyeme huius vitæ debet mentaliter
habitare. Hie. 48. Propagines eius transierunt mare. Iste ergo
non debet in terra. i. in mundo cibum mundi delectabilium su
mere, sed sursum in aere. i. in contemplatione cœlestium debet
cibum deuotionis & gratiæ manducare. Ioan. 4. Cibum habeo
manducare quem vos nescitis. Casura autem ædificia. i. mundi
dignitates quæ faciliter cadunt & pereunt nunquam debet mē
taliter frequentare vel appetere, nec in arce. Terei regis. i. in cu
ria regum & magnatum libenter ingredi vel manere, cum ibi
notum sit scelera redundare, sed solum in ædificijs mansu-
ris. i. in firmo habitaculo paradisi debet facere sibi nidum. psal.
Firmissimo habitaculo quod operatus es domine. Vel etiā in
stantibus paupertatis, a quibus nulla fortuna potest aliquem
fruitum diruere, secundum Senecam. In ventre autem huius
hirundinis debent inueniri duo lapides præciosi, videlicet la-
pis albus & fœmininus. s. castitas, & lapis masculus & rubeus
. s. charitas: qui quidem lapides a Christo verò aurifabro præ-
ciosissimi reputantur, si in pullo. i. viro perfecto vel religioso
antequam terram tangat. i. antequam negotijs terrenis se impli
cauerit, in mente fuerint receptæ. Nam religiosorum & perfe-
ctorum castitas & charitas multū a Christo diligitur, qui ter-
renis negotijs non vltra debitum implicantur. Passeres autem
hoc est dictu, carnales motus & tentationes debet homo solli-
citè impugnare &, eos de nido cōscientiæ vel de nido corporis
effugare 4. Reg. 13. Pugnauerunt contra philistijm. ¶ Item vt
7 dicit Pli. duo sunt genera hirundinum, quædam quæ in homi-
num habitaculis commorantur, societatem hominum diligen
tes. Aliæ quæ in cauernis & rupium foraminibus cōuersantur
secundum Pli. lib. 10. ca. 24. Vtręq; tamen caudam habeat mo-
re forcipis bifurcatam, & vtræq; in terra nidificant argillosa.
Per istas duas intelligo contemplatiuos & actiuos. Nam actiui
circa domos hominum. i. circa mundi negotia conuersant. Re
ligiosi autem & contemplatiui in rupibus contemplationis, in
foraminibus memoriæ passionis debent iugiter conuersari.
Vtraque autem species in terra argillosa nidificat: quia tā acti-
ui quā cōtemplatiui debent in humilitate versari. Vel in terra
argillosa. i. in morte (quæ terra dicitur, quia ducit ad terreitatē
argillosa, quia incuasibilem habet tenacitatem;) per memoriā
continuè commorari, & ibi pullos bonorum operum operari,
& vtraque caudam habet bifurcatam: quia finis virorumq; (q
per caudam designatur) est duplex. Nam tam de actiuis quam
de contemplatiuis aliqui vadunt ad vitam, alij ad mortē. Ioan.
5. Procedant qui bona fecerūt, in resurrectionem vitæ: qui ve-
rò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. ¶ Hirundo non in 8
terra, sed in aere cibum capit, ibiq; muscas & culices volando
comedit atque rapit secundum Pli. li. 10. c. 24. Hæc iuxta aquas
saltando, & aquam alis percutiendo, tempestatem protēdit, &
in hyeme tantum effugit & recedit. Talis est peccator, qui ci-
bum delectationis non inuenit inferius in terra. i. in statu humi
litatis, sed sursum in aere prælationis & dignitatis. volantes. n.
per superbiam muscas inanis gloriæ capiunt, seq; exinde satiāt
& nutriunt. Ludus verò talium circa aquam mundi prosperita-
tis aduentum tempestatis æternæ eis præsagit & designat: quia
sicut dicitur Prouerb. 14. Risus dolori miscebitur. Illi autē in
æstate mūdanæ vitæ apparent, eminent & videntur, sed in hye
me mortis nec coram deo nec coram angelis videbuntur. psa.
Transiui & ecce non erat, quæsiui eum, & non est inuentus lo
cus eius. Vel potest dici de falsis amicis, qui in æstate prosperi
tatis circa hominem volitant & apparent, in hyeme verò. i. in
tempore paupertatis & aduersitatis fugiunt ab hominibus &
disparent. Allega vt supra sicut dicitur in lib. de natura rerum.
In ventre pullorum hirundinis lapis præciosus chelidonius in-
uenitur. Illi autem pulli qui istum lapidem habēt, in eo cogno
scuntur: quia ore ad os in nido, ac si sibi darent osculum cōmo
rantur. Sic verè in nido ecclesiæ illi qui habent lapidem præ-
ciosum. i. Christum, ore ad os per amorem & concordiam per
seuerant, & simul per pacis osculum se salutāt. Gen. 27. Da mi
hi osculum fili mi ¶ Hirundo est auis, quæ circunflexis amba-
gibus volat, quapropter nullius auis rapacis prædæ cedit sm 9
Pli. Tales sunt malitiosi, qui tot habēt circuitus & ambages &
in operibus & in dictis, q nunquam possunt cōcludi in aliqua
veritate. ¶ Sicut in lib. 10. histo. mundi c. 33. dicit Pli. Hirundi- 10
num siluestrium duo sunt genera in ægypto. Vnum. s. quod de
terra facit nidos, sicut aliæ diuersa tamen figura, & aliud quod
rupes excauat, & ibi pullificat sine nidis. Primæ istarū in ægy-
pti heracleotico, hostio, euaganti nilo molem cōtinuatione ni-
dorum opponunt, & per spatiū vnius stadij tot nidos & ita con
tiguos faciunt q aduenienti Nilo fluminis inexpugnabiliter re
sistunt. Quod tū vt ait opere humano perfici non posset. Est ēt
vt dicit iuxta opidum Coption insula quæ dudū fuit sacra Isi-
di deæ ægyptiorum, ad q̄ omni anno conueniebant, & oē dirū
peretur a flumine, stramētis & paleis insulæ latera muniebāt,
& ad istam militiam omni anno redibant, & cum tanta diligen
tia laborabant, q ipsarum plurimæ deperibant. Aliæ vero sunt
hirūdines quæ flūminū ripas excauāt, & ibi (vt ait) pullificāt.
Quod si fluuius creuerit, hæc oīa præsentiunt, & priusq̄ eas
præueniat locū mutāt. Per ista duo gña hirūdinū possunt intel
ligi duo gña hoim perfectorum: quia. s. quidam sunt q impetui
fluminis. i. impetui tentationū & tribulationū volunt per virtu
tē fortitudinis resistere. Alij verò qui p prudentiæ virtutē sibi
volunt cedere, & occasiones pcti vitare & fugere. Primæ signi
ficāt bonos religiosos & clericos, qui prope seculares iuxta ip
sum fluuium mundanæ psperitatis māserūt, sed isti nidos suos
de terra fecerunt. i. in meditatione suæ terreitatis & mortis ta-
liter habitauerunt, q tentationum flumini restiterunt, sicut ad
litteram de multis apparuit, quos fluminis tentationū impetus
nō submersit. Es. 43. Cū transieris per aquas, tecū ero, & flumi
na nō operient te. Secundæ aūt hirundines significāt eremitas,
& alios qui a seculo longius recesserunt, qui. s. impetū fluminis
noluerunt expectare, sed magis in rupibus & cauernis volue
runt manere, & si fluuium mundi prosperitatis viderunt ad se
accedere, statim voluerunt se elōgare, & alibi se mutare, sicut
legimus de Paulo, Antonio & Benedicto, Hilarione, & cæte-
ris eremi cultoribus, in quorū persona dicitur in psal. Ecce elō
gaui fugiens & mansi in solitudine. ¶ Nota q hirūdo aliqñ po
nit bis oua sicut dictum est, sed prima ratione hyemis corrum 11
puntur & gelantur, secunda aūt perficiuntur & complent. Sic
religiosi aliqñ bis intrant religionē, sed primus introitus hye-
me tribulationum corrumpitur qñ propter tribulationes a sta
tu vel a factione per apostasiam decidunt & recedūt, & iō tū se
cunda vice debent ponere: qa iterū debent ad religionis ob
seruantiā reuenire, & tunc cōiter nisi sint pessimi procreant &
perficiunt oua & pullos sine corruptione. i. bona opera. s. in sta
tu religionis iugiter perseuerantes. Figura Numeri 6. vbi dr
q si Nazareus dū erat in tēpore sanctificationis suæ, tangeret
aliquē mortuū polluebat, & irriti fiebāt dies primi, & iō debe-
bat radere caput, & iterū sanctificationē de nouo incipere, &
in obseruātia pseuerare quousq; sanctificationis numerus cō-
pleret. Nazare q se deo expressis verbis psonaliter ad pœnitē-
tiam

tiam obligat, est religiosus. qui tacitè vel expressè pniam pro
fitetur. Iste aliqñ tangit mortuũ, qa sicut ille qui tãgit aliqd,
cũ eodẽ se copulat, & ab alio se diuertit, sic qñ religiosus à
Deo auertitur per indeuotionẽ, vel per pc̃m mortale, sæpe
fit q̃ cadendo à statu proprio, cũ diabolo infecto & mortuo
se cõiungit, & tũc fiũt irriti dies primi, qa si auerterit se iust⁹
à iustitia sua, & fecerit iniquitatẽ, oẽs iustitiæ quas fecit, non
recordabuntur Eze. 3. bona. n. opera p sequẽs pc̃m mortifi-
cantur, quia q̃ deliquerit in vno, multa bona perdet. Eccl. 9.
Et iõ tũc dẽt ad pristinũ statũ reuenire, & de capite. i. de intẽ
tione capillos. i. amorẽ diuitiarũ (qui per capillos designãt)
remouere, & denuo incipere statũ suũ, quousq; cõpleatur
dies sanctificationis suæ. i. quãdiu vixerit in hoc mũdo, vt dr̃
Leu. 8. De ostio tabernaculi non exibitis octo diebus, donec
impleatur tp̃s consecrationis vestræ. Hier. 31. Donec tp̃s ve-
niat, nõ vindemiabũt. ¶ Hirundines qñq; inueniunt i hyeme
a 1 in cauernis arborũ sine plumis, sicut dicit Plin. vbi supra. Sic
verè mũdi diuites q in æstate p̃sentis vitæ, & p̃speritatis mũ
danæ plumis diuitiarũ optimè sunt vestiti, in hyeme mortis,
qñ cauernã sepulchri intrauerint, inuenient de plumes; pau
peres atq; nudi. Iob. 1. Nud⁹ egressus sũ de vtero matris meę
& nud⁹ reuertar illuc. Vel expone si vis de turture aliter. §. 2.

## De Ibide. Cap. 42.

1 IBides sicut dr̃ in li. de natura rerũ, sunt aues circa nilum
morantes, aquã tñ nunq̃ ingredientes, sed cadauera eie-
cta comedẽtes, q̃ cũ cibis nimijs fuerint cõstipatę, rostro
p secreta naturę indigestibiles cibos trahũt, & sic periculũ
euadere cõsueuerunt. Differt aũt ibis à ciconia, vt dicit Pli.
quia ibis habet rostrũ curtũ, & aduncũ, ciconia verò longũ,
& acutũ. Sic verè pc̃õr aquã deuotionis nunq̃ vult intrare,
sed hic in littore mũdi cadauera eiecta. i. pc̃tã & mũdi bona
à Xp̃o & sanctis contẽpta consueuit delectabiliter manduca
re. Verũ quia p p tales corruptos cibos vitiorum venter cõ-
scientiæ qñq; grauat, iõ cũ rostro. i. cũ ore dẽt ipsos p ipsa se
creta naturæ. i. secretè loquendo sacerdoti p cõfessionẽ ex-
trahere, & sic poterit mortis ęternę periculũ euitare. Iob 20.
De ventre eius extrahat eas Deus. Vel p istos cibos intelligo
diuitias malè acquisitas, q̃ sunt de secretis naturæ. i. de abscõ
2 ditis extrahendæ, & paupe ib. erogandæ. ¶ Ibis ẽm Pli. ore pa
rit, sed si quis comederit de ouis eius, morieť. Sic hypocritæ
ore benè docendo multa bona pariunt & emittũt, veruntñ
si quis oua eorũ comederit. i. si quis eorũ opera imitatus fue
rit, & sibi incorporauerit, procul dubio p pc̃m morieť, qa
s. istorũ verba sunt bona, opa venenosa. Esa. 59. Qui comede
rit de ouis eorũ, morieť, & qd̃ cõfotũ est, erũpet in regulum.
¶ Ibides serpentib. inimicantur, & ideo ægyptij cõtra incur
3 sus serpentũ ibides inuocant, inuocatæ verò statim assunt, &
ad defendẽdos primos fines cohortẽ cõtra serpẽtes faciũt.
Oua ẽt serpentum comedunt, & inde fit, q̃ ex illis rarescũt.
vt dicit Pli. li. 10. c. 17. & Soli. c. de ægypto. Quod bene à natu
ra prouisum fuit, quia alias oẽs illæ terræ serpentib. deperi-
sẽt. sagax. n. natura nihil sine remedio derelinqt. Ibides sunt
boni plati, quos natura naturãs Deus ad extirpandos serpẽ
tes. i. malos & impios pc̃õres sagaciter ordinauit. Nisi. n. isti
essent serpẽtes ægyptios. i. aridos pauperes penitus deuasta-
rent. Et iõ qñ ægyptij. i. pauperes sentiũt a serpẽtib. i. à malis
hoĩbus se infestari, statim dñt ibides inuocare, i. bonos iudi-
ces, & balliuos, vel bonos principes, & prælatos qui statim
dñt adesse, & cõtra eos cohortẽ facere, & primos fines. i. ter-
ras, & patrias sibi subiectas & cõmissas à talib. serpentib. libe
rare, & semẽ eorũ p virib. extirpare, quia alias multiplicati
possent terrã, & patriam deuastare. vñ 2. Mac. 2. dr̃ q̃ Matha
tia, & amici eius p̃secuti sunt filios supbiæ. Qd̃ figuratũ fuit
in Moyse, q ẽm Iosephũ volẽs ducere exercitũ cõtra ęthio-
pes, & volens eos p̃uenire eũdo p desertũ, timẽs serpẽtũ mul
titudinẽ, ibidũ fecit p̃ire exercitũ, q̃ serpentes comederit, &
sic tute hoĩes transierũt, & contra æthiopes p̃ualuerunt. Sic
verè Deus volens ducere exercitũ fideliũ per desertũ huius
mundi ad æthiopes. i. ad demones impugnandos, videns, q̃
p p serpentes. i. p p hoĩes impios tute nõ poterant pertransi-
re, fecit p̃cedere ibides. i. prælatos, principes, iudices, & balli
uos, vt. s. per eorũ ministeriũ serpentes hmõi fugarentur, vel
de medio tollerenť. Vñ Exo. 23. dr̃ q̃ Deus p̃misit crabrones
ante filios Israel, qui eueũ, Chananeũ, & ętheu iniquos popu
los fugauerunt. Vñ ẽt de Iuda Machabeo dr̃ 1. Mac. 3. q̃ fuit
lis factus est leoni, & persequutus est iniquos, p̃scrutans eos,
& eos qui conturbabant populũ suũ, succendit flãmis. ¶ Secũ 4
dũ Soli. c. de ægypto, ibides nõ tñ in ægypto vbi sunt imo in
alijs mundi partib. prosunt, à paludib. n. arabiæ serpentes vo
lantes, qui prius interimunt q̃ sentiantur, in ægyptũ gregã
tim accurrunt, sed anteq̃ primos fines intrent, ibides excita-
tæ eis obuiã occurrunt, & in aere pugnantes agmen illud pe
stiferum deuorant, & cõsumunt, & sic necessario serpẽtes ẽt
illuc vñ prouenerãt, plus rarescunt. Sic verè ibides. i. iusti sta
tim q̃ sentiunt serpentes volantes, i. demones superbos à pa
lude inferni ad primos fines suæ cõscientiæ, p tentationẽ ac-
cedere, anteq̃ ibi per malas cõplacentias intrent, dñt occur
rere, & eorũ ingressum in terminos cordis sui cautelis debi
tis impedire, dicendo illud Nu. 20. Nõ transibis per me, alio
quin armatus occurrã tibi. Vel dic q̃ ibi serpẽtes sunt tẽta-
tiones, aĩam anteq̃ p̃cipiat spũaliter occidentes, q̃. s. à palude
carnis exeũt, & in fines patriæ nr̃æ. s. volũtatis per cõsensum
intrare contendunt. Istis ergo dũ adhuc sunt in cognitione, 2
ante ingressum occurramus, & eas repulsione debita trucia-
demus. Vel põt allegari ad illam regulam. Melius est ante tẽ
pus occurrere q̃ post causam vulneratam remedia quærere.

## De Chitone. Cap. 43.

CHito seu siloquis est q̃dam auis q̃ vocib. diuersis voci
ferans, quasi fere oĩ die nouiter vocẽ mutat, vt dr̃ in li 5
bro de natura rerum. Tales sunt boni & perfecti viri;
quia. s. continuè dñt innouare voces suas ad Dei glo
riã atq; laudẽ. ps. Cantate dño canticũ nouũ. Nunc. n. dñt vo 2
ciferare p̃dicando, nunc pc̃ta propria confitendo, nunc Deũ
laudando, & magnificando, nunc verò grãs agendo & exhi-
bendo. Act. 2. Linguis loquenť nouis. Vel dic q̃ isti sunt adu
latores, & detractores, qui adulando, mentiendo, detrahen
do, obloquendo, mutant quotidie verba sua. Iob 12. Cõmu-
tans labium veracium, & doctrinã senum auferens. ¶ Itẽ iste
anes valde sunt piæ erga parentes. Nam senio cõfectos in ni 1
dis suis eos reponunt, & ibi eos nutriũt atq; pascunt. Sic, &
nos debemus parentes nostros in domib. nr̃is recipere, & ibi
eos si indigeant, clementer pascere, & nutrire, exemplo Io-
seph, qui patrem suum, & fratres ad se fecit in ægyptum de-
scendere vt ab eo nutrirẽtur, sicut de Ge. 45. Quod non solũ
verũ dẽt esse de corporalib. imo etiam de spiritualib. ¶ Col- 3
lerius est quædam auis, vt dr̃ ibidem, in cuius morte dolent;
& vociferant dolorosissime omnes aues. Sic verè, & nos de-
bemus facere in morte Christi. Eccl. 38. Fili super mortuum
produc lachrymas, quasi dira passus incipe plorare.

## De Charadrio. Cap. 44.

CHaradrius est auis albissima, ẽm Phisologũ non ha-
bent aliq̃ nigredinẽ intermixtã. Et est talis naturæ, q̃ 1
si ægrotarẽ erectis oculis inspexerit, signũ est q̃ à mor
bo sine periculo cõualescat, si aũt ei quasi indignans
terga verterit, tunc absq; dubio moritur, hõ ille. Hic est Xp̃s,
qui albedinẽ innocẽtiæ sine pc̃ti nigredine retinuit intermix
tã, facies eius sunt bona spũalia, dorsum autẽ, & posteriora
sunt bona tpalia. Si ergo quis ægrotauerit morbo, & ægritu
dine pc̃torum tunc verè si charadius Chr̃s vertit ad eũ faciẽ
grãæ, correctionẽ, s. & tribulatione mũdi aduersitatũ, & auer
tit ab eo dorsum. i. bona mundi, & prosperitatẽ tpalium, tũc
pro certo signum est q̃ ab infirmitate pc̃ti per grãm conua-
lescit. Sed si ecõuerso pc̃tori ostenderit dorsum. i. bonorum
abundantiam terrenorum, & faciem suam. i. gratiam, corre
ctiones. s. & tribulationes ab eo auerterit, tunc procul dubio
talis moritur, & sicut moriturus de quo medicus desperat,
voluntati suæ derelictus ab alijs iudicatur. ps. Dimisi eos ẽm
desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionib. suis. vt sic di
cat illud dñs illud Hiere. 18. Tergum & non faciem ostendã
eis in die perditionis eorũ. Et hoc ideo sicut dr̃ Hie. 2. & 23.
quia. s. tergũ & non faciem verterunt mihi, dicit dñs. Vel dic
q̃ charadrius, q̃ ẽm phisologum, & librũ de natura rerum ad
sanandum infirmum adducitur, & si sanari debeat, ipsum as
tente respicit, & infirmitatem ipsius in se accipit, & sic infir-
mo curato auis infirma recedit, & infirmitate illa in aere ad
solem comburit, & dispergit, est propriè Christus, qui infir-
mitates humani gñis in se recepit, & eo sanato seipsum mor
ti, & infirmitati tradidit, quia sicut dr̃ Esa. 53. Verè languo-
res nr̃os ipse portauit, & infirmitates nostras ipse tulit &c.

## De Laro. Cap. 45.

1 LArus sicut scribitur in aurora & in glosa. Leuit. 11. est
auis triplicis cōditionis. Nam in aere volat, vt auis, in
terra habitat vt bestia, in aqua aūt natat, vt piscis. Ta-
les sunt aliqui peccatores, qui volāt vt aues per super
biam, repunt vt bestiæ per auaritiam, natant in aqua delicia-
rum more piscium per luxuriam. Et ideo dr̄ Leu. 11. q̄ hmōi
animal immūdū est. ¶ Nota de laro & mergulo, q̄ sunt aues
2 quę cum auib. volant, cum animalib. peditant, cum piscibus
natant. Sic instabiles nunc volant in religione per contem-
platiuam, nunc peditant in mundo per actiuam, & tādem in
aquis deliciarum se inuoluunt per vitia & peccata, contra il
lud Eccl. 5. Esto firmus in via Dei.

## De Locusta. Cap. 46.

1 LOcusta vnum solū intestinū habet, & iō quia est quasi
tota in ventre, ideo sp̄ esurit, & est quasi insatiabilis. Si
quod viride inuenerit, sp̄ comedit & corrodit, & flo-
ribus amygdali impinguatur, sicut dr̄ in lib. de natura
rerum. Sic gulosi vnum solum appetitum habent. s. circa de-
licias carnales, & ideo quia toti sunt in ventre. i. in amore de
liciarum ventris (iuxta illud ad Phili. 3. Quorum Deus ven-
ter est &c.) ideo habent insatiabilem appetitum, & quandiu
viriditatem, & florem amygdalarum inueniunt. i. cibos deli-
ciatos, sp̄ comedunt, & corrodunt. Prou. 13. Venter impio-
rum insatiabilis. Ecc. 11. florebit amygdalus, impinguabitur
2 locusta. ¶ Nota q̄ locusta habet os quadrangulum, & habet
pro cauda aculeum, & pedes posteriores priorib. longiores.
In ęstate aūt apparet, in hyeme non reperitur. Vento australi
gignitur, sed aquilonari borea effugatur, sicut dr̄ vbi supra.
Sic detractor iuxta caudā blandimentorum portat aculeum
detractionum. Nam sicut canis cauda blanditur illi quē sępe
mordet, sic tales more barbitonsorum primo vngunt vt vi-
deantur charitatiuē loqui, quem post ea acerrimē pungunt.
Prou. 18. Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perueniūt
vsq; ad interiora ventris. Et ideo habent os quadrangulum,
quia nunc adulando, nunc pungendo, nunc murmurando,
nunc iniuriando, quadrangulant verba sua. Cetera expone si
3 cut de diuite. ¶ Secundum glo. Ioh. 1. sunt athelabi. i. paruę lo
custę, sine alis, & post crescentib. alis efficiuntur locustę, quæ
sunt aues quarū maior minorem deuorat, & à maiore se er
deuoratur. Os habent quadrangulum, & pro cauda hn̄t acu
leum. germina herbarum, & arborum comedunt, & corro-
dunt, & in saliendo locusta se erigit, & in saliendo cadit. Isti
sunt balliui, officiales, & quicunq; ambitiosi, qui primo sunt,
athelabi. i. parui, & pauperes, & sine alis superbiæ, sed cū ali-
quantulū excreuerint in diuitijs, tunc in eis alæ superbiæ ge-
nerantur, & efficiūtur locustæ. i. magni raptores, & crudeles.
maior aūt minorē deuorat, quia balliui pauperes deuorant,
& tandē à principib. deuorant Eccl. 5. Excelso excelsior alius
est &c. isti tn̄ fructus, & germina. i. bona pauperū deuorāt, &
corrodunt, & post se nihil penitus derelinquunt. Deu. 28. Se
mentem multa iacies in terrā, & modicum congregabis, qa
locustæ deuorabunt oīa. Et Ioh. 1. Residuum erucæ &c. Isti
habent os quadrangulum, quia verba eorū in quattuor par-
tib. reflectuntur. Nunc. n. principib. adulantur, nūc pauperib.
comminantur, nunc alijs iniustē detrahunt, nunc alios frau-
dulenter decipiunt. Vnde Eze. 1. Quattuor facies vni. Et pro
cauda habent aculeum, quia finis & intentio eorum (qui per
caudā designatur) in aculeum terminat, & ad punctiones, &
ad rapinas ordinat. Isti in ęstate. i. in prosperitate apparent. s.
circa hoiem discurrendo, & hoibus blandiendo. Sed p̄ cer-
to in hyeme tribulationum fugiunt, & disparēt, quia. s. tales,
& quicunq; falsi amici in prosperis blandiuntur, sed in aduer
sis fugiunt. & ab hoibus elongantur, & quod peius est, illi q̄
in prosperitate videbantur amici, fiunt si aduersitas aduene-
rit inimici. Vnde Eccl. 15. Si occurrerint tibi mala, inuenies
eum illic priorem. Isti in saliendo de vno gradu ad alium, de
vno officio ad aliud se erigunt per ambitionē, sed antequā se
eleuauerint cadunt per mortē, vel per tribulationē. Ezec. 31.
Cecidit, & fuit ruina eius magna. Et sicut s̄m Pli. locustæ qñ
volant, tn̄ strepitum faciunt, vt volucres esse credantur, vna
etiam eorum ab occipitio oriri vr̄, sicut dicit idē li. 11. c. 29.
sic tales per iactantiam & comminationem solēt strepitū, &
sonum pompæ in suo incessu causare. Et ideo tales optimē si
gurantur Apo. 9. vbi Ioannes vidit similitudines locustarū,
quæ erant quasi equi parati ad prælium, & habebāt coronas
aureas super caput, & facies eorum quasi facies hoim, & ha-
bebant capillos sicut mulieres, & dentes eorum dentes leo-
num, & habebant loricas ferreas, & vox alarum earum sicut
vox curruum & equorum currentiū ad prælium, & habebāt
caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis ipsarū,
& potestas earum nocere hoibus mensib. quinque, & habe-
bant super se regem angelum abyssi, cui nomen erat Abadō,
gracè Apollion, latinè aūt exterminans. Charissimi per lo-
custā intelligo officiales, iudices, & balliuos, & quoscunque
in officijs, & mundi principatib. cōstitutos, quia. s. sicut locu
sta habet pedes curuos, & reflexos, sic verè amor talium (qui
per pedes designatur) semper reflectitur in seipsos, quia nul-
lum diligūt nisi p̄p vtilitatem suam propriam. Per equos in-
telligo superbos. Per coronas aureas intelligo honorem, &
gloriam, & prosperitatem mundanam. Per hoim facies intel
ligo fallacias, & blanditias sub spē amicitiæ, & amoris. Nihil
. n. tam vultu amicabile sicut homo, quia homo est aīal mā-
suetum natura. Per capillos intelligo diuitias. Per mulieres
delicias. Per os leonis intelligo crudelitatem, & rapinā. Per
loricas ferreas intelligo felicitatem, & malitiā, quia. s. sicut
lorica plurib. annulis sese tenentib. componitur, quarum vir
tute corpus p̄tegitur, sic tales sunt induti lorica malitiæ vel
nequitiæ, in quibus sunt multi annuli cautelarum, quarū vna
alteri copulatur, ita q̄ ea mediante ab oibus protegūtur. ps.
Operti sunt iniquitate, & impietate sua. Nā si pauper de istis
balliuis, & causidicis conqueritur, tot habent cautelas, & re
fugia, q̄ ab oibus ac si haberent iustitia, se defendunt. Per vo
ces aūt eorum intelligo terribiles comminationes. Per cau-
das scorpionum cum aculeo, intelligo talium insidias, & ma
las eorum intentiones, quæ sp̄ aculeum secū portant, in quā-
tum ad punctionem nituntur rapinarum. Per angelū abyssi,
regem eorum, qui exterminans dr̄. i. qui per auaritiam, & ra-
pinam bona pauperum exterminat, & deuastat. Dr̄ ergo, q̄
Ioannes vidit locustas, quasi equus paratus ad prælium quia
verè tales more equorum per superbiam eleuati, contra oēs
& maximē pauperes præliantur. Nam sicut equus tantæ est
superbiæ, q̄ non timet vel considerat fortitudinem nec debi
litatem resistentis, s̄m. n. voluntatem equitis indifferenter oi
bus se opponit, sic hodie causidici, & balliui tanta superbia,
& audacia sunt elati, & non timent nec milites, nec barones,
nec pauperes, nec egenos, sed manus eorum est generaliter
contra omnes, Deum. n. non timent, nec hoiem reuerentur,
sicut dr̄ de paruo iudice. Lu. 18. Sunt igitur, similes equis &c. 4
¶ Item habent coronas aureas super caput, quia pro certo
oīs honor, oīs dignitas, oīs gloria vel potestas talibus attri-
buitur in hoc mundo. Per aurum diuitiæ, per coronam verò
eminentiæ designantur. Corona aurea super caput eius, ex-
pressa signo vanitatis, non sanctitatis. Eccl. 45. Isti habent fa-
cies hoim, quia verè tales ante faciem habent blanditiem fal
sitatis, sub specie amicitiæ, & charitatis. Qūo causidici p̄ dul
ces sermones decipiant mentes innocentium (ad Rom. 16.)
Est oibus manifestum. Item habent capillos mulierum, quia
tales diuitias vna cum delicijs amplectuntur. Isti habent den
tes sicut leones, quia verè crudelitas talium tanquam leo ra
piens, & rugiens pauperes deuorat, & deuastat, quia sicut leo
alios leones non deuorat, sed alia aialia quibus pręest, sic im
pij iudices, & balliui alter alterum non infestāt, quinimo po
tius se defendunt, sed quibus præsunt pauperes deprædant.
Dan. 7. Habebat dētes sicut leones. Item vox alarum earum
sicut curruum, & equorum paratorum ad prælium, quia vo-
rè eorum vox, strepitus, & comminatio, & verbalis inductio
& allegatio est terribilis audientib. & maximē pauperib. Ge.
3. Vocem tuam dn̄e audiui, & timui, eo q̄ nudus essem. Nu-
di. n. i. pauperes hn̄t vocem talium formidare, & velut equos
paratos ad prælium trepidare. ¶ Item habēt caudas scorpio-
num: quia verè finalis talium intentio est ad inferēdum acu- 5
leum rapinarum. In cauda. n. habent aculeum, licet habeant
facies hoim, quia verè falsi hoies, maximē tales balliui & vsu
rarij, licet in principio pauperib fallaciter blandiantur, ipsi
tn̄ per punctiones, & rapinas eis in cauda. i. in fine crudeliter
aduersantur. Et ideo dr̄ quōd potestas eorum in caudis ip-
sorum, quia potestas suæ malitiæ in fine hominibus innote-
scit. Prouerb. 23. Ingreditur blandē, in nouissimo autē mor-
debit vt coluber. ¶ Item potestas eorum nocere hominibus
mensibus

mensibus 5.quia verè plus nocent tales reipublicæ quã latro
nes siluestres,quia illi possunt præcaueri,isti aũt non.vnde dr̃
1.ad Thessa.2 Deo non placent,& cunctis hominibus aduer
santur.Sed hoc est tm̃ mẽsibus quinq; , per quos intelligo vi
tam præsentem,quia sicut quinarius est numerus imperfect⁹
pro eo,ꝙ quadraturam perfectionis excedit, sic vita talium
non perficitur,imo vt cõiter ante tempus,& subito moriunt̃
Esa.34.Dum adhuc ordirer,succidit me.Isti habent super se
regem angelum abyssi,qui dicitur exterminãs,videlicet aua
ritiam,& rapinã,quæ rectè dr̃ angelus abyssi, quia sicut abys
sus est locus ꝓfundus,& insatiabilis,& vbi solis claritas non
attingit,sic illi quib⁹ angelus iste.s.auaritia dominatur, sunt
insatiabiles,quia venter impiorum insatiabilis. Prouerb.23.
Quia nõ implebitur auarus pecunia,vt dr̃ Eccl.5. Et ad eua
solis claritas.i.lumen gratię spiritualia non attingit,quia lux
impij extinguetur.Iob 17.Et iste angelus dr̃ exterminans: qa
verè auaritia qñ in corde hoĩs principat,oẽs gratias, & vir-
tutes exterminat,& corrumpit.Et iste est rex huiusmodi lo-
custarũ,quia sicut rex subditos regit,sic auaritia istos ad vo
luntatem suam gubernat,& ducit. Iob 41. Ipse est rex super
oẽs filios superbiæ.¶ Locustæ ſm Ambro.comedendo folia
7 oliuæ,ab infirmitate lauantur.Sic hõ faciendo opera miseri-
diæ per oliuam designata à peccato liberatur.Eccl.3.Elemo
8 syna extinguit peccatum.¶ Locustis sicut,& vespis contingit
senectam exuere ſm Aristo. Sic viris iustis necesse est oẽm se
nectutem malæ consuetudinis spoliare. Exuentes veterẽ ho-
minem,& induentes nouum.¶ Vox locustarum non ab ore,
9 sed ab occipitio capitis vr̃ oriri.Sic vox orationis,& confes-
sionis ab ipso capite.i. ab ipsa cordis intẽtione debet produ
10 ci.Act.18.Feruens spiritu loquebatur.¶ Locusta de mane nõ
volitat,sed in meridie,qñ æstu fuerit calefacta,sicut dr̃ in gl.
super Ioan. Sic multi sunt qui in tempore matutino iuuentu
tis non volant per superbiam,imo cõiter sunt humiles,& in-
nocentes,sed tandem in meridio.i.in progressu vitæ,crescen
te æstu tentationum incipiunt volare per superbiam , & per
11 desideria inhonesta. Vnde Exod.10. Ventus vrẽs leuauit lo
custam . ¶ Locustæ ſm Plinium Maria transuolant,plurium
dierum fame continuata,& ita fortiter volant, ꝙ aues meri-
to credi possunt. Sic nos debemus mare huius mundi per cõ
temptum transire,famem & ieiunium sustinere,& sicut aues
12 per cõtemplationẽ volare. ¶ Locustæ gregarim volantes vbi
accumbunt, totum corrodunt.tria sunt tñ ſm Plin.remedia
contra eas.s.aues quæ dicuntur graculi, quæ aduerso volatu
locustas fugant. Item vnam locustam cõburere quia ſm Pal
ladium,odore eius percepto aliæ creduntur fugere. Itẽ istas
locustas colligere,& in fossis sub terra abscõdere,quia alias
si extra terram dimitterentur mortuæ,de ipsis mortuis ver-
mes, quos viuæ conceperant nascerentur, qui in locustas po
stea formarentur, & iõ in fossis sunt inhumandæ iuxta dictũ
propheticum.Esa. 33.Colligitur bruchus cũ fossæ plenæ fue
rint de eo.Locustę sunt hæretici,qui gregatim volãtes faciũt
sibi de sanguinibus conuenticula.Isti ergo vbi accũbunt,om
nem virorem gratiæ,& fidei destruunt,& consumunt. Iohel
1.Residuum erucæ comedit locusta. Nocumenta tñ istorum
sunt vitãda tripliciter,quia garruli seu graculi loquaces.i.bo
ni prædicatores contra eos sunt mittendi,& si nõ sufficit,alĩ
qui sunt igne cumburendi, vt saltem ex terrore alij desinant
esse mali. Vel in fossis sub terra sunt personaliter fodiẽdi.Isti
n.toti mortui generarent,& de vermibus, quos viui cõcepe
rant.i.de malis doctrinis,quas dum viuebant docuerãt, alias
locustas.i.alios hæreticos post se producerent, si non corpo-
ris cõbustione vel consolatione transirent. Ideo breuiter tali
bus debet dici illud Esa.14.Igni eris cibus,& non eris in ppẽ
tuum.¶ Dicit Pli.ꝙ locustæ pariendo moriuntur.statim.n.ꝙ
13 deperint,generãtur quidam vermes circa earum guttur,qui
eas strangulant. Sic verè de hoie qñ parit peccatum per con
fessionem solet qñq; in eo generari vermis verecundiæ , qui
guttur stringens ne integre confiteatur,facit spiritualiter eũ
14 mori.¶ Locustarum sunt tria genera.s.quædam circa Hieru-
salem in deserto,quæ sunt aialia comestibilia, minora cuni-
culis.& ista gregatim volant,iuxta illud Prouer. 30. Locusta
cum non habeat regem, per turmas suas progreditur. qa de
aliis esset falsum.& istis vtebatur beatus Ioannes in deserto,
sole aliquantulum induraris, quamuis multi dicãt,ꝙ locusta
est quædam herba subdulcis. Aliæ sunt vermes volatiles, de
quibus dictum est. Aliæ sunt pisces aquatiles,de quibus po-
stea dicetur. ¶ Locustæ ſm Plinium lib.11.c.29. sunt in India 15
trium pedum lõgitudinis, quæ in quibusdam regionibus ita
abundant,ꝙ quasi nubes solem obnubilant,& vbicunq; in-
sederint,rodunt,deuorant & deuastãt, ita ꝙ etiã fores tecto
rum corrodunt,& dissipant,& inde est(vt ait)ꝙ in Lenno in
sula certa mensura ordinata est,quã incolæ enecare tenẽtur,
ne per istas regio deuastet̃. Dicit ẽt,ꝙ graculos pro eo colũt,
ꝙ locustis in aere obuiant , & occurrunt. Etiam istę longin-
qua maria transire noscuntur, & famem dierum pluriũ susti
nere,vt sic possint ad externa,& longinqua pabula trãsuola-
re. Istæ ẽt qñ finaliter vento proijciũtur in mare, & inibi sub
merguntur,ad littus proiectæ aerem inficiunt, & pestilentiã
generant,& inducunt,sicut exemplificat Orosius,ꝙ semel in
Aphrica tanta copia earum in mari submersarum,& ad litt⁹
reiectarum aerem infecit, ꝙ de solo regno Numidiæ nongẽ
ta milia hoĩum, de ciuitate verò Vtica centum milia militũ
perierunt. Et sic fit, ꝙ istę viuentes corrodendo fruges famẽ
faciunt,mortuæ verò pestilentiam inducunt. Et iõ ſm gl.su
per Esa.Istæ congregatæ solent in fossis abscondi,ne per eas
possit aeris corruptio generari, & ne etiã post mortem ipsa-
rum possint fœtum quem ante cõceperant, parere & post se
suum semen pestiferum dimittere.Aiunt etiã quidã ſm Pal-
ladium locustas fugari,si aliquas earum in medio contigerit
concremari. Locustæ significant hæreticos, qui pro certo si-
mul volantes,& congregationes,& conuenticula facientes,
solẽ veritatis obnubilãt, fruges virtutũ deuastant, & corru-
ptionem errorum generant, per longa spatia circumeunt, &
famẽ,& abstinentiam subeunt , vt iniquitatem suam vndiq;
circumfundant. Igitur vtile est talea vel igne comburere, vel
fossis,& carceribus personaliter includere, ne fortè si expe-
ctetur,ꝙ ventus tribulationis ipsos ad mare mortis naturali-
ter ptrahat,ipsorũ tabes,& corruptio in aere.i.in patria hę-
resim,& pestilentiam introducat, & ne etiam semen malorũ
discipulorum mortui pariant,si libere mori ipsos iudices, &
prælati dimittant. Comburantur igitur vel incarcerẽtur,ne
post ipsos discipuli generentur , & ne corruptio hæresis pa-
triam populetur.psal. In ignem deijcies eos in miserijs, non
subsistent. Graculi ergo.i.prælati & prædicatores,& etiã in-
quisitores sunt honorãdi, qui potestatẽ habẽt talibus obuiã
di.¶ Scd̃m Pli.vbi supra locustæ semper moriunt̃ pariendo. 16
qñ.n.pariunt,solet quidam vermis circa guttur earũ nasci,a
quo solet locusta ꝓtinus enecari.Sic verè sunt multi , ꝙ ipso
partu bonorum operum quę emittunt,per inanem gloriam
moriuntur. qñ.n.pariunt.i.qñ aliquod bonum opus emittũt,
vermis inanis gloriæ solet eos arripere,qui per elationẽ so-
let eos spiritualiter enecare,figuratus in verme, qui hederã
Ionę viridem desiccauit. Ionę 3. Vnde Esa.14.Subter te ster- 17
netur tinea,& operimentum tuum erũt vermes.¶ Scd̃m Pli.
locustæ parthis gratissimæ fiunt escæ. Sic verè tales mali ho-
mines prædicti.s. vsurarij, balliui, hæretici, vaniglorosi ipsis
parthis.i.dæmonibus finaliter erunt cibi.psal. Dedisti eis escã
populis æthiopum.¶ Postquam locustæ omnes fruges deuo
rauerunt,solent duobus modis perire.s.aut per vermẽ , qui
eas interficit qñ pariunt,aut per ventum,qui ipsas in mare de-
primit, & deuoluit. Sic verè balliui,& vsurarij qñ p rapinas
patriam vastauerunt,& quando partus multarum diuitiarũ
acquisiuerunt solet eos vermis.i.mors occidere , vel ventus
tribulationis in mare paupertatis , & infortunij aliquo casu
detrahere. Figura Exo.9. vbi ventus proiecit in mare locustas
quæ ęgyptiorum fructus consumpserant,quia.s.ventus tribu
lationis tales finaliter deijcit,qñ fructus.i.substantia paupe-
rum per eos est consumpta. psal. Excussus sum sicut locusta.
Et alibi. Dedi erugini fructus eorum, & labores eorum locu
stæ.¶ Locusta longiora habet crura posteriora, quã anterio- 18
ra,& est auis vna alteram deuorans. Nam maior minorẽ de
uorat,& tandem à maiore se postmodum deuoratur. In ęsta
te apparet,sed in hyeme latet, crura & pedes habet replica-
ta,& in se reflexa. Vento australi generant̃,sed ab aquilonari
moriunt̃, & de earum stercoribus vermes multotiens gene
rant̃. Locustæ sunt diuites, pedes eorum sunt affect⁹, æstas &
auster sunt prosperitas , hyems & aquilo est aduersitas, pars
anterior ad quã oportet tendere,sunt bona æterna,posterio
ra aũt,quæ oportet dimittere,sunt bona tẽporalia . Locustæ
ergo habẽt pedes posteriores longos,sed anteriores breues,
quia verè maior , & lõgior pars affectuum ipsorum est circa
bona temporalia, minor autem circa spiritualia acquirenda

2. Pet. 2. Posteriora facta sunt deteriora priorib. Maior comedit minorem, quia verè diuites minores suos pauperes deprædant, sed eadem vice reciprocè à suis maioribus deuorant. Esai. 33. Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? nam cũ consummaris deprędatione, deprædaberis. Nã vsurarios, & auaros deuorant latrones. Eccl. 5. Excelso excelsior ali⁹ est &c. Isti in æstate apparent, & non in hyeme, qa diuites mũdi amicis suis apparẽt in æstate prosperitatis, sed in hyeme tribulationis ipsos impie derelinquunt. Sodalis amico cõiocundat, in oblectatione, & in tẽpore aduersitatis aduersari⁹ erit. Eccle. 37. Et tales ẽt habẽt pedes reflexos, quia verè affectus eorum, & amores ad semetipsum reflectũtur, cum in affectione, & amore quibus adiligunt, suum attendant cõmodũ, & solamen. ad Philipp. 2. Oẽs quæ sua sunt quærunt. Tales in austro prosperitatis generantur, sed cũ ventus frigidus aquilo. i. tribulatio perflauerit, tunc ac si essent mortui, ab amicis suis in necessitatibus minimè possunt reperiri, & de eorũ stercorib. i. de eorum diuitiis (quæ à sano intellectu debẽt stercora reputari) vermes alij generantur, sicut ad litterã apparet in bladis, & vestibus diuitum, quæ multotiens putrefiunt. Iac. 5. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt. Figura ad hoc Apoc. 9. vide eã .§. præcedenti, & pone eam si vis. ¶ Aliquæ sunt locustę, quę sine rege p turmas suas incedunt. Vnde ait Sigebertus, & ponit Vincentius li. 25. c. 42. q tẽpore Karoli minoris regis Frãcorũ locustæ innumerabiles gallias depopulatæ sunt. Erant aũt cæteris maiores, sex alas, & sex pedes habentes, & duos dentes durissimos, turmatim incedentes, spatiũ diurni itineris quinq; miliarijs continentes, solẽ obnubilantes, & ad metanda loca duces suos cum paucis spatio itineris vnius diei ante aduentũ multitudinis præmittentes hora nona incubãtes, & ibi solis ortum expectantes, & oẽ viride corrodentes. Tali ergo spectaculo ad mare britannicum peruenerunt, & flatu ventorum in pelago perierũt, sed ab oceano ad terram reiectę cõputruerunt, & aerem inficientes, vna cũ fame, quã causauerant, quasi tertiam partem populi gallicarũ ea pestilẽtia perimerunt. Ista si vis applica per ordinem circa exercit⁹ tyrannorum, qui aduentu suo oĩa destruunt, & finaliter ipsi pereunt, sicut apparuit de Vandalis & de Gothis. Vel dic de confœderatione balliuorum tyrannorũ, qui vna concordia alios deprædantur, & famẽ, & paupertatẽ in patria introducere comprobantur, & finaliter à vento mortis in mare inferni importantur. Vnde Iudic. 6. dr̃, q madianitæ & orientales populi, instar locustarum vniuersa complebãt. Isti ergo sunt de quibus Prouerb. 30 dicitur, q regem locusta non habet, & per turmas suas egreditur. Vel si vis dic omnia contra detractores. Expone si vis, quod sex alæ, sunt sex species superbiæ, duo verò dentes sunt vsura, & rapina.

### De Lucidijs. Cap. 47.

1 Lucidij sunt aues habitantes in hercynio germaniæ saltu, qui dicuntur lucidij, quasi lucem dantes. Habẽt. n. pennas lucidas, & lucernæ, ita q qui illas habẽt, ab ipsis in noctis tenebris diriguntur, sicut dicit Plin. libr. 10. c. 48. & etiam Sol. c. de germania. Tales sunt sancti, qa vere per gnæ suæ conuersationis fuerunt alijs pro lucerna, ad ipsos in tenebris huius vitæ illuminandos, & exemplariter, & scientialiter dirigendos. Matth. 5. Vos estis lux mundi. Isti ergo in saltu, id est in altitudine contemplationis, vel in sublimitate prælationis apparuerunt, vnde lumen cunctis hominibus præbuerẽt. Sicut enim dicitur ibidem, lucerna sub modio non ponitur, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt.

### De Miluo. Cap. 48.

Miluus est auis rapax, audax in minimis, sed in maioribus timorosa. Nam cum siluestres aues inuadere non audeat, domesticas impetere nõ formidat. Cadaueribus insidet, & pprer sui pigritiam à vilo minore se impeti timet. In iuuentute sua alijs auis prædalibus nõ videtur differre, sed quanto plus vixerit, tanto magis degenerem se ostendit. Nam sm Arist. est quoddam genus miluit qđ in iuuentute volat ad aliquas auiculas sed tandem in medio vitæ ocmittit volatum, & circa cadauera intendit, sed tandẽ dum senescit, non nisi vermes comedit vel prædatur, & finaliter fame moritur, & est impium circa pullos sicut vultur. Nam cum videt eos impinguari, rostro eos percutit, & cibũ eis subtrahit vt macrescat. Vocem habet querulam rapinæ. nã qñ esurit, voce qrula cibum quærit, sm Plin. li. 10. c. 10. Sic platus malus ad magna virtutis opera timidus, ad minora & incongrua est apertus. Nam aues siluestres. i. principes, & raptores non audet inuadere, sed tñ domesticos. i. subditos, & maximè pullos simplices, & innocẽtes inuadit, & ipsos p extorsiones, & rapinas deuorat, & occidit. Iste sup cadauera insidet, qa tales super carnales delicias fœtidas, & corruptas, insident & qescunt. Isti in iuuentute sunt qnq; boni, alijs auibus prædalibus. & bonis similes, maximè rostro, & coloce. i. In apparentia vel sermone, sed paulatim volatũ contemplationis remittentes, tandem cadaueribus. i. luxuria, & delicijs se nutriunt, & impinguant, & tñ p senectute cadauera. i. actus carnis relinquunt, tandẽ vermibus diuitiarum nutriũtur, & circa eorum prædã occupant. diuitiæ. n. tẽporales mox vermium cõscientiã lacerant, & corrodunt. Nã cũ in senectute ad aliquas auiculas. i. ad aliqua bona intẽderint, tãdẽ. s. in senectute prius luxuria defœdati, fame auaritiæ moriuntur. ad Galath. 3. Cũ spiritu cęperitis carne consummamini. Isti habent vocẽ rapinæ querelã, quia sicut oibus patet, nostri prælati cũ rapere nõ audeãt violenter, tñ a pauperibus sacerdotibus non verecundantur vilissime mendicare, & qñ esuriunt. i. diuitias subditorum, voce mendicabili cibũ quærunt. Nã qñ pullos pprios. i. subditos vidẽt diuitijs impinguari, eis nequiter inuidentes, cibos. i. bona temporalia eis subtrahunt, vt ita fiant pauperes, & macilenti. Iob 39. Duratur ad filios suos ac si non sint sui. Et ideo non mirum si tales a suo Iesu minore. i. mundi principibus superent, qui de iure sibi debent subijci, & subesse. Figura de Achar qui per regulã aureã turbauit Israel, sicut dr̃ Iosuę 7. Sic illi per auaritiam conturbãt domum Israel. i. religionem & ecclesiam, & ideo viri hav. & mundani præualent contra ipsos, & auxiliũ Dei cessat. ¶ Miluus est auis rapax in minimis audax, & in maximis timorosa. 2 Nam serpentes, & cadauera mortua deuorat, & pullos inuadere non formidat. Nam cum siluestres aues inuadere non audeat, domesticis insidiatur. Nam pullos circa grana occupatos rapit, & semper sunt in periculo, q ab illo rapiant, nisi quandiu sub alis gallinæ securius abscondunt. Hic est diabolus, q aues siluestres. i. viros cõtemplatiuos, siluas religionũ, & solitudinum frequentãtes, inuadere timet præsumptiones, sed domesticos, q circa hospitia. i. circa mundi negocia, & sapores habitant, illos obsidet, & inuadit, & ad peccata allicit & inducit. Vñ tantummodo pullos. i. timidos, & simplices & imbecilles, serpentes tortuosos. i. cupidos & auaros, q in terra. i. in tẽporalibus semper repũt, & mortua cadauera. i. fœtidos luxuriosos deuorat in inferno, quia cũ habeat dẽtes fractos nõ põt comedere nisi molles &c. Conterebã molas leonis &c. Iob 29. & ideo simplices pullos. i. qui circa mũdi negotia occupantur, nisi sub alas gallinę confugiant. i. nisi Christi protectioni, & custodię se cõmittant, per peccata destruit, & occidit. Vel dic, q iste sunt moderni iudices, & balliui, q magnos raptores nõ audet inuadere, pullos tñ. i. simplices subditos non cessant cõtinuè molestare, & eos nisi a gallina. i. a bonis prælatis, & principibus defendantur, per rapinã crudeliter deuorare. Esa. 59. Qui recessit a malo, prædæ patuit. Miluus est auis patiens dolorũ, & laboris, & est lenis volatus, & 3 mollis, & ideo miluus dicta est, qa molliter volat, & circa rapinam vermium, & pullorũ quærulosè cõtinuè semper vacat. Sic mũdani mollis, & lenta sunt volatus, quia in mollitie deliciarũ cõtinuè volutantur. Magni sunt laboris, quia plus laborãt vna die pro tẽporalibus, quam vnus bonus religiosus diebus pluribus p Christo. Et pullos in humeris deferunt, quia pro diuitijs, & honoribus suis filiis acquirendis corpus & humerũ subijciunt, & angustias sustinent, & laborẽ, & circa pullos alia vilia. i. circa tẽporalia est cura tua. ¶ Miluus volando cũ cauda se regit, & ipsa pro gubernaculo vtitur. Vnde etiam ars gubernandi nauẽ vr̃ ab eo prouenisse, sicut dicit Pli. li. 10. c. 10. Cauda significat spem finalis pœnitentiæ, q̃ pro certo est totum gubernaculum peccatorum, quia de malis, quę nunc perpetrant, in cauda. i. in fine penitere sperãt, & sic cum ista cauda. i. cũ ista spe in suis nequitiis tuti volant. Vel dic, q cauda est spes longę vitę &c. sicut supra. Vel dic, q cauda est cõsideratio mortis, quæ est optimũ regimen vitæ nostræ. Ideo bene dr̃ Eccles. 7. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

De mergulo.

## De Mergulo. Cap. 49.

1 MERGVLVS secundum Isido. est auis quæ in aquis totaliter se mergit pro suis cibarijs acquirendis, & cognoscens tempestatem in pelago affuturã cũ clamore solet ad littus super sabulũ se transferre. In hyeme autem impinguatur, sed in æstate propter volatus libertatem pinguedine vel carnibus pauperat. Mergulus est pctõr, qui in aquis maris .i. mũdi delicijs vbi amaritudo peccati inuoluitur, multotiẽs impinguatur: ibiq; morator & habitat pro cibis bonorum temporalium acquirendis, quibus misera sensualitas recreatur. Sed qñ cognoscit tempestatem æternæ dãnationis pro huiusmodi delicijs generandam, tũc debet exire de amaritudine peccati per contritionem, debet clamare per confessionem, debet se ad littus pœnitentiæ super sabulum humilitatis ponere per satisfactionem, vt sic iste qui in æstate prosperitatis fuerat pinguedine gratiæ spoliatus, in hyeme tribulationis & pœnitentiæ sit in ea plenariè restauratus. Figura de Moyse, q occisum ægyptium sub sabulo sepeliuit. Sic peccatum occisum per contritionem debet de domo cordis eijcere per confessionem, & ipsum sabulo pœnitentiæ & humilitatis abscondere per satisfactionem.

2 ¶ Nota q mergulus est auis quæ in aquis se mergit, in arundineto nidificat super ligna pauca, & statim q nati fuerint pulli, matrem in pelago sequuntur non obstantibus fluctibus & tormentis. & qñ ab auibus rapacibus impetũtur, in aquam se immergunt, & sic eius beneficio liberantur. Et est auis quæ nunc in terra, nunc in aqua inhabitans & conuersans, in hyeme propter motus paucitatẽ impinguatur, sed in æstate propter motũ carnibus & pinguedine pauperatur. Mergulus iste charissimi est prælatus, qui pro certo debet pullos .i. subditos in arũdineto paupertatis nutrire .i. in paupertatis amore, super ligna diuitiarum panca, vt .s. habeat ad sustentationem non ad superfluum, & pulli sui .i. subditi debent eũ sequi per obedientiæ promptitudinẽ, etiam in fluctibus maris .i. in fortibus actibus pœnitentiæ & tribulationis: quia quando prælatus præcedit dans exemplum, tunc subditi de facili consequuntur. Figura 1. Machab. 5. vbi dicitur q populus timuit intrare iordanẽ & transire cõtra Timotheum, sed tunc Iudas princeps eorum primus transijt, & sic alij sunt sequuti, & victoriam etiam habuerunt. Sic populus pugnaturus contra diabolum & peccata timet intrare fluuium pœnitentiæ, sed quando princeps & prælatus præcedit eos dans exemplum, tunc alij ipsum sequuntur, & sic victoriam obtinent vitiorum. Figura etiam Iosuæ 2. vbi sacerdotes qui portabant arcam, primo intrauerunt iordanem & ibi tandiu steterunt, quousq; populus transijsset. Sic &c. expone. Et qñ mergulus iste videt auem rapacem .i. diabolũ per tentationem insidiantem, tunc debet tam se quam pullos immergere in aqua pœnitentiæ & tribulationis, & periculum euitabit. Aquæ .n. deuotionis, compunctionis, & tribulationis, & compassionis, sunt defensio deuotorum. Naum. 3. Cuius diuitiæ mare, aquæ muri eius. Item isti in hyeme aduersitatis & pœnitentiæ impinguantur virtutibus & gratijs, in æstate autẽ prosperitatis, quando liberè volant ad mundi delectamenta, donis & gratijs spoliantur: quia verè bonis plus proficit aduersitas quam prosperitas, & maximè religiosis: quia .s. in æstate prosperitatis attenuabitur gloria Iacob, & pingues carnes ei᷒ marcescent, sicut dicitur Esa. 17.

3 ¶ Mergulus est auis secũdum Isidorum ab assiduitate mergendi taliter nuncupatus. Nam in aqs se mergit vt pisces rapiat & mãducet. In hyeme impinguatur propter motus paucitatem, sed in æstate propter volatus libertatẽ carnibus & pinguedine pauperatur, & quando ab aue rapace impetitur, tunc in aqua se mergit, & aquæ beneficio liberatur. Per aquas quæ fluũt & refluũt, diuitias intelligo. Per hyemem, præsentem vitam, propter frigora tribulationũ. Per æstatem futura paradisi lætitia designatur. Per aues rapaces, intelligo principes & raptores. Mergulus ergo est diues, qui in aquis diuitiarum per omnimodum affectum totaliter absorbetur. Nam ibi se immergit & balneat, ibi pisciculos .i. pauperes deuorat & manducat, & ideo in hyeme præsentis vitæ impinguatur delicijs diuitiarum & honorũ. Sed quando veniet æstas æternæ prosperitatis .s. post mortem, tunc propter volatus & motus pluralitatẽ .i. pp tribulationũ laborem & aduersitatem quos in inferno sustinebit, æternæ calamitatis pauperiem sustinens, diuitiarum pinguedine nudus erit, quia diues cum mortuus fuerit, nihil secum auferet. Iob 27. Et cum ab auibus rapacibus, & a mundi principibus & prælatis impetitur, tũc statim currit ad aquam id est, ad arcam, scilicet dando sibi munera, & sic aquæ id est, diuitiarũ beneficio liberatur. Nau. 3. Aquæ muri eius, & eius diuitiæ mare.

## De Mennonidibus Auibus. Cap. 50.

MENNONIDES sicut ponit Plin. li. 10. c. 26. aues sunt æthiopię, quæ singulis annis de æthiopia Ilium aduolant, & iuxta Mennonis regis sepulchrum inter se confligunt & pugnant. Compertũ etiam est (vt dicit Cremutius) q istę aues de quinto in quintum annũ in æthiopia regiam mẽnonis visitant, & inter se fortiter ibi pugnant. Istas autem aues vocat idem Pli. peregrinas. Mennon autem fuit rex æthiopiæ, q occisus est in troia, quæ fuit in asia minori vel turquia, vbi venerat ad auxilium troianorum. Idẽ autẽ dicit de meleagridibus auibus q sunt gallinæ plumis varijs sparsæ, quæ omni anno circa sepulchrũ Meleagri pugnãt in beotia aphricæ. Ista possunt applicari ad milites christianos, qui scilicet ad regiam regis mennonis .i. Christi, scilicet ad ciuitatem Hierusalem debent in peregrinationem ire, & sepulchrum ipsius visitare, & ibi contra infideles bella facere & mouere. Si .n. istę aues nescio quo spiritu ductæ, hominum istorũ sepulchra honorant, & de longissimis partibus illuc vadunt, multo fortius christiani debent honorare & sepulchrum dñi, & de remotis partibus illuc ire, & ibi bella domini frequentare. Esa. 60. Filij tui de longè venient &c. & peregrinationis officium adimplere. Esa. 11. Erit sepulchrũ gloriosum. Vide de fabulis infra lib. 15 c. 13 § p.

2 ¶ Hic tamẽ aduerte q in quodã libro quo fabulæ poetarum rithmis gallicis exponuntur, fabulã mennonis sic inueni. Aurora .n. Iouis filia, cuius officium erat noctem a die diuidere, regis mennonis mater erat, qui quia in auxilium Troianorũ venerat, & ibi gladio Achillis occubuerat, ideo mater eius videns q corpus eius sepulturę & ignibus tradebatur, rogauit Iouem q ipsum faceret immortalem. Sic ergo factum est, vt dicit fabula, q scintillæ quæ de rogo ipsius ascendebant, in aues sunt mutatæ, quæ inter se statim tam fortiter pugnauerũt, q in rogum mennonis mortuæ ceciderunt. Primo .n. gemendo rogum tribus vicibus circumeuntes, & tandem flebilem sonum promentes, in partes varias se diuiserunt, & inter se grauiter dimicantes, in ignẽ vnde natę fuerant, mortuæ reuenerunt. Tandem verò postquam sol per signa duodecim peragrasset, de cineribus dictarum auium combustarum illę aues nascuntur. Vel sicut supponit fabula, eædem aues ad vitam restituuntur, & liberè per aera euolant, vt iterum moriantur. Ista possunt applicari contra hæreticos. Mennon .n. q contra græcos pugnabat, aliquem magnum hęresiarcham potest significare, qui .s. impugnat catholicos atque iustos, qui .s. finaliter comburitur, & ad incendium condemnatur. Iste tamen de scintillis malæ doctrinæ quas euomit, solet aues .i. successores hæreticos gignere, qui .s. post rogum & damnationẽ ipsius solẽt in seculo remanere, & de morte eius gemere & dolere, & per impiam cõpassionem ignem magistri sui & ipsius mortem & supplicium mentaliter circuire. Ezech. 37. Pharaonem filiæ gentium. Finaliter tamen isti mali hæreticorum successores ab inuicem se solent diuidere, & inter se per discordiã dissentire, & diuersas sectas & hæreses introducere, ita q finaliter in ignem a quo processerant .i. in supplicium ignis materialis vel infernalis solent per sua demerita cadere, & perire, & eodem fine quo magister eorum perijt, interire. Ezech. 15. De igne egredientur, & ignis consumet eos. Isti tamen finaliter de suis cineribus iterum resurgent, & quando sol iustitiæ Christus a duodecima signa zodiaci percurrerit .i. quando temporum curricula compleuerint, iterum ad vitam reuenient, & vt iterum moriantur .s. morte secunda in inferno, ppria corpora rursum sumenr. Eccle. 1. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant. Vel si vis dic q ista possunt allegari de Lazaro, & alijs resurgentibus, qui .s. de cineribus mortis surrexerunt, & mortem iterum gustauerunt. Vel dic q tales aues videntur esse sancti quia .s. isti qui spiritualiter de scintillis doctrinæ suæ, vel de flama suæ charitatis, vel de fide suæ passionis nati sunt, sepulchrum & ignem dolorem & angustiã passionis regis sui Christi debent vel peregrinando vel saltem mentaliter cogitando circuire, & pro morte eius gemere & dolere, & maximè qñ cogitant q græci qui interpretantur incolę ruminantes .i. Iudei vagi & desperantes, ipsum pro salute nostra humani generis occidere. Isti ergo debent ignem suæ passionis

passionis intrare, & ibi per compassionis & dilectionis ardorē secum eo concremare. ad Galath. 3. Christo confixus sum cruci. & cum eodem commori & dolere. Sol verò iustitiæ deus ipsos finaliter quando mundum iudicabit, resuscitari de suis cineribus faciet, & eos sursum ad cœli gloriam secum ducet. Vel etiam dic quod isti cum Christo morientes spiritualiter, debent per vitæ nouitatem cum ipso resurgere, & per contemplationem superius euolare. ad Col. 3. Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite.

## De Monedula. Cap. 51.

1 MONEDVLA dicitur quasi monetam diligens. Ista. n. teste Isido. & Plin. aurum furatur, & furatum abscondit. Vnde Cicero dicit. Non plus aurum tibi quam monedulæ committendum est. Tales sunt auari, qui diligenter aurum & argentū alienum per fraudes subtrahunt, ipsumque occultant & seruant, & aliquid expendere nunquam volunt. ¶ Mo-
2 nedula docetur loqui, veruntamen mane in ortu solis melius & tenacius addiscit. Sic verè bō in mane iuuētutis melius addiscit & retinet quicquid fuerit sibi dictū, & ideo in mane iuuentutis debet scholas & studia frequentare, vt detur paruulis astutia, & adolescenti scientia. Prouerb. 1. ¶ Ista auis est nigra
3 & turpis coloris, est tamē propter modulamina quæ addiscit, hominibus valde grata. Sic multi defectus naturæ si quos habent, arte & gratia recompensant & supplent.

## De Merula. Cap. 52.

1 MERVLA sicut dicitur in lib. de natura rerum, est auicula nigra, dulcissime modulans, libēter in aqua se balneans, & rostro plumas ordinans atque purgans. Hæc auis plumas non exuit, sicut aliæ aues, sed omni anno rostrum mutat, & hoc in ebur seu in candorem, veruntamen mascula solum secundum Pli. lib. 10. c. 29. Et quamuis sit nigri coloris, tñ coloris turpitudinem cantus modulamine recōpensat. Visa est. n. merula quæ nouem notas concordantiæ musicalis ita benè dicebat, quod a nullo poterat musico reprehendi. Addit tamē Plin. vbi supra quod merula æstate canit, hyeme balbutit, circa solstitium mutescit. Tales debent prædicatores esse, quia isti debēt se sæpe balneare per compunctionem, nigri esse per humilem conuersationem, modulantes per altam prædicationem, rostra .i. verba renouare & mutare per multimodā bonam distinctionem, & maximè in candorem per castam & honestam loquutionem. Plumas. i. exteriorem apparentiam debent purgare per omnis superfluitatis abstersionem, & si quid sit in eis naturaliter defectiuum, debent recompēsare per sui spiritualis cantus perfectionem. Psallite deo nostro, psallite sapiēter. Igitur boni dum sunt in æstate gratiæ, per laudem & gratiam canūt. Si verò hyems. i. status peccati aduenerit, balbutiunt, nec cantum debitum faciunt. Si verò solstitium. i. totalis elongatio solis iustitiæ ab ipsis abfuerit, tunc a dei laude & prædicatione penitus muti sunt. Esa. 46. Vniuersi canes muti, non valentes latra-
2 re. ¶ Merula dū est in silua cū alijs auibus, loquitur sicut auis, qñ verò ponitur in cagia & homines audit loqui, tunc loqui incipit sicut homo. Sic verè religiosi dū sunt in silua religionis cum alijs sanctis viris, ipsi loquuntur more auium. i. more virorum spiritualium. s. deum laudādo, & vitia redarguēdo &c. Quando tamen accidit quod isti ponuntur in cagia. i. in domo alicuius principis vel prælati, tunc verè quia audiunt homines ibi loqui more humano. s. adulando & detrahēdo, & ideo ipsi cantum spiritualem obliuiscuntur, & sicut alij homines adulantur &c. ¶ Secundum Solin. cum merula vbique sit nigra ge-
3 neraliter, in Achaia tamen circa ciuitatem cyllenem inuenitur candida. Ego autem in domo cuiusdam domini cardinalis merulam candidissimam vidi, quæ in caturcena galliæ prouincia fuerat inuenta, & fortè de Achaia aduolando, vel ipsa vel eius parēs fuerat apportata. Sic verè licet sit generale quod merulæ. i. peccatores & seculares per incontinentiam & malam conuersationem nigri sunt, illi tamen qui sunt in achaia, quæ interpretatur laborans. i. in labore pœnitentiæ & ærumna, & per continentiam albescunt. Non est. n. ita niger & infamis peccator, quin per innocentiam & castitatem non possit albescere, si tamen de achaia. i. de laboriosa pœnitentia velit esse. Ideo Apo. 7. dicitur. Isti qui amicti sunt stolis albis, qui sunt & vnde venerunt? Et respondet. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt &c. Pli. lib. 10. c. 30. dicit omnia præmissa, hoc excepto, quia loco Achaiæ ipse ponit archadiæ, & melius credo.

## De Nycticorace. Cap. 53.

NYCTICORAX dicitur quasi noctis coruus, 1
& est idē quod noctua. Est. n. auis quæ de nocte clamitat, & est eius sonus odibilis & horribilis auibus vniuersis. Hæc cum columbis & monedula pugnat, & earum oua deuorat & frangit, & talis auis in insula creta minimè reperitur. Sic murmuratores rostro suo. i. suis verbis detractorijs oua columbæ. i. bona opera bonorum virorū comedunt, destruunt & adnihilant, & ideo sonus & vox talium. i. verba eorum detractoria alijs sunt auibus. i. probis hominibus odiosa, & tam malis quam innocentibus sunt nociua. Eccle. 9. Terribilis in ciuitate sua homo linguosus, & temerarius in verbo odiosus erit. Et ideo tales in insula cretæ. i. in paradiso minimè reperiuntur: quia foris canes & venefici &c. dicit de paradiso Apoc. 22. &c. ¶ Ny- 2
cticorax est auis nocturna: quia lucem solis odit & fugit, & de nocte cum clamoribus cibum quærit, circa domos hominum habitat, & in sepulchris mortuorum nidificat & frequētat, & est eius clamor secundum Isido. auibus cęteris odiosus & secundum eum in cretensi insula minimè reperitur. Isti sunt luxuriosi: qui de nocte & caligine tenebrescente die (Prouerb. 7.) actus venereos perficiunt & adimplent. Nam qui malè agit, odit lucem. Ioan. 3. Idcirco oculus adulteri obseruat caliginem. Iob 24. Isti lucē claritatis & manifestationis fugiunt & deuitant, & in nocte. i. in occulto cibum luxuriæ sibi parant. sepulchrum autem mortuorum. i. malas & fœtidas mulieres frequentant, & circa eas absorpti, quasi in eis totaliter sepulti iacent. Isti tamen clamore cibum quærunt, nam cum prauis verbis & suggestionibus cibum luxuriæ sibi parant. Isti circa domos habitant: quia verè isti in delicijs & quiete, quæ per domos designātur, iugiter & continuè perseuerant. Et clamor. i. verba inhonesta talium est cæteris auibus. s. deo & bonis hominibus odiosus, & sine dubio in insula cretensi. i. in paradiso tales minimè sunt reperti. Nam creta interpretatur vocatio consummata, per quā intelligitur paradisus, in quem si quis introierit, benè patet quod eius vocatio consummatur. ¶ Noctua seu nycticorax est auis noctur- 3
nalis. Nycticorax hæc dicta, in ruinis & parietibus nidificat, & dr noctua: quasi de nocte tuens quia de nocte acutè videt, sed adueniēte splēdore solis eius visus mirabiliter hebetatur. Hanc insula cretēsis nō habet, & si aliunde venerit, moritur, & est auis de nocte cibū quærens, & clamitans in quærendo. Hi sunt aduocati: qui clamando per litigia, cibum diuitiarum acquirunt. Hi in ruinosis. i. in mundi prosperitate, quæ semper fluit & ruit habitant & versantur, & ibi pullos. i. filios & filias nutriunt & educant. Isti de nocte. i. in negotijs secularibus acutè vident: quia verè in talibus ita sunt astuti, quod via possunt ab aliquo redargui vel concludi, sed in die iudicij adueniente sole iustitiæ Iesu Christo, tunc visus sapientiæ & discretio talium erit totaliter hebetata, & tunc verificabitur illud 1. ad Corinth. 1. s. Perdam sapientiam sapientium, & intellectum prudentiū reprobabo. Tunc. n. adducet dominus consiliarios in stultum finem. Iob 12. &c. Et ideo cretensis insula, quæ interpretatur vocatio consummata, i. paradisus, tales aues non sustinet, imo illi qui ibi voluerunt litigare & contendere. s. angeli mali, statim exinde vlterius sunt eiecti. Sepultura asini sepelietur putrefactus & proiectus extra portam Hierusalem. Hie. 22.

## De Niso. Cap. 54.

NISVS est auis prædalis minor herodio, sibi tñ 1
est similis in colore, & tamen socialiter volare recusant. Nisus. n. non vult habere socium in capiendo auem, solus. n. habere honorem vult, vt dicunt. Causa est, ne si haberet socium in volatu, ipsum haberet postmodum in pastu, sicut dicitur in lib. de natura rerum. Tales sunt superbi: qui si aliquid laudabile facere debeant, soli volunt esse si possint, ne fortè alteri gloria tribuatur, vel de lucro cum ipsis condiuidere teneatur. Mouentur. n. ex inuidia, ex superbia & ex auaritia. Ex inuidia: quia nolunt habere parem. Ex superbia: quia vellent sibi vendicare gloriam & honorem: Ex auaritia verò: quia soli volunt habere emolumenti commodum & valorem. Eccle. 6. Nunc manducabo de bonis meis solus. Teste Aristo. Solus nisus inter aues prędales comedit aues sui generis. Sic sunt auari, qui etiam

qui etiam illis de suo genere non parcunt. Vel etiam luxurio
si, & incestuosi, de quibus Hier 9. Vir fratrem suum venatur
ad mortem, & inimici hominis domestici eius.

## De Onocratolo. Cap. 55.

1 ONocrotalus est auis, quæ ore suo horridū sonum fa
cit, & est duplex ſm Isido. Est enim quædam aqua-
tilis, alia solitudinis, & rostro suo in aqua vel luto
immerso horridè stridet. Hæc maximè anguillis in-
sidiatur, quas in ventre suo viuas deglutit, & postea ita rumi
nat ac si eas inter dentes ꝓprios masticaret, & dum in litto-
re quiescit, rostrum suum sursum erigens ab aquila vel acci-
pitre rostri sui acumine se defendit. Illud aūt genus quod in
aqua versatur, ſm Isi. mirabiliter est gulosum. Habet onocro
talus duos ventres, & in primo sine masticatione cibos trāſ-
glutit, & post in secundo ventre transmittit, vbi postmodum
digeruntur. Primus tñ venter sibi pro gutturis vesica repu-
tatur, sicut dicit Pli. li. 10. c. 47. Hic est detractor: qui ore suo
sonū detractionis facit, Nā in luto, & stercoribus. i. in malis
operibus aliorum os suum immittit, qñ detractoribus detra
ctoria verba dicit, & sic aspirans per detractionem horribilē
sonum reddit. Apoc. 3. Loquebatur sicut draco. Anguillis tñ
.i. mollibus, & deliciosis, & etiā luxuriosis maximè tales ad-
uersantur. Istos. n. viuos deglutiūt, qñ eos eorumq; facta per
iugem memoriam sibi incorporāt, & post ita dentes mouēt,
& masticant per detractionem, ac si eos proprijs dentibus la
cerarent. Isti habēt duos ventres. primus venter est visus: qa
oia volunt scire, & videre, & in isto ventre quicquid possunt
reponunt. Sed secundus venter est os, in quo cibos. i. aliorū
facta per visum recepta detrahendo digerunt, lacerāt & cor
rodunt. Habebant dentes ferreos, & comedebant, & corro-
debant. Dan. 7. Et sunt duo genera : alium onocrotalorū, qa
& in deserto religionis, & in aqua mundanæ flexibilitatis in
ueniuntur hodie detractores. Vnde Soph. 2. Onocrotalus, &
hericius in liminibus eius morabuntur. Item rostro sursū
eleuato ab accipitre se defendunt, quia qñ accipiter. i. præla-
tus vult eos corrigere, eleuant os. i. verba sua versus cęlum,
loquendo & adulando prælatis, & sic accipiter nō lædit eos:
quia per verba huiusmodi a grauamine proteguntur, cum
tñ prælati deberent dicere illud Iob 41. Non parcam ei ver-
bis potentibus, nec ad deprecandum compositis. Vel accipi
tres sunt ꝑdicatores, qui. ſ. non audent tales tangere vel cor
rigere, propter acutiem rostri sui. i. ꝓpter verba sua detracto
ria, timentes ne ab eis diffamentur. Et isti procul dubio val-
de sunt golosi, quia vt communiter detractores sunt ciborū
maximi voratores, quod potissime patet inter religiosos &c.
Nota ꝙ onocrotalus buthor est, auis. ſ. quæ rostrum ponit
in luto vel in aqua, & flando horribilem sonum gignit. Sic il
li os suum ponunt in aquis deliciarum, & prosperitatum, &
in luto peccatorum suorum, & inde efficiunt sonum iactan-
tiæ, de peccatis suis scilicet, & prosperitatibus gloriantes,
qui quidem sonus deo, & hominibus est tędiosus. Prouer. 2.
Lætantur cum malè fecerint. Et Esa. 3. Peccatum suum sicut
Sodoma prædicauerunt. &c.

## De Aureola. Cap. 56.

1 AVreola est auis crocei coloris, quæ nidum suū in ra-
mis arborum pendentem mira subtilitate facit, ac si
in solo aere pendere videretur. Sic illi qui sunt colo-
ris aurei per auream conuersationem, faciunt sibi ni
dos sursum in ramis crucis per deuotionem, ibique ex toto
pendere videntur per spem, fiduciam & affectionem. Iob 7.
Elegit suspendium anima mea.

## De Oto. Cap. 57.

1 OTus est illa auis, quæ dr̄ hua gallicè, quæ de nocte cla
mat hu, hu, vocem prætendens humanam, ita vt ho-
minem deuiatum, a frigore congelatum, in nemore
clamare credas. Hæc auis bubone minor est, noctua
maior, & eminentibus plumis aures habere vr̄, & est odio,
alijs auibus vniuersis. Istis sunt similes aliqui hypocritæ, &
pauperes falsi, qui si audiūtur, propter eorum vlulatus, & q-
rimonias, tectè depressi vel mortui esse videntur, quamuis
talis vlulatus non sit bonæ necessitatis, sed potius rōne truā
nicæ fictionis. Et isti aures. i. virtutē obedientiæ habere vidē
tur, verumtamen hæ non esse aures, imo plumæ vanitatis, &
hypocrisis dinoscunt. Cornuti. n. sunt ꝑ superbiam, q̄uis vi-
deant habere aures per obedientiā. Aures. n. eorū sunt de plu
mis inq̄tum obedientia taliū semper habet plumas. i. vanita
tem adiunctam. Iaco. 5. Plorate vlulantes in miserijs vestris.

## De Pellicano. Cap. 58.

PEllicanus qui idem est, quod porphyrio ſm phisiologū,
& ſm gl. super ps. est auis nimis amans filios suos. Isti tñ
filij cum incipiunt crescere, parentes in faciem percu- 1
tiūt, ꝓpꝑ qđ ipsos parēs repercutit, & occidit, quos mor
tuos mater per triduum deflet, & se in costa percutiēs, & san
guinem calidum super pullos infundens, ipsos ad vitā resti-
tuit iterato. Pellicanus est Deus, pulli eius sunt humanum ge
nus. Pellicanus ergo pullos suos diligit, quia deus diligit oia
quæ sunt, qm̄ sua sunt. Sapi. 11. Sed pullus patrem suum in fa
cie percussit, qñ Adā per peccatum se opposuit contra Deū,
in facie sibi dicens. Vxor quam mihi dedisti &c. Genes. 3. Nā
peccatum in eum retorsit, & sic eum velut iaculo in facie ꝑ-
cussit. Sed pater pellicanus cum repercutiēs occidit, qñ mor
ti duplici subiectum de paradisi viridario relegauit. Sed ve-
rè verus pellicanus. ſ. Dei filiꝰ, per tres dies luxit pullos suos,
quia toto tempore legis naturæ, & toto tempore legis scri-
ptæ humano generi condoluit. Doleo super te fili mi Absa-
lon. 2. Re. 18. Et ideo tertio die, videlicet tempore legis nouę
tēpore. ſ. passionis, in costa se percutit, qñ sine contradictio-
ne aliqua crucifixus, latus suum permisit lancea perforari. Et
tunc sanguine suo pullos occisos perfudit, qñ virtute sangui
nis, & passionis sanctos patres peccato originali mortuos, a
peccati, & inferni morte, & carcere liberauit. Vel dic, ꝙ pel-
licanus Christus postquam in cruce pro pullis sanguinē suū
fudit, post tres dies ipsos resurgendo spiritualiter suscitauit
& a morte perpetua liberauit. Vnde Oseæ. 6. Venite reuerta
mur ad dñm, qm̄ ipse cępit, & saluabit nos. percutiet & cura
bit nos, viuificabit nos per duos dies, in die tertia suscitabit
nos. Vel pone ſm magistrum Iacobum de vitriaco li. de mi
rabilibus orientalium regionum, ꝙ est quidam serpēs in de-
serto, qui inimicatur pellicano, & ideo nidū suum intrat dū
est ad pascua, & pullos eius inuenenat, & occidit, & rediens
pellicanus, & eos mortuos inueniens, per triduum deflet, vt
dictum est, & virtute sanguinis ipsius ipsos ad vitam suscitat
& reducit. Sed ex isto sanguine emisso multum infirmatur, &
debilitatur, & aliqui pullorum naturali instinctu matris be-
neficia sentientes, matrem debilitatam pascūt. Alij aūt dege
neres, nullam eius penitus curam gerunt, & ideo mater sa-
nata, & ad prosperitatem veniens pascentes se resouet, & se
cum in nido recipit, degeneres aūt deijcit, & expellit. Sic ve
rè charissimi serpens antiquus. ſ. diabolus, pullos pellicani. i.
ipsos filios, & creaturas dei. ſ. Adam cum tota posteritate in
terfecit. Sed pro certo istos ipse verus pellicanus Chr̄s vir-
tute sanguinis a morte criminum suscitauit. Sed verè charis
simi multi sunt pessimi peccatores huius beneficij immemo-
res, & de ipso sic debilitato, & pro nobis mortuo, & infirma
to penitus non curantes, iuxta illud Amos 6. Nihil patiebant
super contritionem Ioseph. Boni tñ ei compatiuntur, & sibi
debilitato in personasuorum pauperum beneficia largiūtur.
Esa. 28. Reficite lassum, & ecce hoc est meum refrigeriū. Et
ideo Christus inter vtrosq; diuidet in die iudicij, dicens ma
lis, ite. bonis autem dicet, venite. bonosq; secum in nido pa-
radisi recipiet, malos verò in infernum expellet Matt. 25. Ve
nite benedicti patris mei &c. Ibidem. Ite maledicti &c. ¶ In
ægypto sunt duo genera pellicanorum. Nam cum in ęgypto 2
sit quidam fluuius exiens de paradiso, qui dicitur nilus, cir-
ca illum in solitudine versatur vnum genus pellicanorū, cu
ius cibus sunt lacertæ, & alia reptilia venenosa, sed quia ha-
bet naturam calidam, ideo digerit, & minimè nocent. Aliud
genus versatur in fluuio, cuius cibus sunt pisciculi qui in flu-
mine oriuntur. Et nihil comedit pellicanus, nisi aliud cū pręda
in aqua primitus intingatur. Aegyptus est mūdus, vbi ha
bitant duo genera pellicanorum. i. hoium. ſ. contemplatiui,
qui circa mundi fluuium i. circa deuotionem morantur, vbi
pisciculis. i. verbis deliciosis doctrinæ vescuntur. Aliud aūt
genus habitat in solitudine mundi huius, vbi (si tñ calorem
habuerint charitatis) lacertas & venena. i. mundi negotia, q̄
comedunt, & perperunt, poterūt dirigere. i. debitè diuidere,
& etiā dispensare. Apo. 3. Vtinam calidus esses. Figura Leui.
14. vbi dicitur, ꝙ erat duo passeres cuius vnus immolabatur
in aquis

In aquis, vnus alius intingebatur in sanguine immolati, & permittebatur euolare in agrum, & sic purificabatur leprosus. Primus passer est cōtēplatiuus, qui Deo se immolat in vase fictili humilitatis, & religionis, sup aquas viuas deuotionis. Sed passer alius est actiuus, qui traditus libertati, euolat ad mundana. & in sanguine alterius intingitur, quia actiui sanguine, & pęnitentia religiosorum liniti, & adiuti, à peccatis facilius liberantur, & sic leprosus mundatur qñ peccator in aliqua istarum vitarū à suis iniquitatibus emendatur. ¶ Nota φ pellicanus siue porphyrio est auis, quæ cibū non comedit nisi prius in aqua intingat. Vnde pede suo vtitur loco manus, qa primo eius cibum in aqua intingit, & post ad os suū applicat, & manducat. Iste aūt à Pli. lib. 10. c. 46 porphyrio dr̃. de quo ēt dicit idem, φ solus inter volucres aquam morsu bibit. Pellicanus est prædicator. Manus eius sunt opera. Os eius sunt verba. Aqua est sacra scriptura. Debet ergo prædicator quicqd comedit. i. quodcunq; opus sibi incorporat per imitationem vel alijs comedere tradit per pdicationē, in aqua. i. in sacra, scriptura intingere, vt. s. s̃m sacræ scripturæ dictamētum oia ordinentur, & manum ad os debet applicare inquantum cibum doctrinæ quem per os suum pdicando dicit, primo manu per ipsius complementum palpare debet, & tangere. Vnde 2. Paral. 3. Ore locutus es, & opere perfecisti. Et sicut pellicanus est auis solitaria, & valde sicca, sic & prædicatores debent esse solitarij, mundi negotia fugiendo, & sicci abstinentiam sustinendo &c. Sed non sic est de multis. Quę dicunt facite, q̃ aūt faciunt nolite facere. Matt. 23. Mordendo aūt debent bibere, quia. s. aquam sacræ scripturæ debent mordaciter. i. acide recipere, & findere. Vel dic, φ talis est malus auditor, qui. s. aquam quam bibit. i. prædicationem quā audit, mordere dr̃, inquantum de ipsa libenter murmurat, & obloquitur. Vel dic, φ prædicatores moderni aquam mūdanæ psperitatis, & deliciarū reprehendendo mordet, & tñ ipsam, quam mordere, & contemnere videntur, bibunt libēter, hauriunt, & affectant. ad Roma. 2. Eadem. n. agis quæ tu iudicas.

## *De Perdice. Cap. 59.*

1 Perdia s̃m Isid. est auis fraudulenta, & oua rapit, & furatur alium auiarū, & in nido suo tanquam propria fouet sed tandem pulli exclusi vocem matris propriæ audientes, putatiuam dimittunt matrem, & ad propriā reuertuntur. Nec multum laborat accubando super pullos, imo plusquam aues aliæ faciliter, & leuiter eos fouet, & statim, φ pulli nati sunt, sequuntur matrem, & quærunt cibum. Et est paucæ pennositatis, & multæ carnis, & ideo debilis est volatus, & si aliqñ volet, parum volando in aere se leuat, & statim post modicum terram petit. Nisum timet, & dū ipsum in aere viderit, a terra nullatenus se erigit vel suttollit, & dū ad sonitum paruæ campanellę fugit, in reti vel laqueo subito se inuoluit, vbi eā auceps arripit, & occidit. Talis est diues auarus necnon vsurarii fraudulēti, causidici & raptores, qui oua. i. bona temporalia aliorum per cautelas furantur, & in nido arcarum suarum tanquam propria condunt ipsa. Et qū exclusa fuerint. i. per eos multiplicata, & credunt eis vti, tunc sine dubio occidunt à morte, & pulli ad matrem propriā id est, ad diabolum, qui eis ipsa genuerat, reuertunt. Na diabolus dispensat bona, & dignitates diuitū, de vno ad alium. s. post mortem. Vel mater est mundus, qui oia tenet, & ad eum totū post mortem reuertitur. Hie. 17. Perdix fouit, quæ non peperit fecit diuitias, sed non in iudicio, in medio dierum suorum derelinquet eas. Vel dic, φ perdia est fraudulentus diabolus, q nos de nido veræ matris nostræ religionis vel Christo, per peccatum subtrahit, & in nido suo. i. in mundo fouet & nutrit. Et iō statim vocē, φ veræ matris nostræ in scriptura vel in prædicatione audimus, matrem putatiuam. i. diabolum vel mundū dimittere debemus, & ad matrem nostrā. s. Christum redire. Io. 19. Fili ecce mater tua. ¶ Nota φ perdix
2 non multum laborat pullos fouendo. Sic vsurarij in filiis, bonis temporalibus impinguādis, non multum laborant, quia sine magno labore diuitias ipsis accumulant, & acquirunt. Nam dr̃ Eccl. 51. Modicū laboraui, & inueni mihi multā requiem. Præterea filii sequuntur matrem, & cibum quærunt mox vt sunt nati, i. scientes aliquid intelligere. suos. n. parentes imitātur, eorumque exemplo per vsuras vel alias cibum diuitiarum acquirere satagunt, & cōgregare. Actuū 7. Sicut patres vestri, ita & uos. Iudicū 5. Isti in locū surrexere patrū
suorum. Ezec. 15. Sicut mater, ita & filia eius. ¶ Perdix paucas habet plumas, & multā carnem, & ideo à terrā non mul- 3
tum eleuatur, & si eleuata fuerit, statim ad terrā reuertitur. Sic verè multi sunt, qui paucas habent plumas. s. virtutū, sed multam habent carnem. i. carnalem affectionē. & ideo à terra. i. ab amore temporalium non se leuār, nec ad aera. i. ad bona spiritualia deferuntur, & si aliqñ ad spiritualia, vt pote semel in paschate eleuantur, ad terram cito redeunt, spiritualia dimittentes. Præterea perdix nisum, & campanellam timet. Sic mali, prædicatores qui per nisum significantur, & cāpanellam. i. verbum Dei & sonū eius fugiunt, & abijciunt, & abhorrent, & ideo videntes in ecclesia prædicatorem, nunquam de terra. i. de domo sua recedunt, nec ad eius sermonē vadunt, ne audiant qūo debeār a temporalibus se leuare. &c. Vel dic, φ campanellæ. i. prædicationis sonitum fugiūt, & in reti auaritiæ se inuoluunt, vbi à diabolo capiunt, & per mortem occiduntur, & plumis bonorum temporalium vel amicorum carnalium spoliantur, & tandem in veru inferni coquuntur, & ab aucupe diabolo deuorantur, & sic fit, φ illi, q aliena furantur, tandem ab alijs affligontur. Vnde Esa. 29. Vę qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? ¶ Perdia est auis libi-
dinosa, intātum φ linguis inuicem applicatis præ desiderio 4
æstuāt, masculus etiam super masculum salit, sexū totaliter obliuiscens. Vnde ēt Solinus dicit, φ inter perdices dimicāt circa connubium, victosq; credunt fęminarū vice venerē sustinere. Tātæ sunt ēt libidinis pdices (vt ait) φ si ventus à masculo flauerit, fiant prægnantes odore. Qđ etiam dicit Plin. li. 10. c. 33. & de nocte coūersis posterioribus perdices sedēt. Et habent parum de plumis, ideo parum volant. &c. Timet nisum, & campanellæ sonitum, ideoq; frequenter fugiens, in rete aucupis se inuoluit. sic luxuriosus paucis plumis indutus virtutum, multis carnalibus implicitus, ad spiritualia parū volat. nisum. i. prædicatorē, & cætera vt. §. præcedenti, ac per hoc in rete luxuriæ se inuoluit. qñq; autem sexū naturalem obliuiscens propter libidinis ardorem, opera indicibilia peragit, & contra naturā turpiter, & bestialiter aliquotiens multa facit. ad Ephe. 5. Quæ in occulto ab eis fiunt, turpe est dicere. Et breuiter inter pdices. i. luxuriosos, flatus masculi. i. verbum, & odor famæ ipsius à fęminis auditus, & perceptus, facit eas concipere libidinem, & ardorem. Vel pnt est dici de beata virgine, quæ solo odore. i. solo auditu concepit verbū.
Esa. 7. Ecce virgo cōcipiet. ¶ Perdia est auis, quæ pullos suos 5
multum diligit, & ideo circa venatorem, circūuolat, seq; debilem, & claudam simulat, vt dum eam venator credens capere sequitur, à nido pullorum suorum elongetur, vt p hoc, pullis eius euadendi, & euolandi libertas detur. Sic veræ patres spūales pro filijs liberandis, debent volitare contra diabolum, & ei taliter se opponere, vt ab ipsius insidijs ipsos valeant liberare. Perdix. n. fingit se non posse currere, vt auceps ipsam tentans capere, filios euolare dimittat, post quos, & ipsa deluso aucupe euolat. Quia veræ matres. i. prælati & perfectiores debent se pro subditis, aduersarijs opponere, & plus de salute gregis, quam de propria curare, & debilitati subditorum suam firmitatem, scutum & galeam exhibere, exēplo Christi, q de discipulis, aduersariis dixit. Si me quæritis, sinite hos abire. Vel allega qūo debilitas, & fragilitas aliqñ ē fingēda, s̃m φ negociū requirit, vt. s. inde sequatur sibi, & aliis vtilitas. De Christo. n. habemus, φ fingit se longius ire. Et dauid astutè se fingendo furiosum, periculum euasit 1. Reg. 20.
Perdicis s̃m Pli. fel mixtum cum totidem mellis, multū clarificat visum, sed oportet, φ in pyxide argentea cōseruetur. 6
Fel est tribulatio propter eius amaritudinem. Argentū conseruans est diuina scriptura. Mel dulce est spes de æterna gloria. Qū igitur oculus intellectus alicuius est carnalitatis vitijs obfuscatus, tunc si fel tribulationis ei eueniat, multū sibi prodest ad salutem, quia mala, quæ nos hic præmūt, ad Deū citius ire compellūt. Gregorius Si tñ cū melle. i. cū spei æternæ dulcedine, & quasi tranquillitate suscipiatur, & si in argēto inuoluatur. i. si hō tribulationem sustineat eo modo quo sibi sacra pagina dictat. Nam sicut medicus amarā medicinā aliquo dulci inuoluit, sic pater misericordiarum cum tentatione facit prouentum 1. ad Corint. 1. Figura Leui. 7. vbi dr̃, φ cum hostia cōburenda libamina efferebant. s. oleum, & farinā. Farina est sacra scriptura, quæ mola sani intellectus teritur, & cassatur. Oleum est consolatio spūalis, quia. s. Deus qñ aliquem cōburit per tribulationē, semper adhibet lenitiuam

conso-

consolationē, vnde dñs cū panibus hordeaceis dedit pisces.
Mat.14.& a.ad Cori.1. Cōsolatur nos in oi tribulatiōe nr̃a.
7 ¶Perdices vna post aliā intrant rete, & sic ꝑ primæ sequelā,
aliæ periculo se exponūt.vbi.n.dux gregis, quæ prima vadit
intrauerit,statim scd̃a, deinde tertia mox itrabit ſm Pli.vbi
supra.l ca.33.Sic multotiens fit, ꝙ dum malos socios sequi-
mur,in rete diaboli inuoluimur,& sic vna cum eis per eorū
sequelā,& imitationem, decipimur.Facile est.n.vt quo pri-
ma intrat,aliæ sequanẽ,& ꝙ illud qđ à prælatis,& prioribus
8 efficiẽ,ab alijs in exemplum trahaẽ,qa sicut dr̃ Ezec.1.Quo-
cunq; declinabat,q̃ prima erat,sequebanẽ,& cæteræ.¶Perdi
cum filii dum aucupem volunt euadere, solent glebas terræ
minum segregatis habitat.s.in paradiso per affectũ, & contẽ
plationẽ. ad Philip.3. Nostra conuersatio in cęlis est. Eleuabi
tur aquila, & in arduis ponet nidũ suum. Iob.39. De summis
silicibus videbo eum. Numer.23. Et si ꝑꝑ cibum in hortum
hoium descenderit.i.si ad mundi negocia ꝑꝑ necessitatem se
extenderit, statim obtento cibo solitaria loca petit, quia ob
tentis bonis temporalibus debet se per gratiarum actionem
in superius eleuare. ¶Turtur in hyeme deplumis efficitur, &
tunc in antris, & cauernis absconditur, in nouo vero tempo
re de cauernis exit plumas resumit, & ad pullificandum cõ-
grua loca petit, & in ramis duris, & nodosis nidum cõstruit,
& facit. Sic verè charissimi aia in hyeme.i. in tempore pecca
ti deplumatur à plumis.s.virtutis, & in cauernis.i.in negotiis
mundi, & terrenis occupationibus habitat, & moratur. Sed
adueniente nouo tpe.i.qñ per gratiam, & pœnitentiã inno-
uatur, tũc exit de istis cauernis, & plumas virtutum resumit,
& ad pullificandum.i. ad bona opera faciendum congrua lo
ca petit. Vnde tunc inter densos ramos.i.inter ligna crucis ꝑ
eius frequentem memoriam, de lignis nodosis, & duris.i.de
operibus asperis, & duris pœnitentiæ debet construere nidũ
suum, & sic in nido talis disciplinæ debet pullificare per bo-
na opa, & ibi iugiter cõmorari. ¶ Prætereà turtur dr̃ bis pul 3
lificare, tertio vero non, nisi primi pulli corrumpãtur. Sic hõ
pullos.i.opera sua bis producere.i. ad intentionem duplicẽ
debet facere.i.ad laudẽ Dei, & vtilitatem proximi. Tertiò ve
ro.s.ad laudem mundi, nunquã debet pullos bonorũ operũ
procreare. ¶ Prætereà turtur 15 annis cubat, super cadauera 4
nõ residet, sed pro victu quærit grana pura. Sic vir perfectus
super pullos.i. super opera bona debet semꝑ cubare, & hoc
15.annis.i.in obseruatione decem mãdatorũ, & in memoriã
quinq; plagarũ Chri. Hic super cadauera non residet, quia.s.
in amore vel delectatione proprij cadaueris.i.carnis fętidę,
non debet aliqualiter residere, imo ꝑ victu suo debet acqrẽ
re grana pura, sacrã scripturã, vel ẽt grana.i.virtutes, quæ re- 5
ctæ sunt aiæ nutrimentũ. ¶ Turtur semper gemit dũ conside
rat societatẽ, quam amisit, & alijs garrulantibus auibus, hęc
pro cantu gemitum reddere cõsueuit, & ex tunc vt dicit phi
sologus, semper in ramis siccis, ꝙ nunquã in viribus sedere
consueuit. Sic hmõi pęnitens considerans, ꝙ propter pecca-
tum amisit consortiũ Iesu Christi, debet semꝑ gemere per
contritionẽ, peccatum propriũ cogitando. Treno.1. Ipsa aũt
gemens &c. psal. Laboraui in gemitu meo. Et licet garruliẽt,
& rideant mundani, ipse tñ debet iugiter tristis esse. ideo dr̃
Ezec.35. Lætante vniuersa terra, in solitudinem te redigam.
Io.16. Gaudebit mundus, vos aũt cõtristabimini. Vel dic, ꝙ
cõiunx aię est Christus, & iõ in morte, & ꝑ morte eius debet
gemere, & dolere. ¶ Turtur nõ tãgit cadauera immunda, sed 6
pro se, & pro pullis educãdis quærit, & prouidet grana pu
ra. & pulli turturis ſm Constantinũ in principio sunt viscosi
& graues ad volatum, sed paulatim assuefcũt ad volãdũ, quia
viscositas tẽperat. Sic nouitij & subditi, & maximè religiosi,
in principio, qñ veniunt à seculo, sunt viscosi per carnales af
fectiones, & inhabiles ad volatũ cõtemplationis. Sed quan-
to plus

to plus ad volatum contéplationis intenderint, tanto carna-
litatis vifenfitas melius temperatur, & ideo isti grana pura fa
cræ scripturæ debét comedere, cadauera vero.i. mulieres nô
debent per luxuriam tãgere, nec earum confortium frequen
7 tare. ¶ Turtur tépore hyemis ꝑdit plumas, & in caueruis ha-
bitat atq; antris, sed tempore veris de antris exiẽs plumas re
cuperat, quas amisit. Sic boni, & pij in tpe hyemis.i. pauperta
tis, & tribulationis aliorum, qñ.s. vident alios indigere, tunc
fine dubio debent plumas diuitiarũ deponere, eis misericor
diter largiẽdo, & in antris, & spelũcis.i. in aliorũ miserijs per
compassionẽ debent iugiter residere. sed qñ adueniet tẽpus
veris, qñ.s. post mortem aduenict ꝓsperitas sempiterna, tũc
sine dubio exiẽt de antris, & cauernis.i. de miserijs huius mũ
di, & iterato in paradiso recipient plumas, quia Christus cẽ-
tuplum retribuet illis, qui plumas diuitiarũ pauperibus emi
serunt, quia beati misericordes, qm ipsi misericordiam conse
quentur. Matt.5. item 19. Centuplum accipiet. &c. ¶ Turtur
8 est auis nullum lędens, sed erga oẽs patienter se habens, in lo
cis tutis, & delectabilibus habitans, & sicut dr in libro de na
tura rerum hæc auis sola de nocte pullos suos pascit, & hæc
auis sola teste phisologo in æstate pinguescit, cum generali-
ter oẽs aliæ aues in æstate macrescant. Talis est vir bonus vel
vir perfectus, quia nullum debet lędere, sed in aliorũ lęsioni-
bus patientiã habere, loca vero tuta religionis, & loca amę-
na æternæ habitationis debet per contemplationẽ, & desi-
deriũ frequẽtare, & talis in nocte aduersitatis pullos suos de
bet per doctrinã pascere, ipsosq; in nocte, & turbulentiã pau-
pertatis debet per elemosynã enutrire, quia s. plus indigent
subditi per doctrinã nutriri spũaliter, qñ est nox tribulatio-
nis, ne forte cadãt in barathrũ desperationis. vnde Mat.13. dr
ꝙ media nocte gall9 cãtauit. ps. Tota nocte in illuminatione
ignis. Et isti ẽt in æstate pinguescũt, q a.s. viri iusti in æstate ꝓ
speritatis ꝓficiunt, & per temperantiã ibidẽ virtutibus pin-
guescunt, & sic isti vbi oẽs alij generaliter cõsueuerunt defi-
cere, conualescunt. Vel potest generaliter allegari de quibus
dam, qui in hyeme tribulationis, & paupertatis macrescũt à
virtutibus rõne impatientiæ, & desperationis, qui tñ in æstã-
te prosperitatis proficiunt rõne temperantiæ, & gratiarum
actionis, & inde est, ꝙ martyres in hyeme præualuerunt, qui
in prosperitatis æstate forsitã defecissent. Et ecõuerso multi
fuerunt sancti confessores, qui in ꝓsperitate sanctè vixerũt, q
forte in martyrio succubuissent. & hoc est quod figurat. Nu-
meri 21. vbi Deus præcipit, ꝙ illud quod ignem nõ põt susti-
nere, aqua expiationis purgetur. hoc est dictu, ꝙ illi qui per
ignem aduersitatis ad Deũ nequeunt venire, per aquã diuinę
misericordiæ, & mundanæ prosperitatis ad ipsam valeant ap
9 plicare. ¶ Vt dicit philosophus, turtures non bene volant flan
te austro, quia ipsius vẽti humiditate pennæ suæ fiũt graues.
Sic verè charissimi qñ auster vẽtus calidus.i. fauor fortunæ,
& mũdani successus nos afflat, pennæ mentis nr̃æ humidæ ꝑ
pigritiã fiunt, ita tunc ad cęlũ per contẽplationẽ, & affectio-
10 nẽ volare non possumus. ¶ Vt dicit idẽ, qñ turtures volãt ver
sus aquilonẽ, nõ habent rectorẽ. Econuerso vero si ab aquilo
ne versus austrum volauerint, tunc habent rectorẽ quem se-
quuntur, quod ad hoc põt adduci, nam illi qui in aquilone.i.
in frigore aduersitatis habitãt atq; volant, rectore non indi-
gẽt, q a.s. vexatio dat intellectũ, vñ in illo statu põt hõ se suffi
cienter regere per seipsum, sed verè illi qui ad austrũ mũda-
næ prosperitatis volitant, & anhelant, rectore prouido indi
gent, qui ipsos regat, & manuteneat ne delinquant, quia bre
uiter illi, q appetũt ꝓspera, citius delinquũt, q̃ qui aspera, &
iõ rector magis est necessarius his q̃ illis. vnde ps. Dñs regit
me, & nihil mihi deerit, in loco pascuę ibi me collocauit.

*De Valello.* *Cap. 71.*

1 VAlellus est auis colombino capite, & eristato, collo-
que viridi, & corpore varietate distincto. Hæc auis,
cum hoiem à lõge nido suo appropinquare viderit,
egressa sibi cum clamore occurrit, sicq; fatua auis, q̃
clamore suo hoim a nido suo se fugare credit, ipso clamoris
iudicio nidum prodit, sicut dr in libro de natura rerum. Ta-
les ꝓcul dubio sunt multi, qui cum clamoribus suis, iniurijs
& detractionibus credũt de alijs triumphare, & hoies nido
suo insidiantes.i. inimicos suos sibi, & suo statui inuidentes,
credunt a se hmõi clamoribus elongare, & tñ ex hoc solent
eos amplius in sui præiudicium aĩare 2. Reg. 1. Odiuũ cõtra
te locutũ est. & Iudith.8. Nõ sunt ista verba quæ miam ꝓuo-
cẽt, sed potius, q̃ irã excitent, & furorẽ. Vel ad litterã põt alle
gari cõtra multos simplices, q cũ se multis verbis, & iuratio
nibus excusare credũt, seipsos tñ magis suspectos reddunt.
Vel põt allegari cõtra iactatores, qui si habẽt aliquod secre-
tũ, nõ cessant clamare, donec illud oibus cõtigerit reuelari.

*De Vespertilione.* *Cap. 72.*

VEspertilio ſm glosam Esa.2. lucem odit, & tenebras
amat. Nã in die in parietũ foraminibus se abscondit.
Cæca est ad modũ talpæ, & puluerẽ lingit. Tales sunt
cupidi, maximè vsurarij, quia cęci sunt, & duces cæ-
corũ. Matt.15. ad modũ talpæ, quæ semꝑ est in terra, vbi op-
timè se regit, & ibi quærit victũ. Iõ tales lucẽ manifestationis
odiunt, & abhorrẽt. Et iõ qñ contractus suos faciunt, nolũt
ꝙ manifestetur veritas, imo in cauernis.i. in occultis eos fa-
ciunt, inquãtũ ipsos palliãt cautelose, ne appareat falsitas vel
vsura, & sic tenebras obscuritatis diligũt, q a q̃ i occulto ab
eis fiunt, turpe est dicere. ad Ephe.5. Et lumen manifestatio-
nis fugiunt, & deuitant. Oẽ.n. quod manifestat, lumen est. ad
Eph.5. Quia ergo qui malè agit odit lucẽ, iõ in die in rimu-
lis parietũ.i. in secretis cauernis se abscõdũt, vñ Iob.24. in te
nebris quasi in luce ambulãt. Prou.2. Relinquunt iter rectũ,
& ambulãt per vias tenebrosas. &c. Iõ Eze.9. Vide filij hois,
qui filij Israel faciũt in tenebris. Vel per noctẽ accipe bona
tpalia, & per lucẽ, & diẽ spũalia, & applica ad ꝓpositũ. Dile-
xerunt hoies magis tenebras quã lucẽ. Io.3. ¶ Vespertilio q̃-
uis pp alas, & pp volatum auis esse credatur, eẽ tñ bestia sex 2
rõnibus cõprobatur. Primo q a nõ ouat, imo more bestiarũ
pullos cõcipit, & procreat, quod tñ inter volucres nõ habeẽ.
Scđo quia dentes habet. Tertio q a cauda caret. Quarto q a,
lac & mamillas habet. Quinto quia per terram currit, & qua
tuor pedibus graditur. Sexto quia muri in corpore similatur
sicut in libro de natura rerum dr, & etiam Isid. quorũ ẽt ma-
gnã partẽ dicit Pli.li.10.c.61. Sic verè charissimi multi sunt, q
quamuis habeant nomen, & famã, ꝙ sint aues.i. viri spũales,
& iusti, isti tñ bestiæ.i. viri bestiales esse noscuntur, & hoc q a
isti nõ pariunt oua, sed aialia.i. non faciunt opera spũalia, sed
carnalia. vnde ad Ro.8. Qui.n. ſm carnẽ sunt, quę sunt carnis
faciũt. Itẽ isti habẽt dentes.i. verba detractoria. Cauda carẽt
.i. mortis memoria. Lac & mãmillas habent.i. verba fallacia,
dulcia, & deceptoria, cõtra illud Prou.24. Ne lactes quẽquã
verbis tuis. Itẽ isti in terra cũ quatuor pedibus.i. cũ quatuor
affectibus per auaritiã gradiuntur, & per inhonestã conuer-
sationẽ muribus similantur. Iudith.14. Egressi mures de ca- 3
uernis suis. &c. ¶ Vespertilio binos parit pullos, ipsosq; pedi
bus amplexã, aliqñ de loco ad locũ volando portat, vt dr ibi-
dem, & etiam Plin. vbi supra. Sic mali, nepotes & filios vltra
modũ carnaliter amplexantes, ipsos inter pedes affectionis
suæ cõtinuè secũ portant. ¶ Caput vespertilionis aridum ad 4
collũ suspẽsum, impedit somnum. caput hoium est Adam. ca
put angelorum fuit lucifer. Qui ergo tale caput per peccatũ
aridum, & ad mortis ariditatem damnatum per considera-
tionem portauerit, nunquam somno peccati, & pigritiæ suc
cumbet, sed semper per diligentiam vigil erit. Vel per caput 5
aridũ intelliges mundi capitaneos, & potentes, quos q a De9
sæpe facit aridos in inferno, consideratio mortis suæ nos de-
bet facere vigiles præ timore. Sicut dr in libro de natura re-
rum, in India sunt vespertiliones maiores, habentes dentes
sicut homines, quæ si hominem in facie percutiunt, nasum
aut aures ei præscindunt. Sic verè faciunt tyranni, & homici
dæ, qui.s. columbinam simplicitatem excedunt, quia.s. tales
homines crudeliter percutiunt, & eos turpiter mutilãt atq;
lædunt. Vel dic, ꝙ isti sunt demones, qui hominibus auferũt
nasum deuotionis, & aures obedientiæ, & auditionis. ¶ Ve-
spertilio est frigidissimæ naturæ ſm Constantinũ, quia si san
guine eius supercilia liniantur, non sinit ibi crescere pilos.
Sic prælatus auaritiæ frigore constipatus, qñ sanguis eius tã
aliquem.i. qñ sua crudelitas (quę per sanguinem designatur)
circa subditum aliquem applicatur per rapinam, & excoria-
tionem, pilos diuitiarum inde eradicat, & subuertit. &c. Vel
per sanguinem intelligo affectionem, & amorem talium, qui
sine amissione diuitiarum in sumptibus, non seruantur. Ideo
consulitur Eccl.13. Ditiori te ne socius fueris, si enim largi-
tus fueris, assumet te. si nihil habueris, derelinquet te. ¶ Te-
ste Aui. Vnguentum vespertilionis ꝓhibet mamillas puella-

rum ne nimis crescant. Sic vnguentum carnalis voluptatis vel
temporalis prosperitatis attenuat, & minuit mamillas clemē
tiæ, & pietatis vel doctrinæ, & veritatis. ¶ Vespertilio ē auis
muri similis ſm Isid. Volucris, & quadrupedis formā gerit,
& tam voce, q̄ stridore sonū reddit, in die latet, in nocte pa-
tet. Idō vespere à vespere nominatur, eo q in vespere circunuo-
lat ad rapinam. & ſm gl. Esa. 7. oleum de lampadibus bibit.
de die in parietum rimulis se abscondit. & licet auis esse cre-
datur plumas tamen aliquas non acquirit, imo alæ eius car-
neæ sunt. Sic hypocritæ formam volucris habēt, & quadru-
pedis, quia licet esse volucres. i. contemplatiui videātur, qua
drupedis tñ. i. carnalitatis formam nō mutant, imo muri sunt
similes, qui stercora comedit, & qui in domo patrisfamilias
nullum fructum facit, imo comedit panem suum. quia tales
in ecclesia non proficiunt, sed potius panem beneficiorū co
medunt sine fructu. Isti in die. i. in manifesto apparentia ho-
minum latent, quia tunc videtur esse boni, sed in vespere pa
tent, & in nocte, quia qui ipsos videret in abscondito vel in
nocte tunc parerent, quia. s. tunc faciunt opera sua praua. Idō
Eph. 5. Quę autem in abscondito ab eis fiunt, turpe est dice-
re. quia tunc temporis circunuolant ad prædandū. i. ad car-
nis suæ delectabilia perpetranda. & tales de lampadibus bo-
norum suorum, quæ lampades ſm Grego. nominantur, nisi
oleum vanæ gloriæ non quærunt. Eze. 16. Similā. i. sacrā scri
pturam, & mel. s. mundi prosperitatis, & oleū comedisti. &c.
Ideo Oseæ 12. Fœdus cum assyrijs init, & oleum in Aegyptū
ferebat. Et ideo tales in die. i. in manifesto est apparentia, quę
per parietes designatur, latere dicātur. Et ideo licet isti cre-
dantur esse aues. i. viri contemplatiui, & cœlestes, plumas ta
men virtutum aliquas nō acquirunt, imo alæ talium. i. perfe-
ctio virtutum quas videntur habere, sunt carneæ. i. ad carnis
delectabilia ordinata. Vel alæ eorum. i. sapientia & industria
carnalis ē, terrena, aialis, & diabolica. Iac. 3. ¶ Vespertilio ha
8 bet alas carnosas, & volat de nocte, & habet debilem visum,
ita q diem nequit sustinere. Sic aliqui prælati alas. s. affectus
habent carnoles, quia ois amor talium ad carnem & sangui
nem. i. ad parentes, & nepotulos, vel etiam delicias ordinat,
quia qui ſm carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt. ad Roma.
8. Et ideo visum habent debilem. i. spiritualium paucam co-
gnitionem, quia diem. i. bona spiritualia nequeunt speculari,
sed in nocte. i. in negocijs secularibus optimè volitant, & di
scurrunt. psal. Errauerunt, in tenebris ambulant. Vide 8. §. de
auaro, Et applica. Et sicut vespertilio nō volitat nisi in nocte,
ita tales non volitant nec ascendunt ad statum dignitatis, &
bonorum nisi in vespera vitæ, quando. s. sunt propē mortem.
&c. Et tunc cum habuerint quod cupierant possidere nō po
terunt Iob 20. Quia etiam subito dum non speratur, veniet
contritio eius. Esai. 30. vel per volatum intelligo bona ope-
ra, quæ isti ante senectutem non faciunt. Vel de nocte id est,
per occultas pactiones, & promissiones aliquotiens volant
ad seculi dignitates.

## De Vlula. Cap. 73.

VLula quæ idem est qd̄ bubo, qui de nocte vlulat, oua
2 monedularum rostro frangit. Vlulatus eius ſm au-
gures portendit aduersitatem, taciturnitas vero p-
speritatem. Et est auis plumis onusta, templa frequē
tans, vt oleum bibat. Alij autem volūt, q Vlula idē est quod
onocrotalus. sed tam de bubone, quàm de onocrotalo suffi
cienter dictum est. Tales sunt murmuratores, qui plumis ho
nestæ apparentiæ induti, in templis & ecclesijs. i. religionib.
conuersantur, vt oleo lampadum. i. vanagloria satietur. Oleū
enim vanam gloriam significat. Lampades vero bona opera
designant. Oleum igitur lampadum bibunt quādo gloriam
de suis operibus expectāt. Isti oua. i. bona opera. s. & fructus
aurium aliarum cum rostro suo. i. cum verbis detractorijs frā
gunt, dissipant, & absorbent, & vlulatum detractionis in no
cte emittunt. i. in oculto. & non in præsentia personarum, &
ideo talis vlulatus præsagit aduersitatem, quia per huiusmo
di murmura, aduersitas inuidiæ, & discordiæ in conuentio-
nibus generatur. Ad vocem loquelæ grandis exarsit ignis.
Hierem. 11. Ideo Esai. 18. Respondebunt vlulæ in ædibus
suis &c. Eorum taciturnitas prosperitas est, & concordia
aliorum. Ideo prudēs in tempore illo tacebit, quoniam dies
mali sunt. Amus. 5.

## De Vpupa. Cap. 74.

VPupa est auis quæ fimo, & stercoribus hoium nutrit,
cristis tñ est à capite prodeuntibus galeata. Sic detra
ctores stercora, & fimos aliorum hominum. i. eorum
mala, & vitia ore proprio comedunt, & corrodunt,
dum de ipsis murmurant, & loquūtur. Et tales in capite sunt
cristati, quia cornibus superbiæ præ cæteris sunt elati, se. s. præ
alijs perfectos reputantes. ¶ Vpupa est auis spurcissima, semp
in fimo residens, vel sepulchris. Vnde de stercoribus homi-
num nidum facit, & eis vescitur, & nutritur, & quamuis sit
spurcissima, tñ cum crista est multum decora. Et qui sangui-
ne eius se inunxerunt, demones in somnis se suffocantes vi-
debit. & eius cor in maleficiis valet, quia eo vtuntur magi in
maleficijs faciendis. Tales sunt luxuriosi, qui sepulchra fre-
quentant. i. mulieres, in quibus per nimium affectum totali-
ter sunt sepulti. Mulieres dominatæ sunt eis. Esa. 3. Stercora
comedunt atque fimum, dum. s. actus luxuriæ faciūt, & exer
cent, quia. s. sicut stercora fœtent, ideo tales sunt spurcissimi,
& vilissimi, quia in actibus spurcissimis occupantur. & licet
ita sit, tñ tales vigent cristis, & pulchritudine corporali. San
guis talium est peccatum. ps. Virum sanguinum, & dolosum
abominabitur dñs. &c. Quo si quis inunctus fuerit, eis. s. fauē
do, complacendo, vel ēt imitādo, pro certo in somnis. i. post
mortem videbit demones suffocātes se. s. in inferno. Iob. 20.
Venient super eū horribiles. sequit. Deuorabit eos ignis qui
non succenditur. Et cor vpupæ maleficijs est conueniens, quia
s. amor voluntas, & affectio luxuriosorū, in seminalibus male-
ficijs est complacens, inquantū per eorum gestus, instigatio-
nes, & suggestiones trahuntur alij ad pctm. Ideo pp hæc oia
dr̄ Iob 21. ipse. s. luxuriosus, ad sepulchra ducetur, & in con-
gerie mortuorū vigilabit, dulcis fuit glareis cocyti, & post se
oēm hoiem traher, & ante se innumerabiles. & Iacobi. 5. Epu
lati estis super terram, & in luxurijs enutristis corda vestra.

## De Vulture Cap. 75.

VVltur ſm Aristotelem carnibus crudis vescitur, &
ideo pro ipsis pugnat, & si aliqd de cibis eius rema- 1
net, alijs non diuidit, sicut facit aquila, imo in nido p
prio reponit pro pullis suis fouendis. Sic luxuriosi
carnib. crudis. i. mulieribus per luxuriā satiatur, & si de præ
da. i. de bonis suis temporalibus aliquid eis remanet, quod. s.
non totum in actibus luxuriæ, & superbiæ, aut in pompis, &
vestibus expendatur; illud alijs auibus ad modum aquilæ. i.
more viri iusti pauperibus minime largiuntur, imo in nido
arcarum suarum totum reponunt pro pullis suis. s. corpora-
libus parentibus, vel bastardis nutriendis, vel etiam pro vxo
re, & filijs nutriendis. Vnde Naum. 2. Leo cepit sufficiēter ca
tulis suis, & necauit leænis suis, & impleuit præda speluncas
suas, & cubile suum rapina. &c. ¶ Vultur licet aliquando ascē 2
dat altè, tamen visa in terra præda, seu cadauere, subito de-
scendit ad prædandum. Sic sunt multi qui de alta contēpla-
tione ad carnalia terrena descēdūt, & sicut ēt vultur, licet ci
to descendāt, vix tñ reascendunt. Vix. n. per contemplationē
ascendunt, faciliter vero descendunt, sed tamen difficiliter
reascendunt. ¶ Vultur pugnat cum herodio, ſm Aristotelē. 3
& est quædam auis fluuialis dicta almacar cui insidiatur, vt si
aquam dimiserit, ipsam rapiat, & occidat, vel si exire nō au
deat, ibidem suffocetur, & pereat. Sic diabolus herodios, qui
boni dici possunt, impugnat, & religiosis fluuialibus insidia-
tur, ut si fluuium religionis reliquerint, temporalibus inhęrē
tes, vel etiam si ibi remanserint de spiritualibus præsumen-
tes, ab eo protinus occidantur. psal. Insidiatur vt rapiat pau-
perem, rapere pauperem dum attrahit eum. ¶ Vultur come
dit carnes crudas, pro quibus pugnat. &c. sicut supra. Et no 4
ta, q carnes eius duræ sunt ad digerendum, grauis fœtoris, &
mali saporis. Sic luxuriosi duri sunt, & obstinati ad digeren
dum, id est ad corrigendum, quia peruersi difficile corrigū-
tur. Ecclesiast. 1. Grauis etiam saporis, & odoris id est ma-
læ vitæ, & famæ ad conuersandum. ¶ Vultur videns pullos
impinguari eis inuidet, & eos percutit, sicut miluus. Sic 5
inuidus bonis inuidet aliorum. Iaco. 3. Ibi zelus & conten-
tio ibi inconstantia, & omne opus prauum. ¶ Vultur frequē 6
tat exercitum, vt de cadaueribus equorum, & hominum la-
tetur. tarde volat, & diu viuit, s. c. annis. Sic cupidi,
& super domos principum, & regum &c. Vel per exercitum
intelligo lites, & contentiones. ¶ Item vultur sequitur exerci-
tum

tum equorum,& hoĩum,vt cadaueribus satietur. Sic & ma-
li prælati domos principum,vt donis,& honoribus exaltenẽ
8 vt patet in curia fráciæ,vbi oẽs sunt episcopi.¶ Secundũ phi-
losophum vultur habet optimum sensum olfact⁹,& ideo ca-
dauera longè sentit. Sic tales habent sagacitatem in tẽpora-
9 libus.¶ Item ab ortu solis vsq; ad meridiem vultur non ve-
natur, sed post meridiem circa occasum vacat ad prædandũ.
Sic isti in principio boni sunt, sed in fine vitæ fiũt rapaces, &
10 cupidi.¶ Item ẽm Aristotelem vultur circa nidum suum , &
pullos non , sinit alios appropinquare, timens ne prædę non
sufficerent vtrobiq;. Sic tales prohibent subditos ab alienis,
vt pinguiores eos reperiant ad prædandum , similes cani qui
pugnat cum aliis pro osse carnoso,vt solus illud rodat,sicut
11 etiam catus seruat caseum.&c.¶ Item dicit Pli.ꝙ cor vultu-
ris in pelle leonis inuolutum, librat portantem a feris,& leo
nibus.Sic cor.i.affectio circa personam aliam,licet sit crude-
lis,impia, & leonina, tñ eam fouet, & sustinet ab aliis defen-
dendo,si tñ habeat pellem leoninam.i.temporalem substan-
12 tiam leoninè congregatam.¶ Item ẽm Pli.penna vulturis al
ligata pedi sinistro mulieris prægnantis,facit eam parere,&
si diutius teneatur ibidem educit intestina.Per mulierẽ prę-
gnantem intelligo subditum diuitem,per pedem sinistrũ tẽ-
poralia.Prouer.3.In sinistra illius diuitiæ.Per pennam intel-
liguntur balliui,& officiales prælatorum, qui simplices sub-
13 ditos faciunt parere.i.emendas gagiare.¶ Item ẽm Plin.lin-
gua vulturis appensa collo personæ ,facit eam gratiosam ad
impetrandum quid vult.Sic prælati per verba,& præces,ma
14 lis suis familiaribus impetrant multa bona . ¶ Vultures ẽm
Isidorum etiam vltra mare cadauera sentiunt, & ad ipsa co-
medenda volant,& currunt. Sic verè charissimi deuotus po
pulus christianus debet carnẽ mortuã,i. carnis Christi mor-
tem,quæ facta fuit vltra mare,sentire, & ad ipsam per deuo-
tionem currere,& per crucis assumptionem ad eam trans-
fretare.Esa.23.Transi terram tuam filia maris. Vel per cada-
uera intelligo fœtidos sarracenos, quorum fœtorem, & insi
delitatem debem⁹ vltra mare sentire , & ad eos personaliter
15 currere,ipsosq; occidere,& necare. ¶ Vultures ẽm Isidorũ,
præsentiunt futura cadauera,& hominum, & bestiarũ mor-
tes,& ideo præ gaudio futurorum cadauerum solẽt insimul
conuenire.Vnde etiam talium conuentus, solet futura præ-
lia,& mortes hominum pręsignare.Tales sunt multi ecclẽsia
stici,maxime ecclesiarum curati, & religiosi etiam mendicã
tes.Isti.n,diligunt,& ꝑsentiunt cadauera,& funera mortuo-
rum,& ad ea volant,& discurrunt,iuxta illud Iob.39.Vbicũ
que senserit cadauer,statim adest.Vnde qñ plures tales alicu
bi plus solito conueniunt,istud communiter signum est futu
16 ri cadaueris vel præsentis.¶ Teste Aristo.vultures in olfactu
præcellunt,sicut aquilæ in visu . Per vultures intelliguntur
grossi,& ponderosi,simplices atq; rudes.Per aquilam intelli
guntur prælati,clerici,ecclesiastici,& subtiles.Istud est ergo
verum,ꝙ hodie quamuis aquilæ.i.viri ecclesiastici præcellãt
alios in visu , & discretione, vultures tamen.i. simplices eos
præcellunt in odoratu,& deuotione. Augusti.Simplices ra-
17 piunt cœlos.&c.¶ Secundum Isidorum nidos vulturum ne-
mo attingit, pro eo ꝙ in altissimis rupibus nidificant. Vnde
etiam secundum Aristo. dicitur ꝙ vultur propter volatum,
altissimum sola dicitur auis dei.Sic nos debemus ita altè per
contemplationem ascendere,& ita altè nidum spei nostræ in
Deo,& in paradiso ponere, ꝙ nemo diabolus, seu quicunq;
spiritualis inimicus debet ad nos per tentationem attingere
18 Iob.39.In præruptis silicibus commoratur in inaccessis rupi
bus.¶ Vultur antequam volet, vt communiter facit tres salt⁹
ita.n.est auis ponderosa vt subito volare non posũt,ita ꝙ qñ
que agilitate canis capitur , antequam a terra penitus eleuẽ.
In terra autem libenter graditur,nisi hoĩem viderit, & ideo
gradipes appellatur,vt dicitur in libro de natura rerum. Sic
vere sunt multi ita tardi,& ita pigri ad volatum bonorũ ope
rum exequendum, & ita libenter gradiuntur per terrena ne
gocia , ꝙ nunquam celeriter volunt incipere aliquem vola-
tum contemplationis,vel bonæ operationis,imo semper cõ
sueuerũt multos saltus.i.multas interceptiones, & pigras de
liberationes,retardationesque facere,antequam possint ali-
quem spiritualẽ volatum bonorum operum exercere , & ita
libenter gradiũtur per terrena negocia,quod nunquam spi-
ritualiter celeriter volunt incipere, propter quod sępe con-
tingit ipsos, antequam bonum volatum quem proposuerãt
impleant, canis inferni tentationibus arripi , & per diuersa
peccata ab isto penitus impediri.Isti ergo sunt uultur,qui di
citur ẽm Isidorum quasi volans tarde. Contra illud Eccle.6.
Non tardes conuerti ad dominum. ista videntur in multis
peccatoribus,qui quotidie proponunt pęnitere, & quotidie
vidantur velle incipere,sed dum procastinant,finaliter nihil
faciunt,quinimmo canis.i.morte præuenti subito pereũt.Vel
dic quòd quicunq; aliquem volatum boni operis alicuius fa
cere vult,debet prius deliberando ter vel amplius se moue-
re.Seneca.Diu delibera,cito facito.¶ Vultur indifferẽter ad 19
omne cadauer volat,& ideo faciliter capitur ẽm philosophũ
& sicut dicitur in libro de natura rerum. Vultur pugnat cũ
herodio,herodius tñ cum sit agilis,impetui vulturis cedit,&
sic vultur impetu ruens,cum propter pondus se retinere nõ
valeat,contra terram uel lapidem se occidit.Sic vere charis-
simi illi,qui sine discretione indifferenter ad oia cadauera.i.
ad omnia mundi delectabilia per desiderium volant , facili-
ter per diuersa peccata se illaqueant.Potissimè vero superbi
dum contra herodium.i.contra suos aduersarios se minores
sine temperamento misericordiæ cum toto vindictæ impe-
tu debacchantur , ipsosque totis viribus eneruare nituntur,
sæpe fit ꝙ aliis per diuinam prouidentiam liberatis , nisi per
iudicium diuinum impetu proprio destruuntur.Istud quo-
tidie videtur in guerris, & hastiludijs.Illud apparuit in Sen-
nacherib.qui toto impetu volebat destruere regem, & po-
pulum iuda,& tamen illis saluatis, ipse in sua superbia est ꝑ-
emptus.Esaiæ 51. Percussisti superbum, vulnerasti draconẽ.
¶ Vultur pullos suos statim ꝙ sunt adulti,à nido suo proijcit 20
ipsosq; nec circa nidum suum manere permittit &c.Expone
sicut supra de aquila.& sicut de auibus in generali.§.45. Vel
si vis dic,ꝙ sic debent facere nobiles, quia scilicet filios suos
non debent secum in domo tenere, sed exterius ad videndũ
& experiendum mundum eijcere,& mittere,& eos propriæ
prouidentiæ exponere,vt necessitate ducti,discãt de se,& de
salute propria cogitare.¶ Item vultur alios vultures ,& pro- 21
prios pullos adultos iuxta nidum suum morari non permit-
tit,timens ne prædæ non sufficerent vtrobique. Magnũ cor-
pus enim habet vultur,& ideo magna patria pari vulturum
necessaria est ad prædandum.Tales sunt ꝓ certo magni vsu-
rarij,& raptores & ambitiosi,& potissime inuidi, & aduoca
ti. Isti enim iuxta domum vel patriam suam nunquam volũt
alios sibi similes inuenire, quamuis etiam sint eorum pulli,
id est consanguinei vel amici,nec cum istis habitare volunt,
& nunquam parem habere quærunt,dicentes illud Eccles.6.
Nunc manducabo de bonis meis solus.Timẽt.n.ꝙ patria nõ
sufficiat prædæ plurium.rapinis.n.suis & vsuris est magna pa
tria necessaria,& ideo tales alios sibi pares repudiant, vt so-
li patriam deuorẽt,& corrodant.¶ Vultur magnas aues in- 22
uadit, sed minimis parcit. Sic iudex plus debet irruere con-
tra malefaciẽtes diuites,quam pauperes.Econtra de miluo.
&c.¶ Vultur iuxta nidum suum non venatur,docente natu- 23
ra pacis amica,ne vicinarum gentium odium contra se,& ni
dum suũ excitet,sicut dicitur in libro de natu.re. prædicto.
Expone istud sicut infra de lupo, & sicut supra de auibus in
generali.¶ Vultur cum adulta fuerit, matremque suam debi- 24
lem ad volandum viderit,eam impetere, & occidere consue
uit,vt dicitur ibidem.Sic vere religiosi,& clerici videntes, ꝙ
mater sua id est ꝓlatus suus defectuosus est, & debilis ad vo-
landum,id est ad operandum , debet contra eum insurgere,
& eum à statu suo deponere. Teste.n.Arist. bonum est macta
re patrem in treballis,quia sicut dicitur in euãgelio. Qui nõ
odit patrem , & matrem , non potest meus esse discipulus.
Vel potest allegari contra filios impios,& iniquos,qui pro-
prios prælatos,& benefactores,amicos & parentes,quam-
uis ipsos , quandoque fouissent tanquam matres , si vident
eos in aliquo defectiuos, vel præ paupertate,vel alias ad vo
landum, & ad eis amplius benefaciendum debiles, & infir-
mos,solent cõtra eos insurgere.& ipsos accusare,& spiritua
liter occidere,& grauare.Lucæ.21.Exurgent filij in parẽtes,
& eos morte afficient.¶ Vultur vt dicitur ibidem, pro eo ꝙ 25
propter pondus corporis , non potest acquirere sibi cibum
faciliter,ideo reliquias cibi aliis non diuidit , sed pro se, &
pullis in nido suo reponit, quia pro certo , quod difficilius,
acquiritur,diligentius conseruatur. Vel potest dici de viris
prouidis,qui oia nõ solent expendere, sed pro tempore futu
ro reponere,& seruare.Prouer.10.Sapiens aũt seruat in po-

26sterũ.¶ Itē vultur optimũ odoratum habet ad cadauera sentienda,& ideo sequitur exercitũ. Vnde sm augures, qñ plurimi vultures circonuolant, signũ est prælij futuri, qa aliquo occulto sensu præsentiunt cadauera, quæ vultur in sero prædatur,& non in mane,& illa quæ de cibo suo remanēt alijs, non largitur, sed in nido recolligit pro se,& pullis educādis, vbi aliquoties putrescunt. Sic auari optimũ olfactum,i. discretionem optimam habent ꝑ cadaueribus bonorũ tēporaliũ sentiendis,& ideo exercitum.i.lites & cōtentiones sequũtur,& spe cadauerum habendorum.i.tēporalium acquirendorũ insimul conueniunt, atq; volant. Qđ quidē est signum futuri prælij. Nam ꝑꝑ lucra hmōi, sæpe vnus contra alium præliatur. Isti in sero senectutis magis, ꝙ̃ in mane iuuentutis prædantur, qm̃ auaritia plus viget in senectute sm Senecam. Expone cætera sicut infra.¶ Vultur sm aliquos sine coucubitu nascitur,& habet hanc proprietatem, ꝙ os eius inuolutũ in pelle leonis, vel lupi, liberat se portantē à lupis, & leonib. Pes eius dexter sm Plin. sanat dolorē pedis sinistri hois, & econuerso pes sinister, hois pedē dextrum sanat. Charissimi habet duos pedes, dextrũ.s.i.misericordiam, sinistrum.i.iustitiam. Sed hō duos ēt habet, dextrũ.s.i.gaudiũ de lumine prosperitate,& sinistrũ.i.timorē de salute. Ergo si hō patitur in pede dextro, nimis gaudens, & se delectans in prospera fortuna huius mũdi, super illũ pedē apponat Dei pedē sinistrũ .s.eius iustitiam cogitando,(Ideo dr̃ ad Ro.10. Noli alte sapere)& tunc cito sanabitur. Sed econtra si hō considerans, sua peccata patiatur in pede sinistro nimis timendo,& quasi de salute desperando, apponat de pede dextero Dei.i.cogitando eius misericordiam,& cito saluabitur. Sic.n.loquitur ps. Saluum me fecit dextra tua. Dicat ergo Cant.2. Leua eius sub capite meo,& dextera illius amplexabitur me. q.d. leua iustitiæ diuinæ, & dextera suæ misericordiæ me liberabunt. Vultur etiam qui sine concubitu nascitur, Christum significat, qui de virgine sine virili semine de sancto spiritu conce-
1 ptus est. Os ei⁹ igitur in pelle leonis siue lupi inuolutũ significat diuinitatem, quæ fuit inuoluta in pelle humanitatis in incarnatione,& illa certe hoiem hanc gestantem per deuotionem, liberat ab incursibus luporum infernaliũ, & leonũ. Et de hoc scribitur Eccl.51. Liberasti me sm multitudinem, misericordiæ nominis tui, a rugientibus præparatis ad escā. ¶ Dicit Pli. ꝙ penna vulturis apposita pedi sinistro mulieris
27 parturientis facit eam parere. Sic vere si imitatio vitæ Christi, virtutum eius,& perfectionum, apponatur pedi sinistro .i. affectioni aiæ prægnantis, & dolores parturientis,(illius quidem aiæ de qua loquitur ps. Concepit dolorem,& peperit iniquitatem.) si hæc inquam vitæ Christi perfectio tali affecti inordinato alligetur, facit eam parere, non peccatũ qđ ex carne conceperat, sed virtutē quam eam spiritus sanctus docuerat. Esa.60. Nunquid ego parturiam?¶ Secundum Pli.
28 lingua vulturis sine ferro auulsa facit portantem se gratiosum. Sic verè charissimi lingua, locutio, oratio & intercessio virginis Mariæ gloriosæ, quæ more vulturis sine carnali copula peperit,& concepit, qñ sine ferro.i.sine peccati duritia imploratur, facit & in verbis,& operibus gratiosum,& ideo prædicator in principio sermonis illam linguam vel gratiā petit, & inde est quòd pro gratia impetranda dr̃ Aue maria
29 petit.&c.¶ Cinis vulturis serpentes fugat,& cōmuniter sanguinis eius lepram curat. Sic vere cinis.i.memoria mortis,& sanguinis Christi serpentes.i.tentationes, quæ in nobis serpunt, & etiam lepram luxuriæ, & peccati curat spiritualiter atque sanat. Ad Heb.9. Omnia fere in sanguine mundantur, & sine sanguine non fit remissio peccatorum.¶ Vultur secũ
30 dum Pli. de ꝓprijs filijs impia,& crudelis, quia si videat pullos suos impinguari, percutit eos rostro, vt fiant ex hoc vulnere macilenti. Sic principes,& prælati subditis suis sunt crudeles, quia si uident pauperes subditos, vtpote sacerdotes, & agricolas inferiores impinguari diuitijs, statim inuident, & cum rostro potētiæ per phas vel nephas, seu per falsas impositiones, rapinas & excoriationes, ipsos faciũt macilētos.
13 ¶ Vulturi assimilantur multi quantum ad eius malas conditiones. Vultur dicitur quasi tarde volans, quia præ magnitudine carnis præcipites volatus non habet. Sic tales quia magnitudine,& pondere affectionis carnalis detinentur,& prę munitur, ideo per contemplationem superius nunquam volant. Sapiē.9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam,

## *LIBER OCTAVVS*

*De aquis & fluminibus, & primo de aqua in generali. Cap. 1.*



AQVA secundum Isidorum dicitur quasi æqua. Semper est enim æqua nisi per violentiam motua fuerit exæquata. Est autem aqua naturæ specularis, quia rerum sibi obiectarum radios recipit, & per actionem reflexi luminis earum imagines repræsentat, & facies intuentium manifestat. Talis est conscientia, quia qualemcunque imaginem impresseris.i. qualecumque peccatum feceris, ipsum per remorsum reflexiuum (nisi deleatur per pœnitentiam) perpetuo reuidebis. Prouer.27. Resplendent vultus respicientium in aquis. Et sicut aqua mota,& turbata non quiescit a moto, quousq; eius superficies adęquetur, sic nec conscientia quiescit a dolore, & remorsu quousq; pacificetur, & per pœnitentiam quietetur, Esa.57. Impij sicut mare feruens quiescere non valent. Et sicut in aqua turbata imagines non apparent,& si apparent, videntur imagines monstruosæ,& deformes, sic in corde,& conscientia turbatæ desiderijs,& cogitationibus, vel etiam vitijs,& criminibus, imagines idest virtutum pulchritudines non apparent, quousque per gratiam fuerit adæquata,& a turbatione huiusmodi quietata. vnde Augustinus. Inquietum est cor meum bone Iesu, donec quiescat in te. Veruntamen sicut in aqua adæquata imagines, quæ propter motum fuerant dissipatæ, iterum reuertuntur, sic virtutes, & opera quæ fuerāt per peccatum mortificata, cum ipsa conscientia adęquata fuerit per pœnitentiam, & peccata, ibi iterum per gratiam reuiuiscunt. Et tu reuerteris ad antiquitatem tuam. Eze.16. ¶ Aqua 2
quanto est profundior, & purior, tanto apparet obscurior, nisi à solis radio subintretur, sicut Basilius dicit in hexameron. Sic anima quanto est profundior per subtilitatem ingenij, quanto purior per naturæ nobilitatem, tanto per ignorantiam spiritualiũ est obscurior, nisi solius Christi gratia spiritualiter illustretur. Istud maxime patet in sapientibus huius mundi, qui licet sensu vigeant naturali, nihil tamen de Dei iudicijs cognouerunt. Baruch.3. Exquisierunt scientiam quæ de terra est: sequitur. Viam autem sapientiæ nescierunt. Vel dic, ꝙ aqua profunda est humilitas, quam.s. semper comitatur obscuritas, eo.s. ꝙ vir humilis bona sua solet occultare & non alijs propalare. Seneca de moribus. Est occultator virtutum, sicut alij vitiorum. Vel dic, ꝙ ista est profunditas peccati, vel etiam prosperitatis, quæ semper obscuritatem ignorantiæ gestat. ps. Obscurentur oculi eorum.&c.¶ Aqua sm 3
Basilium in hexameron, habet vim vnitiuam ipsius terræ, qa per humorositatem aquarum se per interiorem partem terræ vndiq; diffundentium ipsæ partes terræ iungerentur, ipsa terra præ nimia siccitate in puluerem verteretur. Et aqua sic naturæ specularis, ideo radios rerum sibi obiectarũ quas recepit, iterum refundit in maiorem latitudinē,& transmittit,& hinc est, ꝙ res visę in aqua maiores apparent, quam in se sint sm rei veritatem, ꝙ.s.fit propter grossitiem medij ipsius. Sic ipsa charitas, gratia, vel concordia, seu etiam aqua baptismalis, terrā.i.ecclesiam, religionem, vel animam vnit, conglutinat,& coniungit. Actu.4. Multitudinis credentium erat cor vnum. Nam nisi per aquam istam status ecclesiæ vel religionis iungeretur, in moribus,& in fide statim in diuersos pulueres partialitatis,& sectarum dissolueretur,& sic ei⁹ integritas rumperetur. Et est ista aqua, scilicet charitas naturę specularis. Res enim quas in se recipit, scilicet beneficia quæ alijs percipit, per gratiarum actionem maiora reddit,& semper in ampliorem latitudinem retribuere,& refundere, & commendare contendit. Vel dic quòd aqua ista est amor, & affectio carnalis. Ista enim illos quos in se recipit, per affectuosum amorem maiores repræsentat,& credit, quia semp res quæ amatur, maioris bonitatis videtur esse, quàm sit in rei veritate. Nam sm Senecam, Solus amor verum iudicium nescit. Vel dic, ꝙ imaginem boni documenti vel exempli, ꝙ̃ ab alijs recipimus, per operis executionem non solum tantam, imo etiam maiorem refundere debemus. Quod etiam de beneficiis debet esse, quæ debemus, vice reciproca refundere,& maiora etiam, quàm receperimus cōpēsare. ¶ Aqua 4

de sui

de sui natura est sine sapore,& colore, vt sic esset indifferens
ad oēs sapores,& colores rerum omnium assumēdos. Ideo
transiens per occultos meatus terræ,à locis per quæ transit,
in colore, & sapore recipit mutationem , & inde est ꝙ nunc
dulcis,nunc amara, nunc clara,nunc turbida , nunc subtilis,
nunc grossa,dinoscitur apparere.Talis aqua debet esse ois ꝑ
sona publica,quia verè nō debet esse determinata ad aliquē
certum colorem seu saporem.i.ad aliquorum affectionē, &
dilectionem specialem, per personarū acceptionē, imo dēt
esse indifferens ad oēs,vt generaliter sit ei cura de oib᷒. Sap.
6.quia non est personarum acceptio apud Deum. Ad Ro.2.
Ideo ſm qualitatem terræ per quam transit.i.ſm bonitatem
vel malitiam personarum quibus præest,debet eius qualitas
immutari,quia cum terra salsa per peccatum debet esse sal-
sus per correctionem, cum dulcib. per deuotionem dēt esse
dulcis per compassionem,& beneficij largitionem, cum cali
dis per iram,& tribulationem,debet esse calidus per seuerā
punitionē,cum grossis,& rudibus debet esse grossus,& sim-
plex,& cum subtilib.subtib᷒,vt sic ſm exigentiam omnium
indifferenter omnib.se conformet 1.ad Cor.9.Omnib. om-
nia factus sum,vt omnes lucrifacerem. Vel ista possunt de ꝓ-
dicatore dici,qui mores aliorum debet imitari , & induere,
vt eos possit ad viam salutis trahere,& inducere. Exemplo
Apostoli vbi supra,q̄ fiebat cū gentilib.gentilis,& cū iudęis
iudæ᷒.,Vel dic ꝙ talis est anima,quę ſm ꝙ in diuersis fundis
.i.diuersis considerationib.situatur,ſm hoc in suis conditio
nibus variatur. Vel expone de societate sicut infra.c.de fon
5 te.§.12.¶ Aqua secundum Basilium in hexameron,est valde
vtile elementum inter omnia elementa,cœlum.n.temperat,
terram irrigat,& fœcundat,aerem suis vaporib.incorporat
& condensat,scandit in sublime,& cœlum sibi vendicat . Et
sunt aquæ causa omnium terræ nascentium , quia fruges gi-
gnunt,arbores & plantas producunt,sordes detergunt,pctā
abluunt.Et est aqua terræ coniunctiua, penetratiua, repleti-
ua,caloris cœlestis nutritiua,inferiorum temperatiua. Nisi
.n.hæc inferiora suis exhalationib.temperaret,cęli motus,&
ignis conflagratio omnia inflammaret. Piscib.etiam dat spi-
raculum.& animalib.nutrimentū Talis est gratia,vel lachry
ma,vel doctrina,quia sicut aqua.s.cœli crystallini,cœlū tem
perat,s.firmamentum.quantum ad calorem qui ex vi motus
proprij oritur,sic istę spirituales aquæ , quę sunt in hoīe,ip-
sum raptum cœli.i.ipsum cęlestis iudicis rigorem temperat,
& refrenant. Ardorem refrigerabit ros.Eccl.18.Et etiam ae
rem.i.ipsam animam suis vaporib.i.diuersis virtutib. incor-
porant,& cōdensant. Et sic terram corporis bonis virtutib.
irrigant,& fœcundant. Istę igitur causa sunt omnium terrę
nascentium.s.bonorum operum,quia in terra plantas,& ar-
bores.i.in corpore vniuersos actus bonorum operum pro-
creant,& producunt.Sordes etiam peccatorum abluunt, &
abstergunt.Eze.36.Effundam super vos aquam mundam,&
mundabimini.Hæ terrę partes.i.affectiones aiæ coniungunt
per charitatem,penetrant per humilitatem,replent per bo-
norum operū fęcunditatē.Hæ sunt caloris cęlestis.i. amoris
charitatiui in nr̄is cordib.nutritiuæ , inferiorum.i.motuum
carnalium temperatiuæ,ardoris desideriorum malorū refri
geratiuę,quia.s.nisi per aquæ gratiæ, lachrymæ, & doctrinæ
exhalationem,influētiam,& inspirationem inferiora,carnis
.s.desideria temperarentur, totum corpus in conflagrationē
luxurię verteretur.Hę igitur piscibus.i.deuotis hoībus dant
spiraculum,animalib.vero.s.secularib. nutrimentū. Eze.31.
Aquæ nutriuerunt illum,abyssus exaltauit illum.Eadem per
oīa possunt dici de confessione,& de baptismo . Vel oīa dic
de elemosyna,& pietate,quia sicut dr̄ Ecc.3.sicut aqua extin
guit ignem,ita elemosyna peccatum. ¶ Aqua in nihilum de-
6 flueret,nisi termino alieno sisteretur.Sic peccator de despe-
ratione deueniret in nihilum,nisi eū alienus terminus.i. Dei
mia retineret,quia.s. Dei mia causa est quare impius nō de-
sperat.Iob.38.Circūdedi illud terminis meis. ¶ Aqua est co
lorum,& saporum oīm susceptiua,& de vno ad alterum mu
tatiua sp defluit nisi termino alieno sisteretur,male.n. est ter
minabilis pp defectum soliditatis , & ideo necesse est, ꝙ ab
extrinseco teneatur,& alio solido termino limitetur Sic hō
leuis,& instabilis vno statu non est contentus , de colore ad
colorem,de præbenda ad prębendam,de dignitate ad digni
tatem,de statu ad statum,quotidie vult esse mutatus,& trās-
latus.Eccle.27. Stultus mutabitur vt luna.Mich.7.Ad mare
de mari,& ad montem de monte.Ideo motus & affectiones
talium non quiescunt,nisi per alienum terminum.i. per ꝑla-
torū suorum resistentiam,vel per ipsius Dei grauam, vel re-
pulsiuam iustitiā, & tribulationē & violentiā sistantur,& in
fra suos limites arceantur,& à suis vanis appetitib.cōpescā-
tur. Dicat ergo talib.Deus vel prælatus illud Oseæ.2.Sepiam
vias tuas spinis,& sepiā eas maceria.& illud Iob 28. Hucus-
que venies,& hic confringēs tumentes fluctus tuos. ¶ Aqua 7
semper deflueret nisi termino alieno sisteretur. Et est aqua
oīm colorum,& saporum receptiua,& ad oēs suipsius tral-
latiua,& motus sui est à centro ad circunferentiā eleuatiua.
Sic verè aīa vel aīæ voluntas sp fuit per diuersas creaturas,
vnā post aliā diligendo,vel per diuersa desideria,vnum post
aliud emittendo nisi per amorem Dei,& per eius solius ap-
petitus,tanq̄ per alienum terminū terminetur. Aug.Inquie-
tum est cor meū bone Iesu,donec quiescat in te.Et est aqua
ista motus sui.s.affectus,& desiderij,à centro ad circunferē-
tiā.i.à rebus creatis ad ipsam increatam essentiā eductiua,&
rerum oīm colorū, & saporū per amorē , & desideriū rece-
ptiua,quia.s.cor hoīm est in potentia ad amorē oīm creatu-
rarū,quia sicut aqua est indifferēs ad colorē,& saporē, nō ha
bens terminum colorum,& saporum,sicut aīa est quasi tabu
la in qua nihil depingitur , nisi postea color rerum in ea de-
pingatur. Et est ēt aqua qualitatis propriæ mutatiua,q̄a vo-
luntas quotidiè de vna re ad aliam circunfertur.Iob.20. Cō
gitationes variæ succedunt sibi.Et Prou.19.multæ &c.Et si-
cut in aqua mota,& turbata imagines nō videntur,sic nec in
voluntate,& corde turbato per tristitiam notitiæ describun
tur,quia sicut dr̄ Eccl.21.Non est sensus vbi est amaritudo.
¶ Aqua ſm Isid.dr̄ quasi ęqua,eo ꝙ à motu nunquā quiescat, 8
donec eius fuerit superficies adæquata. Et est aqua elemētū
frigidū,& humidum,& respectu terræ subtile,& perspicuū,
proprio termino nō contentū,deflueret.n. nisi termino alie-
no sisteretur.Et habet ēt aqua motū suū à centro ad circun-
ferentiam,& spēs in se receptas more speculi ostēdit,& hoc
in maiorē quantitatē q̄ sint ſm rei veritatem.Sic iustus nun
quam quiescit à motu bonorū operum,quousq; superficies
conscientiæ suæ in præsenti per grām,& in futuro per gloriā
quietetur.Deut.12. Necdū venistis ad requiem q̄ dn̄s Deus
noster daturus est vobis. Et est aqua ista elementū frigidū ꝑ
castitatē,humidum per pietatē,subtile per paupertatem, ꝑ-
spicuum per subtilitatē,& veritatem,imaginē bonorū exem
plorum receptiuum per honestatē,& honestę imitationis cō
formitatem 2.ad Cori.3.in eandē imaginē transformamur.
Et respectu terræ.i.hoīm peccatorum habet multiplicē no-
bilitatē,quia terra erat inanis,& vacua, sed spūs Dei ferebat
super aquas. Ge.1.Ista proprio termino nō sistitur,nec volū
tate propria regitur,sed alieno.s.Dei vel ꝑlati ordinationib.
regulatur.Iustus.n.non se præsumit regere, imo nihil de sua
bonitate præsumens,diuinę mię,& prouidentiæ se cōmittit,
sine cuius termino se timet in nihilū redigendū. Circundedi
illud terminis meis.Iob 38.& in psa.Terminum posuisti eis,
quē non transgredientur. Quia.s.iste ſm Dei, & ꝑlati volūta
tē,prouidentiam,& ordinationē , oēs motus suos terminat,
& concludit,& infra ambitum regularium statutorum,& di
uinorum mandatorum se contineri permittit & motū suū.i.
naturalem appetitum à centro ad circunferentiam.i.à crea-
turis in ipsum Deum applicat,& reducit ſm oīa alia expone
sicut supra. Aqua, & terra pp suam elongationem ab orbe
non sunt ita mobilia,nec orbi obedientia,sicut sunt alia ele-
menta,& ideo terra , quia summè distat,non mouetur, imo
stat immobilis atq; firma. Sic illi qui pp peccata sua sunt ab
orbe.i.à Deo(qui est orbis oīa continens non habens prin-
cipium neq; finem)remoti,& elongati non sunt eius influē-
tiæ participes,nec eiusdē voluntati obedientes,vel ad motū
suæ inspirationis volubiles.Exod.15.Fiant immobiles quasi
lapides.Et ideo illi qui sunt duri vt terra per incompassionē,
frigidi per indeuotionem,immobiles per accidiæ torporem
sicci per auaritiæ ardorem,non mouentur per obedientię vi
gorem,imo sunt fixi,& immobiles per inobedientiæ , & ob-
stinationis tenorem.ps.Qui formasti terram super stabilita-
tem suam non inclinabitur in seculum seculi.Vel dic ꝙ secu
lares,qui magis sunt à Deo,& à suo seruitio elongati,minus
sunt mobiles ad bona q̄ clerici,& religiosi,q orbi Deo sunt
proximi,& ei᷒ seruitio specialiter dedicati. Allega vt supra.
Vel dic econuerso quod illa elementa.i.illæ personæ q̄ à cœ

lo.i.à Deo gradu,& ſtatu amplius elongantur, ſtabiliores in
bono reperiuntur, ſicut in ſecularib.reſpectu malorum ec-
11 cleſiaſticorũ quotidie cõprobatur. Allega vt ſupra. ¶Aqua
nõ habet determinatum colorem,ſaporem,vel figuram,ſed
ſm ſaporem,colorem, & figuram loci in quo ponitur, & à
quo clauditur,eius qualitas variatur. Sic religioſus non de-
bet habere motus,voluntates,& deſideria propria, & deter-
minata,imo debet ſm exigentiam ſtatutorum clauſtri, reli-
gionis,& loci à quo clauditur,& ſecundum voluntatem præ-
lati ſui accipere colorem,conditionem,& formam,quia.ſ.ip-
ſe debet eſſe indifferens ad oĩa quæ ſibi à ſuperiori dicuntur
& imponuntur dicens illud euangelicum. Veruntamen non
12 mea volũtas ſed tua fiat. ¶Aqua ſm Iſidorum dr̃ quaſi æqua,
eo q nunquam quieſcat à motu, donec eius ſuperficies ad-
æquetur.Sic nec homo debet quieſcere à motu bonorũ ope-
rum, donec in paradiſo per gloriæ pulchritudinem eius ſu-
perficies.i.aĩæ ſuæ capacitas adæquetur.Baruch.5. Cõſtituit
Deus replere valles in æqualitatem terræ, vt ambulet Iſrael
13 diligenter in honorẽ dei.¶Aquæ maris quę naturaliter ſunt
amaræ,tumultuoſæ ſunt,& ſonoræ. Sic in mare mũdi huius,
amari.ſ.peccatores multipliciter volunt loqui, & præ cæte-
ris tumultus,& iurgia cõcitare.Semper.n.iurgia quærit ma-
ſus Prou.17.¶Aqua quæ ſurſum gignitur.ſ.pluuias, cæteris
14 aquis eſt melior, & ad terrã fęcundadam vtilior,maxime qñ
cum tonitruo cadit,quia tonitruum ſuo motu aquam,& va-
porem ſubtiliat,& depurat,& ſic terram magis pœnetrat,&
fœcundat.Aqua iſta eſt gratia,prædicatio; vel doctrina,quæ
ſurſum gignitur in excelſis,deſcendẽs à patre luminum.quæ
præ cæteris aquis melior eſt ad terram aĩæ bonis operib. fœ-
cundandam,& maximè ſi cum tonitruo diuini timoris ſit re-
cepta,quia tonitruum diuini timoris aquam grãæ, & ſapiẽtiæ
reddit ſubtiliorem,& ad terram.i.aĩam pœnetrandum peni
tus aptiorem.Eccl.1.Timor Dei,ſcientiæ religioſitas custo-
diet,& iuſtificabit cor.¶Aqua fluuialis ſm Conſtan.quæ ab
15 altis rupib.deſcendit,ſana eſt,qñ fluit cõtra orientem,& tũc
præualet illi,quæ fluit contra occidentem. Sic ſapientia Dei
& ſcientia catholica,quæ ab altis rupib. paradiſi per reuela-
tionem extitit deriuata,deſcendens de ſurſum à patre lumi-
num,(Iaco.1.)ſana eſt,competẽs animæ ſanitati, & maximè
qñ fluit contra orientem.i.qñ ad ortum grãæ, & virtutum to-
taliter ordinatur,quia quæ de ſurſum eſt ſapientia, primum
quidem pudica eſt.Iac.3.Sed illa quæ in vallib.oritur.i.mun
dana ſapientia,q̃ in valle mundi huius ortum habuit,vt ſunt
leges quas fecerunt imperatores, & quæ ad occidentem.ad
mundi negocia ſp deficit,& occidit,tendit,ordinatur, & ter
minatur,animæ non eſt ſana,quia.ſ.infirmitates ſuperbiæ, &
præſumptionis,& contẽptus aliorum producere conſueuit.
Scientia.n.inflat charitas aũt ædificat 1.Cor.8.& Eccle.1.In
ſapiẽtia multa eſt indignatio.Figura de aqua fontis hierico,
quæ faciebat ſterilem terram,quę tñ alias erat optima.4.Re.
2.Quia multi elati per ſcientiã, à bonis operib. ſteriles ſunt
qui alias boni erant.Ideo eis dr̃.Sapientia tua,& ſcientia tua
hæc te decipit.Eſa.47.Hæc eſt ſapientia terrena,animalis,&
diabolica.Iac.3.Et ideo dr̃ ad Ro.8.. Prudentia carnis mors
eſt,prudentia aũt ſpũs vita & pax,Et ibidem ſapientia huius
mundi inimica eſt Deo.ideo.1.ad Corin.3. Sapientia mundi
16 ſtultitia eſt apud Deũ. ¶Nota q ſm Iſidorum aqua dr̃ quaſi
æqua,pro eo q eius ſuperficies ſemper eſt ęqua,& plana,niſi
ab extrinſeco ventis vel cauſis alijs exequetur.Eſt autẽ aqua
ſicut dicit Seneca lib.3.de naturalib.quæſtionib.mundi pri-
mordium,quod prius omnib.fuit,& ex quo ſunt omnia.Se-
neca.n.dicit q aqua,& ignis terrenis dominantur,& his or-
tus,& ex his interitus eſt.Supponit.n.q ex aquis omnia ince
perunt,& per ignem omnia finientur. Vnde ait.Ignis exitus
mundi eſt,& humor primordium.Quod etiam vr̃ fides inue
nire,quæ de aquis.i.de informi materia, quæ nomine aqua-
rum intelligitur, cuncta facta fuiſſe prædicat.Ge.1.Spiritus
dñi ferebatur ſuper aquas Et per ignis conflagrationẽ cun-
cta elementaria ante iudicium immutãda declarat.pſ. Ignis
ante eum exardeſcet. Moraliter autem per aquam poteſt in-
telligi dulcor,& mollities pietatis,per ignem vero feruor,&
acuties charitatis.Iſta.n.duo omnib. dominantur, & ex iſtis
duobus omnium virtutum congeries generatur.Humor n.
pietatis eſt materiale virtutum principium, & eorum debi-
tum nutrimentum,ignis vero charitatis eſt ipſarum cauſa,&
eorum finis,& congruum complementum.Ideo Eccleſ.39.

dr̃ q initium vitæ hominis ignis & aqua.Vel dic q in rebus
moralib.ſunt duo.ſ.vnum quo conſtruuntur, & vnum quo
deſtruuntur.Primum eſt humor deuotionis,& gratię,a qua
virtutes originantur.Aliud eſt ignis cupiditatis,& auaritiæ,
vel etiam ignis cuiuslibet malæ concupiſcentiæ,à qua virtu
tes exterminantur.Bene igitur dr̃ Eccl.15. appoſuit tibi ignẽ
& aquam,ad quod volueris,extende manum.Vel dic q hu-
mor eſt carnalitas,à qua peccata ortum accipiunt,ignis vero
eſt pœnitentia,& aſperitas,a qua vitia diſſipantur.Sapiẽ.19.
Ignis in aqua valebat ſupra ſuã virtutem. ¶Senec.licet eſſet 17
infidelis,agit tñ diffuſè de diluuio,quo oĩa perierunt, & re-
ducit ipſum ad cauſas ſuperiores, & inferiores,exteriores,
& interiores.Cauſę n.ſuperiores fuerũt ſtellę in capricorno
conuenientes Vnde ſicut ait,Beroſus ſm naturalẽ,& certũ
tempus aſſignat tam diluuio,q̃ futuræ ignium conflagratio-
ni.Arſura.n.(vt ait)terrena contendit.Cauſæ inferiores fue
runt maria,quib.terra circundatur, quæ(vt ait)ſuis fluctib.
naturaliter contra terram,& littora pugnãt, quaſi appetant
eam ſubmergere.Vnde ẽt dicit q natura nos humore.i.ma-
ri circũdedit,vt vndique nos cum voluiſſet, aggredi poſſet.
Cauſæ ẽt exteriores erant fluuij excreſcentes,imbres a nubi
bus deſfluentes,torrentes de montib irruentes, & fontes de
terra ſcaturientes,& infra terram lacus,& fluuij decurrẽtes,
quia(ſicut ait) aquæ q̃ ſunt ſub terra, & qui ſunt ſicut terra,
amnes amnib.iungent,paludib ſtagna. Cauſæ vero interio-
res ſunt ipſa naturæ inſtituta,quib.à principio natura ſtatuit
diluuium futurum.vnde ait.Sunt oĩa facilia naturæ,vtique à
primo facere conſtituit,atq; non ſubito, ſed ex denunciato
venit;& à principio qñ mergerentur terrena,decretum eſt,
& ne ſit qñq; veluti in nono opere dura molitio,olim ad hęc
maria ſe exercent. ¶Dicit etiam q nihil difficile naturæ eſt,
vtiq; vbi in finem ſui properat,& ſequitur. Omnia adiuua- 18
bunt naturam vt ſua conſtituta peragantur.Et concludit.Er
go qũq; erit terminus rebus humanis Et poſt. Vnus huma-
num genus cõdet dies.Vnum tñ aduertendum eſt hic q Se-
neca vr̃ ponere diluuium futurum ſecundum modum ſuum
loquendi,& tñ credo ipſum intellexiſſe iam factum,maximè
quia Solinus,& Ouidius ipſum factum iam ante poſuerunt,
qui forte Senecam tpe præceſſerunt.Et breuiter ipſe ſuppo-
nit diluuium naturaliter factum Vnde dicit q natura nõ mi
nus ordinauit res,q̃ rerum mutationes.In his(inquit)inun-
datio fuit,quæ non ſecus q̃ hyems,& q̃ æſtas lege mundi ve-
nit.Suppoſito ergo, q iſtæ quatuor cauſæ potuerunt conue
nire in diluuio de quo facit mẽtionem ſcriptura,dico chariſ
ſimi q per diluuium poteſt intelligi profluuium lachymarũ,
quo procul dubio obruitur, & ſubmergitur tota congeries
vitiorũ.Sed procul dubio hmõi diluuium,inundatio vel pu-
rificatio quattuor habet cauſas.ſ.ſuperiores,quæ ſunt influẽ
tiæ ſtellarum.i.bonorum induſtria prælatorum. Inferiores,
quæ ſunt affluentiæ marium.i. compunctio cordium amaro
rum.Exteriores,q̃ ſunt torrentes tribulationum,& tormen
torum,imbres bonorũ documentorũ,fontes & flumina bo-
norũ ſociorũ,& viciniorũ, necnon lacus.i.horrores,& infe-
ctiones ipſorũ criminum interiorum,Anteriores aũt,q̃ ſunt
prædeſtinatio,& pordinatio Dei,& ſuorum conſiliorum.Ex
his.n.quattuor oritur diluuium lacbrymoſæ cõpunctionis,
& mundificatio,& lotio ſerioſę cõfeſſionis, & per cõſequẽs
renouatio,& mutatio moralis,& virtuoſę conuerſationis.Oĩa
.n.adiuuant naturam.ſ.naturantem Deum vt ſua conſtituta
peragantur, quia.ſ.ex quo hoĩem ſaluare decreuerit, multis
adminiculis vtitur,& per multas vias vitiorum ſuorum dilu
uium procurat,& quærit quia ſicut dr̃ ad Ro. 8. Diligentib.
Deum oĩa cooperantur in bonum.Vel põt dici q diluuium
ſignificat diem iudicij,vbi.ſ.erit terminus reb.humanis,& q
humanum genus è mundi vſib.condet. Tunc.n.oĩa, & ſupe-
riora,& inferiora naturam naturantem Deum iuuabunt,&
ſuum decretum,& primordiale ſtatutum pro virib.ad imple
bunt,quia ſicut dr̃ Sap.5.Pugnabit pro eo orbis terrarũ con
tra inſenſatos.Vel dic q diluuium ſignificat huius vitæ tribu
lationes,quibus homines.i.iuſti diſcrimodè fatigantur. Ad
hoc.n.faciunt ſydera ſuperiora.i mali prælati. Maria infe̹rio
ra.i.circunſtantes nos mali officiales,& balliui, fontes lacus
torrentes, & flumina exteriora.i. mali vicini,& falſi amici,
ſtatuta naturæ anteriora.i.ordinationis ſtatuti diuini,quo.ſ.
à principio cautum eſt quòd homo naſcatur ad laborẽ, auis
vero ad volandum.Iob 5.quia ſicut dicit Iſidor. impoſſibile
eſt q

est q homo sit & tribulationes non patiatur Seneca vbi su-
pra dicit q consumpto humano gñe per diluuium dabit ter
ris homo innocẽs, inscius scelerum, & meliorib. auspicijs na
tus. Istud põt exponi de Christo, qui procul dubio datus est
terris purus, & innocens , & scelerum ignarus toto mundo
iam diluuio vitiorum præconsumpto, qui tñ meliorib. auspi
cijs, q̃ alij fuit natus, quia s. non per corruptionem carnis, si-
cut alij, sed per incarnationem diuinitatis. Iden de ipso dr.
Esa. 9. Puer natus est nobis, & filius datus est nobis. Et Baru.
20 3. dr. q postea in terris visus est. &c. ¶ Dicit Seneca q post di
luuium, dato q detur terris, homo inscius scelerum, tñ inno
cens non diu abit nisi dum noui sunt. Cito inquit nequitia
surrepit, virtus difficilis inuentu est, rectorem ducemq; desi
derat, etiam sine magistro vitia addiscuntur. Ista possunt alle
gari de nouiter promotis, & introductis, qui innocentes, be
nigni & simplices inueniuntur, qui cum tractu tpis mali effi
ciuntur , quia vitia naturaliter etiam sine magistro discũtur.
Vel potest dici de hominib. in quibus non durat innocẽtia,
nisi dum noui, & iuuenes sunt. statim. n. surrepit nequitia, &
dum homo corporaliter crescit, succedentib. vitijs innocen-
tia retrocedit. ¶ Dicit Seneca ibidẽ q mundus diu antea du
21 rans, subito per diluuium periet. Dicit. n. q ad originem re-
rum natura parce vtitur virib. & subito ad ruinam toto im-
petu venit. Et exemplificat de hoie, qui diu nutritus cito mo
ritur, & addit q vrbes constituit ætas, hora dissoluit, momẽ-
to fit cinis, diu silua. Sic verè moraliter loquendo sæpe fit, q
mundi prosperitas, quę multis fuit interuallis confecta. subi-
to per infortunium destruitur, & homo qui diu in gloria ste
terat, fortunæ impetu modico dissipatur. Quod etiam in vir
tutib. qñq; fit quia ille q diu in statu salutis steterit, subito Deo
permittente per tentationem perit. Vel ad litteram expone
de ruina mortis hoim, vrbium, & terrarum, quia sicut dicit
idem, magna tutela stant aut vigent omnia , cito ac repente
22 dissiliunt. ¶ Item idem dicit, q sicut in corpore humano nõ
tñ est vnus humor, s. sanguineus, sed multi, sic in terra nõ est
tantummodo humor aqueus, imo sulphureus, alumineus, au
reus, & argenteus &c. Quod ad ecclesiam vel religionẽ ap-
plicari potest, in qua non tñ est vna species humorum. i. vna
conditio personarum, sed plures, quia. s. aliqui sunt ibi puri,
mundi, & aquei, alij vero mali, immundi et sulphurei. aliqui
clari, aurei & argentei, alij vero duri crudeles, ærei atq; ter-
rei. quia breuiter sicut dicit Apostolus 2. Ti. 2. In magna do
mo non tantum sunt vasa aurea, & argẽtea, sed etiam lignea,
23 & fictilia. ¶ Item idem ibidem, s. de naturalib. quæstionib. li.
3. ait q aliqua sunt flumina seu stagna in quibus res difficili-
ter merguntur. Vnde ait q quidam sunt lacus qui nandi im-
peritos ferunt, vt notum est in Sicilia. Et adhuc est in Syria
quoddam stagnum, in quo natant lateres , & mergi proiecta
non possunt, licet grauia sint. Ad q videtur facere quod in-
fra dictum est de arethusa lacu, quę oia solet onera sustinere,
& quod de lacu asphaltite iudeæ dicunt tam Iosephus q̃ So-
linus, q nihil viuum in eo potest mergi. Cuius etiã simile di-
cit Isidorus li. 13. de stagno poreidami, in quo (vt ait) oia flui
tant, & nihil mergitur. Rationem autem hmói assignat idem
Seneca ibidem. Dicit. n. quod grauiora descendunt, leuiora
gestantur, paria vero æqualiter stant. Vnde ait q si res impo
sita sit grauior, & ponderosior ipsa aqua, statim descendit. Si
vero sit leuior, supernatabit, & tanto altius quanto leuior. Si
vero paris sit põderis, ipsi aquę erit ęqualis. Supponit igitur
ex præmissis q talis aqua est grauissima , vbi grauia non de-
scendunt ad infima, quia (vt ait) illud à quo nõ vincitur aqua
pondere, non permittit aqua grauissima descendere. Et inde
est etiam q in quibusdam stagnis etiam lapides supernatãt,
sicut etiam Isidorus ait. lib. 13. de fonte marsya, qui etiam sa-
xa portat. Et similis ratio potest reddi, sicut vr̃ mihi quare ar
gentum viuum sustinet omnia pondera præter aurum, quia
s. excepto auro, argentum viuum est grauius , & pondero-
sius vniuersis. Igitur concludit quòd de duobus grauib. mi-
nus graue eminet magis graui, & magis graue sustinet min⁹
graue. Tales lacus videntur esse mundani status, vel etiã mũ
dani iudices & magistri. Hodie. n. mali licet sint graues pec-
catores, & maligni, & descendere ad gradum subiectionis di
gni, & submergi etiam aliquotiẽs, & puniri, ipsi tñ hodie nõ
submerguntur, nec ſm grauium peccatorum suorum exigẽ
tiam inferius deprimuntur , imo quod peius est superius in
dignitatibus extolluntur, & ibidem vltra sua demerita deti-
nentur. Et quæ est ratio? procul dubio, quia isti ab aqua gra-
uissima sunt gestati. i. à malis prælatis, & principib. se peiori-
bus, & grauioribus tolerati, & in statibus, & officijs sublima
ti. Mali. n. superiores malos inferiores sustinẽt, ipsosq; cade
re non permittũt, sed in suis malitijs potius ipsos fouẽt. Qđ
pro certo ideo faciũt, quia ipsi grauiores, & deteriores sunt,
& inquantum eos indebitè sustinent , deteriores etiam illis
fiunt, sicut de bachide. 1. Mac. 9. dr̃ q elegit viros impios, &
constituit eos dños regionis. Vel dic q homo debet sustine
re, & tolerare alios, quamuis sint intolerabiles atq; graues,
& maxime qñ bene cõsiderat, q etiam ipse grauior forte, &
intolerabilior potest esse. Nam si defectus grauissimos nr̃os,
qui necesse habent ab alijs aliquoties sopportari, bene at-
tendamus , alios minus graues cognoscemus, & videbimus,
& sic eos tolerabimus, & in patientia sufferemus. Ecc. 31. Di
sce ex teipso quæ sunt proximi tui. Bene ergo dr̃ ad Galat. 6.
Considerans temetipsum, ne & tu tenearis. alter alterius one-
ra portate. Vel dic q aqua grauissima est vir iustus, qui pro-
cul dubio per timorem diuinum est ponderosus, & per hu-
militatem semper inferiora descendens . Isti igitur qui pon-
dere propriæ virtutis norũt inferius subiacere, facile est grã
uia tribulationum, & impositionũ onera, & quicquid à deo
vel à prælato sibi imponitur, in patientia tolerare. ps. Propter
te sustinui opprobrium. operuit confusio faciem meam. Vel
dic q talis aqua est peccator, qui pondere vitiorum grauat.
ps. Iniquitates meæ supergressę sunt caput meũ, & sicut onus
graue grauatæ sup me. Iste igitur quicquid graue sibi à Deo
vel prælato imponitur, tenetur sustinere , eum omnis pœna
imposita, grauitati vitiorum qua premitur, dignè nõ valeat
respondere. Peccata. n. nostra semper sunt pœnis impositis
grauiora, & ideo cuncta, q̃ nobis imponuntur, portãda sunt,
tanquam plus debito leuiora. Vnde Prou. 27. Graue saxum,
& onerosa arena, sed ita stulti. i. pc̃tm vtroque grauior. ¶ Ad
hæc prædicta addit Seneca ibidem q hęc quę supra dixit, in 24
telligit de solidis atq; duris, non de leuib. & pumicosis. Dicit
. n. q in india sunt insulæ de materia pumicosa, quæ vndique
supernatant. Spuma. n. aquæ calore solis in pumicem muta-
tur, & per additionem continuam continuè augmẽtatur, &
in insulam aggregatur. Pli. etiam li. 2. c. 97. multas tales insu-
las nominat, s. in agro Cecubo, & Reatino, Mutinensi, Stato
niensi, & in Vadimonia lacu, & ad cotylias aquas opaca sil-
ua. Sicut etiam ponit idẽ de insulis calaminis in Lydia, & de
saluarib. insulis in Nympheo mari, quæ nõ solum vento, imo
etiam in symphoniæ cantu pedib. modulantium mouentur.
Pomponius etiam vnã talem insulam asserit in ægypto , vbi
natabat templum apollinis, sicut patet infra li. 14. c. de ægy-
pto, quod est. 13. Cancellarius etiam parisiensis solebat dice
re, q in mari circa brabantiam semel apparuit quædam insu
la cum populo, & cum villis, quæ ibi ab alienis partib. fuerat
vento vecta, ibiq; aliquò stetit tempore, sed vento flante cõ-
trario disparuit & recessit. Secundum Senecam igitur li. 3. de
naturalib. quæstionib. talis esse Cutilia insula fertur, quæ per
aquam natãs modico vento huc atq; illuc impellitur, ita q
nunquam per diem, & noctem in eodem loco sistitur, sed de
loco ad locum continuè agitatur. Cuius inquit duplex cau-
sa esse põt, s. leuitas materiæ de qua constat, & grauitas aquę
quæ eam vectat. Dicit etiam quòd ista insula Cutilia herbas
& arbores nutrit, quia. s. possibile est q pinguis humor aquæ
truncos & frondes arborum, pulueres etiam, & arenas illuc
iniectas conglutinet, & in herbas, & in arbores mutet. Per ta
les insulas moraliter loquendo possunt intelligi sancti eccle
siæ primitiuę, s. apostoli, & alij, qui procul dubio terrę, & ter
renis nullatenus adhæserunt, imo leues, & pumicei per pau-
pertatem voluntariam extiterunt , quapropter nunquam se
in aqua graui mundanę prosperitatis, & carnalitatis per ma
las complacentias immerserunt, sed eas calcando & contẽ-
nendo desuper natauerunt, & ad flatum, & inspirationem spiri
tussancti prædicando per mundum vndique cucurrerunt, &
sicut peregrini, & egeni in mundo vagati sunt, & vt Christi
imitatores, nihil in rebus sibi ciuiliter vendicauerunt vel ap
propinquauerunt. ad Heb. 11. Peregrini, & hospites sunt su-
per terram. Isti tamen licet fuerint vagi, & pauperes herbas
tñ, & arbores. i. alios fideles pinguedine charitatis in simul
compegerunt, & suis verbis, & exemplis in fide, & moribus
spiritualiter nutrierunt, & eos ne in infernum caderẽt, suis
orationibus portauerunt. Ose. 11. Ego nutritius eorũ eram por
tabam

tabameo s.Ista potissimè apparuerunt in Christo qui vagus
per mundum in paupertate vixit, & nidum aut foueam vbi
se reclinaret non habuit,sed contempsit,imo sicut colonus,
& peregrinus in alieno solo per aquas mortalis vitæ vagat⁹
est. Et ideo admirãdo dicebat Hier.14. Quare sicut colonus
futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum?
quare futurus es velut vagus? Vel dic ꝙ insulæ firmę,& terrę
adhęrentes,sunt religiones redditítales,& in bonis tempora
lib.fundatæ.Insulę aũt natantes sunt religiones mendicãtes,
quæ terrenum fundamentum non habẽt,sed in solo Deo spe
rare,& aquæ.i.mũdi rebus fluxibilib.supernatare,& flatu spi
ritussancti ad patriam nauigare,& herbas, & arbores virtu-
tum nutrire,& portare debet,vt ſic quęlibet talis sit vna na-
uis spiritualis, quæ multos hoies continens , soli flatui spiri-
tussancti exposita,de temporalib.nihil curet.Prou.31. Facta
est quasi nauis institoris,de longè portans panem suum. Vel
expone in malo significat,& dic ꝙ tales insulæ sunt superbi,
qui rectè de materia inani,& pumicea videntur constare,q a
.s.nunquam solent ad fundum per humilitatem descendere,
nec in aquis fluxibilis fragilitatis per considerationem se im
mergere,sed sursum per elationem mentis natare , & vento
vanitatis mundanæ se exponere, & per seculum vndiq; diua
gari.Esa.57.Abijt vagus in via cordis sui.Vel dic ꝙ talis insu
la generaliter est peccator,qui terræ.i.Deo,qui est immobi-
lis,& fertilis sicut terra non adhæret per charitatem , sed in
aquis mundanæ prosperitatis vagatur per mentis instabilita
tem,& semper vult supernatare,& præminere per superbiæ
vanitatem,& flatu venti.i.tentatione tribulatione, vel inspi-
ratione diabolica, vel ẽt vanitate mundana taliter vacillarę
per inconstantiæ leuitatẽ, ꝙ nunquã in eodem statu perma-
net per alicuius perseuerantię firmitatẽ,nihilominus herbas
& arbores.i.terrenas possessiones portat, & habet per auari
tiam,& cupiditatem . Quia breuiter istud est verum ꝙ,s.ille
qui Deo non adhæret per amorem,nunquam stabilis potest
esse, imo necesse est ipsum per multa desideria fluctuare, &
continuè mẽtaliter laborare.figuratus in Cain, qui interpre
tatur possessio,qui caput habuit tremulum , & fuit vagus,&
profugus super terram,sicut dr.Gen.3.Quia.s.tales peccato-
res possessiones seculi diligentes,ab ipso deo per peccata di
stinguntur,& sic instabiles,& tremuli efficiuntur, & vagi,&
profugi quoad mentem in seculo conuersantur,& sic verifi-
catur verbum Augustini qui dicit, inquietum est cor meum
bone Iesu donec quiescat in te.Bene ergo Dauid dicit in ps.
Mihi aũt adhærere Deo bonũ est,& ponere in domino Deo
spem meam. Vel dic ꝙ ista insula est cor,quod est in corpo-
re,sicut insula in mari,& ꝙ more insulæ fluctib.cogitationũ
continuè lacessitur.Illud ergo nisi cum terra.i.cum Deo ra
dicetur,fit instabile,& mobile& per res mũdanas desiderijs
vagum,& natabile.vnde illud prædictum. Abijt vagus in via
cordis sui.Esa.57.vnde Aug.in libro confessionum. Væ ai ę q
putauit si recessisset à te,se aliquid melius habiturum,gira &
regira,versa & reuersa in tergum,& in latera,& in ventrem,
35 & ecce omnia dura,& tu solus requies.¶ Item Ouidius dicit
li.6.Metamor,ꝙ Delos insula quæ nunc ortygia dr, ante di-
luuium vagabilis fuit , & ab aqua sustentata vndiq; portabi-
lis sicut nauis,in diluuio vero facta est stabilis atq; fixa . Cu-
ius ratio potest esse,quia in diluuio limus, arena & terra,lapi
des & rupes illi insulæ adiunctæ fuerunt, ipsamq; ita pondo-
rosam effecerunt,ꝙ eam terræ fundamento; à qua disiuncta
erat infertus,reiunxerunt,& sic eam stabilem effecerũt. Ad-
uerte tñ ꝙ vbi Ouidius & alij poetæ loquuntur de diluuio,
intelligunt de diluuio quod factum est in thessalia,vbi deu-
calion regnabat. Tria.n.fuerunt diluuia sicut dicit Isidorus
libr.13.Talis insula significat malos,qui in mari huius mũdi
incerti,& instabiles vagantur, & nulla firmitati boni propo
siti radicati,fluctib.tentationum,& tribulationum per diuer
sas affectiones iactantur . Sed quid? Procul dubio sæpe fit ꝙ
cum diluuium compunctionis,lachrymationis vel deuotio
nis circa eos abundauerit, vel etiam cum Deus diluuio for-
tis tribulationis ipsos submerserit , & oppresserit, tunc verè
stabilitas constantiæ, & boni propositi firmitas eis venit.ad
iungitur.n.eis terra,limus , & arena , & lapides,qñ.s.in statu
tribulationum cõpelluntur cogitare de limo.i.de sua limosa
& vili conditione,& procreatione,de arena.i.de futurę mor
tis sepultura & absconsione,& in terrã resolutione, de lapi-
dibus.i.de futuri iudicij duritia & percussione.Ex talũ igi-
tur cõsideratione & adiectione talis insula,s.vanus & instа-
bilis peccator,terræ fũdamẽto.i.deo coniungitur,& stabilis
constans.& firmus in fide, & moribus efficitur, & flatu tẽta-
tionum vel cogitationum ad malum amplius non mouetur.
Iob 11.Leuare poteris ad deum faciem tuam,& eris stabilis,
& non timebis. Vel põt dici ecõuerso de bonis religiosis,&
clericis,qui per mundum debet esse pro Christo vagabundi
& nullo terrenorũ affectu inferius alligati,sed vbi flatus spi-
ritus sancti illos duxerit,illuc per obedientiam concitati.Ve
runtamen qñ diluuium mundanæ prosperitatis eis adiungi-
tur,& circa eos terra,& arena, & lapides.i.bonorum terre-
norum copia aggregatur,tunc per pigritiam immobiles ef-
ficiuntur,& à motu bonorum operum quietantur.Exod.15.
Fiãt immobiles quasi lapides.¶ Gutta est minima pars aquę, 16
quæ sm Isid.quamuis sit minima quãtitate,mollissima, & fri
gidissima,tñ maxima est virtute,quia ex frequenti casu lapi-
dem durum excauat,& corrodit.Et est gutta in substãtia hu
mida,clara,& rotũda,& ex casu suo terram irrigat, & hume
ctat,radices nutrit,virorem in herbis inducit,pisces in mari
reficit,& in ostreis margarita gignit,maxime stilla roris, sm
Isid.Gutta quæ vi caloris ex nube resoluitur,significat scien
tiam vel doctrinam.s. prædicationis , quæ vi caloris ignei, à
corpore nubis.i.à corpore sacrę doctrinæ est per studium re
soluta. Et licet gutta prædicationis vel benignæ monitionis
sit modica tñ ex frequenti casu lapidem.i.cor lapideum irri-
get,& emollit iuxta illud quod dr. Gutta cauat lapidem nõ
vi,sed sæpe cadendo.Ista igitur terram.i.terrenos irrigat per
gratiã,& radices.i.incipientes,arbores.i.proficientes,pisces
.i.deuotos,& perfectos irrigat,& recreat per gratiam & hu-
mectat,& in conchylijs.i.in duris peccatorib. gignit lapides
præciosi.i.boni propositi voluntatem. Vel dic ꝙ gutta est tẽ
tatio vel etiam peccatum veniale, quæ.s.paulatim rodit,la-
dit,& excauat cor lapideum atque firmum.Iob.14. Lapides
excauãt aquæ,& alluuione terra consumitur.

## De Fontibus. Cap. 1.

FOns sm Isidorum dr à fouendo,vel à fundẽdo aquas. 1
scaturiendo.n. aquas continuè recipit , quas fluendo
continuè refundit.Fons sicut sensu probatur, calidior
est in hyeme quàm in æstate, quia in hyemis tempore
aerea frigiditas calorem intus repercutit,& recludit,& ideo
ibi congregatus calor fortius conualescit,sed in æstate pro-
pter causam contrariam calor interior dispergitur , & per
actionem caloris exterioris subtrahitur, & sic in fonte frigi-
ditas propter caloris absentiã remanet, & causatur.Sic vere
in hyeme tribulationum , vel etiam senectutis , debet calor
charitatis in fontib.i.in hominibus plus vigere,quàm in æsta
te prosperitatis,vel etiam iuuentutis,quia propter frigus na
turæ in senectute , vel propter frigus aduersitatum in tribu-
latione,calor interior charitatis recluditur,inquantum.s.ho
mo ad seipsum redire,& ad Deum recurrere compellitur,&
sic cumulata charitas plus augetur , quia.s.affectio exue ad
res exteriores propter tribulamina prohibetur.Sed in æsta-
te prosperitatis, quando aer circumiacens.i.status exterior
calefit,s.feruore feruorum,& amicitiarum,& etiam delicia-
rum,tunc calor interior charitatis per diuersa desideria eua
porat , & à rebus exterioribus attrahitur paulatim ad mun-
dum,& sic fit homo tepidior, & frigidior quo ad Deum.s.ca
lor,& affectio suæ mentis exterius occupatur,& sic plus pro
ficere aduersitas quàm prosperitas comprobatur 3.Regũ.1.
Cumq; operiretur vestib.non calefiebat. Quia.s.quãto quis
diuitiarum vestibus amplius exterius operitur,tanto minus
per deuotionem, & charitatem feruidus interius reperitur.
vel dic ꝙ fons significat virum iustum,qui.s.in æstate prospe
ritatis debet esse frigidus per diuinum timorem , in hyeme
verò aduersitatis debet esse feruidus per diuinum amorem,
& sic poterit dicere illud ad Philip.4. Scio abundare,& scio
penuriam pati. ¶ Fons terras sibi vicinas solet facere herbis, 5
& floribus præ cæteris abundare. Sic homo terreus,& sim-
plex,quando fonti viuo.i. viro probo est socius , & vicinus,
per eius influentiam magis efficitur virtutibus, & operibus
fructuosus.psalm. Et erit tanquam lignum quod plantatum
est secus decursus aquarum , quod fructuum suum dabit in
tempore suo.Et sicut aqua fontis secundum terram adiacen
tem,& eius naturam variatur, sic homo secundũ conditio-

nes illorum quos freqnentat, aliquando melior, aliquando
deterior reperitur. psa. Cũ sancto sanctus eris, & cũ viro &c.
3 ¶ Fons & aqua semper sentit naturam fundi sui, quia si pur⁹,
& petrosus fuerit, aqua sapida, & dulcis erit. Si verò fundus
sit fœtidus, & limosus, aquę sapor erit terreus, & impur⁹. Sic
verè dico q opus sentit naturam intẽtionis super q̃ iacet, &
fundatur, quia. s. si fundus intẽtionis purus fuerit, opera erũt
pura, & bona, & econuerso, si fuerit corruptus opera erunt
mala. Et sic exponitur illud Mat. 6. Si oculus tuus fuerit simplex,
totum corpus tuum erit lucidũ, &c. Vel dic, q fons est
filius, qui. s. fundum suum. i. parentes suos faciliter imitatur,
& ad eorum conditiones faciliter inclinatur. Nu. 32. Vos sur
rexistis pro patribus vestris. Vel si vis dic illa de societate, q̃
frequentat, & per quam transit homo, cuius. s. cõditionib. &
4 moribus faciliter se conformat. ¶ Fons est caput, & origo
aquæ viuæ, quæ manet continuè, & effluit de occultis, & abditis
terræ venis, & ideo dr̃ fons, quasi fonens aquas s̃m Isidorum,
siue fundens. Occultum. n. habet de terra egressum,
& de meatibus petrarum profundis consequitur ortum suũ.
Et est fons aquæ suæ multiplicatiuus, & sui communicatiu⁹,
quia nulli se occultat, sed indifferenter se omnib. exponit. sui
que renouatiuus, quia. s. aquæ fontis continuè renouantur, &
auibus in se balneantib. beneficij renouationis administratiuus,
vt patet in accipitrib. & aquilis, qui in fontib. renouãtur,
sicut patet superius locis suis. Est etiam fons sordium mundatiuus.
Et licet fons originaliter sit paruus, est tñ quandoq;
multorum, & magnorum fluuiorum causatiuus. Et s̃m sitũ
suæ originis est fons aquarum suorum ad æqualem altitudinem
emissiuus, quia fons in montis altitudine scaturiens, per
conductus potest ad eandem altitudinem peruenire. Est insuper
aqua fontis lacuum per quos transit, à corruptione ser
uatiua, & piscium ibidem degentium melioratiua, arenularum
verò, & puluerum sibi obiectorum reiectiua. Talis est
Christus per omnia, qui (. s. Eccl. 1.) dr̃ fons sapientiæ, verbũ
Dei. Quia. s. istæ de occultis terræ venis effluit, quia videlicet
continuè à patre emanat per æternam generationem. Etiam
de occultis terræ venis. i. de viscerib. virginis emanauit per
carnis assumptionem, & de profundis petrarum. i. de ipsius
Dei patris vel virginis intimis consequitur ortum suũ, quan
tum ad suam duplicem cõditionem, quia (Mich. 5.) egressus
eius à diebus æternitatis. Igitur aqua huius fontis est gratiarum,
& bonorum omnium plenitudo, quia in me omnis gra
tia vitæ, & veritatis, vt dr̃ de sapientia. Ecc. 24. Ille ergo fons
aquæ suę est multiplicatiuus, & communicatiuus, quia Chri
stus bona sua malis, & bonis diuidit, & diffundit. Ego sapien
tia effundi flumina. Eccl. 24. & Prou. 5. Deriuentur fontes tui
foras. Quia Christus per suam occultam prouidentiã, aquã
beneficiorum suorum tam infidelibus q̃ fidelibus elargitur,
quia sicut dr̃ Mat. 5. Solem suum oriri facit super bonos, &
malos. & Iohe. 3. dr̃. Erit fons patens domui Iacob. in quo. s.
quilibet habet ius seruitutis, s. bonus, & malus, quia. s. cum fi
lius Dñi liber esset ex omnibus, se seruum omnium fecit. Itẽ
fons est sui innouatiuus, quia Christus multipliciter se reno
uauit, & hoc quia de æterno factus temporalis, & mortalis
per incarnationem, & iterum de temporali, & mortali fact⁹
est impassibilis, & immortalis, & æternus per mortem, & re
surrectionem. Iob 29. Gloria mea semper renouabitur. psal.
Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Renouationis etiã beneficij
alijs est administratiu⁹, s. in die vltimę resurrectionis,
vbi finaliter boni renouantur, maximè quia eius resurrectio
est exemplum, & quodammodo causa nostræ renouationis,
& resurrectionis futuræ. Quia si Christ⁹ resurrexit, ita & nos
resurgemus. 1. ad Corin. 15. Aqua igitur istius fontis, i. gratia
vel doctrina, vel etiam misericordia sordes peccatorũ mundat,
sitim auaritię temperat, ardorem luxuriæ refrigerat, are
nas diuitiarum reijcit, terram adiacentem, i. ecclesia vel animam
folijs honestatis, florib. puritatis, fructibus probitatis
fęcundat. Fons de domo Dei de paradiso ægredietur, & irri
gabit torrentem spinarum. Iohel. 3. ideo Gen. 3. Fons ascẽde
bat de terra, irrigans vniuersam superficiẽ terræ. Et licet iste
fons originaliter fuerit paruus per humilitatem, tñ multorũ
magnorum fluuiorum, i. multarum magnarum virtutum, &
gratiarum est causatiuus, vel magnorum fluuiorũ. i. potentũ
principum, & magnorũ est in fide ecclesiæ productiuus. Hester
10. Paruus fons creuit in fluuium magnũ. Præterea fons
ad æqualem altitudinẽ ortus sui se eleuat, quia cum Christ⁹
ab æterno, & de cęlo natus, & ortus fuerit, s. in altitudine pa
radisi, & per canalẽ, & conductum corporis sui in vtero be
nedictæ virginis fabricatum, ad mundum fuerit destinatus,
iterato per conductum illum in die ascẽsionis rediit ad eandẽ
altitudinẽ ortus sui. Io. 16. Exiui à patre, & veni in mundũ.
iterũ relinquo mundum, & vado ad patrem. Fons etiã la
cum meliorat, quia. s. lacus huius mundi per influentiam hu
ius fontis à peccatorum putredine conseruatur, & pisces ibi
degentes. i. hoĩes donis, & virtutib. impinguanĩ. Figura Eze.
47. vbi aquę quę exibant de sanctuario, intrabant mare, & sa
nabantur, &c. Vel possumus dicere q fons est beata virgo, q̃
pro certo aquas misericordiæ, & gratiæ per multos riuulos
beneficiorum diffundit, & sitientes. i. deuotos recreat, & ar
dorem tentationum, & tribulationum tollit. Eccl. 18. Ardo
rem refrigerabit eos. Pctõres per gratiam renouat, & virtutum,
& operum floribus, & fructibus oĩa vegetat, & fœcun
dat, & lacum. i. peccatorem per quem trãsit ipsum misericor
diter visitando, purificat, & eum à corruptione mortis æter
næ præseruat. vnde illud Zac. 13. Erit fons patens domui Ia
cob in ablutionem peccatoris, &c. Et bene dicit patẽs, quia
pro certo iste fons nescit alicui se negare. Vel dic, q talis est
iustus, qui se renouat per pęnitentiam, & etiam alios per do
ctrinam, & sapientiam. 2. Cor. 4. Renouatur de die in diem.
Item iste se communicat per clementiã, alios irrigat per be
neficentiam, & pauperes reficit, & recreat, & ardorem suarũ
tribulationum refrigerat per elemosynarum redundãtiam,
arenas diuitiarum reijcit, & contemnit per paupertatem vo
luntariam. Esa. 54. Excutere de puluere, consurge sede Hye
rusalem. Vel dic q fons est lachrymarum fluxus, vel pęniten
tia, vel etiam gratiarum origo. Ista sunt quæ mentẽ renouat,
quæ fœces, & peccata mundant, ardorem tentationum tem
perant, & quæ hominem in cunctis bonis fęcundãt. ad Heb.
5. Factus est oib. obtemperantibus sibi causa salutis. ¶ Fons 5
est in Epiro s̃m Isid. in quo faces accensę extinguũtur, & ex
tinctæ accenduntur. Secundum Aug. similis fons dr̃ esse iux
ta ciuitatem Gratianopolitanam in delphinatu Viennæ. Si
milem etiam fontem dicit esse Plin. in dodone iouis, qui. s. ar
dentes faces extinguit, extinctas verò si admoueantur accẽ
dit. Pomponius etiam dicit idem, & Soli. Sic verè in Christo
iudæi, qui erant ardentes per fidem, sunt extincti per infideli
tatem, sed gentes prius extinctæ per peccatum, accensę sunt
& illuminatæ per fidem, & charitatem. Ioã. 9. Ego in iudiciũ
in mundum veni, vt qui non vident videant, & qui vident cę
ci fiant. Vel dic q talis fons est fides, & salus Christiana, vbi
s. accensi, & illuminati, hoc est dictu mundi sapientes, & phi
losophi extincti, & repudiati sunt, ignorantes, & simplices
sunt electi, & fide alijs in errore manentib. illustrati. Mat. 11.
Confitebor tibi pater qm abscondisti hæc à sapientib. & re
uelasti ea paruulis. Istud etiam videmus quotidie, quia. s. mũ
di sapientes extinguuntur in his quæ pertinent ad salutẽ, sim
plices verò potius accẽduntur. Vel dic q fons epiri est mors,
quia pro certo in isto fonte illi qui nunc per tribulationem
sunt accensi. s. pauperes, & egeni, extinguuntur, & ad paradi
si refrigerium deducuntur. Illi verò qui nunc à tali igne ex
tincti, & refrigerati sunt, s. diuites, qui in prosperitatis refri
gerio viuunt in isto fonte, s. in morte igne tribulationum in
fernalium succẽduntur. Vel dic econtra, q in morte extincti
à charitatis igne accẽduntur incẽdio infernali. Illi vero qui
ardẽtes igne charitatis extiterant, tunc ignem fontis, s. infer
nale incendium non timebunt. ¶ Fons est in Aphrica qui ca
noras voces facit. Et est fons tuberonis in Italia, q medetur 6
vulneribus oculorum. Fons est in Ephiro sicut in prędicto. §.
talis est pœnitentia, quia facit vocem canoram per confessio
nem vel orationem, sanat oculos. s. intellectus per carnalium
abstersionem, & faces extinctas. i. hoĩes sine igne charitatis
accendit per charitatem qñ ibi immerguntur, & accensos. s.
igne cupiditatis ibi extinguitur per gratiam qñ in fonte ip
sius balneantur. Eze. 13. Interficiunt animas quę non moriũ
tur, & viuificant illos qui nõ viuunt. ¶ Sicut fons nulli se ne- 7
gat, sic pęnitẽtia bonis & malis communis efficitur. Zac. 13.
Erit fons patens domui Iacob in ablutionem peccatoris, &
menstruatæ. Sic pęnitentia more fontis est sordium ablersi
ua. Et sicut in fonte aquila à caligine, & senio renouatur, ita
animæ in fonte pœnitentiæ renouantur. Vide supra. §. 1. Vel
dic q iste fons aphricæ significat gratiã Dei, quæ. s. prædicato
ri voces canoras, & delectabile, & audientibus placidas, &
sonoras

sonoras solet dare qñ ipsam à Deo potest in principio sermo
nis impetrare. ad Eph. 5. Implemini spiritu sancto loquentes.
8 ¶ Fons circumiacentem terram facit fructiferam, floridam,
& decoram, & etiam fructibus fluidam, & fęcundam. Sic qñ
terra. i. anima fonte lachrymarũ, & deuotionis irrigatur tũc
efficitur viridis per honestatem, florida per castitatem, fru-
ctuosa per charitatem. Hie. 9. Quis dabit capiti meo aquam,
& oculis meis fontem lachrymarum? &c. Et sicut aqua fon-
tis plus vno tpe quàm alio abundat, sic aqua lachrymarum,
& deuotionis non semper æqualiter fluit, ideo potuit figura
ri per quendam fontem syloem ad radicem Syon, qui ſm Isi
dorum non semper, sed certis horis effluit, & ebullit. Sic fons
deuotionis, & lachrymarum non semper effluit, sed ſm Dei
ordinationem. ¶ Fons est aquarum lacualium per quas tran
9 sit, melioratiuus, depuratiuus, & à putredine seruatiuus, &
piscium ibi degentium nutritiuus. Sic bonus prælatus aquas
.i. populos, lacus i. ecclesias vel religiones in quã vel in quas
influit per prædicationem, & quibus præest per iurisdictio-
nem, meliorat & depurat, & à corruptione peccati seruat, &
pisces. i. deuotos reficit, & educat ad Heb. 5. Factus est oibus
obtemperantibus causa salutis. ¶ Item Senec. li. 3. de q. natu-
10 rali. dicit, ꝙ certi sunt fluuij, qui certis horis. & temporib. mi
norantur, & crescunt. Certi etiam fontes qui senis horis ple-
ni sunt, senisq; alijs manent sicci. Ad quod aliam rationẽ nõ
assignat, nisi ꝙ naturaliter aquæ sua interualla habent, quib.
se retrahant, & redeant. Sicut. n. (inquit) quartana ad horam
venit, podagra ad tempus respõdet, purgatio si nihil obstat,
statutum seruat diem, æstasq; suo tempore incalet, sic aquæ
interualla habent quibus se retrahant, & quibus redeãt. Nec
hoc mirum (vt ait) cum videamus ordinem rerum secundũ
constituta procedere. Et talis fons ſm Isid. est fons Syloe cir
ca Hyerusalem, qui. s. non continuè, sed intercise, & statoris
horis ebulliebat. Et forte iste est fons callirhoe quem dicit
Solinus esse propriè hierusalem medicinalem, & probatissi-
mum, sicut ait c. de Iudea. Ad quod etiam facit illud quod di
cit Isid. li. 13. ꝙ in Iudæa solebat esse quidã riuus, qui per sex
dies fluebat, sed in sabbato siccabatur, quod etiam dicit Pli.
li. 31. c. 2. Ista possunt applicari ad profluuium gratiarum, &
etiam lachrymarum vel scientiarum. Non. n. continuè fluũt,
sed aliquando siccantur, & aliquando redeunt. Homo. n. nõ
semper abundat in pluuia gratiæ, & deuotionis, scientiæ vel
discretionis, lachrymosæ pęnitentiæ vel compunctionis, qui
nimo aliquãdo inuenit se ita siccum, ꝙ nihil sibi occurrit ad
propositum vel ad votum. Aliquando verò istorum affluen-
tia homini ꝓ voto succedit, & prout necesse est, humor gra
tiæ, scientiæ, & lachrymarum accedit. Bene ergo dr̃ Eccl. 3.
ꝙ omnia tempus habent, & suis spatijs transeũt vniuersa. Vel
potest dici, ꝙ Deus ordinauit homini tempus, quo debeat
esse plenus, & siccus, quia. s. illi, qui modo sunt pleni. s. tempo
ralib. in alio seculo erunt sicci, pauperes, & depressi. Et econ
tra illi, qui modo per paupertatẽ siccantur, postea in alio se-
culo bonis omnib. cumulantur. Lu. 1. Esurientes impleuit bo
nis, & diuites dimisit inanes. Vel dic ꝙ talis est fortuna pro
spera siue aduersa, quæ. s. intercidenter videtur fluere, & nun
quam in eodẽ statu manere. Quod etiam de vita humana vi
demus, quæ nunquam in eodẽ statu permanet. Dato. n. ꝙ sex
diebus. i. sex ętatibus durauerit, & fluxerit, in septima iñ tota
liter siccatur & perit. Vel dic ꝙ est fluxus tribulationum, quẽ
per sex dies. i. per sex ætates vitæ fluere constat, in sabbato tñ
.i. in requie paradisi siccatur, & cessat. Iob 5. In sex tribula-
tionibus visitabit te, & in septima non tanget te malum. Vel
dic econuerso ꝙ mali, qui per sex dies ętatum vitæ suæ aquã
voluptatis, & prosperitatis abundanter habent, in sabbato
mortis vbi cessat labor humanus, & septimanæ vitæ cursus,
pęnitus istis carent. Vel dic ꝙ ribaldi multi sunt sicut iste ri-
uus, qui per totam septimanam fluunt, & laborant, lucrãtur,
& acquirunt, & tandem in sabbato. i. in festo sequenti totum
siccant, & consumunt, & expendunt. Quod et moraliter põt
dici de multis qui in diebus ferialib. qñ. s. laborant aquas gra
tiarum seruant, in sabbato verò. i. in diebus festiuis peccãdo
plusquam alias oia siccant, & vastant, & aquis gratiarum pri
uantur, & carent. Exo. 23. Sex diebus operaberis, septima die
cessabis. Quod bene figuratur. 1. Macha. 2. vbi dr̃, ꝙ gentiles
commiserunt prælium filijs Israel in die sabbati. Ad denotã
dum, ꝙ vt communiter plura genera tentationum in festis,
& plures vitijs prosternuntur. ¶ Teste Seneca vbi supra. in
chærronesso rhodiorum fons est qui certis interuallis ex inti
mo fœda quædam, & turbida fundit, donec liberatus eliqua
tusq; est. Idem etiam dicit de mari, ꝙ cũcta sordida solet ad
littus eijcere, & maximè circa messenam & insulas sinũ qui
dem Sylę turbolentę auis mare profert, feruetq;, & æstuat
non sine fędo colore. Sic debet facere quisq; christianus, qa
pro certo congruis interuallis dẽt de intimo cordis sui quic
quid ibi est fœdum, & turbidum vitiorum, per confessionẽ
emittere, donec se senserit penitus mũdum esse. Maximè aũt
à mari cordis nostri contriti, & amari simus, & stercora tur-
bulentæ auis diaboli. i. peccata, quæ per malam suggestio-
nem egessit in medio cordis nostri, sunt cum æstu, & feruo-
re contritionis eijcienda, & cum fœdo colore crucis, & pal-
lidę faciei per confessionem humilem expellenda. Mat. 7. De
corde exeunt furta, homicidia, &c. ¶ Secundum Senecã ibi- 12
dem, causa aquarum calentium vel fontium calidorum ſm
Empedoclem est ignis subterraneus, qui terras circumiacen
tes calefacit, & vrit, & ideo vena aquæ desuper transiens ne-
cessario incalescit. Idem verò Seneca dicit sulphur esse causã
caloris. Aqua. n. transiens per venas sulphureas, ratione cali
dæ materiæ calorem contrahit, & saporem. Quod apparet,
quia ois talis aqua calida saporem habet sulphureũ, & odo-
rem, & ponit exemplum de calce viua, cui superfusa aqua sta
tim feruet. Ista possunt applicari ad hominum societatẽ. Si
.n. aqua. i. aliqua simplex persona trãsierit, & habitauerit, fre
quentauerit, & tetigerit ignem. i. illos qui ardent auaritia, sul
phur. i. illos qui fœtent immũditia, calcem viuam. i. illos qui
alios dealbãt adulatrice eloquentia, procul dubio eorũ ma-
lis verbis, inductionib. & exemplis statim incipiet calescere,
& malorũ desideriorũ feruorib. exardere. Vel dic ꝙ ignis q
apertè est calidus, significat publicos luxuriosos. Sulphur, &
calx quæ apparenter calida non videntur, significat hypocri
tas carnales, & immundos, qui quamuis videantur esse casti,
& frigidi, sunt tñ realiter luxuriosi, & fœtidi. Tales igitur lu
xuriosi siue sint publici, siue occulti solent alios per se tran-
seuntes calefacere, & verbis, & exemplis ad immũditiam in-
flammare, & saporem sulphureum. i. fœtorem luxurię cõtra-
here & portare. ps. ignis sulphur, & spũs procellarum pars ca
licis eorum. ¶ Item teste eodem Sene. Aliquæ sunt aquæ quę
fœcundant steriles, vt aliquæ in Lycia, quæ retentiuam virtu 13
tem iuuantes non patiuntur fieri abortiuum, sicut ẽt exẽplifi
cat Isidorus li. 13. de Lino fonte archadiæ. quod est dicit Pli.
li. 31. c. 2. vbi etiam dicit, ꝙ thespiarum fons conceptus mu-
lierib. repręsentat. Talis est fons misericordiæ, & pietatis, qa
procul dubio iste steriles, & pauperes fœcundos, & diuites,
qñq; in hoc mundo, & necessario in alio solet facere, ipsosq;
facit bonis temporalib. virtualib. & æternalib. abũdare. Esa.
47. Non sedebo vidua, & sterilitatẽ ignorabo. Vel dic ꝙ talis
est aqua lachrymarũ, gratiæ, deuotionis, & lectionis. Ista. n.
solet per bona opera hominem fęcundare, & fœtũ boni pro
positi in ventro conscientiæ retinere, & virtute retentiuam
perseuerantiæ refouere, & abortiuum pcti vel operis imper
fecti fieri nullatenus sustinere. Ista igitur aqua potest dicerę
homini illud Ge. 30. Quam diu fui tecum, oues tuæ, & capræ
tuæ steriles non fuerunt. ¶ Teste Ouidio Salmacis lacus vel 14
fons est in lycia iuxta capreas, cuius aqua est mirabilis, quia
si quis de ea biberit vel in ea se balneauerit, statim effęmina
tur, & medietatem virium perdere comprobatur, & in mol
litiem fœmineam eneruatur. Et ideo fictum est à poetis ꝙ q
ibi balneatus fuerit, in fœminam commutatur. Ista propriè
dici possunt de prosperitate, vel de carnali voluptate. Istę. n.
sunt quæ possessores, & dilectores suos effęminant, & ener-
uant, & virtute virilis probitatis, & constantiæ ipsos priuãt,
& sic loquendo spiritualiter, in fœminas eos mutant. de qui-
bus Hier. 51. Deuoratum est robur eorũ, facti sunt quasi mu-
lieres. ¶ Ouidius ibidem, s. Meta. 51. vlt. dicit ꝙ est quidam 15
fons, qui medio die alget vt gelidus, ortu verò, & occasu so
lis calescit. Et fortè istæ sunt aquæ de quibus dicit Isid. li. 13.
ꝙ apud Troglodytas est fons qui ita alget de die, vt non bi-
batur, de nocte verò ita feruet, & ardet, vt sine periculo non
tangatur. Quem tñ fontem Solinus dicit esse circa debridem
opidum garamatum, quod etiam idem Solinus reputat val
de mirum. Pli. verò li. 2. dicit idem, s. ꝙ Iouis hammonis sta-
gnum interdiu frigidũ, noctib. feruet. Apud troglodytas ẽt
est fons solis circa meridiẽ frigidus, & dulcis, mox paulatim
tepescens, nocte vero media feruore, & amaritudinę infecta
tur.

tur. Talis fons pôt illos significare qui in ortu iuuẽtutis sunt
per deuotionem feruidi, in meridie verò.i.medio vitæ, qñ iá
sunt in mundi negotijs inuoluti, tunc fiunt per indeuotionẽ
gelidi, qui tandem in occasu senectutis iterum ad conscien-
tiam reuertentes, iterum fiunt feruidi, & deuoti. Quod potis
simè de apostatis in religione videmus, qui in iuuentute bo
ni, in vitę medio mali, tandem ad religionem reuertentes, in
vitæ termino iterum aliquotiens fiunt iusti, iuxta illud consi
lium Apocal.2.quo dr. Memor esto vnde excideris, & prima
opera fac. Secundum vero expone, ꝙ illi qui in die præsentis
vitæ per indeuotionem gelantur, & dulcedine prosperitatis
fruuntur, & calore charitatis taliter priuãtur, ꝙ à nemine bi
bantur, vel ꝙ eorum beneficia ab aliquo non gustẽtur, in no
cte mortis.s.in inferno taliter cremabuntur, & amaricabunt
ꝙ nunquam amplius extinguentur, dicentes illud Gene.31.
Die noctuq; ęstu vrebar, & gelu. Vel dic ꝙ illos quos dies ꝓ
speritatis per indeuotionẽ congelat, nox aduersitatis per cõ
ditionem amaricat, & per charitatem inflammat. Vel dic, ꝙ
iste fons significat infernum, qui.s.nunc ardet, & nunc algee
per pœnarum diuersitatem. Iob.24. Ad calorem nimium de
16 scendent ab aquis niuium. ¶ Secundum Isid.li.13.fons est in
aphrica qui virtutem habet mirabilem ad conglutinandum
& congelandum. Vnde etiam dicit ꝙ de cinerib. & fauillis ce
spitem facit, & in vnum corpus ipsos consolidat, & constrin
git. Istud idẽ dicit Soli.ca.de aphrica. Est aũt (vt ait) iste fons
soli specialiter dedicatus, & est Ionis iuxta templum hãmo-
nis propè arenas syrtium. Tales sunt viri boni, dulces, aquei,
& benigni, qui verè virtutem habent cõsolidatiuã, cõcorda
tiuam, & disiunctorum, & discordium ad concordiã reducti
uam. Non cessant.n.laborare pro vicinis discordib. reconci
liandis, & in charitate, & vnitate tenaciter solidandis. Et ta-
les specialiter debẽt esse mediatores, & legati. Exẽplo Chri-
sti qui fuit fons sapientię, verbum Dei, sicut dr Eccl.1. Qui ci
neres, & fauillas.i.pctõres inconiunctibiles & diuisos, & per
vitia concrematos, & à virtutib. consumptos, humoreq; grę
denudatos, simul per fidem & charitatem reiunxit, & pacem
inter se inuicem, & etiam inter se, & Deum, & Angelos reu-
niuit. ad Eph.2. Euangelizauit pacem vobis, qui longe estis,
17 pacem his qui longe, & pacem his, qui prope. ¶ Teste Isid.li.
13. in insula quę chius dr, q̃ est propè turquiam fons est quidã
qui potatores suos sensu dr hebetare. Pli. aũt dicit in Cea in-
sula non in Chio, sicut patet infra. Talis est fons deliciarum
carnalium, ꝙ maximè fons vinolentiæ, & ebrietatis. Qui.n.
ibi vltra debitũ impotatus fuerit, sensu, & animo hebes erit,
quia sicut dicit Petrus rauennas. Vbi regnat ebrietas rõ exu-
lat, consilia deuiant, intellectus obtunditur, consilia subuer-
tuntur. Vel dic idem de mundana prosperitate, quæ.s. valde
hebetat mentem. ps. Turbati sunt, & moti sunt, sicut ebrius,
18 & ois sapientia eorum deuorata est. ¶ Item Isid. ibidem ait,
ꝙ fons Cyzice tollit veneris appetitum. Dicit ẽt ꝙ in Cam-
pania fontes sunt qui fęminis sterilitatem, masculis vero in-
saniam abolere dicuntur. Talis fons est mundi aduersitas, &
paupertas. Ista est.n. quę venerem mitigat, insaniam tentatio
num sedat, & sterilitatem seu carentiam virtutũ tollit, & bo
norum operum vbertatem procurat. Idem dic de pœnitẽtia
vel de consideratione, vel timore, vel etiã de deuotione, vel
etiam de fonte sacræ scripturæ. Prou.16. Timor dñi fons vi-
19 tæ. ¶ Item idem Isid. ibidem ait ꝙ in idumea est quidam fons
qui ab incolis dr fons Iob, qui quater in anno mutat colo-
rem. trib.n. mensibus est cinereus, & coloris terrei, trib. ceru
leus seu viridis, & coloris aquei, tribus clarus, & lympidus,
& coloris aeri, tribus verò rubeus, & sanguineus, & coloris
ignei. Talis fons vr esse vita humana vel etiam homo. Con-
stat.n. ꝙ iste continuè mutat vices, quia sicut dr Iob.14. Qua
si flos egreditur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem
statu permanet. Primo.n. in pueritia est mollis, fluxibilis, &
aqueus, & hic pro certo habet tres menses.i. tres pueritiæ
defectus, quæ sunt ignorantia, impotentia, immunditia. Tan-
dem in iuuentute ipse est pulcher, clarus, & aereus, & hic ha
bet tres menses, qui sunt luxuria, stultitia, curiosa apparẽtia.
Postea in senectute iste fit siccus rugosus atq; igneus, & hic
similiter tres menses habet defectuosos, quia.s. tũc fit homo
iracundus, superbus, & auarus. Finaliter verò in senio iste fit
ponderosus, & terreus, & tandem per mortem cinereus, &
puluereus, dicẽs illud Iob.7. Ecce nunc in puluere dormio,
& si mane me quæsieris, non subsistam. Et hæc ætas etiã tres
menses.i. tres defectus habet, s. debilitatem virium, hebetudi
nem sensuum, dolorẽ infirmitatum, & incursum. De tali igi-
tur defectuũ quadruplici trinitate dr Prou.30. Per tria mo-
uetur terra, & quartum non potest sustinere, quia.s. vita hu-
mana per triplicitates prædictas variatur. Quartum autem
est mors, quod ferrè non sustinens necessario dissipatur. Vel
dic ꝙ talis fons vr esse vita mutabilis peccatoris. Iste.n. nun-
quam est contentus vno vitio vel duobus, imo continuè de
vitio ad vitium mutatur, & color suæ malę conseruationis
continuè variatur. Eccle.27. Stultus aũt mutabitur vel luna.
Habet igitur quatuor principales mutationes, quia pro cer
to iste aliquando est aereus, & ventosus per superbiam, & va
nitatem, qñque igneus, & sanguineus per ardẽtem auaritiã,
& cupiditatem, quandoque mollis, & fluxibilis, & aqueus ꝑ
luxuriæ voluptatem, quandoque ponderosus, & terreus per
torporis, & accidiæ grauitatem, & etiam in colore conuersa
tionis cinereus per inhonestę apparentię deformitatem. Sed
quid? procul dubio quodlibet illorũ vitiorum habet tres mẽ
ses.i. tres potissimos defectus, quia mensis dr à mene, quod
est defectus, pro eo ꝙ menses antiquitus à defectu lunæ inci
piebantur, quod etiã adhuc apud hæbreos obseruatur. Tres
ergo menses.i. tres defectus superbiæ aereæ sunt, sui nimia
reputatio, mendax iactatio, stulta ꝓsumptio, & de hoc Eccl.
25. Tres species odiuit aĩa mea, & aggrauat valde aĩa illorũ,
pauperem superbum, diuitem mendacem, & senem fatuum
& insensatum. Tres menses, & tres defectus auaritiæ igneæ
sunt, ardor in acquirendo, timor in habendo, dolor in amit-
tendo. Vt sic auarus figuretur in illa bestia. Dan.7. quę erat si
milis vrso, & habebat tres ordines dentium in ore suo. Aua-
ri.n. sunt voraces ad modum vrsi, & in ore suæ rapacis, & in-
satiabilis voluntatis sunt tres ordines dentiũ.s. ardor, timor,
dolor. Tres menses luxuriæ aqueæ, sunt breuis voluptatis, fę
da vilitas, infamiæ deformitas. vt.s. de luxurioso dicatur il-
lud Ionæ.2. Fuit Ionas in ventre piscis tribus dieb. Ionas.n.
24 rum principia. ¶ Item multæ sunt aquæ quæ oia coniecta cõmutant in lapides. Vñ ibidem dicit, & allegat Ouidiũ q̃ Cicones. i. siculi habent vnum fluuium in Sicilia, cuius tãta est pernicies q̃ oia q̃ tangit, facit lapidea atq; dura. Et ideo si quis ex eo biberit, viscera lapidea possidebit. Vnde ait Ouidius. Flumen hñt Cicones, q̃ potũ saxea reddit. Viscera, q̃ tactis inducit marmora rebus Et idẽ est (vt ait idem Sen.) q̃ res in eundem locũ proiectę lapideæ extrahuntur. Quod etiam (vt ait) in Italia in quibusdã locis inuenitur, in quib. si virgam sine frondem immiseris, post paucos dies lapidẽ extrahes. Vñ tale est illud flumen de quo dicit Pli. li. 2. q̃ vltra Surrentum in flumine Silari non solum virgulata sed & volatilia lapidescunt. In exitu ẽt paludis Reatinæ sicut dicit, saxũ crescit. Idẽ aũt Pli. de multis talib. aquis meminit. li. 31. c. 2. dicens q̃ in Per perennis fons est qui quamcunq; rigat terram facit lapideam. In Eurymenis deiectæ coronæ in fontem, lapides fiũt, Lateres lapidescunt in Colossorũ flumine. In Scyrctico metallo arbores quæcunq; riuo alluũtur, saxa fiunt cum ramis. Distillantes quoq; guttæ lapidescunt in antris in corycijs, & cætera similia. Nec hoc mirũ vt dicit Sen. si attendamus q̃d aqua in ciphis & canalib. suis in diuturno cursu in fundo lapides ex arenarũ residentia producit. Ad quod ẽt facit q̃ a magistro Garino audiui, fontem esse in Lothoringia, q in hyeme viuidus fluit, in æstate vero tota aqua quæ remanet, efficitur vnus lapis, qui oi anno ab incolis extrahit̃, vt sic fons nouus iterum oriat̃. Talia flumina vñr esse ista quæ continuè fluunt tpalia mundi bona, s. diuitiæ, deliciæ, eminentiæ, & sciæ mundiales. Istæ. n. sunt aquæ, quæ potatores. i. possessores & dilectores suos inficiunt, & viscera cordium ipsorum per indeuotionẽ refrigerant & constringunt, & per obstinationẽ indurant, lapidificant & compingunt. Quod etiam nõ solum de ipsis virgultis. i. de simplicib. & secularibus est verum sed etiam de ipsis volatilibus. i. de Clericis & religiosis, & contẽplatiuis hominib. Quia breuiter illi qui talibus aquis potantur, & qui ideo eis per delectationes & complacentias vltra debitum immerguntur, duri & lapidei efficiuntur, & per meritum & morum duritiam, crudelitatem, & obstinatam malitiã in lapides conuertuntur. Et hoc accidit q̃nq; siue sint virgæ id est prælati alios regentes, siue sint coronæ id est religiosi tonsuram portantes, siue volatiles id est clerici alta contemplantes. Vnde de quolibet sic indurato potest dici illud Iob. 40. Cor eius indurabitur quasi lapis Quod patet: quia tales efficiuntur duri. i. dure per crudelitate malos vulnerantes, duri id est obstinati & impænitentes duri etiam id est sicci, indeuoti, parci, tenaces, & incompatientes. Deuteronomij. 15. Descenderunt in profundum quasi lapis. Vel si vis expone in bono, & dic quod illæ aquæ significant mundi tribulationes, diuinæ scripturæ scientiam & lectiones deuotionis etiam & compunctionis lachrymosas distillationes. Talibus enim aquis qui immersus fuerit vel potatus proculdubio in visceribus cordis sui fiet per constantiam & fortitudinem lapideus atque durus, & ad tolerandum aduersa fortis atq; immobilis. Apoc. 21. Structura muri eius ex lapide Iaspide. Vel dic de illo fonte Lothoringiæ, in quo aqua quandiu est multa, & est frigus, pura remanet, quando vero efficitur pauca, & est calor, lapidificatur. Potest allegari quod esse in societate multorum proficit, maximè quando frigus & hyems diuini timoris vel tribulationis ibi p̃sistit, paucitas vero aquarũ i. sociorum, & solitudo officit: quia si calor cõcupiscentiæ & æstas prosperitatis vigeat, in lapidem obstinationis se vertit Multi. n. sunt qui in societate manentes per gratiam viuunt, qui si sint pauci & solitarij, in vitijs indurescũt: vnde primo Regum 15. Emortuum est cor eius & factum est quasi lapis. Vel dic quod fons qui quandiu fluit & currit non lapidificatur, significat hominem, qui quandiu currit & laborat, per obstinationem non induratur, quod præsertim in hyeme id est in tempore tribulationis accidere cõsueuit, vbi. s. homo amplius est in motu. Qñ vero cessat a motu laboris, s. in æstate prosperitatis, vbi homo per accidiam magis torpet, tunc dico, quod solet per obstinationem lapidificari, & per malam consuetudinem indurari. Allega vt supra. ¶ Item idem ibi- 25
dem Seneca, scilicet libro tertio de Naturalibus quæstionibus, dicit aliqua sunt flumina, quæ palam in aliquos specus aliqua quæ paulatim consumunt & intercidunt, & sic ex oculis auferuntur, & sub terra diu currunt eademq; ex interuallo longe alibi oriuntur, & nomen & cursum recipiunt. Cuius causam reddit ibidem. Nam (vt inquit) aqua naturaliter ad ima & ad inane defertur, suumque sub terra secretius facit cursum, sed cum primum aliquid solidi quod obstat inuenit, prærupta terræ parte, quæ debilior est, & quę minus ad exitum repugnat, exterius prorumpit & exilit & ab incolis illis nomen & originem suam primariam ignorantibus, nomen nouum recipit & assumit. Vnde Ouidius Sic vbi terreno Lycus est epotus hiatu, Exstilit procul hinc alioque renascitur, ore. Sic modo cum bibitur tacito modo gurgite lapsus, Redditur Argolicis ingens Erasinus in vndis. Idem & in oriẽte Tigris facit, absorbetur, & desideratus diu, tandem remoto loco purgamenta eiectat. Talis est Arethusa lacus vel fluuius siculorum. Et secundum Solinum, talis est Padus seu Eridanus fluuius italorum. Talis est etiam Nilus fluuius ægyptiorum. Isti enim fluuij ab ortu suo non continue desuper currunt sed aliquando ab arena bibuntur, vel ab aliquo specu sorbentur, & tandem alibi erumpunt, sicut optime exemplificat idem de nilo, qui sub Athlante monte videtur transire. & de Tigri, qui sub Tauro noscitur penetrare, prout ponit in capitulo de ægypto & de Perside, vbi etiam ponit quod dicti fluuij diuersis locis diuersimode nominantur. Et probatur quod illi idem sunt per fæces & purgamenta, quæ primo ante absorptionem in eis proiecta, tandem quando renascuntur, exterius ab eis deferuntur. Ista charissimi possunt applicari ad Christum. Ille enim de fonte paradisi ortum sumens, tandem in specum corporis virginalis sub terra humanitatis se reclusit, ibique secretum cursum peragens, nouem mensibus latitauit, tandem vero exinde parturitur & renascitur, & nouum ortum in mundo consequitur, & etiam nouo nomine nominatur. Fuit enim tunc Iesus nouiter nominatus, sicut ab Angelo fuerat appellatus. Esaiæ. 62. Vocabitur tibi nomen nouum, quod os domini nominauit. Vel dic quod iste qui sub terra nostræ humanitatis fuerat abscõditus, vel etiam in specu & spelunca sepulchri positus & absorptus, postquam ibi cursus suos secretos vsque ad inferos fecisset, iterum per resurrectionem renatus extitit, & exiuit, & purgamenta nostrorum criminum secum tulit. Esaiæ. 53. Vere languores

nostros ipse tulit,& dolores nostros ipse portauit. Vel isti ꝗ
possunt applicari ad malitiosos,qui quamq; diu latent, & spelu
cas variarum palliationum intrant,& diu in occultis cursus
secretos.i.machinationes suas peragunt & frequentant, &
tandē inuenta opportunitate nascuntur exterius & manant,
& malitias,suas ꝗ latuerant,subito & vbi non aduertuntur ma
nifestant. Vel dic ꝗ fluuij sunt hoies fluxibiles & mortales,ꝗ
proculdubio super terram primo nascuntur,deinde a terra
per mortē absorbentur. Apoc. 12. Aperuit terra os suum,&
absorbuit fluuium. Sed postquam ijdem secretè ad diem iu-
dicij fecerint cursus suos iterum per resurrectionem nascū
tur,& ab ipsa quæ eos absorbuerat terra euomuntur. Iob.
20. capite. Diuitias quas deuorauit euomet. Vel istud expo-
ne de terra i.de terrenis diuitibus,qui flumina diuitiarū ab-
sorbent;ipsasq; dum viuunt,secrete tenent & custodiunt,fi-
naliter tamen soliditate diuinæ iustitiæ & morte compulsi,
ipsas dimittunt reijciunt atque vomunt. Iob. 40. Absorbebit
fluuium,& non mirabitur. habet &c. Vel dic qđ boni diuites
flumina.i.diuitias recipiunt & seruant,vt tandem necessita-
tis tpe per elemosynas ipsas refundāt. Vel dic ꝗ iste est pœni
tens,qui flumina vitiorum, quæ absorbuerat & diu tenuerat
eandem per confessionem euomit & reuelat. Vel dic ꝗ talis
specus est prędicator,qui flumina sciarum recipit & custodit
& tandem prædicando & docendo,loco & tpe alijs ipsa vo
mit. Vel potest dici de viro iusto,qui flumina gratiarū & be-
neficiorum a deo non cessat recipere,quæ tñ nouit per bona
opera,vel per gratiarum actiones reddere. Vel dic ꝗ fluuius
est peccator,qui a terra.i.ab amore terrenorum per auaritiā
absorbetur,sed cum diu ibi steterit,sępe fit quod per obsta-
culum alicuius tribulationis vel infirmitatis,inde tandē exi
re compelli per diuitiarum contemptum exterius compro-
batur. Vel dic ꝗ isti sunt mali religiosi,qui in specu religio-
nis,quē intrauerunt,& vbi aliquandiu cucurrerunt,alicuius
difficultatis obstaculum inueniunt,& terram regularis ob-
seruantiæ rumpunt,& per apostasiā exeunt & recedūt. Gen.
26 2. Fluuius egrediebatur de loco voluptatis. ¶ Item ibidē di-
cit Seneca ꝗ puluis Puteolanus,si aquā attigerit ipsam aquā
in lapidem conuertit. Prædictæ.n.aquæ de pulueribus & re-
bus alijs lapides faciunt. Isti vero pulueres aquas quas tan-
gunt in lapides cōuertunt. Talis puluis vr esse memoria mor
tis nostræ & nostræ puluereitatis futurę. Iste .n. si benè tāgat
aquam cordis humidi & deuoti,vel si in aqua lachrymarum
& compunctionis fuerit intermixtus, ipsam pro certo facit
lapideam atq; fortē,& contra aduersa oia stabilem & duram
Iob. 39. In similitudinem lapidis durantur aquæ. Non est.n.
aliqua persona vel aliqua mēs ita aquea,fragilis & carnalis,
quin contra tentationes & tribulationes fortis efficiatur, si
puluis humilitatis & memoria suæ mortis ipsi mentiatr mi-
sceatur. Iō benè dr Michez primo. In domo pulueris,pulue-
re nos conspergite. Vel dic in malo ꝗ iste puluis significat di
uitias,& alia bona terrena. Iste n. puluis si aquæ.i.personæ im
perfectæ & fragili immixtus fuerit & concessus,vtpote si il-
le qui vti diuitijs nesciat,ipsis abundauerit statim pro certo
lapis,i.durus,incompatiēs,crudelis,parcus indeuotus,& ob
stinatus erit. Allega vt supra. In similitudinem,&c. Illud pa-
tet de malis diuitib qui quanto plus habent de puluere diui
tiarū,tanto magis fiunt lapidei atq; duri,& ideo talis puluis
est periculosus. pp quod Christus dicebat Apos. Mat. 10. Ex-
cutite puluerem de pedib. vestris. ¶ Item idem ibidem ait ꝗ
37 sunt quidā fluuij qui vellera ouium aquas eorum potantium
tingunt. Vnde ait quod in Beotia sunt duo amnes,qui ambo
de vno lacu exeunt,ea tñ diuersa faciūt:quia.s.vnus oues po
tantes si albæ sint facit nigras. Alius vero oues si nigræ fue-
rint,facit albas. Et ideo vnus eorū melas grecè, quod niger
latine dr, nuncupatur. Isidorus autem li. 13. Beotia dicit ibi-
dem per omnia. Vnum alium talem fluuium dicit Theophra
stus esse in Macedonia,in quo oues albæ nigræ fiunt cum aliquandiu
potauerint. Vnde etia(vt ait)si indigent lana nigra,
gratuitum habent(qñ voluerint)infectorem seu tinctorem.
Dicit etiam idem Sen. in Galatia flumen est quod idē in om
nibus efficiat. Idem autem videtur Sol.c.de Gręcia,de Beo
tia dicere de duob. sublimibus supradictis, quæ albas oues
nigras,& nigras faciunt esse albas. Plinius autem lib. 31. c. 2.
dicit per omnia quasi idem. Vnde ait duos esse fontes,s.Ce-
nem & Melem,quorum primus oues nigras dealbat si bibe
rint,alius autem albas denigrat,ex simul autem mixtis va-
rias esse constat. Theophrastus etiam dicit fluuium in thurijs
Crathin candorem facere,sybarim in bobus & pecoribus
nigritiā generare, quod etiā(vt ait)sentiunt homines quia
qui primum biberint,fiunt candidiores,qui secundum bibe
rint,nigriores. Idem etiam ait in Macedonia esse duo flumi
na.s.Haliacmon,quem oues potantes faciunt fętus albos,&
Axium quo faciunt fuscos aut nigros. Charissimi ista flumi-
na tam mira & tam varia,quorum quædam alba denigrant,
& alia nigra dealbāt,possunt mihi significare mundi prospe
ritatem & aduersitatem. Prospera.n.& aduersa,flumina dñr:
quia.s.in eodem statu nunquam permanent,imo cōtinuè va
riantur. Quid igitur? Procul dubio ista flumina licet de vno
lacu.s.de mundo exeant & emanent,diuersa tñ in morib. fa-
ciunt atq; causant:quia procul dubio fluuius aduersitatis &
paupertatis de nigris obscuris & hispidis facit albos.i.de ma
lis & de pctōrib. facit iustos & de iniquis innocentes & mū
dos:quia constat ꝗ per aduersitatem hoies ad se redire com
pelluntur & vrgentur,& sic timore dei cōcepto, innocentes
& candidi,qui nigri fuerant,efficiuntur,ita ꝗ tūc potest eis
dici illud Apoc. 14. Ambulabunt mecum in albis,qm̄ digni
sunt sicut de martyribus dicitur Apocal. 7. quod ipsi dealba
uerunt stolas suas in sanguine.i.in tribulatione. Econuerso
autem fluuius prosperitatis operatur. Illi.n.qui ad istum flu
uium albi,innocētes & mundi accesserint,& isto flumine po
tati,delectati,& repleti fuerint,successu tpis per vitia deni-
grantur,& mens & conuersatio eorundem vitiorū fuligine
maculantur. Baru. 6. Nigræ fiunt facies eorum de fumo ꝗ in
domo fit. Ista possunt figurari in canalibus laban, in quibus
per virgas nudas & decorticatas,oues nascebantur cādidæ,
per virgas vero indutas & cortice nō priuatas,oues genera
bantur nigræ,sicut dicitur Gene. 30. Quia pro certo canalis
huius mundi,si virgas diuini timoris cum nuditate pauper-
tatis habuerit,albos fętus.i.hoies innocentes generari facit.
Si verò econuerso cortex diuitiarum affuerit,tunc hoies ni
gros,pctōres,& infames producit. Vel dic ꝗ fluuius albifica
tiuus est pnia lachrymosa,confessio,vel bona societas,vel ēt
bona doctrina,vel etiam religio,quæ proculdubio potato-
res,dilectatores,& frequentatores suos de nigris faciunt al-
bos,& de peccatoribus innocentes & mundos. Fluuius vero
denigratiuus & infamatiuus & obscuratiuus,est carnis volu
ptas,mala societas,mala doctrina,vel etiam mundus. Ista.n.
albedinem innocentiæ & munditiæ tollunt, & nigredinem
vitiorum & luxuriæ introducunt. Apoc. 6. Sol factus est ni-
ger quasi saccus cilicinus. Ezec. 32. Nigrescere faciam stellas
cæli. Et breuiter quotiens diabolus indiget nigra lana vitio-
rum & peccatorum,non oportet nisi ꝗ oues suas,s. peccato
res,ducat ad istas aquas in aliquo fluminum prędictorum,&
statim per se sine tinctore alio nigrabuntur,ita ꝗ dici pote-
rit illud. Naum. 2. Facies eorum sicut nigredo ollæ. Vel dic,
duo vltimi fluuij,sunt duæ scientiæ.s.diuina & mundana. Vel
duæ fortunæ aduersa.s.& secunda. Vel duo bona,spiritualia
s.& terrena. Vel duo status religio scilicet atque mundus. Igi
tur quæcunque ouis vult fœtus albos,bonos conceptus, vel
munda opera facere,debet de primis fluminibus bibere, &
se in diuinis scientijs,tribulationibus,& bonis spiritualibus
solummodo delectare. Econtra vero illi qui alia flumina bi-
bunt,& qui mundi scientijs,prosperitatibus & diuitijs se im
buunt,nigros fœtus idest mala opera generant & produ-
cunt:quia sicut dicitur Matthei. 7. Bona arbor bonos fructus
facit,& similiter mala malos. Vel dic quod fœtus sunt subdi
ti,matres vero prælati,quia scilicet prælati boni, & bonis
prædictis fluminibus potati, solent albos & bonos & inno-
centes subditos facere. Mali vero malos econtrario gene-
rare. Ezechielis .16. Qualis mater talis & filia eius. ¶ Se-
cundum Senecam vbi supra in cappadocia dicitur esse flu-
men quod si equi biberint, spargitur in eis alba cutis,quod
tamen (vt ait) non accidit alicui alij animali. Charissi
mi per equum potest intelligi bonus subditus, & obediens
qui scilicet per disciplinam permittit se frenari, & per pa-
tientiam equitari, & conculcari. Per fluuium igitur istum
intelligo statum religionis vel ecclesiæ tribulationis pœni-
tentiæ, diuinæ scripturæ vel scientiæ. Ista enim sunt flu-
mina purificatiua, & conscientiæ mundatiua. Sed quid?
Pro certo soli equi in talibus candidantur: quia dato
quod ista flumina sint bona de se,non tamen possunt profi-
cere nisi equis.i.nisi personis disciplinatis patientibus, hu-

milibus

milib.& subiectis:tales.n.soli in flumine pniæ scripturæ,& re
ligionis dealbantur,& a vitiorum maculis depurantur.Ma-
li vero dato q in religione maneant,& flumine sacræ pagi-
næ se imbuant,nunquã p hoc spũaliter dealbant. Vñ Apo.
6.Ecce equus alb. & qui sedebat super eum, babeat arcum
& data est ei corona.Scriptura.n.nõ vr facere mentionẽ de
aliquo aiali albo,nisi de equo.Vel si vis potes dicere q pro-
speritas est fluuius qui dealbat malos per curiositatẽ, aduer
sitas vero denigrat bonos per humilitatem & squalentẽ au-
steritatem . Vel dic quod fluuius dealbans est hypocrisis,
quæ vellera conuersationis facit candida.Fluuius alba deni
grans est veritas,q.s.albedinẽ hypocrisis finaliter denigrat
& infamat,& quicquid album aut floridum fuerat, pallifi-
cat,& desiccat.Bene igitur dicit Apost.Act.23.Percutiet te
29 dens paries dealbate.¶ Tigris fluuius,Euphrates, sicut Soli-
nus affirmat,oriũtur ex eodem,fonte in Armenia. Et est Ti
gris fluuius rapidissimus,per lacum transiens Brethusæ.Eu-
phrates vero frugifer interpretatur,eo quod vberem & fru
giferam reddit terram,& maxime in quibusdam locis Meso
potamiæ in quib.inũdat certis temporibus,sicut Nilus,pro
ut refert Solinus & Iosephus.Est ẽt(vt aiunt)gemmis variis
copiosus.Tigris denotat sapiẽtiam mundanam, quæ ad mo
dum tigris cito defluit atque trãsit:quia defecit sapientia in
theman.Hier.49.Et lacum mundi imbuit atq; tegit.Euphra
tes autem dei sapientiam significat & theologiam, quæ ter-
ram .i animam per quam transit,irrigat & fœcundat gratia
& virtutibus & lapides pręciosos.i.merita apud deum præ-
ciosa in ea generat atque causat.Isti duo fluuij de vno fon-
te exeunt:quia omnis sapientia à domino deo est.Eccles.1.
vna terra egrediuntur ambo.Ezechie.21. Duæ mulieres ma
tris vnius filiæ erant.Eze.23.Sed licet ab eodem fonte pro-
deant tamen per eadem itinera non incedunt.Iõ Iaco.3.Nũ
quid eodem de foramine emanat dulcis,& amara aqua?Pręterea ibidem.Ex eodem ore procedit maledictio & benedi
ctio.¶ Item Ouidius ibidem,s.vltimo libro Metamorpho-
seos,dicit quod fluuij Athamentis aquæ mirabilis sunt natu
30 ræ.Si quis n.in fine lunationis istis aquis lignum asperserit,
vel in eis ipsum immerserit,mox accendetur & ardebit. Sic
vere in fluuio infernali illi qui sunt lignum sine fructu.s.pec
catores ,in lunatione vitæ suæ scilicet quando per mortem
fuerit vitæ suæ lunatio diminuta accendentur,& in ipsis mi
seriæ perpetuo comburentur.Sapien.19. Ignis in aqua vale-
bat supra suam virtutem.Et ideo Apo.19.dicitur quod ma-
li missi sunt in stagnum ignis.Vel dic quod iste est fluuius de
liciarum,qui dato quod homo sit lignum aridum .i.persona
abstinens atque sicca,si tñ hmõi aqua fuerit delibutus,p con
cupiscentiam carnalem faciliter accendetur.Quod etiam de
aquis diuitiarum dici potest,quæ mentem solent contiguã
31 per auaritiam inflammare.¶ Item idem Ouidius ibidem di-
cit quod Sybaris & Crathis fluuius vt Italiæ,qui capillos fa
ciunt similes auro,vel electro. Capilli significant exteriorem
conuersationem quæ pro certo aurea per honestam præsen
tiam efficitur,si sæpe in lachrymarum vel deuotionis flumi-
32 nibus balneetur.¶ Rhodanus est fluuius vnus de tribus ma-
ximis Europæ,secundum Solinum.tria enim maxima flumi
na Europæ sunt Rhenus,Rhodanus & Ister.i.danubius. Est
igitur Rhodanus fluuius valde impetuosus: terrarũ circum
iacẽtium corrosiuus,& ideo Rhodanus dicitur,quasi Rho-
dens amnis De alpibus autem præcipitatur , & per lacum
Geneuræ transiens,cum aquis lacualibus nõ miscetur,tandẽ
mare mediteraneum ipso mari turbulentior ingreditur, nisi
(vt ait Solinus & Sen.) quãdo fœtum ventis excitatur.Rho
danus vero etiam cum serenum est,seuit & fluctibus agita-
tur.Ista possunt applicari contra illos qui de alpidus & de
altis montibus.i.de altis parentibus & nobilibus oriuntur.
Isti enim per superbiam intumescunt,terras aliorum per ra
pinas corrodunt lacui etiam per quem transeunt.i.societati
aliorum quos frequentant se immiscere dedignantur,& etiã
cum serenum est tempore pacis seuiunt per iracundiam &
turbãtur,& superbia & tumultibus effrenantur.Iob.22. Flu
uius subuertit fundamenta ipsorum.Vel dic quod tres maxi
mi fluuij Europæ.i.ecclesiæ sunt pater,verbum , & spiritus
sanctus:quia sicut dicitur Io.5.Tres sunt qui testimoniũ dãt
in cęlo.Vel spes,fides,charitas,qa sicut dicitur infra ad Co-
rint.13.Nunc autem manent spes,fides,charitas.Hic expo-
ne quod non commiscet se alijs aquis,sicut de Arethusa la
cu infra.c.7.§.11.¶ Item Solinus capitulo de Sicilia dicit qđ 33
Diana fluuius est iuxta Camarinam ciuitatem fluit,ex quo si
habitus impudicè,aquam hauserit , non coibunt in cor-
pus vnum vinum & latex aquæ. Quod intelligo quod si ali
quis impudicè se habuerit longe ante , & aquam illam de
flumine hauserit,aqua illa cum vino misceri non poterit, &
sic haurientis impudicitiam reuelabit.Per aquam potest in
telligi doctrina,& maxime per aquam Dianæ,quæ interpre
tatur clara.Per vinum vero voluntas humana accipiẽ,aqua
enim doctrina refrigerat,voluntas vero humana per deside
ria seruet.Aqua ergo bonæ doctrinæ vino seruentis volun-
tatis apponitur,vt seruor sui appetitus debitè temperetur.
Igitur ista possunt dici cõtra impudicos prædicatores.Tales
enim impudici,si aquam dianæ.i.doctrinam sacræ scripturæ
vino.i.voluntati auditorum immiscuerint,vt.s.ipsam tempe
rent ab affectionib.inhonestis,ipsi proculdubio nunquã mi
scebitur:quia secundum Gregorium. Cuius vita despicitur,
restat vt eius prædicatio contẽmnatur . Vel dic quod aqua
Dianę,quę dicitur a dian,quod est clarum,significat clara &
bona opera & exẽpla. Vinum vero quod dulce est & suaue,
significat suauitatem gloriæ paradisi.Quid ergo?pro certo
ĩpudici mente & corpore si fuerimus,& si deo spõso nostro
fidẽ spũalis integritatis fregerimus,& adultero diabolo per
peccatum nos coniunxerimus,nunquam aquam quam hau
rimus.i.bonum opus quod facimus,vino cælestis gloriæ cõ
iungemus,vel per ipsam cæli dulcedinẽ acquiremus.Vel dic
quod haustor impudicus est mala intentio, quæ dato quod
aquam claram hauserit.i.dato quòd bonum opus fecerit,ip
sum vino diuinæ gratiæ vel acceptionis vel beneuolẽtiæ,vel
etiam dulcedini futuræ gloriæ non miscebitur , quia.s. bona
quæ in peccato mortali, vel quæ mala intentione fiunt,diui
nam gratiam non requirunt , & etiam iocunditati perpetuæ
non seiungunt.Prouerbiorum.13.Gaudio eius non miscebi 34
tur extraneus . ¶ Item Solinus ibidem capitulo de Græcia,
dicit q in beotia est vnus fluuius de quo oues quæ biberint,
fœtus suos facient coloris cuius fuerint.Sic vere si ouis.i.sim
plex,& vilis prędicator, fluuium scripturę primo biberit.i.
impleuerit,& perfecerit, fœtus id est auditores sibi in bono
similes generabit,quia scilicet faciliter homines illos imitan
tur,qui quod docuerint operãtur,& econuerso. Teste enim
Greg. Loquentis auctoritas perditur, quando vox opere nõ
iuuatur. Vel dic in malo quòd illi qui fluuiũ mundanæ pro-
speritatis bibent,filios sibi similes si possunt faciunt, quia.s.fi
lij libenter imitantur,scilicet vsurando,mercando, &c. pa-
tres suos,quos bibisse prospera attendunt,& intuentur. Ioan 35
nis.3.Quod natum est èx carne,caro est. ¶ Item Solinus. ca.
de Beotia dicit ibi flumen esse de quo si oues nigræ potaue-
rint,albæ fient, &c. Vide supra vbi factum est,scilicet.§ 27.
¶ Item Solinus cap.de Sicilia , dicit quòd in Sicilia est quidã
fluuius nomine Herbessus , qui in medio flumine subita ex- 36
æstuatione seruet. Tales sunt multi,qui quamuis fluant per di
uersa vitia,& frigidi,& indeuoti sint, aliquãdo tamen venit
eis subito deuotionis, & contritionis seruor , & contra om-
nem,spem bonæ voluntatis ardor.sicut enim dicitur Ioa. 3.
Spiritus vbi vult spirat,vt de eo exponatur illud Iob.41.Fer-
uescere faciet quasi ollam,profundum maris. Vel dic econ-
uerso de feruore tentationis,qui subito in medio.i.in corde 37
fluminum.i.iustorum erumpit,& eos ad malũ excitat,& ac-
cendit.Allega vt supra. ¶ Item idem ibidem dicit quòd Hi-
mereus est fluuius in Sicilia , quem cœlestes mutant plagæ,
quia.s.vbi ad aquilonem fluuit, amarus est , vbi verò ad au-
strum flectitur,dulcis est. Aquilo est vita præsens, vbi frigus
tribulationum abundat.Auster verò est vita futura, vbi splẽ
dor æternæ claritatis coruscat . Iste fluuius igitur significat
Deum, qui proculdubio in aquilone præsentis vitæ suis in-
nititur amarus,tribulationes immittẽdo. Ad austrum verò
vitæ futuræ suis erit dulcis,consolationes faciendo. Iudith.
5.Fontes amari obdulcati sunt.Vel dic q fluuius iste est pœ-
nitentia,quæ in aquilone præsentis vitæ est amara, in austro
verò paradisi erit in dulcedinem versa. Allega vt supra. Vel
dic quòd aquilo est peccator,qui fluuium pœnitẽtiæ vel re
ligionis inuenit amarum.Auster vero est iustus,qui ipsum in
uenit sapidum,& iocundum. Vel dic q fluuius iste est mun-
dus,qui aquilonaribus.i.iustis frigore diuini timoris gelatis
videtur amarus,& insipidus,australibus verò id est peccato
ribus auaris , & feruentibus , luxuriosis , & humescentibus

vr̄ dulcis & ſapidus Prou.27. Aīa eſuriēs amarū pro dulci ſu
38 mei.¶ Itē Solinus dicit ꝙ Hypanis fluuius eſt nobiliſſimus,
qui a Scythia vſq; ad Indiam protēſus Alexandri Magni iter
terminauit, ſicut ēt aræ in ripa eius poſitæ declarāt, quas idē
Alexander conſtruxit ibi, iſte igitur in principio dulciſſimus
eſt & hauſtu ſaluberrimus, ſed vbi callipodū terminos attin-
git, quidam fons infamis & amarus q̄ dr̄ exampeus, ſibi ad-
iungitur, cuius amaritudine dulcedo aquæ ipſius vitiatur, &
in amaritudinē cōmutatī. Et ſic fit ꝙ ille q̄ prius dulciſſimus
fuerat amariſſimus in maria deuehatur, & ſic (vt ait) opinio
nes de hypane diſcordant: quia qui ipſum in principio, noue
runt, prædicant, qui vero in fine, execrantur & horrēt. Et for
te iſte eſt ille fluuius quem Alexander cum exercitu ſitiens
in arenis, nec aquam dulcem reperiens, inuenit, qui hellebo
ro erat amarior, quem cum ducenti milites trāſnataſſent, ab
hippotamis ſunt abſorpti, ſicut dr̄ in hiſtoria Alexandri. Iſta
poſſunt applicari contra multos, quorū finis a principio di-
ſcordat, & qui in iuuentute qn̄ primo currūt per mundū dul
ces & deuoti inueniuntur, qui tn̄ in fine. i. in ſenectute, in pec
cati amaritudinū conuertunī. Dato. n. quod aliquis ſit dulcis,
bonus potabilis. i. mirabilis & famoſus qn̄ tn̄ fons exampeus
. i. infamis & amara mulier, vel ēt quæcūq; mala ſocietas, vel
etiam malus conſiliarius vel mala doctrina, vel etiam mūda
na proſperitas in tales influit, ipſos proculdubio per peccata
variat, amaricat & corrumpit. Iob. 3. Occupet eum caligo &
inuoluatur amaritudine. Vel dic ꝙ iſte fluuius eſt vita p̄ſens,
quæ in principio dulcis eſt homini: quia. l. dulce eſt homini
viuere, ſed tādem fons amarus. i. mors ei adiungitur. ex quo
in amaritudinem commutatur. Vel dic quod iſta eſt munda
na proſperitas vel voluptas, quæ nunc eſt dulcis eam biben-
tibus, ſed finaliter, quando perpetuæ vel temporali morti ad
mixta fuerit mirabiliter erit amara. Idem autem dic de ma-
la muliere, quæ primo dulcis eſt & gratioſa, tandē eſt ei ama
ra & tedioſa, qn̄. ſ. per ipſam corpus, famam bona & aīam ꝑ
didit. Prou. 5. Fauus diſtillans labia meretricis, nouiſſima au
tem eius amara velut abſynthium. Vel dic quod iſte fluuius
eſt mors, vel etiam infernus. Iſta eſt. n. iuſtis & bonis dulcis &
ſapida. Sapi. 4. Sperat aūt iuſtus in morte ſua. Iniuſtis autem
eſt amariſſima, iuxtā illud Eccl. 41. O mors quam amara eſt
memoria tua homini iniuſto. Ibi. n. ſunt Hyppotami. i. dę-
mones, qui Alexandri. i. diuites huius mundi, in arenis diui
tiarum per auaritiam ſitientes, deuorabunt, & ipſos ꝑpetuo
abſorbebunt. Iob. 26. Ecce gigantes gemunt ſub aquis, & qui
habitant cum eis. Vel dic quod iſte fluuius eſt mundus, quem
fons infamis peccati facit eſſe amarum. In iſto ergo latent
hyppotami. i. demones, qui proculdubio milites & diuites, ſi
ne naui gratiæ indiſcrete per aquas bonorum temporalium
trāſnatare volentes ꝑ diuerſa tormēta deuorāt & abſorbēt.
Vel ēt in iſto latent hippotami. i. vſurarii, & raptores, q̄ mili-
tes Alexādri. i. Chr̄i ſeruitores deuorāt, & eos rapinis & exa
ctionib. moleſtāt. Hie. 51. Abſorbuit me quaſi draco, ipleuit
39 ventrē ſuū teneritudine mea.¶ Itē Solinus dicit ꝙ Boryſthe
nes fluuius eſt Veuriæ, q̄ eſt Scythiæ ꝓuincia, in quo ſunt pi-
ſces egregii ſaporis, qui nulla penitus hn̄t oſſa, ſed carthilagi
nes tenerrimas. Talis eſt fluuius religionis & deuotionis, cu
ius piſces. i. habitatores debent oſſib. i. duritia & obſtinatio-
ne carere, & cartilagines flexibiles. i. virtutum obedientiæ (q̄
hominem facit plicabilem) habere, & ita poterunt aliis boni
& lapidi apparere, ita quod talis poterit dicere. Eccl. 42. Spi-
ritus meus ſuper mel dulcis, & hæreditas mea ſuper mel &
fauū. Vel dic ꝙ talis per oīa fuit beata virgo. Vel dic ꝙ ille
fluuius eſt mundus vel proſperitas vel voluptas. Huius. n. pi-
ſces. i. homines, carent oſſibus cōſtantiæ & firmitatis, & ſunt
molles & flexibiles per inconſtantiam fragilitatis.¶ Item So
linus capitulo de Aphrica, dicit ꝙ in Aphrica propè ſyrtes
40 eſt Ciuitas Berenicæ, vbi eſt fluuius dictus Lethon ſeu Le-
the, qui (vt ait) ex infernorum creditur eructatione prorum
pere, & ſm̄ priſtinos vates potatorib. ſuis obliuionem infer
re. Talis fluuius poteſt dici tentatio, quam. ſ. ab infernali ſeu
diabolica eructatione prorumpere conſtat. Iſta eſt. n. quādo
fortis eſt. quæ obliuionem propriæ ſalutis inducit, & dei pa
radiſi, inferni, & etiam ſui memoriam abolet atq; tollit. Hie.
2. Populus autem meus oblitus eſt mei dieb. innumeris. Vel
dic ꝙ iſte fluuius eſt mundi proſperitas, quę potatores & poſ
ſeſſores ſuos obliuioſos facit: quia vt communiter tales ſūt
ingrati, & obliuiſcuntur benefactorum. Tales ſunt ſunt ſup-
bi, qui obliuiſcuntur ſuiipſius & defectuum propriorū. Ta-
les ſunt elati, & delectationib. capti, qui obliuiſcunt̄ dei &
ſuorum iudiciorum. Gen. 40. Succedentibus proſperis obli
tus eſt interpretis ſui. Vel dic quod iſte fluuius eſt mors, quæ
ab inferno idest à diabolo originaliter dr̄ prouenisse, iuxta
illud Sap. 3. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terra-
rum. Iſta eſt ergo quæ obliuionem ſuis guſtatoribus paſſiuè
tribuit, inquantum lapſu temporis memoriam eorum de-
ſtruit atq; tollit pſal. Obliuioni datus ſum tāquam mortuus
à corde.¶ Item Solinus dicit quod Hidaſpes eſt fluuius fluēs
currens per Perſidem tantæ dulcedinis & ſaporis, quod re-
ges perſici de eo potum ſumere ſoleant, & etiam qn̄ ad loca
peregrina pergunt, pro potu aquas ipſius ſecum ferāt. Hoc 41
idem dicit de Euleo flumine, qui a Media in arabiam trāſit.
Talis fluuius eſt ſacra Scriptura, iſta eſt. n. dulciſſima deuotè
contemplanti. pſalm. Quā dulcia faucib. meis eloquia tua.
Et iō reges Perſidis. i. viri religioſi & clerici (qui ſe & alios
bene debent regere, & deo ſeruiendo regnare, quia. ſ. ſe ruī-
re deo regnare eſt) non debent alios potus. i. alias ſcias quæ
rere, ſed in peregrinatione huius vitæ, iſta ſe reficere & foue
re. pſalm. Quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo vi
debimus lumen.¶ Item Solinus capitulo de india dicit quod
Ganges fluuius eſt orientis, cuius minor latitudo octo mi- 42
lia paſſum habet; maior vero latitudo ipſius viginti mi-
lia, profunditas vero ipſius tanta eſt quod in loco vbi eſt va
doſior, centum pedes habet profunditatis. De hoc vero di
cit Lucanus quod ſolus inter fluuios currit verſus orientē.
Sicut tamen dicit Oroſius, iſte fluuius quamuis maximus, à
Cyro tamen rege, pro eo quod vnum de militibus ſuis ſub-
merſerat, in 360. àlueos fuit diuiſus, & ſic eū vadoſum exer
citui ſuo fecit. Iſtā poſſunt applicari, qd̄ nihil ęſt hoī vel hu-
manæ rationi & induſtriæ impoſſibile, cum audiamus talem
& tm̄ fluuium tanquam profundum & altum, per humanam
induſtriam vadabilem factum eſſe. Vel per iſtum fluuium in
tellige diuites huius mundi, contra orientem. i. contra deū
currentes, & ſe ei vitijs opponentes. Iob. 15. Cucurrit aduer
ſus deum erecto collo. Quia vere dato, ꝙ ſint profundiſſimi
ſenſuum ſubtilitate, & latiſſimi diuitiarum & potentiæ diffu
ſa facultate, nihilominus Cyrus rex. i. Chriſtus, quando vult
ipſos per mortem diuidit & ſubuertit, & ad nihilum pertra-
hit & deducit. Magnus. n. fluuius fuit Alexander qui tn̄ diui
ſus eſt in partes, quia. ſ. de regno eius facta ſunt multa regna.
Matth. 12. Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur, &
domus ſupra domum cadet.¶ Phiſon ſeu Ganges eſt fluuius 43
de paradiſo veniens, & per terram Euilath. i. Indiæ defluens.
Et interpretatur phiſon caterua: quia ſecundum Iſidorū ca
teruam fluminum, ſ. decem flumina in ſe recipit. Interpretā
etiam oris mutatio: quia ſecundum diuerſas ſui partes mul-
tipliciter mutatur, & in colore, & in quantitate, & ſecūdum
Magiſtrum in hiſtoria, defert arenulas aureas, gemmas etiā
ꝓcioſas, & circa ſe herbas & arbores aromaticas nutrit. Sic
ſacra ſcriptura a paradiſo reuelationem prodijt, & decē flu
mina. i. decem præcepta in ſe recipit. Figura. 3. Reg. 7. vbi in
atrio ante templum erant decem lateres, vbi ſacerdotes &
ſacrificia lauabantur &c. Templum paradiſus eſt, atrium ſa-
cra ſcriptura, decem lateres ſunt decem præcepta, &c. Item
hic fluuius mutatur in calore: quia alibi clarus & planus, ali
bi obſcurus & incognitus alibi eſt turbidus. i. ſemiplenus: q̄a
pro certo ſcriptura quantum ad calorem ſuæ apparētiæ, mō
obſcura eſt, modo plana, modo mediocris. Figura. Ezec. 47.
vbi vidit fluuium primo vſq; ad talos, & ſecundo vſq; ad ge
nua, tertio quem nō potuit tranſuadare: quia. ſ. ſacra ſcriptu-
ra aliquando eſt facilis, aliquando profunda. Item mutatur
quo ad quantitatem: quia alibi paruus, alibi diffuſus. Sic ſcri
ptura in quibuſdam locis multum diffuſè, in alijs parce tra-
ctat: quia infirmis & rudib. & ſubtilibus ſe coaptat infra ad
Cor. 9. Factus ſum infirmis. Item mutatur in ſenſu: quia ali-
bi eſt ſacra ſcriptura frigida per comminationes, alibi calida
per promiſſiones gloriæ paradiſi. Item arenulas auri, & cæt.
quia fluuius ſacræ ſcripturæ defert aurum ſapientiæ, argen-
tum eloquentiæ, medicinam pniæ, & aromata gratiæ, & vir
tutum. In iſto fluuio continentur fæces pœnarum inferni, q̄
ſunt in fundo, flores gloriæ paradiſi, qui ſunt in ſummo, mun
di ētiā pericula, & ſpiritualis pocula diſciplinæ. Et iſte fluui⁹
ad mare tendit, quia ſacra ſcriptura ad ipſum deum qui eſt
origo ipſius, ordinatur. Eccl. 24. Factus eſt mihi trames abū
dans,

44 dans,& fluuius meus ap ppinquauit ad mare.¶Abana & Far
far fluuij sunt qui irrigant regionem Syriæ, & etiam herbis
& fructib. fæcūdant,& maxime Damascenam ciuitatem. Sy-
ria quæ interpretatur alta vel sublimis,arida vel humecta,si
gnificat mundum,qui aret per auaritiam,qui humectatur p
luxuria,& qui est sublimis per superbiam . In isto est ciuitas
Damasci,quæ interpretatur sanguinem bibens & mittens &
significat statum diuitum,qui in sanguine pauperum biben
do delectatur. Num.31.Occisorum sanguinem bibit. In ista
regione sunt isti duo fluuij,qui istam præterfluunt ciuitatem
Primus dr̃ farfas qui interpretatur talpa vel fodiēs vel dissi
pans,qui significat sciam legalem,s.causidicorum per quam
ad modum talpæ,terræ & hæreditates pauperum fodiuntur
& dissipantur. Alius dr̃ Abana,qui interpretatur pater gra-
tus,& sciam significat medicorū,q patres grati diuitū nūcu
pant,quia.s.plus in eis confidunt,quam in deo. Isti ergo duo
fluuij damascum irrigant & fęcūdāt, quia p istas duas scias
regitur in reb.& corporib. totus mundus,& fructib. t paliū
irrigantur diuitum regiones,quia hodie videmus q̃d diues
non vult audire scientiam,nisi aliquam istarum,vt inde fru-
ctum t palium recipiat & acquirat. Ideo Eze.13. Fluuij ma-
nabant in circuitu eius. Et tn̄ finaliter isti in mare inferni
descendunt. Et ideo tales figurantur. 4.Reg.5. vbi Naamā
venit de Syria ad Helisseum,vt sanaretur a lepra,qui præce-
pit ei q se in iordanis fluuio septies lauaret,q indignatus di-
xit. Nonne abana & farfar meliores sunt? Et volebat lauari
sed potius recedebat,& tn̄ nunquā sanatus fuit,quousq; bal
neatus extitit in iordane Naaman qui interpretatur decorus
vel pulcherrimus significat clericos nostros beneficiatos, q
totam curam adhibent in pulchritudine corporali. Hi sunt
principes exercitus regis Syriæ,quia tales in ecclesia quæ est
Christi exercitus,principantur. Hi tn̄ aliquotiens sunt lepro
si,& hoc quia per simoniam vt communiter in ecclesiam in
grediuntur,vel etiam quia lepra luxuriæ corrumpuntur. Hi
apparent coram Heliseo vt sanentur coram deo.i.in eccle-
sia.s.horas canonicas & officium faciendo,& beneficia ec-
clesia.s.horas canonicas & officium faciendo,& beneficia ec
clesiastica acquirendo,sed ille præcipit eis vt in flumine Ior
danis.i.in sacræ scripturæ studio balneentur,quia.s.Christus
vult vt ecclesiastici studeant in theologica disciplina. Sed pro
certo illi declinant,& non curant,imo dicūt q abana & far
far meliora sunt,quia hodie seculares scias sacræ scripturæ
pponunt,nec de ea curant,sed ad leges euolant audiendas.
Aspera.n.stulto via doctrinæ. Eccl.1. Sed tn̄ nunq̄ lepra pc̄ti
mundabit nisi Iordanis fluuio fuerint balneati. Ideo monet
Sapiens,Stulte sapientiæ fili mi. Et Prou. 18. Non recipit.n.
stultus verba doctrinæ,nisi ea dixeris quæ versant in corde
45 suo.¶Gozā est fluuius qui regionem Medorum irrigat,q ab
oriente in mare rubrū terminatur. Pręterea Chobar est alius
etiam fluuius qui Babiloniam irrigat,ab euphrate seu tigri
oriens secundum Hieronymum,circunscriptus vndiq; sali-
cibus & carectis. Babylonia vel Media significat mundū,q2
Babylonia idem est q confusio,Media idem est q adæqua-
tio,quia mundus confusione est adęquatus Gozan qui inter
pretatur nux,significat delicias,a quibus exprimitur oleum
vanæ laudis. Chobar qui interpretatur iuxta electum,signi-
ficat diuitias,quæ electæ reputantur a malis. Iuxta ista flumi
na sunt salices, & carecta , arbores.s. sine fructu , & floribus
hoc est dictu,homines mundani,qui vt communiter vel cir-
ca diuitias vel delicias commorantur. Hi fluuij figurati sunt
in scriptura,vbi dr̃ q Salmanasar & Nabuchodonosor capti
uauerunt filios Israel & eiecerunt eos de terra promissionis,
Salmanasar illos quos captiuauit,misit ligatos in regionem
Medorum super fluuium Gozan,sicut patet 4.Reg.18. Na-
buchodonosor autem illos quos cepit,super fluuium Cho-
bar posuit & ligauit. Salmanasar.n.rex medorum significat
luxuriam,quia Salmanasar interpretatur pacificans angustia
tos,quia.s.luxuria pacem promittit illis quos carnis stimul⁹
angustiat & affligit Nabuchodonosor qui interpretatur se-
dens in tristitia,significat auaritiam,quæ est in corde auaro-
rum,quod mirabiliter est sollicitum & triste. Quos ergo Sal
manasar.i.luxuria a terra promissionis.i.a statu gratiæ capti
uat,super fluuium gozam.i.super delicias alligat & exponit,
quia deliciosus semp cupit delicijs inhærere. Sed illos quos
Nabuchodonosor.i.auaritia a statu gratiæ relegat,super flu
uium Chobar.i.super diuitias situat pc̄t amorē. Et sicut (put
in scriptura dr̃) quandiu Israel fuit in terra babylonis,nunq̄
perfecte fuit lætus,& quousq; ad terram promissionis est re
uersus non est gauisus,(quod etiam Dauid figurans dicit in
psa. Super flumina babylonis illic sedimus & fleuimus,dum
recordaremur tui syon) sic quandiu hōmo sedet super flumi
na diuitiarum & deliciarum in babylone mundi huius nun-
quam perfecte potest gaudere quousq; ad terram promissio
nis.i.ad statum gratiæ iterum reuertatur,quia inquietum est
cor nostrum bone Iesu donec quiescat in te. Aug. Vel dic q
Nabuchodonosor est diabolus. Israel est humanum genus.
Babylon mundus. Terra promissionis paradisus,sicut supra.
¶Dorix est fluuius rapidissimus exiens de paradiso median-
te tigri vel euphrate,quorum brachium videtur esse sm̄ glo 46
sam Eccl.34. Et est fluuius gignens lapides præcinsos, qui et
aromatica lingua nutrit,& ex eodem fonte quo tigris vel eu
phrates oritur & emanat. Sic Christus est fluuius rapidus &
fortissimus,& circa malos impetuosissimus. Figura Danie.7.
vbi de sede antiqui dierum.i.dei patris egrediebatur fluuius
igneus rapidusq;. Et iste igitur de paradiso oritur,quando p
incarnationem ad mundi spatia dest.natur,sed tamen mediā
tib.tigride & euphrate,qui sunt duo fluuii maximi quorum
creditur membrum esse.i.mediante patre & spiritussancto,
quorum membrum Christus est,quia diuina persona est, &
eius per omnia coęqualis. Ideo ex eodem fonte oritur,quia
ex eadem essentia & cum patre & spiritu sancto filius deriua
tur. Eccl.24. Ego sicut fluuius dorix exiui de paradiso &c. Et
Ezechiel.21. De terra vna egrediuntur ambo. Et in isto flu-
uio sunt lapides præciosi.i.gratiæ & virtutes,quia omnis la-
pis præciosus operimentum eius est. Ezec.28. Et circa ipsum
lingua aromatica.i.sancti sunt lapides præciosi .i. gratiæ &
virtutes,quia omnis lapis præciosus operimentum eius est.
Eze.28. Et circa ipsum lingua aromatica.i.sancti sunt & san
ctæ,qui in hoc mundo virtutum aromata profuderunt,qui.
s.circa Christū per fidem charitatem & dilectionem habita
uerunt. Figura Eze. vbi dr̃ q de sanctuario egrediebatur flu
uius qui intrabat mare,& sanabat aquas, & circa ipsum ab
vtraq; parte erat lignum fructiferū & decorū,cuius fructus
erat in cibū & folia ad sanitatē,& i isto fluuio erāt pisces mul
ti & latis. Sanctuariū est paradisus,fluuius Christus,vna ripa
diuinitas,lingua ei⁹ angeli,altera ripa humanitas,lingua ei⁹
sunt sancti,mare est mundus,pisces vero Christi exēpla ope
ra,documenta,fructus arborū sunt sanctorū virtutes & ope
ra,folia eorum verba,quia proculdubio ex vtraq; ripa Chri
sti de paradisi sanctuario venientis Angeli & sancti p fidem
habitant,& angeli ripā diuinitatis,sancti vero ripam huma
nitatis per deuotionē frequentant,qui proculdubio fructus
& folia.i.opera & verba alijs sana & vtilia portant. Apo.22.
Erant fructus eius in cibū,& folia ad sanitatē. Vel si vis po-
ne figuram de fonte qui ascendebat de terra Genesi.2. Ideo
Ioh.3. Fons de domo domini egredietur &c.

### De Iordane. Cap. 4.

IOrdanis est fluuius a libano monte oriens secundū Hie- 1
ronymum a duobus fontibus,quorum vnus ior,alius dā
dicitur. Et hic fluuius iuxta ciuitatem Hierico in mare
mortuū terminat,q ipsum fluuiū absorbet penitus & cō
sumit. Et hic fluuius tempore messis triticeæ solet plus solito
abundare sm̄ glosam Iosu.3. Et etiam illud forte accidit ex
imbrium inundatione,& ex nimium resolutione. Iste fluuius
iudæorum & gentilium regionem.s.arabiam & iudæam dr̃
separare. Et de isto legitur quod coram filijs Israel de Aegy
pto & de deserto venientib. se aperuit,& ad ingressum terrę
promissionis aditum eis dedit,& ad arcæ & populi præsen-
tiam se diuisit. In isto fluuio Naamam syrus a lepra fuit sana
tus quando ibi septies est intinctus,sicut dr̃ 4.Reg.5. Iste flu
uius testimonium sanctitatis Helię & Helisei phibuit,dū ad
tactum pallij Heliæ ante eos se diuisit 4. Reg. 2. Iste fluuius
ferrum quod in fundo aquæ erat ligno mediante subleuauit
prophetæ quod perdiderat restaurauit 4.Reg. 6. Præterea
iste fluuius ex tactu carnis Christi,vim regeneratiuam acqui
siuit. Itē in isto fluuio Ioanne baptizante Christū, cęli aper-
ti sunt & spiritussanctus ibidem reuelatus,sicut dr̃ Matth.&
Luc.3. Talis fluuius est pœnitentia,quia originaliter a mōte
libani.i.a paradiso oritur mediantibus duobus fontibus.s.
fonte cōtritionis ex parte pęnitentis,& mediante fonte mi
sericordiæ & compassiōis ex parte remittentis,quia quan-
do mi-

do misericordia & veritas obuiāt sibi.s.misericordia ex par
te diuinę remissionis,& veritas ex parte humanę cōfessionis
tunc iustitia & pax osculantur se,quia.s.hō per pniam iustifi-
catus paci restituitur angelorum.Esa.27.pacem faciet mihi
& 48.Facta fuisset velut fluuius pax tua.Ideo dr̄ Can.4.Quæ
fluunt impetu de libano.ideo iordanis interpretatur riuus iu
dicij,quia in isto riuo debet seipsum hō iudicare taxando in
pergameno rōnis qualem pœnam meruerit pro peccatis &
se s̄m debitam exigentiam puniendo.1.ad Corin.11.Si nos
metipsos diiudicaremus,non vtique diiudicaremur.Præte-
rea iste fluuius iuxta Hierico in mari terminat̄, quia pnia qñ
est iuxta Hierico,quæ luna interpretatur.i iuxta mundi ne-
gotia exposita,a mari mortuo.i.a delicijs & a peccatis absor
betur,quia difficile est hominem esse pęnitentem, qui in mū
di ludibriis pleuerat.Apo.12.Aperta est terra, & absorbuit
fluuium psal.Iordanis conuersus est retrorsum. Præterea iste
fluuius tempore messis triticeæ abundat , quia ꝓ certo qñ
verum granum frumenti.i.corpus Christi debemus in hor-
reis nostrorum cordium suscipere,maxime pascatis tempo-
re,tunc in nobis fluuius pniæ abundat Iosuæ.3. Iordanis ri-
pas aluei sui tpe messis impleuerat.Et causa debet esse niuiū
resolutio.i.pctōrum memoria & compunctio,& imbriū in-
fusio.i.beneficiorum dei recogitatio.Hier.2.Vide vias tuas
in conualle,scito quid feceris.Præterea istum fluuium tran
sijt Iudas,& vicit Tim.1.Mac.5.quia cōfitēs dum se in aquis
pniæ balneat,diabolum iugulat,& de ipso triumphat.Item
iste fideles iudeos.i.cōfitētes & pęnitentes & bonos ab infi-
delib.diuidit.s.ab impęnitentib.atq; duris.vel fidelis & infi
delis per pniam distinguuntur,quia.s.fidelib.pnia ad salutē
datur,infidelib.vero in secta sua nulla salutaris pnia concedi
tur,& sic per consequens per iordanem pniæ fideles ab infi-
delib.diuiduntur.Iob.28.Lapidem caliginis & vmbrā mor
tis diuidet torrens a populo peregrinante. Iste coram filijs
Israel se aperuit,quia ad hoc quod homo qui in Aegypto.i.
in obscuritate peccati manet,vel etiā in deserto infidelitatis,
ad terram promissionis paradisi.i.ad statum gratiæ trāseat,
necesse est quod per iordanem pniæ se exponat.Iosuæ.1.Sur
ge & transi iordanem illum te.&c.Deuter.4.Iordanem vos
trāsibitis,& possidebitis terram egregiam.In isto fluuio Na
aman mundabitur,quia peccator qui est commotio eorum
s.demonū per pniam expiatur,dum ibi septies.i.cum execu
tione septem operum misericordiæ balneatur. Vade lauare
septies in iordane.4.Reg.5.In isto fluuio ferrum enatat,quia
pctōr qui ad modū ferri est frigidus per indeuotionem, du-
rus per incōpassionē ponderosus per obstinationem de pro
fundo vitiorum ad libertatem gratiæ leuat̄,dum in hoc flu
uio abstergetur & lauatur,mediante illo ligno( Benedictū.n.
est lignū per quod fit iustitia.Sap.14.)crucis & passionis Ie-
su Christi suffragante.Iste fluuius ex tactu carnis Christi vim
habet regeneratiuam,quia eo ꝙ Christus fluuio pniæ & pę
nalitatis se balneauit,pniæ efficaciam & virtutem in remis-
sionem peccatorum donauit.Act.2.Pœnitentiam agite, &
baptizetur vnusquisq;.In isto etiam fluuio Ioanni cęlum pa
tefit,quia illis qui in fluuio pniæ lauantur,mysteria cælestia
reuelantur,& spiritussancti gratia inspiratur.Ideo Eccl.1.Fi-
li concupiscens sapientiam sta in iustitia,& deus dabit ti-
bi illam.Ideo dicere possumus illud Iosuæ. 1. Parate vobis
cibaria,& post diem tertium transibitis iordanem.q.d.infra
tres dies,qui.s.sunt contritio confessio,& satisfactio, Iorda-
nis pnię debet transiri vt sibi gratiæ eucharistiæ & gloriæ de
bitē valeāt præparari.Vel si vis dic quod iordanis est baptis
mus , quia contactu Christi carnis habet virtutem, quæ.s.
est fidelium & infidelium distinctiua.lepra pcti sanatiua ad
a terram promissionis paradisi perductiua, spiritussancti pro
curatiua,& cæli aperitiua . ¶ Iordanis fluuius iudeæ magis
abundat solito tpe messis triticeæ, sed circa Hierico deficit
& in mare mortuum absorbetur.Sic iustus qui est fluuius iu
deæ cōfitentis.i.ecclesiæ,debet in messe & ꝓsperitate & abū
dantia,bonis operib.abundare,& per gratiarum actionē me
rita cumulare.psal.Confitebitur tibi cū benefeceris ei . Sed
quādo procedit circa Hierico,quæ luna interpretatur.i.iux
ta mobilitatem mūdi per desideria & affectus,tūc sępe a ma
ri.i a diabolo q est amarus & mortuus & per pctm̄ totaliter
absorbetur.Iob.40.Absorbebit fluuiū & non mirabit̄,& ha-
bet fiduciā ꝙ influat iordanis in os eius.¶ Iordanis est fluui⁹
3 a libano oriens qui a duob.fontib.ortum sumit,quorum no
mina sunt ior & dan.Et tpe messis triticeæ abundat & veniē
tib.de Aegypto & deserto ad terrā promissionis, ipsum ne-
cesse est transmeare.Mons libani qui candor interpretatur,
est paradisus,vbi est candor lucis æternæ,speculum sine ma
cula Sap.6.Ab isto iordanis oritur , qui a Christi diuinitate
& paradiso.i.ab æterna dei dispositiōe baptismus hominib.
deriuatur.Fons hortorum &c.Cant.4.Iste a duobus fonti-
bus oritur,qui a Christi diuinitate & humanitate accipit ef-
ficaciam & vigorem.ad.Rom.6.Quotquot baptizati sumus.
Vnus de istis fontib.dicitur &c.Ior, qui interpretatur riuus
vel fluuius,hoc est persona diuina,quę sicut fluuius dorix exi
uit de paradiso Eccl.24.Alius dicitur dan,qui interpretatur
iudicium.Hic est Christi humanitas,quæ in iudicium venit
in mundum,vt videntes non videant,& audientes non intel
ligant.Io.9.Ipse.n.fluuius est violentes,quē spiritus domini
cogit.Esa.59.Et ab istis duob.fontib.oritur iordanis.i. fluui⁹
baptismalis.Iste tempore messis abundat,quia qñ venit ple-
nitudo temporis,qñ.s.tempus æstatis gratiæ cepit in mundi
machina celebrari,quando messis triticea,scilicet ipse Chri
stus,qui est granum frumenti cadens in terram:(Io. 12.)qui
est messis multa,licet operarij sui pauci(Matth.10. )quando
dico messis ista salce crudelis passionis de campo huius mū
di fuit collecta,& in horreum paradisi recondita,tunc dico
cepit fluuius baptismi desertum infidelitatis vndique irriga
re.Et sic fluuius suo euentu quasdam arbores de solo eradi-
cat,& alias per terræ adiunctionem fortificat atq; plantat,&
insulas ex arenarum cumulis aggregat,& componit, sic flu-
uius baptismalis iudæos de solo fidelitatis auulsit , & paga-
nos in fide statuit & plantauit.Hier.1.Vt euellas & destruas
& ædifices & planes Iob 22.Fluuius subuertit ipsorum fun
damenta.i.iudæorum.Et ex arenarum collectione.i.ex diuer
sarum gentium tribuum & linguarum collectione, insulam
ecclesiæ fabricauit,q̄ licet in primo parua fuerit,tñ median-
te isto fluuio creuit in vineam latiorem.Ezechiel.17. Super
aquas multas plantata est in terra bona,vt faciat fructum,&
sit in vineam grandem,

## De Nilo. Cap. 1.

Nilus est fluuius qui Aegyptū & Aethiopiā circūfluit,q 2
in tā remotis partib.oritur,ꝙ ortus eius quasi ignora
tur,vt dicit Solinus.c.de Aegypto. Iste est Nilus quē
Sen.li.4.de naturalib.qō.sup oēs mūdi fluuios extol-
lit,dicens sic.Hunc nobilissimum amnem natura extollit,an
te humani generis oculos.Igitur in hoc conueniunt tam Se
neca quam Solinus ꝙ iste fluuius vltra æthiopiam oritur,&
per immensa terrarum & arenarum spatia ad æthiopiam &
annos vt dicit experimētator, q caudis amputatis aliquos del-
phinos in mari dimisit, q post totidē tēpora ibidē sunt inuē
ti. Plinius tñ vbi supra, & ēt Solinus dicūt solūmō de trigin
ta,qđ ēt magis credo. Charissimi numerus denarius in scri-
ptura significat decalogi cōplemētū. Decē ergo mēses sunt
decē mandatorū inchoatio,q p certo necessaria ē ad hoc vt
plē bōorū operū generemus. Decē vero anni sunt decē ma-
datorū adimpletio,q p certo necessaria est ad hoc, q ad pfe-
ctū crementū virtutū spūaliū attingamus. Leu.27. Quicquid
decimū venerit,sanctificabit. Si igit ad tale cōplementū pue
nerimus,tandē diutissimè p gratiā, & finaliter p gloriā pse-
uerabim',& viuemus. Sap.3. Iusti aūt in perpetuū viuēt. Igit
cito p merita debemus crescere,vt ad tale cōplementū,pos
simus ppere peruenire. Gen.2. Creuit puer,& ablactatus est
&c. ¶ Delphini paruuli vadūt p mare, sicut greges,& habēt,
duos custodes antiquos, & mutuo sese diligunt miro mō,vt
dicit Aris. Plinius vero vbi supra dicit, q paruos sem p aliqs
grādior comitat vt custos. Sic verè charissimi nos, q sum' in
mari huius mūdi,in grege religiosis vel ecclesiæ constituti,
debemus antiquos delphinos.i. prudētes & circūspectos cu-
stodes,& prælatos habere,qui nos possint præcedere, & fo-
uere,& ad salutem aiæ gubernare,qui ēt duo simul debēt es-
se,& non soli,per copulam vnitatis,quia sicut dicitur Eccle.
4. Melius est esse duo quē vnū. Nos vero debemus alter alte
rū diligere per vinculū charitatis. Io.13. Hoc ēst præceptum
meum,vt diligatis inuicem. ¶ Scđm Solinum delphini flante 8
aquilone celerius audiūt,flāte vero austro auditus obstruun
tur eorū. Sic vere charissimi,qñ erga nos flat frigidus ventus
aquilo tribulationis tunc mandata dei & prælatorū & pdica
torū melius audimus,& promptius in omnib. obedimus, si
vero auster mollis prosperitatis flauerit, tūc auditus obediē
tiæ obscuratus erit. qa dū psperitate gaudemus mandata dei
vilipēdimus,nō audimus. Hier.22. Locutus sum tibi in abun
dantia tua dixisti,nō audiā. ¶ Delphinus fm Arist. valde di-
ligit filios suos,& longo tpe pascit eos. Istud tñ intelligo de
matrib. quia patres filios deuorant,cū nascunt, sicut superi'
iam dictum est. Tales ergo debēt esse boni prælati, qui filios
& subditos dñt diligere,& ipsos tā tpaliter quam spūaliter rege
re,circunducere,& nutrire. 4. Reg.3. Mesa rex Moab nutrie
bat pecora multa. ¶ Sicut dicūt tā Pli. quā Soli. delphini quē
dam habent benignitatis affectū,quo hoies vnt diligere, &
maximè illos quos pueros gratos & innocentes sibi applau-
dentes potuerint inuenire,& inde est q Sol.li. de mirabilib.
c. de Hellesponto,& Pli.li.9.ca.8. dicit q sub Augusto princi
pe in cāpania puer quidā fragmentis panis delphinum quē-
dam qui in lacū luchrinum a casu intrauerat,illexit, deinde
manib. eius se palpandū præbuit. Puer vero tādem audax ef
fectus dorso delphini insiliens,ab eo vectatus fuit,ita q ali-
quādo a baiano littore vsq; ad puteolos ab eo portabat. Del
phinusq; quantuncunq; esset occultus,quocunq; diei tpe in
clamatus ad vocē pueri leuabatur. Quod tandiu factum est,
quod apud eos miraculum esse desijt. Mortuo autem puero
cū ad solitam equitationem delphinus ipsum reuerti non vi
deret,in oculis vulgi publicè interijt,quod præ desiderio &
amore nullus accidisse(vt dicit idē Pli.)dubitauit. Hoc idē
ēt narrat senator Fabianus. Narrat etiam idem Solinus qđ
apud Hipponem vrbem Aphricæ, in qua.s. fuit episcopus
beatus Augustinus,ab Hipponensib. delphinus pastus tractā
dū & equitandum sæpe se præbuit. Flabianus vero procon-
sul Aphricæ cum eum deliniisset vnguentis,odoris nouitate
sopitus,super fluctus velut mortuus iactabatur, qui tandem
euigilans

euigilans, a solita mansuetudine longo tpe abstinuit. Histo-
ria Persarũ habet quõ apud Iasum vrbẽ Babiloniæ puerum
delphinus adamauit, quẽ post colludia recedentẽ impatien-
tius sequẽs arenis inuectus hesit. Circa eãdẽ vrbẽ ẽt eũ puer,
delphino vectatus, in vndosis fluctibus necaretur, ipsum del
phinus ad terram reuexit, & vt (ac si confiteret reatum suũ)
dolens de puero pp se mortuo, seipsum morte mulctauit, &
ad mare amplius redire noluit, sed iusta mortuũ præ dolo-
re decessit. His ergo exemplis põt induci humana conditio,
ad naturam humanam amandam, & ad fidelitatem, & amici
tiã eidem cõseruandũ, & potissime qñ videmus personas es-
se beneficas, & pueros. i. puras innocentes & mũdas. Ad tria
ergo possunt exempla prædicta adduci, videlicet q humana
natura, & hõ inquantum homo, à quolibet debet diligi, quẽ
videt etiam à beluis adamari. Qđ est contra crudeles, q cõ-
tra humanam naturam debacchantur, & pro nihilo habent
si occiderint hoiem, imo in hoc multotiens gloriant. De qui
bus Eccl. 28. Hõ hui reseruat iram, & a deo quærit medelã.
In hoiem similem sui non habet misericordiam, & pro pec-
catis deprecatur. Talem ergo rationem. s. q ratione humani
tatis hoi sit parcẽdum, allegat Pilatus iudæis de Christo, cũ
dicebat. Ecce hõ. Item istud põt allegari contra ingratos, q a
. s. ista aialia rõne pastus, & beneficij suscepit feritatem depo
nunt, & hoi seruitium quod possunt faciũt, & eidem applau
dere volunt. Qđ tñ nõ faciunt ingrati, qui illos à qbus bene
ficia receperunt, perpetuo nollent videre, quia ſm Senecam
epistola 81. Ingratus quia reputat turpe esse non reddere, nõ
vult esse cui reddat. Põt ẽt allegari de bonis amicis, qui ami-
cos suos libenter vident, & cum eis lætantur, solantur &
gaudent, & si in mare tribulationũ ipsos intrare contingat,
eos portant, sustinent atq; fouent, & ẽt pro posse liberãt atq;
saluãt. Qđ si mors vel infortuniũ eis accidat, & maximè pp
eos, cum eisdem mentaliter commoriunt, cõpatiuntur & do
lent. ad Ro. 12. Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flẽti-
bus. Vel põt vltimũ exemplũ exponi de Christo q cũ a prin-
cipio cum puero. Adam amicitiam cõtraxisset, & eum fluctĩ
bus tentationum diaboli peremptum vidisset, ipsum de ma-
nu inferni eripuit, & in littore iudeæ pro eo mortuus fuit, &
sic mortẽ alterius morte propria puniuit, dicens illud Eccl.
22. Amicum salutare non confundar, & a facie illius non me
abscõdam, & si mala mihi euenerint pp illum, sustinebo. Vel
põt dici, q iste est Deus, q pueros. i. innocentes amat, & qua-
cunq; hora ab eis per orationẽ inclamatur, ipsos exaudit p-
tinus atq; iuuat. ps. In quacunq; die inuocauero te, velociter
exaudi me. Vel dic, q puer est Christus, quem nulla belua
. i. nullus peccator debet expauescere, sed diligere, & ei in p-
sona pauperum pastum dare, & mortem quam pro nobis su
stinuit, compatiendo deflere, & quia ipsum tempestate iudai
cæ prauitatis videmus mortuum debemus cum eo mori spi
ritualiter, & dolere, dicendo illud Gen. 37. Puer nõ cõparet
& ego quo ibo? ¶ Delphini soli inter pisces mãmas habent, &
lac, quo fœtus suos lactant, & nutriunt, dum sunt parui. Vn-
de ẽt dicit Pli. li. 9. c. 8. q delphini paruulos suos diu comitan
tur, magna erga partũ charitate. Solinus vero ait, q vberib.
fœtus alunt, tenerosq; in faucibus recipiunt, inualidosq; ali-
quandiu prosequũtur. Sic prælati, & pdicatores fœtus suos
. i. subditos, & auditores lacte doctrinæ, & tẽporalis subuen-
tionis debent enutrire. Duplex aũt mãma prælati est, tẽpora
lis subuentio sinistra, eruditio spũalis dextra, vel dextra, mĩa
sinistra iustitia. Prædicatores ẽt debẽt habere duas mãmas,
dextrã quãtum ad nouũ testam, sinistram q̃tum ad antiquũ
testamẽtum. His igitur mamillis debent lactare subditos, &
egenos, & erga eos oñdere affect᷒ beniuolos, & paternos, &
maximè circa pauperes iuuenes, impotentes, & egenos, quia
. s. tales debent charitatiuè psequi, & eos confortari, & defen-
dere, & pro viribus auxiliari. Vnde 1. ad Thess. 5. Suscipite in
firmos &c. & 1. ad Cor. 3. Tanquã paruulis in Christo lac de
13 di vobis. ¶ Delphini simones à græcis dicuntur. quia simon
interpretatur audiens, eo q audita symphonia in mari insi-
mul congregantur, & ad sonum melodiæ venientes, ibi mi-
rabiliter delectantur. Vñ ẽt Pli. lib. 9. ca. 8 ait q oẽs miro mõ
nomẽ simonis diligunt, & ita ẽt appellari malunt, & musicè
cantũ volunt. Sic verè statim, q plectrum linguæ tangit sym
phonia pdicatorũ, & ex ipso sonat sonus melodiæ verbi dei,
simones. i. audientes debent insimul cõgregari pro hmõi me
lodia audienda. Et sicut ſm Philosophũ, Isid. & Soli. delphi-
ni proprio simonis vocati vocabulo, istud sibi vendicãt, quo
audito hoiem sequunt, sic iusti vocati ad pdicationẽ vel con
uersionẽ vel alicuius operis boni executionẽ, statim debent
intelligere, & audire, & obediendo sequi, & operi demanda
re Baruch. 5. Vocati sunt, & dixerunt, adsumus. Et sicut qsq;
pp hmõi congregationẽ simones capiuntur, sic p pdicato-
rẽ auditores in rete diuinæ gratiæ inuoluunt, & sic a mari. i.
peccatorũ amaritudine extrahuntur. Figura Iudic. 2. vbi ap
paruit Angelus dñi in galgalis, & cõgregati sunt ad eũ de i-
lis partibus, & improperauit eis defectus suos, & fleuerunt
&c. Sic in aduentu Angeli. i. prædicatoris, hoies ad lachry-
mas commouentur. A voce Angeli fugerunt populi. Esa. 33. 14
¶ Delphinis ſm Soli. & Plin. in mari nihil est velocius, qa sa-
liendo nautes transuolãt, quorũ ludus signũ est, & præsagiũ,
tẽpestatis, vnde ẽt Pli. 9 c. 8. ait q velocissimũ oĩum aĩalium
nõ solũ marinorũ est delphinus, est. n. ocyor volucre, acrior
telo, & nisi eos occultum ac pene in ventres haberet, celeri-
tatẽ eius nullus piscium euaderet. Solin᷒ ẽt dicit, & ante oĩa
nihil velocius habent maria. Sic multi sunt veloces per incõ-
stãtiam, & naues. i. religionẽ, & statũ ecclesiæ, de vno ad aliũ
transeundo, transuolant & transnatant, quorũ ludus, & pro-
speritas, & gaudiũ signum est futuræ tempestates, quæ eis fi-
naliter reseruatur. Nos igitur ludus, & prosperitatis istorũ
videntes, naues aĩæ cautius gubernem᷒, & a periculo timea-
mus. Hi. n. solent lætari contra malum suum. Iõ prouerb. 18.
Antequã conteratur exaltat cor hoĩs, & antequã es aliẽ hu-
miliatur Vel dic de illis quorum affectus, & appetitus ẽ val
de velox ad mala opera facienda. Vnde pro certo si ita pos-
sent malum facere sicut vellẽt, nulli essent, qui eorũ malitiã
pcauerent, sed qa non possunt ita capere, sicut currere, ideo
nõ solent pro libito alios offendere vel nocere. Quod potis-
sime patet de istis officialibus, & balliuis, q ad oĩa mala sunt
veloces. ps. veloces pedes eorũ ad effundendum sanguinem.
¶ Delphinus ſm Iorath in mari hoiem mortuum reperiens, 15
statim sentit vtrũ de delphino comedit dum viuebat, quod
si fecerit, ipsum comedit, & ab aliis piscibus deuorari pmit-
tit, sed si nõ comedit ipsum ad litus pellit, & defendit a mor
sibus aliorum. Sic qñ Christus in mari huius mundi hoiem
mortuum per pctm̃, vel ad litterã mortuũ post hanc vita re-
perit, statim sentit si aliquos delphinos sibi similes i. paupe-
res, & ignorantes, qui sunt de eadem specie cũ ipso (quia ip-
se in mundo voluit pauper esse) comederit, & deuorauerit p
vsuras, & rapinas, quod si fecerit tunc ipsum primo impetit,
& deuorat, & per condẽnationẽ æternam ab aliis piscibus. s.
demonibus deuorari permittit in mari inferni. Hier. 30. Præ
datores tuos dabo in prædam. Sed si pauperes non comedit,
imo ipsos per elemosynas sollicitauerit, tunc verus delphinus
Christus ipsum a morsibus demonũ liberat, & ad litus para
disi ipsum deducit, qa beati misericordes, qñ ipsi misericor
diã consequent. Matt. 5. Et ẽt expone, q Deus videns hoiem,
in peccato, si tñ sit naturaliter pius erga pauperes, ipsum ad
litus pœnitentiæ finaliter reducit. Si aũt econuerso impius
sit ipsum a vitiis deuorari permittit. Prædatores tuos dabo
in prædam. Hier. 30. Vel id põt exponi de bonis prælatis, &
iudicibus, qui qñ aliquis cadit in mari. i. in manibus eorum
. s. aliquid committendo, si aliis consueuit parcere, debent ei
subuenire, sin autem, iuxta illud Iac. 2. Iudicium sine mĩa fiet
ei qui nõ fecerit mĩam. ¶ Delphinis i mari nihil velocius, qa
plurimi saliendo naues trãsuolãt. Dicuntur ẽt ſm Soli. nõ so 15
lum velocius volucri, imo ẽt citius volare telo. Habent. n. in
dorso aculeatas pinnas, quibus iuuantur ad saltandum. Vn-
de ẽt Pli. li. 9. c. 8. ait q qñ pro respirando sursum promouent
ita subito prosiliunt, q vela nauium transuolant, & transcen
dunt. Et habẽt dorsa serrata, quibus mollitiẽ ventrũ secãtes
interimunt crocodilos. Sic iusti propter velocitatem bono-
rum operũ naues mercimonia cõtinentes. i. mundi status, &
officia diuitiis onerata trãsiliunt, & transuolant per cotem-
ptum, & ad cœlum se eleuant per affectum. Esa. 40. Qui sunt
isti, qui vt nubes volant? Et isti ẽt habent dorsa. i. verba serra
ta. i. acuta & pungitiua, vt crocodilos. i. molles, & delitiosos
corrigant, & reprehẽdãt, quia qui delinquunt legem &c. De
delphinis nota quomodo ſm aliquos sunt milites, qui in ma
ri habent habitationem suam sibi a natura cõcessam, & quo
modo (vt videtur) quãdo de palatiis suis subterraneis in ma
re intrant, tunc in pisces se transformant. Vide infra libro
13. in prologo de mirabilibus mundi, vbi exempla inuenies,

ed nescio si sunt vera. Vnũ tñ scio q multa sunt secreta rerũ quæ ignoramus, & multæ possunt esse rerũ generationes occultę, quæ nobis penitus sũt ignotę. Vnde sapiens postquã de mirabilibus dei dixisset Ecc.43. de mari dicit sic. Illic pclara & mirabilia opera, varia genera bestiarũ & omniũ pecorũ, & creatura beluarũ. Sequitur. Benedicentes dñm, exaltate illum quãtũ potestis, maior est.n. oñi laude. & post. Multa abscõdita sũt maiora, his pauca.n. vidim⁹ operũ eius. Sed quia illa quæ in dicto prologo recito non moralizo, dic si vis q tales milites vident nostri moderni, nobiles, quia reuera in palatijs suis sub aquis deliciarũ ipsis, vidẽt milites esse, inquãtum.s. ipsi de factis militaribus solent loqui, & de virtutibus, & fortitudine disputare, & de mirabilib⁹ sese iactare Ioh.3. Infirmus dicat, quia ego fortis sum. Sed vere in mari pisces fiunt, quia qñ ad mare.i. ad fluctus, & amaritudinem laborũ venitur, tunc verè pisces.i. fluxibiles, deliciosi, timorosi & debiles inueniuntur, inquantum nullũ actum militiæ exequuntur. Hier.9. Erunt Aegyptij sicut mulieres.

## *De Dracone. Cap. 32.*

DRaco maris sm Isidorũ ẽ aial marinũ, & crudele, instar, draconis terrestris in lõgitudine protensum, sed
1 alis caret, & loco alarũ pinnulas habet. & sicut dr̃ in libro de natura rerũ, illud aial valde habet modicũ caput respectu magnitudinis corporis, hiatum vero oris habet valde magnum, & cutem durissimam, trãscurrit magna marium spatia vno impetu. Morsus eius ẽ tã hoĩbus, q̃ piscibus venenosus. Tales videntur hoĩe esse multi peccatores, qa.s. ipsi sunt crudeles per aliorum iniustam inuasionẽ, longæ caudę per longæ vitæ æstimationem, doræ cutis per malę consuetudinis obstinationem, nullarum alarum per nullã cęlestium affectionem, & cõtemplationem, quia procul dubio nunquam volant sursum cęlestia contẽplando, quinimo per mare huius mundi impetuosè currũt, terrena negotia in superbia gubernando. Dan.8. Euulsæ sunt alæ eius, & sublata est de terra. Quid plura? pro certo isti habẽt magnum corp⁹, & magnum os, & paruum caput, quia pro certo tale caput, vbi vigent sensus.i. rationem, & sapiẽtiam habent paucã, corpus vero, & os.i. carnalitatem, gulam & prudentiam bestialem habent magnã, quia.s. isti multum habent de corpore, parum de capite, multum de carne, parum de spiritu, multum de conditione carnali, parũ de perfectione morali. Abundãt .n. in superfluis, & deficiũt ĩ necessarijs, & sic figurari possunt ĩ Holoferne mortuo, q habebat corp⁹, q carebat capite. Vñ Iudith.13. Ecce Holofernes iacet in terra, & caput eius non est in eo. Et iõ breuiter hoĩes, & pisces.i. bonos & malos solent rapinis, exactionib⁹, iniurijs, detractionibus, & falsis accusationibus mordere, & veneno suæ malitiæ inficere, & nocere, ita q breuiter talibus põt dici illud Ezec.32 Leoni gẽtium assimilatus es, & draconi qui est in mari. ¶ Secundum
2 Pliniũ, draco maris in arenam deductus, mira celeritate cauernam sibi parat. Sic pro certo sunt multi officiales, & alii q positi in littore.i. aliquo statu, officio vel gradu, si arenas diuitiarum habeant tangere, & ministrare, mira celeritate cauernas, & hospitia, domos & palatia sibi fabricant, & valde cito ad magnũ statũ properant, & modico tpe magna parãt. Istud patet de vsurariis, & balliuis, q in duobus anois vel tribus fiũt diuites, & potentes, & merito, quia sicut dr̃ Ioannis. 4. Alii laborauerunt, & vos ipsi in labores eorum introistis.

## *De Echino seu echeneide. Cap. 33.*

EChinus alio noĩe sm Pli. dr̃ echeneis. Est ergo Echi-
1 nus sm Isid. & li. de natura rerum piscis paruus, quasi semipedalis, qui habet spinas pro pedibus, sicut Cancer. Alas vero habet sub ventre, quæ pedibus assimilãtur, & in ore loco dentiũ habet aculeos valde fortes. Hic ergo piscis mirabilis est virtutis. Nam vbi alicui parti alicuius quantuncunq; magnæ nauis adheret, ipsam à cursu velut anchora stare facit, ita vt nec impulsu modico moueat. Quod intantum est mirabile vt incredibile videretur, nisi omnium magnorum auctorum in hoc sententia cõueniret, sed in hoc conueniunt Ambrosius, Basilius & Isidorus, Arist. & Pli. Plinius autem addit exempla de naui Antonii prætoris. qui cũ vellet circuire suos, & exhortari, subito nauis ipsius est retẽta. De naui etiam Caii principis dicit idem, q attestata ea inuentus est in gubernando piscis paruus, magnæ limaci similis, qui hmõi retinentiæ causa erat. Isti tñ exempla non ponit Pli. li.9.c.25. vbi agit de echeneide, sed ibi ponit bene de [illegible] aue portãte Periandum vt castrarentur nobiles pueri. sed [illegible] ponit li.32.c.1. vbi diffuse tractat de mirabilib⁹ huius pisc[illegible] dicens. Caium indignatum fuisse, q piscis semipedalis sola adherentia nauẽ retenuisset, quadringẽtorum remigum [illegible] sequio contra se renitente. Sicut aũt dicit Pli. vbi supra, [illegible] mulis potentiæ videntur esse apud quidã venerẽ conchę. Hunc vero piscem quidã ex latinis Remoram appellauerunt. Charissimi per istum piscem potest intelligi amor Dei vel et ipse Christus. ipsi.n. ad retinendum nauem aiæ, ne tentationũ vel tribulationum fluctibus moueatur, eximiæ sunt virtutis. Cuicunq;.n. per grãm adhæserit iste pisces, sibi.s. fauendo, & pium auxilium exhibendo impossibile est, q fluctibus tribulationis tentationis pulsetur, vel q à firmitate boni ppositi, tutæ perseuerãntiæ cõputetur. Si.n. Deus pro nobis, quis cõtra nos. ad Ro.8. Vnde Lu.7. Illisum est flumen domui illi. & nõ potuit eã mouere. Vel dic q iste piscis est patiẽtia, vel et fides, vel charitas vel cõstãtia vel fidelitas, quæ si naui cordis fortiter hæreant ipsam in firmitate perpetua stabiliunt, & cofirmãt. Apparuit hoc in martyribus, qui nulla tribulatione vel tentatione, fuerũt moti, sed in Christo mãserunt perpetuo radicati, iuxta doctrinã Apli.1. ad Cor.15. dicẽtis. Stabiles estote, & immobiles. Qđ et de bonis amicis dici põt, qa.s. erga eos, qui sibi adhęrent per cõsanguinitatẽ vel amicitiã & fidelitatẽ, debent ita immobiliter se tenere, q nullo casu, debent ab eis se mouere, nec in lege fidelitatis vel amicitiæ, vacillare. ad Coll.1. In fide fundati, stabiles & ĩmobiles. Vel ista possunt dici in malo, q piscis iste significat aliquã creaturã nobis per affectum inordinatũ vltra debitu adhęrentẽ, sicut sunt bona mũdi, mulieres, parẽtes, & dignitates, & talia. Ista.n. quamuis sunt modici valoris, & uirtutis, qñ tñ immoderate diliguntur. faciunt hoiem a motu bonorũ operũ quiescere, & flatu spũs sancti nõ obedire, & ad portũ paradisi non venire, sed sine profectu virtutũ in mari mundi in pctõ sistere, & manere; sicut ad litterã videmus, q multæ adhærentiæ & societates, mali affect⁹ nepotũ, & iuuiũ psonarũ, multos à magnis, bõis ĩpedierunt, & ne ad portũ salutis vel ad statũ maioris honoris tẽderẽt tardauerũt. Esa.40. Quærit quo statuat simulacrũ qđ nõ moueat. ¶ Echinus sm Amb. Pli. & Ba-
si. iudex est futuræ tẽpestatis, præsentit.n. qñ debet venire, & 2
iõ tũc solet calculũ arripere, & cũ eo fortiter se tenere, & de eo quasi anchorã facere, vt fluctus superuenturus ipm nequeat de mari eijcere vel mouere. Hoc igitur videntes nautæ sibi pcauent, & futurã tẽpestatẽ eius exemplo præuident atq; timẽt, & nauẽ suã anchoris statuunt atq; firmant. Idẽ aũt dicit Plinius li.9.c.31. Reuera charissimi, talis piscis debet esse quilibet uir discretus. debet.n futuras tempestates tribulationũ vel tentationũ sagaciter præuidere, & cõtra ipsas cũ eas imminere cõspicit, de opportuno remedio præuidere. Igit lapidẽ angularẽ.s. Christũ per deuotionẽ q̃rat, & ei p fidẽ, & dilectionem adhęreat, seque & fragilitatẽ suã sibi cõmittat, & in eo ex toto speret, & cõfidat, & sic fluctibus tentationũ, afflatibus adulationum & suggestionũ, tẽpestatibus tribulationũ, necnon moribus tẽporaliũ cõsolationum vel elationũ non mouebit, nec de mari pęnitentiæ, vel de aqua gratiæ amouebitur, sed stabilitate ppetuæ cõstantiæ fulcietur. Matt.7. Descendit pluuia, venerunt flumina, flauerunt venti, & irruerũt super domum illã, & non cecidit, fundata.n. erat super firmã petrã. Bñ ergo dicit ille qui dicit. Mihi aũt adhęrere Deo bonum est, & ponere in dño Deo spem meã. Vel põt dici de nobis religiosis, qui adherendo plato, & sm motũ volũtatis ipsius nos regẽdo, & nos ei penitus summittendo fluctibus tẽtationũ non obruimur, q si sm volũtatẽ nostrã nos gubernauerimus, faciliter culparũ fluctibus perimus, & extra aquã, gratiæ percurremus. Et quia ergo nos videmus, q sancti pcessores nostri tẽpestates vitiorũ, & tormentorũ taliter puiderunt, & eas talibus remediis pcauerunt, tempestates et huiusmodi debemus eorũ exemplo timere, & nauẽ aiæ nrǽ anchora spei, & dilectionis firmare, & ne periclitari contingat, mentem nostrã in dño stabilire, dicentes ipsi domino illud ps. Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueãtur vestigia mea. ¶ Echinus est piscis spinosus, habens alas sub ventre similes pedibus, dẽtes habet velut aculeos, uenenosus est comedenti, quia vsq; ad mortẽ dissoluit. & ipso vtunt aliq ad inimicorũ odium concitandum, vt dr̃ in libro de natura rerum.

rum. Tales sunt multi, maximè detractores. Isti.n. sub ventre gulositatis habent alas superbiæ, & vanitatis, quia vt cõiter tales sunt gulosi, & pomposi, ideo isti sunt per totum corpus spinosi ꝑꝑ suam asperam cõditionem. Dentes habet vt aculeos propter mordacem loquutionem. Venenosi sunt alijs, ꝑꝑ periculosam conuersationem, & ipsis demones vtuntur ad seminandum odium, inimicitiam, & dissensionem, quia.s. detractores cum ipsi inter se sint inimici, cum etiam cum oĩbus hoĩmicitias habeant, faciunt'q; etiam inter alios inimicitiæ multæ fiant Eccl. 38. Homo iracundus succẽdit litem, & in mediu pacem habẽtium immittet inimicitiam. ¶ Echinus est piscis semipedalis, cuius est virtus mirabilis ad omnia retinendum, & à cæpto motu retardandum. Nam, vt dicit Pli. li.9.c.35. si iste naui adhæret, tardius currit habitus, & portatus iudicia, & lites morari facit, partus in vtero prægnantia continent, & fluxus parientium sistit, & fętum patere nõ permittit, & si salus fuerit, & aurum in profundissimum puteum ceciderit iste admotus, & applicatus ipsum aurum secum extrahit atq; rapit. Talis piscis vr̃ esse vitium negligentiæ, quia pro certo ista est, quę cuncta negocia facit fieri magis tarda. Si quis.n. istud vitium habuerit, cursum, & nauigationẽ obedientiæ sibi tollit, partum boni operis impedit, & conceptũ boni propositi per executionem parturiri non finit, lites etiã & iudicia dirimi ab ipsis negligentib. iudicib. non permittit. Hoc solum habet, q; aurum, & munera attrahit, & emergit; & quamuis in omnibus sit lenta, ad aurum tamen hauriendum, & acquirendum sollicite se extendit, non est.n. ita negligens homo circa virtuosa negotia quin bene sit capax auari, & diligens in auaritia. Quod etiam potest dici de multis qui sale mundanæ sapientiæ conditi, de ipsis profundis puteis.i. de ipsis iniquis auaris, & vsurarijs absconditis, & celatis sciũt aurum extrahere, & sibijpsis per auaritiam vendicare. ps. Viuet, & dabitur ei de auro arabiæ, Vel dic cõtra munera, quæ portata solent iudicia retardare, & lites, & iustitiam impedire, & omnem fluxum iracundiæ mitigare. Idem etiã dic de ꝑcibus magnatum, & de affectione carnali, vel etiam de odio partis aduersæ, quia sicut dicitur Dente. 16. Munera excæcant oculos etiam iustorum.

*De Ephemoro pisce.* *Cap. 34.*

1 EPhemeron secundum Iorath, de animalib. est piscis q̃ sine coitu nascitur, & cum per tres horas vixerit, tunc moritur. Sic Christus non ex virili semine generatus, postquam in cruce per tres horas vixit, s. a sexta vsque ad horam nonam, clamando emisit spiritum, &c. Vel põt cõtra inconstantes dici qui in vita gratiæ non perseuerant, imo eadem die qua per confessionem, & confessionem nascuntur, eadem iterum per vitia moriuntur. Sapien. 5. Sic nos nati continuò desinemus esse.

*De Escaro seu scaro.* *Cap. 35.*

1 EScarus, Plinio scarus, ſm Isid. li. 13. piscis est qui solus inter pisces dr̃ ruminare, & ſm Plin. Iste est ingeniosus. Si.n. piscatores sportulam intrauerit, non ex fronte erumpit, nec violenter contra vimina currit, scit.n. q; quanto plus violenter luctaretur, tanto inter vimina sportulæ se amplius implicare. Cõsueuit ergo retrocedere, & frequenti caudæ ictu sportulæ fores laxare, & sic euadere & exire. Quod si forte alius escarus luctantem ad exeundum viderit, caudam eius dentib. arripit, & ipsum ad exeundum adiuuat, & pro viribus extrahit, & educit. Istud dicit Plin. lib. 32. c. 2. allegans Ouidium in lib. halieuticon. Re vera iste piscis videtur significare viros prouidos, & discretos, cui.s. facta, dicta, & opera solent ruminare, & matura deliberatione præmissa de eis prouide cogitare. Seneca. Diu delibera, cito facito. Ingeniosa autem prudentia summe debet apparere in exeundo de peccato, nam si quis in sportulam diabolicæ tentationis per peccatũ intrauerit, nõ statim ex abrupto nitatur exire, sicut faciunt quidam, qui videntes se in aliquo vitio deliquisse, vtpote in ebrietate vel similib. iurant nõ perpetuo se facturos, & sic indiscrete volunt erumpere de sportula quam intrarunt, quod tñ non faciunt, imo ex ipso iuramento magis tentantur, & citius reincidunt, & delinquunt ad Rom. 7. Nam peccatum occasione accepta per mandatum seducit me, & per illud occidit me. Quid ergo debet facere hõ prudẽs? Pro certo ipse debet paulatim retrocedere, occasiones vitando, & cũ cauda.i. cum memoria finis percutere, de morte, inferno, & iudicio cogitãdo, & sic fores obstinatæ voluntatis, & diabolicæ tentationis laxabit, contritionem habendo, & tunc exibit faciliter, confitendo, & peccatum totaliter dimittendo, vt sic de anima contrita dicatur illud. Thren. 1. Ipsa gemens conuersa est retrorsum. Alius verò escarus, s. ꝑlatus vel prædicator, sacerdos vel peccator, qñ videt, q; homo luctatur, & laborat exire de peccato, & q; pęnitens facit quod in se est, debet cum ore suo, & verbis per orationẽ vel per correctionem, inductionem, & monitionem ipsum adiuuare, & pro ipso de peccato extrahendo verbis, & operibus laborare iuxta illud Mat. 10. Si peccauerit frater tuus, corripe eum. Si.n. te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Et sicut ſm pli. escarus non cedit prædę alicuius piscium dentatorũ, sic verè talis sic discretus non capitur tentatione demonum malignorum. Vel ista possunt dici generaliter de quocunq; qui facit posse suum, vt de peccato vel de infortunio exeat, quem socius Christus statim apiuuat, & ipsum liberat atque saluat. Vel potest etiam dici q; quando videmus q; aliquis diligenter, & prudenter luctatur exire de sportula, & de periculis fortunæ, & de alieno magno infortunio, procul dubio alij debent moueri ad eum misericorditer adiuuandum, & ad ipsum de huiusmodi infortunijs liberãdum. Plus.n. decet iuuare hominem, qui diligenter ad bonum laborat, & qui facit quod in se est, vt fortunam superat atque vincat, q̃ illum qui totaliter in alienum auxilium sperat, & qui torpens de se non cogitat neque pensat. Figura Matt. 14 Vbi vr̃, q; videns Christus Apostolus laborantes in remigando (Erat.n. ventus contrarius illis) statim affuit, & ventum contrarium cessare fecit, quia pro certo qui contra ventum contrarium tentationum, vel tribulationum luctatur, à Deo, & à proximo adiuuari meretur. Vnde ad Roman. 8. Spiritus adiuuat infirmitatem nostram.

*De Eso.* *Cap. 36.*

ESos piscis est maximus in fluuio danubij, intantum, q; vix vna quadriga ipsum potest portare, qui etiã, quia cibus est delicatus, ad longinquas portatur partes. Est autem animal benignissimum, & timorosissimum. 1
Nam à pungitiuo minimo pisciculo.s. culpea siue alosa sæpe perurgetur ad fugam, vt dicit Plin. libr. 9. capit. 15. vbi ait quod propter venam quandam quam habet in faucibus, ipsum auide appetit, & occidit. Huic libenter affricat se sturio iocandi causa. Cum autem captus fuerit vino fortissimo, & lacte potatur, & sic inebriatus pluribus diebus viuit etiam extra aquam & sic ad remotas partes portatur. Bibit tamen quandoque quatuor sextaria vini antequam inebrietur. Talis est iustus, quia licet quandoque sit, & temporaliter, & spiritualiter magnus, est tamen, & timorosus, & humilis, & benignus. Eccl. 3. Quanto magnus es, humilia te. Minimis.n. pisciculis cum ipso brigam habentibus debet cædere, & eisdem locum dimittere, & abire, & maxime illis qui pungitiui dicuntur.i. illis qui verbis pungunt alios, & qui faciliter obloquuntur. Tales.n. à iustis solent timeri, & ne pungantur ab eis præcaueri, quia terribilis in ciuitate sua homo linguosus. Ecc. 8. Et sic sequitur, q; sturiones delectantur cum eo iocari, quia pro certo sicut videmus, talium humilium personarum societatem cupiunt alij frequentare. psal. Cum sancto sanctus eris. Isti etiam lacte deuotionis, & vino scientiæ, & lectionis inebriantur, adeo vt sic diu viuant in statu gratię, & longe lateque ad vsus fidelium deportentur. Apparuit hoc in paulo, qui per cõuersionem captus, lacte, & vino gratiæ, & doctrinæ à Deo fuit inebriatus, & ideo per peccatum non fuit amplius mortuus, sed late, & longe prædicando fidelium vsibus applicatus. Esaia. 60. Filij tui de longe veniẽt. Vnde talibus dr̃ Esa. 55. Properate, emite absque argento vinum & lac. Vel dic quòd piscator diabolus postquam iuuenes, & imbecilles cepit, & inuoluit in aliquo peccato, solet eos inebriare vino, in quo est luxuria, & lacte dulcedinis tẽporalis, & sic portat eos vbi vult. Vel dic litteraliter contra ebrios, qui permittunt se potari, & circumduci à diabolo ad omnia alia peccata. Vel dic q; tales sunt multi, qui magni sũt in apparentia, timorosi tamen, & imbecilles in existentia, q a etiam à paruulis piscibus.i. ab indignis hominibus, & modi-

eis tribulationib. viruntur, & ab ipsis fugere compellũtur.
2 ¶ Eros in fluuio fodit sibi foueas, vt se abscondat, cum sit aial timorosum, & ideo qñ videt sturionem qui vult cum eo ludere, solet ad foueam pro latitando fugere, & de ipsius ludis non curare. Sic verè religiosi qui timorosi, & humiles debent esse, in fluuio religionis debent foueas. i. cellas habere, quapropter si sturio. i. secularis ipsos velit quandoque ad ludos. i. ad mundi solatia inuitare, statim debent ad cellam secedere, & ibi ne delinquant in aliquo, se abscondere, & se à secularium vanis lusionib. & colloquijs elongare. psal. Elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Vel potest dici quod si diabolus vel quilibet homo malus ad ludum malorum solatiorum, & colloquiorum nos inuitauerit ad foueam conscientiæ vel ad foueam sepulchri vel mortis memoriæ debemus fugere, & ibi nos à vanis gaudijs absentare. Vel pôt dici contra partiales, qui de bonorum solatijs, & consortijs non curant, sed ad cauernas, & domos suas soli fugiunt, vbi in tristitia soli viuunt. Hie. 15. Solus sedebam, qm amaritudine repleisti me.
3 ¶ Sturio in danubio flumine intantum excitat eos ad ludendum quod dum simul ludendo per fluuium vagãtur, aquã mouent, & sic deprehenduntur, & capiuntur. Sic verè sæpe fit quod ludus, & solatium vanitatis est causa quod non solum vnus sed plures simul à diabolo capiuntur, & vnus propter alium decipitur, & diuersis vitijs laqueatur. Sunt ergo vana solatia fugienda, & inutilia consortia dimittenda, quia sicut dicitur Prou. 14. Risus dolori miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Quod etiam de latronibus potest dici, qui inter se talia ducunt solatia, quod iudices, & balliui ipsos deprehendũt, & eos capiunt, & suspendunt.

## *De Hericio maris. Cap. 37.*

2 HEricius Maris est piscis sm Arist. habens os, & caput inferius, anum verò, & superfluitatis exitũ superius, & hic contra naturam omnium animaliũ spinis vtitur loco pedum. Spinosus. n. est, & hispidus, & oibus alijs piscibus horridus, & carnes habẽt rubeas vltra modũ, sicut dicit Plin. Secundum Isid. verò lib. 13. Hericius testulas habet more castaneæ, ex oi parte aculeatas. Charissimi per istum piscem possum intelligere detractores, qui ex oi parte pungẽtes sunt mordaces, & aculeati, ita quod de spinis faciũt sibi pedes inquantum pedes. i. affectus eorum ad pungendũ, & detrahendum totaliter ordinantur. Quid vltra? pro certo isti anum, & fęces habent superius, inquantum. s. fæces infamiarum etiam superius contra superiores non cessant proijcere, & eos suis verbis detractorijs diffamare. Caput verò, & os per falsam humilitatem deprimunt inferius, inquantum. s. humiliter cũ reuerentia videntur viuere, & verba sua charitatiuè proferre, quia prò certo istud est planum, quod detractores ad finem vt eis melius credatur, os deprimut reuerenter loquendo, caput inclinãt humiliter reuerẽdo, & hoc totum ad finem vt fęces sursum eijciant alios turpiter diffamando: Et ideo bene dr̃ Ecc. 19 Est qui nequiter se humiliat,
4 & interiora eius plena sunt dolo. Sed quid? pro certo iste piscis omnibus alijs est horridus, quia detractor ab oĩbus abhorretur, & à cunctis vilipenditur, & oditur Eccl. 5. Susurratori aũt odia, inimicitia, & contumelia, & Eccl. 9 Linguosus, & temerarius in verbo odiosus erit. Vel pone quod spinæ sunt diuitiæ, sicut etiam Christus dicit Lucę 8. Isti ergo sunt mali habentes spinas pro pedibus, inquantum s. ipsis mediantib. mouentur, & in suis malis operibus sustinentur, & diuersimodè in mundi negotijs peruagantur. Et hoc potissimè patet de vsurarijs, & malis diuitibus, qui etiam spinis diuitiarum nudati, Deo & hominibus sunt odibiles, & maximè quia caput. i. animam deijciunt, & contemnunt, dorsum vero, & fęces. i. carnem perficiunt, & præponunt. Dorsum enim. i. carnem superius ponunt in honore, caput verò. i. animam habent inferius in horrore.

## *De Exoceto. Cap. 38.*

1 EXocetus Piscis est in Arcadia, vt dicit Plin. li. 9. ca. 59. qui non potest viuere sine somno, & ideo, vt dormiat in siccum exit, & aquam dimittit, & sic dormit suauiter, & quiescit. Tales sunt viri deuoti, sine somno. n. contemplationis nequeunt viuere. & ideo aquam mundanæ prosperitatis solent dimittere, & mare mundanorum tumultuum relinquere, & ad siccum religionis, vel pœnitentiæ se transferre, vt sic in bonis æternis possint quiescere, & dormire, exemplo beati Ioannis, qui mundum dimisit, & vt per contemplationem dormitet, ad siccitatem deserti transiuit, Figurati in Helia, qui in deserto legitur dormiuisse, & sub vmbra pungentis iuniperi quieuisse, sicut dr̃ 3. Reg. 19. vt sic dicat quilibet talis illud. Iob 7. Ecce nunc in puluere dormio. Vel pôt dici de malis, qui viuere sine somno deliciarum non possunt, vel qui etiam sine somno peccati esse nolũt, & ideo mare pœnitentię vel religionis, & aquam deuotionis dimittũt, & ad siccum. i. ad mundum, vt quiescant in vitijs se deflectunt. psal. Abierunt in sicco flumina.

## *De Heracleodibus seu Heracleoticis piscibus. Cap. 39.*

HEracleodes secundũ Theophrastum pisces sunt circa heracleam (quæ. s. est ciuitas campaniæ) positi, qui 1
in hoc sunt valde mirabiles, quia extremas fluminũ aquas sectari nituntur, terras. n. quæ inter flumina suo mediæ cauare solent, & de flumine ad fluuium se transferre, & mirum videtur (vt ait) quod piscis iste tãtos labores assumat, vt vitet aquas contrarias. Quod sic potest intelligi, vt. s. ille piscis abhorreat contrarium motum fluminis, vel quod ipse piscis aquam fluminis in quo est fastidiat, & tanquam contrariam ipsam abhorreat, & quod pro veniendo ad aliud flumen, laborem penetrandi terras intermedias assumat. Dico ergo quod ille piscis potest significare quosdam qui contrarietatem fluminis fortunæ, & aduersitatem tribulationũ, non possunt sustinere, imo statim quod eam sentiũt, volunt ad locum alium se mutare, & labores infinitos non verentur ferre, vt possint alibi se trãsferre. Illud videmus de multis qui culpas suas attribuunt locis in quibus sunt, & ideo de loco ad locum transeunt, & locum inuenire vbi contrarium non habeant credunt. Contra quos dicit Seneca Epistola. 18. Aium (inquit) debet mutare, non cœlum. Sequentur te quocunque perueneris, vitia, nihil tibi peregrinationes prosunt, cum te circunferas, q. d. melius est animum quàm locum mutare, & se contra fluminis impetum fortunæ firmare, & non propter contrarietates vel culparum, vel pęnarum, alium locum quærere, sed in eo in quo quis est, se potius emẽdare, & sibi non locis defectus suos imputare. Vnde Ecc. 10. Si spiritus hominis potestatem habentis super te ascenderit, locum tuum ne dimiseris. Vel potest dici cõtra ambitiosos, qui si sint in aliquo 1
flumine. i. in aliquo beneficio, statim fastidiũt illud, & statim volunt ad aliud se transferre, & ideo magnos labores solẽt recipere, terras, & patrias perfodere, vt possint ad fluuium optatum. i. ad optatum beneficium peruenire. Esa 57. In multitudine viæ tuæ laborasti, nec dixisti, quiescam. Et sicut sm Theophrastum iste piscis in aqua facit sibi foueas ad habitandum, sic isti in flumine ecclesiæ non quærunt nisi foueas bonorum temporalium ad manẽdum. Esa. 34. Ibi habuit foueã Hericius. Vel potest dici ad finem, quod de fluuio mũdanæ prosperitatis (qui velut nobis contrarius, deuitari debet) ad flumen gratiæ, & gloriæ (qui velut vtilis debet concupisci) nos transferre possimus, necesse est magnos labores. i. pęnitentię sumere, & per foueas humilitatis, per ipsam terram bonorum terrenorum, ipsa contemnendo transire. Eccle. 24. Penetrabo omnes inferiores partes terræ. ¶ Plin. li 9 c. 57 Theophrastum videtur alio modo intelligere. Dicit. n. circa heraclidẽ esse genus piscium, quod extremas aquas fluminum sectatur vbi cauernas in terra sibi facit, ibique etiam recedente flumine, & cauerna in sicco remanente viuit, ibidemque tales pisces postmodum effodiuntur, & quanquam prima facie videantur mortui, motu tamen corporum videre comprobatur. Ista possunt applicari ad religiosos, qui nimis volunt in secularibus occupari, quia s. quidam sunt qui in flumine deuotionis. i. in religione non se profundant, sed extrema fluminum. i. ipsa secularia negotia sectantur, & amant, ibique foueas, & cauernas, domos & possessiones sibi ædificant, & infra ipsam terram. i. infra ipsum terrenorum amorem, se per affectionem sepeliunt, & inhumant. Sic ergo fit, quod fluuius deuotionis ab ipsis ex toto recedit, & ipsi in sicco sine deuotionis humore remanent, & infra terram, & terrena velut mortui in ipsis terrenis implicari relinquunt, & iam de aqua fluminis quæ recessit. i. de deuotione, & gratia quæ eis defecit, pe-

penitus nihil curant. Hier. 9. Confortati sunt in terra de ma
lo ad malum egressi sunt. Tales ergo quando à Prælatis, &
prædicatorib. effodiuntur, quæruntur, & reprehenduntur.
inueniuntur spiritualiter mortui. Motu autem côscientię vel
motu aliquorum bonorum operum deprehenduntur ali-
quotiens esse viui, qui. s. multi sunt qui daro, q propter impli
cationem in terrenis, & propter carentiam fluminis gratiæ
spiritualiter mortui videantur, ipsi tñ habere motum bonæ
conscientiæ, & executionem bonorum operum comprobá-
tur. 2. ad Cori. 6. Quasi morientes, & ecce viuimus. ¶ Secun-
dum Plin. ibidem ideo Theophrastus asserit in Paphlagonia
effodi de altis scrobibus pisces grauissimos, & de locis qui-
dem vbi nullæ restagnent aquæ. Miratur aût, & ipse siue coi-
tu pisces gigni, & sine aqua viuere subtus terrâ. Dicit tñ Pli.
illam terram forte habere in hoc aquę naturam, vel forte ip
sos pisces habere naturam vermium terrenorum. Dicit etiã
ex hoc minus mirabile esse q tale possint viuere subtus ter-
ram. Adducit etiã ad propositum qũo Nilus post recessum
suum mures quasi semiformatos relinquit, qui etiã pro par-
te sunt mortui, & pro parte viui. De istis etiã videtur recor-
dari Seneca li. 3. de naturalibus quęstionibus, vbi ait q Theo
phrastus affirmat, q pisces de quibusdam locis eruũtur. Dic
si vis q locus vbi aquæ deuotionis, & compunctionis non re
stagnant nec abundant, est mundus, & mundanorum status,
& tamen constat, q in ipsis fossis, & scrobibus. i. in ipsis terre
nis negotijs pisces. i. aliqui viri deuoti inueniuntur ibique vi
uere vita gratiæ comprobantur. Ipsi. n. mures, & talpæ. i. ipsi
seculares licet visu veræ discretionis careant, vitam tamen
gratiæ in se seruant, ita q Deo, & Angelis cibi gratissimi effi
ciuntur, quando per mortem effodiuntur, & de ipsa terra. i.
de ipsis terrenis negotijs quæ debitè administrauerant, eru-
untur. Isti ergo videntur dicere illud. 1. ad Thessa. 5. Siue vi-
gilemus siue dormiamus, simul cum illo viuamus. Ac si di-
cat, siue vigilemus per actiuam, siue dormiamus, per con-
templatiuam, semper debemus gratiam viuere, & in statu sa
lutis persistere.

## *De Equo marino. Cap. 40.*

EQuus Marinus ſm Isidorum monstrum est, sic dictũ
1 eo q prima parte equus est, postremo vero soluuntur
in piscem. Tales sunt multi, qui in principio. s. in iuuẽ-
tute sunt equi. i. viri fortes, spirituales, & firmi, postea
vero in cauda. i. in fine, & senectute sunt pisces, s. fragiles, car
nales, debiles atque vani. Ista videmus de multis, qui in prin
cipio cantant mirabilia, postea verò cantant defecit. De qui
bus dicit Aristo. q acres in principio, franguntur in fine. Vel
dic etiã de ipsis malis, qui in capite. i. in principio sunt equi. s.
superbi, & crudeles, tandem verò qñ senescunt, in cauda. i. in
fine dierum efficiuntur pisces, deliciosi, s. carnales. Ideo de ta
libus equis marinis dr̃ Abacuc. 3. Viam fecisti in mari equis
tuis in luto aquarum multarum. Quasi dicat, isti primo sunt
in mari. i. in amaritudine pœnitentiæ finaliter verò sunt in lu
to carnalitatis, & immunditię. ¶ Equus marinus ſm Arist. in
2 aqua viuit, & nihil extra aquam potest, sed statim, vt aquam
carebit natura, carebit, & vita. fortissimum tamẽ monstrum
est, dũ est in aqua, comedit. n. alios pisces, & de eorum viuit
carnibus, & in pugna mirabiliter est crudele. Tales sunt ty-
ranni, qui. s. equi sunt. i. superbi. & clari, Isti. n. in aqua huius
fluxibilis vitæ possunt, & multa faciunt, & cômittunt, & con
tra pauperes crudeles sunt, & de eorum carnib, & tempora-
libus substantijs pascuntur, & viuunt. Statim vero q aquam
istam post mortem exierint, nil poterunt, quia cum vita cor-
poris, vita gratiæ, & gloriæ tunc carebũt, quia. s. anima cum
corpore spiritualiter morietur, & sic eorum potestas cum ip
so corpore finietur, & ideo ad consolationem pauperum lo-
quitur scriptura dicens in psal. Ne timeas cum diues fuerit
homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius, quoniã
cum interierit, non sumet omnia secum, neque transibit cũ
eo gloria domus eius, quoniã omnia ipsius in vita ipsius be-
nedicetur &c. Vel dic côtra deliciosos milites, qui dum sunt
in aqua deliciarum. i. in côuiuijs iuxta ignem, multa possunt
. s. quantum ad iactantiam, & ad dicta, extra verò pœnitus ni
hil valent. Sap. 16. Ignis in aqua valebat supra suam virtutẽ.
¶ Equus marinus est aial crudele contra alios pisces maris
3 hominem tamen dicitur timere, & cũ ipso bella gerere for-
midat, vt dicit Arist. Tales autem sunt multi, & maximè bal-
liui, vsurarij, & auari, isti. n. contra pisces. i. contra debiles, flu
xibiles, & pauperes sunt audaces, côtra hominem verò. i. cô-
tra rationales personas defendere se potentes, mirabiliter
sunt fugaces, quia. s. isti tales homines timent, formidant, at-
que verentur, pisces verò id est debiles, & pauperes depre-
dantur, de quibus. 1. Reg. 15. potest dici quòd pinguioribus
Amalech pepercerunt, quicquid autem vile, & reprobum
fuit, demoliti sunt. Vel potest dici de diabolo, qui contra pi-
sces. i. contra deliciosos peccatores est fortis, contra homi-
nes vero. i. contra iustos, & rationabiles est debilis, quia il-
los solet metuere, & ipsos inuadere non audere. Iacob. 5. Re-
sistite diabolo, & fugiet à vobis, & Prouer. 19. Qui timet ho-
minem, cito corruet.

## *De Equo fluuiali. Cap. 41.*

EQuus fluuialis monstrum est mirabile ſm Aristot. ha- 1
bens sublimem faciem, crines vt equus pedes fissos, vt
vacca, caudam, vt porcus corium eius valde grossum,
& hinnit vt equus, magnus est vt asinus. Sic verè mali
sunt sublimis faciei per superbiam, pedum. i. affectuum fisso-
rum vt vacca per inconstantiam, & lasciuiam, caudam verò,
quæ retro stat. i. absentiam habent, vt porcus per immundi-
tiam. Magni sunt vt asinos per imperitiam, hinniunt verò vt
equus. i. et detractionem, corium verò exterioris côuersatio
nis spissum habẽt, & impenetrabile per obstinationem. Ideo
de talibus equis carnalibus, & peccatoribus dr̃. Esa. 31. Equi
eorum caro, & non spiritus.

## *Non intellexit Auctor Plinium hoc loco. Tu vi de Pli. lib. 9. cap. 5. Cap. 42.*

EXposità ſm Plin. est bellua quæ in mare Iudeæ inueni 1
tur, cuius dentes sunt longissimi, pinguedo verò maxi
ma, quandoque. s. quinque cubitorum, sicut narrat idẽ
de quadam tali belua quæ à Scauro Romanorũ Aedi
le in ædilitate sua Romam fuit pro spectaculo ablata. Tales
sunt detractores, qui præcipuè in iudæa, quæ interpretatur
confitens. i. in religione, & ecclesia, in qua est vera confessio,
inueniuntur. Isti. n. longissimos habent dentes, quia. s. vsque
ad remotas partes mordent, detrahunt, & diffamant. Maxi-
mè verò sunt pinguedinis, quia vt communiter tales per car
nales delicias præ cæteris se impinguant, & ideo tales finali-
ter in inferno spectaculum mundo fient, quando. s. In mun-
do de flumine deliciarum extracti, Romam id est ad Impe-
ratoris Christi præsentiam venient, & accedẽt. ¶ Vel potest
dici de raptoribus, qui quia dentes habent longissimos pro 2
pter rapinæ crudelitatem, ideo vltra modum fiunt pingues
per diuitiarum facultatem, finaliter tamen spectaculum cun
ctis fient, quando in iudicio recipient iuxta propriam iniqui
tatem, vnde 1. ad Cor. 10. Spectaculum facti sumus mundo,
& Angelis, & hominibus.

## *De Elco. Cap. 43.*

ELcus seu selcus, idem est quod vitulus marinus. Sed de
isto vide ad plenum in libro de animalibus, in titulo de
vltimo marino.

## *Puto mugilem esse de quo hic loquitur uide Ari. lib. de Hist. animalium. 8. c. 2. Cap. 44.*

FIme belua est marina, gulosior vniuersis, vnde fit q p-
pter nimiam comestionem extenditur venter eius, & 1
vltra modum impinguatur. Veruntamẽ quando timet
aliquem insidiatorem, & se contrahit semetipsam, si-
cut Hericius, & infra seipsam se replicat, recolligit, & abscô-
dit, & si insidiator perseuerauerit, & famescat, solet belua ca
rens proprias deuorare, malens se in parte côsumere, quàm
cum periculoso suo se hostibus explicare, vt dicit Aristote-
les. Sic verè quando homo videt quòd nimis gulose viuens,
fuit vltra debitum impinguatus, etiã propter hoc videt dia-
bolum sibi per tentationem luxuriæ insidiantem, debet sibi-
ipsi timere, & per status sui considerationem seipsum recol-
ligere,

ligere,& se infra seipsum abscondere, & celare, & per ieiunium, & abstinentiam carnes proprias deuorare, & consumere, vt sic possit tentationum hostis malitiam declinare, vt sic, dicat illud Iob. 19. Pelli meæ consumptis carnibus adhesit os meum.

### De Phoca Cap. 45.

a PHoca idẽ est quod bos marinus, & istud est fortissimũ animal, iracundum, & animosum, vt dr̃ in lib. de natura rerum, & non solum contra extraneos, verum etiam contra illos de suo genere. pugnam.n. habet perpetuá cum fœmina sua quoadusque eam interficiat, interfectam vero eijcit à loco, & aliam superducit, nec sic cessat eijcere, & superducere fœminas, quousque cõtingat eum propria morte mori, vel à femina interimi, vt dicit idem, & etiam Arist. Charissimi vxor nostra est illa cui coniungimur ecclesia vel præbenda. Huic.n. tanquam matrimonialiter copulari debemus fides seruare, & vtilitatem ipsius procurare. Sed quid? Procul dubio multi sunt sicut phoca, quia verè non solũ extraneis reb. sunt crudeles, imo etiam ipsis ecclesijs proprijs, & propinquis. Constat.n. q multi sunt qui contra propriam vxorem.s. contra præbendam vel ecclesiam suam pugnant, dũm.1. ad eam auriendum, & depredandum solum vacát, & de aliqua vtilitate ipsius nunquam curãt, quinimo cũ ipsam interfecerint.i. destruxerint, & cõsumpserint, de habẽda alia statim tractant. Quam cùm habuerint, cõsimili casu grauãt, & sic breuiter nõ cessant quandiu viuunt beneficia mutare, & cum prima consumpserint, alia procurare, quousque per mortem propriam de medio tollãtur, vel nisi per ipsam vxorem, capitulum, ecclesiam, vel conuentum ipsi de gradu proprio deponantur, & temporaliter auellantur. Similes in hoc Imperatori Neroni qui, & matrem, & vxorem nequiter interfecit. Vel potest dici de malis rectorib. & tyrannis, & iudicibus, qui contra vxorem propriam.i. contra plebem sibi cõmissam non cessant pugnare, & ipsam per exactiones, & rapinas occidere, & grauare, quare sæpe contingit ipsos ab ipsis subditis interimi, & perire, iuxta illud Ezec. 5. Patres comedent filios in medio tui, & filij comedent patres suos. Ista.n. vxor.s. plebs subiecta, vidẽs se, q præcessores suos taliter impugnari, solet contra tales insurgere, & eos apud superiores accusare, & eos quãdoque etiam ad mortem ducere vel trahãre. Eze. 39. Depredabuntur eos quibus prędęfuerant. Vel istud potest dici de luxuriosis, qui semper nouas feminas habere volunt habitas vero quantum ad animam, & famam interimunt, & occidunt, & primis iã occisis, & diffamatis alias super ducunt. Leu. 26. Nouis superuenientibus vetera proijcient. & Heb. 10. Aufert primum, vt sequens statuat. Vel etiã posset allegari contra vsurarios, qui contra vxores suas.i. cõtra miseros sibi obligatos pugnant, ipsosq; temporaliter interimunt, & exheredant, & sic successiue, nunc vnum, nunc alium grauant. Abac. 2. Ipse quasi mors, & non adimpletur,
a & interficere gentes non cessat. ¶ Phoca, sicut dr̃ in libro. de natura rerum nunquam solet locum mutare, sed vbi ipsam natura creauit, semper consistere, vel manere, vt dicit experimentator vbi supra. Tales debemus esse, quia in loco nr̃o, vbi natura sumus cõditi.i. vbi à Deo per vocationem sumus positi, debemus manere, & sine causa rationabili locum huiusmodi nõ mutare, nec ad aliam religionem vel ecclesiam, præbendam vel beneficiũ nos transferre. Ecc. 10. Locum tuũ non dimiseris. Cuius tñ faciunt contrariũ ambitiosi, qui nullo loco gradu vel statu contenti, non cessant mare, & aridã circuire, & de loco ad locum, de beneficio ad beneficium se transferre, contra illud 4. Reg. 14. Contentus esto, gloria, & sede in domo tua. Vel dic q tales debemus esse, & q patria nostra in quã nati sumus, debet nobis sufficere, & q alienas terras, possessiones, & hereditates non debemus appetere, nec eas per desiderium curare. Exemplo Aglai quem narrat Solinus, q apollo beatissimum censuit, eo q propria hæreditate contentus, solum natiuum nunquam excessit, ipsumque Apollo illi Regi ditissimo, qui fœlicissimum se credebat, & vtrum aliquis esse fęlicior petierat, prætulit. Allega vt supra. Vnde etiam Seneca de morum. ait crede mihi nõ potes esse diues & fęlix. Vel potest applicari ad scholares, qui non debent volare de loco ad locum, de studio ad studiũ, quia sicut dicit Seneca secunda epistola: Non conualescit planta, quæ sępe transfertur. quinimo in vno loco, & studio debent perseuerare, pacificè quiescere, & manere. Vel dic q locus in quo natura nos, creauit, est patria nostra, quæ pro certo summè est diligenda, & cęteris paribus præ alijs eligenda. Vel dic cõtra illos, qui patriam suam in qua nati sunt, nimis diligunt, & qui exterius exire nolunt & qui alibi viuere, nesciunt, sed ibidem cõtinuè stare volunt, propter quod, & temporaliter, & spiritualiter aliquotiens multa perdunt, quia sicut dr̃ Luc. 4. Nemo propheta acceptus est in patria sua. Ideo Seneca epistola 28. reprehendit illos, qui cætera loca sibi appropriant, & commendat eos, qui indifferẽter animum suum ad omnia loca parant. Magis (inquit) quis veneris quam quo intersit, & ideo nulli loco adijcere debemus animum. Non sum vni angulo natus, patria mea totus est mundus. Sequitur. Bene viuere, omni loco positum est.

### De Fustaleone. Cap. 46

FVstaleon vt dicit Arist. animal est marinum, quod omnino nõ comedit carnes. &c. vide supra in generali vbi ponitur. §. 37. Iorath. dicit quòd in mari est quidam piscis nomine fastem, in cuius ore aqua dulcescit, cuius causa pisces alij oaciuas intrant, & sic ab eo deuoratur. Sic in ore aduocatorũ dulcescit aqua.i. mundana sapientia per eorum eloquẽtiam deceptiuam, & ideo simplices, qui propter istam aquam ipsos insequunt committendo eis causam suã, tãdem ab eis deuorantur, inquantum.i. plus constat eis salarium aduocatorum, quàm valeat tota causa. Cant. 2. Vox.n. tua dulcis. Vel dic q fastem est mala mulier, quæ dulcia facit verba sua, & ideo a fatuis diligitur, & insequitur, & finaliter per animæ, famæ & substantiæ destructionem, ab ea deuorãtur. Vnde prou. 5. Fauus distillans labia meretricis, & sequitur. Nouissima eius amara quasi absynthium. Vel dic q fastẽ in cuius ore aqua dulcescit, propter qđ pisces ipsum sequentes ab eo capiuntur, & retinentur, est Christus, quia pro certo in ore Christi.i. prædicatorib. vel etiã in ore eius proprio dulcescit aqua doctrinæ vel sapientiæ, vel etiam aqua tribulationum, ideo debemus eũ sequi. &c. Vox.n. tua dulcis. &c. Cant. 2. Vel dic contra adulatores, & hereticos, qui per dulces sermones decipiunt mentes innocentium, secundũ apostolum, quia pro certo multi etiam propter dulcedinem oris.i. verborum hypocritarum, adulatorum, & falsorum amicorum decepti, ab eis defraudantur. psal. Multi sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. 1 a

### De Phyci. Cap. 47.

PHicis seu fuca latine est piscis qui omni tẽpore est candidus, excepto vere, vbi est varius, colorem.n. mutat omni anno secundum Pli. li. 9. c. 26. Sic sunt multi, qui ita sunt variabiles, & inconstantes, q nunquam in codẽ colore.i. in eadem conuersatione vel proposito perseuerãt, quia quamuis aliquando sint candidi atque mundi, in vere tamen prosperitatis sunt varij, atq; vani, & diuersi. Zach. 6. Ecce equi varij, & fortes. ¶ Phicis est piscis, qui contra morem omnium piscium ex alga facit nidum. &c. Vide supra in generali. §. 43. circa finem vbi ponitur. 1 2

### De Galaga siue Gelalca, Galga seu Galgata. Cap. 48.

GAlaga siue galiga secundum Arist. monstrum est natura mirabile. Nam contra morem omnium hoc fœtum sentiens viuere de ventre extrahit, & si ipsum ad vitam maturum viderit foras dimittit, si vero insufficiens ad vitam fuerit, ipsum fouendum iterum in matrice reponit. Tales sunt multi prælati, qui pro certo fœtus, & nepotulos suos statim q sentiunt eos viuere, volunt eos parturire, & exterius ad beneficia de ventre claustri emittere, & ad beneficia promouere, & si quidẽ sufficientes fuerint, quod tamen raro accidit, solent eos exterius in suis beneficijs dimittere, si vero insufficientes, solent eos iterum in utero suo, hoc est in domo sua reponere, & ipsos, secum sicut pueros refouere, sicut patet hodie, quia circa multos prælatos inueniet greges puerorum beneficiorũ, qui quia nimis cito promouentur, necesse est q iterum in ventre.i. in domo prælato 1

iuni

rum vt pueri foueantur. Vel expone sicut supra de balena. §. vltimo, vbi inuenies de balena quasi idem.

## *De Glauco. Cap. 49.*

1 GLaucus ẽm Isidorum piscis est, sic dictus à colore albo, quo per totum est tinctus. Greci.n. glaucũ album dicunt. Hic (vt ait) æstate raro apparet, nisi tantum in nubilo. Talis vir castus, candidus, innocens, aque purus, quia pro certo hic in æstate prosperitatis non debet apparere, nec in ea ad publica negocia aspirare, sed potius in hyeme aduersitatis &c. se delectare, & solum in nubilo humilitatis gaudere 2. Mach. 1. Refulsit sol, qui prius erat in nubilo. Prosperitas.n. est castitatis, & innocentiæ inimica, paupertas vero tribulatio, & humilitas est ipsius amica.

## *De Glano. Cap. 50.*

1 GLanis latine silurus, vt dicit Arist. monstrũ est in aquis fluminalibus, cuius masculus circa pullos fouendos valde est sollicitus, ita q̀ propter ipsos fouendos facit circa eos quasi quoddam opus more domus, & tunc vociferatur fortiter, vt aduersarij terreantur, & timeãt inuadere pullos suos, & si illo tempore contingat eum in aliquo reti capi, fortificatur, & animatur amore pullorum ad euadẽdum, ita q̀ tunc magis q̃ alias cum dentibus scindit rete. Fęmina vero sua de catulis nunquam curat, sed circunquaque per aquam vagatur, & ambulat, & de ipsis nõ cogitat neque tractat. Charissimi generaliter scriptura per parentes vult intelligere prælatos, & ideo masculi significãt prælatos bonos, virtuosos, & fortes. Fęminæ vero significant prælatos malos fœmineos, atq; molles. Quid ergo? Pro certo masculi.i. iusti, & boni p̃lati sunt solliciti circa pullos, & circa subditos gubernandos, & circa eos à cunctis aduersantib. tam spiritualibus q̃ temporalibus protegendos. Fœminæ vero.i. pręlati fęminei de pullis, & de subditis, non curant, & de ipsorum regimine, nutrimento, & fomento, tam spirituali, q̃ temporali pęnitus nunquã tractant. Iob 39. Duratur ad filios suos quasi non sint sui. Boni.n. solent subditos associare, & præsentialiter defendere, & nutrire, & per prædicationem, & orationẽ, pro eorum tuitione ad terrẽdum aduersarios clamare, & cũ ipsis personaliter habitare, & etiam amore ipsorum ad exeũdum rete tentationum fortius conualere, & ne dent eis mala exempla tentationum, rete peccati diligentius pręcauere, ipsumq; fortius rumpere, & exire. Fęminei vero cum pullis p̃sentialiter non morantur, sed dimissa cura pullorum, circunquaque in curijs regum, & principum diuagantur. Ioan. 10. Mercenarius, & qui non est pastor, fugit, & dimittit oues, qa non est ei cura de ouibus.

## *De Gladio. Cap. 51.*

1 GLadius maris est monstrum marinũ quod Xiphie ẽm Pli. li. 32. c. 2. nomen habet. Habet.n. rostrum acutum vt gladius, quo naues p̃forat, & submergit, & ẽm Aristo. iste est similis scorpioni. Tales sunt detractores, & balliui accusatores, & oblocutores, q. s. retro in absentia pungendo scorpioni sunt similes, & conformes. Isti.n. habent os ad modum gladij acutissimè pungendo, & perforando. psal. Lingua eorum gladius acutus. Et ideo qñ vident aliqua nauem.i. aliquem simplicem diuitem, & bonorum temporaliũ mercimonijs abundantẽ statim cogitant quomodo cum gladio oris sui ipsum per falsas accusationes, & impositiones p̃forent atque lædant, & sic ipsum ad emendas indebitas trahunt, & ita eum ad paupertatem deducunt, & quandoq; per mortem, paupertatem, vel infamiã ipsum penitus destruunt & subuertunt, & in profundum tribulationum detrahũt, & submergunt. Vnde breuiter de talibus sic submersis dr̃ in ps. Tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt. Vel dic q̀ gladius est diabolus, cuius os.i. tentatio, & suggestio naues.i. iustos quos per mare, & amaritudinem pęnitentiæ, & per flatum sancti spiritus videt ad patriam properare, solet quandoque perforare, & penetrare per tentationem, & aquam mundi delectabilium immittere per complacentiam, & delectationem, & sic solet eos submergere in peccatum per malum consensum, & operationem, & in profundum inferni detrahere per animæ, & corporis damnationem. ps. Gladium suũ euaginauerunt peccatores. Vel dic, q̀ iste piscis est Christus 2 qui in iudicio os habebit sicut gladium per asperæ sententię fulminationem. Vnde etiã Apo. 1. Ipse dr̃ habere in ore gladium bis acutum. Nã naues.i. peccatores nunc per mare huius mundi vento vanæ laudis vagantes, tunc puniendo perforabit, & eas submerget, destruet, & damnabit. Vnde ipse est qui dicit Deu. 32. Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes. Vel dic qđ iste piscis est mors, q̃ currens per mare huius mundi lædit, & perforat, mergit, & sepelit vniuersos. Hier. 50. Gladius ad fortes illi⁹, gladius ad equos, gladius ad turres, gladius ad thesauros. quia. s. iste gladius. s. mors perforat omnes, quia. s. fortes ab ipso nequeunt se defendere, equi i. veloces ab ipso non possunt fugere, turres.i. sublimes ipsius insultum nequeunt euadere, thesauri vero.i. diuites ab isto nequeũt euadere, thesauri vero.i. diuites ab isto nequeunt se saluare Hier. 46. Deuorabit gladius, & saturabitur. Vel dic q̀ iste piscis debet esse prædicator, vel prę latus, cuius os debet esse gladius alios seueriter corrigendo, & arguendo, & vsque ad intima perforando, & per contritionem immissam penetrando, & in mari lachrymarum, & pœnitentiæ submergendo. Vnde Esaiæ 49. Posuit os meum quasi gladium acutum. ad Ephesi. 6. Gladium spiritus, quod est verbum Dei.

## *De grano seu granio secundum Alber. Cap. 52.*

GRanus est piscis marinus, qui contra naturam omniũ 1 aliorum vnum habet oculum super caput, quo super intendens cauet insidias aduersantiũ. Charissimi, oculus mentis est intellectus attẽtio, vel cõsideratio cordis, & iste debet esse vnus. simplex, & ad vnum finem. s. ad salutem animæ semper tendens, quia sicut dr̃ Matt. 6. Lucerna corporis tui est oculus tuus. si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Sed procul dubio iste oculus semper debet sursum esse, & supra caput intentionis imminere, quia. s. oculus mentis semper debet superius intendere, & sursum ad Deum, & ad bona cœlestia affectanda, & cõtemplanda vacare. Iob. 16. Ad dominum stillat oculus meus. necnon ad præuidendas aduersariorum temporalium, & spiritualium malitias cogitare, quia sicut dr̃ Prou. 20. Aurẽ audientem, & oculum videntẽ Deus fecit. Quod est contra malos, qui non habent oculos cordis superius, sed inferius, non ad superna, sed ad terrena. Matt. 20. An oculus tuus nequam est? Vel si vis dic, q̀ granus significat ambitiosos & superbos quorum oculus semper est sursum elatus ad concupiscendũ seculi dignitates. Iob. 41. Omne sublime videt oculus eius. Hericius maris. vide in littera e, vbi & aspiratur.

## *De Hippopotamo. Cap. 53.*

HIppopotamus ẽm Isido. est equus fluuialis. non credo tamen q̀ sit idem quod equus fluuialis sicut dictũ 1 est, sed credo, q̀ idem est quod equus nili, de quo agitur in lib. de natura rerum. Nota ergo q̀ Michael dicit equum nili immanẽ beluã esse, pedes & vngues vt crocodilus habentem, sed multo maiores. Humanorum morsuũ est cupidissimũ, nam (vt ait) cum nauim inuenerit, vnum pedem in terra figit, alterũ supra nauẽ, quo ipsam facillime scindit vel saltẽ inclinatã demergit. Charissimi per nauẽ quæ fluctuat, intelligo pauperes subditos, in mari huius seculi laborantes. Per terrã vero firmã, & fixam, intelligo principes, & p̃latos in fortitudine, & firmitate seculi permanẽtes, quorum. s. hippopotamos, & fluuiales equos intelligo esse officiales, & balliuos flumini deliciarũ deditos, & humanæ cedis, & tribulationis cupidos, & subditorũ pestilentiæ sitibũdos. Quid igitur? Procul dubio isti hippopotami, s. officiales, & balliui, ita sunt hodie crudeles, & impij, & iniqui, q̀ oẽs naues.i. oẽs subditos, quos per mare.i. per patriam vident incedere, volunt, & appetunt submergere, & p̃ exactiones destruere, vel grauare, & iõ vnum pedem fundamenti, & intẽtionis suæ ponunt super terram.i. super dominos suos, vt eis placeant, alitũ autem ponũt super nauem.i. super ipsos subditos, vt ipsis noceant, & vt eos fallo occultãdo mergant, & vrgeant, & sic p̃ certo sæpe fit, q̀ ipsos per tribulationes solẽt lędere, & ad terram.i. ad magistros suos inclinãdo, & trahẽdo p̃ exactiones mergere, & ad paupertatẽ, & infortuniũ destruere. Figurati.

Apoc

Apo.10.in illo angelo,qui tenens vnum pedem supra mare,
alium supra terram,iurauit per viuentem in secula,quia tps
amplius non erit.Talib.ergo potest dici illud ps.In spiritu ve
hementi conteres naues Tharsis.¶Equus nili animal est for-
tissimum,in tantum q in loco vbi habitat,hominum multi-
tudinem magnã perdit,in hoc tñ prouidit natura saluti mor
taliũ,q istud aial rarissimè inuenitur.Iste equus nullis instru
mẽtis capitur,nisi reti ferreo ex cathenis,quod tñ apud Da
a mascenos in hoc opus fabricatum est vt dicit idem Michae.
Pellis eius cubitum habet in spissitudine prout dicit, q̃ tan-
tę est duritiæ,vt nullo iaculo penetretur.Captus vero cũ fue
rit,necesse est vt cum malleis ferreis perimatur,quia vix aut
nunquam aliter moreretur.Charissimi istud aial significat ty
rannos,& mundi huius crudeles dños,& magistros,q.s.mul
titudinem hominum aliqñ interimunt vel occidunt,vel lal
tem vallant,depopulantur,& consumunt.Ezech.19.Didicit
prædam capere,& hoies comedere.Rete verò ferreum signi
ficat mortem,figuratam in craticula quæ facta erat in modũ
retis ęrei super altare holocausti,pro aialibus comburẽdis,
sicut dr̃ Exo.27.Ista mors.n.est rete irrumpibile, & ineuasi-
bile,quæ concludit generaliter vniuersos.Aba.1. Totum in
hamo suo subleuabit,traxit illud in sagena sua,congregauit
in rete suum.Quid ergo? Procul dubio multi sunt hodie ty-
ranni in flumine huius mũdi crudeles, & hoies deuorantes,
quorum pellis.i.cõuersatio ita est per obstinationem solida,
& ita in malo indurata,q nullo prædicationis, correctionis,
vel tribulationis iaculo perforatur, & per cõtritionem pene
tratur,vt ad pęnitentiam conuertantur.Iob.41. Nõ fugabit
eum vir sagittarius,in stipulã versi sunt ei lapides fundæ.Isti
ergo capi non põt dum viuunt,nec ab aliquo separari vel cõ
cludi,& ideo Damasceni qui interpretãtur sanguinẽ biben-
tes.i.demones qui in sanguine nr̃æ mortis,& dãnationis de-
lectantur,istos in reti ferreo mortis includunt, & capiunt,&
per mortẽ captos malleis æternæ tribulationis,& damnatio
nis occidunt,quia sicut dr̃ Prou.19.Parata sunt derisorib.iu
dicia,vel supplicia,& mallei percutiẽtes stultorũ, corporib.
Nisi.n.esset rete ferreum mortis,quo illi in fine concludunt,
nullus ab eorũ inuasionib.saluaretur,quia sicut dr̃ Matt.24.
Nisi abbreuiati fuissent dies illi, nõ fuisset salua omnis caro.
¶Hippopotamus ſm Plin.li.8.c.25.in nilo flumine belua est
3 immanis,quæ qũque quantitate superat elephantes,dorsum
habet hirsutum sicut equus, caudã habet tortuosam, rostrũ
resimum dentes aduncos,qui de nocte segetes in terra depa
scitur,de die vero in aquis latet. Et huius mirabilis est astu-
tia,qñ.n.de nocte vadit ad segetes depascẽdas, retrogradiẽs
pergit,vt venatorem retrorsum vestigio deludat,& vt vena
tor ipsum reuertentem, & nõ euntem ęstimet atque credat.
Tales possunt dici diuites vsurarij vel auari, qui præ cæteria
sunt diuites,& magni,iuba diuitiarum hirsuti,rostro falsorũ
verborum resimi,dentib.crudelitatis,& rapacitatis vnci, &
curui,& in cauda malitiæ tortuosi. Isti.n.aliorum segetes,&
possessiones vallantes,& per vsuras,& rapinas oia consumẽ
tes,mirabilem habent artem venatorum.i.prælatorum cor-
rectionem,capturam,& punitionem euadendi.Solent.n.per
fallacias,& cautelas,gressus actus,& contractus suos maloa
retrouertere,& sub specie alicuius causæ legitimæ,oia mala
sua opera transuersare, & sic venator prælatus credit eos ad
vnam partem incedere,quamuis verum sit in cõtrarium eos
ire.Quod etiam de proditorib. verum est, qui ita gressus, &
actus suos peruertunt,q cum vnum faciunt semper aliud in
tendunt,& vt cõiter nunquã faciunt quod prætendunt,imo
semper prætendunt aliquid quod non agunt. Mat.16. Vade
retro sathana,quia non sapis ea quæ Dei sunt.Et sic ne depre
hendantur,fugiunt,& euadunt. Vel potest dici de Diabolo,
qui qñ tentat aliquem,& qñ segetes virtutũ suarum vult de-
pascere, solet gressus suos vertere, & sub specie boni multa
suggerere,ne forte deprehensus,minus possit ad illam quã
intendit nequitiã peruenire.ps.conuertantur inimici mei re-
trorsum.Vel põt dici de inobedientib.& rebellibus,qui oia,
quæ faciunt,retrogradiendo,& contradicendo agunt.Hier.
7.Facti sunt retrorsum,& non in ante. Iusti verò nõ sic,quia
.s.semper in suis actib.vadunt recte,& nunquam saltè,retro
gradè,vel inutilè.ps.Non recessit retro cor nostrũ. dicentes
illud Esa.50.Ego autem non contradico,retrorsum nõ abij.
4 ¶Hippopotamus ſm Plin. cum nimia satietate repletus fue
rit,spinas vel arundines recenter incisas quærit, & tãdiu de-
super volutatur,quousq; vena quædam in crure vulneretur,
& sic defluẽte sanguine maceretur. Sic verè charissimi cum
nimia vitiorum satietate repleti fuerimus, necesse est q nos
super spinas pungentis contritionis, vel super arundinẽ cru
cis,& passionis diligentissimè voluemus,& q ibi per consi-
derationem,& cõpũctionem,& cõpassionem aperiamur, et
sic sanguine peccati fluẽte,satietas vitiorum minuatur,& sa
nitas aiæ reportetur.ps. Cõuersus sum in ærumna mea dum
configitur spina. Vel dic q spinæ significãt coronam spineã,
arundines vero baculum arundineum,& spongiam, quæ cõ
siderata peccatorem satiatum peccatis, per contritionẽ vel
per compassionem vulnerant,& sic sanguinem substantię tẽ
poralis per elemosynam,vel sanguinem pcĩi mortalis per cõ
fessionem distillant,& sanitatem aiæ,sic reportant. Diues.n.
satiatus temporalib.se debet ad istas spinas, & arundines cõ
fricare,vel etiam ad spinam æternæ punctionis , & mortis p
timorem,& considerationem vrgere,& sic vulneratus com
passione,vel contritione,dimittet sanguinẽ suum,i. diuitias
quousq; fit pauper,& macilẽtus,per elemosynas fluere,& sic
à morte culpę,& pęnę poterit se saluare.Act.27.Satiati cibo
alleuiabant nauem,proijcientes triticũ in mare.i.Dantes ele
mosynas amaris pauperib.¶Hippopotamus dorso est impe 5
netrabilis ſm Pli.nisi tñ aqua madeat.Sic obstinati penetra-
ri timore,vel amore nequeunt,nisi aqua gratiæ, & compun-
ctionis à deo fuerint madefacti.Vel potest dici de diuitibus,
vel de quibuslibet obstinatis, qui nullo modo nec prædica-
torum sagittis,nec pauperum miserijs penetrantur,vt ad mi
sericordiam moueantur,nisi forte aqua diuinę grãę madidẽt.
ſm.n.Greg.in vanum laborat lingua prędicantis,nisi intus
affuerit grã saluatoris ¶Hippopotamus ſm Isido.est equus
fluuialis,quem nilus fluuius gignit,& est piscis in dorso,& in 6
ba similis equo, qui de die in aquis latitat, & de nocte terrã
perambulãs,segetes lacerat.Sic vsurarij in die.i.in apparen-
tia hoim,in aquis misericordię,& elemosynarũ se balneant,
ac si essent misericordes,sed in nocte.i.in absconditis, & oc-
cultis segetes,& diuitias pauperũ cum vsuris,& cæteris ma-
lis contractib.depascuntur.ps. Posuisti tenebras,& facta est
nox,in ipsa pertransibunt oẽs bestiæ siluæ.¶Hippopotamus 7
equus fluuialis de nocte per terrã ambulat, & segetes vastat,
sed de die recluditur infra aquã . sic diuites dum durat nox
præsentis vitæ,vbi pp obscuritatẽ ignorantiæ,& erroris,lux
veri luminis non refulget,in terra.i.in mundo ambulant , &
ibi segetes aliorum.i.temporales substãtias vicinorum totis
virib.depascuntur, sed cum post mortem dies dñi amara ve
nerit.i.iudicij Dei manifestatio luculenta, vbi oẽs eorũ cau-
telæ,& malitiæ apparebunt, tunc sub aquis inferni perpetuo
recludentur.Iob.26.Ecce gigantes gemunt sub aquis,& qui
habitant cum eis. Vel isti sunt hypocritæ,qui de die.i.in ap-
parentia sunt in aqua deuotionis,& compunctionis,de no-
cte vero.i.in occulto,& in absentia faciũt multa mala.¶Hip 8
popotamum vnum cum quinque crocodilis, scaurus vasib.
Romanis ostendit(vt dicit idem Plin.)pro spectaculo.

## *De Hirundine pisce. Cap. 54.*

HIrundo maris piscis est,vt dicit Pli. volucri hirundi-
ni similis.Habet.n.alas,vt hirundo,continuas tñ vt 1
vespertilio,quibus subito in aera fertur, & quasi per
iactum lapidis volitans iterum in aquam cadit,& im
mergit.Qui quidem pisces circa insulam maioricarum sunt
in copia,sicut ab aliquibus insulanib.intellexi.Charissimi,pi
sces illi significare põt bonos actiuos,qui in mari.i.in mundi
fluctuosis negotijs habitantes,in aqua mundanæ prosperita
tis non semper morantur,imo cum alis charitatis,& spei ali
quando sursum ad aerem serenitatis æternæ mentaliter ele-
uantur,& cœlestia relictis temporalibus contemplantur,&
ad mare mundi negociorum,loco,& tempore iterum reuer
tentes,sic vicissim sua opera alternãt. Quod potissimè perti
net ad prælatos,qui figurati in Moyse, qñque ascendunt in
montem ad dñm,qñq; vero descendunt in vallẽ ad populũ,
& qñque ascendunt superius ad paradisum per contempla-
tiuam,quandoq; vero descendunt ad mundum, & ad mun-
dana negocia inferius per actiuã.Et isti põt dici pisces,& vo
lucres,pro eo,q more volucrum volitant,contẽplando,mo
re vero piscium in mari mundi natant , inferius de agibilib.
ordinando.ps.Volucres cęli,& pisces maris. Vel isti possunt
dici

dici de multis, qui de mari mundi, & de aqua amari pcti qñque nituntur exurgere, & sursum ad altiorem perfectionem volare, quapropter qñq; solent subito volatum alicuius boni operis arripere, & se sursum ad Deũ eleuare, veruntamẽ isti volando non perseuerant, sed statim ad aquam mundanæ ꝓsperitatis, & ad mare peccati redeunt, & declinãt. psal. In cõspectu eius cadent oẽs qui descendunt in terra. Vel põt dici de peccatorib. qui per carnalitatem sunt pisces, & per superbiam volunt esse aues. Nam in aquis deliciarum vt pisces volunt natare, in aere vero mundi eminentiarum, vt volucres quærunt se per superbiã, & ambitionẽ erigere, & eleuare. ps. Ascendunt vsq; ad cęlos, & descendunt vsq; ad abyssos, aia eorum in malis tabescebat. Vel põt dici de quibusdã, qui naturaliter sunt pisces. i. viles personæ, & rusticæ, in mari. i. in laborum amaritudine manẽtes, & inferius natantes, qui qñq; videntes se habere alas diuitiarũ, vel sustentamentũ amicorum, volunt aues. i. nobiles esse, & sursum cũ nobilib. se erigere, & ad statũ militiæ se leuare. Sed quid? Pro certo iste volatus parum durat, quia vel in se, vel in hæredib. suis cito à tali volatu cadunt, & ad statum pręcessorum suorũ reueniũt, & iterũ de nobilibus rustici, & de auibus pisces fiunt. Amos. 9. Si ascenderint vsque ad cęlos inde detraham eos.

*Hoc habet Arist. de mugils capitone & muraeno. li. 8. c. 19. Cap. 55.*

KAleon piscis est marinus, & oriẽtalis, cuius ſm quod dr̃ in li. de natura rerum mirabilis est natura. Nã cum pluuia alios pisces iuuet, & impinguet, illi mirabiliter nocet: si. n. multa fuerit pluuia, cœcanr̃ oculi eius, & fame, & inedia moritur. Charissimi per pluuiam intelligitur mundi prosperitas, quæ procul dubio oibus piscib. i. bonis oibus ipsa vti scientib. est vtilis atq; sana. Sed procul dubio Kalion significat peccatores, quibus. s. ꝑ ꝓ suum malum vsum, illa inueniuntur esse mala, q̃ sunt alijs valde bona, quia. s. pluuia ista si circa eos abundet, solet eos per superbiã excęcare (quia. s. mali in prosperitate positi, nullum videre dignãtur) & ẽt per malitiam, & ignorantiã, visum suæ mentis penitus obscurare. Quod patet, quia tunc nõ vident quid fuerũt, quid sunt, vel quid erunt. Sap. 2. Excecauit eos malitia eorũ. Et quod plus est isti fame auaritiæ tunc tpis cruciantur, quia. s. quanto plus abundauerint, tanto inedia solicitudinũ amplius molestantur, & ardore auaritiæ potius inflammanr̃. Iõ de tali pluuia dr̃ Prou. 28. ꝙ similis est imbri in quo paratur fames vel Kalaõ significat hęreticos, quos pluuia diuinę sciẽtiæ, & scripturę occidit, & excęcat, quę fideles impinguat, & saluat, sicut patet de iudæis, qui per pluuiam sacræ scripturæ amplius fiũt cęci. Vel etiam pluuia est prædicatio vel doctrina. Deu. 32. Concrescat in pluuiam doctrina mea. Ista igitur malis est tristabilis, & nociua, q̃ bonis est amabilis, & iuuatiua, & virtutum pinguedinis inductiua, quia. s. inde mali per obstinationẽ moriuntur, vnde boni spũaliter augmentãtur. 2. Cor. 2. Christi bonus odor sumus, & alijs quidẽ odor mortis in mortem, alijs odor vitæ in vitam. Vel isti significant inuidos, qui à pluuia prosperitatis aliorum lęduntur, & cruciãtur. Vnde cum vident ꝙ alij diuitijs, & beneficijs impinguantur, ipsi mentaliter cęcantur, & præ tristitia moriuntur. Pluuia. n. eadem quæ bonos impinguat, inuidos cruciat atq; grauat, quia sicut dicit Seneca. Quot sunt bona fœliciũ, tot sunt tormenta inuidorum. Vel potest dici boni de pluuia prosperitatis alienæ impinguantur per complacentiam, & lætãtur, inuidi occiduntur per displicentiam, & tristantur.

*De Kiloz. Cap. 56.*

KIloz piscis est marinus, qui ſm Arist. ita est sensus viuacis, ꝙ quicquid ei appropinquat, sentit. Quattuor habet pedes, & duobus posteriorib. adhæret lapidib. duob. vero anteriorib. vtitur loco manus, ita ꝙ quicquid per eum transit de piscib. depredatur. Quod si ꝓualere nequiuerit, torpet in seipso, & tumescit, & lapidi suo cui adhæret, fortiter se coniungit. Charissimi per istũ piscẽ põt intelligi malus prælatus, ille. n. habet duo gña pedũ. i. affectuũ. s. posteriorum, & anteriorum. Affectus posteriores, qui sunt magis absconditi, & secreti, significant affectus quos habet ad nepotulos, & parentes. Affectus vero anteriores qui sunt magis aperti, & publici, significant affectiones ad mundi diuitias, & honores, quia breuiter oẽs affectus istorũ, aut sunt anteriores, aut posteriores, aut sunt ad diuitiarũ acquisitionem, aut ad parentum promotionem. Et istud est quod sequitur, quia pro certo isti cum pedib. posteriorib. i. cũ affectibus carnalib. adhærent lapidib. i. lapideis nepotulis, & ignorantib. ipsos indebitẽ diligendo, & promotiones eorum vltra q̃ debeant procurando. Anteriores verò pedes, s. affectus diuitiarum sunt eis loco manuum, transeuntib. insidiando, subditos depredando emendas, & munera exigẽdo, & sic diuitias aggregando. ps. insidiatur vt rapiat pauperẽ, rapere pauperẽ dum attrahit eum. Et sic sequitur aliud, quia qñ nequeũt cõtra aliquẽ, quem molestare voluerant præualere, solent procul dubio pręfurore, & superbia tumescere, & torpere, & in seipsis præ tristitia deficere, & languere, & circa lapides quibus adhęrent. i. circa parentulos, & nepotes seipsos retrahere, & manere. Ideo breuiter de talib. põt intelligi illud Iob. 24. Non habentes velamen, amplexantur lapides, vim fecerunt depręedantes pupillos, & vulgum pauperẽ spoliauerũt. ¶ Kiloz piscis est ſm Arist. qui os in medio vẽtris habet. Charissimi os qđ loquitur, & quod comedit, significat lectionẽ, & ẽt gulam, & comestionem. Isti ergo pisces significant gulosos, quorum os in ventre videtur, inquantũ de pascendo vẽtre continuè meditantur, & de ventris delicijs quasi cõtinuè loquuntur. ad Phil. 3. Quorum Deus venter est. &c.

*De Kola, seu Koky secundum Alber. Cap. 57.*

KOla ſm Aris. animal est marinum, in terra, & mari habitans, in terra, fętificãs circa mare, & mamillis paruulos suos lactans, ipsosq; post dies duodecim ducẽs, ipsosq; ad natandum inducens, difficiliter, autem interimitur. &c. Breuiter istud animal videtur esse felcus seu vitulus marinus, & ideo non expono, sed vide libro de animalibus de vitulo marino.

*De Kylione pisce: quem Alber. Kykon uocat. Cap. 58.*

KYlion vt dicit Arist. aĩal est marinũ, in quo natura errasse vel vlus ordinem mutasse vr̃, sed absit, vt errasse credar̃ natura. Oĩa. n. bene disponit, & vnicuiq; creauit quod iustum, & rectum est, vt dicit idẽ. Istud igitur pro tanto dicit, quia cum natura omnib. animalibus tam paruis q̃ magnis hepar in latere dextro, splenem vero posuerit in sinistro, in Kylione est contrarium, quia. s. splenẽ habet in parte dextera, hepar vero in parte sinistra. Re vera multi sunt in quibus sic errasse vel mutasse ordinem videtur natura. In scriptura. n. per dexteram intelligitur æterna fęlicitas, per sinistram vero mundana prosperitas. Prou. 3. Longitudo dierũ in dextra eius, & in sinistra illius diuitiæ, & gloria. Itẽ hepar vbi est sedes sanguinis ſm medicos significat amorẽ. Splen vero qui est sedes melancholiæ, significat tristitiã, & timorem. Sanguis vero facit hoĩem amorosum. Melãcholia. n. facit hominem timorosum. Quid ergo? Procul dubio ad omnes pertinet, ꝙ hepar amoris, & affectionis sit in dextera fęlicitatis æternæ. Splen vero timoris, & turbationis sit in sinistra prosperitatis mundanę, quia. s. boni debent amare, & desiderare cęli fœlicitatem, timere vero, & formidare mũdi prosperitatem, iuxta illud ad Col. 3. Quæ sursum sunt, quærite. vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram, quia sicut dr̃ Prou. 4. Vias quæ à dextris sunt nouit dñs, peruersę autem vię q̃ a sinistris sunt. Sed quid? Pro certo multi sunt sicut Kilion, quia. s. hepar sui amoris est in mundanæ prosperitatis sinistra. Splen vero sui timoris est in æternæ fęlicitatis dextera, quia videlicet illi amant prosperitatem mundanã, timent vero, & fugiunt fęlicitatem æternam. Quod patet de multis, qui hic perpetuo vellent viuere, & nunquam curarent cęlestem gloriam introire, quinimo in præsentib. solẽt lætari, vbi vero de futuris agitur, contristari, diligunt. n. bona terrena, fugiunt vero spũalia, & æterna, quia breuiter boni diligunt dexteram, mali sinistram, iuxta illud Eccl. 10. Cor sapientis in dextera illius, stulti vero in sinistra illius. Et ecõuerso mali sinistra, & tpalia diligunt, æterna vero, & cęlestia odiunt, & contemnunt. Figurati in Angelo illo Apoc. 10. qui super terram (quæ propter suam opulentiam paradisum designãt) posuerat pedem sinistrum,

strum, super mare vero (quod propter fluctus mũdum denotat) posuerat pedem dextrum, quia. s. vt dictum est, isti terrã paradisi reputãt sinistram, & aduersam, mare vero mundi prosperum reputant atq; dextrũ. Si vis per dexterã intellige virtutes, & bona spũalia, per sinistrã vero vitia, & peccata, quia. s. boni amant virtutes tanquã dexteras, odiunt vero vitia, vt sinistra. Econuerso vero mali amant vitia, & odiunt virtutes & spiritualia. Vel dic econuerso, q pars dextera est mundi prosperitas, sinistra vero est mũdi aduersitas. Generaliter pisces & alia aial. a.i. mundani hepar affectionis habent in dextera prosperitatis, quia vt cõiter oĩa appetunt prosperari. Splen vero timoris, & tristitiæ habent in sinistra aduersitatis, quia vt cõiter oĩa metuũt tribulari. Sed quid? Pro certo iusti sunt sicut Kilion totaliter econuerso, quia. s. plus amant in hoc seculo tribulari, q̃ prosperari, & magis tristari quã lætari. Hepar. n. affectionis habent in sinistra tribulationis. Splenẽ vero timoris, & displicentiæ habent in dextera mundanæ consolationis, quia breuiter boni timẽt, & tristãtur in prosperis, gaudent vero, & tripudiant in aduersis, & merito, quia teste Augustino super ps. Aiæ periculosiora sunt prospera, q̃ aduersa. Ideo dicit Greg. 11. moralium, q iustis plus placet in aduersitate mala perpeti, quàm inter mundi prospera consolari.

*De Karabo. Tu vide Aristot. histor. animal. lib. 4. cap. 2. Cap. 59.*

Karabus sm Arist monstrum est magnum in mari, qd alias gammarus dr. Pugnant aũt huius generis monstra inter se fortissimè velut arietes. Vnde vbi sũt, aliqñ videtur gregatim incedere, & adinuicẽ bella partiri. Tales sunt superbi crudeles, & iracundi, qui in pace nequeunt viuere, quia sicut dr Esa 57. Non est pax impijs dicit dñs. imo, & verbis, & factis solent inuicẽ dimicare, & bella, & litigia inter se velut arietes suscitare. Thr. 1. Facti sunt principes eius velut arietes. vnde Prou. 13. Inter superbos sp sunt iurgia. ¶ Hic inseritur in lib. de natura rerum, q inter aiantia fiunt prælia multis causis. Prima est pp innatã ipsis aiantibus superbiam. Scd̃a est pp habitationes suas quas qñque volunt alter alterius vsurpare. Tertia est pp vxores. & pp earum cohabitationem. Quarta vero est propter cibum. Quinta aũt est propter fœtus. Re vera istis quinque de causis fiunt hodie brigæ, lites, & controuersię in hoc mundo. Fiunt. n. primo pp superbiam, & crudelitatem, quia sicut dr Proue. 13. Inter superbos semper sunt iurgia. Item fiunt pp habitationum. i. terrenarum possessionum auaritiam, & cupiditatem. Vnde Genes. 13. dr, q factum est iurgium inter Abraham, & Loth. & redditur ibi causa, quia erat possessio eorum nimia, & nequibant habitare cõiter. Item fiunt propter vxorem, & fęminarum carnalitatẽ. Constat. n. q propter mulieres fiunt quotidie multæ brigę 2. Esd. 4. Multi dementes facti sunt propter vxores. Item fiunt propter ciborum. i. propter bonorũ mobilium ambitionem, sicut de Iacob, & Esau fratribus dr Gene. 36. q diuites erant valde, & simul habitare non poterant, & sic dicuntur alter ab altero recessisse. Item fiunt propter fœtuum. i. propter filiorum, & amicorum affectionem. vnde 1. Reg. 30. dicitur, q populus iudæus filios suos doctos captiuos plangens volebat Dauid lapidare, quia amara erat anima vniuscuiusque super filijs suis, & filiabus.

*De Luligine. Cap. 60.*

Luligo sm Andelinum, monstrum est maris adeo mirabile, vt naturam in eo lusisse credas, quę hoc creauit oibus ferè belnis præferendum marinis. Hoc. n. aĩal squamarum est cum gregib. piscium, & sectatur profunda maris. Per quod intelligo q istud monstrum circa cutem loco squamarum, habet pisces more squamarũ corio ipsius adhærentes. Habet aũt istud monstrum alas penningeras, quibus cum aquas maris fastidierit, cum auibus fertur in æthera, sed flatus ventorum ferre nõ sustinens, vbi flatus senserit, cito relabitur in profunda. Charissimi per istam beluam possum intelligere mundi sapientes. s. aduocatos, cõsiliarios, & rectores. Isti. n. videntur esse squamati gregib. piscium. i. gregib. hoim. Cõstat. n. q quasi totus popul' illos sequit, istis adhæret, & p cõsilijs, & negocijs hi ad se cõgregãt vniuersos. Ezec. 29. Adglutinabo pisces fluminum tuorũ squamis tuis. Illi igitur alas habent sicut aues, per quas quidem alas intelligo scientias seculares, diuitias temporales, & dominorum suorum potentias magistrales, mediantib. n. talib alis isti sursum ad dignitates cum auib. i. cum alijs hoibus efferuntur, & in altis statib & officijs omnib. alijs præficiuntur. Apo. 12. Datę sunt ei alæ velut aquilæ, vt volaret. Sed quid? Pro certo iste volatus nõ multum durat, quia s. ventus, & flatus mortis istos tandem prosequitur, & sic in profundum inferni finaliter dilabuntur. Exo. 15. Descenderunt in profundum, quasi lapis, submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementib. Vel ista possunt dici de multis, qui sm veritatem naturaliter sunt pisces. i. rustici, viles, & pauperes, & in fundo maris, i. in statu infimo conuersantes. Veruntamen isti multos habent pisces. i. multos nepotulos, & parentes sibi per consanguinitatem contiguos, & hærentes, & sic fit etiam, q isti habẽt alas. i. amicos scientias, & diuitias tpales, quibus. i. mediantib. isti sursum ad officia, & ad dignitates tolluntur, & sicut aues, & nobiles qñque sursum ad militiam efferuntur. & qñ sonant ipsi, imo etiã pisces, & parentes, & adhærentes sui ad magnos status cum eis eleuantur. Sed finaliter per ventũ mortis vel tribulationum sæpe fit, q isti cadunt, & labuntur à sois statibus & sic ipsis cadentib. pisces sui prædicti vix remanẽt in aliquibus beneficijs, officijs, & honorib. Vel si vis etiam per adhærentes intelligo quoscunq; imitatores, familiares, & sequaces, qui etiam cum magistris suis primo in altum tolluntur, & tãdem profundum inferni cum eis dilabuntur. Figura ad præmissa valde notabilis Ezec. 29. vbi dr sic Ecce ego ad te Pharao draco magne, qui cubas in medio fluminũ, & extraham te de medio fluminum tuorum, & vniuersi pisces tui squammis tuis adhęrebunt, & proijciã te in desertum, & oẽs pisces fluminis tui super faciem terræ cadent. Sequit. Bestijs terræ dedi te, & volatilib. cęli ad deuorãdum. Isti. n. sunt Pharao. i. discooperientes, s. alios spoliãdo per rapacitatem. Sunt dracones. i. inflammati per cupiditatem. Cubant in fluminibus. s. deliciarum per carnalitatem. Habent pisces adhærentes. i. sequacium nepotum, vel familiarium, vel ẽt imitatorũ multiplicitatem. Sed quid? Pro certo sequitur q isti per mortem vel infortunia de fluminib. prosperitatis, & deliciarũ extrahũtur, & in desertum paupertatis præsentis vel saltẽ æternæ damnationis sequentis vna cum suis piscib. adhærentib. proijciuntur, & à bestijs terræ. s. à tyrannis secularib. quãtũ ad bona, & à volucrib i. à demonib. quantum ad animã deuorantur. Constat. n. q deductis talib. in desertũ inferni, mortis vel aduersitatis, amici, & tyranni solent bona eorum rapere, & demones aĩas deuorare, & non solum ipsos in proprijs personis, imo etiam in nepotib. & filijs, ab ipsis dum viuerent indignẽ promotis, inuadere, & punire. Deut. 32. Dentes bestiarum immittam in eos. &c. Sicut ad litteram videmus de hæredib. aduocatorum, & de nepotib. prælatorum. Vel dic, q isti significant multos seculares, qui de mari mũdi vbi habitant, & de fluctib negociorum secularium, cum alis spei, & charitatis se qñq; eleuant sursum cum auib. i. cum virtutib. spiritualib. cogitando de superiorib. & æternis, & de pertinentib. ad salutem, ita q qñque aggrediũtur aliquod opus bonum, & aliquem volatum operis virtuosi. Sed quid? Pro certo isti mirabiliter timent ventum. i. pęnitentiæ, & tribulationis vel tentationis flatum, & ideo statim, q istum sentiũt, solent à volatu incepti boni operis retrocedere, & iterũ ad mare, & ad mundana redire. & rursum de aue in piscem. i. de iusto in impium se mutare. Figurati Mat. 14. in Petro, qui ex præcepto Christi ambulans super aquas, cum vidisset ventũ validum, timuit, & cœpit mergi, & ideo sibi redarguendo dictum est. Modicæ fidei quare dubitasti? Talib. igitur vtile esset, q ipsi cum Petro dicerent, domine saluum me fac. vt Christus apprehensa manu saluaret eos.

*De Ludolotra. Cap. 61.*

Ludolotra sm Arist. aial est marinum, quod pro eo vr mirabile, quia duas alas habet in facie, & duas in dorso, quib. vbi voluerit velocissimè se transportat. Charissimi iste piscis significat aiam, seu mentẽ. Quattuor alę sũt quattuor affectiones, s. dolor, & gaudiũ, spes, & timor quib. procul dubio aia vertitur vbicũq;, iuxta illud Aug. Pes meus affectus meus, eo feror quocũq; feror. Facies aũt secũ

dum

dum Gregorium præsentiā significat, pro eo, ꝙ ista est à par
te ante constituta. Dorsum vero absentiā designat. Dico igiẽ
ꝙ aīa quattuor habet alas.i.quattuor cordis affectiones, q b.
.i. mediantib. de vna volitione ad aliā circūferiut. Sed ꝑ cet
to de istis quattuor duæ sunt in facie.i. in præsenti.s.gaudiū,
& dolor. duę vero sunt in dorso.i. in futuro, & ī absēoti.s. spes
& timor, quia.s. istæ duæ affectiones.s. gaudiū de bono dolor
de malo, versant circa res p̄sentes. Alię vero duæ.s. spes boni
& timor mali, versāoī circa res futuras, & absentes. Istę sunt
ergo quattor alæ, quib. mens nr̄a in mari huius mundi diuer
simodè mouetur, & quib. de vno ad aliud agitatur. Da.7. Ha
bebat alas quattuor super se. Vel dic, ꝙ ludolatra est sapiens
homo, qui.s. habet faciem, & dorsum. faciem dico.i. audaciā,
qua solet apparere, dorsum vero.i. fugam qua solet dispare-
re. in dorso ergo, & in facie habet alas, quia.s. volando.i. cito,
& velociter debet apparere, & accedere si oportet, vel ēt su
gere & se tetrahere si decet. Es.45. Dorsa regū vertā. Vel dic
cōtra illos qui sicut hn̄t alas in facie, ita in dorso, hoc est di-
ctu, ꝙ sicut sunt audaces ad accedendū, ita & ad fugiēdum.

## *De Loligine.* *Cap. 62*

LOligines pisces marini sunt, vt dicit Pli. qui capiūtur
1 quinq; cubitorū, & vltra duos annos rara est eorū vi-
ta. Et duos hn̄t pedes, quib. loco manus vtuntur, cibū
ad os deferendo. Asperi sunt eorū pedes aliqui, quib.
vtuntur in pugnando, & se turmatim ad pugnā stabiliendo.
Caput vero, & ventrē habent inter pedes, & vtuntur pedib.
loco manus. Et isti extra aquam sagittæ modo volando, in
tanta copia aliqn̄ se efferūt supra aquā, vt naues obuias mer
gant, & hi in Mauritania non procul ad flumine lixo in ma-
gna copia abundāt s̄m Pli. Ista possunt exponi de multis ma
lis diuitib. aduocatis, vsurarijs, & balliuis. Isti.n. sunt quinq;
cubitorum.i. isti habent quintupertitā sensuum incontinen
tiam duob. aonis viuunt duplici vita, naturæ, s. & culpæ. nam
vita gratiæ vel gloriæ nunquam viuunt. Isti aūt habent duos
pedes.i. duo gn̄a portatorū, fautorum, & sustentatorū, princi
pes.s. & prælatos, quia procul dubio isti à principib. & præla
tis tanquam quibusdam pedib. sustinētur, & in suis nequitijs
cōsouentur, & ideo isti pedes sunt eis loco manuum, pro eo
ꝙ istis mediātib. cibus bonorum temporalium ab istis attra
hitur, & habetur, & pp hoc os, & venter istorum inter suos
pedes esse dr̄, pro eo ꝙ os istorū.i. locutio, & vēter eorum.i.
affectio tota vacat pedum.i. magistrorum suorum vtilitati,
& obsequio. Patet.n. quia isti non vacant nisi vel ad dicendū
vel ad cogitandum modum, & viam faciendi voluntatē, &
vtilitatem magistrorum suorum, etiā in suarum præiudiciū
animarū. Quid igitur? Pro certo isti turmatim vadunt, quasi
faciēdo vnam societatem, & communitatem. Patet, qa vnus
sustinet alium contra oēs. Sursum sicut aues volant p super-
biam, & pomposita tem. More sagittæ incedūt per proteruiā
& crudelitatem. Contra naues.i. contra subditos in mundo
fluctuantes, & laborantes pugnant per nequitiam, & rapaci-
tatem, & eas in profundū tribulationes demergūt per impo
sitionū sallacitatē, & per excoriationū iniquitatē. ps. Ibi do-
lores vt parturientis, in spū vehementi conteres naues thar-
sis. Timeo ꝙ loligo idem est quod luligo. & ideo vide supra

## *De Locusta.* *Cap. 63.*

LOcusta maris s̄m Pli. li.9.c.31. hyeme læditur, autūno
1. & verè pinguescit, sed plenilunio magis. Testā habet
fragilē, sanguine caret, cornua habet, quib. contra so-
cias suas pugnat, & quod satis mirādum est, os ipsius,
& dentes non sunt in parte anteriori, sed in medio ventris,
in stomacho interiori. Locusta vero à polypo comeditur, &
ideo ipsum timet in tm̄ locusta, ꝙ eo viso moritur præ timo-
re. Talis est peccator, quia pro certo iste est cornutus per su-
perbiam fragilis cutis per inconstantiam, sanguine pietatis
caret per sæuitiam, in plenilunio prosperitatis pinguescit p
luxuriam pugnat cum alijs per discordiam, vere iuuentutis,
& autumno senectutis impinguatur per opulētiam, hyeme
vero mortis lęditur per damnationis miseriam. In stomacho
vero habet dentes, sp cogitando circa gulæ, & ventris intem
perantiam. Et ideo tales à polypo.i. à diabolo comeduntur
per æternæ mortis pestilentiam, & per ipsum vsq; ad mortē
terrentur per perpetuum timorem, & tristitiam. Illæ sunt er

go illæ locustæ quæ corroserunt oēm virorem in terra ægy
pti, & tandem dn̄s flare fecit ventū ad occidentem vehemen
tissimum, & arreptas locustas proiecit in mare rubrū. Quia
procul dubio charissimi tales à quib. alij vel per rapinam vel
per detractionem roduntur, tandem flante occidentali ven-
to, s. morte, in mare, i. in inferni amaritudinem deportantur,
Vel oia possunt dici contra detractores, qui etiam in stoma-
cho.i. intus in cordis gremio dentes habent, inquātum in se
creto detrahuntur, & mordent, & inquantum intus in seip-
sis de alijs tristantur, & dolent. Et tales vt cōiter carent san-
guine.i. dn̄icæ mortis cōpassione, vel etiam sanguine gr̄æ, &
deuotionis. Habent cornua elationis, fragilis sunt testę, quia
per impatientiam cito franguntur, inuicem pugnant, quia fa
cillimè inter se rixātur. &c. Allega vt supra. ¶ Locusta maris 2
tp̄e veris pellem antiquam de tergo exui., & se iterum reno
uat sicut cācer. &c. Expone sicut de cācro. §.3. ¶ Locusta ma- 3
ris hyeme lædit, verè & maximè plenilunio impinguat. &c.
Expone sicut de cancro. §.2. Locusta maris qn̄ non timet ali 4
quid, vtpotè qn̄ non videt aliquem piscem, vel aliquid aliud
quod vereatur, solet cornua ad latera porrigere, & retroce-
dendo natare, qn̄ vero timet, & causam videt pauendi, tunc
cornua solet erigere, & obliquè in latera procedere, sicut di
cit Pli. li.9.c.30. Charissimi ista eadem facit in hoīe bonus ti-
mor. Qn̄.n. homo, & maximè iudex, p̄latus, vel princeps, ni-
hil timet.i. qn̄ homo non habet timorē Dei præ oculis, & qn̄
causas timendi, s. mortem, iudiciū, & infernum, offensam dei
& culpam sui non cogitat neque videt tunc procul dubio so
let cornua affectionum suarum ad latera.i. ad lateralia mūdi
bona diuertere, vel cornua etiam.i. rigorem iustitiæ à sua re
ctitudine flectere, & retrocedendo à via veritatis, & iustitiæ
per vitiorum deuia ambulare. Io.6. multi discipulorum abie
runt retro, & iam cum eo non ambulabant. Constat.n. ꝙ ca-
rentia timoris facit hoiem à iustitia retrocedere, & cornua
iustitię relaxare. Quod bene innuit. Lu. 18. vbi de iudice ini
quitatis dr̄, ꝙ Deū non timebat, nec hoīem reuerebatur. qa
sicut dr̄ Ecclesi. 1. Qui sine timore est, non poterit iustificari.
Qn̄ vero timorem Dei ex causis prædictis conceperit, tunc
cornua iustitiæ eriget, & obliquè, & lateraliter, hoc est dictu
circumspectè, & sagaciter ad veritatis inquisitionem proce
det. ps. Exaltabuntur cornua iusti. Bene ergo dr̄ Proue.15. ꝙ
per timorem domini declinat omnis à malo.

## *De Lepore.* *Cap. 64.*

LEpus marinus, & leo marinus contrariantur. teste.n.
Isid. leo terribilis est in terris, sed dulcis in fluctib. s̄m 1
vero Amb. lepus est animal timidum in terris, in ma-
ri vero formidabile. Dr̄ autem lepum, vt dicit Isidor.
pro eo, ꝙ in similitudinem leporis habet caput. Leo animal
audax, & regium, significat mundi nobiles, & potentes, qui
procul dubio in terris mundani status sunt alijs terribiles, &
tyranni. Sed quid? Pro certo illi qn̄ ad fluctus religionis, vel
ad statum pęnitentiæ veniunt, tunc præ cæteris dulces, & hu
miles fiunt, quia vt communiter illi, qui in seculo fuerant de
teriores, fiunt in religione, vel ecclesia meliores, exēplo Pau
li, quia sicut dr̄ ad Ro.5. Vbi abundauit delictum, ibi supera-
bundauit, & gratia. &c. Et etiam illi, qui à nobiliori statu ad
aquas religionis, & ecclesiæ veniunt, vt cōmuniter videmus,
benigni, dulces, & humiles magis fiunt, iuxta illud Eccles 3.
Quanto magnus es, humilia te. Vnde Senec. li. de clementia.
ad Nero. dicit ꝙ pleriq; qui in domo sua sæuissimè erāt tyrā
ni, in alienis domib. humillimi fiunt. Lepus vero significat p-
sonas viles, humiles, & inertes, qui procul dubio dū sunt in
terra, i. in mundo, vel in seculo, timidi sunt, pauperes, atq; vi
les, quando vero in aquis religionis vel ecclesiæ inueniūtur,
tunc præ cęteris formidabiles, superbi, crudeles, venenosi, &
detractores comperiuntur, quia quanto fuerant in terris sta
tus vilioris, & plebis humilioris, tanto in religione vel eccle
sia positi, sunt nequitiæ, & supbię amplioris, & sic dicit Clau
dianus. Asperius nihil est humili cum surgit in altum. Et bre
uiter istud uidemus multotiens, ꝙ nobiles uenientes ad reli
gionē uel ecclesiam, fiunt humiles, lepores uero, i. uiles, & ti
midi, superbi, fiunt & crudeles. Vel pōt dici de nobilib. leoni 2
bus, qui in terra, s. in siccitate, & paupertate positi, crudeles,
& tyranni sunt, in aquis uero prosperitatis, & diuitiarum si
fuerint, dulces, & liberales fiunt. E contra uero de rusticis,

qui in terra.i.in statu sicco,& paupere sunt humiles,si verò in
fluctib.prosperitatis fuerint,sunt crudeles. Abac.3.In flumi-
nib.furor tuus,aut in mari indignatio tua.Iô bene teste Clau
diano,viles personæ non sunt in dignitatib.erigendæ,quia si
cut dr̃ Prouer.29.Qui delicatè nutrit seruum,ipsum sentiet
cõtumacem.¶ Lepus marinus ẽm Pli.aĩal est venenosissimũ,
lutosum est declinans ad rubedinem. In tm̃ autem est vene-
nosus piscis iste, ꝙ tactu eius omne aĩal moritur. tactus etiã
homo à lepore marino piscem olet,& moritur, & etiam al-
ter alteri fit venenum,vt dicit Pli.li.32.c.1.Tales sunt multi,
qui pro certo ita sunt diuersis vitijs infecti,ꝙ ipsi sunt oium
aliorum infectiui,& alijs omnib.venenosi.Nam quicunq; ip
sos tetigerit,eorum consortia frequentando,statim eorũ ma
lis dictis,& exemplis moritur per pctm̃ Eccl.33. Qui tetige
rit picem,inquinabitur ab ea.Quinimo homo.i.quæcunque
bona rationabilis,& iusta persona,si ab istis fuerit tactus,as-
sociatus,& frequentatus,necesse erit,ꝙ piscem oleat.i.ꝙ in-
famiam incurrat,& ꝙ eorũ malas conditiones sapiat, ꝙ tan
dem per multa vitia intereat, & finaliter per tormenta mo-
riatur,& pereat.Nu.19. Quicquid tetigerit immundus,im-
mundum faciet. Quid plura?etiam ipsi marini lepores.i.ipsi
mali sunt sibi inuicem contagiosi, & per contactum mutuæ
societatis sunt alter alteri venenosi.Constat.n.ꝙ vnus malus
alium ad malum solet inducere,& sic solent iniquitatis alter
alterius cã esse.¶ Plinius li. 32.c.1.dicit ꝙ mulieres grauidæ
solo aspectu fœminæ leporis marini stomacho nauseante fa
ciunt abortum.Remediũ tñ est, vt mas induratus sale in bra
chialib.habeatur. Charissimi, mulieres significant simplices
imperfectos,ad resistendum debiles,& inertes. Quid ergo?
Pro certo qñ aliqua mulier.i.qñ aliquis homo simplex est p̃
gnans aliquo bono proposito quod concepit,& videt illum
piscem venenosum.i. aspicit ad mala opera malorum fœmi
neorum,& imperfectorum , solet aspiciendo malum exem-
plum pati scandalum in eisdem,& fętum boni propositi reij
cere,& abortum facere de eodem. Quod potissimè verũ est
de religiosis,& ecclesiasticis malis,quorum aspectus,& visio
mulierib.i.simplicib.subditis,& secularib.est venenum. vn-
de Aug.li.de past.dicit,ꝙ qui in cõspectu populi malè viuit
quantum in se est,oẽs se vidẽtes interficit. Et ideo iste debet
exemplariter portare masculos salsos.i.illos quos scit esse ꝓ
uidos,& discretos.si.n.talium exempla portauerit,ab aliorũ
veneficijs liber erit,quia pro certo dum vir discretus, & bo-
nus attenditur,venenum malorum exemplorũ ad quę prius
homo aspexerat,emundatur. Vel dic ad litterã,ꝙ qñ mulier
bona,prægnans grã,& fœcunda, fęminam leporis marini.i.
adulteram vel lenam venenosam respexerit,& ad eius exem
pla,& dicta mala attenderit,tunc sibi boni propositi abortũ
faciliter facit,& exemplo alterius se corrumpi sinit.Ideo be
ne docetur Eccl.9.vbi dr̃. Ne respicias mulierem multiuolã
ne forte incidas in laqueos ipsius. Vel dic,ꝙ mulier pręgnãs
est religiosus bono proposito fętans, qui.s.fęminam veneno
sam,& malam non debet respicere,ne forte contingat ipsum
per mala desideria & opera abortire.Allega vt supra.¶ Teste
Auicenna,qui de lepore marino comederit,quasi fętorẽ pi-
scis putridi in ore sentit,& quod plus est,videns pisces terre
tur ab eis,sicut dicit,& ꝙ sanetur signũ est, si pisces vidẽs nõ
timet,sed comedit,& appetit. Sic verè fit in ecclesia vel reli-
gione.Accidit.n.qñq; ꝙ in mari religionis vel ecclesię,inter
alios pisces est vnus venenosus.i.aliquis malus ecclesiastic⁹,
infectus criminib.& corruptus.Sic ergo fit,ꝙ illi,qui istũ ma
lum comedunt.i.qui malam eius vitam gustãt, masticant,&
terunt,ita infamia eius qñque inficiuntur, ꝙ etiam cõtra bo
nos saporem fętidi piscis.i.malam opinionẽ concipiunt, in-
quantum omnes alios tales credunt , & sic ꝑp istum malum
oẽs alios abhorrent,& fugiunt,& ab ipsis terrentur, & rece
dunt.Istud videmus ad oculum quotidie,quia vnus malus si
est in vno collegio,facit oẽs alios infamari,& eos à seculari-
bus abhorreri,& de ipsis malam opinionem haberi.Nume.
16.Vno peccante,contra omnes ira deseuiet.

*De Lucio. Cap. 61.*

1 LVcius est piscis fluuialis,cum magnis dentib.& ore la
to,& ẽm librum de natura rerũ,lucius est lupus aqua
ticus,depopulatur.n.alios pisces, etiam illos qui de ꝓ
pria illius sunt specie. Nã propria semina depascitur.
vbi formam piscis acceperint.Si diu viuat, in longitudinem
maximam crescit,& iste ita est rapax,ꝙ inter cibos nõ distin
guit,& inde fit ꝙ non solum pisces,imo etiã ranas, & buffo-
nes comedit,& consumit.Tales procul dubio sunt crudeles
vsurarij,& auari,& maximè officiales,& aduocati.Isti.n.pro
eo ꝙ alios innocentes deuorant,& prædantur non solum lu
cij,imo lupi aquatici possunt dici.Hie.5.Lupus ad vesperam
vastabit eos.Nulli.n.generi hominum parcunt, quia nõ soli
pisces imo buffones,i. non solum bonos , imo etiam malos,
non solum extraneos,imo etiam illos de suo genere,s.vici-
nos,subditos,& propinquos,per vsuras exactiones exhære-
dant,& deuorant,& consumunt. De buffonibus,i.de malis
constat,quia pro certo præpositi , & officiales non quærunt
nisi buffones.i.nõ desiderãt habere nisi malos, & maleficos,
in quibus occasionem habeant extorquẽdi.Et inde est ꝙ ho
die multi sunt,qui non viuunt nisi de venenosis,i.de malori
exactionib,& emendis. ps. Venenum aspidum sub labijs eo-
rum. De piscib. etiã patet , quia etiam ipsis piscib.i.bonis,&
simplicib.nunquã parcunt,& cum causam non habeant,fal-
sum supponunt,exemplo Achab,qui pro habenda vinea Na
both,suppositis falsis testibus ipsum occidit 3.Reg.21.De ꝓ
prijs etiam seminib.patet,quia pro certo dato, ꝙ aliqui sint
proprium semen suum,s.ipsi subditi,parentes , vel vicini,dũ
tñ videant,ꝙ formã piscis attigerint, & ꝙ diuites affecti fue
rint ipsos non omittunt ꝑp hoc deuorare,& rapinis,& exa-
ctionib.infestare.Hier.19. Vnusquisque carnes amici sui co-
medet in obsidione.Et inde fit ꝓcul dubio,ꝙ tales si diu vi-
xerint,in longitudinẽ crescunt,& si diu regnauerint,in disi
tijs magni fiunt.Eze.17.Creuit in vineam latiorem. &c. Ista
etiam possunt dici de malis principibus,& prçlatis.¶ Lucius 2
cum deuoret generaliter oẽs pisces, est tñ piscis qui dr̃ per-
ca,qui per longum dorsi asper est , & spinosus , qua propter
raro vel nunquam lucij efficitur præda , & maximè si ipsam
accipiat à parte caudæ. tunc.n.aculeis obuiantibus impedi-
tur.Veruntamen si ipsam à parte capitis , faciliter ipsam de-
uorat,& transglutit.Lucius est diabolus, qui pro certo faci-
liter omnes pisces.i.omnes homines per tẽtationes solet spi
ritualiter deuorare 1.Pet.5.Circuit,quęrens quem deuoret.
Sibi tñ obuiant illi pisces qui sunt pleni spinis,& aculeis cõ-
scientiæ interius , & asperæ pęnitentiæ exterius, & maximè
qñ opponitur sibi cauda.i. mortis memoria. humiles.n per
hæc omnia sibi taliter obuiant,& contrariantur, ꝙ ab ipsius
tentationibus non pereunt vel vorantur.Iud.1. Non potuit
delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abundabat.
Veruntamen cauendum est de capite.i.intentione, affectio-
ne, vel cogitatione,quia pro certo nullus est ita spinosus,nec
ita iustus,humilis vel seuerus,vel etiam ita conscientiosus,si
caput eius.i.intentio affectio vel cogitatio per aliquam malã
cõplacentiam à diabolo occupetur, quin per consensum ip-
se totus faciliter deuoretur.obtento.n. capite intentionis,fa
ciliter pereunt membra exterioris conuersationis.Cum ca-
put.n.infirmum,cætera membra dolent. Vel si vis per caput
intelligitur iuuentus,qua à diabolo obtẽta,& occupata,cor
pus reliquum.i.totum vitæ residuum sibi cedit.Vel dic ꝙ ꝑ-
ca est ecclesia,collegiũ vel parochia. Lucius ergo diabolus
si à cauda.i.à subditis incipiat,nihil facit,quia.s.mediantibus
prælatis,& superioribus faciliter ipsos perdit. Sed pro certo
si caput.i.capitaneos,maiores,& prælatos primo occupaue
rit,cito totum residuum occupabit.Esai.9. Auferet à te dñs
caput,& caudam.quia sicut dr̃ Zacha.13.Percute pastorem,
& dispergẽtur oues gregis. ¶ Lucius caput in sportula vel in
reti,si antequam amoueatur,lucem diei viderit,vix inuenie 3
tur ibidem,quia viam quærit,& euadit. Sic vere dato ꝙ ho-
mo in sportula alicuius peccati detineatur , si tñ lux fidei,&
discretionis sibi luxerit,de ipso desperandum non erit, quæ-
ret.n.sibi viam pęnitentiæ,& exibit,& sic in piscatoris diabo
li laqueis nõ peribit.psal. Illuminabo oculos meos.ne vnquã
obdormiam in morte. Vel per lucem intellige diuinam gra
tiam.&c.¶ Fœlina Lucij cum peperit,aquã ascendit,& a ma
ris sui præsentia recedit,& fugit,sciens, ꝙ etiam proprios fi- 4
lios comedere consueuit.Quod facit secundum aliquos.vt
quanto plus versus fontem ascenderit tanto aquam dulcio-
rem inueniat.Vel vt dicunt alij, vt alios suos à rapina patris
liberet,& abscondat. Charissimi per patrẽ intelligitur mun
dus,per matrem intelligitur religio. Iste enim pater mũdus
vel diabolus cõsueuit omnes suos paruulos deuorare. Eze-
chi.5.Patres comedent filios in medio tui.Et ideo mater re-

ligio

ligio istos pro posse sibi nititur (ne deuorentur) per pdica-
tionē subtrahere, & auferre, & ideo ipsos ab isto patre solet
per pniam elongare, & ad aquam fontis grę, deuotionis, &
sciæ, secum ferre. Prædicator.n. vel prælatus qñ more pię ma
tris vult pctóres in grām parturire, sursum contra aquā mun
danæ prosperitatis debet ascendere, & ad fontem grę, & glo
rię ipsos ducere, vt sic eos possit à patris sm mundi vel diabo
li oequitia liberare. Religiosi ēt mendicantes cum aliquē io
religionē parere volūt, ipsum à patrib. suis secularib. elongāt
& tollūt, & ne ab ipsis inuenenatur, vt melius pñt disponū,
ducunt cum ad fontem grę, scientię, & glorię, & sic saluatur
à furore paternæ nequitiæ, quæ s. volebat ipsum in mundo p
dere per deuorationē ioiquitatis, & auaritiæ. Cōstat.n. q isti
mondani ad hoc volunt retinere filios suos, vt mundani effi
cianſ, & vt per consequens diuersis vitijs deuorantur qua pp
maximè quādiu sunt nouitij, ab eis sunt elongādi, & in aqua
dulcis fontis deuotionis continuè patiendi. Vel pōt dici, q
qñ prædicator vult parere verbū Dei, ante oīa debet ad fon
tem misericordiæ, s. ad Xpm, vel ad beatā virginē per deuo-
tionem ascendere, & aquam dulcē lnæ grę quærere, vt semē
verbi Dei quod parturiet, possit fructū meliorē proferre, &
mediante ista aqua magis pficere, & valere. Recurremus igi
tur ad istum fontē humiliter orando, vt nobis aquā suæ grę
infundat, nos salubriter inspirando. Ge. 24. Ecce ego sto pro
5 pe pontem aquę. &c. ¶ Lucius qñ multū antiquatur lapidem
crystallo similē in cerebro gerit. Sic verè quilibet dum ad se
nectutē venerit, debet lapidem præciosum. i. Christū, in capi
te per deuotionē habere, & ipsum semper secū gerere, & por
tare. Quicquid.n. homo iuuētute faciat, qñ tñ senuerit, si pru
dens est, Christo totaliter se coniungit, & ipsum in capite in
tentionis per deuotionem, & fiduciam semper gerit. ad Gal.
6. Stigmata domini Iesu in corpore meo porto.

*De Lupo.* *Cap. 66.*

Vpus marinus sm Isi. ab auiditate appellatur. in aqua
1 L lupo terrestri assimilatur. Et est lupus piscis candidus
& sapidus, qui bis in anno dr̄ parere, & sm Arist. cum
magnus fuerit, aerem attrahendo spirare, & cum reti
se circundatum senserit, cauda arenam fodere, & se in fouea
abscondere, & sic à reti transeunte desuper se saluare sm Pli.
li. 32. c. 2. Sic verè iusti per castitatem candidi, & per benigni
tatem sapidi sunt. bis etiam in anno gratiæ pariunt, inquan-
tum. s. non solum fœtus bonorum desideriorum, verum etiā
fœtus bonorum operum producunt, & sub arena humilita-
tis mediante cauda i. mortis memoria se reponunt, & sic re-
te diaboli fugiunt, & euadunt.

*De Mullo.* *Cap. 67.*

M Vllus sm Isido. fuit à mollitie sic vocatus. Est.n. pi-
1 scis mollis, tener, sapidus, atq; dulcis. Est aūt piscis
fęcūdissimus, quia ter in anno dr̄ parere, & sm Ale
xandrum, se in fimo bouis dr̄ delectare. Sic verè iu-
stus in anno fidei Christianæ, qui. s. ex duodecim mensib. i. ex
duodecim articulis, constat, ter parit, inquantū corde ore, &
opere bonum facit. Parit.n. contritionē in corde, confessionē
in ore, satisfactionem in opere. Ex. 23. Ter in anno appare-
bit omne masculinum coram dño. Iste ergo in fimo bouis. i.
in suæ vilitatis cōsideratione delectatur, & ibidem virtutib.
impinguatur, & sic apud deum, & hoies mollis, dulcis, & mi
tis, & sapidus inuenitur, dicens Ecc. 24. Spūs meus super mel
dulcis. ¶ Mullum sm Pli. li. 9. c. 17. concomitatur quidam pi-
scis sargus nomine, & cum mullus foderit cœnum, ille piscis
pabulum deuorat excitatum. Sic verè fit de multis qui liben
ter sequuntur alios, non ad iuuandum, sed ad cibos bonorū
tpalium, cum eos foderint vel acquisierint, manducandum,
quia. s. q alij acquirere cōprobantur statim isti rapiunt vel fu
rantur. ps. Insidiatur vt rapiat pauperem. Vel pōt dici de fal-
sis amicis, & adulatorib. qui ad nihil aliud sequuntur hoies,
nisi, vt possint de eorum cibis satiari, & de eorum diuitijs im
pinguari. Ecclesi. 6. Est amicus socius mensæ. Vel pōt dici de
quibusdam magistris in religione mēdicantium, qui illud qđ
simplices fratres cum laborib. fodiunt, & acquirunt, gulosè
comedunt diripiunt, & consumunt. Io. 4. Alij laborauerunt,
& vos in labores eorum intrauistis. Vel pōt ēt dici de seruis,
& eorum dñis, quia, s. illud quod serui solent fodere, domini
solent comedere. Deutero. 28. Vineam plantabis, & fodies,
&. vinum non bibes.

*De Miluo.* *Cap. 78.*

M Iluus sm Pli. li. 9. c. 27. piscis est qui alio nomine ap
pellaſ lucerna, subit.n. (vt ait) in summa maria, vbi 1
sesquipedalia cornua ex ipō mari attollit. Habet au
tem linguam igneam, quæ per os exerta tranquillis
noctib. relucet, quapropter lucernæ nomē accepit. Tales vi-
dentur esse aduocati, quia procul dubio isti sunt qui per ma
re huius mundi erectis cornib. elationis, & psumptionis ince
dunt, linguāq;, & loquelā ignea ardentē, & scindentē, & elo
quentiā, & mūdi sapientiā splēdentē hñt, qua noctē huius vi
tæ se credunt illuminare, inquantū. s. mundi negocia dirigūt
atq; regūt. Talib. ergo psumptuosis vr̄ loqui apostolꝰ ad Ro.
2. Confidis teipsum ducē cęcorū, lumē his qui tenebris sunt
eruditorē insipiētū. Vel dic cōtra malos doctores, & pdicato
res, q nihil hñt lucidū nisi linguā. i. nisi eloquētiā, & doctrinā.
Illū tñ videnſ habere igneā, inquātū verba eorū videnſ p cæ
teris resplendere, dicentes illud Eccl. vlt. Dedit mihi dñs lin
guā mercedē meā. Vel dic q tales sunt boni doctores, & pdi
catores, quorū lingua, & locutio dr̄ ignea, ad alios inflāman
dum, & dr̄ lucida, ad alios dirigendum. Eccl. 74. Surrexit He
lias quasi ignis, & verbū eius ardebat, vt facula. Isti ergo pos
sunt dici lucerna. vnde Matt. 5. Vos estis lux mundi.

*De Mugili.* *Cap. 69.*

M Vgilis sm Isid. ab agilitate sic est dictus. Hic.n. vbi
præ paratas piscatorū senserit insidias, ita cito rete 1
retrorediēs transilit, vt volare ipsum credas potius
q̄ saltasse. Sic verè hō dēt esse spualiter agilis, & ad
benefaciēdū facilis, quia si sportulā alicuius tētationis nobis
paratā viderimus, ita cito retrocedere ab illo actu in quo tē
tamur, debemus, vt non solū saltasse, sed ēt volasse potius vi-
deamur. Da. 9. Ecce vir Gabriel cito volans. ¶ Scđm Iorath
Mugilis est piscis quē grauidū si hō viderit, visum suū obstu 2
pefaciet, & offuscabit, & ipsum videntē ad luxuriā incitabit.
Sic verè mala mulier solent cōtēplatores suos ad luxuriā in-
ducere, visum eorū obstupefacere, & mentis ēt intuitū à di-
scretionis lumine offuscare, & ad carnis luxuriā iclinare. Mū
di est igitur tales respicere, & bonū est à visib. suis abstinere.
Iō bñ dr̄ Eccl. 9. Cū saltatrice ne assiduus sis, ne forte pereas
in efficacia illius, virginē ne cōspicias, ne scandalizeris in de
core eius. ¶ Sicut dr̄ in li. de natura rerum, Mugiles inter pi-
sces fatuus dr̄, p eo q capite abscōso totū corpus tutū, & ab 3
scōsum arbitraſ, qđ ēt dicit Pli. li. 9. c. 17. Tales sunt multi, q
cū caput intētionis abscōditū hēat atq; tutū, vtpotè quia ex
bona intētione faciunt aliquē actū, totū residuū. s. exteriorū
operū credunt esse securū, qđ tñ falsum est, qa nō solū est ne
cessariū, & intentione sit bona, imo ēt necesse est q exteriora
opera bona sint honesta, qa. s. intentio, & cōsciētia posset esse
erronea, & sic nō excusaret exteriora. vñ dicit Sen. Nō refert
qua intētione feceris, qđ vitiosum ē fecisse. Vel dic q ille ha
bet caput abscōditū, seipsum nō videt, & sic dico, q p mugilē
significanſ quidā q caput mētis, & rōnis abscōditū excęcatū,
& offuscatū habētes, credūt (quia ipsi seipsos nō vidēt) q a
nemine videanſ, cū tñ totū corpus eorū. i. tota mala vita ipso
rū oīb. sit apparens. Cōtra quos dicit. Sen. epla. 83. q hoc nos
pessimos facit, q nemo vita suā respicit. Ista pcipuē videmus
de luxuriosis ecclesiasticis vel platis, qui quia vilitatē status
sui nō cōsiderāt, hinc est, q videri à nemine ipsam putāt. Iob
24. Oculus adulteri obseruat caliginē, dicēs, non me videbit
oculus. ¶ Inter mugilē, & luciū, sm Iorath sūt inimicitiæ hye
me tñ, æstate vero cōcordes sunt. Cuius credit esse cā, quia 4
hyeme rarus est cibus p quo dimicāt, in æstate vero abūdat,
quare pacifice manent. Ista pñt allegari cōtra paupertatem.
Hyems.n. q̄ caret cibis, & fructib. statū paupertatis designat,
q̄ fructus diuitiarū, & cibos deliciarū nō habet. Aestas vero
q̄ vtrunq; hēt, statū sufficiētię, & prosperitatis denotat, qui. s.
sufficiētes diuitias, & delicias secū portat. Quid ergo? Procul
dubio multi sunt sicut mugilis, & lucius, qa. s. tpe hyemis. i.
dū sunt in statu paupertatis, inuicē p discordias solēt pugna
re, & p rapiēdis, & acquirēdis necessarijs, alter contra alterū
dimicare, & sic paupertas solet inimicitię cā esse, & inter par
tes discordias gñare, necnō rapinas, & homicidia multasiēa
procreare. Eccl. 28. Propter inopiā multi deliquerunt. in gsta

te vero.i.in tpe prosperitatis est contrarium. Istud.n.tempus solet pacis,& concordiæ esse,tunc.n.abundant,& cibi,& necessaria,& sic cuilibet sufficiunt propria, pp quod non inuadit nec impetit aliena,nec pro alienis habẽdis mouet litigia seu bella.& sic dico q̃ tẽpus sufficientię pręferendum est tpi miseriæ,quapropter Salomon petebat Prou.30.dicens.Mendicitatem,& diuitias ne dederis mihi, tribue tm̃ victui meo necessaria.Vel pōt dici q̃ mugilis est homo,lucius rapax est diabolus.Isti ergo tpe hyemis.i.tpe tribulationis, & pęnitētiæ inimicantur,quia.s.tunc homo efficitur iustus , & sic per consequens ipse,& diabolus sibijnuicē contrariantur, cuius tñ est contrarium in æstate prosperitatis,tunc.n.vt cōiter hō fit peccator,& sic obedit diabolo, & cum ipso concordat,si bñ; non contrariatur,nec ipsius tentationib.obuiat aut rebellat,dicens Esa.28.Pepigimus fœdus cū morte,& cū inferno fecimus pactū ¶ Plinius tradit vnū mirabilē modū piscādi mugiles. Dicit.n.q̃ ī narbonēsis ꝓuinciæ stagno Laterna, delphini cū hoīb.mugiles piscātur.Populus.n videns certis tpib.mugilum multitudinē in stagnum introire,vociferando è littore simonem clamat. Cuius vocē delphini audiunt, & ex improuiso veniūt aduocati, ac protinus aciē dispōnūt, & mugiles trepidos ad aliquē certū locū fugere cōpellūt,piscatores vero tūc tendūt retia circa ipsos , & fortis superius ipsos leuant,& capiunt,siqui vero rete trāsiliūt,ipsos delphini suscipiunt,& apprehensos,occidunt,& cōtenti victoria,ci bū piscatorib.dereliquūt.Piscatores vero nō solū pisces imo ēt panē,vinū suis coadiutorib.distribuūt.Hæc.Pli.lib.9.c.8. Isti delphini charissimi pr̄ mihi significare stipēdiarios milites,qui vocati à piscatorib.i.à principib.ad plium statim adsunt,&dato q̃ cōtra mugilē.i.cōtra aduersarios pugnātes,ipsos obtineāt,de acquisitis tñ nihil reportāt,imo piscatorib.i. illis qui ipsos aduocauerāt cuncta relinquunt.Vel ista pōt alegari cōtra quasdā, qui dum vnū periculū indiscretè vitare volunt,in peius incidunt,qa dū à retib.hoim volunt fugere, solent se beluis cōmittere,& mortis ĩpediū reportare. Qđ potissimē de apostatis verū est,qui retia hoim.i.statuta sanctorū,& disciplinā religionis In lita leuitate transilientes, & exeūtes,beluis infernalib.& ēt beluis, & tyrannis secularib. se cōmittunt,qui ipsos spūaliter vulnerant,& occidūt,iuxta illud Iob.20.Fugiet arma ferrea,& irruet in arcū ęreū. Qđ ēt de oīb. pctōrib. pōt dici,qui dum rete Dei,& mandatorū fugiunt,in manus demonum transiliunt,qui ipsos in inferno occidunt.vnde.Decidit in scyllā qui vult vitare charybdim. ¶ Mugil videns escā , sed hamum ibi esse sentiens , comedere non audet,veruntñ solet cibos cauda verberare, vt ipsos ab hamo cadentes possit tutè comedere,& vorare,ſm Pli.li. 32.c.2.Sic si cibum diuitiarū,& deliciarū appetimus, ab hamo luxuriæ vel auaritiæ caueam⁹. Nā si delicias vel diuitias ab istis hamis excutimus,ipsa pro certo sine periculo māducamus.Bona.n.tpalia securè,& sine periculo pfruunt,dū tñ vitia caueātur.Eccl.8.Bona est substātia cui nō est pctū. ¶ Pisces differunt ingenio,& sagacitate,quia vt dicit Isido.mugil est piscis agilis,q̃ ita cito q̃ senserit insidias piscatoris,ita citò à reti trāsilit,q̃ volasse ab astantib. videatur. Sic statim,q̃ piscatoris diaboli insidias videris esse paratas, vt in reti tētationū capiaris,debes,& statim & velociter resilire,de reb.cōtrarijs cogitando,& ad partes reti oppositas euolando, vt si rete luxuriæ tibi apponitur,rei ocedere, & euolate ad abstinentiā,& hmōi.Et sicut rete multis auulis cōpingitur,sic diaboli tētatio multis suggestionib. & inductionib. est cōpacta. Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum.Prouer.1.

## *De Murenis.* *Cap. 70.*

Mvrena piscis est tortuosus,flexuosus,& mollis,qui à gręcis dr̄ myrena,pro eo q̃ complicet se in circulos.Est aūt propriū murenę,q̃ ictu fustis vix interimit, modico vero gustu ferulæ protinus enecat ſm Pli.l.23.c.1.& sicut dīt Isid.teste Pli gustu aceti in rabiē vertitur.Sic verè sunt multi flexuosi,& deliciosi qui ictus fustis.i. graues pro mundo labores optime sustinent , ferulā vero,i. est herba medicinalis,licet gustu aspera,& amara , vel acetū .i.laborem tribulationum vel pnīæ pro Deo nequeunt sustinere,quia quamuis iugum Xp̄i. sit suaue,& onus eius sit leue, ipsos tñ lędit mirabiliter atq; grauat.Labor vero mundanus quāuis sit difficilis atq; durus, ipsos nō lædit,nec fatigat, vel molestat.Isti ergo fortes sunt ad sustinendū,pro mūdo, & ꝓ carne grauia,debiles vero ad tolerandū pro Xp̄o etiā leuia, cum tñ ipsi deberēt dicere Deo illud ps.Fortitudinē meā ad te custodiā.¶ Murenę fœtus velocissimè crescit. Vñ Pli.li.9.c. 23.dī q̃ murena quocunq; mense parit,cū cęteri pisces stato pariant tpe.Sic filij diaboli in hoc mundo celeriter in bonis tpalib.magni fiut.vide supra in gñali.§.40. Vel dic cōtra luxuriā hoim q̃ oi tpe vacāt libidini, cū alia aialia certo tpe vacēt.¶ Murena licet ſm aliquos aliquid in se continet venenosum,in tñ spēb.& aromatib.condita,efficit cibus dulcis.Sic verè licet hō sit venenosus,& periculosus per pctm̄ , qū tñ pniam decoquitur,& cū virtutum aromatib.condicitur,tunc Deus,& Angelis cibus dulcissimus reperitur , quia sicut dī Lu.15.Gaudium est angelis Dei super vno peccatore pniam agente.¶ Murena ſm Iorath,& ſm Ambr.nunquam concipit à suo simili,sed à serpente quem sibilo prouocat,& inducit.Licet ergo serpens de se sit venenosus,tñ quia ante hmōi coitum venenum euomit,ideo murena fœtum concipit non venenosum,serpenti in nullo similem,sed sibi.Sed serpens cōpleto coitu redit iterum ad venenum. Murena est beata virgo,quæ non concepit à suo simili,s.ab hoie,sed potius ab ipso Deo,& spū sancto, qui tunc serpens dici poterat pp venenum iustitiæ vel rigoris,nā pro certo in ista copula beneditta depoluit ille serpens,s.Deus , totum illud venenū.i.oēm iustitia,& rigorem , & sic murena.s.beata virgo fœtum nullo modo concepit venenosum aut maliciosum,sed potius mansuetissimum,& benignum. Iste aūt serpens,s.Deus pater finaliter in die iudicij veneuum sui rigoris resūmet, qū pctores ęternis ignib.tradet,ita q̃ ille qui nunc vt veneno iustitiæ caret vita dissimilando, tunc apparebit ipsis venenosus vitia puniendo.Esa.42.Tacui,semper silui,patiens fui,quasi parturiens loquar,dissipabo,& absorbebo simul.Et sicut serpens ſm Pli.lib.32.c.a. Murenam sibilo prouocat ad copulam,sic Deus patet beatam matrē ad Christi copulā prouocauit mediante suo sibilo Gabriele,qui illud. Aue dulcissimū suis aurib.sibilauit,quod bene figuratur.3.Re.19.vbi dr̄ quod post ignē venit sibilus auræ tenuis,& in sibilo dñs,quia post ignē rigoris,venit sibilus Gabriel,quem aura.i. spiritus sanctus insufflauit,qui nobis dñm apportauit.Vel si vis dic,q̃ murenæ inter quas non sunt masculi,sed oēs fœmellæ, & quæ concipiunt a serpente.significant quosdā hoies imbecilles,in quorum collegijs, & consortijs nullus it.ue itur masculus.i.per fectus,sceuitificus aut virtuosus, quapropter cū non habeāt qui ipsos impregnet per doctrinam, solent à serpentibus.i.à diabolo,& hæreticis conceptum quærere,legem,& disciplinam accipere,& se ipsis subijcere,& in fide,& morib.conformare. Nau.3.Ecce populus tuus mulieres in medio tui. Ista aūt omnia in scismatis apparent, qui propter carentiam bonorum doctorum hæreticis crediderūt.Patet etiam in ignorantib.fœmineis,& insufficientib.religiosis, qui pp defectū, & carentiam boni viri,quandoque serpentem.i.aliquem peruersum , alienæ naturæ.i.de alieno gremio in maritum.i.in prælatum solēt eligere,& se eius imperio subiugare, quē.s.in principio cum assumitur, solet venenum maliciæ deponere, & se bonum,& mansuetum fingere,loco tñ & tempore solet venenum suum resumere,& erga fœminas istas suam malitiā declarare. Iob 34. Regnare facit hominem hypocritam pp peccata populi.Vide hoc satis plene infia lib. 10.cap.vltimo de vipera.¶ Murena habet vitam in cauda,quia ibi percussa vel ea abscissa statim moritur.Sic si caudam.i.mortis memoriam perdideris , diu in statu gratiæ viuere non valebis. Figura Leuiti.22.Vbi animal sine cauda in sacrificijs non valebat Esaiæ 9. Auferet à te dominus caput,& caudam. Vel dic quòd cauda ista est perfectio,quia.s.vita, & perfectio cuiuslibet est in finali perseuerantia, quæ per caudam designatur. Quia qui perseuerauerit vsque in finem,hic saluus erit. Matthe.10.& 20.Vnde illud.Exitus acta probat. Vnde si caput.i. inuentus,& principium vitæ hominis percutiatur multis vitijs,& peccatis, non propter hoc moritur, nec propter hoc mortuus aut damnatus debet dici , nam Paulus malè incepit,qui tamen benè finiuit. Vnde Ecclesiastici.7. Melior est finis orationis quàm principium. Sed si murena in cauda percutitur,id est si homo delinquat in senectute sua,& in fine vitæ,vel si cauda spei finalis pœnitentię,& perseuerantiæ ab eo abscinditur,tunc mortuus poterit iudicari. Figura Leuitico. 22. vbi in sacrificijs votiuis non sufficiebat animal quod autem,& caudam amiserat. Sic super altare paradisi domino

ounquam

nunquam offeretur, qui aurem obedietiæ perdiderit, & cau dā finalis perseuerantiæ non habuerit. vnde Apo. 9. Potestas
6 eorum in cauda ipsorū est. ¶ Murena fluuialis. i. lampreda, nō habet in toto corpore os neq; spinā, excepto ore. Os. n. tm̄ habet lapideū, totum residuū est carneū. Veruntā cum ille ore osseo, ita fortiter adhæret lapidi seu ligno, q via euellif vel auferur. Sic et multi sunt qui in corpore vel in vita non pñe aliquod os alicuius firmitatis, & cōstantię vel aliq̄ spinā. i. aliquē remorsum cōsciēntiæ, ore tñ excepto. os. n. ipsorū est forte, & osseū, quia verba talium sunt fortia, notabilia, & seuera sed pro certo totū residuū, f. facta, & mores, est carneū atque molle, lolo. n. ore adhęrēt lapidi. i. Christo, factis vero ab eo sunt disiuncti. ad Titum. 1. Cōfitentur quidā se nosse Deum, factis autē negant. Et tñ dicit Seneca q mirum est fortiter ali
7 quid dici ab hoie mollitiē professo. ¶ Scd̄m Pli. lib. 9. ca. t. in Gallia septentrionali murenis oibus in dextera maxilla sunt septē maculæ seu notulæ, ad formā septētrionis, aureo colore fulgeotes, & hoc duntaxat viuentib quia cū aia pariter extinguunt. Tales sunt iusti, quia. f. in septētrione. i. in frigore tribulationū positi, septē notis seu stellis. i. septē virtutib. seu donis insigniuntur, & ipsi dū vita gr̄æ comes fuerit decorātur, figurati in illo filio hois Apoc. 1. qui habebat septē stellas in dextera sua. Dextera. n. iusti est interior, cōnscientia, q̄ p certo septē stellas. i. septē dona seu virtutes cōtinet, quib. in mū do rutilat atq; splēdet. Aduerte tñ q si vita gr̄æ p pc̄m mor tale defecerit, statim pro certo stellarū. i. donorū seu virtutū septenarius euanescit. ¶ Murenæ atrociter lugendo, solēt bo
8 mioem affligere. Vñ et Vedius Pollio damnata mancipia in murenarū viuario proiecit, vt ea faceret miserabiliter interire, sicut dicit Pli. vbi supra. Seneca et lib. de clementia ad Nerone. Istum Vediū valde vituperat, eo. f. q murenas humano sanguine saginabat. Tales sunt balliui, & alij inferiores tyrāni, qui rapinis, & exactionib. sugunt sanguinē. i. tēporalē substantiam aliorum. Istis ergo qui traditur, acerbè moritur, & ab eis atrociter laceratur. Vel expone de detractorib. quorū os osseum est, & dorum. Vel de demonib. quibus traduntur
9 damnatæ aię cruciandæ. ¶ Pli. li. 9. c. 55. dicit. q C. Hirrus fuit ille qui primus excogitauit reseruatoria seu viuaria murenarum, & ideo iste in cęnis triūphalib. Iulij cęsaris obtulit sex milia murenarum, sed de hoc nihil ad præsens.

*De Megari. Cap. 71.*

1 Megaris piscis est vilis in partib. vbi capitur, salsus tñ & ad longinquas partes delat' dulcis, & sapidus p praritatē ab incolis reperitur, sicut dicit liber rerū. Et istud non solū de isto, imo et de multis alijs piscib. est verū. Per istos pisces q minus valent recētes, q̄ sicci, significant quidā qui parū in recentia iuuentutis proficiunt, multū vero in siccitate. i. in senectutis tpe boni fiunt. Pōt et dici de quibusdā qui in loco vbi nati sunt, f. patria propria nihil valent, vilesq; vel rōne parentū, vel alias reputantur, qui tñ in alijs, & remotis partib. proficiunt ad maiora, & boni atque vtiles æstimantur. Luc. 4. Noo est propheta sine honore nisi in patria sua. Vtile est igitur multis patriā dimittere, maximè cum dicat Sene. q omne solum patria est viro forti.

*De Murice. Cap. 72.*

1 Murex est quoddam genus conchyliosum, qd̄ incisum ferro lachrymas emittit purpureas. &c. Color muriceus seu purpureus in sola vena candida est in murice, reliquū vero corporis eius sterile est. Charissimi vena candida significat purā, mundā, & innocentē cōscientiā, color vero iste purpureus significat verecundiam. Istud igitur est verum, q purpureitas, & rubor verecundiæ, pura, & bona cōscientia procedit, quia præter istam venā. f. cōscientiæ puritatem, non est dare in hoie verecundiæ roseitatem. Quod bene patet, quia ea quo quis conscienriā, & innocentia perdit, eo ipso verecundiā amittit. vnde aiæ peccatrici dr̄ Hie. 3. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. ¶ Murex solūmodo sanguinē purpureū semel emittit, nam in ipsa emissione vitam finit. Sic verè Christus semel p pc̄tis nostris mortuus est, & semel pro hoie sanguinē suū fudit. Qd̄ tñ de alijs resuscitatis nō sic, qui bis mortui reperiunt. Vel illud et pōt dici de martirib. qui cū sanguine vita finierunt, & ideo semel pęnas soluerunt, quia post mortē nunquā amplius doluerunt 2. ad Cor. 11. Semel lapidatus sum. Apo. 21. Absterget Deus oēm lachrymam ab oculis eorum, & iam non erit amplius neque luctus, neq; clamor &c.

*De Musculis. Cap. 73.*

Musculi s̄m Isid. sunt conchæ, quæ cum balena amicitiam dicuntur habere, eo q eius cursi inueniuntur adhærere. Quæ dicuntur musculi quasi masculi, eo q ostreæ eorū lacte impręgnantur, & dicuntur gallicè moulles, & sunt illæ quæ supra dictę sunt conchæ, q̄ ad similitudinem nauis sunt factæ. Tales sunt iusti, qui cum balena. i. cum Christum amicitiam noscuntur habere, & ei p charitatem iugiter adhærere, & ostreas. i. simplices seculares lacte doctrinæ suæ impregnare solent, & replere. Cant. 4. Mel & lac sub lingua tua. Vide supra. f. de concha. 1

*De Mure marino. Cap. 74.*

Mus marinus s̄m librum de natura rerum, ad terram exit, & fouea facta, ibidem oua ponit, sicut etiā dicit Pli. li. 9. c. 19. qui. l. terra aperiens, & post triginta dies rediens foueā aperit, & pullos genitos secū ad aquā ducit, qui aliquandiu visu carent. sicut gn̄aliter pulli oim aquatilium, & postea visum recipiunt, sicut ponit Plin. ibidē. c. 51. in fine. Mus iste charissimi pōt mihi significare religiosū, vel et pdicatorem. Isti. n. fętus suos. i. subditos solent primo qñ pariuntur. i. qñ conuertuntur, parere in terra. i. in pęnitentia, & asperitate, & ponere in fouea. i. fundare in reuerētia, & humilitate, includere infra terrā. i. detinere i obedientia, & disciplinæ capacitate, & per trigiota dies qui cōstant ex denario ter ducto, ipsos ibi dimittere, id e ipsos teoere in obseruatia decalogi cum trinitatis credulitate, & sic pro certo ibidem pulli isti formabuntur per morū, & virtutum honestatē, ita q ad mare paradisi poterunt duci, nunc per cootemplationis subtilitatem, post mortē vero per præsentialis adeptionis fęlicitatem, & tunc acquirēt perfectum visum, qñ. f. oculo ad oculum videbunt diuinæ essētiæ claritatem. Ista. n. se habent per ordinem in nouiter conuersis, q a. f. primo debent in pęnitentia, & humilitate fundari, in fidei & maodatorum obedientia seruari, & tandem recepta vita gratiæ, in mari deuotionis balneari, & ad contemplationem cęlestium informari, vt sic eis dicatur illud psal. In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis. Vel dic quòd mus qui filios suos in terra parit, sed ipsos ad mare ducit, significat vsurarios, qui filios suos hic in terra huius mundi pariunt, & ipsos per mala opera secum ad mare inferni ducunt. Ose. 9. Effraim ducet ad interfectorem filios suos. Vel pōt dici de prælato, qui debet filios, & subditos suos de terra. i. de amore terrenorum tollere, & ad mare pœnitentiæ inuitare. &c. Vide de vitulo marino in libro de animalibus, vbi inuenies simile expositum multis modis. 1

*De Mustella maris. Cap. 75.*

Mustella maris s̄m Ambr. more delphini, dr̄ fętus vluos de ventre educere, ipsos tō fętus, qñ videt insidiantium periculū, solet iterum in ventrem recipere, quousq; ad resistendum ipsos viderit fortes esse. Vide similes supra de balena, & supra de Galaga, & eapone sicut ibi. 1

*De Molli seu mullo pisce Cap. 76.*

Mollis piscis est pp teneritudinem sic vocatus. Dr̄ autem iste piscis oculorum aciem heberara, & q qui ipso multum vsi fuerint, pescem olent. Talis est mollities deliciarum. Ista. n. oculos intellectus hebetat, & se vltra debitum vtentes olere piscem facit, inquantum ipsos pisces. i. carnales æstimari procurat, & inquantum odorē suæ famæ in infamiā commutat. Patet de multis religiosis, q quia viuunt deliciosè, carnales creduntur, & olent piscē, inquantum mores carnalium imitantur. Ideo bene dicit Seneca epistola 27. q debellandę sunt aute oia voluptates, quę etiam sublimia ingenia rapuerūt. ¶ Mollis piscis comest' de luxuriam minuere. s̄m Isid. Sic vere iusti molles sunt, misericordes, & pij, & si per imitationē sumuntur, & comeduntur & incorporentur, certū est, q eorū eæplo motus luxurię refrenātur. ¶ Mollis, qui ab Isidoro mullus appellatur, s̄m eun 1

& alia similia dimittere, alias ab isto stupore, & in isto inepto amore non poterit se saluare Et sic talis mala mulier pôt dicere illud Zac.12. Percutiam oēm equum in stuporem. Equū inquit.i.luxuriosum. Vel dic idem de quacunque mala societate. Vel dic de morte sicut infra de torpedine.

## *De Nereidibus.* *Cap. 81.*

NEreides ſm Plin. beluæ sunt marinæ, quæ toto corpore sunt hirsutæ, & aliquā similitudinem habet cū homine. harum cum aliqua emori deberet, vt imitatricis cōditionis humanę, gemitus eius, & planctus longe ab incolis audit⁹ est, & cōsecta est tristitia (sicut dicit) mortis necessitatem amara esse mortalib. Ista belua pôt significare malos diuites, qui procul dubio hirsuti sunt diuitijs atque pleni, & rerum tpalium vellere præmuniti. Isti.n. cum hoīe habent aliqualem imaginem, & non plenam, quia.s. nō ex toto sunt hoīes.i. personæ rationabiles, imo pro parte sunt bestiæ.i. sensu, & ratione carentes. ps. Homo cū in honore esset, non intellexit, comparatus esse iumētis insipientib. & similis factus est illis. Quid igitur? Pro certo tales qñ veniūt ad mortem, vel detristantur, & præ desperatione planctus gemitus emittentes, & mortis non solum corporis, imo ēt aiæ amaritudinem protestantur. Impij.n. qui desperant de paradisi, lorte præ cęteris tristantur in morte, & vltra modum timēt mori, qñ vident, φ post mortem non sunt requiem habituri. Ideo bene dr̄ Eccl.41. O mors q̄ amara est memoria tua hoī iniusto, & pacem habenti in diuitijs suis. Quę tn̄ viri boni nō faciunt. in morte n. non timent, sed ipsam gaudenter expectant, & recipiunt. Vnde Seneca Mortem nunquam timeas, semper vero cogita. Vel ista possunt dici de anima damnata, quæ morti æternæ se videns adiudicatam, merito tristatur, & gemit. Sap.5. Intra se pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. &c. Videntes turbabuntur. &c. Vide infra lib. quartodecimo cap.63.§.8.

## *De Nautili.* *Cap. 82.*

NAutilius seu nautiles, & ſm alios pompilos, ſm Plin. li 9.c.29. est monstrum marinum, inter pręcipua miracula, quod.s. Pli. ibidem dicit esse de gn̄e polyporum. Vbi.n. alicubi per equora nauigare voluerit, totam aquam per fistulas de corpore enomit, & cum vacuatus fuerit, duo prima brachia sursum retorquens, membranam miræ tenuitaris, q̄ inter alas habet, loco veli sursum ad auras extendit, cum alijs aūt pedib. per mare natat, cū cauda vero media loco gubernaculi sese regit, & sic per mare velificat atque transit. Si vero causam timendi inueniat, statim hausta aqua, vt magis ponderet, vela sua deponit, & in equora se immergit. Sic verè qñ homo de nullo dubitat neq; timet, tunc solet ire per mundum, appetere, & velle ad mundi negocia, & delectabilia nauigare, & ideo tunc solet aquā deuotionis, gratiæ, & compassionis euomere, & brachia laborum suorū sursum ad auras mundani fauoris extendere, & velum cordis sursum per inanem gloriam erigere, & se ad oēm flatum diabolicę tentationis exponere, & sic dimisso pondere timoris diuini, solet per seculum remigare, & tūc de negocio ad negocium, de officio ad officium, de vitio ad vitium diuagari, sicut ad litterā videmus de superbis, & vaniglorìosis, de quibus Eze.28. Eleuatum est cor tuum in robore tuo. Sed quid? Pro certo contrariū est qñ homo est in aduersitate, & qñ est in tristitia, & timore. tunc. n. solet ūelum superbiæ deponere, brachia, & amplexus affectuū suorum ad seipsum recolligere, aquam deuotionis, & compunctionis bibere, & iterum in mare, i. in pęnitentiæ amaritudinē se mergere, & ad profundū humilitatis redire, & sic se à periculo liberare, & sic istud est verum, φ magis (vt cōiter) proficit aduersitas q̄ prosperitas, quia homo in aduersitate per timorem retrahitur, & saluatur, qui in prosperitate per vanitatem erigitur, & laxatur. Ideo bene dr̄ Prou. 15. Per timorem dñi declinat oīs à malo. Vel ista possunt dici econuerso de bonis. Illi.n. volētes velificare per contemplationem ad æterna, debent primo aquā mundanę prosperitatis & pc̄ti de corde, & affectione ejcere per contemptum, & abominationē, debent brachia amoris, & amplexus sursum ad Deum, & bona paradisi extendere per desiderium, & affectionem, debēt velum cordis ad flatum spiritussancti erigere per superiorum contemplationē, & sic procul dubio poterunt per mare huius mundī discurrere per bonam operationem, & ad portum paradisi pertingere per finalis gloriæ affectionem. Eze. 1. Eleuauerunt cherubin alas suas. Si verò tunc aliquis timor peccati, vel pntē inanis glorię sibi accidat, aquam amaram contritionis bibat, & inferius in profundum mortis, & maris inferni per considerationem, & timorem se deflectat quousque tentatione sedata, iterum ad contemplanda cęlestia reascendat ps. Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris.

## *De Orca.* *Cap. 83.*

ORca ſm Plin monstrum est maris cuius imago nulla representatione exprimi pôt, nisi φ est quædā moles carnis immensæ magnitudinis Hę beluę balenas graui odio persequuntur, & dentib. truculentis irrūpūt in secreta earū inuaduntq;, & fętātes grauidas, & fętus earū, Illū vero proprio pōdere prægrauatas, ad flexū inhabiles, & ad repugnandum inertes, nullum refugium nouerunt, nisi in altū mare refugere, & se toto oceano defendere. Quib. malitiosę beluæ obuiantes, nituntur incautos occidere, aut in vada cōcludere, aut saxis illidere, sicut dicit idem naturalis historiæ. lib.9.c.6. vbi dicit se vidisse orcam in portu hostiensi, ibique à Claudio principe cum militib. & nauigijs oppugnantē, & captā. vbi ēt ait vnū ē nauigijs, & flatu beluæ submersum, & aqua oppulentū. Ista pñt historialiter allegari, φ nō est dare aliquē ita magnū, nec ita fęlicē, aut diuitē, quin aliquē hēat inimicū, quia sicut dicit idē Pli. Rerum naturæ nihil esse placuit sine pari. Balena.n. beluarū maxima orcā in mari inimicā inuenit à cuius impetu vix euadit, ad denotādū, φ fortea solent inimicos inuenire fortissimos, & φ sicut dr̄ Ecc.5. Excelso excelsior alius est Et φ ſm Senec. miserrima est fortuna q̄ inimico caret. Vel pôt dici, φ natura naturans Deus, ēt ipsis balenis maximis.i. mūdi huius regib. diuitib. & tyrānis, orcā beluā crudelē s. mortem inimicum creauit. Cuius procul dubio imago dissimilis oī rei, & in potentia, & in modo, quia sicut dr̄ Iob 41. Non est ptās super terrā quæ cōparetur ei. Ista.n. istas beluas, & magnas, & paruulas, & pauperes, & diuitijs grauidas, & iuuenes, & antiquas solet inuadere, & cōtra eas secretè, & subito irrumpere, & eas in vada.i. in angustias seculi includere, & ipsas ibidē saxis sepulchri illudere & tenere, & quod plus est, ipsas facere vsq; ad pfunda maris inferni descēdere, ipsasq; ibidē occidere æternaliter, & mordere. De illis ergo dr̄ illud ps. φ sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. Esai.27. Visitabit dn̄s super leuiathā serpentē tortuosum, & occidit cœtū qui est in mari. Vel balena pôt significare simplices, diuites, pingues diuitijs, & pręgnātes, nulla tn̄ mundi malitia sagaces Orca vero significat malos balliuos, aduocatos, & officiales, & malitiosos tyrannos, & principes, qui.s. ppter execrabilē vitā suā alijs sunt dissimiles, & deformes, & more massæ carneæ viles, & insensibiles, & carnales. Sap.2. Grauis est nobis ēt ad videndum, qm̄ dissimilis est alijs vita eius. Quid ergo? Isti mali graui odio persequuntur balenas.i. bonos simplices, & inertes, & maxime qñ vident ad defendendum debiles, & imbecillas, & ad fugā, & timorē faciles, & veloces. Tales.n. solēt inuadere, & ipsos in angustijs tribulationū, & falsarū impositionū includere. Iob 7. Nunquid mare sum ego, aut cetus, quia cōclusisti me carcere? Et carnea suæ tpalis substantiæ rapinis, & exactionib. deuorare, & eos ad mare paupertatis, & miseriæ effugare. vnde Prou.29. Viri sanguinum oderunt simplicem. Sequitur. Abominantur impij eius qui in recta sunt via. Vel pôt dici de diabolo, q simplices de nouo ad religionē vel ad pœnitentiā conuersos solet tentationib. impetere, & nunc in angustias paupertatis, nunc in vada luxuriæ, nunc in saxa.i. duritiā cordis ipsos impellere, ita φ ipsi miseriæ inexpertes, q ad alta refugia orationis, & contēplationis nesciunt recurrere, qñq; desperatione fracti, ad profundum maris inferni sen pc̄ti solent recedere, vbi orca diabolus eis finaliter obuians, solet eos in inferno deuorare crudeliter. Talib. ergo dr̄ illud Sopho.2. Væ qui habitatis funiculum maris gens perditorū. Vel sic quilibet talis dicat diabolo illud Ionæ 2. Proiecisti me in profundum in corde maris. Vel dic φ simplices debēt diabolum, & peccatum, & occasionem fugere, & ad profundum maris, id est ad amaritudinem conscientiæ secedere, & sic se toto oceano defendere. &c. Vel dic φ oceanus est infernus, quem per considerationem debemus intrare & cete.

### De Ostreis. Cap. 84.

1 OStrea de genere conchyliorum sunt, sed supra de cōchylijs, & de cancris satis est dictum. Hoc solum attendendum est quod Seneca dicit, q vt cōiter pisces testa inclusi nullum habent sensum, ēt vt ait, ostreas nullos habent oculos. Sic verè illi qui in testa dure obstinationis, sensu ēt deuotionis, & cōpassionis, priuantur, & in oībus quæ ad salutem pertinent hebetātur. Vel si vis per testā intellige exterioris substantiæ tpalis velamentum. & diuitiarum rude, & improbū vestimētū, q̄ qui hñt, sunt insensibiles, & ad bonū inhabiles & inertes. vnde isti sunt, qui dicūt illud Sa. 5. Nos isensati vitā illorū. s. bonorū, æstimabam⁹ insaniā.

PHacrus ſm Isid. idem est quod dentex, qui fortissimos dētes habet, quibus quassat ostreas, & pisces innocuos. Vide supra de dentrice, & vide supra in generali.

PErca seu percis piscis est fluuialis, varij coloris, cursu velocissimus, spinis dorso armatus, quibus horrens ab alijs piscibus se defendit. &c. Vide supra de lucio.

### De Pectine. Cap. 85.

1 PEcten ſm Pli. li. 9. c. 33. Piscis est qui in mari recondit, & in magnis frigorib. & in magnis feruorib. aerem. n. vult temperatum piscis iste. Tales sunt multę simplices & fragiles personæ, q̄ indigēt statu temperato, qui. s. nō excedat nec in frigore aduersitatis, nec in feruore prosperitatis, cito. n. in aduersitate pereunt per impatientiā, & in prosperitate per superbiā, & luxuriā. Vtile est ergo talib. imperfectis, q talib. excessiuis temporib. abscondantur, & q occasiones fugiant, vt saluent. bene ergo dicebat Salomon Prou. 30. Nec diuitias, nec mendicitatem dederis mihi, sed victui
2 necessaria. &c. ¶ Pectines ſm Pli. li. 9. c. 33. sunt pisces de genere cancrorum, qui per summa equora velificant, saliuntq; & extra volitant. Isti igitur tam hyeme q̄ æstate profundis maribus se abscondunt, & magnos æstus, & frigora fugiunt, & dimittunt. Tales videntur esse superbi, quia. s. solent discurrere, volare, & saltare, & se in mundi lusibus delectare. Isti ergo non volunt æstus aut frigora sustinere, sed in tempore, & refrigerio viuere, & manere. Isti ergo videnť esse illi de quibus Iob. 21. Gaudent ad sonitū organi, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.

### De Pinna. Cap. 86.

1 PInna piscis est de genere concharū corpus rotundū habet. Mas. & fœmina socialiter ambulant. Hęc ad lunā se aperiens, paruis piscib. quasi mortuā se exponit, qui ꝓtinus assultantes conculas eius intrat, q̄ vbi se plenā pisciculis senserit, subito se claudit, & apprehensum quicquid intrauerat retinet, & consumit, cōiugiq; suo diuidit, & exponit, sicut dr̄ in li. de natura rerū, sicut ēt dicit Pli. li. 9. c. 42. Ista possunt allegari de bono coniugali. Constat. n. q cōiuges socialiter debēt viuere, & illud quod vnus acquirit, debet alijs condiuidere, & oīa alter alteri cōicare, & distribuere. Qđ ēt de bonis religiosis, & de bonis socijs debet esse verū. Exemplo Dauid, qui prædam Amalechitarum socijs suis æqualiter distribuit, & eam, quæ præsentib. & remanentib. ad sarcinas dispensauit, sicut dr̄ 1. Reg. 30. Vnde Act. 3. Erant eis oīa cōia, & diuidebatur vnicuiq; prout opus erat. Vel ista pñt dici contra fallaces, & proditores, qui. s. simplicib. sub spē boni solent se, & secreta sua aperire, se eis offerre, & exponere, & per fallas promissiones, familiares adiutores, & amicos se superficialiter exhibere. Quod totum faciunt, vt alij concepta in ipsis fiducia possint societatem, & familiaritatem eorū intrare, vt per obligationes, & falsos cōtractus, illos possint retinere, & carnes suæ hæreditatis, & substātiæ deuorare, sicut ad litterā videmus de vsurarijs, & aduocatis, & alijs fallacib. adulatorib. & amicis. Quod ēt de malis mulierib. videmus, quæ ad hoc se fauorabiles ostēdunt, & se, & sua in principio exponuntur, vt fatuos attrahant, & spūaliter occidant. Exēplo Dalilæ, quæ Sansoni se exposuit, & aperuit, & sic eum ꝑdidit, & decepit. Nam breuiter hoc est verum, q si quis ad tales deceptores, & deceptrices intrauerit, & se eis cōmiserit, ita ab ipsis illicitur, & irritatur, q cum voluerit non exibit. Prou. 2. oēs qui ingrediuntur ad ea non reuertentur, nec apprehendunt semitas vitæ. Vsurarij ēt postquam pauperes incluserint, & in suis contractib. inuoluerint, claudunt se, eis nihil amplius dando, & deuorant eos exhæredando, dicentes. s. illud Matt. 5. Amen dico tibi, non exibis inde donec reddas nouissimum quadrantem. Vel generaliter ista possunt dici de diabolica tētatione. Diabolus. n. in principio late se aperit, & exponit, & viā latā diuersorum delectabiliū vniuersis ostendit, Cum vero quis intrauerit, ipsum per mentis obstinationē, & per malā consuetudinem taliter retinet, & includit, q viā exeundi per pniam sibi tollit, & ipsum tandē in inferno deuorat, & consumit. Figura de Iahele Iud. 4. quæ Sisare ostium aperuit, & eum ad intrādum inuitauit, & ei lac, vt dormiret propinauit, quē sibi retinuit, & occidit. Sic diabolus, mala mulier, vel vsurarius. &c. allego vt supra, vide figuram de Iobele expositam lib. de animalib. tit. de aranea.

### De Porco marino. Cap. 87.

PОrcus marinus seu stillus, sicut dicit liber rerum, est piscis in magna parte porco similis, habet. n. carnes pingues, & lingua absolutam, vt porcus, sed voce differūt. Hic etiam more porci in fundo maris fodiendo arenā, cibum quærit. Sic verè carnales, & delicio si porco sunt similes per vilitatem, sicut porcus sunt pingues per carnalitatē. Linguam habent vt porcus per immūdā loquacitatem, & in terræ arena i. bonis terrenis quærūt cibum diuitiarū, vt porcus per auaritiā, & cupiditatē, & hoc in profundo maris peccati per omnimodam iniquitatē. Mat. 25. Abiens fodit in terram, & abscondit talentum. ¶ Porcus marinus ſm Pli. habet spinas venenosas in dorso, quarum punctura valde cruciat, sed fel illius remedium est. Sic verè contra puncturas detractorum, & insultantium iracundorum, remedium est ad patientiam fel tristitiæ, q̄ in corde primo sustinēt ipsi mali, patientius. n. fertur hmōi punctura, quādo homo cogitat, q ipsi primo dolore felleo cruciātur. vnde, & Seneca dicit, q huiusmodi dolori remedium est patientia. 1 2

### De Pungitiuo. Cap. 88.

PVngitiuus est oīm piscium minimus habens pungētes spinulas, propter quos dr̄ pungitiuus. Est. n. piscis quibusdam maculis variatus. Illum piscē vulgus sine coitu nasci dicit, & quod plus est, matrem aliorum pisciū ipsum vocat. Dicunt. n. q si stagnum nouiter fiat, vbi nulli ponantur pisces, q primo anno ibi pungitiui inueniuntur, & secundo anno multorum piscium genera ex ipsis propagabuntur. Charissimi. piscis iste significat Christum, qui procul dubio minimus fuit in incarnatione per humilitatem, dicens illud ps. Ego aūt sum vermis, & non homo, opprobriū hoim, & obiectio plebis. Pungitiuus vero erit in iudicio per seueritatem, qñ. s. sicut dr̄ Apo. 1. In ore habebit gladium bis acutum. Quid ergo? Iste sine coitu virilis seminis fuit cōceptus, & in stagno nouo vteri virginalis vel nouæ sponsæ ecclesiæ fuit natus. Et q plus est, iste mater aliorum dr̄ pro eo q cœtus fidelium ab ipso fuit in ecclesia propagatus. Constat. n. q Christus sine semine natus fuit, & q in stagno nouo ecclesię fideles genuit, & concepit, dicens illud Esa. 66. Nūquid ego qui alios parere facio, ipse non pariā, dicit dominus q. d. sic, Vel dic quòd pungitiuus est vir humilis, qui in religione ꝓprio motu sine coitu laboris alterius nascitur, & conuertitur, à quo postmodum multi alij in fide, & moribus generantur. vnde Apostolus. Filioli mei quos iterum parturio donec formetur in vobis Christus. 1

### De Purpuris. Cap. 89.

PVrpuræ sicut dr̄ in lib. de natura rerum, conchæ sunt, q̄ colorem purpureum, & roseū saliendo emittunt. Istæ aūt infra annum totam magnitudinem suam complēt, & si amplius creuerint, nihil ad colorem emittendum amplius valent. & iō testæ eis franguntur, ne plus debito crescant. Charissimi illæ conchæ possunt significare prædicatores, & doctores, qui de ore solēt saluare illum pretiosum liquorem sapiētiæ, & doctrinæ, quo peccator per verecundiā purpuratur, & quo iustus per honesta apparētiam coloratur. Sed qđ? Procul dubio ad hoc vnū est necessariū, ne. s. nimis crescāt in diuitijs, & delicijs, & honorib. hui⁹ mūdi. Sicut. n. 1

vita

videmus ad oculum, qñ aliquis in temporalibus augmenta tur, in saliuando, & purpurando. i. docẽdo & prædicado impeditur. Et ideo dñs Apostolis, & sanctis prædicatoribus, te stam corporis, & tẽporalis substãtiæ per tribulationes fregit & eos ab hmôi cremento impediuit, & sic ipsos ad prædicãdũ officiũ habiles reddidit, & efficit. Videmus. n. ad litteram de istis mendicantibus, ꝙ dum sunt in suo debito cõplemento, docent, pdicant, & per deuotionem & oratioñé saluant. Si vero p diuitias, & platuras creuerint, statim hæc oia sibi cessant. Igit vtile est, ꝙ Deus hoies, & deuotos, & doctos a talibus crementis impediat, & ꝙ per tribulationes ipsos aliquo tiens frãgat, vt sic eos per orationem, & per doctrinã saluare doceat, & instruat. vnde Eccl. 32. Operatur in disciplina,
2 & quærit requiescere, laxa manus illi, & quærit libertatem.

¶ Purpuræ conchæ marinæ si in aqua dulci ponantur, necantur, semi neces vero mari redditæ reuiuiscunt, vt dicit Pli. li. 9. c. 37. Sic verè est de multis religiosis, testeis, doris & grossis, & vilibus pannis more concharũ indutis, qui. s. in mari religionis, & pœnitentiæ viuunt per gratiam, & deuotioné, inde vero ad aquas dulces consolationis mundanæ extracti, & mundi negotijs implicati, faciliter moriunt per gratiæ amissioné, qui dato tñ, ꝙ non sint semineces. i. dato ꝙ aia sit iam, mortua per peccatum, & non restet nisi, ꝙ corpus moriatur hoc est dictu, ꝙ non sint in peccato, dum tñ adhuc viuant in humanis, si mari pœnitentiæ restituantur, semper viuificãtur per grãm, & sanantur. Sap. 14. Transeuntes mare per raté li-
3 berati sunt. ps. Io via tua viuifica me. ¶ Pli. ibidé, purpuræ cõchæ capræ possunt extra mare, quinquaginta diebus viuere sola sua propria saliua Istæ aũt malis odoribus faciliter solẽt mori, Charissimi saliua, quæ de ore emittitur, significat oratioñé. Vel saliua ista, quæ ẽ lachryma purpurea, significat verecundiam, compunctionem, & lachrymationem. Iusti igiẽ sunt istæ purpuræ quibus sua propria lachrimatio, saliuatio, & oratio, est spiritualis vita, iuxta illud ps. Fuerũt mihi lachrimæ meæ panes die ac nocte. Iusti. n. in vita, sua tali saliua, dũ sunt capti in corpore, possunt diu spũaliter viuere, & vsq; ad quinquagesimũ diẽ. i. vsq; ad iubileũ æternæ requiei pseuerare, dum tñ a fœtore peccati, qui iustos occidit, sciant legitime pcauere. ¶ Purpura fm Pli. vbi supra, linguam habet ma-
4 gnitudine digitali, ita acutam, & duram, ꝙ reliqua cõchilia, perforando pascitur. sub lingua autem est illa vena. vnde liquor preciosus euomitur. Talis est pdicator, quia. s. lingua eius, & loquutio debet esse seuera, & dura, & ad penetrandũ duros, & obstinatos acuta. Vena aũt saliuæ. i. bonæ doctrinæ ibi debet latere, qua. s. prædicando possit per virtutes alios purpurare. Cant. 5. Mel & lac sub lingua tua. Vel dic, ꝙ talis est detractor, cuius lingua est acuta, & dura, & eius saliua. i. eius locutio carnalis, & rubea. ps. Lingua eiꝰ gladius acutꝰ.

## *De Pauuo marino. Cap. 90.*

1 Pauus piscis ẽ fm Isidorum a pauone aue sic dictus, eo ꝙ ei sit similis in colore, dorso. n. & collo simili colore pictus est. Tales sunt sancti, qui Christo pauoni volucri celesti fuerunt in moribus conformati, iuxta illud Math. 5. Estote perfecti sicut, & pater vester perfectus est. In collo. n. eorum. i. in spe sursum erecta, in dorso ẽt illorũ. i. in patientia omnibus obiecta, colores virtutum, & perfectionum, apparuerunt quibus ipsi sancti coram Deo, & hominibus reluxerunt Ezec. 16. Sumpsisti vestimenta tua multicoloria.

## *De Perna generis concharum. Cap. 91.*

1 Perna fm Andelinum est quod inter conchas nascitur ostreorum more, & inter conchas vescitur, vellere nobilissimo fuluo nimis, & rutilo, vnde conficiuntur preciosæ vestes. s. pepla & ornamenta tam virorum, q̃ mulierum. Charissimi conchæ quarũ vestis est testa dura, deformis & hispida, põt significare religiosos, qui in colore habitꝰ debent esse humiles, & deformes. Pernæ vero possunt significare quosdã dissolutos, & curiosos, q. s. inter conchas. i. inter alios religiosos de bonis ecclesiæ viuentes, non eisdẽ in habitu cõsors vtuntur, sed preciosis vestibus, & in colore, & precio statum suum dedecentibus, ab ipsis diuersificantur, & lanæ sui coloris multotiens induuntur, ita ꝙ iam non pisces bestiæ, iam non religiosi, sed milites esse videntur. Vnde Ber. in persona talium dicebat. Habitus noster (qđ dolẽs dico) non est hodie humilitatis sed vanitatis. Miles. n. & monachus sibi de eodem panno chlamydem, & cucullam partiuntur. Vel dic, ꝙ inter conchas. i. inter duros, & terreos peccatores inueniuntur qñq; aliqui seculares singulariter boni, q vellerĩbus virtutum interius, & velleribus diuitiarum exterius sunt induti, & fulgore honestæ apparentiæ variati Psal. Astitit regina a dextris tuis, in vestitu deaurato. Vel si vis vide supr. in littera A. de vellere aureo pisce, & expõe sicut ibi.

## *De Physetere. Cap. 92.*

Piscis ingens est quem fm Solinum indi nominant physeterem, & vt dicit Pli. est in illa parte oceani, quæ galliam respicit. Et est piscis tantæ altitudinis, vt extollens se super fluctus, ingentis columnę similitudinem proferat, altiorq; nauium velis deluuium aquarũ euomit, & eructat, ita vt stupefaciat fluctuantes. Plin. aũt lib. 9. ipsum vocat physetera. Istud vidi applicatum ad beatum Augustinum, & alios excellentes doctores. Isti. n. ecclesiæ columnæ, & fortissimæ fuerunt, intñ ꝙ vela in mari fluctuantium nauium. i. alta ingenia Philosophorum, & mundi sapientium præcelluerunt, & iden fluctus doctrinæ, & scientiæ tantos ad irrigandum ecclesiam emiserunt, ꝙ fluctuantes Philosophos paganos, & hæreticos in stupore, & miraculũ conuerterunt. psa. Eleuauerunt flumina vocem suam, eleuauerunt flumina fluctus suos. Mirabiles eleuationes maris, mirabilis i altis dñs. Vel si vis ista possunt dici de altis mundi diuitibus, officialibus, & præsidibus, qui quãuis a natura sint pisces. i. de humili plebe, ita ꝙ in mari amaritudinis, & laboris naturaliter in basso statu debeant currere, ipsi tñ hodie per superbiam eriguntur, & fauente fortuna intantum extolluntur, ꝙ etiam ipsis altis velis. i. ipsis nobilibus, & principibus in honoribus, adæquantur, ita ꝙ iam isti esse columnæ patriæ videntur. Numer. 16. Multum erigimini filij Leu. Et quod plus est, ab istis tot fluctus tribulationum, comminationum & iniuriarum, pomparum, & iactantiarum, super alios emittuntur, ꝙ non mirum si isti a cunctis nauigantibus. i. a cunctis simpliciter, viuentibus timeantur Matt. 14. Nauicula in medio mari iactabatur magnis fluctibus. Vel dic, ꝙ iste piscis significat diabolum, qui contra naues. i. contra iustos per superbiam erigitur, & sicut columna contra ipsos taliter confirmatur, ꝙ fluctibus tribulationum, & tentationum ipsos submergere in profundum peccatorum molitur, propter quod iusti non immerito conturbantur. Vel iste significat quemlibet virum iustum, qui per contemplationem sursum erigitur, & sicut columna per constantiam firmatur, & fluctus orationis prædicationis, & deuotionis de ore eructat, quibus ipsos mundi nauigatores demones stupefacit, & turbat. Esa. 41. Aperiã in supremis montibus flumina. & Ioan. 7. Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.

## *De Platanistis, & quibusdam vermibus. quos alij stachios, alij stacias, Albertus autem facias appellat, quanquam Plin. quem allegat, nullum eis nomen tribuat.*

Platanistæ fm Pli. libr. 9. c. 15. beluæ sunt in Gane fluuio Indiæ, rostrum habentes vt delphini, & caudam habentes quindecim cubitorum. His sociæ sunt beluæ quas, stachios vocant, brachiis binis, quibus tantas vires esse dicunt, vt elephantes ad potum venientes, morsibus infestent, & eorum promuscidas abstrahant atq; rumpant. Sic verè in flumine deliciarum huius mundi latẽt platanistæ, i. diaboli, & stachij. i. mali tyranni eorum locij, a quibus procul dubio elephantes. i. iusti diuersimode grauantur, & per tentationes; & tribulationes multipliciter infestantur. Prouer. 28. Viri sanguinum oderunt simplicẽ. Vel põt dici de auaris, qui in flumine deliciarum: & diuitiarum manentes; quãuis ad superfluitatem habeant, tñ dolent; qñ alij eis cõicant; & participant; & qñ aliquid de aqua sui fluminis elephantes. i. pauperes secum portant; quanqua suæ diuitiæ pluribus sufficerent; & valerent. Quod etiam de inuidis videmus; qui flumina; i. bona communia sibi volunt appropriare; & alios solent inuadere; & molestare; si ipsos viderint approximare; vt sic soli nunquam domini possint gloriari in communibus & gaudere. Ista maximè patent in monasterijs & collegijs; & ẽt in com-

in cõitatibus villarum, in quibus semp est innenire aliquas,
maguas beluas, quæ se repuřát dños. Et iõ intrare volẽtes in
eorum collegium, & congregationẽ, vel de aquis fuorũ be-
neficiorũ auctoritate apostolica, vel alias, iuste aliquid assu-
mere volẽtes, mordẽt atrociter, & impugnát. Cõtra quos dř
Eze. 29. Ecce ego ad te draco magne, qui cubas in medin flu
miaũ tuorũ, & dicis, meus est fluuius, & ego feci meipsum.

*De Polypo.* *Cap. 94.*

1 POlipus ẽm Isidorũ li. 13, idem est, qđ multipes. Et est pi
scis quasi de similitudine lepiarum, babet.n. multos pe
des.s. octo, quos habet squamosos, & porolos, & inde ẽ
ꝙ scopulis, & lapidibus supinus, & auersus fortiter ad-
hæret, ita ꝙ exinde vix amouetur, nisi eum aliquis fœtidus
odor ipsius naribus applicatur, sicut ẽt dicit Pli. li. 9. c. 29. Ta
les sunt mundi diuites, quia pro certo isti pedes affectuũ, &
desideriorũ multiplices habent, quibus pro certo lapidibus,
& scopulis .i. rebus insensibilib⁹ nimis hærent. Et iõ isti auer-
si dicuntur hærere, quia pro certo conuertendo se ad diligẽ
dum mundi bona, necessario a deo se auertunt. Nullus.n. ad
vnũ extremũ conuertitur, quin a reliquo se auertat. & istud
est totũ pctm̃. quod est in adhæsione, & dilectione terreno-
rum, quia s. ibi auertitur mẽs a bono incõmutabili, & cõuer-
titur ad bonũ cõmutabile. Prouer. 1. Auersio paruulorum in
terficiet eos. Sola.n. ista auersio pctm̃ est 3. Reg. 11. Iratus est
dñs Salomoni, eo ꝙ auersa esset mẽs eius à dño. Quid vltra?
Procul dubio planum est, ꝙ isti ab illa adhęsione, & à terre-
norum dilectione nequeunt separari. Et ideo piscator deus
odorẽ fętidum. s. mortem eorum naribus applicabit, & sic
istos ab istis scopulis separabit. ¶ Vel per lapides intellige ne-
potes insensibiles, & ignorãtes prælatorũ, quibus per nimiũ
affectum adhęrent, iurantum ꝙ a deo pp hos se auertũt. Al-
lega sicut supr. c. 58. de Chylone. Vel dic, ꝙ dato ꝙ aliquis vt
a Deo auersus, & scopulis bonorum terrenorum, & honorũ
& adhęrens, & conuersus, ita ꝙ per aliquem prædicatorẽ ne
queat separari, si tñ applicetur ei res fętida. s. mors, & corru-
ptibilis carnis, & mortis consideratio, separabitur, & ad deũ
conuertetur. Amos. 4. Ascendere feci putredinem castrorũ
2 vestrorum in nares vestras. ¶ Polypus quicquid pedibus ap-
prehendit, faciliter voluit, & habet brachia fortissima, intan
tum, ꝙ si hoĩem incautè super nauẽ stantẽ viderit, si brachijs
ad collum eius iactis apprehẽdit, ipsum faciliter detrahit, &
submergit, nec ipsum dimittit donec velut gladio brachia si
bi sciderit. Vnde ẽt Pli. li. 9. c. 30. ait ꝙ negant vllum atrocius
esse aĩal ad conficiendum hoĩem in aqua. Talis est diabolus,
quia pro certo iste tantæ est potestatis, ꝙ faciliter voluit ad
malum, & de bono proposito diuellit omnem hoĩem cui se
applicauerit ad tentandũ, nisi sit dominus qui defendat. Nõ
est.n. potestas super terram, quæ comparetur ei, sicut dř Iob
41. Iste.n. fortissima habet brachia, quibus. s. hoies amplexat.
Et ista pcul dubio nihil aliud sunt, q̃ malæ suggestiones, blã
dæ delectationes, fallaces inductiones, & fortes tentationes.
Si quis.n. incautè de naui ecclesiæ vel religionis, vel de statu
gratiæ ad mare mundi, & ad bona tẽporalia descendens, bra
chijs istis ab isto insidiatore amplexatus fuerit, nisi cito ipsa
a se absciderit, cito per malum consensum ad peccatum tra-
hetur, & per mala opera in profundum vitiorũ trãsibit, & tã
dem ab eo inferno deuorabitur, & peribit. psal. Insidiatur vt
rapiat pauperem, rapere pauperem dum attrahit eũ. Vel dic
ꝙ polypus est mala mulier, quæ ad votũ ducit, & voluit ho-
minem cui adhęsit. Illum.n. quem prædictus brachijs vel ẽt
corporalibus amplexibus, & applausibus amplexata fuerit,
solet taliter detinere, ꝙ a statu diuinæ gratiæ & mundani ho
noris ipsum solet detrahere, & mouere, & in mari peccati,
vel etiam in amaritudine paupertatis ipsum submergere vel
necare, & carnes suæ temporalis substantiæ totaliter deuora
re, nisi forte a principio hõ promptus fuerit ipsum a se reijce
re, & truncare, & sic dř Eccl. 7. Inueni mulierem morte ama
riorem, quæ laqueus venatorum est, & sagena cor eius, vin-
cula sunt manus eius. Et ideo bene cõsulitur Eccl. 25. vbi de
mala muliere dř. A carnib⁹ tuis abscinde illã ne te abutatur.
3 ¶ Polypus qui natat, semper obliquus incedit, & habet caudã
bifurcatam, cum quadam fistula in dorso, quam quandoque
ad dexteram, quandoque ad sinistram mouet, quando natat.
Sic sunt fallaces, & proditores, obliquè enim, & nõ rectè in-
cedunt in actibus suis, cauda.n. suæ intentionis, & suis bifur
cata est, quia. s. vnum prætendunt apparenter, & aliud inten-
dunt latenter. Fistulam etiam habent, quia. s. fistula dulcium
verborum, & attrahentium in talibus semper viget. Fistulã
ergo blandorum verborum, & attrahentium solent diuersi-
mode vertere, & flectere, & nunc ad partem dexteram appa
renter, nunc ad sinistram latenter mutare, vt sic nunc vnum
nunc aliud fingendo, possint ad executionem intenti operis
transnatare. vt sic de falso, & malitioso homine intelligatur,
illud Eccle. 1. Girat ad meridiem, & flectitur ad aquilonem,
lustrans vniuersa, in circuitu pergit. ¶ Polypus caput habet, 4
durissimum ẽm Pli. li. 9. c. 29 Inquit.n. ꝙ polypi natant obliq
in caput, quod prædurum est. Carnes etiam cum senuerit ha
bet duras, ita ꝙ quãdo comeditur, necesse est, ꝙ carnes eius
vt teneriores fiant, fortiter verberentur. Sic verè mali, & ob-
stinati ita sunt in capite mentis in suis vitiis indurati, ꝙ nun
quam ad Deum possunt dirigi vel conuerti, nec per spiritua
lem comestionem, & prædicationem in corpus suum mysti
cum commutari, nisi a Deo per tribulationem, vel a prælato
per correctionem fuerint verberati, quia sicut dř Esa. 28. Ve-
xatio dat intellectum. ¶ Polypus carnibus cancrorum, & cõ 5
charum vescitur, & in cauerna vbi iacet, de ipsis aggregat, &
quicquid põt, ad suum cubile comportat, & ideo locus eius
per tales conchas deprehenditur, quando earum multitudo
mortua alicubi reperitur. Dicit tamen Arist. ꝙ qñ quicquid
in ipsis idoneum est comederit, testas extra cauernã eijcit, &
cum ipsis pisciculos venatur, & eos deuorat, & consumit, si-
cut etiam dicit Plin. vbi supra. Ista possunt dici cõtra auaros,
vsurarios, & raptores, quia pro certo isti cancros & conchas
.i. pauperes, & simplices deprædantur, & ipsorum carnibus
.i. eorum temporalibus substantiis satiãtur, & cauernas suas,
& domos inde replentes, sibiipsis de ipsis bonis eorum le-
ctum. i. quietem, & solatium nperantur. Nau. 2. Leo cepit suf
ficienter catulis suis, & mactauit leęnis suis, & impleuit præ
da spelũcas suas, & cubile suum rapina. Si igitur vis scire vbi
est cauerna polypi, vide vbi inuenies testas conchyliorum i.
bona & possessiones pauperum aggregatas, sic.n. cognosces
ꝙ illa est domus talium tyrannorum, ita ꝙ poteris dicere il
lud Iob 18. Hæc sunt ergo tabernacula iniqui, & iste locus,
eius qui ignorat deum. Quid ergo; Pro certo illi illud, qđ si
bi melius est, retinent, illud vero quod nihil valet. s. bladum
& vinum corruptum, pisciculis. i. pauperibus sub specie mu-
tui eliciunt, & sic eos sibi obligantes, ipsos tandem decipiũt
capiunt, & consumunt. Patet ad sensum, quia isti bonum vi-
num, & bladum nolunt mutuo dare, sed potius retinere vel
vendere, illud vero quod nihil valet, mutuo dant, & cũ illo,
pauperes capiunt, exhæredãt, atq; grauãt. Vnde isti sunt, qui
dicunt Amos, 8. Possideamus in argento iustum, & pauperẽ
pro calciamentis, & quisquilias frumenti vendamus. ¶ Poly- 6
pus solus inter pisces molles in siccum exit, vt dicit liber re-
rum. Est.n. polypus piscis extra aquam diu viuens, & quãque
pro pastu de aqua ad siccum transiens, & multis malitijs, &
ingenijs cibum quærens, sicut de quodam exemplificat Pli.
li. 9. c. 30. qui per arborem vltra sepem noctu transibat, & pi
scatorum cibaria comedebat, qui tandem a canibus depre-
hensus, vix tridentibus est confossus, cuius. s. tanta erat ma-
gnitudo, ꝙ caput ad similitudinem dolii habebat, ita ꝙ am-
phoras quindecim capiebat. Ego etiam semel audiui narra-
ri, ꝙ piscatores in mari prouinciæ in littore super carbones
locustas decoqui posuerant; & cum circa ignem dormirent,
ecce vnus polypus odore locustæ tractus de mari exit, & ad
ignem veniens, ꝙ cum pede locustam accipere volẽs; sed ca
lorem ignis timens ad mare redijt, & quadam tunicam, quã
loco caputii habet super caput, aqua implens, totiens eun-
do & redeũdo super ignem proiecit, ꝙ ipsum extinxit, & sic
locustam accipiens secum ad mare detulisset nisi vnus de pi
scatoribus, qui hoc videbat; ipsum accipisset, & loco locustæ
super carbones comedendũ posuisset. Ista possunt allegari
de balliuis, vsurariis; & demonib. Balliui.n. & officiales. qui
naturaliter appetunt locustas. i. pauperes deuorare; qñ consi
derant, ꝙ aliqua locusta. i. aliquis subditus a piscatoribus. i. a
maioribus principibus ponitur super carbones, vt comeda-
tur. i. impetitur; & tribulatur super aliquibus impositis vt ad
emendam trahatur, tunc procul dubio vt, & ipsi deuorent
partem suam; solent aquam amaram. i. accusationes contra;
ipsum afferre. vt sic possunt istam locustam miseram. i. illum
pauperem in igne tribulationum positũ deuorare. Sed quĩ
pro

pro certo sæpe diuino iudicio fit, q ipsi piscatores.s.prælati
vel principes istorum polyporum, vel balliuorum malitias
aduertentes, in ipsos animaduertunt, & eos super carbones
desolatorios cũ ipsis quos deuorare voluerant, ponũt ipsosque reddere tonem facientes, cum non possint, depauperãt,
& consumunt, & sic fit, q qui minores deuorare voluerant,
maioribus prædecedunt. Esa. 33. Væ qui prædaris, nonne &
ipse prædaberis? Vel dic, q tales balliui qñq; dum talium tri
bulatorum ignem, & miseriã per excusationes, & patrocinia
extinguere volunt, vt sic lucrum, & emolumentũ reportent,
sæpe fit, q piscatores.i.eorũ magistri, dum hoc percipiũt, in
tribulatione cum alijs eos ponũt, & sic dum alios iuuare vo
luerant, se occidunt, & dum lucrari crediderant, magis per-
dunt. Vel dic, q polypus est vsurarius, qui videns locustas.i.
pauperes super carbones.i. in arcto paupertatis vel tribula-
tionis positos, solet eis aquã amaram.i.bona sua temporalia
.s.bladum, vinum, pecuniam, de mari.i.de propria domo tra
dere, & quasi miserando ignẽ suæ paupertatis, & arsurã suæ
tribulationis ad tempus extinguere, vt ipsos tandẽ possit vsu
ris, & exactionibus deuorare. Piscator vero Deus ista consi-
derãs, istos polypos per mortẽ arripit, & ipsos coquendos su
per carbones æternę tribulationis ponit, & sic locustas.i.pau
peres de eorum manibus liberat & educit. tũc.n.fit illud ps.
q sagittæ potentis acutæ, cũ carbonib⁹ desolatorijs. Vel dic
q polypus est diabolus, q videns locustas.i. humiles in igne
paupertatis vel charitatis decoqui, cũ aqua voluptatis vel p
speritatis, q̃ immittit, istum ignem nititur extinguere, vt sic
7 possit ipsos in inferis deuorare. ¶ Polypus cũ sit aial fallacissi
mũ, & extra aquã diu viuens, solet se qñq; mortuũ fingere, si
fortè opportunitate capta possit euadere vel abire. Vñ audi
ui q semel in quadã villa prouinciæ, polypus qui videbatur
mortuus fuit emptus a quodã, cuius vxor ipsum in pelui cũ
aqua ponens decoquendũ cũ aliquantulũ diuertisset, nõ in-
uenit in pelui, q̃ vndiq; cũ quærens nec inueniens, tandẽ sur
sum respexit, & super trabẽ domus polypũ vidit, qui sentiẽs
calorẽ aquæ, per cathenã qua peluis pendebat, sursum ascen
derat, vnde ipsum decoquendũ retraxit. Tales sunt in religio
ne multi falsi, & ficti, qui præ malitia fingũt se mortuos.i.sim
plices, humiles, & deuotos. Veruntñ qñ vident opportunita
tem, bene sciunt super trabes dignitatũ ascendere, & calefa
cti auaritia promotiones suas ad alia officia, & beneficia p-
curare. Et sic verificatur illud Eccl.19. Est qui nequiter se hu
miliat, & interiora eius plena sunt dolo. Vel ista possunt di-
ci de simplicibus, & de bonis actiuis, q videntur esse mortui
inquantũ nihil videntur scire boni, sed pro certo qñ se vidẽt
esse in calore tẽtationis, & in periculo, q in perpetuo bulliã-
tur, solent sibi remedium quærere, & altè per cõtẽplationẽ
ascendere, & sic a tentationis periculo se saluare, iuxta illud
ad Colo.3. Quæ sursum sunt sapite, nõ q̃ super. ¶ Polypus ha
bet inimicitias cũ Karabo, qđ est marinũ monstrũ, & ipsum
non per potẽtiã, sed per malitiã occidit, & vincit. Et istud ex
hoc probatũ est, quia vbicunq; in eodem reti capti inueniũ-
tur, semper inuenitur Karabus mortu⁹, vel lętaliter vulnera
tus. malitiosus.n.est piscis. vnde ẽt in vmbra saxorũ se solet
abscõdere, & sic cõtra pisces solet subito prosilire, sicut dicit
liber rerum. Ista possunt dici de diabolo, qui cõtra hoiem p̃-
ualet, non per potẽtiã, sed per fraudes. Scit.n.diabolus, q vo
lũtas, quæ libera est, per potentiã nõ vincitur, & ideo sub vm
bra diuersarum palliationum, & fictionũ se occultãs tenta-
tiones suas contra hoiem machinatur, & dũ non aduertit, in
ipsum insiliens, & cũ fortiter per aliquam tentationẽ impu-
gnans, ipsum spiritualiter occidit, vulnerat, atq; vincit. Vel
ista possunt dici cõtra malitiosos, qui multo fortiores, & po
tentiores solent vincere, & de ipsis non per potentiã, sed per
malitiã triũphare. Vel ẽt põt dici in bono, quia iusti, qui per
potentiam de inimicis suis.s.diabolo carne, & mundo p̃uale
re nequeunt, sæpe tñ per sapientiam ipsos vincunt. Qđ ẽt ge
neraliter de oibus prudentibus põt dici, qui maiores p pru-
dentiã solent vincere, quos nequirent per potentiam supera
re. Sicut.n. dr Eccl. 9. Dicebã ego meliorẽ sapientiam esse, q̃
fortitudinem. ¶ Polypi sicut dicit liber de natura rerũ, vulu
9 bus inuicem coeunt, in hyeme concipiunt, & verè pariunt,
& fœmina vnum ouum tm̃ ponit, in quo est innumerabilis
multitudo ouorũ paruorũ, de q̃bus prolẽ infinitã deducũt.
sup oua aũt sua incubantes, cancellatis inuicẽ brachiis qua-
si camerã faciũt. Ista possunt dici de cõiugibus, q per amorẽ
mutuum debent alteri alter vultum vertere, & sę per amorẽ
amplexãdo, oua.i.filios defendere, & fouere. Vel põt dici de
prælati bonis.maribus & fœmellis.i.superioribus, & inferio
ribus, qui se inuicem debẽt amplecti, & diligere, & cõtassen
su oua.i.subditos tẽporaliter, & spiritualiter gubernare. Vel
dic, q polypus est peccator, qui in hyeme tentationis, ouum
mali propositi concipit, ex quo in verè prosperitatis, qñ.s.op
portunitatem habuerit, filiorũ.i.malorum operum multitu-
dinem parit. de vno.n.ouo multa proles producit, qñ ex vno
ouo.i.ex vno malo proposito multitudo malorum operum
pcreatur. Esa.54. Multi filii deserti magis q̃ eius quæ habet
virum. Vel dic, q polypus est diabolus, qui vnũ ouũ.i.vnum
hæreticũ vel peccatorem producit, qui tandem multum pe
stiferum semen gignit, & multos alios pestiferos successores
in ecclesia derelinquit, sicut fuit Arrius & alii similes. Eccl.9.
Qui in vno peccauerit, multa bona perdet. ¶ Polypus mutat
colorem ad similitudinem loci in quo est, sicut dicit Pli. lib.
9.c.29. Istud expone sicut de tharando vel chameleõte. ¶ Itẽ
polypus insidiatur conchis, quas si apertas uiderit, lapillum
iniicit ne claudantur, & sic securè ipsarum carnibus satiatur
sicut dicit Plin.lib.9.c.30. Idem autem dicitur de cancro, &
ideo vide ibi.§.1.vbi exponitur.

## *De Rana.* *Cap. 91.*

Rana marina sm Aris. piscis est qui habet caput spino 1
sum, habet aũt alas, & sub oculis quædam cornua, q-
bus turbat aquas, vt non vidẽtes pisces rapiat, ipsaq;
mouens, quasi ad vermiculus pisces allicit, & accedẽ
tes propius ipsos rapit, sm Pli.li.9.ca.42. Rana clamosa aduo
catos malos designat. Isti.n.caput intentionis habens spino-
sum per intentum punctionum rapinæ, & exactionis, alas ha
bent.i.superbiæ, & elationis, & sub oculis suæ cautæ malitiæ
& cauillationis habent cornua proteruiæ, & duræ obstina-
tionis. Quid ergo? pro certo isti aquã negotiorũ, quæ habent
præ manibus taliter turbant, & suis malitiis inuoluunt, & li-
gant, q alii pisces.i.simplices nihil ibi uidẽt, & ideo sicut vo
lunt ipsos capiunt decipiunt atq; fraudant. Illud ẽt de qui-
busdam malitiosis põt dici, qui.s.ante oĩa solent negotia tur
bare, ne eorum malitiæ possint apparere, vt sic possint con-
tra alios pręualere. Hie.31. Turbat mare, & consonant fluct⁹
eius. ¶ Teste Pli.li.9.ca.51. diuersa genera piscium simul non 2
coeunt, præter squatinã & ranã, ex quibus nascitur piscis par
te priori ranæ similis, qui Rhinobatus appellatur, qui habẽs
duo cornua prominẽtia, turbat aquam vt pisciculos rapiat.
Sic verè licet nullum genus hoium debeat alteri speciei.i.al
teri mulieri se coniungere, istud tñ fallit in rana, & squatina
.i.in adulteris, & luxuriosis, qui.s.fidẽ alter alteri non seruãt,
imo cum alienis cohabitant, & inde spurios, & adulterinos
filios generant, qui cum cornibus superbiæ patriã totam tur
bant, ita q pisciculos.i.pauperes depopulantur, & deuastãt.
Istud patet de brodis seu spuriis q in Gasconia, & alijs mul
tis terris faciunt cuncta mala, quibus indignanter loquitur
scriptura Esa.57. Accedite huc filij auguratricis, semen adul
teræ & fornicariæ. Vel dic, q qñ mediante symonia malus prę
latus coniungitur cũ ecclesia vxore, quæ sua.s.non deberet
esse vxor, sed potius aliena, tunc ibidem generantur, & pmo
uentur ab eo multi mali, qui piscatores vocãtur p auaritiã,
alas habent per superbiã, cornua habent p proteruiã, & du-
ritiã, & sic turbant totũ mare.i. totã patriã vel ecclesiã p cru
delitatẽ, & discordiã, & pisciculos.i.pauperes decipiunt per
fallacitatẽ, & malitiã. Eze.34. Cum lympidissimã aquã bibe-
ritis, reliquã pedibus vestris turbabatis. ¶ Oẽs pisces pullos
suos nutriunt præter ranã. vide li.de aialib.c.de rana. Scđm 3
Plin.li.9.c.57. Theophrastus dicit esse in Babylonis irriguis
quosdam pisces in capite similes ranis marinis, qui cauernas
sibi fodiũt, ita.s.profundas, q etiam desiccato flumine, aquæ
in illis cauernis persistunt. Exinde ergo cauda, & pinnulis se
mouentes, ad siccum pro pastu exeunt, & tandem reuertun
tur ad cauernas, vbi obuersi persistunt. Sic verè debet bon⁹
actiuus cauernã.i.memoriã mortis in ipso mundi flumine si-
bi fodere, ibiq; in aqua deuotionis, & lachrymationis viue-
re, & si pro necessitate vitæ ipsum cõtingat ad terrã.i.ad ter-
rena negotia transire, semper debet ad cauernã suã.i.ad mor
tis memoriam reuenire, vbi.s.obuersus.i.contra diabolum,
& tentationes uersus, & obuius debet persistere & manere.
Esa.56. Ingredere in cubicula tua, abscondere &c.

*De Raris. Cap. 96.*

RAie seu rays gallicè pisces sunt lati. & quasi rotundi,
nam in longitudine, & latitudine quasi sunt æquales.
Isti ergo oculos habent horribiles. os habent non in
loco vbi sunt caput, & oculi, sed inferius circa ventrẽ
caudam habent longam, & gracilem more colubri, sed aco-
leis plenam. Et isti ẽm Aris. oẽs sunt pisces lati. Si vis talis pi-
scis est ecclesia. Nam dato, ꝙ istà in longitudine perseuerao
tiæ, & in latitudine charitatis Christo fuerit in suis membris
per iustitiam adęquata (iuxta illud Apoc. 21. Latera ciuitatis
erant æqualia, quanta latitudo eius, tanta & longitudo (nihi
lominus ista est multipliciter variata: oculos. n. i. iudices ha-
bet horribiles per crudelitatẽ, caput. i. platos habet sine ore
.i. sine pastu miæ per tenacitatem, quia. s. isti non videntur ha
bere os, quo corpus ecclesiæ nutriatur. l. per clementiam, &
pietatẽ. os etiam quod spũaliter corpus cibat. i. prędicatores
sunt iuxta ventrem per gulam, & carnalitatem. Cauda. i. bal-
liui & officiales pleni suot aculeis per exactionẽ, & rapacita
tem. Hæc oia possunt dici de malo prælato, cuius. s. oia mem
bra. i. oẽs familiares pleni suot aculeis rapinarũ, & maximè
caudæ. i. balliui. sed solũ dicas, ꝙ caput. i. intentio rarer ore,
&c. sicut supra Apoc. 9. Aculei erant io caudis ipsarum. ¶ Ra
a bas seu rabis ẽm Iorath. habet virtutem stupefactiuam. Stu-
pefacit. n. pisces qui eum vident ita, ꝙ se mouere nõ possunt
& stupefactos capit. Pli. etiam libr. 9. c. 42. quasi videtur idem
sentire, sed de torpedine. Sic diabolus procurat facere hoĩes
stupidos. i. immobiles & insensibiles, hoc est dictu, ꝙ primo
curat eos facere indeuotos, qui dolorem proximi per com-
passionẽ non sentiant, & qui per bona opera se non moueãt,
& tunc procul dubio ipsos ad votum per diuersa peccata ra
pit, & inæternum deuorat atque capit. Hier. 25. Interficiam
eos, & ponam eos in stuporem, & sibilum.

*De Rhombo. Cap. 97.*

1 RHombus est piscis fortis, & magn⁹, & astutus, sed tar
dus. hic latus est sicut pecten, & in limo latens turbat
aquas ne uideatur, quapropter io Frãcia dr̃ turboth.
Quicquid vero de piscibus tunc ad eũ appropinquat
rapit, & corripit, & hm̃oi solertiæ argumentum est, ꝙ mugil
piscis velocissimus in ventre ipsius, qui tardus est inuenitur,
sicut dicunt Phisologus, & ẽt Pli. li. 9. c. 42. Istud põt allegari
contra multos, qui vidẽtur tardi, simplices & boni, & ꝙ nul
lo modo scirent malitiosum aliquid cogitare. ita etiam, ꝙ in
prouerbio de eis dicitur, ꝙ nescirent aquam turbare, qui tñ
p falsa sua consilia omnia solent turbare, & insidias suas sub
limo diuersarum palliationũ solent celare, & ita solent alios
decipere, ꝙ mugiles. i. quoscunq; subtiles, & agiles inueniũ-
tur suis fallaciis deuorare. Istud videm⁹ quotidie, ꝙ tales tar
di, qui videntur hebetes, & ignaui, ẽt subtiles, & agiles deci
piunt, ipsosq; supant atq; vincunt. Vel istud põt dici de Chri
sto, qui tardus est ad vindictam sumendam, & ad diu cõuer
sionem nostram expectandum. nunc. n. absconditus videtur,
sed pro certo non est aliquis ita agilis, quin ab ipso (nisi con-
uersus fuerit deuoretur, potissimè io iudicio vel in morte, qñ
.s. iste turbabit oia elementa, iuxta illud Esai. 13. Turbabo cę
lum, & mouebitur de loco suo terra. Et de hoc dicitur Hier.
49. Terror vndiq; ait dñs, non fugiet velox, nec se saluari pu
tet fortis. Ad aquilonem iuxta fluuium Eufratem victi suot,
& ruerunt. Terror. n. iste est dies iudicij, vbi pro certo est aq
lo. i. frigus, & asperitas quantum ad malos, & Euphrates, qđ
interpretatur frugifer. i. fœcunditas gloriæ & fęlicitas quan
tum ad bonos. Ad aquilonẽ ergo iuxta euphratem. i. ad sini
stram iuxta dexteram, ad pœnam iuxta gloriam ponentur
fortes, id est illi qui præ cæteris cautelis, & malitiis more mu
gilum sunt veloces. Amos 2. Peribit fuga a veloce, & fortis,
non obtinebit virtutem.

*De Salomone. Cap. 98.*

1 SAlmo piscis est qui a Barbaris lastos dr̃. Et est salmo di-
ctus à saliendo. Iste. n. in arcto positus solet caudã in ae-
re ponere, & ut euadat, in altissima saltat e, quod non fa
cit corporis leuitate, sed magis ex fortitudine, & virtu-
te. Iste. n. contra flumium currere, & ascendere delectatur, &
a cursu tali non desistit, quousq; pascatur, & reficiatur, & cũ
refectus fuerit, ad vada, & domicilia sua reuertitur, ibiq; resi
det, & moratur. sit tñ qñq;, ꝙ qñ sic cõtra fluuiũ ascẽdit, sclu-
sam seu aggerem in qua factum pro piscando vel pro molen
dinis vel aliud obstaculum in flumine inuenit, & quia in in-
teruallis seu aperturis illis sclusæ est aquæ transitus violẽtus,
ideo vt trãseat, cauda aure imposita, vt dictum est, fortissimè
vltra transilit, ita ꝙ aliqñ inuentum est, ꝙ in aliquo palo scla
sæ acuto super calciatã se infigit, & sic vbi credit fortiter age
re, magis perit. Violentia ẽt aquę ipsum qñq; inferius reper-
cutiendo retrahit, & in sportulã ibi præparatã includit. Ista
possent historicè allegari cõtra psumptuosos, qui in fortitu-
dine confidentes cõtra imperum, & cursum fluminis natorę
& contra Dei ordinationẽ, vel contra potentiorum iurisdi
ctionẽ, & super vires suas multa facere conantur, & saltare,
& alios excessus exercere gloriãtur, vnde sæpe fit, ꝙ inopina
tæ mortis dispendio moriũtur. Talibus igitur põt dici illud
Exod. 18. Stulto labore consumeris, vltra vires tuas est nego
tium. Fatuum est. n. cursui fluminis, & ordini rerum, impul-
sui fortunæ, & dispositioni Dei se opponere, & superiorum
motibus per superbiã contraire, multa. n. mala exinde sequi
tur, & mors, & infortunia incurrũtur. Ideo bene consulit Sa
piens Eccl. 4. Noli resistere contra faciem potentis, nec co-
neris cõtra ictũ fluuii Istud ẽt videmus in morib. vbi aliqui
nõ formidãt aggredi fortiora se, & incõsultè nitont actus p-
fectos facere, & contra, & supra naturã conari, quos p certo
sæpe contingit ab incepto deficere, & in diaboli sportulam
ruere, sicut de multis nouitiis videmus, q in principio ardua
aggrediuntur, sed finaliter cadere, & deficere cõprobantur.
Bene ergo dr̃ Eccl. 3. Altiora te ne quæsieris. Vel si vis expo-
ne de Christo. qui propriũ vadum. s. domicilium paradisi exi
uit, & vt pasceretur aiabus, & eas per prædicationẽ, & salua-
tionem, & de inferno liberationẽ piscaretur, contra cursum
fluuii. i. cõtra cursum naturæ in mũdũ p incarnationẽ venit,
& calciatam peccati, & tentationũ taliter transilijt, ꝙ in palo
Crucis corporaliter se infixit. ad Galath. 2. Cõfixus sum cru
ci. Et iterum per resurrectionem, & ascensionẽ ad proprium
domiciliũ remeauit. Reuertar in domum meam vnde exiui.
Luc. 11. & Matth. 12. & Numeri 10. Vel dic ꝙ salmo est perfe
ctus, qui procul dubio pro pastu virtutũ acquirendo, debet
domum parentes, & patriã relinquere. Gen. 12. Egredere de
terra tua, & de cognatione tua. Et cursui fluminis huius mũ
di. i. impetui fortunæ, siue quantum ad fluxũ secundarũ rerũ,
siue quantum ad fluctus aduersarũ, cũ mentis constãtia cõ-
traire, ꝙ cum animi fortitudine tentationũ, & tribulationũ,
violentiam transilire. Et hoc est qđ dicit Seneca de naturali
bus quęst. li. 3. vbi dicit, ꝙ præcipuus est animus contra cala
mitates fortis, & contumax, luxuriæ non aduersus tm̃, sed &
infestus, nec cupidus periculi, nec fugax. Et si forte tantus sit
impetus, & obstaculum huius contrarietatis, & tentationis,
vt liberè transire non possit, ponat caudam in aure. i. memo
riam mortis, & finis in corde. i. cogitet in cauda, & in fine re-
rum. s. morte, iudicio, inferno & paradiso, tunc. n. in seipso re
uertetur, & complicabitur, & transiliendum difficilia aiabi-
tur, & ad prętereundum tam aduersa, q̃ prospera munietur,
& sic iste dicetur salmo, quasi saliens montes. i. quasi transi-
liens passus difficiles atq; graues. Cant. 22. Ecce iste venit sa-
liens in mõtibus, & transiliens colles similis ẽ dilectus meus
capræ hinuloq; ceruorum. ¶ Salmo fluuialis ẽm Pli. li. 9. in 2
aquitania oĩbus marinis piscibus præfertur. Habet. n. carnes
rubeas atq; dulces. Veruntñ super oẽs cibos isti sunt, qui ci-
tius satietatem adducunt. Iste est Christus, qui pro certo oĩ-
bus antefertur in dulcedine, & sapore, & in saltando. ps. Quã
magna multitudo dulcedinis tuæ dñe, q̃ abscondisti timenti
bus te. Et potissimè in gloria, vbi ipse oẽs gustantes, & fruen
tes perfectissime satiabit. psal. Satiabor cũ apparuerit gloria
tua. Vel dic, ꝙ carnes salmonis significant delicias huius mũ
di, q̃ pro certo nõ habentibus sunt dulces, habentibus vero
sunt satiatiuę, fastidiosæ & graues, quia ẽm Greg. in homiliis
delitiæ mundi cum non habentur, sunt in desiderio, cum ve
ro habentur, sunt in fastidio. ¶ Salmo sicut dr̃ in libro de re- 3
rum natura, non bene viuit in stagno, vult. n. esse in loco vbi
ad aquas viuas, & fluuiales eidẽ liber sit egressus. & sicut di-
cunt quidam, ipse parum valet tam in colore quam in sapore
quousq; de salsedine aquæ maris gustauerit. Talis est iustus,
quia pro certo sine aqua viua fluminis deuotionis, scientiæ
& gratiæ, spiritualiter nõ viuit, & si de aqua maris. i. de ama-
ritudine mundi tribulationum non gustauerit, parum pro-
cul dubio proficiet aut valebit. homo. n. qui mundi amarito

dines non est expertus, sed semper in aquis dulcibus munda
næ prosperitatis nutritus, parum potest valere, & de vtilib.
modicum cogitare. Eccle. 34. Vir in multis expertus cogita-
bit multa, qui autem non est expertus, pauca recognoscit.
Ideo Sen. dicit, Miserum te puto, quia nunquam fuisti miser,
transiuisti vitam, & non inuenisti aduersarium. Miseri sunt,
qui nimia fœlicitate torpescunt.

## *De Sturione siue thyrsione.* *Cap. 99.*

1 STurio, vel sm Pli. torsio, sicut dicit liber rerũ a barbaris
dr̃ storã. Est aũt piscis in lacis, & magnis fluminibus ha-
bitans, & sine aquis fluuialibus diu viuere nõ valens. &
sicut dicit liber rerum, & ẽt Vincentius, iste piscis respe
ctu corporis modicum habet ventrem, & valde modica in-
testina, nihil. n. aut parum cibi admittit in corpore. Sola. n. ae
ris serena tranquilitas sufficit sibi pro cibo, & inde est, ꝙ iste
ore caret. illa. n. pars capitis clausa est, quã os occupare solet
foramen tñ habet sub gutture clausum, & cũ voluerit aper-
tum ad aeris serenitatem. & hic in lacte dicitur diu uiuere si
cut in aqua. Austro aũt flante contra naturã pisciũ longorũ
dr̃ pinguescere, & flante aquilone in aquarum profundis la-
tere. Per sturionem charissimi possunt intelligi viri sancti, &
& maximè confessores. Isti. n. non aquas lacuales mundi di-
uitiarũ, sed aquas fluuiales Christi scientiarum summopere
dilexerũt, cibũ modicũ sumpserunt, & in abstinentia viuẽtes
ventrẽ, & intestina. i. carnis, & ventris ingluuiẽ modicã ha-
buerunt. Isti ẽt ore qd̃ loquit, & comedit caruerunt inquan-
tũ. s. a cibis abstinuerunt, & inquantum inaniũ verborũ silen
tiũ habuerunt. Quid plura? procul dubio quasi ꝓ maiori par
te cibi sui aerẽ. i. spiritũ sanctũ, & contẽplationẽ, & deuotio-
nẽ habuerunt, & isto spũali cibo cõtenti parũ de reliquo cu-
rauerũt 1. ad Cor. 10. Bibebãt aũt de spũali, cõsequente eos
petra, petra aũt erat Chr̃s. Ista. n. oĩa debent esse in religiosis
quia pro certo isti debent carere ore per taciturnitatẽ. Eccl.
5. Sit digitus tuus super os tuum, ne capiaris in verbo indisci
plinato. Isti debẽt vti paucis cibis per abstinentiæ parcitatẽ.
Matt. 11. Venit Ioannes non manducans neq; bibens. Itẽ de
bent habere modicũ ventrẽ. i. deliciarũ carnaliũ paucitatẽ,
& per castimoniæ restringentẽ puritatẽ. Cant. 5. Venter eius
eburneus, distinctus sapphiris. Itẽ debẽt diligere aquã flumi
nis. i. sacræ scripturæ scientiã, & veritatẽ. ps. flumẽ Dei reple
tũ est aquis pasti cibũ illorũ. Et præ oĩ cibo debeãt habere,
serenitatẽ aeris. i. diuinæ grã sinceritatẽ, & cœlestis patriæ trã
qllitatẽ, qa. s. isti debẽt viuere contẽplando, post mortẽ vero
adipiscẽdo ꝓ mẽtis plenã satietatẽ. ad Ro. 8. Si spiritu viuim⁹
2 spiritu ambulemus. ¶ Sturio habet hepar magnũ, & ventrẽ,
paruũ. Sic verè iusti debent habere parũ de vẽtre. i. de carnis
voluptate, multũ vero de hepate, vbi est sanguinis loc⁹. i. de
charitate, & pietate. Et sicut sturio sm librũ rerũ cõtra natu
rã pisciũ longorũ austro pinguescit, & aquilone in profundo
languescit, sic talibus ꝓficit auster ꝓsperitatis, qa. s. ipsa vir-
tutibus pinguescũt, ea bene vtendo, ipsos aũt turbat aquilo
tẽtationis fortis, & aduersitatis, quia. s. ipsos per timorẽ deij
3 cit a bonis operibus retardando. ¶ Sturio dulcissimũ habet
hepar, & iõ ꝓ dulcedine, q̃ posset fastidium facere comeden
ti, vtile est, ꝙ ipsum hepar felle quod ei adiacet inungatur, vt
nimia eius dulcedo fellis amaritudine tẽperetur. Sturio est
Chr̃s, qui. s. oẽs conditiones habuit supradictas. Hepar eius
significat eius miam, q̃ est dulcissima, fel vero ipsius significat
eius iustitiã, q̃ est amarissima. Quid ergo; pro certo hepar di
uinæ miæ ita est dulce, ꝙ ipsam comedentibus. i. in ea confi-
dentibus, & eã cogitantibus, posset forte abominationẽ vir
tutum, & contemptum dei generare, quia sm Innocentium.
Nimia familiaritas parit contemptum, & facilitas veniæ in-
centiuũ tribuit delinquendi. Et pp hoc necesse est vt fel suæ
iustitiæ sibi adiũgatur, & ꝙ cum hepate sui dulcoris ẽt fel soi
amari rigoris ponatur, vt sic de ambobus tẽperamentũ de-
bitũ cõponatur, vt sic iuxta psa. Misericordia & veritas ob-
uient sibi, iustitia & pax osculentur se. Vel dic, ꝙ sturio ẽ bo-
nus prælatus, qui hepar cum felle debet habere. i. clementiã,
cum iustitia exercere, vt sic hepar pietatis felle rigoris acuat
& amaritudo iustitiæ dulcedine clementiæ tẽperetur. Vnde
Greg. 20. moral. Rogat rigor iustitiæ mansuetudinem præsi
dentis, & alterum ab altero commedetur, vt nec vigor sit ri
gidus, nec clementia dissoluta. ¶ Sturio diu in lacte potest vi
uere &c. Expone sicut supra de esõ, de quo dicitur simile.

## *De Salpha.* *Cap. 100.*

SAlpa sm Isidorum piscis est obscœnus, & vilis. Hic cõ
tra naturam natatilium, sui miraculũ præbet, hic. n. nun
quam decoqui potest, nisi prius fuste vel ferula fortiter
verberetur, quod etiam dicit Pli. libr. 9. c. 18. Tales sunt
multi, qui pro certo ita sunt in peccati vilitatibus inuoluti,
& in malo tã fortiter indurati, quod igne sancti spirit⁹, vel di
uinæ charitatis amore decoqui nequeunt, vel conuerti, nisi
prius per fortes tribulationes, infirmitates, uel afflictiones,
verberati fuerint vel attriti. sicut enim dicitur Eccl. 1. peruer
si difficile corriguntur. Vel istud dic contra naturam seruo-
rum, qui non nisi suppliciis emendantur. Quod etiam de ob
stinatis dicitur, & proteruis. Vnde Prouerbior. 29. Seruus
verbis non potest erudiri. Et ideo dicitur Eccles. 34. quod iu
gum, & lorum curuant collum durum, & seruum inclinant
operationes assiduæ.
Scarus idem est quod escarus. vide supra in littera. E.

## *De Scorpionibus maris.* *Cap. 101.*

SCorpio maris dicitur eo, quod manum tenentis lædit, 1
& sicut dicit liber de natura rerum, a philosophis tradi
tur, quod si decem cancri cum manipulo ocymi. i. basi-
liconis in uno loco maris ponantur, omnes scorpiones,
maris circumuicini ibidem congregantur. Per istos charissi-
mi possum intelligere quosdam subditos dyscolos, & ꝓter-
uos. Isti enim illos qui eos manu tenent scilicet prælatos, &
superiores, quando eos volunt palpare, visitare & corrigere,
solent lædere, & appellationibus, infamijs, & iniuriis infesta
re, quia sicut dr̃ Prouer. 9. Qui erudit derisorem, ipse sibi in-
iuriam facit. s. derisor. & qui arguit impium, generat maculã
sibi supple ipse impius. Et rõ, quia sicut dr̃ Prouerb. 15. Non
amat pestilens eum qui se corripit. Et tales procul dubio vbi
retrogrados. i. alios malos uiderint congregatos, solent cõ-
uenire, & vna cum aliis malis congregationes, & conspira-
tiones facere, & alter alterum in sua malitia confouere. psal.
Congregati sunt, conuenerunt in vnum aduersus dominum
& aduersus Christum eius. Sicut ad litteram videmus de con
spirantibus contra Abbates, & Episcopos, & Prælatos, q cõ
gregant sibi conuenticula de sanguinibus. Vnde Esa. 34. Ibi
congregati sunt milui alter ad alterum. ¶ Scorpio maris sm 2
Diosc. fel habet medicinale, & præ cæteris aialibus valet ei⁹
fel contra albuginẽ oculorũ. Scorpio est diabolus, fel vero
eius significat amaritudinem infernalem, vel ẽt malitiã vel
tribulationem temporalem. Tale. n. fel. s. præsens tribulatio
sentita, vel futura damnatio considerata, solet oculum cor-
dis clarificare, & ad præcauendum nociua clarius illustrare,
quia. s. sicut dicitur Esa. 28. Vexatio dat intellectum.

## *De Sepia.* *Cap. 102.*

SEpia vt ait Isidorus dr̃ sic, pro eo, ꝙ interclusa sepibus
capitur. habet aũt atramentum nigrum, qd̃ ei pro san- 1
guine est, quod sm quasdam lucernę intermixtum, amo
to priori lumine, æthiopes videri facit. Laruas. n. facies
repræsentat, & sensum visus decipit atq; turbat. Per sepiam
intelligo diabolum, per ventrem eius intelligo mundũ. San-
guis vero, & atramentum significat delicias, & diuitias, quæ
fœdant & inficiunt cor humanum, quia procul dubio si istud
atramentum lucernæ cordis per nimium affectum coniun-
gitur, tota imaginatio hominis perturbatur, intantum ꝙ qñ
prior lucerna præsentis vitæ amota fuerit æthiopes. i. torto-
res demones in inferno sentiuntur, & videntur. Sap. 17. Per-
sonæ tristes apparentes timorẽ incutiebant. Vel dic, ꝙ istud
nigrum atramentum significat infamias, & diffamationes,
opinionem hominis denigrãtes. Si ergo sepiæ. i. detractores
atramentum falsarum diffamationum lucernæ. i. considera-
tioni alicuius adiunxerint, ipsum pro certo taliter corrum-
pent, ꝙ fœdabunt, & ipsum contra alios taliter informabũt,
ꝙ isti qui sunt hoĩes albi sibi æthiopes apparebunt. Homo
. n. taliter infectus bonos esse malos iudicat, & illos qui sunt
hoĩes albi. i. iusti & rationabiles, nigros, infames, vt Aethio-
pes esse putat, dicẽs illud Hie. 13. Si mutare potest Aethiops
pellem suam, sic & vos poteritis bonum facere, cum didice-
ritis malum. ¶ Sepia multos habet pedes, molles, sine ossib⁹, 2
& carnosos, quibus. s. in mari natat, & quib⁹ palis se colligat,
ita, ꝙ piscator extracto palo sepiam adhærentem secum le-
uat. Sic verè mali multos habẽt pedes effectuum, qui tñ sunt
sine aliqua firmitate. Proue. 21. Desideria occidunt pigrum.

tota die concupiscit, & desiderat. Isti.n.cum talibus mollib⁹ pedibus, & affectionibus suis, palis ex industria in mari fixis .i.mundi bonis, quæ sunt similia baculis arundineis Aegypti per auaritiam, & ineptam amicitiam adhærent, vnde fit q ipsis mediantibus piscatores demones, ipsos ad culpam, & miseriam secum leuant. Amos 4. Eleuabunt vos in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus. Vel dic, q isti pali significant malos, quos primo diabolus in terra, & in mari .i. in diuitiis, & delitiis, vel in amaritudine hæresis vel peccati stabiliter, & fortiter infigit. Istis.n.dum sepiæ.i.simplices per amicitiam, & societatem incaute colligêtur, cum eis, & ipsis mediantibus ab istis piscatoribus capiuntur, & mox ad diuersa vitia, deinde ad supplicia rapiuntur. Malû est ergo malis socialiter adhærere, & bonum est ab eorum consortijs abstinere, iuxta illud Prouer. 24. Ne emuleris viros malos, nec desideres esse cum eis. ¶ Sepiæ cum se capiendas timuerint, solêt

3 atramentum suum nigrum in aquam effundere, & sic aqua obscurata & turbata, solent se abscondere, & ne videantur, ab aduersarijs se celare. Sic mali subditi cum se a prælatis capiendos, & puniendos metuunt, atramentum insamiatû côtra ipsos proijciunt, & per lites, appellationes, & côspirationes negotium ita turbant, & inficiunt, q ipsi velut abscondi ti, impuniti transeunt & recedunt. Per istud attamentû intellige fictiones, palliationes, & allegationes malorum, & maximè vsurariorum, & similium. Istis.n.solêt taliter se munire, & sic mala facta sua abscondere, & celare, q oculos iudicti aliorum solent decipere, & fallere, & illæ sic a correctoribus recedere, & abire. Tales.n.semper diligunt obscuritatem, nolentes q alii videant iniquitatem suam, quia sicut dr̃ Ioã. 3. Ois qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucê, vt non arguantur opera eius. ¶ Inter sepias mas iuuat fœminã,

4 cum parturit, tridente vero percusso mare, fœmina fugit, ipsumq; iuuare non curat, sed insurgit potius contra eum. Vide li. de aialib. e. de fœmina vbi exponitur. Sepia inter alios duos habet longos pedes, quibus cibum ad os transmittit, & quibus in fluctibus velut quibusdam anchoris se stabilit atq; figit. Sic verè cum nos habeamus multos pedes .i. multos affectus, & desideria, inter cæteros tñ debent esse duo magni .s.affectus, & amor dei, & proximi, qui.s.per perseuerantiã lôgi debent esse, vt istis mediantibus cibum diuinæ gratiæ, & gloriæ possimus acquirere, & habere, & nos in fluctibus huius mundi contra motus tentationû fortiter stabilire. Amor .n.dei, & proximi anchoræ sunt, quæ hoiem côtra fluctus têtationum, & tribulationum confirmant, & stabiliunt, quia p certo nullus firmus in fide, & moribus efficitur, nisi in amore dei, & proximi solidetur. Eccl. 5. Esto firmus in via domi-

5 ni. ¶ Secundum platearium, os sepiæ valet ad dentes dealbandos, si cum subtili panno lineo cum eo defricentur. Dentes sunt uerba, qui tunc nigri efficiuntur, qñ per detractioñe mala de aliis obloquuntur. Osse ergo sepiæ.i. Christo in panno vteri virginalis vel humanæ carnis, vel ad litteram, pannis in præsepio inuoluto, qui.s.fuit os de ossibus nostris, & caro de carne nostra, sicut dicitur Geo. a. sunt per imitatione ̃ usi dentes fricandi, & sic eius exemplo albi esse pnt eunt atq; mun

6 di. ¶ Ad odorem vstæ sepiæ pisces conueniunt, & ideo in vase ponitur piscatorum. Sepia vsta igne luxuriæ est mala mulier, quia.s.pisces.i. deliciosi ad eius odorem, & infamiam côueniunt, & ipsa mediante in demonum retibus se immittût, dicentes Cant. 1. In odore vnguentorum tuorum curremus supple ad perditionem. Sepia ore concipit sicut vipera &c. capone sicut de vipera.

## De Siluro. Cap. 103.

1 Silurus piscis est sicut dicit liber rerum, cui circa fœtus mira est sollicitudo, postquã.n.fœmina oua peperit, masculus quinquagint a diebus ipsa custodit, & ab aduersariis defendit. Talis est bonus prælatus, qui oua.i.subditos quos fœmina sua.s.ecclesia sibi pe peit, & dedit, debet souere, & contra aduersarios spirituales, & temporales defendere, & iuuare, & vt ad quinquagesimû diem.i. ad iubileum æternæ requiei illa si perueniant, totis debet viribus laborare. ¶ Pli. lib. 9. c. 15. dicit q silurus est piscis, qui grassatur vbi-

2 cunq; est, oẽ anima appetens. Vnde ait. q in Meno germanie flumine appeteos equos innatantes sæpe demergit. & est piscis ita magnus, q captus, & exanimatus, iugis boû trahaẽ ad littus. Sic vere mors, & diabolus in flumine mûdi prosperitatis natantes equos .i. luxuriosos apperunt, ipsosque dum non aduertunt capiunt, & subuertunt. Vel etiam dic, quòd equi sunt superbi, & cœtera sicut supra. Vnde Gen. 49. Mordens vngulas equi & c.

## De Solari pisce. 104.

Solaris est piscis, qui alio nomine dicitur barbotha, qui 1 pro eo solaris dicitur, quia libenter in ripis ad solê manere perhibetur. Hic enim anguillis est similis, & hepar habet dulcissimum, & præcipue essibilitatis. Per istû pos sunt significari illi, qui soli iustitiæ Christo per affectum, & desiderium se exponunt, & hepar interioris voluntatis dulce, & beneuolum semper gerunt.

## De Squantina. Cap. 105.

Quantina seu squatus sm Isidorum lib. 12. est ille piscis 1 marinus, cum cuius cute aspera ligna quamquam durissima poliuntur. Ista autem cutis vocatur gallice pellis rustici. Et secundum Plin. iste est piscis longitudinis quo que pedum, caudam vero habet semipedalê, qui in limo absconditus, pisces subito corripit. Cutis ergo eius est ita aspera, q exinde roduntur, & poliuntur ligna. & totus iste piscis ita durus est, q vix aliquo ferri, vel calybis acumine potest abscindi. Per istum piscem possunt significari illi, qui in limo fallaciarum absconditi, aliis insidiantur, vt eos inuadant, & rapiant, sicut sunt tyranni, causidici & balliui, qui sub absconsdita palliatione insidiantur simplicibus, vt inuenta occasione, ipsos pœnis afficiant atrocibus. Cutis ergo istorum.i. exterior conuersatio est crudelis, & aspera, & ad polimentum bonorum, & exercitium virtutis eorum, & ad corrosionem, & consumptionem superfluitatis illorum valde apta, q sicut dicit Greg. Vtilitati bonorum militat vita reproborum. Isti autem absq; dubio ita sunt duri, & obstinati, q nullo gladio uerbi dei per contritionem penetrantur, nullo etiam tribulationis correctionis tormento scinduntur aut emendantur. Eccl. 5. Peruersi difficile corriguntur. Tales.n. tyranni, q alius fricant, rodunt, poliunt & affligunt, præ suæ mentis obstinatæ duritia vix aut nunquam scindi p̃netrari, aut corrigi possunt. Et hoc est quod de obstinatis dicitur Iob 41. Cor eius indurabitur quasi lapis, & stringetur velut malleatoris incus. Sequitur. Quasi stipulam æstimabit malleum, & deridebit vibrantem hastam. Vel potest dici de detractoribus, & obstinatis, & insolentibus in ecclesia vel religione, qui alios verbis detractoriis fricant, & rodunt, qui ita indurati sunt, q nulla scissura correctionis corrigi possunt. Allega vt supra.

## De Scolopendris. Cap. 106.

Colopendræ secundum Pli. pisces sunt similes terrestri- 1 bus, qui centipedes vocantur. Hi hamo deuorato, omnia intranea euomunt, donec etiam reijciant ipsum hamum, & tandem præter ipsum hamum quicquid reiecerant, iterato recipiunt, & resorbent. Sic debent facere iusti, quia sentiêtes se cibos cum hamo comedisse. i. diuitias cum peccato acquisiuisse totum reijciunt restituunt, & dimittût. Vbi vero vident hamum peccati omn esse in cibis, hoc est dictu, vbi vident, q cibus diuitiarum sine peccato, & sine conscientiæ stimulo manducari potest, tunc ipsum libenter forbent, & acquirunt, & pro necessitate sui, & aliorum ipsum libenter procurant, & assumunt. Sicut.n.cibus non est malus, sed hamus, sic temporalis substantia non est mala, sed vitiû. Eccl. 13. Bona est substantia cui non est peccatum in conscie tia. Vnde Seneca li. de paupertate dicit, q non est in rebus, vitium sed in animo. Vel dici potest de malis diuitibus, qui sentientes aculeum, & hamum tribulationis vel infirmitatis habere, & timentes periculum mortis, cibos quos comederant.i.diuitias quas iniustè acquisiuerant, quandoq; euomere, & restituere curant, & sic vomendo, & restituendo, etiam hamum infirmitatis, & mortis euadant tandem vero quãdo vident, q hamum reiecerunt, tunc sæpe fit, q iterum diuitias & cibos recipiunt, & resorbent, quas antea vomuerant. Vel etiam generaliter ista possent dici de malis religiosis, q proficiscêdo religione, ad finẽ q hamû peccati euadant, solêt cibos bonorum temporaliû abdicare, & eiicere. Iob 20. Diuitias quas deuorabit euomet. Tãdê tñ arctati auaritia; proprietarij fiunt. & diuitias quas reiecerant, resumunt, & si possunt, dimites

nites rursum fiūt, sicut patet de multis mendicantibus, q vbi mundi negotia reiecerant, p̄ c̨ cæteris volūt resumere, & diuitias nituntur acquirere & habere c. a. Petri. 2. Canis reuersus ad vomitum, & sus lota in volutabro luti.

### *De Spongijs.* *Cap. 107.*

1 SPongiæ ab Isidoro li. 12. dicuntur fungiæ. & s̄m Pli. istæ in mari nascuntur in locis abruptis, & petrosis, quibus quasi incorporatæ adhærent, & aluntur conchis vel pisce vel limo. Sicut. n. dicit idem Isidorus, Spongia docet esse aial p̄ eo, q abrasa de lapidibus sanguinē emittit. Secundum ēt Pli. li. 9. c. 45. spongia habere intellectū vr̄. qd̄ apparet, quia vbi auelli se senserit, contracta in se, multo difficilius abstrahitur. Qd̄ quidem (vt ait) fluctu impulsæ faciūt, & euulsæ e radicibus iterum, crescunt. Putrescunt in apertis locis, sed in gurgite bene viuont. sicut. n. dicit Isidorus ibidem, viuentium in aquis, alia discurrūt, vt pisces, & beluæ, alia vero stant fixa vt ostreæ, ecini, & spongiæ, & dicuntur fungiæ prout dicit, fingo fingis, qd̄ idē est quod abstergo abstergis. Charissimi p̄ spōgias intelligo humiles, pauperes & depressos, qui quauis nō cōputentur inter pisces. i. quāuis rōne deformitatis, squaloris & paupertatis, in numero hoim, & estimatione mundanorū non babeantur (iuxta illud Esa. 53.) Vidimus eū, & nō erat aspectus, virū dolorū, & scientē infirmitatē, & sic a multis æstimetur p̄p simplicitatē eorū, q ipsi careant vita tam gratiæ, quā fortunæ, isti tn̄ realiter viuere dinoscuntur, & in mari. i. in amaritudine paupertatis, & in gurgite humilitatis viuere per gratiam comprobātur. Isti. n. scopulis, & petris. i. Christo & sanctis per fiduciam immobiliter adhærent, & si diabolus ipsos per pctm̄ anellere voluerit, statim se contrabunt ad seipsos, & cum Deo se fortius coniungunt, & tenēt, diceotes illud ps. Mihi adhærere Deo booū ē, & ponere in dn̄o Deo spē meā. Et sic pro certo isti probanē sanguinē. i. humorē deuotiōis, & pietatis, intellectū. i. sensum discretionis, fidei & sagacitatis, & crementum profectus virtuosi operis, & bonitatis. Isti ēt, & maximè religiosi, in apto positi. i. in mundo, & aspectibus hoim, & mundi negotijs expositi, cito moriuntur per culpā, in gurgite. tn̄ religionis, & claustri sepositi viuere possunt per gratiā. Qd̄ ēt de gurgite tribulationis dici pōt, vbi. s. melius viuit bomo vita. s. gratiæ, quā si extra aquā miseriæ exterius in mundi prosperis exponatur, quia. s. tunc solet sanguis deuotionis siccari, & ipse vita grāe spoliari. Eziec. 16. Dixi tibi cum esses in sangnine tuo, viue. Vel si vis dic contra mundi dilectores, qui quāuis fine aialia. i. boies sensu, & intellectu dotati, ipsi tn̄ lapidibus. i. rebus insensibilibus, & terrenis per affectum adhærēt, ita q re ūtē vr̄, q sensu, & intellectu carent, inquantū per bona opera non se monent. Exo. 15. Fiant immobiles quasi lapis. ¶ Spon-
2 gia raræ, & porosæ, & bibulæ est naturæ, & iō aquā attrahit, & eā sibi incorporat atq; bibit, ipsamq; cum plena fuerit, nisi prætsa luerit, non euomit vel emittit. Veruntn̄ si aliquantulū præmitur, tota aqua ab ipsa sic exprimitur, & spongia inanis remanet, & penitus vacuaē. Talis est auarus, est. n. rarus p̄ incōstantiæ debilitatē, porosus per malorum affectuum multiplicitatē, bibulus per bonorum terrenorū appetitum, & cupiditatē. Isti. n. aqnā bonorum mūdi, quæ sunt fluxibilia sicut aqua, nō cessant attrahere, & in concauitatibus. i. in arcis, & abditis aggregare, ipsam vero cū ea pleni, & diuites fuerint, nolunt amplius largiri vel euomere, sed per parcitatē oia retinere, iuxta illud Prouerb. 5. vbi de aquis dr̄. Habeto eas solus, & non sint alieni participes tui. Sed quid? pro certo deus videns, q isti nolunt aliquid de istis aquis absorptis, & auarè acquisitis per largitatē dimittere, solet eos per tribulationes vel per mortē præmere, & sic pro certo quicquid biberāt de diuitiis euomere, & dimittere cōpelluntur, & ipsi nudi, & vacui de isto seculo emittuntur. Iob 20. Diuitias quas deuorauit euomet, & de vētre eius extrahet eas deus. Vel dic, q spōgia est peccator, qui sicut dr̄ Iob 15. Bibit quasi aquā iniquitatem. quā. s. cū plenus luerit, nō libenter dimittit, qa sicut dr̄ Prouer. 18. Impius cum in profundū peccatorū venerit, contemnit. In fine tn̄ aquā istam. s. peccata per confessionē euomit, qn̄ Deus morte vel tribulationibus ipsum p̄mit. sæpe tn̄ fit, q per recidiuum iterum hāc resumit. obstinati. n. nunquā volunt peccata dimittere, nisi pressi. Vel dic, q mali qui act⁹ peccatorum modo dimittere nolunt, sed continuè ea bibūt, in fine morte compulsi, ipsa dimittendo euomunt.

### *De Sparo & solea.* *Cap. 108.*

SParus s̄m Isid. li. 12. est piscis sic dictus, eo q sparo. i. lanceæ missili assimilatur, sicut solea piscis est pro eo, q soleæ sotularium aliqualiter conformatur. In quibus notare possumus, quod illorum quibus nos assimilamus, & quorum nos moribus cōformamus nomen, & famam acquirimus, & habemus. Qd̄ tam in bono significato verum est, q̄ in malo 1. Reg. 25. Rectè vocatum est nomen eius nabal.

### *De Stella.* *Cap. 109.*

STella s̄m Pli. lib. 9. c. 40. piscis est in mari Oceano, factus ad similitudinem stellæ, carnem interius habens mollē, 1
callum vero exterius valde durum, & s̄m Arist. & Plin. iste piscis igneum dicitur habere calorem, ita vt oia in mari contacta adurat, & oē aial, quod comederit, in ventre durissimum quasi panis bis coctus inuenitur. Per istā stellam intelligo mulieres, quæ rōne ornatus superflui lucent, & rutilant sicut stellæ. Istæ. n. habent virtutem vestiuam & igneā. Quicquid. n. tangunt flamma faciunt, & incendunt, & per ardorem luxuriæ igne malorum desideriorum comburūt, qa p̄ certo, & tactus, & nutus, & aspectus, & verba, & facta earum inflammant ad libidinem cor bumanum. Vnde Eccl. 9. Propter speciem mulieris multi perierunt, & ex boc concupiscentia quasi ignis ardescit. Et sic bene sequitur, q illa quæ iste piscis comedit indurantur, quia pro certo quicunq; malæ mulieri per amorem incorporati fuerint, per obstinationem in mentis duritiam commutantur, & ideo propriè pani bis cocto comparātur, quia. s. bic per luxuriam, in inferno vero per miseriam decoquuntur. Et istud patet de luxuriosis, qui præ cæteris indurati, & obstinati videntur, quod. s. ex boc patet, quia etiam in senectute nolunt pœnitere, & dato q perdant famam, animam & substantiam, nesciunt erubescere vel dolere, quia sicut dicitur Eccl. 23. Homnini fornicario omnis panis dulcis, non fatigabitur transgrediens vsq; in finē. Et pone si vis figuram Apo. 8. de stella ardente sicut facula, qui cecidit in tertiā partem aquarum, & amaræ factæ sunt & multi hoies mortui sunt ex aquis, & nomen stellæ absyntbium. Aquæ fluxibiles significant bona mundi, quorum tertia pars sunt deliciæ. Stella ergo quæ ardens dicitur, & amara velut absynthium, est mala mulier. Eccl. 7. Inueni mulierē morte amariorem. Ista. n. deducit bominem ad amaritudinē paupertatis, infamiæ peccati, & tormenti. Ista igitur in tertiā partem aquarum. i. in delicias mundi vult semper cadere, & ibi viuere, & manere, quapropter homines aquas deliciarū suarum bibentes, per diuersa peccata moriuntur, & istam esse absynthium experiuntur, quia sicut de muliere dicitur Prouerbior. 5. Nouissima eius amara velut absynthium, & acuta velut gladius biceps.

### *De Serra maris.* *Cap. 110.*

SErra s̄m Isidorum est monstrum maris a re nomen habens Habet. n. serratam cristam, qua subnatans occultè 1
nauibus, eas occultè secat, & sic aqua subintrāte, de submersorum carnibus se satiat atq; cibat. Talis est mos, qa pro certo ista tam serra dicitur quā serratrix. Nibil. n. est qn̄ ab ipsa serretur, secetur aut pœnetretur. nauibus. n. i. corporibus in mari buius vitæ fluctuantibus subnatat occultè, ipsaque oī die paulatim secat inuisibiliter, & secretè 1. ad Cor. 15. Quotidie morior. Sic igitur naue corporis perforata, homines moriuntur, & in mortalitatis flumine submerguntur, & ab ista serra in sepulchro comeduntur, & cōsumuntur. ps. Mors depascet eos. Vel serra est diabolus, qui occultè tentationem, & delectationem suggerendo, nos secat, & sic aqua malæ complacentiæ vel consensus nauem voluntatis iotrante, nos per peccatum submergit, & necat, & tandem in inferno deuorat atque grauat. Esa. 44. Artifex lignarius extendit normam, formauit illud in runcina, id est in serra. ¶ Serra sicut dicit liber rerū, est monstrum in mari, habens alas imma- 2
nes, & pinnulas latissimas, quæ contra nauem velificantem in mari, in cōtrarium erectis alis velificare contendit. Quod cum stadijs 40. Aliquando fecerit, labore victa, alas deponit, & ad sese retrahēs lassa subsistit, ipsam vero fluctus in profundum ad locum suum reportare tūc temporis consueuit. Nauis quæ m spiritussanctus ducit ad portum, & quam gubernaculum prouideotiæ regit per fretum est ecclesia. serra vero cum pinnulis excoriationis, & rapinæ, & cum alis prælum

ptionis.

ptionis, elationis & superbiæ, est tyrannus. Quid igitur; pro certo sæpe fit vt serra .i. aliquis crudelis princeps, & secularis imperator vel tyrannus inuideat naui ecclesiæ per mare huius seculi velificanti, & quia displicet sibi, q tot, & tantis vtitur libertatibus, & q ita libere, & autenticè tendit ad portū, in contrariū nititur velificare, & ecclesiæ libertatibus obuiare, & sic solet alas superbiæ erigere, pinnulas acutæ crudelitatis extēdere, & se isti naui opponere. & eam in cursu sui regiminis impedire. Sed quid? procul dubio pro nihilo tentat hoc facere, quia necesse est nauem ecclesiæ præualere. teste .n. scriptura Eccl. 56. Pugnare contra dñm non est facile. qa
a ēt sicut dī Luc. 22. Christus pro Petro dī rogasse, vt non deficiat fides sua. Et etiam ipsa nauicula Petri fluctuasse legit, non perisse. Quid plura? pro certo finaliter necesse est, q talis tyrannus alas superbiæ deponat, & q lassus, & fatigat' se ad se contrahat, quousq; lassum, & fatigatum fluctus mortis ad profundum inferni pertrahat, & deducat. Esa. 33. Dum fatigatus desieris contēnere, contēneris. Vel illa possunt dici de tyrannis paganis, qui fidem, & ecclesiā extinguere voluerunt. qui fatigati, & victi nihil contra dñm potuerunt, sed in profundū inferni descenderunt. Esa. 14. Detracta est ad inferos superbia tua. Vel generaliter pōt dici de præsumptuosis & crudelibus, qui nituntur contra fortiores, & superiores, q finaliter lassi remanent atq; victi. Vel pōt dici de tyrannis, & balliuis, qui in principio iaciunt contra naues .i. cōtra iustos quicquid possunt ipsisque malitijs, & iniurijs obuiant, & resistunt, qui finaliter lassi in morte subsistunt, & fluctus mortis ipsos in profundum inferni deducunt. Eze. 32. Dederunt timorem suū in terra viuentiū, & portauerunt ignorantiā suā cum his, qui descenderunt in lacū. ¶ Si alio mō accipias textum, istum .s. q ista serra non contra nauem, sed potius cū naue velificare contendat, & cum ea per mare se posse currere credat, donec tandem labore victa, & fatigata subsistat, pōt cōtra præsumptuosos allegari, qui se maioribus, & melioribus nituntur æquiparare, & ex æquo cū eis contendunt currere, & se eis in gloria conformare. qđ quia continuare nequeunt, necesse habent lassi subsistere, & cessare. Istud videmus in multis temporaliter, quæ in expensis, & strenuitatib. supra vires patrimoniorū suorū magnis nobilibus, & diuitibus se cōformare nitunt, & sella continua, & arma incautè sectant, qui cū seipsos cōsumpserint, desistere cōpellunt. Cōtra quos Esa. 16. Audiuimus superbiā Moab, superbus est valde. Superbia eius, & arrogantia eius plusquā fortitudo eius. Videmus ēt ista spūaliter in religione, vbi multi nouitij viriū suarū ignari, supra vires nituntur qnque opera perfectionis facere, & nauibus .i. sanctis se credūt æquiparare, qui tñ victi, solent finaliter deficere, & a cœpto proposito vacillare. Bene ergo dicitur Eccl. 3. Altiora te ne quæsieris.

### *De Syrenibus. Cap. 111.*

a Syrenes sēm Phisologum, & Andelinum sunt quædā mōstra marina, q̄ faciē muliebrē, brachia & mamillas habētia, pceræ magnitudinis, & facies sunt horrendæ, in reliquo corpore aquilis sunt similes, cū alis & vnguibus ad laniandum aptis. In fine vero corporis squamosas pisciū caudas habent, quibus natando in fluctibus se gubernant. Vsæ aūt sunt pueros inter brachia portare, quibus visis solēt nautæ, q̄ plurimū formidare, & ideo eis lagenā vacuā solēt proijcere vt dum cum illa luserint, possint se ab eis elongare. Et sicut dicit liber rerum, hæc narrauerunt illi, qui se vidisse asserebant. Tale monstrū vr̄ esse mala mulier. Ista .n. habet mammas blandientis delectationis, quibus .s. catulos, & sequaces suos lactat, delectat & nutrit. Threno. 4. Lamiæ nudauerunt mām̄as, & lactauerunt catulos suos. Ista ergo licet videatur esse fœmina in prima parte .i. principio .s. dulcis amicabilis, & benigna, est tñ aquila in sequenti, habet .n. alas & vngues. alę .n. significant suā volatilē voluntatē, vngues vero suā auarā cupiditatē, & suam rapacem tenacitatē. Mulier .n. per varia desideria dicitur volare, & illos quos decipit, solet bonis fortunæ, naturæ, & gratiæ rapaciter spoliare. Dan. 7. Vngues habebat ferreos &c. Ista tñ dr̄ habere caudam pisceā, quia pro certo cauda .i. finis & intentio istarū principaliter quærit aq̄ deliciarū, & fluxum luxuriæ corporalis. Vel dic, q istæ syrenes possunt significare iudices pcipites, & crudeles, qui volare dicuntur, & pungere, eo q sine deliberatione solent rapinas, & punctutas præcipitanter, & celeriter exercere. maliebrem tñ .i. dulcē faciem, & apparentiam dicuntur habere, & mamillis dulcium verborum, & fallacium in principio dicitur lactare, vt sic possint deceptos melius deuorare, & de spolijs aliorū se, & catulos .i. filios, & neporulos enutrire. Esa. 34. Ibi habuit souea hericius, & enutriuit catulos. Quid igitur? Procul dubio nautæ .i. simplices tales solent valde timere, & ne ab eis obruātur, præcipuè formidare. Necesse ergo, q aliquid ad ludēdum ipsis proiiciant .i. q aliquod munus vel encœniū eis offerant, vt sic locū fugiendi habeant, & euadant. alias .n. si se muneribus non redimunt, submersionē, rapinam & exhæredationem timere possunt, quia sicut dr̄ Michea. Si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super a eum prælium. ¶ Syrenes saltantes & ludentes significant tempestatem sēm Phisolo. tūc .n. maiorē faciunt lætitiam, qn̄ sentiunt tempestatem in proximo futuram. Sic verè multi sunt qui tunc summè lętantur, & gaudent, qō tempestatē tribulationum aliis venire vident, contra illud Prouer. 24. Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, quia sicut dr̄ Prouerb. 27. Qui in ruina lętatur alterius, non erit impunitus. Vel pōt dici contra prædones, quorum saltus, festa & conuiuia, signa sunt tempestatis, & rapinæ subditorum. Constat .n. q cū multa expenderint festinando, magis & acrius solent rapere, suā paupertatem supplendo, dicunt .n. faciamus bonum festum, quia rustici totum soluent. Nautæ ergo .i. simplices debent sibi de futura tempestate, & rapina timere, qn̄ vidēt tales syrenas festa, & conuiuia, & alias lætitias celebrare. Prouerb. 24. Extrema gaudii luctus occupat. Vel istud potes exponere sicut supra de auib' tit. de fulica. §. 2. ¶ Syrenes dulcissimè dicuntur cantare &c. vide libro de animalibus ca. de syreni- b
bus, & dic per omnia sicut ibi.

### *De Scylla pisce. Cap. 112.*

Scylla sicut dicit li. de natura rerum, allegans Andelinum a monstrum est secūdum rei veritatem habitans in illo mari quod Italiam, & Siciliam secludit, & habet pectus, & caput vt virgo, sicut syrenes, rictus vero, & hiatum oris, & dentes habet horribiles. Istud vero nautis, & omni generi hominum inimicum est, & in eius sanguine delectatur, in aqua difficiliter vincitur, in terra vero quasi penitus est imbelle. Vocem autem habet quasi musicam, & in melodia delectatur. Tale monstrum charissimi videntur esse multi, qui scilicet simul sunt crudeles, & falsi, quia videlicet ipsi faciem .i. apparētiam habent virgineam, & benignam, vocem vero dulcem melodiosam, & suauem, & tamen humani generis sunt inimici, & ad deuorandum, rapiendum, & tribulandum nautas .i. simplices semper prompti. Nam cum sua simplicitate virginea, & cum sua voce, & locutione mellea quas ipsi prætendunt exterius, illi pro certo pleni sunt crudelitate selles, quā sub falsitate palliata sibi seruant interius. dentes .n. crudelitatis, & voracitatis noscuntur habere. quibus nō cessant alios, temporaliter & verbaliter rodere, & mordere. Ista parent, de diabolo, & hæretico, qui sub spē alicuius blandimenti, q̄ pterunt, hoiem ad dānationem pertrahunt atq; terūt. Ista parēt de vsorariis, & alijs falsis iudicib', officialibus & balliuis qui vt decipiāt, in principio virgines esse videntur, & tñ constat, q mordere semper, & rapere machinantur. Istud patet de hypocritis, qui sunt virgines in apparētia, qui tñ sunt animarum inimici in existentia. Istud etiam patet de detractoribus, qui .s. in prima parte .s. in hoim apparētia, sunt virgines posterius vero in eorum absentia sunt pessimi. Isti ergo dum sunt in aqua mondanæ fluxibilis pspiritatis, & vitæ, vix possunt ab hoie superari, cū vero ad terrā .i. ad mortē venerint, tunc nullius sunt valoris, quia tunc vel in se quantū ad aiam vel in filiis quantum ad mundum superantur, & eorum fortitudo ad nihilum deducitur. Ezech. 32. Dederunt fortitudinem suam in terra viuentium, non dormierunt cū fortibus, qui descenderunt in infernum. Isti igitur poterūt in locustis figurari, quæ (sicut dr̄ Apoc. 9.) facies hoium, capillos mulierum, & tñ dentes leonum, & caudas scorpionum habuerunt quia .s. tales sunt hoies, & mulieres in facie. i. in apparentia blandiendo, sunt tñ leones in existentia deuastando, et scorpiones posterius in absentia detrahendo, & pūgendo mordaciter, & vrgēdo. Proue. 23. Ingreditur blandè, nouissime aūt b
mordebit vt coluber. ¶ Et non aq scylla periculū ē marinū, et sēm poetas, scylla ēt dea est maris. Sed de hoc vide alibi .s. li. 8. c. 12. §. 18. et infra libr. 15. vbi agitur de fabulis poetarum.

De

### De Scincis. Cap. 113.

1 SCinci ſm Iſid. circa Nilum frequentiſſimæ ſunt beluæ, q̃ crocodilis ſunt ſimiles, ſed minores, & horũ carnes medicinales eſſe videntur, quia ſi quis in poculo ſuo carnes huius beluæ poſuerit, inde veneni potentiã expellit. Iſti ſcinci poſſunt mihi ſignificare aliquos tã ſeculares q̃ religioſos, qui rectè in apparentia videntur eſſe ſimiles crocodilis, rõne. ſ. alicuius familiaris vel leuis vitæ, quam ptendunt, veruntamẽ iſtis ſunt valde minores in malitia vel errore. Dato. n. q eſſe videantur mali exterius in conuerſatione, ſunt tñ boni, & medicinales interius in intentione, & iſtud patet, qa etiam vinum doctrinæ, quod per eos tranſit. i. illa documenta dicta vel verba, quæ ipſi alijs dicunt, & emittũt, procul dubio contra venenum peccati remedium ſunt, quia quamuis multis inſolenter, & leuiter videantur viuere, ſciunt tñ vtiliter, & facere, & docere. Non oportet ergo de talibus iudicare ſm faciem, ſed ſm peccata, iuxta illud Ioan. 7. Nolite iudicare ſecũdum faciem, ſed rectum iudicium iudicate. ¶ Sicut dicit liber rerum, ſcinci beluæ ſunt, quæ præuident tempeſtates, & ventos, cauda enim ſua villoſa obturant foramen cauernæ, a qua parte debet flare ventus, oppoſitum verè apertum dimittunt &c. Expone ſicut lib. ſequenti de animalibus titu. de taxo. §. 2. vbi inuenies ſimile.

### De Tencha. Cap. 114.

1 TEncha piſcis ẽ lacualis, qui luto nutritur, & aliqñ pelle nigra, qñq; verò aurea coloratur. Piſcis eſt exterius valde viſcoſus rectè quaſi anguilla, dulcis eſt cibus, ſed duræ digeſtionis, & ſm opinionẽ vulgi, iſte coire dr̃, cum buffone. Talis eſt peccator, qui luteus eſt per auaritiã, viſcoſus per luxuriam, niger per infamiam, aureus tamen per curioſam veſtitus apparẽtiã malæ digeſtionis, & cõuerſionis per obſtinationem, & malitiam, & cum buffone diabolo coiens per malam amiciam, & ab ipſo concipiẽs peccatum, & nequitiam pſal. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem.

### De Trutha. Cap. 115.

1 TRutha ſm librum rerum, & etiam ſicut ſenſu patet, eſt piſcis, qui in fluminibus inueniuntur, qui de altis mõtibus oriuntur, & qui lapideum litus habent. Eſt aũt ſalmoni ſimilis in colore cutis ẽt in rubore, & partim in ſapore carnis, ſed hoc ſolum in æſtate, quia. ſ. in hyeme carnes habet albas, ſicut alij piſces dulcedinisq; minoris. Tales ſunt boni religioſi, quia pro certo, iſti in flumine religionis inueniuntur, quæ. ſ. fundũ, & fundamentũ habet lapideum. ſ. ipſum Chr̃m, q lapis, & petra dr̃ in ſcriptura, & ab altis mõtibus. i. a ſanctis, & perfectis patribꝰ noſcitur deriuata. Iſti. n. Salmoni. i. Chr̃o pro viribus aſſimilantur, & quantũ ad cutẽ honeſtæ conuerſationis, quantum etiam ad carnem interioris affectionis, ipſum pro viribus imitãtur, quod tñ ſolum fit in æſtate. i. in tempore gratiæ, qñ. ſ. abundant calor charitatis & ſplẽdor veritatis, & fructus bonitatis. Nam in hyeme. i. in ſtatu peccati, vbi frigus indeuotionis, & ſterilitas virtutis, & perfectionis abundãt, iſta ſimilitudo deficere cõprobat̃, qa. ſ. ſapore charitatis, & colore honeſtatis ceſſantibꝰ, iſti nõ Chriſto, ſed alijs piſcibus. ſ. peccatoribus, & malis etiam ſecularibus cõformantur. Tunc. n. põt de ipſis dici illud pſa. Non eſt ſimilis tui in dijs domine, & non eſt ſecundum opera tua.

### De Thymalo. Cap. 116.

1 THymalus ſm Iſid. li. 12. ex flore, q thymus dr̃, nomen habet. Nã (vt aiũ) cum ſit colore gratus, & ſapore iocũdus, tñ ſicut iſte flos fragrat, & corpore odore aſpirat. Tales ſunt ſancti, qui exemplo floris fragrantiſsimi Ieſu Chriſti colorem gratæ conuerſationis induunt, & odorẽ iocundæ famæ in aliorum naribus diffundunt. Cant. 4. Odor veſtimentorum tuorum ſuper omnia aromata.

### De Teſtudinibus. Cap 117.

1 TEſtudines ſm Pli. li. 9. c. 10. mare Indicũ habet ita magnas, q de teſtis earum homines ſibi faciũt lata domicilia, atq; inter inſulas maris rubri de ſingulis teſtis ſingula fiunt nauigia. Iſtud mõſtrum caret dentibus, acutum tñ habet roſtrum, & durum, nam tanta eſt ſibi oris duritia, q lapides cõminuat atq; frangat, & iſtud oua parit vſque ad centena, q̃ in terra foſſa, & pectore pauita incubat noctibꝰ, fœtus verò educat annuo ſpatio ſicut ait. Chariſſimi per teſtudines poſſunt intelligi plati, qui cutem exterioris apparentiæ debent per conſtantiæ, & patientiæ firmitatem præ cæteris, habere ſolidam, teſteam atq; duram. Ezec. 3. Dedi frontem, tuam duriorem frontibus eorũ, & faciem tuam valentiorem dentibus eorum, quaſi ſilicem, & adamantem dedi faciẽ tuã. Quid ergo? pro certo iſti debent eſſe tales, & tanti, q ipſi poſſint eſſe domus ad alios continendũ charitatiuè, & naues ad alios deferendũ ſuſtentatiuè, quia. ſ. iſti ſicut domus ſubditos debent contra frigora tribulationum, contra pluuiam tentationũ, contra latrones. i. contra impios mundiales, & contra feras. i. contra demones infernales defendere, & ſicut naues ipſos in mari. i. in amaritudine paupertatis miſericorditer ſuſtinere, & pro ipſis ſpiritualiter, & temporaliter nutriendis, merces virtutum, exemplorum, documentorum continere. Prou. 31. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris, de longè portãs panem ſuum. Quia pcul dubio iſti oua, & fœtus. i. ſubditos ſuos debent in grãm ſpũaliter parere, & in terra. i. in ſuæ mortis memoria per humilitatẽ infoſſare, ipſoſq; pectoraliter pauitos fouere, & pſonaliter exemplis, doctrinis & elemoſynis, educare. Eſa. 34. Ibi habuit foueã hericius, & enutriuit catulos. Quid ergo? p certo iſti dentibus crudelitatis rapacis, & detractionis mordacis, debẽt carere, qa. ſ. nullũ debent iniuſtè affligere vel mordere. Veruntñ quãtũ ad impios puniendos, roſtrũ oris debẽt p ſeuerã locutionẽ ita fortè, & durum hr̃e, q lapides. i. lapideos pctõres poſsint cõfringere vel domare, & rigore iuſtitiæ caſtigare, vt ſic de ipſis dicat̃ illud 3. Reg. 19. Ecce dñs tranſit, & ſpũs grandis, & fortis, ſubuertens mõtes, & cõterens petras ante dñm. Vel p dentes poſſunt intelligi verba mordacia, qa p certo ſæpe fit, q dato, q hõ prælatus vel iudex careat hmõi dentibus. ſ. iniurioſis ſermonib. non eo minꝰ ſolet ꝓteruos corrigere, & frãgere, & lapideos hoies caſtigare. Vel põt allegari, q plus ꝓficit qñq; roſtrum durũ. i. dura, & ſeuera reprehenſio, q̃ dẽtes acuti. i. q̃ mordax & crudelis punitio, qa ſicut dr̃ Prouer. 17. Plus ꝓficit correctio apud prudẽtes, q̃ cẽtũ plagæ apud ſtultũ. Et hoc qa prudens verborũ correctionibus emendat̃, ſtultus verò plagarũ ictibus indurat̃. Vel illud põt allegari de diuitibus, qui rectè apud mũdanos domus, & naues. i. magni, & notabiles reputantur, q pro certo fœtus, & filios ſuos, ſolent in terra. i. in amore terrenorũ ſepelire, & ipſos vltra debitũ diligere, & fouere. ¶ Teſtudo cũ vxore ſua cohabitat carnaliter pecorum 2
more. Veruntñ vxor ſua nõ libẽter patit̃ copulã, quouſq, maſculus ea auerſa ori eius feſtucã imponit. Iſtud põt intelligi, de bonis mulieribus, q̃ copulã carnis ẽt cũ ꝓprijs viris debẽt difficiliter, & cũ quadam diſplicẽtia ſuſtinere, maximè qñ vidẽt eos beſtiarũ, & pecudũ more effrenari, & carnaliter motos eſſe, & ſolũ pp feſtucã, q̃ habẽt in ore. i. pp frenum legis diuinæ, q̃ hoc pcepit, ſe debent bonæ mulieres in talibꝰ exercere, vt. ſ. non ex libidine, ſed ex iuſtitia moueantur, iuxta illud 1. ad Cori. 7. Vxori vir debitum reddat, ſimiliter, & vxor viro. Aduertens ad illa, quæ dixit Angelus Thobiæ, Thobiæ. 6. q. ſ. in illis, qui coniugium ita ſuſcipiunt, q a ſe Deũ excludant, & ſuæ libidini ita vacent ſicut equus, et mulus, poteſtatem habet demonium ſuper illos. Vel põt dici contra malas 3
mulieres, quæ nõ patiunt̃ libidinẽ a procis ſuis, niſi ẽt feſtucã donorũ, et munerũ recipiãt ab eiſdẽ. ¶ Teſtudines marinæ, intm̃ diligũt liberè reſpirare, q ſurſum in aq̃ ſuperficie volũt quaſi cõtinuè ſupernatare, et ſic fit, q dũ teſtudo nõ aduertit et reſpirando aerẽ delectatur, teſta eius a ſole taliter ſiccatur et induratur, q ſe ſubmergere vel in aqua ꝓfundare impedit̃ et inuita ſupernatare cõpellitur, et ſic piſcatorũ manibus exponit̃ deprædãda, ſicut dicit Pli. lib. 9. c. 10. Reuera ſic vr̃ hodie de multis eccleſiaſticis, et religioſis, conſtat. n. q iſti ſunt poſiti in mari pœnitentiæ, vt in aq̃s deuotionis, et gratiæ balneent̃, et per humilitatẽ inferius ꝓfundent̃. Sed q̃d? Pro certo hodie ita appetũt fatuæ teſtudines. i. fatui religioſi, et clerici libere reſpirare, et ita gloriant̃ ſurſum ad auras mũdani fauoris aſcendere, et ſe mũdi negotijs implicare, et ita abhorrent in ſtatu religionis manere, et in ꝓfundo ſtatu humilitatis iacere, q pcul dubio ſurſum in paulo in ſtatu alicuius, eminẽtiæ gloriant̃ aſcendere, et in officijs, et dignitatibꝰ vel 5
in mũdi fauoribus vel in curijs principũ vel in executionib. mortuorũ vel i alijs adminiſtratiõib. terrenorũ delectant̃ et appetũt pſidere, ſicut ad litterã patet ẽt de mẽdicãtib. q quaſi vident̃ mare religionis dimittere, et extra quaſi ex toto ad

feculi negotia se transferre. Esa. 23. Exi terram tuam filia maris, non est cingulum vltra tibi. Ac si diceret, isti cingulũ obedientiæ dimittunt, & rumpũt, & de mari religionis ad mũdũ exeunt, & accedũt. Quid plura? Procul dubio ibi sui ipsius taliter obliuiscuntur, q a sole, mundanæ prosperitatis, & ardore cõcupiscentiarum ibi a humore deuotionis siccantur, & per obstinationem, & malam consuetudinẽ taliter indurantur q se in mari religionis profundare amplius impediuntur, imo quasi seculares effecti, ẽt contra voluntatẽ rõnis sursum sup mundana sup eruatare, & euagari, & mentaliter, & personaliter dinoscunt, & sic p cõsequẽs ipsis piscatoribus infernalibus exponuntur. Qđ potissimè patet de apostatis, qui libere aspirare volentes, libertatem plus debito diligentes, mare religionis abhorentes, exterius sicut seculares vagantur, ita indurati in malo, q amplius redire dedignantur. Marc. 13. Qui supra tectũ est, non descendat in domum 4. Reg. 1. De lectu-
4 lo super quẽ ascendisti nõ descẽdes, sed morte morieris. ¶ Testudo maris faciliter capitur, qñ primitus inuersatur, rõne. n. duræ & latæ testæ nõ se põt faciliter releuare, seu iterum reuersare. Scit igitur dicit liber rerum, testudines de nocte exeundo ad terram depascuntur, & satiantur, & tandem redeuntes ad aquã, super aquam dormiunt fluctuando. Tunc ergo duo piscatores natando seu nauigando accedunt, qui ipsam inuersant, & qui ẽt pedem suum firme ligant, & sic eã inuersam, & supinã ad littus trahũt. Charissimi tunc hõ spũaliter inuersatur, qñ errans in fide, contra Deũ supinatur, & fidei eius repugnat, & sibi mentaliter aduersatur, vel qñ per desperationem a statu spei retrouertitur, & per obstinationem contra dñm voluntarie aduersatur. psal. Auertantur retrorsum, & confundantur. Ex quo n. homo a statu fidei per hæresim auersus fuerit, & euulsus, vix aut nunquã põt resurgere, nec se a sua perfidia releuare. Hie. 8. Qui auersus est, nõ reuertetur. Quid igitur? Procul dubio qñ hõ in terra diuitijs satiatus fuerit, & in aqua deliciarum supernatando dormierit, & quieuerit, tunc adsunt piscatores, qui ipsum per hæresim vel per desperationem inuersant, & ipsum contra deum, & paradisum per obstinationem supinant, & vinculo malæ consuetudinis ipsum alligant, & sic cum propter duritiẽ cutis. i. mẽtis resurgere nõ valeant, ad littus inferni p libito ipsum portant, exemplo mortui, qui auersus ad tumulũ trahitur, & supinus in tumulo sepelitur. Vnde de talib. põt dici illud Dan. 13. Euerterunt sensum suũ, & declinauerunt oculos suos vt non viderent cœlum, neq; recordarentur iudiciorum iustorum. Vel dic, q inuersatio ista est mors, quia ẽt mortui inuersi sepeliuntur, quia pro certo mali qui modo vinci nequeunt, tunc saltem superabuntur, quando per duos nautas. i. per dei occultam ordinationem vitam limitantem, & per casum vel infirmitatem corpus affligentẽ, per mortem inuersabuntur, & per alium nautam. s. diabolum ligabũtur, & ad littus inferni trahentur, & de mari fluctuosæ vitæ, & prosperitatis extrahentur. Ezech. 29. Extraham te de medio fluminum tuorum. Vide ad hoc figuram supra de fuligine.

*De Testeo Pisce. Cap. 118.*

1 TEsteum ẽm Arist. aĩal est in mari arabico, quod pp duritiam testæ suę, pro eo q fumi euaporare nõ possunt, aliquotiẽs infirmatur, & calore intrinseco inflãmatur. Vadit igitur ad aquam dulcem & potat, & in ipsa aliquandiu habitat, & sic cutis eius subtiliatur, & sudore exeunte sanatur. Sic vetẽ si propter duritiam mentis nostræ, corporis, cordis & oris clausi, mali vapores vitiorũ a nobis per confessionem non exiuerunt cõpetenter, pp q calore concupiscentiæ generato moraliter fuerimus infirmati. restat, q aquam dulcem deuotionis, & compassiõis bibamus, & q in aqua lachrymosæ confessionis, & compunctionis nos corporaliter balneemus, vt sic dura cute voluntatis nostræ obstinatæ madefacta, sanitatem animę reportemus 4. Reg. 5. Vade lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua.

*De Tortuca Maris. Cap. 119.*

1 TOrtuca maris, barcora, testudo, & testeum animal, videntur supponere pro eodem, & etiã magister de proprietatibus rerum de prædictis non facit speciales titulos. Veruntamen quia liber de natura rerum ponit diuersos titulos de eisdem, ideo ego posui sub diuersis. Dicit ergo, q tortuca marina ẽ belua ingẽs similis tortucæ terrestri, sed eius quantitatem in infinitum excedens. Octo. n. cubitos habet in lõgitudine, latitudo verò eius quattuor est cubitorum. scutum habet testeum, triãgulare, quinq; cubitorũ. Crura habet longa, digitos magnos sicut leo, fortitudine, & audacia est mirabilis. tres. n. hoĩes inuadere non formidat. Illa possunt capi in bono, & sic per tortucam intelligã virum iustum, mari pœnitentiæ deditum, & ad tolerandũ aduersa oĩa induratum. Iste. n. debet habere octo cubitos. i. octo beatitudines, scutum ẽt testeum constantiæ, & fortitudinis, debet habere, qđ tres virtutes theologicæ. s. fides, spes, charitas, debent triangulare, & quod quinq; cubitorum debet esse, inquantum debet contra quinq; sensuum ille cebras preualere, sic igitur armatus vnguibus iustæ correctionis, & scuto fortitudinis, & perfectionis, tres viros. s. superbos, auaros, & luxuriosos, vel tres viros. s. mundum, diabolum & corpus proprium non timebit inuadere, ipsosq; poterit superare. ps. Scuto circundabit te veritas eius, non timebis a timore nocturno. & ad Ephe. 6 Sumentes scutum fidei, in quo possitis, oĩa tela nequissima ignea extinguere, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus quod est verbũ dei. Vel ista possunt dici de fatuis, & protervis, qui qñ scuto, & armis alijs sunt circuncincti, ad mala omnia sunt audaces. Vel per scutum intelligo obstinationem mentis, & duritiam voluntatis, qđ. i. triãgulare dr̃, p eo q a tribus pessimis vitijs fabricatur, quæ sunt falsitas, crudelitas, cupiditas. Ex istis. n. tribus constat scutũ, iniquitatis malorum. isti. n. habent falsitatem vt decipiãt, crudelitatem vt diripiant, cupiditatem & accipiunt. Tali ergo, scuto sic triangularo armati solent audacter tres viros. i. vniuersitatem bonorum (qui per tres viros, Noe, Daniel, intelliguntur Ezech. 14.) prælatos. s. continentes, & coniugatos solent inuadere, & eos multipliciter infestare. Vnde de talibus dr̃ Iob 41. in persona Behemoth, q corp' eius quasi scuta fusilia &c. Vel per istam beluãm intelligo incorrigibiles, & obstinatos, qui ita duri sunt contra veritatem, & contra iostiniã scutati, q nulla correctionis sagitta possunt penetrari, q primo alios verbis, & iniurijs non timent inuadere, & eis temerariè contrare. Esa. 48. Scio enim quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea. ¶ Tortuca maris si inuersatur, vires perdit, se enim vix potest releuare. Sic tales cũ mors eos inuersauerit, nil valebunt, cum amplius a vitiis nõ resurgant. Vel expone sicut supra de testudine, vbi est simile. Vide lib. de animalibus. cap. de tortuca.

*De Thyno. Cap. 120.*

THynnus monstrum est marinum caudã habens latitudinis duorũ cubitorũ, qđ in mari fœticãt, & non alibi, q istud taliter impinguat vt dehiscat, & vltra biennium raro viuit, vt dicit Pli. li. 9. c. 15. Scđm verò Alber. bestiæ sunt in Aethiopia quæ colore fusco binas habent mamillas, quibus lactant catulos Pli. verò li. 9. c. 3. ait thynnorũ tantam multitudinem in mari indico classi Alexãdri magni obuiam fuisse, vt classis econtra aciem direxerit, cũ alias nõ esset sparsis euadere, thynnorum multitudine obuiante. Tales sunt multi, qui caudam. i. spem futuræ vitæ habent latam, & hoc binorũ cubitorũ, quia. s. bis credunt viuere, diu. s. in hoc seculo, & futuro, & inde est, q duas mammas habere dicuntur, inquantum spe prosperitatis, et futuræ lactantur, & delectantur, & iõ pro certo fœtus suos. i. desideria sua, voluntatem & propositum, solent in mari. i. in mundo, et mundialis amore patere, et nutrire, et se ibi taliter diuitiis, et delicijs impinguare, q vitam gratiæ continuare nequeunt aut seruare. Quod ẽt de temporali vita verum, est: quia pro certo, qui vltra modum corporaliter delicijs impinguantur, et quorum mentes carnalitatibus cumulantur, et quorum status prosperitatibus augmentatur, vita tam temporali, quam spirituali, et æterna faciliter spoliantur, figurati Agag pinguissimo, qui a Samuele est occisus 1. Reg. 15. Quia pro certo illi, qui prædictis pinguedinibus impinguantur, mortem reportare sæpius promerentur. Ideo dicitur 1. ad Timoth. 5. Vidua in delicijs uiuens mortua est. Illi etiam contra classem Alexandri id est, contra statum bonorum se congregant, & ei obuiant, et repugnant, quare etiam necesse, est ut econtra ipsi boni, contra eos se colligant, confœderent atque iungant, vt eorum impetum securius fugiant, et euadant primo. Machabeor. quinto. Congregatæ sunt gentes vt dimicent contra, nos. ¶ Thynus procedens ad terram, vt pascatur, dextera solet

so let ripa intrare,& leua exire. Quod accidit fm Pli. lib.9.c. 45. quia dextero oculo melius creditur videre q̃ sinistro, na sura tñ vtroq; oculo habēte. Et sic ergo supponitur q̃ semp vult oculum impouere versus partem illam ad q̃ tendit. Sic mali modo procedentes ad pastus bonorum tpalium acqui rendos, dextera prosperitatis solent ad terrena intrare, sed procul dubio sinistra aduersitatis es inde p mortem solent recedere,& exire, quia pro certo illi, qui nunc ad terrena intrant prosperè,& quietè, finaliter inde sinistrè exeunt,& molestè. quod bene figuratur Ezec.50. vbi dr q̃ ille q per portam meridionalem in solemnitatem ingrediebatur per portam aquilonarem egredi iubebatur. Meridies.n. prosperitatem, Aquilo frigidus aduersitatem designat, ad deno tādum, q̃ illi qui ad mundana prosperū habent ingressum.f. diuites, in fine sinistram aquilonarem,& aduersum habebūt egressum, quia sicut dr Prou.14. Extrema gaudij luctus occupat. ¶ Thynnus fm Pli. belua est marina, quæ curiositate vi dendi vela nauium agitari vēto, naues persequitur, & intm stupore efficitur, vt tridente percutiatur absq; eo q̃ moueatur. Simile videmus multis accidere, & maximè curiosis,& religiosis,& iuuenculis mulierib. Isti.n. valde appetunt videre vela nauium volare, i. mundi ludos, solatia, ludibria, pompas, choreas,& similia celebrari. Sed quid? pro certo dato, q̃ in principio non intendant aliquid mali, ita tñ stupore, delectatione,& admiratione,& cōplacentia afficiuntur,& tenentur, q̃ vbi non aduertunt, à natura diabolo tridente tētationis triplicis concupiscentiæ.f. superbiæ, luxuriæ, & auaritiæ, percutiuntur,& sic per pctm spiritualiter occiduntur. Cuius figuram habemus in Dina virgine, quæ volens videre mulieres regionis Sichimorū egressa, vbi à Sichem filio Emor est corrupta, quia verè mulier iuuenis curiosa facta, & mores aliorū videre sollicita, corruptionem pcti solet faciliter, reportare. ideo benē consulitur Eccle.3. vbi dr. In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter,& in plurib. operib. eius nō eris. Sequitur. Multos.n. supplantauit suspitio illorum, & in vanitate detinuit sensus eorum. ¶ Secūdum Soli. thynni sunt beluæ quæ in ponto solū( quod est mare cætetis dulcius) inueniuntur, qui flumina intrant dextera, & ea exeunt leua. Sic tales, qui in dulcedine deliciarum volunt viuere, flumina statum,& beneficiorum,& diuitiarum mundialium, quæ dicuntur flumina, quia fluunt, dextera prosperitate adipiscuntur, sed sinistra aduersitatis per mortem exinde egredi compelluntur,&c. dic vt supra.co.§.2.

## *De Tomo seu Tonio.* *Cap. 121.*

Tomus seu tonius piscis est magnus, sicus porcus marinus, qui circa massiliā in abundantia reperitur. Iste super omnes pisces magis iners,& timidus fertur esse, non pot.n. ita modicum obicem innenire, quin continuo retrocedas,& inde est q̃ in reti captus, nullā prorsus adhibet diligentiā exeundi, solū obstaculū retis timens. Vnde q̃nque inuoluuntur centum in vno reti,& ibi quādiu piscatori placuerit, nisi alio vinculo detinentur, et in aqua existētes sicut in armento temporib. distinguuntur. Veruntā qñ delphinus aliqn cum talib. in eodem reti capitur, tunc statim ipse rete rumpit,& alij post sequuntur,& sic illi qui multi imbecilles existunt aggredi non audebant, vnius delphini fortitudine,& audacia liberantur. Ista.n. inueni in libris, sed audiui ab illis, qui mare massilieum frequentauerans. Ista pōt allegari narratiuē, quō vna bona persona proficit in cōitate vna, sæpe.n. sit q̃ vbi vna magna congregatio exire aliquod periculum nesciebat, vnus bonus,& sapiens exit,& dat exemplum,& viā alijs exeundi,& ista in tpalib.& politicis,& moralib.& theologicis, quotidie videmus, quia sicut dr Eccle.16. Ab vno sensato habitabit ciuitas,& à multis fatuis derelinquetur. Ista potissimē apparent in moralib. vbi multi sunt ita imbecilles, q̃ omnem obicem tentationis vel tribulationis solent timere,& statim à vita virtutum retrocedere,& infra rete diaboli se ligare,& fine quocunque conatu pœnitentię in piscatorum infernaliū dominio totaliter remanere, nisi forte sit ibi aliquis delphinus.i. aliquis prudēs homo, qui rupto reti diaboli exeas, vt eius exemplis,& monitis possint alij se saluare. Eccl.9. Rex magnus vallauit ciuitatem,& munitiones ea ruuit per girum,& inuentus est in ea vir pauper,& sapiens, qui liberauit vrbem per sapientiam suam. Vel ista pōt

dici de bonis, qui in reti religionis,& Dei mandatorū,& in dñio prælatorum manent pacificè,& quiete, & timēt impingere in obicem pctorum. Veruntā qñ est ibi vnus malus delphinus qui retē rumpit, mādata frangit, vel religionem exit, tūc malo exemplo suo aliorum multitudinem secum trahit. Figuratus in dracone. Apo.12. cuius cauda.i. cuius exemplū sequela trahebat post se tertiam partem stellarum. quia breuiter per vnum malum qñq; damnātur multi,& econuerso, per vnum bonum saluantur aliquotiens multi mali. Vnde ad Ro.5. Sicut per inobedientiā vnius hoīs pctōres constituti multi, ita per vnius obedientiam iusti constituentur multi. Vel ista pōt dici de sanctis patrib. qui in reti inferni detenti,& à morte oēs ligati, nullam habebant potentiam euadēdi, veruntā delphinus Christus, qui cum eisdē fuit mortuus,& captus, rete mortis.& inferni resurgēdo rupit,& sic alios mi seros secum duxit, quia breuiter sicut oēs per vnum.f. Adam facti fuerunt transgressores, ita nēs per vnum.f. Christum sancti sunt peccati,& inferni egressores. vnde ad Ro.5. Si.n. vni hoīs pctō multi mortui sunt, multo magis vnius hoīs Christi grā in plures abundauit. ¶ Tonij ita sunt simplices pisces, q̃ vbi piscator eorum congregationem inuenerit, statim pisciculos qui sarde dicū pro pabulo eis proijcit, qui statim mo re porcorum, qui cum glandib. trahuntur post pastorem, ipsum piscatorem sequuntur,& eis sequentib. etiam alij adiunguntur,& sic q̃q; per duas dietas vsq; ad portus supercilia ducūtur, vbi cum reti tenui de ripa ad ripam, vel de rupe ad oppositum protenso dapti, ineuasibiliter retinentur, ibiq; sicut in carcere quādiu piscatorib. placuerit reseruant. Tales sunt mali, qui sardella mundi delectabilium piscatorum sequuntur,& eorū exēplis ēt alij aggregantur, quousq; in gurgitem inferni ab eis concludantur, vbi necessario,& perpetuo pro rete mortis ineuasibiliter detinētur. Prou.7. Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimā,& nescit q̃ ad vincula stultus trahatur. Vel dic, q̃ fatui tracti delectabilib. sequuntur diabolum vel mundi ludibria,& non cauent q̃ gurgitem peccati intrent,& q̃ reti malæ consuetudinis se inuoluant,& quòd necessario ibi restent. Allega vt supra.

## *De Torpedine.* *Cap. 121.*

Torpedo fm Isid. lib.12.& Pli. lib.9.c.42. Piscis est sic dictus eo q̃ quicquid tāgit facit obstopescere,& torpere,& in sensu,& motu deficere,& languere,& hoc non solum eum tangitur imo etiam cum ei appropinquatur. Nam dato q̃ in luto lateat, pisces tñ desuper securè natantes solet stupefacere,& subito corripere,& mordere. Si quis etiam mediante virga vel hasta torpedinem tetigerit, brachia tangentis quamquam fortissima subito obstupescūt,& torpent. Quid plura? tanta est vis torpedinis( vt aiūt) vt etiam aura desuper eam transiens, torpore inficiat eorum hu manum, nec est ita velox aial( vt dicunt) quin pedes eius subito tractu torpedinis alligentur, sicut dicit idem Plin. lib.3. ca.5. Quod etiam à quodam abbate, qui se asserebat vidisse in pictauia, audiui. Charissimi p certo talis torpedo vr esse mors, ipsa.n. torpedo dici potest, pro eo quòd torpidē,& tarde videatur venire. Verumtamē ista est tantæ fortitudinis,& virtutis quòd omnem creaturam quam tangit facit obstupescere,& torpere,& motu,& sensu deficere,& carere. Nō valent.n. mundi deliciæ natantibus, non valet virga prædib. non valet hasta militibus, non valet cursus velocibus omnis enim tactus ab ista immobilis efficitur,& insensibilis,& stupidus congelatur,& sua omnis velocitas alligatur. Amor.2. Peribit fuga à veloce. Nec mirum, quia etiam ipsa aura ab ipsa flans,& veniens, i. ipsa fama ipsius mortis cum benè considerantur, profundē, solet hominem turbare,& præ stupore,& extasi congelare. Deute.28. Stupebis ad terrorem eorum q̃ videbūt oculi tui. Vel si vis pone de muliere, cuius tactus,& habitatio, fama auditus,& consideratio facit hominem stupidum, insensibilem, inaduertentem,& tutum, sicut supra de natce,& sicut secundum Plinium libro.9. capit.42. vbi supra. Iecori torpedinia teneritas nulla præfertur. Sic verè iecori,& affectioni mulieris nulla dulcedo vel tepitudo coæquatur, quando,f. fatuus animus ab ea decipitur,& fraudatur. Quod bene patet in luxuriosis, qui auri mulierum nihil præferunt. Vnde Prouerb.5. auns distillans labia meretricis &c.

*De Trebio. Vide Pli li. 9. c. 21. non enim intellexit auctor.* *Cap. 123.*

1 TRebius sm Pli. piscis est pedalis longitudinis, qui cũ inueniť pinguedinis quinq; digitorũ (vt ait.) Et estius tantia est virtus sm ipsum, q pars eius assata, & certo sale salita, quicquid in altissimos puteos ceciderit, fluctuare facit, & extrahit applicata. Tales sunt viri humiles benigni, pingues, & dulces, qui maximæ sunt virtutis. Nam qñ applicantur alicui puteo profundo. i. alicui obstinato peccatori, quicquid procul dubio. i. quodcunq; pctm in profundũ suæ conscientiæ per obstinationẽ intrauerit, sciũt facere enatare, & per confessionem caute extrahere, & facere cõfitẽdo exterius fluctuare. Quod quidem faciunt dum ipsum sciunt dulciter tractare, & sagaciter iducere, & mouere. Figura de Helisco 4. Re. 6. vbi ferrum quod in fundo aquæ lucebat, ligno apposito supernatare fecit, & exterius extraxit, & eiecit quia pro certo Heliseus. i. prudens pdicator cõfessor vel corrector, scit lignũ. i. exẽpla de ligno crucis & de passionis memoria apponere, & sic facit ferrum. i. pctĩ duritiam à profundis cordibus per cõfessionem supergredi, & exire. Vel dic q iste piscis pinguis, & assatus est Xps, dulcis, & benignus, & tñ in veru crucis positus, & caustus. Iste ergo cõsideratus deuotè, & menti obstinatæ applicatus discretè facit per cõfessionẽ supernatare pctã, & ipsã emittere ppetrata. Figuratus in Helisco cũ ligno & c, Sicut supra, quia. s. Heliseus cũ ligno. i. Xps in cruce cõsideratus, facit natare de cordib. ferrũ culpç. Vel dic q iste applicat⁹ profundo puteo inferni exinde fecit exire, & natare, & egredi sanctos patres, qui ibi à mũdi origine latitabant. Qd petens Dauid dicebat in ps. Nõ me demergat tẽpestas aquæ, neq; absorbeat me pfundũ, & non vrgeat sup me puteus os suũ. 2 ¶ Trebi⁹ piscis est q in çstate est niger, in hyeme verò cupidus. Sic verè fit q hõ in çstate mũdanç psperitatis habitans, fit per pctã niger, & vilis, qui tñ in hyeme aduersitatis, & paupertatis fit mundus, cãdidus, impollutus. Thre. 4. Candidi facti sunt Nazarei eius. 3 ¶ Solus trebius sm Pli. ex alga nidum facit & c. Vr iste piscis esse phycis quãtum ad hoc, & quantum ad coloris mutationem. vide supra in littera F. 4 ¶ Trebius dr à terendo. habet. n. rostrum durissimum, cum quo naues terebrat, & perforat, quod benè videtur inuenire Pli. li. 32. c. a. & est piscis in oceano, & c. Vide simile supra in littera G. de gladio, & expone sicut ibi.

*De Tritone:* *Cap. 124.*

stica, & hoc pp̄ sui nutrimēti siccitatem, & pp̄ inhabitati ae-
ris caliditatem, & pp̄ motus, & laboris continuitatem, & iō
eorū carnes sunt duriores, & indigestibiliores, quod patet,
quia non ita pro certo putrefiunt. & minus sapidæ, & nutri-
biles quā domesticæ, præter paucas ſm Isaac in dietis. Cha-
rissimi aialia domestica sunt religiosi, siluestria verò secula-
res, qui in silua huius mundi vagantur sine iugo disciplinæ,
& isti pro certo sunt cæteris sicciores per incompassionē, ma
cilentiores per indeuotionem, calidiores per auaritiā, luxu-
riam, iracūdiam, & ambitionem. Nam caro talium. i. vita est
indigestibilis per obstinationem, quia vix pōt digeri, corri-
gi, vel conuerti, & est dura per crudelitatem insipida, & non
nutritiua per malorum exemplorum, & operum multitudi
nē. ideo talib. dr̄ Esa. 48. Scio. n. quia durus es tu, & neruus fer-
reus ceruix tua, & frons tua ærea. Nam pp̄ motum, & labo-
rem, & sollicitudinem mundanorum negociorum, pp̄ aeris
.i. societatis in qua habitant cupiditatem, pp̄ etiam ciborum
quos comedunt. i. rerum quas administrant, vel exemplorū
quæ accipiunt, siccitatem, & humoris ḡfæ paucitatē humor
compassionis, & deuotionis in eis desiccatur, & duritia obsti
nationis, & siccitas incompassionis generatur. Vel expone in
bono de religiosis, qui in silua religionis habitāt, qui pp̄ mo
tum bonæ exercitationis, pœnitentiæ, & tribulationis, pp̄ ci
bum siccum parcæ sustentationis, & pp̄ aerem calidum bo-
næ, & feruentis associationis, habent esse sicci per castitatē,
macilenti per paupertatem, vel pniæ austeritatem calidi per
charitatem, puri per constantiæ firmitatem, incorruptibiles
per perseuerantiæ longitudinem. ¶ Vt cōiter aialia domesti-
ca sunt meliora, & nutribiliora, q̄ siluestria. Istud tn̄ fallit in 94
aliquib. s. in capriolis siluaticis, quia pp̄ motus continuitatē,
rarificatur, & purificatur caro, aperiuntur pori, & euaporāt
grossi humores, & odoris grauitas amputatur, & rōne sicci
tatis caro à mēbris tardius dissoluitur. Sic vere licet cōiter
domestici. i. viri religiosi, & contēplatiui sint siluestrib. i. acti
uis, & secularib. meliores, illud tn̄ aliqñ fallit, quia multi se-
culares ecclesiasticis præexcellunt. Nam pp̄ motus tribula-
tionum, & exercitationem, caro. i. carnalis vita digeritur p
contritionme, & pori. s. cordis, & oris operiuntur per con-
fessionē, & sic exeunt grossi humores, vita, & peccata, & ces-
sat grauitas odoris, & infamiæ, & sic efficiuntur boni, & dige
stibiles, & apti, vt ab alijs per imitationem comedantur. Et
tales ēt membris, & corpori ecclesiæ tenacius adhærent per
charitatem, & perseuerantiæ firmitatem. Adhæsit os meum
carni meæ. Vnde infra de capreolo. ¶ Item ſm Isaac, quædā
animalia nutriuntur in locis humidis & aquosis, quædā aūt
in locis altis, & montosis. Sed vere ista sunt alijs meliora, & 95
nutrimento corporis aptiora, & in regenda sanitate cōuenie
tiora. Sic vere quidā hominum nutriuntur, viuūt, & cōuer-
sant in locis humidis. i. in delicijs, & voluptatib. huius mūdi,
quidā aūt in mōtosis. i. in altitudine cōtēplationis, pniæ, & p
fectionis. Sed p certo isti sūt alijs meliores, & ad nutrimētū
spiri-

ſpirituale aliorũ,ſ.ad b onorũ exemplorum dationẽ penitus
aptiores.ideo de bonis dr̃ Eze. 34. In excelſis montib.Iſrael
96 erunt paſcua eorũ.¶ Aĩalia ſm Iſaac quæ in domib. nutriun
tur,vnctuoſiores habent carnes,& groſſiores,pp multas co
meſtiones,& cibi ſui corruptiones, & iõ durioris ſunt nutri
menti,& ad digerendum in ſtomacho tardioris. Sic verè illi
qui in domib.i.in mundi curijs,& familijs prælatorũ,& prin
cipũ nutriũtur, ſunt cæteris vnctuoſiores quo ad delicias,&
carnalitatẽ,groſſiores,& pinguiores quo ad diuitias,& tpa-
litatẽ,duriores quo ad duritiam,& crudelitatem, & ad dige
97 rendũ.i.ad conuertendũ, & corrigendũ tardiores per obſti-
nationẽ,& peruerſitatẽ.Hier.4.Impinguati &c. ¶Sicut dicit
Hippocrates,ad cognitionẽ bonitatis aĩaliũ prodeſt ſcire lo
ca,& paſcua vbi nutriũtur, aerẽ ſiccũ vel humidũ in quo cõ
uerſantur,quãtitatẽ, & qualitatẽ exercitij vel otij quo diuer
ſimodè diſponunt.Sic verè ad cognitionẽ bonitatis vitæ alio
rũ,cõfert ſcire quib.paſcuis nutriunt,verũ.ſ.diuitijs aut deli
cijs,vel ſcientijs,& doctrinis.Itẽ aerẽ.i.ſocietatẽ in qua con
uerſant,motũ,opus,& exercitiũ,quo & quib.& qualiter oc-
cupant.Iõ Ionæ.1.Quod eſt opus tuũ,q̃ terra tua,vel ex quo
populo es tu?Hæc.n.oia dẽt medicus.i.plat us diſcretè conſi-
98 derate,vt conditiones ſciat ſubditorum.¶ Aĩalia domeſtica
ſunt ſiluaticis caliditatis minoris,& humiditatis maioris,ex
multa.n.quiete pori claudunt,& per incluſum calorẽ humo
res diſſoluunt. & ſic carnes eorũ mollificant, & quia multũ
comedunt,iõ humorũ ſuperfluitas,& pinguedo in talib.gñā
tur,& iõ corruptioni ſunt carnes taliũ vicinæ,& humoris ſu
perflui emiſſiuæ. Verè tales ſunt domeſtici,ſeculares,& mũ-
dani , quia pro certo ſunt magnæ humiditatis, & carnalitatis,
paucæ aũt caliditatis.i.charitatis,& iõ pp quietẽ pigritiæ, &
tepiditatis pori ſui.i.affectus boni, & appetitus claudunt,&
oppilant,& ſic humor carnalitatis gñatur,& calor interior.i.
cõſcientia per graua deſideria diſſoluit,& mollitur. Et quia
ad litterã multũ comedũt atq; bibũt,iõ corporaliter impin-
guant,& ſic caro taliũ.i.vita p luxuriã corrũpitur, & fedat,
& in emittendo humorẽ fœtidũ occupant, quia vere gula,&
luxuria ſunt vicinæ,& de vna ad aliã faciliter deuenit. Hier.
99 5.Saturaui eos,& mæchati ſunt.¶ Aĩalia q̃ habent carnes hu
midas,& vt ſunt aĩalia domeſtica,facilius digerunt, & in nu
trimentũ corporis faciliter cõuertunt, pluſq̃ ſilueſtria quo-
rũ carnes ſunt duræ,ſiccæ,& indigeſtibiles,& iõ parũ natu-
raliter,nutritiuæ. Accidẽtaliter tñ carnes humidæ minus nu
triunt,q̃ ſiluaticæ,ſiue ſiccæ,quia licet faciliter conuertãtur,
tñ pp ſuã lubricitatẽ,de membris,faciliter diſſoluuntur,car
nes aũt duræ licet tardius digerant, tñ digeſtæ in mẽbris diu
tius perſeuerãt,& tenacius eis adhærent, & ſic accidẽtaliter
melius nutriunt. Sic verè chariſſimi in mundo ſunt duo gñā
carniũ.i.hoim.Quidã molles,humidi,flexibiles,& facile cõ-
uertibiles. Alij aũt duri,obſtinati,& in ſua malitia cõfirmati.
Primi ſunt illi,qui ad grãm,religionẽ,vel ad finẽ faciliter de
trahuntur,& cõuertuntur,ſed exinde per pctm̃ vel apoſtaſiã
faciliter cadunt,& euelluntur. Figura de ſemine q̃ ſtatim na
tũ aruit,quia radicẽ(inquit)nõ habuit.Mat.13.& Luc.8.Exẽ
plum de Petro,qui ad Xpi vocationem ſtatim ſecutus eſt eũ.
Alij aũt qui ſunt duri,& obſtinati, licet tardius cõuertãtur,
digerant,& mutent,tñ diutius perſeuerãt in corpore religio
nis vel eccleſiæ.Exemplum de Paulo. vnde ipſe dicit ad Ro.
Vbi abundat delictũ,ibi magis abundauit,& grã. Tñ diffici-
100 liter eſt cõuerſus,vt patet Act.8.& 9.¶ In oĩ genere aĩaliũ
maſculi ſunt fœminis cõiter meliores, & fortiores , maioris
caloris,& minoris humiditatis , & iõ magis laudabilis nutri
menti.Fallit tñ inter capras , quia feminæ ſunt maſculis me-
liores,ſm Iſaac ibidẽ.Chariſſimi mas eſt platus,vel ẽt vir ſa
piens,& diſcretus,fœmina eſt ſubditus. Sed verè iſti maſculi
.ſ.plati dñt eſſe cæteris ſubditis meliores,virtuoſiores,perfe
ctiores,& virtute,& cõſtãtia fortiores,maioris caloris,i.cha
ritatis,minoris humoris.i.carnalitatis,qa ſm vegetiũ,tũc bñ
res publica regebatur qñ nõ poterat eſſe maior,niſi melior.
Iſtud tñ fallit in capris.i. inter ſeculares, qa verè illi qui ſunt
maſculi.i.in ſcientia,& potentia alijs elegãtiores, ſunt cæte-
ris deteriores,& ad nutriendum aĩam exemplis, & operib.
101 ſunt peiores.¶ Inter capras fœminæ ſũt maſculis meliores,
& nutrimento corporis aptiores, quia cum humore fœmini
eatis naturalis ſiccitas tẽperatur,quæ per calorẽ maſculini ſe
xus impẽditur,& augetur, & potiſſimè qñ lacti ſunt adhuc vi
cinæ,quia rõne duplicis humiditatis,ſiccitas melius tẽpera-
tur. Sic verè inter hoĩes,illi qui ſunt fœminei,& humidi & la
ctei per pietatẽ,præualent illis,qui ſunt maſculi ſicci,& ra-
di per rigorẽ,& auſteritatẽ,quia ſicut dr̃ Iac.2.Superexaltat
mia iudiciũ.¶ Aĩalia caſtrata ſunt medioctis cõplexiõis,& tẽ
tẽperatæ,inter naturã maſculi,& fœmellæ, quia fœminis ſunt
calidiora,maſculis aũt frigidiora.Sic vere illi qui ſunt caſtra
ti per votũ caſtitatis.ſ.boni religioſi,& clerici,ſunt quaſi me
dij inter maſculos,& fœminas.i.inter Angelos,& hoĩes,inter
perfectos,& pctõres. Et iõ licet iſti ſint angelis tepidiores p
indeuotionẽ,tñ fœminis.i.alijs hoib.ſunt calidiores per cha
ritatẽ,& in oĩb.vt cõiter meliores Ideo Sap. 4. O q̃ pulchra
eſt caſta generatio cum claritate. Nam ſm Hier.ſp eſt Ange
lis cognata virginitas. ¶ Itẽ aĩalium quædã ſunt naturali- 103
ter humidæ complexionis,& in eis magis valent maſculi,q̃
fœmellæ,& magis valent in ætate perfecta q̃ imperfecta.In-
ter aũt illa quæ ſunt naturaliter ſicca, plus valent fœminæ q̃
maſculi,& plus illa quæ ſunt ætatis imperfectæ,q̃ prouectæ.
Sic verè in mundo ſunt aliqui,qui ſunt humidi per naturalẽ
pietatẽ,& cõpaſſionem. Alij autem ſunt ſicci per naturalem
rigorem,iuſtitiam,& incompaſſionem. Sed verè inter humi
dos,& pios,plus valẽt illi qui ſunt maſculi,& ætatis perfectæ
.i.qui ſunt perfecti diſcreti,& ſapientes , q̃ alij , quia.ſ.ſciunt
cui debẽt,qñ & qualiter miſereri. Inter aũt illos, qui ſunt na
turaliter ſicci,i.duri,rigidi,& auſteri,pro certo plus valẽt fœ-
minæ,& ſimplices,& ætatis imperfectæ.i.illiterati,& ignorã
tes,& illi qui plus accedunt ad mollitiem pietatis, quia.ſ.p
ſimplicitatẽ,imbecillitatem, et pietatem, rigor ſuæ iuſtitiæ
temperatur:eſt.n.filia filio melior. Eccl. 36.¶ Aĩalia lacti vi 104
cina ſunt magnæ humiditatis,et viſcoſitatis naturaliter,et iõ
carnes , et humores phlegmaticos gñant , niſi forte qñ ſiccæ
ſunt naturæ,vt ſunt bouinæ,et caprinæ,quia humiditas ætatis
per ſiccitatẽ naturalẽ tpatur.Sic vere illi,qui ſunt propinqui
lacti.i.iuuenilis ætatis ſunt multum humidi,et viſcoſi natura-
liter per luxuriam,voluptatem,et carnalitatem,et plegmati
ci per pigritiã, et tepiditatem , niſi forte illi qui ſunt naturæ
ſiccæ.i boni religioſi et alij perfecti,et viri,qui ſunt locati et
fundati in pœnitentiæ,et abſtinentiæ ſiccitate,quia macera-
tio pœnitentiæ, et abſtinentiæ iuuenilem minuit voluptatẽ.
Omnis.n.qui lactis eſt particeps, imperfectus eſt ad Hebr.5.
¶ Inter aĩalia ſicca meliora ſunt illa, quæ ſunt lacti vicina, 105
et propinqua , et maximè qñ lacte congruo ſunt nutrita. Sic
verè inter ſiccos,et indeuotos pctõres,et meliores debẽt eſ-
ſe illi qui lacti.i.ſacræ prædicationis ſcientiæ,et doctrinæ de
diti,ſunt et vicini.ſ.clerici,et maximè ſi lacte cõgruo.i.ſi bo
na doctrina fuerint enutriti. Quaſi ergo modo geniti infan-
tes rõnabiles lac concupiſcite. 1.Pet.2.¶ Inter aĩalia humi 106
da meliora ſunt illa quæ à lacte ſunt ſeparata , quia minoris
ſunt humiditatis,et viſcoſitatis Sic verè inter hoĩes qui ſunt
humidi,et fluidi,molles,et inſtabiles,leues,et inſolentes, me
liores,et minus mali ſunt illi qui a lacte.i.à carnalitatib.et vo
luptatibus per tribulationem,pniam, vel abſtinentiam ſepa
rantur,quia viſcoſitas,i.carnalitas, et humiditas carnaliũ af-
fectionũ in talib.temperatur. In cauernam.n.reguli,qui abla
ctatus fuerit,manum ſuam mittet Eſai.11.¶ Qñ aĩalia ſunt 107
iuuenilia, tunc ſunt magis humida, et ideo facilius digerun
tur,qñ aũt ſunt in ſtatu ætatis perfectæ,tunc ſunt carnes taliũ
magis duræ,et ideo tardius digeruntur,verum digeſtæ cor-
pore diutius perſeuerãt et à membris tardius reſoluuntur.
Sic verè hoĩes,qui ſunt adhuc iuuẽculi,ſunt naturaliter ma-
gis molles,humidi,et benigni,et ideo facilius digeruntur,et
conuertuntur.i.ad pœnitentiam,et religionem , vel ad quã
aliam informationem,vel emendationem. Illi aũt qui iã ſunt
in ſtatu vel ætate prouecta,quia iam ſunt duri, et indurati p
malas conſuetudines,ideo tarde et difficiliter digeruntur et
cõuertuntur,emendantur,et corriguntur,quia ſicut dr̃. Eſai.
48.Durus es tu,et neruus ferreus ceruix tua,et frõs tua ærea.
Veruntñ qñ digerunt emendantur,et corriguntur melius p
ſeuerãt in corpore eccleſiæ , vel religionis,et in ſtatu gĩæ,et
mẽbris,et pſonis p charitatẽ tenacius coadhærẽt,q̃ alij qui iu
uenes cõuertunt,iuxta illud. Eſto firm̃ in via dñi Ec.5 Aĩa- 108
lia q̃ ſunt in ſenili,et decrepita ætate,naturaliter ſunt peſſima
quo ad nutrimẽtũ hoĩm, et maxime qñ ſiccæ ſũt cõplexiõis.
Nã et tũc ſũt uicina caloris naturalis extinctioni, et humoris
ſubalis cõſumptioni,iõ carnes taliũ ſunt duriſſimæ et ad dige
rẽdũ penitus ĩportunæ,et peſſima pbẽt corporib.nutrimẽta.
Sic vere illi q ſũt ſenes,et decrepiti ſpũaliter , et corporalr,

.ſ.in

.i.in peccatis,& vitijs antiquati,& indurati per malas cõsue-
tudines,sunt cæteris mundi peccatoribus peiores,quia verè
mali senes ad literá sunt malis iuuenibus nequiores, & ma-
ximè,qñ sunt sicce naturę,.s.iccitare nequitię,& crudelitatis
infecti Nã quia in talibus calor naturalis.s.amor,& charitas
extinguitur,humor ẽt substantialis.i.cõpassio,pietas & beni
gnitas minuitur,& cõsumitur,idcirco tales sunt duri,& per
obstinationẽ,incompassionẽ,& crudelitatem sicci,& per in
deuotionẽ ad digerendum,i.conuertendum,& corrigendũ,
penitus importuni,ideo pp malam vitã,& operationẽ pessi
ma dant alijs nutrimenta.i.exempla & documenta.Ideo be-
ne dicit Sapiens Eccl.25.vbi inter tria quæ odit, numerat se
nem fatuum,& insensatum 2.Macha.4. Aetate inquit,& ma
litia pronecto. Et Idem Prouer.22. Adolescens iuxta viam
109 suam, ẽt cũ senuerit, non recedet ab ea.¶ Generale est ꝯm
Isaac inter cuncta animantia,ꝙ dũ sunt in cremento,melio-
ra sunt ad nutriendum corpus,q̃ qñ sunt in decremento, qa
qñ decrescunt,& declinant ad senium,tunc magis ac magis
indurantur,& onerosa efficiuntur.Sic verè charissimi illi ho
mines, qui sunt in cremento bonorum operũ,& in ꝑgressu,
profectu & cõtinuatione virtutum,sunt meliores,q̃ illi qui,
sunt in decremento , quia.s.cessant a cõtinuatione bonorum
operum,& virtutũ,& decrescont a statu grę pvitia,& pctã,
& ad mortẽ tẽpnralẽ ꝑperant,& æternã,quia tales indurant
p malã cõsuetudinẽ, & obstinationẽ,& ponderosi efficiunt
per pigritiã,& tepiditatẽ. Ideo de bonis dr̃ Gen.21. Creuit
puer,& cõfortatus est,& mansit in solitudine Vel dic, ꝙ illi,
qui sunt in incremento,& profectu gratiæ plus ualent,q̃ illi,
qui cessant ad hmõi incremento . Vel allega ioculatoriæ, ꝙ
meliores sunt iuuenes,qui adhuc sunt in incremẽto q̃ senes.
110 ¶ Aĩalia,quæ in montibus nutriuntur melioris sunt sanguĩ
nis,& pinguedinis minoris.Illa aũt,quæ in palustribus viuũt
sunt sanguinis grossioris,& pinguedinis amplioris. Sic verè
illi qui nutriuntur in locis montosis i.in religione,& statu p
fectionis,habent sanguinem.i.affectionem puriorem,& mi-
noris sunt pinguedinis,deliciarum.i.& carnalitatis,vel ẽt di
uitiarum,& temporalitatis.Illi aũt qui sunt,& qui nutriunt
in locis infimis & palustrib.i.in mundi delicijs,& diuitijs, &
operibus, sunt sanguinis grossioris.i. affectionis impurioris,
& pinguedinis.i carnalitatis , & libidinis amplioris.Iõ bene
consulitur Gen.19.Ne maneas in oĩ circa regione,sed in mõ
111 te saluũ fac.¶ Duo sunt genera aĩalium,.s.quædam quæ her-
bis,& graminibus nutriuntur,.s.oues & boues,& similia. Et
ista in hyeme macrescunt pp paucitatem nutrimenti,in ve-
re aũt,& æstate,qñ suum abundat nutrimentum vel alimen-
tum,impinguantur,ingrossantur, & augmentatur. Alia aũt
sunt aĩalia , q̃ nutriuntur cibis humidis, vt sunt porci, qui in
domibus nutriuntur, & tales in hyeme melius impinguant,
pp paucitatem motus . In vere aũt macrescunt, & in æstate
similiter.Sic verè duo sunt genera hoium in hoc mũdo,qui-
dam qui viuunt herbis,& graminibus.i.sacris doctrinis, exẽ
plia & operibus,.i.viri iusti,& perfecti. Alij qui viuunt,& nu
triuntur in humidis.i.in mundi delicijs, diuitijs, & carnalib.
Sed verè primi.i.boni in hyeme psentis vitę sunt macri pau-
peres.s.& depressi . Sed verè qñ veniet ver, & æstas æternæ
beatitudinis,.s. qñ cessabit hyems vitæ præsentis in tempore,
postmortem tunc verè impinguabuntur.s.voluptate gloriæ
paradisi, & grossabuntur, & augmentabuntur. Pinguescent
.n.speciosa deserti, & exultatione colles accingentur.ps.64.
Sed pro certo totum est contrarium de illis,qui mundi deli
cija nutriuntur,.s.de mundi diuitibus,quia verè impinguant,
& dilatantur in hyeme præsentis v.tæ per temporales diui-
tias,delicias,& honores.Impinguatus est dilectus,& recalci
trauit Deut.32.Sed pro certo qñ veniet æstas.i. tempus post
mortem,tunc cessabit pinguedo prosperitatis,& introduce
tur macredo perpetuæ aduersitatis, & paupertatis.s.in infer
no.Attenuabit.n.gloria Iacob, & pingues carnes eius mar-
112 cescent.Esai.17.¶ Quædam sunt aialia,quę vescunt extre-
mitatibus arborũ,& ramorũ,& ista sunt meliora,& pinguio
ra in æstate,q̃ in hyeme,quia tunc hmõi rami sunt magis te-
neri,q̃ alias, & potius impinguantur. Extremitas arborũ est
sensus historialis,& exterior apparentia scripturarũ,quibus
nutriuntur,.s.simplices & rudes,qui pro certo plus valent in
æstate prosperitatis, q̃ in hyeme aduersitatis, quia tales, qui
profundũ scripturæ non penetrant,via in aduersitatia, tem-
tales perseuerant.Et hi radicem non habent , sed sunt tẽpo-
rales Mat.13.Et sicut aĩalia,quæ herbis minutis nutriuntur,
meliora sunt illis,quæ ramis,& frondibus pascunt,& ista me
liora sunt illis,q̃ fructibus in domibus nutriũtur,vt dicit idẽ
Isaac in dietis, sic illi,qui herbis minutis i.subtilibus scriptu
ræ intellectibus nutriuntur,& pascuntur,meliores sunt illis,
qui extremitatibus ramorũ.i.q historiali,& exteriori pascũ-
tur.Et illi qui in hmõi delectantur,pro certo plus valẽt, quã
illi qui in domibus.i.in mundi dignitatibus,& officijs,fructi
bus diuitiarum, & deliciarũ nutriunt, quia verè bono melius
inuenitur.Eccle.36.¶ Scdm Isaac in dietis,Aialia quæ parui 113
sunt cibi,& potus,sunt cunctis cæteris meliora,& multũ co-
medentibus aptiora.Sic verè illi hoĩes,qui vtuntur paruo ci
bo per abstinentiam,sunt multum comedentibus,& se lautẽ
impinguantibus proponendi, & in nutrimentum aliorum.i.
in boni exẽpli dationem cæteris pexcellunt. Vel dic,ꝙ illi, q
de cibis diuitiarũ parũ comedunt , & acquirunt.i.pauperes,
sunt multũ comedentibus,i.mundi diuitibus meliores.Ideo
pauperes elegit Deus,Iacob.2.¶ Aialia siluestria, & cãpe- 114
stria saniora sunt, & meliora illis, quæ in domibus nutriunt,
& hoc pp cibi parcitatem, motus cõtinuitatem,& pp aeris
attracti puritatem , à qbus humorũ superfluitas desiccatur.
Illa aũt,quæ in domibus pascuntur,pp paruitatem puri ae-
ris,& defectionem motus,& multitudinẽ cibi, minus lauda
bilia sunt.Sic verè charissimi illi,.s.qui sunt campestres.s.eccle
siastici,& religiosi,pp motum laboris,& tribulationis,pro-
pter parcitatem cibi abstinentiæ,& macerationis,pp purita
tẽ aeris sacræ scripturæ, & deuotionis,meliores debent esse
illis,qui in domibus.i.in mundi delicija,& carnalibus nutriũ
tur,quia pro certo tales mundani,& seculares pp multos ci
bos, & gastrimargiam, pp impurum aerẽ malæ doctrinæ,&
suggestionem,quam attrahunt,pp quietem pigritiæ, & tepi
ditatis, magnæ sunt, & superfluæ humiditatis, & voluptatis.
Requieuit in fęcibus suis.&c.¶ Carnes aialium,quæ sunt pin
gues,pessimæ sunt quo ad esum, qa nocẽt digestioni, ventrẽ
inflant,super cibum natant,lubricitatem,& viscositatem in-
ducunt,quia nimia pinguedo stomachum accendit, & consu
mit,& sic digestionem destruit,deficiente contentiua,& cõ-
fortatiua & expulsiua.vt dicit idem Isaac. Et ideo vtile est vt
comedatur macredo talium,non pinguedo. Charissimi istæ
carnes sunt diuitię huius mundi , quæ pinguedini cõparant,
quia re verã nõ sunt nobis vtiles ad acquirendum , & come-
dendũ. Nã qa pinguedo diuitiarũ ventrẽ imaginationis affe
ctus,& conscientiæ inflat per superbiã,& tumore, accendit
per auaritiã,& ardorẽ,dissoluit p inconstantiam,& liuorem
iõ vis digestiua contritionis,vis expulsiua cõfessionis,vis cõ
tentiua perseuerantiæ,& durationis a talibus impeditur,& sic
viscositas deliciarũ,& carnalitas generat.¶ Carnes pingues 116
in stomacho semper volunt cibis alijs supernatare , & iõ vix
possunt bñ digeri,qa inferius ad fundum vbi est locus dige
stionis faciliter non descendunt.Sic verè hoĩes,qui diuitiar
& deliciarum repleti sunt pinguedine,per superbiã, & præ-
sumptionem volunt alijs præesse,& super alios enatare,ad p
lationis,& superioritatis apicem ambiẽdo,quia sicut ad sen
sum patet,diuitiæ generant lubricitatem luxuriæ, & tumo-
rem superbiæ. Et isti vix conuertuntur ad bonum, quia.s. ad
infirmitatem humilitatis nolunt descendere,vbi locus con-
uersionis, digestionis & emẽdationis dinoscit principaliter
esse.Vnde Aug. Difficile est vt superbus non fit, qui diues ẽ.
Et iõ carnes macræ.i.s.pauperes diuitibus pinguibus præferẽ
di sunt.¶ Carnes aialiũ, q̃ sunt excessiuæ macra,& neruosa, 117
& parum sanguinis habentia, & parum sunt corporis nutri-
tiuæ.Sic verè mali pauperes,et inuoluntarij, ab oĩ diuitiarũ,
pinguedine denudati,& macerati,parum habent de sangui-
ne,& humore.i.de benignitate cõpassionis,gratiæ & deuo-
tionis,qa verè si potestas adforet,se crudelissimos demõstra-
rent,qa vellẽt oẽs diuitias diuitũ sustulisse.Et iõ tales p exẽ-
pla sua,& opa nõ dãt alijs spũalia nutrimẽta,nec eis confert
sua paupertas aliqd bonitatis,qa neqssima paupertas i ore im
pij.Eccl.13.¶ Aialia quæ sunt inter pinguedine,et macredi- 118
nem,i.tẽperata,laudabilia sunt ad esum,qa.s.nõ habent tñ de
pinguedine,qđ stomachũ inflamet,et lubricitatẽ faciat,nec
ita sunt macra, ꝙ naturã infrigidẽt,et eã sanguine depaupe-
rent atq; priuẽt. Sic verè charissimi illi, q tenẽt mediũ inter
pinguedinẽ diuitiarũ,et macredinẽ paupertatis,qui.s.habẽt
sufficiẽtiã ad necessitatẽ,nõ ad superfluitatẽ, tales dico sunt
alijs ex toto pinguibus,et macris.i.pauperib⁹, et diuitib.me

liores,quia.s.nō habēt tm̄ de pinguedine diuitiarū, q stoma
chus voluntatis inflāmet p auaritiā, & cupiditatē,& lubrice
tur p luxuriā,& carnalitatē,nec tm̄ sunt macri per excessum
paupertatis,q infrigident p indeuotionē impatientiā, & de
sperationē,& q a sagine.i.ab humore grē spolient. Idō bñ pe
tebat ille Prouer.30. Diuitias & paupertates ne dederis mi-
119 hi,sed tm̄ victui meo tribue necessaria.¶ Aialia variant fm
tēporū immutationē,quia.s.alio tpe inueniuntur plena me-
dulla,& sanguine, in alio aūt a talibus penitus vacuantur,si-
cut patet sensibiliter in cōchylijs maris,& in cerebro aialiū,
& medullis,q crescēte luna crescunt, decrescente decrescūt.
Sic verè inter hoies ē mutatio fm tēpus,s.aduersitatis,& p-
speritatis,qa pro certo falsi amici alio tēpore inueniunt ple
ni sanguine cōpassionis,& medulla amoris,& dilectionis,&
hoc in tēpore prosperitatis,qa verè in luna.i.in aliqbus ami
cis suis, & alijs psonis abundat lumē psperitatis,& gloriæ,
tēporalis,tunc verè apparent eis aialia.i.falsi amici tēpora-
les,& mundani,pleni sanguine,& medulla, quia vidētur eis
esse cōpatientes, & amici, sed verè in tempore opposito,s.in
tēpore aduersitatis,qñ in ista lumina minuitur sua affluentię
tēporalis,tunc verè in aialib' illis deficit sanguis copassionis
& medulla amoris, & affectionis, quia est amicus fm tēpus,
sed nō permanebit in tpe necessitatis. Eccl.6. Et breuiter di
uitiæ addunt amicos plurimos,a paupere aūt,& ij quos ha-
buerat recesserunt Prouer.19 Et istud maximē patet in cere
bro.i.in mundi sapientibus, & aduocatis, in cōchylijs maris
.i.in diuitibus,& auaris,quia verè isti nō amant aliquē,nec ei
subueniut,nec erga ipsum diuidit sanguis,& humor affectio
nis suæ,nisi quandiu ipse est diues, & de eo possunt facere lu
crū suū,sed statim,q amicus suus venit ad paupertatē,amis-
120 so lumie psperitatis,ipsum ipiè deserūt,& omittūt.¶ Mul
ti sunt,qui in vno tēpore sunt sani,in alio aūt sunt infirmi,si-
cut patet de lunaticis,maniacis,& caducis,q fm lunam sani
vel egri efficiuntur . Simia ēt fm Auic.fm cursum lunæ tri-
stis efficitur seu lęta.Sic verè leues,& mundani,vno tempo-
re sunt infirmi per pctm̄,alio tempore sani per gratiā,alio tē
pore pleni medulla,& sanguine charitatis,& cōpassiōis,alio
tēpore vacui,alio tēpore læti spūaliter,alio tempore tristes,
& hoc verè totum fm cursum,& influentiā lunæ.i.per influē
tiā miseriæ,& mutabilis psperitatis,& fortunæ mūdanæ, qa
verè fm euentū rerum fortunæ mundanæ in suis actibus va
riantur,nec habent aliquem statum seu propositi firmitatem.
Quia verè quidā sunt sicut caduci, qa pro certo licet aliqñ,
stēt per gratiam,tñ sępe cadunt per recidiua peccatorū.Alij
sicut maniaci licet vno tēpore habeāt vsum rōnis,& discre-
tionis,alio tēpore isto videntur penitus carere.Ideo bene dr̄
121 Eccle.27.Stultus aūt vt luna mutabitur.¶ Quædā aialia in
vno tempore macerantur,quantumcūq; victualia abundēt,
quæ alio tēpore impinguantur,sicut patet de gliribus,& vr-
sis,qui dormiendo in hyeme impinguantur, qui tñ in æstate
euigilant, & exeunt de cauernis. Sic verè charissimi cupidi,
& auari licet abundent per cibaria diuitiarū,nunquam tñ est
in eis pinguedo pietatis,deuotionis,& gratiarum,& hoc tē-
pore æstatis,& prosperitatis mūdanæ,qñ ardor auaritiæ ma
gis viget, sed in tēpore opposito.s.in hyeme paupertatis , &
tribulationis tunc magis abundat pinguedo pietatis, & cō-
passionis,& somnus deuotionis,& contemplationis,licet mi
nus abundent cibaria temporalis possessionis , quia sicut vr̄,
illi qui in prosperitate,& in diuitijs sunt duri, sicci & incom
patientes,in tempore infirmitatis, paupertatis & aduersita-
tis sunt pij,benigni,& misericordes,quia oi negocio tempus
est,& opportunitas.Eccl.8.Et ideo Deus dat aliqñ pauperta
tet,& infirmitate ,vt hoies ad elemosynā moueant.¶ Aues
122 ēt seruāt tempus. Vnde narratur de hirūdinibus, q in hye
me dormiunt,& quasi mortuæ in arborū concauitatibus in-
ueniuntur,quæ tñ tempore æstiuo exeunt,& volitant vnde-
quaq;,& fortes & agiles se ostendunt.Sic verè inter aues.i.vi
tos spūales, & prædicatores,& religiosos, sunt quidā qui in
hyeme.i.in tempore tribulationis latent,& dormiunt, & q-
escunt,nec exeunt nec volitant vsq; pdicādo.Sed verè qñ ve
nit æstas prosperitatis, qñ.s.sciunt vel sperant fauorē hoium
acquirere,laute & splendidè comedere, tūc verè ad opus p-
dicationis volitant,& discurrunt. Quia breuiter ficti homi-
nes se ostendunt dormientes, mortuos & debiles ad aspera,
& aduersa , sed fortes & valentes ad prospera huius mundi.
Turtur & hirundo cognouerunt tempus aduētus sui. Cū tñ
econuerso deberent cū apostolo in tribulationibus gloriari.
Eapone si vis de falsis amicis; q in aduersitate nō videntur,
in psperitate sic.¶ Pisces vno tēpore impinguant,& statī 123
sequēti tpe macerant. Sic verè inter hoies, quidam sunt,qui
licet vno tpe.s. tempore pdicationis vel quadragesima im-
pinguent pgratiā,& virtutes,charitate.s.& passiōe,statim ti
in sequēti tpe.s. post pascha vel pdicationē, iterū macerant,
p vitia,& peccata,qa non habēt isti radicē,sed sunt tpales,q
cum audierint verbū credūt, sed in tpe tētationis recedunt.
Mat.13.¶ Pisces diuersimodè fm qualitatē tēporis ipingua 124
tur , quia quidā fm Arist. impinguat in vento septentrionali
.i. pisces longi. Alij in vento australi.s.pisces ampli. Sic verè
inter hoies quidā impinguant p gratiā,& virtutes,qñ flat fri
gidus vētus aquilo.i.tpe aduersitatis,paupertatis, & tribula
tionis,qui tñ in vēto australi.i.in tpe prosperitatis maceran
tur p vitia,& pctā.Et tales sunt pisces longi.i. illi qui credūt
habere lōgam vitā,& diu durare.s.mundi diuites;quia verè
plus prodest talib' aduersitas, q̄ prosperitas,qa prosperitas
facit eos multa facere,a qb' tñ aduersitas eos cōpescit. Alij
aūt sunt ecōuerso,q tpe australi,& psperitatis impinguant,
p grās & virtutes,& hoc illi,q sunt ampli p latitudinē chari
tatis,& curti per considerationē vitæ,& humanæ breuitatis
qa tales,q sunt benigni, & cōpatiētes, & charitatiui;& q ha
bent mortē p oculis, sciunt bñ vti psperitate.s.deo grās agē
do,& elemosynas erogando. Florebit.n.amygdalus, impin-
guabitur locusta.&c.Eccl.12.¶ Scđm Arist.qdā sunt pisces, 125
qui impinguant tpe pluuiali,qdam non,quia pluuia conue-
nit oībus testei corij præter purpurā,q si de aqua pluuiæ bi-
berit;ipsa die morit. Nocet ēt aliquib' alijs pluuia, qa ipsos
execcat si sit magna. Pluuia est mundi prosperitas,a qua pro
certo quidā impinguantur per gratias, & virtutes.s.boni, &
iusti,qui ea sciūt bñ vti,& maximē illi,qui habēt testam duri
.i.qui in duritiā pœnitentiæ sunt inclusi . Sed pro certo mul-
tis alijs nocet.s.mūdi pctōrib.qa uerè ipsos excęcat p ignorā
tiam,quia.s.impedit ne.fragilitatē propriā,mortē,infernū &
iudiciū,puideant,et cognoscāt,et eos ēt occidit,hic.s. p cul-
pā,in fine p pęnam,qa psperitas stultorum pdet eos.Pro.1.
Vel pluuia est sacra doctrina,a qua quidam impinguant per
grām,alij excęcant per inuidiam, et malitiā , alij moriuntur
per desperationē,qa oia bonis in bona,malis aūt in mala cō-
uertunt.Eccl.39.¶ Variant iterū aīalia q̄ntū ad sui mutatio 126
nē,qa qdā se immutant,et renouāt,qdā nō.Vñ ceruus mutat
cornua,coluber spoliū,accipiter et aquila plumas, equus dē
tes,hyena sexū,mustela colorē,et cācri testat.Sic uere charis
simi inter aīalia.i.inter pctōres,sunt multi ita duri et obstina
ti in malo;q nullo mō possunt corrigi uel mutari.Sunt tñ ali
qui boni q a malo statu in bonū se immutāt p pniam, et hoc
quia deponūt cornua superbiæ et elationis,sicut ceruus,spo
lium tpalis possessionis sicut serpentes , plumas tumoris et
præsumptionis,sicut aquila,dētes inhonestæ locutionis,sexū
carnalis dilectionis,testas duras obstinationis,colorē veteris
cōuersationis, et sic cum Saule mutant in uirum alterum 1.
Reg.10 Mutabo ergo habitū, et sic ad pugnā vadā. 2. Parali.
18. Renouamini in spiritu.etc.ad Eph.4.¶ Scđm Isaaci die 127
tis.Carnes humidæ et pingues in æstate sunt laudabiles, sed
in hyeme pessimæ.Aialia autem q macræ,et siccæ, sunt natu
ræ,in æstate sunt illaudabilia,in hyeme magis valent.Sic ve-
rè hoies pingues q̄tum ad diuitias, honores et delicias hu'
mundi,in æstate uitæ præsentis sunt boni.s. q̄tum ad reputa-
tionē aliorum,quia qui melior est inter eos , quasi paliurus.
Miche.7. Sed in hyeme uitæ futuræ.i. in tpe post mortem in
aduersitate.s.inferni,tunc inuenientur pessimi,qñ.s.a demo-
nib.comedentur. Exemplum de porco.vide infra . Sed verè
econuerso illi qui sunt macri per paupertatē , licet in æstate
vitæ huius illaudabiles reputentur,et nihil apprecientur, tñ
in hyeme.i.in statu post mortē optimi apparebunt,corā deo
et angelis reputati.Sapiē.5.Hi sunt quos aliqñ habuimus in
derisoriū.etc.Ecce qūo etc.¶ Carnes quæ sunt calidæ et sic 128
cæ naturæ,in hyeme magis ualent, quā illæ quę humidæ sunt
et frigidæ,fm Isaac.Sic uerè illi qui sunt sicci per pęnitentiæ
macerationem calidi per feruorem et dilectionem , in hye-
me.i. in tempore tribulationis et tentationis magis valent,
quia.s.melius resistunt aduersis, q̄ illi qui sunt humidi per car
nalitatē,et frigidi per indeuotionem.¶ Quædā aialia in ve 129
re sunt bona ad edēdum,alia in autumno ,quædam in ęstate,
alia in hyeme.Sic uerè sunt quidā qui præcellunt in verē in-
uenientis,

uētutis, alij in autumno senectutis, alii in æstate ꝓsperitatis,
alij in hyeme paupertatis, & aduersitatis, qui tñ in oppositis
téporibus deteriorantur per pctm̄, vel minus boni inueniun
130 tur, qa Oia tēpus habent Eccl. 3. ¶ Itē variātur aialia ſm di
uersam præparationē, quia aliqñ assantur, aliqñ frixantur, alij
qñ cum sale, & aqua elixantur, & sic ad humanos vsus diuer-
simodē ꝑparantur. Sic verè hoies fideles ad vsus diuinos di-
uersimode pręparantur, quia quidā sunt assati. s. per martyrii
tolerationem, q̇dam frixantur per pœnitentiæ macerationē
quidam elixantur, s. in aquis deuotionis vel sacræ scripturæ,
& cum sale sapiæ, & discretionis. Primi fuerunt martyres, se
cundi confessores, tertij doctores. Et ista sunt tria fundamen
ta, & tres ordines atrij Salomonis. i. ecclesiæ 3. Reg. 7. Iō Ioā.
4. Tres sunt qui testimoniū dant in cœlo. Et istis tribus mo-
dis præparantur fideles, vt in mēsa domini superius collocē
131 tur. ¶ Carnes assæ sunt duriores, & ficciores, qa dato, ꝙ na
turaliter essent humidæ, tñ ardor ignis humorem elicit, & iō
ſm Isaac, carnes multum pingues non sunt comedendæ nisi
assæ. Sic verè sancti, qui ad ignē martyrij sunt assati fuerunt
sicci. i. ab oi humore deliciarū, & carnalitatis depurati, & du
ri. s. per constantiæ firmitatē, & iō dato, ꝙ naturaliter essent
humidi, & carnales, tñ ignis tribulationis oēm superfluū hu
morem carnalitatis desiccauit, & sic puri effecti sunt atque
sani. Patet in Bonifacio. &c. Vapor ignis vret carnes eius. Ec
cle. 38. Vel si vis per ignē intellige paupertatē, & tribulatio-
nem, q̄ carnalitatē destruit & cōsumit. Et iō illi, qui sunt pin-
gues, & deliciosi, carnales. s. & luxuriosi non ponūtur a deo
in mensa paradisi, nisi primitus tribulationis ignibus sint as-
132 sati. Comederis carnes assas igni. Exo. 12. ¶ Carnes elixę sūt
humidiores, & digestibiliores, qa aqua eas tēperat, & hume
ctat, aliqñ ēt apponūtur in aqua diuersæ spēs, vt sic carnes sa
pore, & odore efficiant meliores. Sic verè illi, qui in aqua sa
cræ scripturæ, & deuotionis elixantur humidiores sunt ꝑ cō
passionē, quia verè hmōi aqua ipsos efficit teneros, & hume-
ctos, & maximè qñ spēs aromaticę. i. bona exēpla sanctorum
talibus adiungunt, quia tūc sapore bonæ vitæ aliorū, & odo
re bonæ famæ, fiunt hmōi meliores, & ad expellendos mor-
bos vitiorū pœnitus aptiores, quia super aquas multas plan
133 tata est, vt faciat fructū. Eze. 17. ¶ Carnes siccæ in aqua sunt
elixandæ, humidæ aūt ad ignē fortiter sunt assandæ, qa per
aq̄ siccitatis, ꝑ ignē aūt humiditas temperatur. Carnes aūt me
diocres condimentis sunt varijs ꝑparandæ. Sic verè Deus di
uersos diuersimode sibi parat. Nā ꝑ ignē tribulationis humi
ditas carnalitatis cōsumitur, per aquā diuinæ misericordiæ
siccitas indeuotionis, & duritiæ tēperatur, & iō pingues, &
diuites sunt assandi per tribulationes, macri & pauperes in
aqua ponēdi ꝑ consolationes, & maximè in ꝑdicatione, vbi
macri, & pauperes sunt cōsolādi ne desperēt pingues aūt, &
diuites igne correctionis, & terroris, & comminationis sunt
vrendi, ne ꝑsumant, qa talibus non est ꝑdicandū de dei mia:
ne forte magis ac magis allicianē ad peccandū, sed magnis,
& duris increpationibus deterrendi, qa serno malinolo san
guinare latus. Eccl. 42. Alij aūt ecōuerso est cā contraria. Iō
bñ dr̄, Argue obsecra increpa 2. ad Tim. 4. Et breuiter nullus
trāsit ad mēsam paradisi, nisi aliquo istorū duorū modorum
a dño ꝑparet, aut ꝑ misericordiā aut ꝑ iustitiā. Figura Nu.
31. de illis q̇ purgata sunt ꝑ ignē, & aq̄ expiationis. ps. Trāsi-
134 mus ꝑ ignē, & aq̄ & deduxisti nos. &c. ¶ Scd̄m Io. da. Aia-
liū q̇dā creata sunt ad humanū adiutoriū, & nutrimentū, vt
boues, & cerui, q̇dā ad hois punitionē, vt leones, & pardi, q̇-
dam ad excitationē vt pediculi, & hmōi, q̇dā ad iocunditatē
s. merulæ, simiæ, & cætera hmōi: vt. s. hō territus ab istis suā
cognoscat fragilitatē, & ad diuinū auxiliū recurrens æternā
timeat maiestatē, & auctoritatē. Sic verè spūaliter quidam
hoium sunt alijs nutrimētū, & adiutoriū. s. quantū ad elemo
synarū subsidiū, & bona exēpla. s. boni & iusti, clerici & laici.
Alij ad punitionē aliorū. s. crudeles principes, & tyrāni, leo-
nes & tygres. Sunt spūs q̇ in vindictā creati sunt. Eccl. 39. Isti
. n. sunt nisi virga furoris dñi i filios pestilēres, qa sicut pater
virgā in ignē mittit, vt ꝑcussus filius pacificet, sic isti finaliter
in ignē æternū ꝓijciunt. Exēplū de Nabuchodonosor. Alij
aūt ad bonorū exercitiū. s. latrones, vsurarij, & hmōi, balliui
& officiarij. q̇ more pulicis oia inquietāt, & sanguinē bonorū
ꝑ aliū sugere nō cessant, & hoc patit deus, vt. s. hō cognoscat
ꝓpriā fragilitatē, & ad auxiliū fugiat diuinæ maiestatis, & suā
ꝑ orōnē inuocet ꝑtātē, & futurā q̄rat fœlicitatē, dū in mundo
non inuenit voluptatē, quia. s. Seruietis ibi dijs alienis, q̇ nō
dabunt vobis requiē die ac nocte. Hie. 16. Alij autē ordina-
ti sunt ad iocunditatē aliorū. s. mimi, hydraule & ioculatore
Et sic patet ꝙ tā boni q̄ mali ad vsum corporis ecclæ sunt
dicati, qa corpus nō vnū est mēbrū, sed multa s. ad Cor. 12.
Diligētib. n. Deū, oia cooperātur in bonū. ad Ro. 8. ¶ Aialia ēt 135
tā silusestria q̄ domestica ad vsum cōpetūt medicinæ. Vñ car
nes accipere valent ad theriacā, fel cācrorū & auiū ad caligi
nē oculorū, pellis colubri in oleo cocta ad auriū surditatem.
Sic verè māli hoies sunt alijs medicina, qa verè carnes eorū
. i. vita & operatio, fel ipsorū. i. ira & inuasio, pellis talium. i.
mala sua cōuersatio bonis proficiunt dū eis bñ vtunē, & sunt
eis theriaca cōtra diuersa vitia & pctā, qa ea inde ad audien
dū. s. Dei ꝓmissiones disponunē, & ad videndū ꝑ discretio-
nē. s. ea q̇ vidēda sunt illustranē, dū ꝑ eorū euasiones ad Deū
& ad bona æterna currere cōpellunē. Collyrio ergo inunge
oculos tuos vt videas. Apo. ¶ Scd̄m Esculapiū libro de oc 136
cultis viribus mēbrorū, si pariēs hemorrhoidas sederit suꝑ
pellē leonis, recedēt, & si sepo vel fimo leōis corpus alicui9
snūctū fuerit, ab eo lupi fugiēt. Leo ē Xps, pellis eius ē bona
cōuersatio, sepū eius charitas, & cōpassio, fimus eius ab eo di
gestus, & egestus doctrina, & ꝑdicatio. Si ergo suꝑ pellē cō-
uersationis Chri ꝑ eius imitationē sederimus, si fimo doctri
næ suæ ꝑ eius adimpletionē nos linierimus, si sepo suæ beni-
gnitatis, cōpassionis, & charitatis nos inunxerimus, tūc vere
hemor rhoides. i. vitia & pctā a nobis recedent, & lupi. i. de
mones, & tētationes, & mūdanæ tribulationes a nobis repel
lenē, qa nouit dñs suos de tētatiōe eripere. 2. Pet. 2. ¶ Itē idē 137
idē ibidē, si quis suspēderit caudā Zenet i. lupi ad ꝓsepe vaca
rū, nō appropinquāt alii lupi. Lupus iste significat mūdi tyrā
nos, vel ēt ipsum luciferū, quorū si caudā. i. finē uitæ suæ, &
memoriā mortis eorum appenderis in ꝓsepio cordis tui. i. si
mortē, & dānationē malorū iugiter fueris recordatus, tunc
verè lupi. i. demones, & tētationes a te fugiēt, & recedēt, qa
vix audēt tētare hoiem quē in mortis memoria vidēt fixum.
Videte ergo canes, videte veneficos. ad Phil. 3. & ps. Donec
cōsiderē in nouissimis eorū. &c. ¶ Scd̄m eūdē & ēt ſm Py- 138
thagorā & Pli. dētes canini lupi sanāt eos q̇ in principio lu-
naticā sustinēt passionē. Sic verè illi q̇ sunt lunatici leues, &
mutabiles; & nō ꝑseuerātes in vno ꝓposito, expedit eis ꝙ à
principio. s. iuuētutis sentiāt dētes lupi. i. tētationes & tribu
lationes diaboli: vt sic a leuitate & fatuitate ꝑcaueāt in futu
rū. Et ista ē rō quare deus ꝑmittit multos insolētes; & leues
cadere ꝑ apostasiā & alias: vt melius corriganē; qa ſm Sene-
cā, Cautio ē in reliquū lapsus anterior. 16 1. ad Cor. 5. Quos
tradidi inqt sathanæ interitū carnis suæ, vt spūs saluus fiat.
Vel ꝑ dētes intellige durā correctionē, & increpationē ꝓla-
torū qua tales hoies sunt mordēdi. Dentes habebat ferreos.
Dā. 7. ¶ Itē ibidē dicit, ꝙ oia aialia quadrupedia timēt ocu 139
lū lupi erutū, & ab ipso fugiūt atq; cauēt qñ. s. eū vidēt. Sic ve
rè hoies qñ vident, & ꝑcipiūt oculū lupi. i. cautelas, & insi-
dias diaboli, ipsi ꝓ certo timēt, fugiūt atq; cauēt. Lupus insi
diās suꝑ ciuitates eorū. Hier. 5. Vel ꝑ oculū lupi intellige cau
telas, & malitias vsurariorū, & aduocatorū rapaciū, & lupo
rū principū, & crudeliū ꝓlatorū, q̇ a quadrupedib. i. simplici-
bus merito sunt timēdæ, & fugiēdæ. Leo rugiet, q̇s nō time-
bit? ¶ Scd̄m Cōstāt. i uiatico, pili canis albi nullā maculā ha 140
bētis, si fuerint suspēsi ad collū epileptici, iuuāt & ꝓhibent
eius casū. Canis latrās, & custos gregis, ē ꝓlatus vel ꝑdicator
q̇ ꝓ certo si fuerit albus ꝑ castitatē, nō habēs aliq̄ maculā. s.
aliquā prauitatē, pili eius. i. exteriora opa, & exempla iuuant
epilepticos. i. pctōres labiles, & debiles, & caducos, & eos a
casu vitiorū ꝓtegūt; & tuenē; qa verè bona vita ꝓlatorū est
i refugiū subditorū. Nō cadēt de manu sua. &c. ¶ Simile di 141
cit Pytagoras in libro romanorū: fiat inqt anulus ex vngula
zamur. i. asini nigredinē nō habētis; & induat eū epilepticus
& ꝓhibet eius casum. Asinus albus ē uir iustus; simplex & ꝑ-
fectus; laboribus pęnitentiæ deputatus; nullā habēs nigredi
nē pctōrū; cui9 vngula (q̄ ē extremitas corporis) significat ꝑ-
seuerātiā; mortē; atq; finē; q̄ ꝓ certo si epilepticus. i. pctōr se
cū portauerit ꝑ memoriā; & recordationē; & induerit ꝑ bo
ni exēpli acceptionē; a casu vitiorū sine dubio liberat; qa vo
rè q̇ vngulā. i. ꝑseuerantiā sanctorū ꝑ imitationē induit; nō
cadit ꝑ uitia & pctā. i. a statu grāæ q̄q̄ a diabolo diuersis ten-
tationibus impellatur. Pugnabunt aduersum te; & non præ
ualebunt. Hierem. 1. Vel dic ꝙ vngula, quæ est extremitas; ē

mors & passio Chri puri, cādidi, & immaculati, ex qua ꝑ cer
to si annulū feceris. i. si annulo fidei dñicæ passionis te subar
raueris ꝑ ipsius memoriā, deuotionem & cōpassionē, casum
pctōrum seu ēt casus dānationis æternæ penitus nō timebis.
142 ¶ Scđm eūdem fel Tauri, qñ quis sub vmbilico eo inūctus
fuerit, soluit ventrē. Item ſm eundē, dens serpētis erutus dū
viuit, suspensus sup patientē soluit quartanā eius. Charissimi
per serpentē, & ꝑ tm̄ intelligo Chrm in die iudicij, q dr̄ ser
pens pp prudentiā, & dr̄ Taurus ꝑꝑ iustitiā, quia. s. ibi appa
rebit durus, & ceruicosus. Dentes huius serpentis significāt
asperā eius verborū correctionē, & locutionē. Fel eius signi
ficat irā vindictam, & reproborum cōdemnationem, in qua
est amaritudo æternæ dānationis. Sed ꝑ certo illi qui habēt
ventrē durum. i. conscientiā obstinatā, itē q habēt quartanā
. i. affectionē infrigidatam, si inungant se illo felle per iugem
eius recordationem, hoc est dictu, si asperitatē iudicij consi
derent, statim soluentur ꝑ contritionē, & prauis humoribus
vitiorū vacuabuntur ꝑ confessionē, & sic euitabunt mortē,
& dānationē. Vel si vis ꝑ fel intellige fel qd̄ in cruce potauit
Chrs, qd̄ consideratū soluit, & liquefacit ventrē cōscientiæ
ꝑ cōpassionem. Iō dr̄ de vtroq; Thre. 3. Memor esto pauper
tis meæ. s. quantū ad primū aduentū, absyntij & fellis, quātū
143 ad ſm. ¶ Dens serpētis erutus dū viuit suspēsus super patiē
tē soluit quartanā eius, vt dicit idē Pythagoras. Serpens est
Chrs, ꝑlatus vel ꝑdicator. Estote prudentes sicut serpentes.
Matth. 10. Dens istius serpentis est eloquentia, & ꝑdicatio, q̄
pro certo si circa nos ꝑ eius adimpletionem suspendimus, a
quartana. i. a frigore indeuotionis, & pctōrū liberamur, qa
144 viuus est sermo dei & efficax ad Heb. 4. ¶ Si domū cū pul
mone asini subfumigaueris, mūdas eā ab oi reptili ſm eūdē.
Asinus est Chrs, cuius pulmo, q aerē attrahit, & emittit, est
benignitas, & cōpassio, a qua ille aer vel illa orō emanauit in
cruce dicēs, Pater dimitte eis qa. &c. Si ergo in domū men
tis tuæ fumū istum pulmonis. i. memoriā Chri benignæ com
passionis detuleris, ipsam pro certo a reptilibus. i. a malis tē
tationibus reddis tutā. Impleta est domus fumo. Esa. 6. vel
145 asinus. &c. Vide infra de asino. ¶ Scđm ergo Pli. Multæ vir
tutes latitant in mēbris aīalium, sicut in particulari de quoli
bet apparebit, quia sicut dicit, nō est membrū in corpore qd̄
occulta est aperta careat medicina, qa pellis, & pilus, cornu
& vnguis, caro & sanguis, non carent remedio, efficacia, vel
valore. Sic verè charissimi in aīalibus. i. in fidelibus Chri spū
gratiæ aīatis, non est aliquod membrū. i. aliqua ꝑsona, quæ
nō habeat aliquā virtutē medicinā, vel bonitatem, occultē. s.
aperte, qa sicut dr̄, nō est ita malus hō in mundo qn quantū
ad aliquā bonā conditionē præpolleat meliori de mundo.
Vñ breuiter in bonis, & malis semper inuenitur aliquid bo
ni, vel in pelle sđæ cōuersationis, vel in vngue suæ perseuerā
tiæ, finis senectutis, & durationis, vel in cornu suæ potestatis,
& iurisdictionis, vel in carne suæ cōpassionis, vel in sanguine
suæ affectionis, vel in pilis suorum exēplorū, & operationis,
affectionis, uel in pilis suorū exēplorum, & operationis, qa
Vnusquisq; propriū habet donū, ali⁹ sic, alius aūt sic 1. ad Co
146 rin. 7. ¶ Aīalia habentia sanguinē non tot indigent pedib.
ad ambulandum vel alis ad volandum sicut nō habentia, &
iō oīa, q̄ habent sanguinem, quatuor tm̄ habent pedes, sicut
quadrupedia, vel duas alas vel duos pedes, & duas manus, si
cut est in humana natura. Aīalia vero, quæ carent sanguine,
multis alis aut pedibus sunt munita sicut patet de araneis, q̄
habēt multos pedes, & de papilionibus, q habēt multas alas,
sicut dicit auct. Charissimi ꝑ alas, qbus auis volat intelligo
virtutem considerationis, cogitationis, & meditationis. Per
pedes autē quibus gradit̄ hō, intelligo laborem pœnitentiæ,
& occupationis. Est ergo generale, & regulare, ꝙ aīalia. i. ho
mines q habent sanguinem. i. considerationem & memoriā
sanguinis Chri, & deuotionē ad suā passionē, vel sanguinē. i.
dulcorem cōpassionis, & pietatis, paucioribus alis. i. paucio
ribus pœnis, & laboribus indigent ad uolandum, & gradien
cū in cęlū, & ad gloriā sempiternā, q̄ alij q isto sanguine ca
rent, & facilius, & cū minoribus laboribus trāseunt ad ęter
na, q̄ illi q ꝑ feruorē deuotionis, & cōpassionis nō habē: istū
sanguinē in seipsis. Sit ergo sanguis eius sup nos, & sup filios
147 nostros. ¶ Mēbra q̄ sunt ꝓpe cor, magis participant sangui
nē, q̄ illa q̄ lōgē sunt a corde, & ꝑ cōsequens sunt magis leuia
fortia, & mobilia, sicut patet de mēbris anterioribus respe
ctu posteriorū, vt i manib. respectu pedū Sic verē quāto ma
gis qs est propinquus cordi. i. Christo, & quanto magis est i
parte anteriori. i. in statu virtuoso ꝑ gratiā, & charitatē, tanto
sanguinē dñicæ passiōis vel ēt sanguinē pietatis, & cōpassio
nis magis participat atq; tenet, & ꝑ cōsequēs magis est mo
bilis ad bōa opa exequēda. Vel dic, ꝙ illa mēbra. i. illi hoīes
q in corpore religiōis vel ecclæ sunt magis ꝓpinqui cordi. i.
ꝑlato, magis habēt de sanguine ipsius corporis. i. de hōibus
religiosis, sicut patet de copatriotis, nepotib⁹ & familiarib.
qa corde. i. a ꝑlato sibi ꝓpinquo recipiūt maiorē ꝓmotionē
& affluentiā q̄ illi q sunt lōgē. isti. n. in parte prima, & anteriori
. i. in bonis & pinguib. bñficijs & officijs collocant̄, alij aūt in
pte posteriori. i. i statu vili, & depresso sine ꝓmotione, & san
guine dimittūt̄, & ꝑ cōsequēs tales sunt hodie leuiores, infir
miores, iocūdiores, & tpali potētia fortiores. ¶ Aīalia diuer 148
simode bibūt aq̄, q̄dā lābendo sicut canis, alia sugēdo, & sor
bēdo sicut porcus, alia mordēdo sicut vrsus. Sic verē hoīes
diuersimode bibūt, & acqrunt, aq̄ bonorū tpaliū, qdam lābē
do ꝑ adulationē, alij sugendo ꝑ mercaturæ laboriosam ope
rationē, alij mordendo, ꝑ rapinā & exactionē. Talibus ergo
loquitur diabolus, Omnes sitientes venite ad aquas. Esa. 55.

*De Ariete. Cap. 2.*

ARies dr̄ ab ares qđ est virtus, vel ab aris ſm Isidorū, 1
eo ꝙ sit præ aliis ouib. virtuosus, & magis deorū sa
crificijs deputatus, & ꝓ pctis offerri aptus. Sic mar
tyres q in virtutibus cæteros ꝑcellēbant, in aris deo
rū. i. in fide Xpi & ecclesiæ occisi sunt immolati. Occidere vitu
los, iugulare arietes. Esa. 22. ¶ Aries aliter veruex dicit̄, quasi 2
vermē habēs, qa in capite habet vermē, qui excitat ad alios
impetendū, & ad durū oē qđ obuiat feriendū, solet aūt aries
primo retrocedere, vt post possit durius ꝑcutere. Sic verē q
dā habēt in capite vermē. i. fatuitatē, & iracundiā, q̄ excitan
tur, & mouent̄ ad alios verbis, & verberibus feriēdū. Aliqui
tñ sunt malitiosi, & fallaces, qui dissimulādo amicitiā, viden
tur retrocedere, vt iuxta opportunitate acrius feriāt atq; le
dāt. Eccl. 12. In oculis suis lachrymatur inimicus, & si inuene
rit tps, nō satiabitur sanguine. Vel dic ꝙ iste est ꝑlatus, vel iu
dex iniquus, qui verme auaritiæ excitatur, vt subditos ꝑ rapi
nā ꝑcutiat, & affligat, qđ vt melius ad notū faciat, sæpe ꝑ fi
ctitias simulationes, & ꝑ fraudes, & malitias retrocedit. Io. 3
6. Multi aūt discipulorū abierūt retro. ¶ Scđm Pli. li. 8. c. 47.
aries habet ꝓpriū agnos fastidire, & ouiū senectā cōsectari,
& earū cōsortiū frequētare. & ipse in senectute melior repe
ritur. Sic verē bō, & maximē ꝑlatus, nō debet sequi societatē
agnorū. i. iuuenū lasciuorū, sed ouiū senectā. i. virorū maturo
rū, & iustorū debet cōsortia frequētare. In medio senatorū
assidu⁹ esto. Eccl. 6. ¶ Aries flāte aqlone gñrat mares, flāte au 4
stro fœminas. Similiter teste sinistro ꝑligato gñrat mares, dex
tro aūt ligato gñrat fœminas, vt dicit Pli. ibidem. Sic verē qñ
flat aqlo tribulationis, & teste sinister mundanæ ꝓsperitatis
ē ligatus, & ꝑcisus, tūc mares. i. bona, & ꝑfecta opa gñram⁹.
Si aūt ecōuerso auster mūdāæ ꝓsperitatis flauerit, & dexter
testis. i. affectus & desideriū ad bona æterna astrictus fuerit,
tūc fœminas. i. vitiosa opa ꝓducimus & patiamus. ¶ Arietes 5
naturaliter sequunt̄ capros, & nō se abscōdūt a frigore vel a
pluuia, & a loco calido ad locū frigidū se cōuertūt. Sic verē
qñ in societate arietū, & bonorū ē caper. i. vir luxuriosus, bo
ni ipm sequunt̄, & ei se cōformāt, & a bono statu in malū se
mutāt, & a pluuia voluptatis, & a frigore cupiditatis ꝑeunt,
nisi a pastore Chro ꝓuidē verbo vel verbere reducant̄, qa q
cū stultis gradit̄ similis efficit̄. Prouer. 13. ¶ Arietes timent to
nitruū, & qñ dormiūt, caput tenēt erectū, & semp ducuntur 6
ruminare, nisi qñ sunt infirmi. Sic verē iusti, & boni debēt ti
mere tonitruū diuinarū cōminationū, & iudiciorū, & licet
dormiāt delectent̄, et quiescāt. s. i delicijs huius mūdi, semp tñ
habent caput erectū. i. intentionē ad cęlestia eleuatā. Respici
te et leuate capita vrā. Luc. 21. Et semp ēt debent verba sacræ
scripturæ ad propriā cōsciētiā ruminare, qa sicut dr̄ Leu. 11. 6
Aīalia q̄ nō rumināt, immūda sunt. ¶ Aries in iuuentute car
nes habet teneras, et digestibiles, et maximē si sit castrat⁹. In
senectute aūt carnes habet duras, et idigestibiles atq; siccas,
ſm Auic. et Isaac. Sic verē hō in iuuētute habet voluntatē te
neram, digestibilē atq; mollē, et ad conuertendum ad bonū
facilē atq; aptā. Sed verē si tps senectutis aduenerit, tunc qa
iam hō est siccus per indeuotionem, et in malis consuetudi
nibus indurατus, ideo vix pōt digeri, corrigi, vel conuerti,
vnde

vnde Esa.48. Scio quia durus es tu,& neruua ferreus ceruix
8 tua ¶ Aries cũ habeat caput debile, & plenũ spiritibus atq;
neruis, iõ dedit sibi natura in sui capitis armaturã duo cor-
nua fortia,plicata, & iouoluta,vt his caput propriũ muniat,
& vt sic armatus dua,& defensor appareat aliorũ. Et sic con-
tra naturã propria aries fit feroa, pforet iuata auriculã dex-
erũ cornu, & sic sua ferocitas temperatur,vt dicit Pli.ibidẽ.
Re vera charissimi talis debet esse platus vel ẽt pdicator. Cũ
.o.aries.i.hõ naturaliter habeat caput.i.imaginatiunẽ debilẽ
atq; vanã,& neruis & spiritibus.i.hæsitationibus, & quæstio
se contenti locis suis,hoc est dictu statib.suis,officijs,& prę
bendis,nec debent per ambitionẽ inuadere aliena.4. Re.13.
Contentus esto gloria tua,& sede in loco tuo.Item Ioelis.2.
viri in vijs suis gradientur,vnusquisq; in semitis suis ambula
bit.Eccles.16.Vnusquisq; proximum suum non angustiabit.
Quod est contra ambitiosos,& clericos,& auaros inquietan
3 tes loca pauperũ proximorũ,quib. non sufficit quicquid ha-
bent.¶ Apes castra sua nimia prole replent,exercitũ,& regi
men hñt,bella mouent,fumum & ventum fugiunt,& tumul
tum. Sic prædicatores castra.i.ecclesiã replent prole nimia,
hoc est dictu,fidelib.quos conuertunt.2.Para.11.Filios mul
tos dedit mihi dñs.Isti dñt habere regimen,quia regũt alios
per doctrinam,dicuntur exercitum , & bella mouere,quia
contra demones,& vitia continuè præliantur, & exercitum
fidelium docent,& incitant præliari,& ideo isti debent fuge
re fumum infamiæ denigrantem,ventum superbiæ cõmouẽ
tem,tumultum litis,& discordię concitantẽ,iuxta illud.Stul
tas,& sine disciplina quæstiones deuita, sciens q generant li
tes.2.ad Ti.2.¶ Itẽ ẽm Isido.multi experti sunt apes nasci de
cadauerib.boum. Vnde vitulorum occisorũ carnes optimæ
verberantur, & sic de putrefacto sanguine gñantur vermes,
qui alis receptis apes efficiuntur.Sic Deus volens in alueari
ecclesiæ apes.i.fideles gñare,& pducere,primo occidit tau-
ros suos,s. sanctos martyres,qui fuerunt verberati,laniati,&
occisi,& sic ex eorum sanguine,& passione prouenerũt apes
.i.fideles, quia dũ videmus q martyres pro fide Christi mor
tui sunt,in fide solidamur & firmamur.Vnde illud est primũ
fundamẽtum ecclesiæ,s.sanguis Christi,& martyrum. Et iõ
põt dici illud Zac.9. Tu aũt in sanguine testi tui emisisti vin-
ctos tuos de lacu in quo non erat aqua. Christus n.emisit in
sanguine martyrum vinctos.i.infideles de lacu pcti,& infide
litatis,in quo non erat aque grę,& charitatis. Figura Matt.
22.vbi Christus dicit:Tauri mei,& altilia occisa sunt , dicite
inuitatis,venite ad nuptias. Quia verè post occisionẽ Chri-
sti & martyrum , fuit facta maxima conuocatio fidelium ad
5 conuiuium fidei Christianę.¶ Secundum Ambr.in hexame-
ron:Mirabiles sunt proprietates apum.Nam apes cõem ha-
bent sobolẽ,vnam incolunt mansionẽ,vnius portę claudunẽ
limine.Oibus cõis est labor,cõis cibus,cõis vsus,cõis opera
tio,cõis fructus,cõis volatus,cõis corporis integritas virgi-
nalis,& cõis generatio. Nullius.n.concubitu miscentur,nul
la libidine resoluuntur, & tñ maximum examen generant fi
liorum.Sic vere debet esse de religiosis, quia eandem mãsio
nem,conuentum,& habitationem debent incolere , & eadẽ
porta claudi,quia non debẽt in diuersis cauernis iacere, sed
in vno dormitorio quiescari.Isti debẽt habere oĩa cõia, quia
labor pœnitentiæ,& operationis,cibus doctrinę,& deuotio
nis,vsus diligẽtiæ,,& exercitationis,fructus perfectionis,vo
latus contemplationis,debent esse coes omnib.Act.4.Habe
bant oĩa communia , & diuidebatur vnicuique prout opus
erat,nec quisquam illud quod habebat , suũ esse dicebat.Istẽ
etiam per castitatem,& virginitatem debent ab omni carna
li copula abstinere,steriles tñ propter hoc non dicentur, qa
filiorum spiritualium maximam generant quantitatem.s. il-
los quos ad religionem attrahũt,vel per prædicationem,vel
per bona exempla ad pęnitentiam conuertunt, vel ad fidẽ p
euangelium.Ego vos genui.1.ad Cor.4.1.Reg.2.Sterilis pepe
6 rit plurimos &c. ¶ Apes ẽm Auic.licet sint sine libidine , &
virgines perpetuo perseuerent,tñ præ alijs auib.sunt fęcun-
dæ,quia non solum vnum fętum , imo gemellos generant oĩ
anno. Sic licet beata virgo libidinem nesciuerit corporalẽ,
tñ partem peperit duplicem,hoc est dictu,illum qui duplicẽ
naturam continet in seipso,diuinã.s.& humanam,vel dupli-
cẽ habet partũ,hoc est dictu,populum Iudaicũ,& gentilem.
vel ẽt bonos,& malos, qui ab ipsa tanquam partus proprius
diligunẽ defendũtur,& protegũtur. Et iõ sibi põt dici illud
Esai.54. Lætare sterilis,quæ non paris,quia multi filij deser-
tæ &c.Apes ẽm eundem pro defensione regis sui certant, &
7 pugnant,& pro eo perire pulchrum putant. Sic martyres p
rege suo Christo,& eius fide,& nomine defendẽdo,certaue
runt vsque ad mortem,& pro eo mori gloriã putauerunt.&
ideo de eis põt dici illud.3.Esdrę.4.Iugulantur, & iugulant,
& regis verbum non prætereunt.Vel pone hic si vis de fideli
bus vassallis,qui moriuntur pro dñis suis, quia fidelis homo
non debet timere mortem pro illo cui se videt obligatum.
¶ Apes ẽm Ambr.tantam reuerentiam exhibent regi suo,q 8
de domib.suis exire non audent,nec ad quoscunq; pastus p
dire,donec ipse exierit primus, & sibi volatus vendicauerit
principatum.Sic verè boni,& iusti tantam reuerentiam,dñt
regi Christo,q ad aliquẽ pastum,hoc est dictu ad aliqua de-
lectabilia non dñt egredi vel exire , nisi ad illa ad quæ vide-
rint ipsum primitus exiuisse.s. ad oia illa opera perfectionis
ad quæ ipse dum viueret est egressus. Vbicunq; declinabat,
quæ prima erat sequebantur &c.Eze.1.Vel pone si vis q re-
ligiosi se debent suis regib. prælatis,& maiorib. cõformare,
& eos præficere,& præferre.¶ Apes ẽm eundem, regem sibi 9
eligunt magnitudine,& spẽ insigniorẽ,& mansuetudine ani
mi clariorem,quia si habet aculeum,eo non vtitur ad vindi
ctam.Sic verè prælatus maior virtute,& perfectione,& spe-
ciosior honestate,& conuersatione benignior mãsuetudine,
& compassione præ cæteris debent esse,quia aculeo vindic-
tiuæ potestatis non debet vti ad vindictam,sed tñ ad corre-
ctionem.ideo ad Titũ.1.Oportet Episcopum esse sine crimi-
ne,non vinolentum,iracundum &c.¶ Apes gñaliter quanto
sunt corpore maiores,tanto sunt aio mitiores. Sic homo q̃- 10
ro est maior dignitate,nobilitate,officio vel fortuna,tãto be
nignior debet esse.Eccl.3. Quanto maior es,humilia te &c.
¶ Apes ẽm Amb.in hexameron,obediunt regi suo, & si qua
inobediens fuerit,seipsam puniẽs proprio aculeo se occidit. 11
Sic subditi debent obedire prælatis suis, alioquin inobediẽ
tiæ suæ iaculo mortem propriam incurrunt. Vel pone si vis
q ipsa aĩa quæ non obedit regi Christo , & mandatis eius,p-
prio suo aculeo,hoc est dictu,remorsu cõscientię uulnerat.1.
Re.vlt.Irruit super gladium suum,& mortuus est. Vel dic q
homo qui videt,q regi suo Christo vel prælatis, aut eorum
mandatis.vt debet non obedit,dẽt seipsum punire,iaculari
& pniã castigare.1.ad Cor.9.Castigo corpus meum,& in ser
uitutẽ redigo. ¶ Secundũ eundem,in apium examine nulla
est ociosa.Nã aliæ certãt quasi in bello campestri cõtra alias 12
apes,alię vigilant circa victũ,alię futuros explorant imbres,
& speculantur concursus,alię ceras florib.& mella cõponũt,
aliæ cellulas,nunc rotundas, nunc quadras mira cõnexione
faciunt,& tñ inter tã diuersa opera,nulla alienis laborib.insi
diatur,nulla raptu victum quærit,sed proprio volatu,& labo
re inter herbas,& flores congrua cibaria recolligit, & requi
rit.Recte sic dẽt esse in examine apũ spũalium , hoc est dictu
.in collegio ecclesiæ.Nullus.n.debet vacare ocio vel corpo-
ri,sed oẽs ẽm exigentiã status proprij laborare.Ibi.n.alij de
bẽt certare.Isti sunt milites,& principes,qui cõtra alias apes
.i.contra malos christianos,vel et infideles , debent totis vi-
scerib.dimicare,de malis iustitiam faciendo,& pro fide con
tra incredulos propugnando.2. ad Ti.2. Labora sicut bonus
miles Christi.Item alij circa victũ inuigilant,& isti sunt agri
colæ,& mercatores per quos cunctis fidelib.de victualib.p-
uidetur.Eccl.38.Est qui tenet aratrum,& qui gloriatur in ia
culo.Item alij futuros explorant imbres,& concursus,& isti
sunt doctores,prædicatores,& speculatiui, qui futurum im-
brem venturæ fęlicitatis quo ad bonos,& cõcursum futuræ
aduersitatis quo ad damnatos,cõtinuè meditantur,& ipsam
præuidentes,aliis ipsam suis sermonib.manifestant. Vel per
istas apes intellige dispensatores,& officiales,q dẽt de futu-
ris puidere,& ea prouidere.Sap.8.Nouit pterita, et de futu
ris æstimat.Alij mel,& ceram componunt,isti sunt religiosi
vel alij perfecti viri,qui mel deuotionis,et ceram compassio
nis,à qua nutrit ignis dilectionis cordiũ vel cõuentuũ suo-
rum,conficiunt,et componunt.Can.4.Mel,et lac sub lingua
tua.Itẽ alij cellulas rotundas vel quadras faciunt. Isti sunt p
dicatores,qui alios ædificant suis doctrinis , et ipsos faciunt
domos dei,tunc rotundas per velocitatẽ,et obedientiã,nũc
quadras per firmitatem,et cõstantiã. Esa.9.Quadris lapidib.
ædificabimus.Item nullus alii inuidet,qa p certo nullus dẽt
in ecclesia alii inuidere,nec victum q̃rere per rapinam,sed la
bore,et exercitio necessaria procurare,nec alter alterius de
bet laborib.insidiari.Quod est contra ambitiosos,et auaros,
qui aliorum laborib.vt diuitijs insidiantur,nec sunt contẽ
ti quilibet loco suo,imo alter alteri insidiatur, vt suum offi-
cium

ſuo,imo alter alteri inſidiatur, vt ſuum officium vel benefi-
cium fraude vel violentia ſibi tollat.Ge.3.Et tu inſidiaberis
calcaneo eius. Vel pone ſi vis ꝙ clerici non dñt vſurpare offi
cium militum,vel econuerſo &c.ſicut fecit Ioſias rex,qui ſa
13 cerdotis officium vſurpauit,& iō factus eſt leproſus.¶ Apes
habent ſpicula ſua,quib.ſe defendunt,& morti ſe exponūt ꝓ
domicilioꝝ tū ſuorū defenſione,& licet ſint infirmæ corpore,
non tñ ſapientia vel vigore,vt dicit idē Amb.in hexameron.
ſic boni religioſi vel ēt prælati dñt habere ſpicula zeli,iuſti-
tiæ correctionis,& rigoris , vt domum ſuā ſ.religionem vel
eccleſiam ab alijs.ſ.detractorib.& inuſorib.tueantur , & ꝓ
tuitione, & defenſione hmōi domus vel cōmunitatis debet
quilibet vſq; ad mortem certare.Ecc.4.Vſq; ad mortem cer
ta pro iuſtitia.Et licet ſit homo infirmus corpore ad litterā,
vel potentia,debet tñ ſapientia præpollere a. ad Cori.11. Si
imperitus ſum ſermone,non tñ ſciētia. Hucuſq; Ambroſius
in hexameron.¶ Secundum Ariſt.li.9.c.40.Apes adducūt ex
14 herbis,& florib.in ſuis aluearib.illa quibus indigent ad præ-
parationē mellis,& præcipuè in quibus eſt glutinoſitas,qui-
bus illinunt ſuperficiem aluearis,ne intrent aīalia venenoſa,
& ſi nimis amplus fuerit introitus,ſtrictificant eum.Sic ve-
rè boni debent aggregare in alueari cordis ſui flores,& her
bas.i.exempla ſanctorum,vel dicta ſacræ ſcripturæ, ad faciē
dum,& generandum mel deuotionis, & grę, & ſuperficiem
ſui cordis debent illis exemplis illinire, ne ſubintrent aīalia
venenoſa.i.tentationes diaboli,& peccati,& ſi introitus.i.ſen
ſus exteriores,vel cogitatio,vel ēt conſciētia, fuerint nimis
ampli,aperti , & expoſiti,ſ. ad delectabilia huius mundi dñt
ipſa ſtrictificare per arctitudinem conſcientiæ, & diligentiæ
clauſuram,ne.ſ.aliquod delectabile ſubintret.Eſai.26.Clau-
de oſtia tua ſuper te,& 1.Mach.5.Obſtruxerunt portas lapi-
dibus.Nam ſicut dr̄ Mat.7.Arcta eſt via ad vitam.Vel dic,ꝙ
apes,quæ ſunt alijs animalib.ſapientiores,ſignificant bonos
prædicatores, qui.ſ.mel ſuauis eloquentię ſecum portant,ꝙ
bene dicit Pli.li.11.c.17.Vbi ait ꝙ examen apum ſuper os Pla
tonis dum erat infans,ſedit,in ſignum eloquentiæ,& ſapien-
tiæ futuræ,quod etiam de beato Ambroſio audiui.Tales er
go de florib.i.de ſanctorum autoritatibus debent conficere
mel doctrinę,vt ſic poſſint alios prædicando ſuauiter enutri
re,& ſic eis dicatur illud Cantic.4. Fauus diſtillans labia tua
mel,& lac ſub lingua tua. Et ſicut apes primo ædificant do-
mos regum ſuorum,deinde aliorum qui cuſtodiunt alueare
ſm Ariſt.ibidē, ſic in alueari eccleſiæ prædicator primo de-
bet certare de ædificanda domo regi Chriſto cordib. audi-
torum,deinde alijs,ſ.angelis atque ſanctis. Vel dic quòd re-
ges,hoc eſt dictu,prælati,& epiſcopi dñt eſſe primi, & dein-
de illi qui ad cuſtodiam alueorum deputātur, hoc eſt dictu,
milites,& barones,qui habent eccleſiam defendere vel tue
ri 1.ad The.4.Qui in Chriſto ſunt reſurgent primi.Gen.49.
prior in donis,maior in imperio.Vel pone ꝙ illi,qui ſunt re-
ges,ſe & alios bene regendo,habebunt in paradiſo primam
ſedem.Figura de Ioſeph,& fratribus ſuis ſedentibus ordina
te.Ge.43. quia.ſ.ipſe fecit eos ſedere ſm ꝙ erant priores æta
te,in priori loco . Sic Chriſtus ſeniores.i.meliores in priori
dignitate per aliquid promouet atque locat. Vel pone quòd
prælati debent regibus.i.melioribus qui ſe ſciunt debite re-
gere,dare primam ſedem.i.meliorem præbendam. Vel dic,
ꝙ in alueari cordis noſtri non debemus primo,& principali
ter facere ſedem Chriſto regi noſtro,& deinde ſuis familia-
ribus,& propinquis,ſ.angelis atque ſanctis, ipſoſque per iu-
gem memoriam eorum debemus collocare in aula cordis
15 noſtri.¶ Apes primo recolligunt mel in pedibus anteriorib.
deinde ad medios pedes tranſmittūt,deinde ad poſteriores,
& ſic volant ad alueare,& tunc manifeſtatur in eis pondero
ſitas.Sic fideles debent mel gratiæ, & deuotionis recollige-
re in primis pedib.hoc eſt dictu,in prima ætate, & pueritia,
& ipſum remittere ad medios pedes,hoc eſt dictu,ad mediū
vitæ ad iuuentutem, & deinde ad poſteriores,ſ. ad ſenectu-
tem,vt.ſ.ab ipſis annis puerilibus incipientes, vſque ad mor
tem in gratia perſeuerent,& ſic erunt ponderoſi.i.maturi,&
honeſti,& volare poterunt ad aluearia paradiſi.Contra mul
tos qui in iuuentute non incipiunt,vel ibidem deficiunt.Cō
tra quas Ecc.11.Mane ſemina ſemen tuum,& veſpere ne ceſ
16 ſet manus tua.¶ Apis ſm Ariſt.Propter paſtum,& mel acqui
rendum aliquando dimittit alueare,vadens ad campos pro
floribus inueniendis,verumtamen de vno flore ad alium nō di-
ſcurrit imo florem primum non dimittit, quandiu ibi inue-
nerit neceſſarium nutrimentum,& poſt cum onerata fuerit,
ad locum reuertitur vnde venit. Talis debet eſſe clericus,ꝙ
ſi alueare ſuum.i.eccleſiam vel officium aliquādo dimittat,
vt ad campos,hoc eſt dictu, ad ſtudium vadat pro melle do
ctrinæ,& ſcientiæ acquirendo,nō debet de vno flore,hoc eſt
dictu,de vna facultate,& ſciētia ad aliam euagari,vtpotè de
theologia ad ſcientiam ſecularem , ſed cum oneratus fuerit
.i.ſufficientem ſcientiam acquiſierit , debet ad alueare pro-
prium,hoc eſt dictu,ad ſuam eccleſiam reuenire,vt ibi Deo
ſeruiat,& ſubditos ſuos doceat,vt tenetur,vt dicat illud Lu.
ia.Reuertar in domum meam vnde exiui. Et Prou.25. Mel
inueniſti,comede quod tibi ſufficit.¶ Apes ſm eundem libē 17
ter frequentant folia,& flores oliuæ, & manent ſuper ipſam
longo tpe, & ibi accipiunt materiam vnde tādem conficiūt
mella ſua. Sic debent boni Chriſtiani iugiter commorari ſu
per oliuam,hoc eſt dictu,ſuper opera miſericordiæ,quę per
oliuam(cuius oleum recreat feſſa membra ) deſignantur, &
exinde colligere materiam,hoc eſt dictu,merita, & virtutē,
vnde mel æternæ dulcedinis conficiāt,& acquirant. Beati.n.
miſericordes,qm̄ ipſi miſericordiam conſequentur. Matt.5.
¶ Qñ rex apum non poteſt volare, ferunt eum turba apum, 18
& ſi rector fuerit viuus,tunc mares ſunt in vna parte,& fęmi-
næ in alia.Si autem mortuus, tunc fœminæ cum maribus cō
uerſantur.Sic verè quando prælatus eſt defectuoſus,nec po
teſt volare ad opera actiuę vel contemplatiuę, apes aliæ, vi-
delicet ſubditi, debēt ipſum totis affectionib.ſupportare.ad
Gal.6.Alter alterius onera portate.ad Ro.15.Debemus nos
firmiores.&c.Et ſi rector fuerit viuus hoc eſt dictu,ſi præla-
tus ſit bonus diligens,& circunſpectus,tunc facit mares à fę
minis ſeparari,quia bene cauet ꝙ ſacerdotes nō habeant cō-
cubinas.Sed ſi rector iſte fuerit mortuus,hoc eſt dictu,ſi fue
rit prælatus negligens,& vitioſus,tunc mares habitant cum
fęmellis,quia tunc quilibet ſacerdos,& clericus habet ſuam
vt ſit ſicut populus ſic ſacerdos Eſa.24.& Oſeæ.4. Figura. 1.
Eſd 9.vbi populus Iſraeliticus,i.ſacerdotes in abſentia Eſd.
1.boni prælati,duxerunt alienigenas.i.concubinas, quas fe-
cit poſtmodum ſeparari.Vel pone, ꝙ prælatus bonus dr̄ di-
ſtinguere inter mares.i.inter virtuoſos,& fęminas.i.viles,&
vitioſos,vt.ſ.illos promoueat,hos repellat Sed econtra prę-
latus mortuus non diſcernit,& ideo fęminę ſunt in domibus
maſculorum,hoc eſt dictu quòd pueri,& peccatores ſunt in
dignitatibus,& officijs,quæ tantum maribus.i.bonis homi-
nibus debebantur.Vel pone ꝙ rector eſt Chriſtus, ante cu-
ius mortem mares,& fęminæ,ſ.fideles , & infideles iudæi.&
pagani diſtinguebātur,ſed poſt mortem ipſius inuicem ſunt
vniti,& facti ſunt vnū ouile,& vnus paſtor.Io.10.Ideo Eſai.
11.Habitabit lupus cum agno,& pardus cum hædo accuba
bit.& Eſa.65.Leo & bos paſcentur ſimul.¶ Inter apes fęminę 19
habēt acutiorem aculeum,quam maſculi. Et multi marium
carent aculeo,& fęmina rectoris eſt dupla.Sic verè inter ho
mines,fęminæ habent acutiorem aculeum.i.aſtutiorem ma
litiam,q̄ maſculi, quia breuis omnis malitia ſuper malitiam
mulieris.Eccl.25.Acutius.n.pungunt per verba,& imprope
ria quàm mares.Multi etiam marium carent aculeo detra-
ctionis,& huiuſmodi. Vel pone quòd mares ſunt boni præ-
lati, fœminæ ſunt mali,tepidi,& imbecilles . Sed pro certo
fœminæ acutius pungunt, quam maſculi , quia mali prælati
aculeo ſeuitiæ,& rapinæ acrius corrigunt, excoriant, & pu-
niunt,q̄ benigni.Aculei carent in caudis earum. Apocal.9.
¶ Secundum eundem fœmina rectoris eſt dupla reſpectu
aliarum apum.Sic verè chariſſimi fęminæ,i.prębendæ recto 20
rum.i.maiorum,& pręlatorū ſunt duplæ,quia.ſ.iſti pro parte
ſua accipiunt non ſolum duplum,imo totum.¶ Aliquę apes 21
carent aculeo,& volunt quaſi pungere,& nō poſſunt.Et ſunt
rectores apum duorum modorum,quia quidam ſunt rubri,
& hi ſunt meliores,alij ſunt nigri,qui ſunt deteriores.Sic in-
ter prælatos aliqui ſunt imbecilles,ſine aculeo debitæ corre
ctionis,iuſtitiæ,& punitionis,qui libenter punirent, & pun-
gerent,ſed non audent.Et ſunt duo genera prælatorum,bo-
ni.ſ.& mali Primi qui ſunt rubri per charitatē Alij nigri per
peccatorum deformitatem. Denigrata eſt facies eorum ſup
carbones.Thren.4.Quod etiam poteſt dici de malis paupe-
ribus,qui.ſ.libenter pungerent,& nocerent,ſi aculeum po-
teſtatis haberent.Eccl.13. Nequiſſima paupertas in ore im-
pii. ¶ Conditio bonæ apis eſt , quòd ſit parua,rotunda,in le 22

côstricta, in medio cura mediocriter villosa. Talis esse debet
vir rectè perfectus, quia debet esse paruus per humilitatem,
constrictus per conscientiæ arctitudinem, villosus per appa-
rentiç sanctitudinem. Villus.n.exterius paret, & significat ho
nestatem, quia in isto debet esse villositas, & hirsuties per ha-
bitus humilitatem, & debet esse rotundus per obedientiam,
& boni exercitij velocitatem, curuus in medio.i. in corde p
compassionis, & clementiæ pietatê. Esa.51. incuruare vt trá-
23 seamus. ¶ Aliquç apes pascunt florib. montanis, & aliquç hor
tulanis. Sed primç sunt minores, & fortiores, & magis patiê-
tes laboris, & sm Plin li.10.c.18. horribilioris aspectus, & in
concauitatib. arborum vel in specu cômorantur. Per primas
intellign religiosos, qui in montib. contemplationis, & perfe
ctionis accipiunt victum suum, s. gratias, & virtutes, & isti de
bent esse horribilis aspectus per habitus vilitatem, & abstinê
tiæ squaliditatem, & in concauitate arboris Crucis Christi,
& in sepulchris suis debent cômorari per considerationis sa
gacitatem, iuxta illud Apostoli. Absconderunt se in speluu-
cis. Per alios intelligo seculares, qui in hortis, & ciuitatib. cô
morantur, & conuersantur. Sed primi sunt minores per hu-
militatem, & fortiores per patientiam, & firmitatem, & ma-
iorem laborem pçnitentiæ sustinentes, quia qui veraciter pç
nitet, laborem pçnitentiæ non abhorret, dicit Aug. Vel si vis
expone de angelis, & hoibus, quia angeli in montib. paradisi
morantur, hoies aût in hortis, & specub. huius múdi. ¶ Apes
24 sedent super aluearia sua, & fugunt quod superfluú est in fa-
uis, & dr q si hoc non facerent, exinde nascerêtur araneæ, &
apes morerentur. Sic verè homo debet sedere super alueare
proprium.i. super conscientiam suam per eius iugem discus-
sionem, & si viderit ibi aliquid esse superfluum vel nociuum
debet, illud fugere, hoc est dictu, extrahere vel expellere per
confessionê, vel alias, alioquin ibi generabitur aranea.i. pctm
mortale, & sic apis.i. aia spiritualiter morietur. Vel pone q di
uites debent superflua fauorum.i. diuitiarum suarum expel
lere, pauperib. erogando, alioquin vermes.i. ad litteram ge-
nerantur, vt patet in blado, & vino vsurariorum, & sic homo
moritur per pctm. Figura de manna quod seruatum côpu-
25 truit. Exo.16. Iô Iac.5. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt. ¶ Apes
qñ parum est de melle in oíbus earum, deserunt eas, & pu-
gnant cum illis, quæ volunt extrahere mel, & ideo sape vidê
tur sedere super aluearia quasi paratæ ad resistendum. Sic ve
rè qñ in domibus conscientiarum nostrarum parum est de
melle deuotionis, debemus eas delerere, i. desertas reputare,
& desuper debemus sedere per earum discussionem conti-
nuam, & contra eos qui mel deuotionis nobis volunt aufer
ri.i. contra demones, & eorum insultus, & tentationes debe
mus per perseuerantiam, & per virtutum militiam fortiter
dimicare, & semper esse parati eorum malitijs contraire. ad
Eph.6. Induite armaturam Dei, vt possitis resistere. Vel po-
ne q qñ mundani vident, q in domo sua.i. in mundo deficit
mel grę, & deuotionis, debent eam relinquere quantum ad
desiderium, & affectum, & ad paradisum, quæ est terra lacte,
& melle fluens, euolare. Hier.12. Reliqui domum meam, &
dimisi hæreditatem meam. Vel dic qûo iuuenes debêt relin-
quere mundum, & ad religionem volare. Exi de terra tua, &
de cognatione tua, & veni in terram. &c. Ge.12. ¶ Inter apes
26 sunt quædam longiores, quæ nimis comedunt de melle, nec
tñ mellificant, nec laborant, & ideo aliæ apes breuiores pu-
gnant contra eas pugna forti, & nituntur eas expellere de al
ueari. Sic verè in religione vel côuentu vel etiam in ecclesia
seculari aliquando sunt aliqui longitudine.i. statu, & eminen
tia alios præcellentes, qui tñ mel deuotionis, & grę etiá mel
temporalis subuentionis non conficiunt, vel acquirunt, vnde
non faciunt nisi comedere labores aliorum, quia labores spi
rituales comedunt per detractionem, temporales autem co
medunt per inutilam promotionem, quia volunt habere pri
mas cathedras in synagogis, & primos recubitus in mensis.
Mat.23. Vt communiter.n. tales qui de nullo seruiunt in ec-
clesia, habent beneficia pinguiora, & ideo aliæ apes breuio-
res, hoc est dictu, fratres, & clerici boni, & religiosi, & humi-
liores, debent ad eorum expulsionem, prout poterunt labo-
rare, quia sm Aposto.2. ad Thes.2. Qui non laborat, non má
ducet. ¶ Rex apum sm Aristot. non apparet extra alueare, ni
27 si in magno apum strepitu circûseptus, & qñ rex vnus apum
volat cum agmine suo, aliquando apes alterius examinis af-
ficiunt eum, & dimittunt primum regem, & illi qui plures ha
bet, aliæ se adiungunt. Quod si rex suus velit eas sequi, vt
ad imperium suum retrahat, occidunt eum, & sequuntur
nouo electû. Talis est Christus, quia qñ alueare paradisi ca-
uit, ipsum concomitata fuit apum.i. angelorum cçlestiú mul
titudo. Lu.2. Facta est cum angelo multitudo Luc.2. Facta est
cum angelo cçlestis exercitus. In mundo etiam habuit alias
apes secum.s. apostolos, & discipulos, in quorum medio p
fuit. Ioan.20. Et qñ iste rex cum examine suo.i. cum captiuis
quos redemerat volauit, s. ad cçlum in ascensione, tunc apes
alterius examinis, videlicet peccatores, & maximè gentiles,
qui erant de examine diabolo per infidelitatem, reliquerût
ipsum diabolum regem suum, & istum regem Christum per
fidem, & dilectionem sunt secuti. Et ideo si primus rex tuus
diabolus, cui obedisti in statu pcti, te insequitur per tentatio
nes, vt suo imperio iterum te supponat tu debes ipsum occi
dere.i. contra eum inquantum poteris repugnare, & cum re
ge Christo electo fortiter te tenere. Leu.26. Nouis supe
nientib. vetera proijcietis. Ge.29. Amorem sequentis priori
prçtulit. Heb.10. Aufert primum, vt sequens statuat. Iste ha
bet plures ex parte sua, quia.s. angelus, & hoies, & ideo ma-
gis est eligendus. Figura 3.Reg.12. vbi separatæ sunt decem
tribus à Roboá, & sequutæ sunt Hiereboá, & principem tri-
butorum à Roboá missum pro eorum reuocatione, lapida-
uerunt. Roboam dissipans plurimus, significat diabolum.
Hieroboam superius iudicás significat Christum. Iste ergo
eligitur, alius repellitur, princeps etiam tributorum (nouus.
superbia, à nobis penitus destruitur. Vel pone si vis figuram
de arbore Da.4. qua incisa fugerunt bestiæ de sub ea. Vel po
ne figuram de controuersia domus Isboseth, & domus Da
uid 2.Reg.3. finaliter autem domus Dauid obtinuit. &c. Vel
pone q rex primus est Christus, qui examen generis huma-
ni perdiderat, & maximè populum iudæorum, qui alium.s.
diabolum sequebantur, & ideo ad eos reducendos præsen-
tialiter venit, & ab eis est occisus. Figura de Hieroboam.i.
de patre qui principem suum misit pro populo suo reducen
do, qui ab eis occisus est Tho.2. Occiderunt regem filij eius.
¶ Apes sm Arist. per diuersas partes se diuidunt, & vna pars 28
sequitur vnum regem, alia alium, & quando sunt diuisæ, tûc
faciliter sequuntur illum regem qui plures habet. Si in aluea
ri religionis vel ecclesiæ fit sæpe dissensio, diuisio, & partiali
tas, & maximè in electione noui prælati, quia tunc vna pars
se tenet cum vno, alia cum alio, & faciliter ad illum qui ha-
bet plures fautores, & adiutores, alia se conuertunt. Figura
3.Re.16. vbi vna pars sequebatur ambri, altera autem secuta
est zambri. ¶ Inter apes accidit q qñ apes vnius regis, alteri 29
se coniungunt, & iste primus vult eas sequi, & reducere, oc-
cidunt eum apes. Sic verè qñ aliqui coniungunt se diabolo
per pctm, & ipsum faciunt regem suum, tunc si rex proprius
.i. prælatus vel prædicator vult ipsos reducere per correctio
nem, ipsum sæpe occidût per infamiam & detractionem Ma
lu.n. suos prædicatores, & correctores occidunt, & diffamat,
qñ prædicant veritatem, vt eos reducunt ad statum salutis.
Figura vt supra de Hieroboá, & Roboá, quia sicut dr Prou.
9. Qui erudit derisorem; ipse sibi iniuriam facit, s. derisor.
¶ Apes sm Arist. qñ pungunt, cito moriuntur, si totum infi- 30
xerunt aculeum, quia tunc exit cum aculeo intestinum. Re
ctores etiam apum raro pungunt etiam incitati. Sic verè illi
qui totum aculeum correctionis volunt infigere sine aliqua
pietate per inmoderatum zelum vindictæ, cito moriuntur
per crudelitatem, quia si sic se exulcerant, q interius intesti
num, i. conscientia vulneratur, quia testante Seneca, Culpa
est totam culpam persequi. Rectores etiam.i. prælati raro, &
inuiti debent pungere per excommunicationem. Ideo dicit
Seneca, & Hugo, Alteri sęnis et ignoscito, tibi autê nunquá.
Quod est contra multos, qui nimis sunt seui ad puniendum,
& nimis prompti ad excommunicandum. ¶ Quando in al- 31
ueari apum est aliqua mortua, aliæ apes festinant eam expel
lere, sunt.n. animalia munda, & ideo res fçtida grauant eas.
Sic verè qñ in alueari ecclesiæ vel religionis est aliqua perso
na mortua per hæresim vel per obstinationê, aliæ apes.i. bo-
ni, & fideles debent eam expellere, nec debent cum ea con-
uersari, ne forte per eam corrumpantur, quia qui tetigerit pi
cem, inquinabitur ab ea. Eccl.13. Ideo Proue.22. Ejice deriso-
rem. &c. Numeri 16. Separate vos de tabernaculis hominû
peccatorum. Figura de leproso qui expellebatur extra ca-
stra. Leuiticor.13. ¶ Foetor, vt dicit Aristote. est grauat apes, 32
& ideo

& ideo volando eijciunt stercus suum antequam in alueare
rotrent. Ventus etiam eis nocet, & ideo tpe ventoso debet
tegi alueare, & ex fœtore sepius infirmantur. Sic religiosi an-
tequam intrent alueare religionis, debet relinquere stercus
suum. i. diuitias temporales, saltem quantum ad affectum, &
debent fugere fœtorem luxuriæ, alioquin infirmari poterũt
per delectationẽ, consensum, & cogitationem. Ventũ ẽt ina
nis gloriæ dñt fugere, & contra eum discretionis operculo
se velare, & per humilitatem se ab hoĩbus occultare. Seneca.
33 Esto occultator virtutum, sicut alij vitiorum. ¶ Apes infir-
mantur qñ nimis quiescunt, & ideo non amant otiũ vel quie
tem, imò otiosas à se eijciunt, & expellunt. Sic verè qñ hoĩes
& maximè religiosi quiescunt in delicijs, & otio, nec se exer
citant per pœnitentiam, & laborem, tunc faciliter infirmãtur
per delectationem, & tandem moriuntur per consensum, &
operationẽ, & ideo non debent esse otiosi, sed otiosos de suis
colonijs effugare. Eijce ancillã. i. otiositatem, & filium eius
.i. otiosum. Ge. 21. Ideo 1. ad Tim. 4. Exerce teipsum ad pieta
34 tem. ¶ Apib. in æstate conuenit locus frigidus, in hyeme aũt
locus calidus. Sic verè in æstate prosperitatis mundanæ ne-
cesse est ꝙ in loco frigido, hoc est dictu, in timore dñi, qui ad
modum frigoris cõprimit, & constringit, habitemus. In hye
me aũt aduersitatis debemus calorem spei, & charitatis quæ
rere, vt. s. speremus ꝙ sicut abundant passiones Christi in no
bis, ita & per ipsum abundabit cõsolatio 2. ad Cor. 1. Iõ Iob
35 24. Ad calorem nimium trãsiet ab aquis nimium. ¶ Si homo
dimiserit apib. nimis de melle, parum post modum operabũ
tur, & si nimis parum dimiserit, tunc senescent ad operãdũ,
& ideo ſm quãtitatẽ apũ debet eis mel relinqui. ꝙ si mel nõ
habuerit. ficubus & alijs dulcib. nutriantur. Sic verè si hoĩes
& maximè religiosi habeant multum de melle hoc est dictu,
de scientia, & doctrina. tunc parum operantur per pœniten-
tiam, & laborem, sicut patet in mũdanis, quia scientia ad mo
dum mellis inflat, charitas aũt ædificat 1. ad Cor. 8. In multa
.n. sapientia multa est indignatio. Eccl. 1. Si autem nimis pa-
rum habuerint de hoc melle, tunc similiter nesciunt labora-
re, & ideo custos aluearis. i. prælatus debet ad sufficientiam
in aluear ecclesiæ relinquere, & introducere mel doctrinæ,
ꝙ si mel scientiæ, & doctrinæ eis deficiat, debet apes. i. subdi
tos suos ficubus dulcib. hoc est dictu, sanctorum patrum exẽ
plis, & imitationib. enutrire. Mich. 7. Præcoquas ficus dilexit
aĩa mea. Vel dic ꝙ abundantia mellis. i. bonorum tempora-
lium facit hoĩes inhabiles ad laborem. Ideo Prouer. 25. Qui
mel multum comedit, non est ei bonum. Nimia etiã pauper
tas, & indigentia aliquando impedit bonũ opus, sed medio-
critas in olbus prodest. Ideo Prou. 30. Nec diuitias nec pau-
pertates dederis mihi dñe, tribue tm̃ victui meo necessaria.
36 ¶ Qñ apes contendunt in alueari, signum est quòd volunt il
lud, relinquere, & ideo custos earũ debet irrorare vino dul-
ci, & sic manebunt. Sic verè qñ in alueari ecclesiæ vel religio
nis contendunt ipsæ apes. i. clerici vel religiosi per conspira-
tiones ac discordias atq; lites, tunc ne forte dimittant aluea
re suum per appellationem vel apostasias custos suus prælatꝰ
debet eis infundere vinum dulce, hoc est dictu, dulcẽ & be-
nignam consolationẽ, & monitionẽ, & sic sedari poterit bri-
ga sua, & in alueari proprio remanebunt. Exemplum de Ge
deone qui sedauit Effraim. Iud. 8. Responsio. n. mollis fran-
git irã. Prou. 15. supra dicta dicit Aristoteles li. 8. & 9. ¶ Apes
37 non faciunt strepitum nisi volando. Sic nec homo facit stre-
pitum iactãtiæ vel detractionis, nisi qñ volat per superbiam
& vanitatem. Strepitus alarum ipsarum. &c. Apoc. 9. ¶ Dicit
38 Arist. lib. 4. & ẽt sensui patet, ꝙ pedes apum posteriores sunt
anterioribus longiores, & hoc pp ambulationem, & vt à ter
ra facilius eleuantur. Primi pedes sunt affectiones ad tpalia,
posteriores affectus ad spiritualia 1. ad Corin. 15. Prius quod
animale est, deinde quod spirituale est. Quia pro certo affe-
ctus spirituales debent in nobis esse longiores per longani-
mitatem, altiores per contemplationem, quã ipsa pars ante-
rior. i. quam affectus carnales, vt semper proficiamus de bo-
no in melius. Ideo Apo. 2. Posteriora tua plura priorib. Iob
8. Prima tua fuerint parua, & nouissima tua multiplicentur
nimis Iob. 42. Dominus autem benedixit nouissimis. Iob. Et
hoc vt à terra. i. ab amore terrenorum citius valeant nos le-
uare per desiderium æternorum. Figura Leuit. 11. Nam aial
volatile quadrupes erat immundum nisi haberet pedes po-
steriores anterioribus longiores. Sic illi qui non habent affe
ctus spirituales maiores, & longiores. i. durabiliores carnali
bus, immundi quo ad Deum iudicantur. Vel si vis pars ante
rior est iuuẽtus, posterior est senectus, quæ pro certo debet
pedes longiores. i. virtutes durabiliores, & affectiones per-
manentiores, & à terra. i. à temporalib. per contemptum ele
uatiores. Quod est contra multos, senes qui iuuenib. sunt pe
iores, & auariores ¶ Secundum Arist. li. 9. qñ in alueari cor- 39
rumpitur mel tunc exinde generatur vermes, qui faciunt tex
turam sicut aranea, & sic infirmantur apes vel moriũtur. Sic
verè qñ in aluear ecclesiæ corrumpitur mel. i. doctrina eccle
siastica per hæresim, & errores, tunc multi vermes diuerso-
rum peccatorum exinde generantur, & sic apes. i. fideles aut
infirmantur in fide titubando, aut totaliter moriũtur per hæ
resim, & errorem, & isteo Amos 8. Multi morientur, in omni
loco proijceretur silentium. ¶ Arist. li. 3. de generatione ani- 40
malium dicit quod apes multiplicãtur tempore pluuioso,
pp humiditatem, econtra autem tempore sicco minuuntur
propter defectum humoris. Sic pro certo, amici mundani
tempore pluuiæ, hoc est dictu tempore prosperitatis, & con-
solationis temporalis multiplicãtur, sed verè qñ humiditas
temporalis prosperitatis, & consolationis deficit, & siccitas
aduersitatis, & paupertatis abundat, etiam carnalem amici
minuuntur. Ideo Prou. 14. Etiam proximo suo pauper odio
sus erit, amici vero diuitum multi Proue. 19. Diuitiæ addunt
amicos plurimos. Secundum Isaac in dietis particul. duplex 41
inuenitur mel. apes. n. pascentes iuxta flores amygdalarũ fa-
ciunt mel magis temperatũ, & saporosum, & membrorum
spiritualium maximè mundificatiuum. Apes autem quæ pa-
scuntur super herbas amaras, vt est absynthium, faciunt mel
amarum, i. minus dulce, est tamẽ summẽ mundificatiuũ opi
lationis, hepatis apertiuum, hydropicorum iuuatiuum, mor
sus carnis rabidi curatiuum. Rectè talis est scriptura sacra, q̃
à florib. tam dulcibus, quàm amaris, i. ex auctorib. & verbis
tam dulcibus per promissiones, quàm amaris per communa
tiones est confecta, & ab ipsis apibus. i. ab ipsis patriarchis, ꝓ
phetis, & apostolis est conscripta, & ideo illud mel conscien
tiæ mundificatiuum, opilationis verecundiæ per confessio-
nem apertiuum, hydropisis insatiabilis auaritiæ curatiuum,
cõtra morsum canis rabidi. i. detractionis iuuatiuum. Ista. n.
omnia per mel sacræ scriptura sanantur, inquantum ibi dan
tur remedia cõtra cuncta. Verbum tuum dulce, quod sanat
omnia. Sap. 16. ¶ Secundum Pli. li. 11. c. 6. Apes in hyeme latẽt 42
& abscondunrur, quia vires non habent vt resistant niuib. &
pruinis, & flatib aquilonis. In verè aũt faba florente exeunt
ad labores. vñ tunc nulli licet inter eas vacare otio vel quie
ti, & primo faciunt de cera cellas suas, deinde vacant sobo-
li, postea mella parant. Hyems est tempus ante incarnatio-
nem, vbi abũdabat frigus infidelitatis. apes sunt sancti, & san
ctæ, vel tempus gratiæ, faba virgo, flos est Christus. In tempo
re ergo hyemis, hoc est dictu ante Christi incarnationẽ vbi
abundabat frigus infidelitatis, pluuia carnalitatis, gelu incõ
passionis, venti, & turbines tribulationis, apes. i. sancti, & san
ctæ, latitabant, s. in cauernis mundialis amoris. & temporalis
prosperitatis, quia tunc nullus erat ita sanctus, qui in tempo
rali substantia non gauderet abũdare, sicut patet de Abraã,
Iob & alijs, qui fuerunt ditissimi, & ratio est quia non pote-
rant resistere flatib. aquilonis, hæc est dictu, tentationib. luci
feri, qui tunc flabat in persona propria, quia ab aquilone pã-
datur omne malum super faciem terræ. Hier. 1. At vbi venit
plenitudo tpis, videlicet tempus gratiæ, quando faba. i. bea-
ta virgo Maria florem suum Dei filium nobis emisit, tũc exie
runt apes, id est sancti de alueari suo. i. de amore temporaliũ
per voluntariam paupertatem, dicentes Matth. 19. Ecce nos
reliquimus omnia. Tunc cœperunt laborare per pœniten-
tiam, & sedulitatem, vacare soboli per prædicationem, do-
mos suas in cœlo facere per meritorum acquisitionem, ce-
ram mollem componere. i. elemosynam, & compassionem,
mella construere, id est æternæ dulcedinis contemplatio-
nem, & deuotionem. Et ideo potuerunt dicere. Canticor. 7.
Mane surgamus ad vineam, videamus si floruit vinea, si flo-
res fructus parturiunt. Vel pone quòd boni tempore hye-
mis, id est tribulationis latitant, nec succumbant, tempore
autem veris & prosperitatis exeunt ad laborem, sicut patet
in martyribus, qui sæpe in tribulatione latebant, & in con-
fessoribus, qui tandem data pace ecclesiæ, labori pœniten-
tiæ se dederunt, vt eis diceretur. Canticorum 2. Iam hyems

43 transijt &c. ¶ Apes triplici munimine muniunt fauos suos,
quia primo faciuot vnam crustulam amaram, secundo aliam
dulciorem, tert.o aliam grossiorem, quæ fauorum est funda
mentum, & initium, vt dicit Pli. li. 11. c. 7. Sic boni, & peniten
tes ad munimentum fauorum suorum. i. bonorum operum,
& virtutum, debent habere tres crustulas, primam amaram
hæc est dolor contritionis, ſm dulcē, hęc est clamor cōfessio
nis, tertiā duram, & grossam, hæc est labor satisfactionis. Ista
.n. tria sunt fauorum. i. virtutum, & gratiarum, & melleæ de-
notionis primarium fundamentum, & coutra bestias vene-
nosas. i. contra demones, & vitia ne subintrarent ꝑsidium, &
munimen. Funiculus. n. triplex difficile rumpitur Ecc. 4. Cō
sideratio ēt mortis pctōrū, iudicij, & passionis Christi, ē fun
damentū perfectionis, ex qnibus surgit dulcis crustula spei,
& deuotionis, & cōsonationis, & tanoē alia durior. i. virtus
cōstātiæ, & lōganimitas. Memor esto ergo paupertatis meæ,
absynthij, & fellis. ¶ Apes lacbrymis, & guttis hummoris li-
44 niunt alueare, vt cōtra bestiolarū auiditates succis hmōi mu
niantur, ſm Pli. ibidem. c. 6. Charisſimi isti succi significant li
quorem pietatis, qua pro certo alueare cordis debemus vn
gere, si bestiolarū. i. demonū morsus, & tētationes volumus
euitare 1. ad Ti 4. Exerce teipsum ad pietatē, pietas. n ad oīa
45 valet. ¶ Apes ſm Plin. ibidem. ca. 8. non insident super flores
marcidos, sed recentes, & inde accipiunt materiā ad facien-
dum mel. Et qñ flores proximi cōsumpti sunt, mittunt specu
latores ad vberiora pabula requirēda. Charissimi flores mar
cidi sunt pctōres, æstu cōcupiscentiæ macerati, flores recen-
tes sunt boni, humore grāæ reuitentes. Apes igitur. i. boni nō
debent sedere per imitationē meditationem, & exempli ac-
ceptionem, & associationē, super flores marcidos. i. pctōres,
sed super recentes. i. super bonos virtutib. reuitentes, vt per
eorum imitationem, & exemplum ea ipsis accipiant mellis,
& deuotionis materiā. Sed si prope se nō inueniāt flores ta-
les, s. perfectos viros, certe ipsi debent speculatores suos. i. in
tellectū, & voluntatem vsq; in paradisum per contemplatio
nē mittere, vt ibi vbera pascua requirant, s. considerado qua
les flores ibi sunt, & qualem vuam duxerūt illi, qui in illis pa
scuis nunc morantur, vt eorum exēplo dirigat quilibet vitā
suam. Figura Num. 13. vbi existentes in deserto, miserunt ex
ploratores qualis erat terra promissionis. Sic deserto huius
mundi debemus mittere exploratorē nostrum, s. cōtempla-
tionē, & considerationem, vsq; ad terram promissionis para
disi prę florib. qui ibi sunt cōtemplādis, vt sic speculatores re
nuncient, dicentes. Cant. 2. Flores apparuerunt in terra nr̄a.
Vel si vis per flores marcidos intellige bona tpalia, per recē
46 tes bona æterna. &c. Per oīa sicut supra ¶ Apes dum sunt in
expeditione, si nox eas apprehenderit antequam ad alueare
proprium reuertantur, excubant supinæ, versa facie versus
cœlum, vt sic alas suas a rore, & pluuia custodiant, & vt alas
habentes siccas volent liberius in crastino ad opus suū, ſm
Pli. ibidē. c. 8. Sic verè dū nos sumus in expeditione, in guer-
ra, & in labore huius mundi si nos alicuius tribulationis hu
ius mundi nos apprehēdat antequam ad alueare paradisi ve
niamus, debemus supini iacere per spem, & æternorum con
templationem, quia faciem cordis. i. intellectum, & volunta
tem debemus erigere versus cœlum, exinde contra tribula-
tionis impetum auxilium implorando, & nunc clamemus in
cęlum, & miserebitur nr̄i Deus noster 1 Mac. 4. Et per tribu
lationem, & patientiam præmium sperando. Ideo ps. In no-
ctib. extollite manus vestras in sancta, & benedicite dn̄m. Et
hoc oe alæ nostræ. i. intellectus, & affectus, quibus debemus
volare per contēplationem, rore præsentis prosperitatis, vel
pluuia carnalis voluptatis madefiāt, sed vt in siccitate, & pu
ritate cōscientiæ puræ, & mundæ altius, & liberius ad actus
exeant operandi, quia beati mundo corde, qm̄ ipsi Deum vi
debunt. Mat. 5. Cōtra multos qui dormiunt versa facie. i. mē
te versus terrā, & dorsum ad cęlum, & cęlestia vertunt quasi
ipsa contemptui habentes, vilipendentes, & de eis non curā
tes. Hie. 2. Dorsum, & non faciem verterunt mihi 2. Para. 29.
Auerterunt faciem, & ꝑbuerunt dorsa. Vel pone ꝙ licet dor
miamus in deliciis huius mundi, tñ semper debemus habe-
re faciem cordis ad cęlū, & cœlestia apprehendēda. Ideo di
cit Christus Can. 2. Ostēde mihi faciem tuam. Vel pone qūo
boni qñ aduenit eis nox alicuius tribulationis, debent super
sedere vsque ad tempus, & tandem inuenta opportunitate
ad volatum bonorum operum remeare, quia. Vsque ad tem
pus expectabit patiens, & postea redditio iucunditatis. Ecc.
1. ¶ Apes dum sunt in expeditione, si aliquādo nox ea appre- 47
hendat, ordinant excubias suas, & in mane vna earū eas ex-
citat ad volandū triplici sonitu seu bombo, & tunc ad vocē
ipsius aliæ surgunt, & volant ſm Pli, ibidem. c. 10. Sic verè si
nox pcti mortalis apprehendat apes. i. bonos dum sunt in ex
peditione. i. in labore, & militia vitæ huius, ita ꝙ tunc inci-
piant dormire in delicijs mundi huius, facto tñ mane. i. orię
te sole iustitiæ in cordib. eorum, & per gratiam, & amorem
vna earum, videlicet bonus pręedicator, pręlatus, vel doctor,
ipsos debet excitare ad volandum, & ad surgendum de pec
cato, & ad volandum, ad æterna per affectum, & hoc triplici
sonitu. i. suppliciorum comminatione, terrenorum contem-
ptu & vilipēsione, æternorum promissione, & declaratione,
& sic alij debent surgere, & ad volatum pœnitentiæ, & con-
templationis celeriter se parare. Iste. n. triplex sonitus prædi
catoris, significat tres lanceas qnib. Ioab Absalon occidit. 2.
Re. 18. Tres sagittas quas præcepit Helileus iaci ad Syriam
destruendam 4. Re. 13. Tria sata farinæ mulieris euangelicæ.
Mat. 13. &c. Applica si vis figuras. Iō Prou. 30. Per tria moue
tur terra. &c. ¶ Apes ꝑdiuināt imbres, & ventos, quia si dies
serenus sit futurus, ad opera sua exeunt, si aūt esse debeat tur- 48
bulentus, de alueari proprio non exibunt, ſm Pli. ibidem. c.
10. Sic verè qñ dies prosperitatis est turbulentus per vitia, &
peccata, nos non debemus de alueari nostro, i. de secreto cō
scientiæ, vel de cōuentu, vel de religione, vel de diuinorum
mandatorum clausura exire, res mundanas, s. appetendo, &
mundi negocia ministrando, ne fortè vēto superbiæ, aut plu
uia luxuriæ, aut turbine auaritiæ subruamur, quia Dies illa
dies irę, dies tribulationis, & angustiæ. Soph. 1. Sed in die cla
ra hoc est dictu in bonis spiritualib. quæ sunt clara, & serena,
debemus volare ad laborem pœnitentiæ, & cōtemplationis,
quia in illa die stillabunt montes dulcedinem. &c. Ioh. 1. Sed
econtra multi exeunt in die prosperitatis mundanæ, & ideo
diuersis vitijs moriuntur. Figura de Esau Exeūte ad venatio
nem, & benedictionem perdente, & Iacob in domo manen-
te, & eam acquirente, quia verè multi dum exeūt ad mundi
delectabilia, & negocia, benedictionem Dei perdunt. Alij
aūt qui in domo claustri, vel in secreto cordis sui per humili
tatem se abscondunt, benedictionem æternam reportāt. De
alio autem exitu dicit pla. Exibis homo ad opus suū &c. Vel
pone, ꝙ in tempore tribulationis, tutius est vsq; ad tempus
latere, ꝙ se periculis exponere, & temere apparere. ad Ephe.
5. Redimentes tempus, quia dies mali sunt. ¶ Item inter apes 49
est ordo, quia iuuenes exeunt ad opera, & laborem, senes au
tem intus remanent, vbi mel, & cibos, & domos parant, ſm
Pli. Ibidem. Sic verè in alueari ecclesiæ, illi qui sunt iuniores,
hoc est dicto, imperfectiores, debent onera seculi, & tpalia
negocia ministrare 1. ad Cor. 6. Si habetis contemptibiles in
ecclesia, eos constituite ad iudicandum, seniores aūt. i. sapiē-
tiores, & perfectiores (quia cani sunt sensus hois. Sap. 4.) de-
bent in domo remanere. i. ad regimen domus ecclesiæ insti-
tui, vt sunt prælati, & prædicatores, qui mel deuotionis, & ci
bum lectionis, & pręedicationis debent componere tam pro
se ꝙ pro laborantibus. Vel pone melius ꝙ iuuenes. i. secula-
res qui exeunt ad exteriora negocia, debent prouidere de
temporalibus, religiosis & clericis senibus. i. perfectis, & sa-
pientibus, & maturis, qui in alueari ecclesiæ remanent. i. qui
melle doctrinæ, & gratiæ, lectionis, & prædicationis, eos ci-
bant, quia si spiritualia seminauimus vobis, non magnum est
si vestra carnalia metamus 1. ad Cori. 9. ¶ Quando ad aluea- 50
re apum veniunt aliquæ apes de foris floribus oneratæ, sta-
tim adsunt tres vel quattuor seniorum aliarum, quæ ad eas
recipiendum, & exonerandum sunt paratæ, secundum Plin.
lib. 11. c. 10. Sic verè apes seniores. i. religiosi perfecti, qui mel
conficiunt. i. qui solis spiritualibus habent vacare, licet nō vi
deantur curare de temporalibus, tamen quando ad alueare
suum. i. ad conuentum, vel religionem venit aliqua persona
onerata, s. diuitiis, & temporalibus statim sunt parati plures
ad ipsum recipiendum. alliciendum, & exonerandum, sicut
patet in mendicantibus, qui summè gaudent quando aliquis
diues ingreditur statum suum, vel quando apud eos eligit
sepulturam. Vel pone ꝙ quando aliqui vident alium onera-
tum diuersis curis, laboribus, & negociis, debent eum sup-
portare, & in suis oneribus adiuuare. ad Galat. 6. Alter alte-
rius onera portate. ad Romanor. 15. Nos qui superiores su-
mus

mus'&c. Vel allega de iuuentute ad litteram, q in oi ecclesia
vel conuentu, iuniores debent in exteriorib. laborare, senes
aût in domo quiescere, & mellificationi deuotionis vacare.
51 ¶ In examine apum faui ordinatissimè sunt locati, sed vt cõi-
ter in superiorib. fauis parum est de melle, in inferiorib. autẽ
multum, fm Pli.li.11.c.10. Sic verè in ecclesia dignitates, & of
ficia optimè sunt ordinata, quia alius est episcopus, alius est
archiepiscop'.&c. Ibãt cautè, & ordinate 1. Mac.6. Sed istud
est regulare, q in superiorib. & prælatis minus est de melle
deuotionis, & compassionis, q̃ in minorib. & subditis. Vel po
ne q apes.i. Deus & Angeli magis implent melle grẽ, & de-
uotionis illos, qui sunt inferius per humilitatem, q̃ illos q sunt
superius per præsumptionis, & superbiæ vanitatem. Esai.40.
Omnis vallis implebitur, & ois mons, & collis humiliabitur.
Vel pone q illi qui sunt superiores in gradu, & in ecclesiasti-
ca dignitate, debẽt minus habere de melle carnalis volupta-
tis. vnde Leuit.2. Præcipitur in altari Dei mel nõ offerri. Vel
dic q superiores sunt ecclesiastici, & clerici, inferiores aût sim
plices, & laici, quia verè tales inferiores plus habẽt hodie de
melle grẽ, & deuotionis, q illi qui in dignitate scientia sunt
maiores. Vel pone q pars superior ẽ aia, inferior aût est cor-
pus, quia verè plus debemus de melle cõsolationis dare par-
ti superiori, s.aiæ, & rõni, q̃ inferiori.i. quã corpori, seu carni.
52 ¶ Apes fauos suos suspendunt, & cadentes fulciunt. ibidem.
Sic verè bonus prælat' debet fauos.i. subditos suos suspẽde-
re per contemplationem, & æternorum desiderium, & amo
rem, & ad hoc eos incitare, & cadentes per pc̃m vel despera
tionem vel tribulationẽ, debet fulcire per prædicationẽ, &
monitionem, & consolationẽ. Ideo de bono prelato dr Ecc.
35 50. In vita sua suffulsit domũ. ¶ Itẽ dicit idẽ ibidẽ, q apes ge-
rulæ secundos flatus captant, timentq; asperum venti flatum
ne forte ab eo deijciantur, & mel quod portãt desiccetur, &
ideo volant circa terram. Illa aût quæ nihil portant, solent se
lapillis onerare vt eorum onere sint contra venti impetum
magis fixæ. Sic verè charissimi illi qui portant mel deuotio-
nis, & grẽ. s. boni, q virtuosi, debent timere vẽtum inanis glo
riæ præsumptionis, & superbiæ, quia fm Greg. Valde timen
dum est vitium quod ex victoria nascitur vitiorum. Et ideo
debent volare circa terram, i. circa mortis memoriam, & cir
ca considerationem propriæ vilitatis per humilitatem, quia
superbia non faciliter eleuat hoiem, quãquam bonum, si cir-
ca mortis memoriam occupetur. Illi aût qui vacui sunt mel
le gratiæ, & deuotionis, vt sunt pęnitentes, & incipientes, &
imperfecti, isti ne flatu superfluę euellantur debent accipere
lapillum. i. Christum (qui est lapis angularis) per desiderium
& affectum, in eius misericordia confidendo. Vel per lapil-
lum intelligo timorem diuinum, qui aggrauat, & ponderat,
& deprimit mentem nostram. vel etiam lapidem Christi se-
pulchri, quæ oia si iugiter meditentur, nunquam ventus, su-
perbiæ te mouebit. Si.n. ventus tribulationis vel tentationis
timetur, duplex est remedium, basse volare per humilitatẽ,
& lapidem Christum accipere per spem, & deuotionem, vel
etiam lapidem timoris portare per mortis, & damnationis
considerationem aduersitatem. Figura de Petro. Matt.14. qui vi
dens ventum validum venientem timuit, & ideo apprehen-
dit Christũ, qui est lapis angularis, qui. s. debet apprehendi p
fidem deuotionẽ, & charitatẽ. ¶ Itẽ dicit idẽ ibidem, q mira
54 est inter apes obseruantia disciplinæ. Nã nullas inter se otio-
sas permittunt, imo otiosas puniunt, vel occidunt. Mira etiã
inter eas est munditia, quia nullam spurcitiã in alueari suo p
mittunt, imo stercora omnium in vno loco congregant, po-
stea eijciunt. Sic vere debet esse inter fideles, quia nullus de-
bet otiosus ab exercitio disciplinæ, imo otiosi sunt puniẽdi,
& per correctiones spiritualiter occidẽdi. Vacatis otio, & id
circo dicitis. &c. Exo.5. Mundi ẽt dñt esse per conscientię pu
ritatem, quia oẽm spurcitiam peccatorum suorum debẽt in
vnum recolligere per discussionem, & expellere per confes-
sionem, & sic alueare cordis purificare spũaliter, & mũdare.
35 Iac.14. Purificate corda duplices aĩo. ¶ Qñ aduesperascit, in-
trant apes in domib. suis, & strepunt donec vna earum, illa. s.
eadem quæ eas excitauit, eodem bombo vel sonitu eas inui-
cem moueat ad quiescendum, & tunc oẽs subito cõticescũt,
fm Pli. ibidẽ. Sic verè charissimi, qñ aduesperascit. i. qñ dies
vitæ nostræ iam declinat, s. in senectute, tunc debemus intra-
re cameras nostras. i. conscientias, ad eas examinãdum, & di
scutiẽdum, & tunc ad sonitum monitionis, & prædicationis
illius, qui nos excitauit ad labores, & opera, s. prælati vel prę
dicatoris, debemus oẽs tacere, & quiescere per contempla-
tionem, s. à strepitu mundanorum negociorum, & in sua cõ
scientiæ camera mundanda, s. & purificanda de cætero cogi
tare, quia in vespere senectutis maximè debem' cogitare spi
ritualia, & tpalia litigia contemnere. Ideo Iudic.19. Vespera
est, iã declinauit dies, oro te quiesce vsque in mane. Sed ecõ-
tra multi magis vacant ad labores mundanos, & ad auaritiã,
in tpe senectutis, q̃ iuuentutis, similes vulturi, qui post me-
ridiem venatur. Ideo Hie.6. Væ nobis, quia declinauit dies,
& factæ sunt longiores vmbræ vesperi. Longiores inquit vm
bræ.i. maiora pc̃tã. &c. Vel si vis expone de silentio, quod in
sero debent religiosi seruare, qñ à superiore inuitantur. ¶ Itẽ 56
Pli.lib.11.c.16. dicit q inter apes maxima ex æquitas, quia se-
uiunt oẽs pacem suam dissoluere cupientes, vel mella sua co
medere contendentes, & fm eundem ibidem.c.17. Regẽ ha
bent apes non armatum aculeo, sed potius maiestate, quia &
si habeat aculeum, non eo vtitur. Vnde reges apum habere
aculeum incertum est, ipsos tamen aculeo non vti certum
est. Sic rectè debet esse inter prælatos, quia detractores, qui
mel virtutum, & meritorum suorum verbis suis inuidiosis
adnihilant, & consumunt, & sic pacem inter alios dissipant,
& subuertunt, dębent acriter castigare, & eos fortiter impu-
gnare. Reges autem. i. pręlati eorum debent plus armari ma
iestate, & auctoritate, q̃ aculei vel correctionis asperitate. Mi
tissimi.n. debent esse, & ideo quamuis habeant aculeum. i. po
testatem iudiciariam, non pp hoc punire debet vel in iram
exasperari, nec ad vnguem punire, sed quanto plus pñt, saluo
rigore iustitiæ, ex benignitate procedere. Benignitas.n. regis
in suos, gladius est in hostes, vt dr Seneca li. de clementia ad
Neronem. ¶ Quando apes sunt in labore, tunc reges sunt in 57
tus, vbi circũeunt vndequaque, & in circunstãt eos quædam
apes habentes aculeum, quasi lictores regem defendere pa-
ratę, fm Pli.li.11.c.18. Sic vero qñ apes. i. sancti patres erant
in labore, & erumna. s. ante aduentum Christi, tunc rex Chri
stus erat intra alueare, i. in cœlo, vbi à quibusdam apib. acu-
leatis, s. ab angelis aculeum diuini rigoris deferentib. cinge-
batur, qui parati erant tanquam diuini lictores regis demen-
tias vindicare, & ad huius regis imperium suas acres sen-
tentias executioni debitæ demandare. Exemplum de ange
lo cum gladio Iosuæ 5. & 2. Re.24. ps. Qui facit angelos suos
spiritus, & ministros suos flammas ignis. Vel pone q boni
pręlati debent habere circa se in societate illos qui habent
aculeum conscientiæ strictæ, vt eorum consilio, & auxilio
alios bene regant. Rex.n. apum. i. prælatus non debet sine ta
lium apum multitudine esse. Exemplum de Salomone cui as
sistebant sapientes, & senes, & ideo bene rexit populum. Ecõ
tra de Roboam, qui vsus iuuenum consilio, populum dissi-
pauit. Ideo Eccl.6. Viri iusti sint tibi conuiuę & Eccle.27. In 58
medio cogitantium legem Dei assiduus esto. ¶ Rex apum ra
ro exit extra alueare, nisi qñ apes exeũt cũ eo, semper.n. vult
habere secum exercitum, circunstantẽ, vt dr ibidem. Sic ve-
re nec Christ' apparebit publicè extra paradisum, nisi in iu-
dicio, qñ cum eo oẽs apes suæ. s. sancti, & angeli exibunt, quo 59
rum exercitu circundatus orbem iudicabit. ¶ Secundum eũ
dem Plinium ibidem.c.7. sin alueari longe ante per tres dies
nunciatur per strepitum, & clamorẽ, & pronosticatur hmõi
exitus regis, & exercitus sui, ita q quælibet se tunc parat ad
exitum. Sic verè exitus Christi ad iudicium fuit à principio
per sanctos, & prophetas in alueari ecclesiæ nũciatus, & hoc
per tres dies. i. tempore naturæ, tpe legis, & tpe grẽ, & maxi
mè in fine scietur, & hoc præ strepitu buccinarum toto apũ
exercitu murmurante. i. oi creatura turbata, & ideo quilibet
se debet parare per virtutes, & grãs ad eiusmodi exitum, &
aduentum Esa.3. Ecce dñs veniet, & oẽs sancti eius cum eo.
Et Luc.12. Sic & vos estote parati, quia qua hora nõ putatis
filius hoĩs veniet. ¶ Apes videntes imminere exitum de al- 60
ueari, strepunt quasi ad exitum se parantes. ibidem. Sic quia
de alueari corporis debemus exire, & nescimus diẽ neq; ho
rã, ideo debemus strepere per timorẽ, & conscientiæ discus-
sionem, & ad mortis exitum nos parare, vt qñ rex noster Xp̃s
nos vocauerit, exeamus ad eum extra castra. ad Heb.13. Vn-
de Seneca, Non me pigebit desinere vel trãsire, hac.n. condi- 61
tione intraui, vt exirem. ¶ Secundum Pliniũ ibidem, qñ mur
murant, & volunt exire, qui regi præscinderet alam non exi
rent. Sic quãdo regi. i. prælato aufertur ala, idest virtus con-

templarionis,& affectionis,tūc apes.i.subditi de aluearí.i.de
nido carnalitatis exire nō curāt,nec de claustro diaboli euo
6 lare,quia tunc caput infirmum,cætera membra dolent.¶ Re
gem suū volantē extra alueare apes sequuntur,& eidem mi-
rabiliter obsequuntur,quia quilibet eius obsequio se offert,
& ei proxima cupit esse,& si qua earum defecerit vel errauε
rit ab acie,odore socias prosequitur,& sentit vbicunq; regē
contigerit præcessisse.vbicunq; ēt rex pcesserit,ibi cæteræ ca
stra figūt regē ēt fatigatū portant ipsumq; à labore immunē
solū reddunt.Rege viso totus exercitus aiatur,& eo perdito
totus dilabitur,& ad aliū regem fugiū, quia sine rege esse nō
pnt' fm Pli.lib.11.c.17.Xps est rex,alueare ecclesia militans,
apes aūt sunt subditi Christiani,qui regē suum Christum de
bēt sequi per imitationem, & ei obsequi per deuotionē,& ei
esse proximi per dilectionē, quia dilectio facit esse proximū
Deo.Iō Lu.23.Sequimini eū quocūq; ierit.Quilibet.n.Chri
stianus dēt se eius obsequio,& seruitio offerre.Gloria.n.ma-
gna est sequi dn̄m.Eccl.23.Et si aliqua apis.i. Christianus,ab
acie fideliū ceciderit per pctm̄,& deuiauerit per errorē, de-
bet sequi regem,& exercitum p odorem,hoc est dictū.p spē
suæ misericordiæ.& benignitatis, & eidē iterum p charitatē
& per grām reuniri.Cant.i.In odorem vnguentorum tuorū
curremus.Et vbicunq; rex præcesserit.i. vbicūq; Christus se
inclinauerit,& ad quæcunq; opa , & virtutes se opposuerit,
ibi dnt aliæ apes.i.alii Christiani castra figere, & ad eadē lo-
ca & opera ipsum sequi,vt.s.exemplo eius pietatē,& pauper
tatem,& alias virtutes & opera cōplectantur. Figura de ro-
tis volubilib.quæ erant intra alterā,quarum vbicunq; decli-
nabat quæ prima erat,sequebantur & cæteræ.Eze.1.Sic verè
nos q debemus esse rotæ per perfectionē,volubiles per mo-
tum,& bonā operationē,alter intra alterum per mutuā cha-
ritatē,& cōpassionem, ubicunq; declinauerit ille qui est pri
mus inter nos,s. Christus(qui est primogenitus in multis fra
trib.ad Ro.8.Et oīs creatura Dei. ad Col. 1. & mortuorum.
ibidem)debemus per imitationem similiter eum sequi,vt q-
libet dicat illud Iob.23.Vestigia eius secu' est pes me'.Vel
expone per oia de angelis quō Deo obediunt,& inuigunrur.
Istum ēt regem Christum si sit lassus,& sessus in mēbris suis
.s.pauperib.& egenis,debemus eos supportare,subueniēdo,
quia sicut dr̄ Esaię.28.Reficite lassum,& hoc est refrigerium
meum.Viso etiam isto rege Christo, & cōsiderato per cōtē-
plationem qualiter natus est,& passus pro pctōib.& cōuer-
satus,totus exercitus fidelium debet aiari,s.ad laborem bo-
norum operum exequendum. Si aūt istum regem perdideri
mus per pctm̄,tunc deficit amor,& vnitas, & exercitus fide-
lium luminat,& alius rex.s.diabolus,& mundus elicitur,cui
de cętero obeditur.Ideo monetur Cant.3. Egredimini filiæ
syon,& videte regem.&c.Sine.n.rege vel bono,vel malo nō
pōt aliquis permanere,quia à quo quis superatus est eius ser
uus efficit.2.Pe.2.Vel pone q religiosi, & alij sequunt p imi
tationē reges,& plātos suos,& eos debent supportare eis ob
sequi,& obedire,eis cōiungi,& eos amare,& eis visis lætare,
& ad eorū obsequia psentari.Vel pone de adulatorib. & fal
sis accusatorib.& detractorib.qui sp cupiunt esse pximi prin
cipib.& plātis.Figura de rotis sicut supra q sequebantur aia-
lia occulta.i prælatos circunspectos,ante & retro,ad præteri
63 ta,& futura.Sequebantur ducem.Iud.9.¶ Apes non pnt esse
sine rege,& ideo si regem suum perdiderint, statim alteri se
coniungunt.vbi supra. Sic verè aiæ quæ regem suum per pec
catum perdunt,alteri regi.s.mundo,carni vel diabolo se cō-
iungunt.Vel dic q si contingat q regem nostrum.s. prælatū
per mortem perdamus , necesse est vt alium per electionem
quæramus.Constituerunt eum regem pro Dauid patre suo.
64 ¶ Rege viso apes consolantur,aggregantur, & animātur,eo
aūt perdito,apum exercitus dilabitur.vbi supra. Sic verè p-
sentia boni plāti lætificat subditos suos siue sint in aduersita
te,siue in prosperitate.Si aūt bonus prælatus eis per mortem
corporis subtrahatur,vel ēt si rex , vel prælatus hmōi per di-
uersa pctā moriatur,tūc subditorum exercitus,& cōitas cor
poraliter,& spūaliter dissipatur.Zac.13. Percutiam pastorē,
& dispergētur oues gregis.Vel expone de Christo,quo mor
tuo,discipuli sunt turbati,& dispersi,Eo aūt viso,s.in resurre
ctione,gauisi sunt,& aiati.Gauisi sunt discipuli viso dn̄o.Vel
dic contra absentiam prælatorum,& curatorum,quia p cer
to ista est causa lapsus,& criminū subditorum,præsentia ve-
ro est gaudium,& lætitia ipsorum,& causa status,& perseue
rantiæ eorundem,& breuiter pręsentia boni prælati,& cura
ti lætificat, absentia aūt tristificat.Allega vt supra. ¶ Ad apes
intrant quædam falsæ apes , quæ nuncupatur fuci , & fures,
habentes magnū ventrem,quæ mella furtinè comedunt,sed
qn̄ apprehenduntur,ab apib.occiduntur fm Pli.11.c.18.Sic
verè in alueari ecclesiæ subintrant aliqn̄ symoniacæ vel aliæ
falsæ apes.i.hypochritæ,vel hæretici,& ambitiosi,qui come
dunt mella apum.i.acquirunt beneficia, & dignitates eccle-
siasticas,quæ apib.i.bonis personis debentur. Tales ergo de
bent de alueari ecclesiæ eiici vel expelli,quia periculū in fal-
sis fratrib.2.Cor.11.Ideo dr̄ Gal.2. Subintrauerunt quidam
falsi fratres.&c.Isti dr̄r habere magnum ventrem , quia pro
certo falsi clerici, ita habent magnū ventrē.i. magnū appeti
tum,q non pnt satiari,s.officijs beneficijs,& pręhendis,imo
ab vno loco plurium occupantur.Eccl.36.Oēm escam ma-
ducabit venter.& ad Tit.1. Cretensea semper mendaces,ma
læ bestiæ,vētres pigri.Vel si vis.dic q tam in seculo,q in clau
stro sunt sp aliqui otiosi qui non faciunt nisi comedere,& va
stare labores aliorum,sicut sunt deliciosi,& carnales.Cōtra
quos Prou 31.Panem otiosa non comedit.Vel si vis expone
de detractorib.qui mella.i.aliorū dona opera deuorare non
cessant,qui tū nullum mel boni operis operantur. ¶ Qn̄ vo. 6
est humidum multiplicantur filij apum,sed mella depaupe-
rantur.Qn̄ aūt est siccum,tunc minuuntur filij apum, & mel
la plus abundāt fm Pli.li.11.c.17.Ver humidum est tempus
prosperitatis,vbi humor diuitiarum, & deliciarum abūdat.
Ver aūt siccum tpā est paupertatis, vbi humor cōsolationis
deficit.Filij sunt parentes , & amici carnales, mella aūt sunt
bona spūalia,s.gīæ,& virtutes.Qn̄ ergo ver est humidū.i.tē
rpalis prosperitas abundat,tunc verè multiplicātur filij apū,
hoc est dictu,familiares,& amici mundani. Diuitiæ addunt
amicos plurimos,à paupere aūt, & ij quos habuerat,separā
tur.Prou.19.Sed pro certo tunc depauperanē,& minuuntur
mella.i.bona spūalia grā,& virtutes,quia mundana prosperi
tas suggerit facere multa mala,vtpotè gulā, & luxuriam,qa
prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum.Ideo Ezech.16.Hæc
fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ,saturitas panis, & supbia
vitæ.Et Deut.32. Impinguatus est dilectus,& recalcitrauit.
Qn̄ aūt ver psentia vitæ est siccum per paupertatē tunc verè
deficiūt,& cessant filij apū.s.amici carnales, mella āt.i.bona
spūalia tunc tpis plus abundat.Ideo Eccl.13.Si habueris cō
uiuet tecū,si aūt nihil habueris derelinquet te.Exēplū.2.Re.
15.Vbi tpe aduersitatis separatus est oīs Israel à Dauid.Iodi
cit Seneca,& Hieronymus, Ob hoc solum amanda est pau-
pertas.quia à quib.amaria ostendit.¶ In alueari b.si cibus de 67
fecerit,impetum faciunt in apes proximas,proposito rapien
di,& contra eas aliæ aciem dirigunt si rege habent,& qn̄ in-
ueniunt alias apes sibi fauentes parcunt eis,nec eas inuadūt
sed eas sibi associant,& pro eis pugnāt,sicut dr̄ vbi supra.Sic
verè est de malis principib.huius mundi, quia qn̄ deficiunt eis
cibus in alueari b.& domib.suis,ipsi innadūt alios.i.suos sub
ditos per rapinas,talias,q excoriationes,sed pro certo illos,
qui eis fauent,non inuadunt,quia suos balliuos,& senescha-
los,& causidicos,qui eis in suis rapinis fauent,& obsequun-
tur,non inuadunt,sed ab oīb.protegunt,& defendunt,& ip-
sos sibi associant,ad pdandū exemplificat bene.Iud.11.Ego
nunquam nocui virum qui vellet obedire Nabuchodono-
sor.Alios aūt exceptis fautorib.expoliant,et denudant,vt ci
bos,et alia necessaria sibi parent , quia leo rugiens, et vrsus
esuriens princeps impius super populū pauperē.Prouε.28.
Nudos.n.dimittūt hoies,vestimēta tollentes.¶ Iob.24.¶ Iic 68
idem dicit ibidē,q ex plurib.causis pugnant sæpe,et certant
apū Imperatores,sed eorū briga modico iactu pulueris vel
lapidis dissipatur.Sic verè in mūdo reges,et principes ex cau
sis,et varijs alter cōtra alterū concitantur, et ēt alij inferio-
res lites,et discordias inuicē nutrientes.Sed qn̄ sup eos lapis
vel puluis iacetur.s.in morte,qn̄ sub terra,et sub tumulo lo-
cabuntur,tunc eorū rixæ,et discordiæ dissoluentur.Memē-
to ergo nouissimorū,et desine inimicari. Eccl.28. Vel ppul
uerē intellige cōsiderationē pprię fragilitatis,et vilitatis,q
si in alueari cordis recipiat cessare faciat oēm brigā . Facile
.n.cōtemnit oia qui se sp cogitat moriturum.¶ Apes perdē- 69
res aculeū non diu viuunt,et mellificare non possunt, et ve-
lut castrati virib nocere non possunt, nec prodesse fm Plin.
11.c.18.Aculeus pungitiuus significat remorsum conscientię,
vel Dei timorem,et etiam stimulum disciplinæ,quæ si hn̄ d
mitte-

miserit,iustitiã & conscieotiam propriam relaxando,mellifi
care cessabit per bona opera,& per perseuerantiam vita grę
diutius viuere nõ valebit,imo tunc totaliter cessabit nocere
& prodesse,nocere.s.dęmonib.& prodesse sib;,quia nisi in ti
more dñi tenueris te instãter,cito subuertet domus tua Ecc.
70 27.Fętor malus occidit apes ſm Pli.li.eodem ibidẽ.Vnde si
cancer coquatur iuxta aluearia,ex eius odore moriunt, ſm
Pli.Sic verè religiosi sæpe ex fętore aliorũ.i. ex infamia ma-
lorum seculariũ per eorũ imitationẽ moriunt spũaliter. Nã
si iuxta alueare.i. aliquẽ cõoẽtũ vel collegiũ bonorũ coquat
aliquis cãcer.i.si aliqua psooa luxuriosa, & retrograda igne
luxuriæ decoquat,tũc apes propinquę.i.religiosi vel alij bo-
ni ab eo corrũpuntur.Figura 2.Mac.9.de Antiocho,cuius fę
tor grauabat exercitũ.Sic &c.Fętet.o.pctm̃ luxuriæ,& iõ fę-
torib.cõparatur.Esa.34.De cadauerib.eorũ ascendet fętor.
71 ¶ Item idem li.11.c.18.qñ rex apum moritur, tristitia torpẽt,
fuoerantiumq; more dolore maximè conglomerant, cibos
eunc non cõuehunt,ad pascoa nõ procedũt,sed rege peste cõ
sumpto,luctu se conficiunt,& nisi de medio mortuus tollat,
fame pereunt dolore.Hilaritas ergo apũ,sui regis denotat sa
nitatem.Sic verè io aluearl ecclesiæ vel religionis,qñ rex.i.p
latus est mortuus per vitia,& pctã tũc apes.i.boni subditi de
bent eum condolendo,& consolando lugere.hilaritas ergo
spũalis subditorum sanitatẽ platorum denotat, & virtutum.
Quãdiu aũt platos taliter mortuus est in medio,& in officio
non põt esse in collegio lætitia spũalis, & iõ necesse est q ta-
lis motus de medio tollat p depositionẽ, alioquin apes aliæ
.s.subditi moriunt.s.eõ imitado,vel pp eius negligẽtiã delin
quẽdo,caput.n.mortuum nõ põt habere sub se mẽbra viua.
Exemplũ de Saule mortuo,& se occidente . ad cuius exẽplũ
statim armiger eius occidit se 1.Re.vltĩ.Figura 4.Re.23.vbi
Iosias occisus ẽ à necatione regis Aegypti,& luxit eũ Israel,
& post statim deliquerunt cõtra Deũ,& tandẽ captiuati sunt
à Nabuchodonosor.Sic mortuo principe p pctm̃,delinquũt
subditi,& à diabolo captiuant.Vel pone si vis ista pec modũ
exẽpli,qũo filij dñt esse prõpti ad exequendas exequias mor
tuorum parentũ.Exemplũ de Ioseph,& filijs Iacob.Gen.50.
Iõ dr̃ Eccl.38.Filii sop mortuom produc lachrimas.& Ecc.
7.Noo desis mærentib.in cõsolatione.Vel pone si vis p mo-
dum exempli qũo debemus cõpati morti regis vel principis
Iesu Christi,signũq; doloris ostendere,& famẽ,& ieiuniũ in
72 die sui obitus celebrare.¶ Itẽ dicit idẽ Pli.li.11.c.19. q mul-
tas incurrunt passiones,ęgrotant.n.pp otiũ , qñ nõ pficiunt
fętum suum,similiter ipsis inimicat subitus,& immoderatus
sonitus echo,terrẽs eas.Itẽ araneę q aluearis subintrãt,q eas
corrũpunt.Itẽ papiliones quidã qui mel earũ deuorãt. Item
corrupta nebula,q corrumpit flores quos pascunt.Itẽ auidi-
tas pastus,qñ immoderate comedere appetunt . Itẽ oleũ qd
eas necat,sed acetũ superinfusum viuificat. Itẽ nocet eis ven
tus,fumus,& fœtor,& pluuia.Verè oĩa ista incõmoda incur
runt religiosi,& ẽt quilibet viri perfecti.Primũ ergo incom
modũ est pigritia,qoia verè qñ cessant ab ope disciplinæ,&
vacant otio,& desidię,tonc per multa vitia infirmant,qa oĩa
mala docuit otiositas.Eccl.33.Et hoc est primũ incõmodũ.s.
pigritia.Scd̃m est terror,& sonit⁹,& significat duritiã,& cru
delitatẽ platorũ,q subito, & sine deliberatione subditos pu
niunt,verberãt,& cõturbãt, vñ ẽr proueniũt diuersa vitia.s.
apostasiæ,dissensiones,& hmõi.Deu.1.Nuncij terruerũt nos.
Tertiũ incõmodũ est aranea,& significat prauos socios, qui
sunt ioter alios in religiooe,q suis prauis ootib.verbis & sug
gestionib.alios incitant ad pctã,& sic eos inficiunt,& corrũ-
punt,quia vnos malos vellet,q oẽs alij essent sibi similes.Vo
lo oẽs esse sicut meipsum 1.ad Cor.7. Quartũ incõmodũ est
papilio,& iste significat detractores,& susurratores, q mella
aliorũ.i.booa opera contẽnendo , & contrahendo adnihilãt
& cõsumont,qa verba susurratoris quasi supplicia.Prou.26.
Quiotũ incõmodom est corrupta nebula,& significat praui
taiẽ in maiorib.s.seniorib.& platis,qui debent esse quasi flo
res vbi alij debent depasci p imitationẽ,& boni exẽpli acce
ptionẽ, & iõ qñ sunt corrupti per luxuriã vel aliud pctm̃,ma
lũ suis imitatorib.tribuunt nutrimentũ,quia hodie exsicca-
tũ est fęnũ,& cecidit flos.Esa 40.Sextũ incõmodũ est auidi-
tas pastus,hoc est dictu,nimi⁹ appetitus sciæ, quia qñ immo
deratẽ appetunt scire,ita q pp hoc horas canonicas vel alia
moralia dimittũt,tuoc infirmant per inflationẽ superbiæ, &
psumptioois,qa scia inflat,charitas aũt ædificat 1.ad Cori.8.
Ideo nõ plus sapere q̃ oportet sapere.ad Ro.12. sicut patet
de multis monachis,qui dimittunt habitũ , vt audiãt leges.
Itẽ nocet eis oleũ superfusum,& significat tpalẽ psperitatẽ,
quæ certẽ facit eos exaoimes.s.luxuriosos,cupidos,& super-
bos,quia ſm Senecã,Fortuna quẽ nimiũ fouet, Stultũ facit.
Acetum tñ correctioois,si à platis superfundat, ipsos viuifi-
cat per grãm,& cõseruat,quia mãdatũ lucerna est,& lex lux,
& via vitæ iocrepatio disciplinæ.Prou.Itẽ nocet eis vẽtos su
perbiæ,fumus infamiæ,fętor luxuriæ,& immoderata pluuia
deliciarum & gulæ,& Gastrimargiæ . Ab his.n.nocumentis
debet custos apũ.i.platus ipsas sollicitẽ custodire 3 Reg.20.
Costodi virum istum.&c.Et hoc vsq; huc dicit Pli ¶ Auicen 73
na aũt dicit li.9.c.4.q apes comedũt mel qõ sunt infirmæ, &
non exeunt domos suas,sed ibi melle pascuntur.Sic verè cle
rici,& religiosi debent comedere mel doctrinæ,& sciẽtiæ,&
deuotionis.Illi aũt qui sunt infirmi,fragiles & imperfecti,q
de facili cadunt in pctm̃, debent remanere in domo sua.i.in
conuentu suo,& à mundi negotiis abstincre, & in proprijs
cooueutib.residere.Non.n.debent circuire vndequaque per
mundum,sed vitare occasiones pcti,& melle doctrinę,& ma
ximè sacræ scripturæ iugiter enutriri,vt sic sanentur, & for-
tificentur per gratias,& virtutes.Deu.32. Constituit eum su
per excelsam terram,vt sugeret mel de petra.¶ Apis qñ inue
nit vas mundũ libenter ibi mellificat, & facit ibi domos sex 74
tiles,& si os aluearis sit nimis amplum,strictificabit cum fœ
cis amaris,& nigris,vt dicit idem Aoicen.ibidẽ. Sic verè qñ
Christus vas mundum.i.conscientiam puram,& innocentẽ,
& castã inuenit libenter habitat ibi,& ibidem mellificat per
gratiam,quiã.s.ibi mel deuotioois,& grã introducit.Quia q
diligit cordis munditiam, pp gratiã labiorum habebit ami-
cum regem.Proo.22.Et ideo os aluearis.i. ipsa voluntas dẽt
strictificari per conscieotiam,& timorem, & maximè cũ fuc
co nigro,& amaro.i.cum mortis memoria,quæ corpus ama
rificat,& denigrat. Ad quem.n.respicit spiritus meus oisi ad
humilem,& contritum corde?Esa 66.Et io hmõi domo mũ
da,& corde puro facit apis Christus domũ sextilem.i.habi-
taculum suum,sex angulis quadratũ.Isti sex anguli sunt spes,
fides,charitas,humilitas,patientia,timor . Vel dic q homo
valde debet attendere q in vase mundo.i.in religione vel so
cietate pura,& sancta eligat sibi locum.Eccl.24.In habitatio
ne sancta coram ipso ministrauit.¶ Apes primo ædificant do
mos,deinde mella. Apes aũt masculi domos ædificant soli, 75
aliæ aũt occupãtur exterius in labore.Sic verè oos primo de
bemus ædificare domos nostras.i.æterna habitacula in para
diso,quia in domo patris mei mansiones multæ sunt.Ioã.14.
Et deinde ad mella componenda.s. ad tpalia poterimus va-
care.Quia quęrite primum regnum Dei,& iustitiam eius,&
hæc omnia adijcientur vobis.Mat.6 Et ita faciũt masculi.i.
viri plecti,& iusti.Fęminæ aũt,hoc est dictu peccatores mol
les,& deliciosi , exterius circa labores mũdanos se occupãt,
& de æternis domib.parum curant.Vel masculi sunt cõtem-
platiui,fœminæ sunt actiui,&c.sicut supra.¶ Apes ſm Auic.
morantur in fauis suis,& qñ est tempus exeundi,exeunt in al 76
tum ad modum Pyramidis,& commedunt mel. Sic pro cer
to boni in mundo hoc conuersantur io fauis suis.i.in suis bo
nis operib.vbi melle gratiæ impinguantur,sed qñ erit tẽpos
exeundi,s.de mundo per mortem, tunc volabunt Pyramida
liter vsque ad altitudinem paradisi,vbi mel æternæ dulcedi-
nis perpetuo gustabunt,& sic mel gratiæ io mel gloriæ con-
uertetur,quia gloria nihil est oisi gratia consummata.Aper-
ti sunt thesauri,& euolauerunt nebulæ quasi aues. Eccle.43.
Masculi apum noo habent aculeum,nisi pauci,& cum nitun
tur pungere,non possont . Sic multi licet oon habeant acu-
leum i.potestatem nocendi,tamen quia malam habẽt volun
tatem , hoc nitũtur facere,& non possunt.Quod patet io ma
lis pauperibus,qui se si possent crudeliter vindicarent. Ideo
Esa.16.Superbia eius, & arrogantia eios plusquam fortitu-
do eios.Et ideo Ecclesi.19. Si ab imbecilitate virium vetetur
peccare,si iouenerit tempus malefaciet. ¶ Rex apum in du-
plo maior est quãm aliæ,& vtuntur apes aculeo duplici cau 77
sa,ad humiditatis.s. superfluę consumptiooem , & ad mellis
sui defensionem. Vis.n.ignea est in aculeo,& ideo operator
valde ad superfloi consumptionem , & mellis depuratiooẽ,
& conseruationem secuodum Auic.ibidem. Sic verè præla-
ti debent esse maiores quantum ad merita , & meliores quã
subditi . Aculeo autem.i.iudiciaria potestate debent vti ad

duo,s.ad superfluorum.i.malorũ,& vitiorum destructionẽ,
& consumptionẽ,& mellis.i.bonorum subditorum defensio
nem,& tuitionẽ.vis.n.ignea charitatis dẽt esse in aculeo cor
rectionis,vt.s.ex charitate corrigant delinquentes. Omnia
opera vestra ex charitate fiant 1.ad Cori.15. Et ideo debent
superflua relecare,bona aũt,& proficua conseruare. Non er
go frustra gladiũ portat. Dei.n.minister est,vindex i irã.&c.
87¶Item idem Alueare subintrant quędã muscę malæ,q̃ gñant
ibi alias muscas,& alas perforant aliarũ. Sed vere apes pun-
gunt ipsas,nec permittunt secũ morari. Sic vere qñ in aluea
ri apum.i.in societate bonorum subintrat mala musca.i.ali-
qua mala persona,dẽt pungi,& corrigi,& puniri, & ab aliis
eiici,& expelli, alioquin in alas apũ.i.virtutes,& affectus bo
norum perforaret, & corrumperet per malas suggestiones,
& exẽpla,& sic muscas alias sibi similes gñaret,quia alios si-
bi similes faceret per pctm̃.Genuit Adam filium ad imaginẽ
79& similitudinem suam.Ge.4.¶ Apes mellificantes ẽm eundẽ
Auic.interficiunt masculos,qñ sunt sibi nocentes, reges etiã
earum quięeas non bene regunt interficiunt,& quia nimis co
medunt de melle.pugnant ẽt contra apes longas, & eas eii-
ciunt,quia non mellificant,sed comedunt, & per talem eie-
ctionem melioratur mel,& augetur. Sic pro certo boni sub
diti,qui mel deuotionis,& grĩæ,mel etiam temporalis susten
tationis conficiunt,& ad hoc per se,& alijs laborant,interfi-
ciunt masculos nocentes.i.prauos, & peruersos, & eis in via
morum obsistentes,sicut sunt hæretici, & principes pctõres.
vtile est.n.tales occidere,quia ẽm Senecam,Genus clemẽtię
est malos cito occidere. Reges aũt suos.s. malos prælatos,q
eos malè regunt,debent impugnare, eos deponẽdo,& apes
longas.i.carnales,& ociosos, qui non faciunt nisi comedere
labores aliorum,nec laborare curant,debent à se expellere,
& fugare,quia qui non laborat non manducet 2. ad Thess.3.
Nam per eorum expulsionem de cõuentu vel collegio,me-
lioratur mel.i.tpalis,& spũalis prosperitas aliorum. Eiice eã
80& claude ostium post eam 2.Reg.13. ¶ Est quoddam genus
apum qđ dẽ labion,quod interficit apes mellificantes,& ea-
rum domos destruit,odit.n.eas,quia sunt vigiles,& bonæ cu
stodiæ.Sic verè in ecclesia Dei sunt peruersi canonici vel re-
ligiosi,qui odiunt mellificantes.i.bonas personas,& maximè
prælatos suos,eo ꝙ sunt vigiles super gregẽ dñicum,& bo-
næ custodiæ,quia.s.ipsos custodiunt ne delinquant,per cor-
rectiones,& documẽta.Amos 5.Oderunt in porta corripiẽ-
tem.& ideo eos occidunt per infamias,si possunt, & eorum
domos destruunt.i.dignitates,& officia,inquantum nitũtur
eos deponere,quia non amat pestilens eum, qui se corripit.
Prou.15. Mali.n.vt cõiter nõ diligũt bonos nec subditos nec
prælatos,imo eos persequuntur,& odiunt,& eorũ spũalẽ vi
giliam per detractionẽ destituunt,& contemnunt. Vñ Prou.
81 29.Detestantur impij eos qui in recta sunt via. Labion est q̃-
dam apes,sic dicta,quę intrat alnearia ad comedendũ mella,
& qñ ibi intrat,ita auidè se infigit in mel,vt deuoret, ꝙ non
põt exire,imo ibi inuenitur,& à veris apib. enecatur,Sic ve-
rè in aluecari huius mundi sunt cupidi,& auari,qui tanto ar-
dore appetunt mel.i.mundi diuitias,delicias, & honores,ꝙ
ibi taliter se infigunt per desiderium,& affectum,ꝙ non pñt
exire nec eas dimittere per contemptum,imo ibi infixi toto
vitæ suę tpe per malas cõsuetudines perseuerãt,ita ꝙ in mor
te inueniuntur ab apibus veris.i.à Deo,& sanctis angelis, &
per mortis æternæ supplicium occiduntur.Num.35.Statim
ꝙ apprehenderit eum interficiet.¶ Quilibet rex apum habet
82vnam cateruam, & illa caterua non vult habere alium nisi il
lum quem primo eligit,imo si alius vult esse rex illius cater-
uę,contra eum pugnant,& eum occidunt,& nec eum admit
tunt ẽm Auic.Sic verè est in ecclesia Dei quia quilibet pręla
tus habet suam cateruam,s.subditos,& quilibet abbas mona
chos suos,& iõ pro certo illi qui primo elegerunt vnum re-
gem.i.vnum prælatum, statum vel religionẽ, debent eo esse
contenti toto tpe vitæ suæ, nec debent currere ad regẽ aliũ
.i.ad alium statum vel ordinẽ declinare,Sufficiat tibi lac ca-
prarum in cibos tuos Proue.27.Vel pone si vis ꝙ scholares
vel subditi, ex quo primo eligunt vnum bonum magistrum
vel prælatum,non debent illum immutare,& tanquam insta
biles de vno ad alium se transferre,quia ẽm Senecam., Non
conualescit planta quæ sæpe trãsfertur. Vel pone,ꝙ rex quẽ
primo eligimus in baptismo est Christus qui est rex,& prin-
ceps cateruæ christianæ, & ideo pro certo non debemus eũ
dimittere per pctm̃,nec alij regi.s.diabolo ( qui est rex super
oẽs filios superbiæ.Iob 41)nos vnire,imo si super nos regna
re voluerit,& nos potestati suæ per vitia subiugare, debem᷒
contra eum pugnare,suis tentationib.fortiter resistendo,&
eum occidere,i.occisum vel mortuũ dicere,vel putare Resi
stite ergo diabolo,& fugiet a vobis Iac.4.Figura de Roboã,
& Ieroboã,sicut habes supra.¶ Qñ apes volunt volare si fue
rint paucæ,expectant societatem alterius examinis,vt sic se- 83
curius pariter proficiscantur. Sic verè nos qui habemus de
hoc mundo volare ad patrem, debemus bonam societatem
perquirere,& eidem nos adiungere,& vnire,vt sic alter alte
rius auxilio per vitæ huius pericula securius transeamus.qs
frater qui adiuuatur à fratre,tanquam ciuitas firma Prou.18.
¶ Nulla creatura est ardentior ad vindictam,q̃ sint apes.Vn- 84
de sepes magnas prosternit sui exercitus magnitudo,qñ ad
iracundiam concitantur, qñ s.contra diripientes mella resi-
stere compelluntur.Sic verè boni prælati,& subditi, qui per
zelum iustitiæ ad iracundiam concitantur,contra inuadan-
tes iniustè iura,& possessiones suas, & ecclesiarum suarũ de
bent esse iracundissimi,& rigidissimi,vt ea.s.à cunctis inuaso
rib.tueantur,& sepes etiã fortes.i.mundi principes,& poten
tes dñt prosternere,& corrigere exercitus apum,hoc est di-
ctu prælati ecclesiæ,& collegia cõstituta.Pugnemus pro ani
bus nr̃is,& pro sanctis nr̃is.1.Mac.3. ¶ Apes iuuenes,& vir
gines melius operantur mel q̃ senes,& melius mel faciũt, & 85
non tñ nocet earum percussio sicut senum.Sic verè charissi-
mi,mel ꝙ fit in iuuentute.i.bona opera meliora sunt, & ma-
gis Deo accepta, q̃ illud ꝙ fit in senectute,& maximè si apes
hmõi sint virgines.i.seruãt pudicitiam corporalem.Iuuenes
etiam non debet,ita pungere vel percutere,sicut senes.i.cor
rigere,vel arguere.Seniorem ne increpaueris 1.ad Ti.5.Ictus
etiam eorum non tñ lædit.s.verbum,& increpatio,audien-
tes per compunctionem,sicut ictus & correctio senum,quia
senum auctoritas sermonib.dat valorem,quia q̃ pulchrũ est
seniorib.iudicium.Ecc.25.Vel dic ꝙ percussio vel iniuria fa
cta,pctm̃ etiam vel delictum factum à iuuentb.non tñ debet
nos lædere,nec ita grauis dẽt reputari, non etiam ita offen-
dit Deum sicut senem,qui.s.maiori maturitate,& prudentia
debent vti.ideo dicebat Dauid, Delicta iuuentutis meæ,&
ignorantias meas ne memineris. ¶ Mellificãt etiam apes ẽm 86
Auic.in vere,& in autumno.Illud tñ mel quod fit in verè,me
lius est propter florum puritatẽ,& nouitatem. Sic verè cha-
rissimi in vere.i.in tempore iuuentutis, quod est principium
anni.i.vitæ nostræ,& in autumno.i.in fine vitæ,s.in senectute
debet quilibet mellificare bona opera,& virtutes,& mel de
uotionis,& gratiæ,mel etiam lectionis, & scientiæ procura-
re.Filia in iuuentute excipe doctrinã,& vsque ad canos inue
nies eam Eccl.6.& Eccl.11.Mane semina semen tuum,& ve-
spere non cesset manus tua.Mel tñ factũ in vere.i.bona ope-
ra facta in iuuentute,melius placent Deo,& meliora sunt,&
hoc quia flores.i.ipsi iuuenes sunt magis puri per innocẽtiã,
sunt magis noui per gratiæ pulchritudinem,& decorem,qa
non sunt antiquati dierum malorum.Ideo Cantic.7.Omnia
poma mea seruaui tibi noua,& vetera. ¶Item sicut dicit idẽ 87
Auicenna,apes potant,sed tantum aquam claram,nec bibũt
aquam vbi proiecerunt fęces suas.Sic pro certo christiani,&
maximè religiosi,debẽt bibere, addiscere.s.& haurire aquã
claram,hoc est dictu,scientiam theologicam,vbi est claritas
veritatis sine turbulentia, falsitas autem aquam turbidam.i.
ipsas scientias seculares,vbi oĩa sunt confusa, & obscura, &
cautelarum velamine obumbrata,nõ debent bibere vel au-
dire.Ideo Hiere.2. Quid tibi vis super viam Aegypti,vt bi-
bas aquam turbulam? Aquam etiam vbi proiecerunt fęces,
hoc est dictu mundi delicias,& carnalitates,& huius mundi
prosperitatem,in quibus proiecerunt fœces suas.i.vbi com-
miserunt pctã diuersa,& vitia dum essent in mũdo, vel quas
contempserunt,& coinquinatas ostenderunt non debent ite
rum bibere vel gustare.Num.20. Non bibemus de cisternis
tuis.¶Item idem ibidem dicit,& etiam Pli.li.11.c.30.ꝙ apes 88
diligunt harmoniam,sonitum atque plausum.Vnde qñ sunt
extra alueare,ad vocem tinnitus & sonitus reuocantur. Sic
vere boni diligunt sonitum prædicationis, tinnitum erudi-
tionis & motionis,cantum laudis diuinæ,& gratiarum actio
nis,& ideo si de alueari suo.i. de statu gratiæ recesserunt per
peccatum, tunc ad sonitum prædicationis, & instructionis
ibidem iterum reuocantur, & iterum per poenitentiam re-
uertun-

nertuntur. 2. Reg. 2. Ioab cecinit buccina. & etiam. 1. ad Cor.
15. Clangent. n. tuba. & mortui resurgēt incorrupti. Hęc Aui
cenna, qui in multis alijs concordat cū Aristotele, Plinio, &
Ambrosio, quorum dicta superius sunt expressa. Vel dic con
tra hypocritas, qui plausum iactantiæ, & laudis vanæ diligūt
& in loco vbi laudātur, libenter remanent atque sistunt. Vn-
de uersus Delectant castas etiam pręconia formæ.

## *De Aranea.* *Cap. 9.*

1 ARanea sm Isidorum lib. 12. vermis est ab aeris nutri-
mento dicta, quæ exiguo tempore longa fila deducit
& semper telæ intenta, nunq̄ cessat a laboreq̄, perpe-
tuumq; sustinet in suo opere dispendium, quia quod
multo tempore conficit, modico uento vel stilla rūpitur, &
sic labor eius cassus efficitur, & inanis. Tales sunt seculum di
ligentes, diuites. i. mundani, quia nunq̄ quiescunt ab angustia
vel labore, vt patet generaliter in oibus statib. Esa. 57. In mul
titudine viæ tuæ laborasti, non dixisti, quiescam. Et licet modi
co tempore faciant telam magnam, hoc est dictu, acquirant
multas diuitias, & possessiones, tñ modico vento tribulatio
nis totū eis subripitur, quicq̄d habent, vt patet in morte, vel
ēt nōto. i. ab ipsis raptoribus, & mūdi principibus quicq̄d de
diuitijs aggregauerant, eis subito aufertur, vt patet de cupi-
dis, & mercatoribus, quia principibus, & balliuis spoliantur,
& sic efficitur cassus labor suus Sap. 3. Labores eorū sine fru-
ctu. Esa. 59. Telas araneæ texuerunt. ¶ Aranea teste Auic. mul
2 tos habet pedes, impares semper, & inæquales. qđ necessariū
est ei propter multiplices eius operationes, quia cum quibus
dam fila nectit, cum altjs ipsa subtiliat, & prolōgat, cum aliis
rapit, & qñ vult, in telę superficie immobiliter se suspendit. In
per omnia animalia annulosa viget in ea sensus tactus, q̄a sta
tim sentit, quando musca aliqua in tela sua fuerit inuoluta, q̄
statim aggreditur, ipsam inuoluēs fortius ne euadat, deinde
humiditatem eius bibit, interiora eius euacuat ab humore, &
sic eam interficit, & occidit. ¶ Ipsam aūt primo inuadit a parte
capitis, vt dicit idem. Ista aranea est vsurarius, vel causidicus,
vel auarus. Fila sua, & laquei sui sunt cautelæ, fallaciæ, & con
tractus. Pedes eius, qui corpus sequuntur, & ipsum portant,
sunt praua familia, filij, famuli, & vxores. Muscæ autem quas
capit, sunt circumiacētes pauperes, & egeni. Aranea ergo ha
bet multos pedes; quia tales cupidi habent multos submi-
nistrantes, vxorem, filios, proxenetas, quibus mediantibus
telam cautelarum conficiunt, & connectunt: & ad actus suos
vndique se deferunt. Constat enim; quod vxor eos inci-
tat acquirere, famuli contractus perquirunt, & ad dominos
suos pauperes adducunt, & sic sibi subseruiunt vniuersi. Pro
uer. 1. Pedes eorum ad malum currunt. Item isti habent opti
mum sensum tactus, hoc est dictu, optimam sapientiā de ter
renis, quæ sunt tangibilia, & visibilia, dicunt. n illud Gen. 27.
Accede ad me fili, vt tangam te. Et ideo quando muscæ. i. qñ
pauperes capti sunt, & inuoluti in tela sua. i. suis falsis contra
ctibus, & cautelis, optime sentiunt, quia optime vident mo-
dum, & ideo statim ipsos inuadunt per citationes, & exactio
nes, & tunc eos ne euadant, fortius inuoluunt. Ipsi. n. confide
rant tempus caristiæ, vbi pauperes non possunt reddere, qđ
debent, & tunc ipsos molestant, & infestant. Et quia miseri,
non possunt reddere, ideo per nouos contractus inuolui for
tius se permittunt Irretiuit eum multis sermonib. Prouer. 7.
& Iob. 18. Immisit in rete pedem suum, tenebitur planta eī
laqueo. Et tunc quando vident, q̄ bene sunt ligati, & inuolu
ti per litteras, & contractus, & q̄ nullo mō possunt euadere
manus suas, occidunt eos, quia vitam suam. i. possessionem tē
poralem de qua viuebant, eis auferunt, & humiditatem suā
. i. bona sua temporalia sibi sugunt, & sic ipsos dimittunt va-
cuos & inanes. Eze. 32. Extendam super te rete meum. &c. &
Iosue. 10. Non reliquit in eo vllas reliquias, sed vniuersa vsq;
ad consumptionem deuastauit. Et de talium muscarū vena-
sione viuunt. Vel araneæ sunt principes, & prælati, qui habēt
multos pedes. i. multos officiales, & ballinos diuersos, & im
pares quantum ad officia sibi data, quibus mediantibus mu
scas. i. pauperes occidunt, & eorum substāriam totam, & hu-
miditatem bibunt. Deutero. 32. Occisorum sanguinem bibe
tis. Vel aranea est diabolus, pedes sui diuersi multa sunt ge-
nera, & diuersa tentationum, tela sua est peccatum, quæ ex
multis filis. i. ex multis conditionibus aggregatur, s. sugge-
stione, cogitatione, consensu, operatione, complacentia, con
suetudine, obstinatione, defensione, gloriatione, desperatio-
ne, & tunc sugit diabolus humorem gratiæ, & deuotionis, &
sic homo moritur in ęternum. Et iō dicitur beelzebub. i. deus
muscarum. Ipsam autem muscam peccatorem a parte capi
tis. i. quantum ad fidem, quæ caput est animæ, summè nititur
infestare. Figura de ancilla, quæ percussit Abimelech in ca- 3
pite. Iudicum. 9. ¶ Teste Arist. Aranea sugit humiditatem mu
scarum, & ibi delectatur, sicut apes sugendo mella. Muscæ
sunt demones, deliciæ mundi sunt humiditas sua, in quibus,
delectantur araneæ. i. peccatores, & mali. Sicut igitur apes. i.
boni sugendo mel. i. deuotionis dulcedinem gustando dele-
ctantur, sicut araneæ, id est peccatores in humore muscarū,
id est in deliciis carnalibus, & bonis temporalibus consolan
tur. Iob. 24. Dulcedo illius vermes. ¶ Dicit Arist. q̄ inter ara
neas ē diuersitas sexus, & est fęmina maioris corporis q̄ ma- 4
sculus, pedes habet longiores, & flexibiliores, & mobiliores,
& habiliores ad texturam telam facit pro muscis capiendis,
quarum humiditatem sugit, & eas vacuas derelinquit, & re-
siduum eiicit, & expellit, reuertens alibi vt venetur. Sic recte
in genere hominum fęminæ sunt maioris corporis. i. maioris
cupiditatis, & voluptatis, q̄ masculi, pedes etiā. i. affectus ha-
bent longiores, quia plura, & maiora desiderant, & affectāt,
& ideo sunt habiles ad texturam. i. ad telam cautelarum, &
malitiæ perpetrandam, & ad muscas. i ad luxuriosos capien-
dos, & inuolēdos, & attrahendos, ut sic sua humiditate. i. sua
temporali substantia satientur, quia sicut videmus, luxurio-
sos inuolutos vacuant bonis suis, & ipsos interficiunt per fa
mæ, gratiæ & scientiæ detrimentum. Habent etiam flexibilio
res pedes, & molliores. i. affectus, quia affectus, & voluntas,
mulieris de facili flectitur ad peccatum, & ad vana, & vaga
desideria mobiliter circunfertur. Ideo Proue. 7. de mala mu
liere dicitur, Garrula & vaga, quietis impatiens. Et prouer. 5.
Vagi sunt gressus eius, & inuestigabiles. ¶ Secundum Arist.
lib. 5. c. 7. Aranea fæmina attrahit masculum per fila telæ suæ,
& masculus fœminam, & non cessabit attractio donec inui- 5
cem coniungantur, & carnaliter copulenī. Qđ maxime acci
dit in fine veris, & principio æstatis, & qñq; in fine autumni,
& in principio hyemis, & tunc maxime sunt nociuæ, & carū
puncturæ venenosæ. Sic vere luxuriosi, et luxuriosæ attrahūt
seinuicem per telas suas. i. per mutuas sollicitationes, et ver-
ba, ad cōiunctionem et copulam carnalem. Qđ maxime ac-
cidit in uere, et æstate, hoc est dictu, in tempore infantiæ, et
iuuentutis, quia tūc libidinis desiderium fortius inardescit.
Accidit etiam aliquādo in hyeme vel in autumno, quæ sunt
finis anni, hoc ē dictu, in tempore senectutis, quia multi sunt
qui etiam tempore senectutis nolunt dimittere actus illos, et
ideo tunc temporis sunt araneæ magis venenosæ, quia vere
pctm̄ luxuriæ magis nocet, et spiritualiter, et temporaliter in
tempore senectutis. deus. n. summè odit senem fatuum, et in
sensatum. i. luxuriosum, diuitem mendacē, pauperem super-
bum. Eccl. 25. ¶ Scđm Arist. li. 9 c. 39. Diuersa sunt genera ara 6
nearum, quia quædam sunt paruæ, & masculis resperſæ, aliæ
aūt sunt magnæ, et nigræ, sed primæ magis sunt acutæ, quam
aliæ quæ sunt magnæ, et nigræ cum pedibus longis, quia ta-
les vt cōiter sunt minoris motus, nisi quando coitu stimulan
tur. Sic uere in genere vsurariorum, et ballinorum, qui sunt
parui. i. pauperes, et ex humili plebe nati, sunt velociores per
sollicitudinem, et acutiores per rapinam, q̄ illi qui sunt ma-
iores ad diuitias, et ad generis dignitatem. ¶ Aranea nigra 7
circa terram laqueos suos facit, vbi cum aliquam muscā cœ-
perit, ipsam defert, et reponit ad locum suum, et ibi sugit hu
miditatem vnde viuit, et consumpta tota muscæ humiditate
eam expellit, et iterum reuertitur ad venādum. Talis est mu
lier mala: quia cum aliquem infra laqueos suos inuoluerit, su
git quicquid potest attrahere de humiditate temporalis sub
stantiæ, et cum uidet q̄ musca non habet amplius de humo-
re diuitiarum, statim pro certo dimittit eā, et de eo amplius
nihil curat. Figura de Dalila, quæ postquam totondit Sanso
nem, qui supra genua dormierat, et postq̄ fortitudo recessit
expulit eum; et tradidit philisteis. Dalila interpretatur situla
quæ tandiu uertit faciem ad aquam; quandiu hauriat; et im-
pleatur; et tunc vertit ei dorsum; et significat malam mulie-
rem, quæ primo faciem id est fauorem; et fictum amorem; et
apparentiam uertit ad hominem; ut impleatur uenter eius
diuitiis atque lucris; quod cum factum fuerit; nihil amplius
de eo curat; immo uertit ei dorsum, et non faciem. Dum igit

Sanson

Sanson.i.aliqs homo dormit,& delectatur super genua Da-
lilæ.i. in carnali amore alicuius malæ mulieris, ipsa p certo
statim conuertitur ad tondendũ, & vellus diuitiarum ab eo
exuendum. Sed pro certo statim, q istud vellus.i.tua tempo
ralis substantia fuerit auulsa, statimq; hõ fortitudinem pro-
speritatis amiserit, & venerit ad infortunium paupertatis ip
sum procul dubio derelinquit. Vñ Iudith. 1. Remiserunt eoa
vacuos,& sine honore abiecerunt. Tales aũt luxuriosi a phi
listeis.i.a demonibus capiuntur,per ignorantiam excæcatur,
per malas consuetudines alligantur, tandem vna cum eis in
tẽplo inferni occiduntur,& extinguuntur. Vel dic, q aranea
est diabolus,qui in laqueis suggestionum, delectationum &
tentationum,& in amore mundanæ prosperitatis ligat,& in
uoluit muscam.i.peccatorem, ipsumque per cõplacẽtias for
tius,& fortius quotidie semper stringit,& eum viderit, q ita
est ligatus,inclinatus & deditus mundo,& mundanis, q non
contendit resilire, tunc diabolus paulatim fugit, euacuat &
euellit ab ista musca quicquid habet de humore i.de dei gra
tia,& de deuotione,& cõpassione. Et cũ bene p diuersa pctã
fuerit vacuatus,tũc ipsum aranea.i.diabolus, de cauerna sua
.i.de mũdo eiicit,& expellit,per mortẽ.i.temporalem. Vnde
de hoc põt dici illud.2. Reg.13. Eijcie eã,& claude ostiũ post
eã. Homo.n.per mortẽ eijcitur,& post ipsum ostiũ clauditur
qñ sibi redeundi potentia denegatur. Figura de Dalila sicut
supra. Dalila.n.est diabolus, genua eius sunt mundi prosperi
tas,quæ.s.sunt duo,quia.s.mundi prosperitas in duobus con-
sistit.s.in diuitijs,& delicijs. Qñ ergo Sanson.i.hõ dormit,&
quiescit super genua Dalilæ.i.super mundanã prosperitatem
tunc vere Dalila quæ interpretatur situla.i. diabolus,q sem-
per sitit damnationem nostrã,& haurire cupit quicquid ha-
bemus de aqua gratię,& virtutis statim conuertitur ad eum
tondendum,& capillis gratiarum,& virtutũ,vellereq; bonę
conuersationis cauendũ,& spoliandum,quod cum factũ fue
rit,& miserũ peccatorẽ in mundi prosperitatibus bene con-
sopiuerit, & ab oĩbus bonis spiritualibus exuerit,tunc vere
ipsum expellere cõsueuit,& philisteis tradere.i.mundi, & in
ferni tribulationibus, & tormentis, vbi alligatur per æternã
damnationem, & vbi etiã excæcatur per vtriusq; lucis priua
tionẽ. Matthæi 25. Eijce eum in tenebras exteriores. Vel dic
q aranea est vsurarius vel auarus,q cũ laqueis suis.i.cũ mul-
tis inductionibus,& cautelis ligat,& inuoluit muscas.i. pau-
peres & vicinos. Qñ aũt videt eos cõtractib⁹,obligationib.
& pactionibus irretitos,ita q non possunt soluere,nec a suis
laqueis resilire,tunc vere fraudulenta aranea.i. vsurarius so-
let istã muscã.i.pauperẽ inuadere per citationes,mordere &
lædere per diuersas impugnationes, & eos humore tẽpora-
lis substantiæ vacuare per exhæredationes. Et qñ videt eos
vacuos,& inanes,solet eos expellere,& a sua domo societa-
te,& amicitia penitus abdicare, qa reuera tales primo frau-
dulenter pauperes attrahunt, deinde eos in suis contractib⁹
inuoluunt,tandẽ eos exhæredant,post expellũt. Iõ de talibus
dr Eccl.13. Si habueris,cõuiuet tecũ,si aũt nihil habueris,de
relinquet te. Isti ergo sunt figurati in dalila, quæ interpretat
situla,quia sitiunt, & cupiunt diuitias vicinorũ, quia vere il-
los, qui dormiũt sup genua sua.i.illos qui in suis adiutorijs,
& mutuis,& auxilijs confidunt,& qui eis innituntur,ipsi ton
dunt,spoliant,depauperant,& confundunt,eosq; philisteis.i.
balliuis partiuntur,& exactoribus tradũt multoties crucian
dos,de eis amplius nõ curãtes postq̃ eos totõderunt,sed eos
sine spe alicuius iuuaminis expellẽtes. Vel dic q aranea ẽ fal
sus amicus,qui amicũ suũ laqueis adulationũ alligat, vt hu-
morẽ.i.lucrũ tẽporalẽ ab eo attrahat atq; sugat,sed si ipsum
vacuatũ viderit,ipsum p certo q̃ citu derelinqt. Figuratus
in Dalila,q̃ tãdiu Sansonẽ secũ dormire permisit,quousq; ca
pillos sibi radit. sed eũ statim expulit, & dimisit. Diuitiæ.n.
addunt amicos plurimos,a paupere aũt,& hi quos habuerat
recesserũt Prouer.29 ¶ Aranea postq̃ cæpit muscã,ipsam re
ponit,& donec iterũ esuriat seruat,& illud qđ residuũ est, &
nihil valet ad bibẽdum,eiicit de cauerna,& iterum reuertit
ad venandũ. Sic auarus muscas.i.diuitias recolligit pro suæ
auaritiæ fame,& esuriẽ tẽperãda,& illud qđ nihil valet.s.bla
dum vel vinũ corruptũ eijcit,qñ.s.amplius seruari nõ põt, &
ad venationem auaritiæ,vsuræ,fraudis & rapinæ,iterum re-
9 uertitur. ¶ Aranea nõ venatur q̃diu habet muscam qua nu-
triatur. Sic verè nos non debemus esse solliciti de acquisitio
ne temporalium,quæ ad modum muscarũ pungunt, & solli-
citant cor humanum,q̃diu de eis ad victus sufficientiã habe
mus.1.ad Timo.6. Habẽtes alimẽta,& qbus tegamur,his cõ
tẽti sumus.¶ Teste Aristotele lib.9.c.38.qñ tela aranea est ru 10
pta,nõ vacat venationi,donec iterũ reparet.& ipsam summẽ
reparat circa solis ortũ,& occasum. Et ſm Pli.in reparatiõe
huius semp incipit a medio,qa nihil indicat in corpore telæ
eẽ integrũ,q̃diu mediũ nõ est firmũ. Aranea est hñ,tela suaẽ
congeries virtutũ,& morũ,muscæ sunt bona tẽporalia,q̃ in-
festat,& sollicitãt cor humanũ. Si ergo tela tua.i.cõgeries vir
tutũ,& morũ,& velamẽ fuerit aliquo casu diruta p aliquod
pctm mortale, p certo nõ debes vacare venationi muscarũ
.i.acquisitioni bonorũ tẽporaliũ, nisi prius p pœnitẽtiã tela
ista fuerit integrata. Et hæc reparatio maxime hẽt fieri circa
solis ortũ,& occasum,hoc est dictu,p cõsiderationes ort⁹,&
natiuitatis, occasus & mortis ipsius solis iustitiæ Iesu Chri,
qa circa natiuitatẽ,& mortẽ Chri inuenies doctrinã, & exẽ
plũ oĩm virtutũ, & ad eorũ regulã reparare poteris telam
tuã. A solis ortu,& occasu,ex syon spẽs decoris eius. Vel etiã
in solis ortu.i.in ipso statu iuuentutis, & ẽt in occasu senecta
tis,qa.s.& iuuentus,& senectus sunt tẽpora bonis operib⁹ op
portuna. ideo dr Eccl.11. Mane semina semen tuũ, & vespe-
re non cesset manus tua. Et in hac reparatione tu debes in-
cipere a medio.i.a corde,& a conscientiæ puritate. qa nihil
põt esse integrũ in moribus vel securũ,nisi cor sit tutũ, & fir 11
mũ per conscientiæ puritatem, & p constantiæ firmitatẽ. iõ
Oĩ custodia serua cor tuũ,qm ab ipso vita procedit. Prouer.
4.¶ Scdm Arist. fœmina Aranea parit,& venatur, & mascu-
lus iuuat eã. Sic est de vsurarijs,& auaris,qa pro certo fœmi
næ vacat venationi.i.vsuræ & lucro,sicut & ipsi,& mares ea-
rum, ipsas adiuuant ad lucrandũ, quia sicut videmus ad ocu
lum,fœminæ auarorum magis sunt ardentes,& cupidæ, quã
auari,quia breuis oĩs malitia super malitiam mulieris. Eccl. 12
25.¶ Scdm Arist. Aranea qñ vult capere muscas,abscondit se
in foramine,vel sub tela,ne ẽ bestiolis videatur. Sic verẽ vsu
rarij abscondunt se sub tela sua,hoc est dictu,sub pallio cau-
telarum suarum,quia contractus suos palliant aliquo bono,
vtpote mutuo vel vendito &c. Et hoc faciunt ne videatur.i.
ne eorũ malitia cognoscatur Dicunt.n. Non me videbit ocu
lus. Iob 24. Nam sub spẽ mutui vsuras contrahũt, & rapinas.
Figura Gen.38. de Thamar,quæ volens decipere Iudam,in-
uoluit se pallio,& cum ab eo persequeretur, ostendit sibi ar
rabonẽ quẽ ceperat,& liberata est. Sic qñ vsurarij velũt eua
dere persequutionẽ iudæ.i. iudicũ & principũ,& prælatorũ,
inuoluunt se pallio cautelarum, & ostendunt arrabonem.i.
chartas et litteras simulatas, et fictas, et sic liberantur, ita q 13
iudas,i.prælatus compellitur dicere. Iustior me es. Iõ eis po-
test dici illud.3.Reg.14. Commuta habitum,ne cognoscaris.
¶ Paruulæ araneæ statim, q natæ sunt,incipiunt telas facere,
et venationi vacare, et ac si in materno vtero essent edoctæ,
statim incipiunt facere instrumenta competentia prędæ suæ.
Sic p certo filii vsurariorum statim, q possunt ire, ab eis ia
formantur,et docentur ad telas cautelarum faciendas, et ad
venationem vsuræ iam exercendã. Et ideo sicut videmus sta
tim, q possunt loqui,incipiunt vsurare, et ad parentum offi
cia se donare,et talem cautelam ordiri,vt muscas capiant,et
diuitias,et vt fraudes exerceant,et vsuras. Istud enim est re-
gulare, q in omni statu parentes volunt filios ad propria ope
ra erudire,et informare,vt patet de mercatoribus, et causi-
dicis,et operarijs vniuersis. Ideo Hierem 7. Patres colligũt
ligna,filij succendunt ignem, mulieres conspergunt adipem
ad faciendum placentas regina cæli. Quia breuiter inter vsu
rarios, et pater, et mater, et filij ibidem aliquid operantur.
¶ Est quædam species aranearum quæ venatur paruũ lacer- 14
tum, quia filis suis circumligatos, et tunc saliat super ipsum
et ipsum inficit, et occidit. Ista autem dicit Plin. non solum
de lacerto,imo etiam de serpente,lib.10 c.74. circa finem La
certulus est pauper homo et simplex, aranea est causidicus,
qui filijs suis,i.fallacijs et cautelis ita circumligat os et verba
pauperis, quòd non potest aliquid dicere quin capiatur, et
ita claudit ei os; quod non audet nec potest suis fallacijs re-
spondere;et sic eum interficit;temporalem substantiam sub-
trahendo. Irretiuit eum suis sermonibus etc. Prouerb.7. Ce-
perunt conculcare os eius etc. Luc. 11. Vel pone quomodo
vsurarij,& causidici ligant alios per os.i.per verba & obliga
tiones;deinde inuadunt per citationes; et occidunt per ex- 15
actiones.¶ Item dicit Aristote. quòd aranea aliqñ inuenitur
in exa-

in examine apum, quæ corrumpit mel, & fugit liquorem, &
facit texturam circa fauos, & corrumpit eos. Sic verè in exa
mine bonorum virorum, clericorum & religiosorum, aliqñ
est aranea.i.aliquis malus ambitiosus, & cupidus, qui a con-
uentu suo fugit, & attrahit sibi mel temporalis beneficij, &
subuentionis, & circa fauos.i.circa ipsos bonos viros (qui ce
ram cōpassionis melq; deuotionis cōtinent) facit, & inducit
telam auaritiæ, fraudis & deceptionis, & sic per eius exem-
plum alij corrumpuntur. Per araneam.n.corrumpitur apis,
qñ per societatem malæ personæ corrūpitur bona, quia qui
26 tetigerit picē, inquinabitur ab ea. Eccle 13. Ideo numeri. 19.
Quicquid tetigerit immundus, immūdum faciet. ¶ Sicut di-
cit Pli. & Auic. Tria sunt genera aranearū. quoddā dictū pha
langiū, cuius corpus exiguū, varium & velox, noxiū habens
morsum, aliud qđ nigri est corporis, cruris longioris, cauer
nas sibi texens & faciens circa terrā, aliud quod in altis locis
mirabiles facit telas. Sic rectè tria genera sunt malorum. Pri
mi sunt mali ballini, qui dicuntur parui corporis per prima-
riam paupertatem, vel per fictā humilitatem, varij sunt per
cautelas, & falsitatem, veloces sunt per irā, & asperitatē. No-
xij morsus per rapinam, & crudelitatē. ideo Eccl. 13. Nequis
sima paupertas in ore impij. Aliæ araneæ sunt mali agricolæ
vel mercatores, qui circa terrā.i. circa terrę culturam exer-
cent vires suas, & ibi suas faciunt mansiones, & isti sunt ma-
gni corporis per temporalium quantitatē, coloris nigri per
laborem, & asperitatem, cruris longioris per malorum affe-
ctuum pluralitatē, quia crura.i.affectiones habent ita lōgas,
ꝙ vellent oia bona diuitum, si tñ eis impune dederet, furasse.
Desideria occidunt pigrum. Prouer. 21. Aliæ autem superio-
res sunt prælati, & principes, qui in altis locis eminentiarum
dignitatū, & honorum domos, & habitacula sibi parāt. ideo
dr Iob. 34. In altis manet. & psa Ascendunt.n. vsq; ad cœlos,
17 & descendunt vsq; ad abyssum. ¶ Sicut dicit Pli. & ad sensum
patet, quod admirandum est, nunq̄ pōt corpus araneæ tantū
vacuari, quin semper sufficientem materia habeat ad telam
exterius ordinandam. Vnde quanto exterius crescit tela, tan
to interius crescit eius materia venenosa. Sic ꝑ certo in cor
de auarorū nunq̄ deficit cupiditas, quæ rectè est quasi funda
mentum, origo, materia & causa exterioris auaritiæ, & exte-
rioris substantiæ temporalis. Vnde quanto magis crescit te-
la sua.i.temporalis possessio, tanto interior materia.i. ardor
habendi, & cupiditas magis crescit, quia sc͠dm ligna siluæ, sic
18 exardescet ignis. Eccl. 29. Vel expone de elemosyna, sicut in
fra. lib. 11. de enidro. ¶ Aranea teste. Pli. miro modo, & æquis
simo fila nectit, & ipsa inuicem ordinat, & componit, & a cē
tro pari distantia ista colligat, & coniungit. Sic rectè hæreti-
ci miro modo fila sua.i.argumenta falsa colligant, & ipsa cir
ca centrum.i.circa deum collocant ordinate, vt eis facilius
simplicibus credatur. Videtur.n. verba sua esse defensiua ve
ritatis, cum tñ sint ipsius destructiua. 1. Mach. 6. Ibant cautè,
& ordinatè. Et sicut fila araneæ ita sunt subtilia, ꝙ vix possūt
19 videri, sic argumenta talium, ꝙ vix possunt solui. ¶ Fila telæ
araneæ quanto magis centro vel medio coniunguntur, tan-
to arctius constringuntur, & quanto magis extremo appro-
pinquant, tanto vnum ab alio remotius elongatur. Charissi-
mi medium, & centrum est deus, qui ad modum centri ē im
mobilis, quia teste Boethio, Stans immobilis, dat cuncta mo
ueri. Extremum seu circunferentia sunt creaturæ, quæ mo-
uentur circulariter & procedunt. Aranea est adam, fila eius
sunt hoies, qui quanto sunt propinquiores medio, hoc est di
ctu, ipsi Deo & Christo per gratiam, & charitatem, tanto in
uicem magis stringuntur per cōcordiā, & vnitatē. Sed quan
to circunferentiæ, hoc est dictu, rebus mundi & creaturis,
magis sunt ꝓpinqui per auaritiam, & cupiditatem, tanto ab
inuicem plus sunt elongati per discordiam, & partialitatē.
Istud patet in istis diuitibus, qui per lites, & iurgia ab vnita-
te concordiæ separantur. Figura Gen. 13. vbi propter tempo
ralem possessionē Loth & Abraam sunt diuisi. Et Gene. 26.
Isaac & Abimelech. Gen. 36. Iacob & Esau. ideo dr Gen. 13.
Erat possessio eorum nimia, et nequibāt habitare cōiter. De
bonis autem potest dici illud Iob. 41. Vna vni coniungitur
20 &c. ¶ Secundum Plin. inter araneas sunt auguria, quia s͠m ꝙ
tempus est futurum, altius vel submissius componunt, & cō
ficiunt telas suas. Si.n. tempus serenum expectant, alte faciūt
telas suas, si aūt tempus sit turbidum affuturum, tunc inferi⁹
faciunt telas suas, & quando plures araneæ in simul conue-
niunt, signum est, ꝙ annus erit pluuiosus. Araneæ sunt adula
tores, fila eorum sunt verba sua, & ideo s͠m, ꝙ sperant tēpus
futurum.i. s͠m, ꝙ sperāt satis vel parum impetrare, altius vel
submissius fila sua.i. verba sua adulatoria depromunt vel ex-
tollunt, & qñ plures araneæ.i. adulatores insimul conueniūt,
signum est pluuiæ.i. temporalis prosperitatis, quia adulato-
res nunq̄ inueniunt, nisi q̄tum durat tempus ꝓsperitatis, qa
multi colunt personam potentis. Prouer. 19. Vbicunq; fuerit
cadauer, statim adest. Iob. 39. Istud patet de histrionibus,
quorum congregatio significat conuiuia seu festa, & qui s͠m
ꝙ plus vel minus lucrari sperant, extollunt vel diminuūt cā-
tus suos. Vel dic, ꝙ illæ araneæ.i. illi hoies, qui serenitatē æter
næ prosperitatis expectant, & sperant, sursum, s. in cęlo ædifi-
cant, & laborant. ad Philip. 3. Nostra conuersatio in cęlis est.
Illi autem qui inferius in mundanis circa terrā operari, & lu
crari non cessant est, ꝙ tempus turbulentū æternæ aduersita
tis eos finaliter subsequetur. Ideo de istis duobus generibus
hoium dr Deut. 28. Ipse ascendet super te, & erit superior, tu
aūt descendes, & eris inferior. ¶ Sc͠dm Pli. li. 17. c. 24. qñ circa
flores arborū tenellos faciunt araneæ fila sua, aliquotiēs cor
rumpuntur. Sic qñ circa flores.i. iuuenes tenellos componūt
araneæ.i. peruersi hoies fila sua.i. opera & verba, & exempla
eos mouendo, & ad malum informando, & maxime hęretici
de facili tales iuuenes corrūpūtur per hæresim, & errorē, qa
corrūpunt bonos mores colloquia praua. 1. ad Cori. 15. Per-
sonæ et luxuriosę cū laqueis verborū suorū alias personas iu
uenes per luxuria inficiūt, & corrūpunt, vt patet in istis ara-
neis.i. in vetulis veneno sis. Lingua.n. tertia multos cōmouit,
& vtilis potius infernus q̄ illa. Eccl. 28. ¶ Sicut dicit Pli. Mor 22
sus Phalangij est mortiferus, & venenosus, sed contra eū va-
let succus plataginis, & iō lacertæ, & botraces, & alij vermes
morsus araneæ formidāres, succo plantaginis se tuentur. vt
dicit Pli. Diosco. & Auicen. Phalāgus iste est diabolus, cuius
morsus.i. tentatio est aiæ venenosus, & iō succo plātaginis fri
gido, & amaro.i. amaritudine pniæ, & frigore diuini timoris
debet q̄libet se munire cōtra morsum hmōi venenosum. Ec-
cle. 18. Añ lāguorē adhibe medicinā. ¶ Sc͠dm Pli. & Arist. Te-
la araneæ miro naturæ artificio de araneæ visceribus conte-
xitur, miro & subtilissimo ordine cōponit, more retis confi-
citur, magno labore, & lōgo tēpore perficitur, sed miro mō
faciliter dissipatur, & ab igne vento, vel pluuia subito rūpiē
& cassatur. Talis est tela mundanæ prosperitatis, q̇ ex multis
filis.i. multis rebus cōsistit, s. ex diuitiis ex delicijs, ex eminen
tus, ex scientiis, ex cautelis, ex fallacijs. Hæc.n. oia ad modū
retis, s. paulatim, & successiue laboriosè, & tediosè cōficiunt.
Sed pro certo faciliter talis tela dissipatur, & per subitā mor
tē, & insperatā aduersitatē totus iste labor destruitur, & cas-
setur. Exemplū de diuite Luc. 12. cui lætanti, & in diuitijs cō
fidenti dictum est. Stultè hac nocte repetent aiam tuam à te.
Vel dic ꝙ ista tela significāt humanam vitam, & expone per
oia sicut supra. Iob 8. Aranearū tela fiducia eius. ¶ Licet tela
araneæ à venenosa bestia generetur, ipsa tñ non est veneno-
sa, imo plurimū vtilis medicinæ, quia s͠m Dioscor. si sordib.
& pulueribus fuerit separata, virtutem habet constringentē,
& conglutinantem, & refrigerātē, quia sanguinem restringit
de vulnere fluētem, saniem vulnerum desiccat, & si superpo
sita fuerit, plagæ tumorē sedat, & plagā recentem curat. Sic
verè licet diuitiæ sint ab aliqua bestia venenosa. i. ab aliquo
cupido, & auaro aggregatæ, & acquisitæ, ipsę tñ non sunt ve
nenosæ, si quis eis debite sciat vti, quia s͠m Hieronymū. Non
est in opibus vitium, sed in vsu. Imo si per elemosynas pau-
peribus fuerint erogatæ, & mō debito dispensatæ, tunc sunt
contra diuersorum vitiorū genera medicinæ, quia sanguinē
luxuriæ, saniē gulæ, vulnus inuidiæ, inflaturā superbię tēpera
bunt. Elemosyna.n. ab oi peccato liberat. Thob. 12. iō Eccle.
3. Sicut aqua extinguit ignē ita elemosyna extinguit pctm̄.
Vel pone, ꝙ licet sit malus ꝑdicator, tñ doctrina sua, est aiæ
medicina, quia alios saluos faciunt, seipsos autem nō possunt
saluos facere. Luc. 23. Ideo eis pōt dici, Medice cura teipsum
Luc. 14. ¶ Est genus araneæ dictum phalangium s͠m Pli. libr.
29. c. 4. simile formicæ, sed longè maius, caput habet russum 25
corpus nigrum maculis respersum albis, cui⁹ ictus acerbior
est q̄ vesparum, & habitat cōiter circa furnos & molendina.
Tales rectè sunt vsurarij causidici & auari, & cęteri raptores
quia isti licet sint formicis.i. alijs hominibus similes, tamen
ipsis, quantum ad potestatem, & diuitias sunt maiores. Prior

in donis,

in donis,maior in imperio.Gen.49.Isti habent caput.i.intro
itú,& ingressum rufum,i.malitiosum,& fallax. Teste.n.Aris.
in physonomia,color rufus significat malitiam naturalem.In
principio.n.malitiose blandiuntur,sed pro certo corpus eo-
rum.i.processus vitæ suæ est nigrú.i.prauum, & viciosum, a
candore Innocentiæ lóge distans. Apoc.6.Ecce æquus niger
&c.Ná sicut nigredo ex calore inducitur,sic prauitas & tur-
pitudo vitæ suæ ex calore auaritiæ generatur. Habent tñ ali
quas maculas albas,quæ significant aliqua bona, quæ faciút,
vtpote aliquas elemosynas, ne ex toto pessimi reputent. Istº
illorum.i.eorum malitia, & rapina est perniciosior q̃ vespæ,
quia verè aliqñ minus esset dolorosum pauperibus a vespa
percuti,q̃ ab illis crudelibus rapaciter laniari.Et rō est,quia
contra venenum vespæ inuenitur remediú, per eius contra-
rium,sed contra ipsos non inuenitur,& hoc quia isti non ha
bent contrarium in natura,quia p̃lati, & principes ipsos lo-
uent,& vnus alterum sustinet,& sic córra eos nullum reme-
dium inuenitur.Ioab.n.i.princeps,& Abiathar sacerdos.i.p̃
lati erant ex parte Adoniæ.2. Regú.1.i.talium raptorum.Isti
versantur iuxta furnos,& molendina,hoc est dictu,iuxta di-
uites & simplices agricolas ,qui granum in abundantia sibi
seruant.Circa istos.n.moranť, eis applaudendo,vel eos de-
fraudando ,vt acquirant grana, & diuitias sibiipsis. Vel per
molendina,& furnos intelligo curias principum, & magna-
rum,vbi est clamor litium,& tumultus discordiarum,& for
nax oia ligna consumens auaritiæ,& crudelitatis.Figura Dā.
3.vbi dř q́ in Babylonia erat fornax in curia regis Nabucho
donosor, vbi tres pueri missi sunt,qui statuam noluerát ado
rare.Sic verè in curia Nabuchodonosor.i.mali principis,est
fornax crudelitatis,quæ quotidie incenditur , quia quilibet
detractor,& adulator ibi sufflat.Et qñ pueri.i.pauperes, In-
nocentes nolunt adorare statuá,quá erexit Nabuchodono-
sor rex.i.balliuos,officiales & causidicos,indigne a prælatis
& principibus promotos,eis.s.munera largiendo,vel hmói,
proijciuntur in fornacem ignis,& crudelitatis per falsas ac-
cusationes talium balliuorum.ipse.n.Nabuchodonosor ip-
sos præcipit spoliari.Circa hmói ergo fornacem,& molendi
num curiæ principis morantur phalangia.i. impij causidici,
& balliui,vt inueniant victum suum.Hier.46.Super tumultº
Alexandriæ visitabo.¶Phalangium sm Pli.est genus araneç
26 ita venenosum,q́ ictus eius acerbior est,q̃ vespæ.Sed contra
eius morsum remedium est alterum mortuum ostédere sic
percusso,& ad hoc etiam reseruantur cum mortui inueniun
tur.Cortex etiam ipsorum est remedium cótra morsum mu
stellæ,vt dicit.Sic verè mali sunt hodie ita iniqui,malitiosi &
venenosi,q́ pauperes,qui ab eis percutiuntur, prædantur &
exhæredantur,nullum habent remedium nisi,q́ respiciát ali
quem alium eiusdem spéi mortuum,quia verè qñ considera
mus mortem aliorum malorum causidicorum,& balliuorú
raptorum & iniquorum qui prædecesserunt ( quia vt cóiter
malè , & pessimè moriuntur ) est nobis remedium aliquale,
quia sic cogitamus,q́ deus nos vindicabit de ipsis,sicut de il
lis, & q́ sicut illi mortui non dimidiauerút dies suos, sic nec
isti.Mors.n.peccatorum pessima.Ideo videbunt iusti,& time
bunt,& super eum ridebút &c.Et ideo tales araneæ mortuę
reseruantur , inquantum mortes talium aliqñ in scriptis po-
nuntur,vt sic ad consolationem,& remedium afflictorum eis
in tribulationibus positis ostendantur, narrentur pariter, &
dicantur.Lætabitur iustus cum viderit vindictá. Cortex etiá
talium.i.memoria malæ mortis suæ,contra morsum mustel-
lę.i.contra tentationes diaboli solet esse remedium,& iuua-
men,quia in quantú iudicium Dei,& vinuicta respicit, mor
sus diaboli declinať.ideo Eccl.38. Memor esto iudicij. &c.
27 ¶ Est aliud genus araneæ lanuginosum,ex cuius morsu acci-
dit caligo, & vomitus,& genuum defectus. Sic ex morsu,&
tentatione diaboli accidit caligo ignorantiæ,defectus incó-
stantiæ,vomitus displicentiæ,qñ.s.bona spiritualia sibi displi
cent,& ipsa reijcit.& abhorret.Psal. Omnem escam abomi-
nata est aia eorum.¶ Est aliud genus dictum formicaleó vel
28 myrmecion sm Plini. Formicæ similis capite, habet aluum
& corpus nigrum,distinctum maculis,cuius morsus vt vespa
rum torquet.& dicitur formicaleon,quia formicas venatur
vt leo,& ipsas rapit,& earum sugit humiditatem,& inde vi-
uit,sed a passerib⁹ & alijs auiculis postmodum rapitur, & ab
eis deuoratur.Et sicut dicitur in lib.de natura rerum.Iste dú
est paruus,cum alijs formicis viuit,& benignitatem simulat,
cum autem creuerit,ipsarum consortia fugit,& declinat. Et
quia nihil in ęstate congregat,aliarú grana deuastat.Isti sunt
mali prælati,& hypocritæ,qui in capite.i.in principio sunt albi
.i.boni,Innocentes & casti, sed in corpore.i.in progressu vi-
tæ efficiuntur nigri.i.praui,insolentes & auari,maculis distin
cti.i. fallaciis,& cautelis variati.mordét vt vespæ, qa vere ip
si excoriant,& rapiunt vt tyranni, & formicas.i.pauperes so
cios inuadunt,& eorum humiditatem.i.bona temporalia su
gunt, & sibi attrahunt, & inde viuunt. Sed pro certo ab ipsis
passerib.i.a mundanis principibus, quorum depredati sunt
subditos,non tuentur,sed magis ab ipsis inuaduntur. Vel po
ne,q́ isti balliui in principio albi.i. simplices & humilitatem
fingentes,& in principio pacificè conuersantes, tandé cú in
diuitijs,& potestate creuerint, fiunt superbi,pristinosú ami
corum societatem contemnétes, bonorumq; excoriatores,
& formicas.i.pauperes exactionibus deuorantes.Sed a passe
ribus.i.a suis dominis,& principibus postmodu deuorantur
qñ ipsorum nequitiæ cognoscuntur.Esa 33.Væ qui prædaris
nonne & ipse prędaberis?cú desieris deprædari, deprædabe
ris.Vnde Seneca,Ab altero expecta,alteri qđ feceris.¶ Con
tra mórsum oim aranearú est remedium, cerebrum gallina-
ceum cú pipere,& cú vino dulci bibitú,coagulum agni cum
vino,vngula arietis cú melle,muscæ cótritæ,& super posita.
Sic veré cótra morsus araneará.i.demonú valet cerebrú.i.di
scretio,& doctrina galli.i.prædicatoris,si cum pipere corre
ctionis,& cú vino cosolationis adhibeať.Itė coagulú.i.beni
gnitas,& dilectio,vnguis.i.asperitas,& distinctio ipsius agni
& arietis,s.Iesu Christi, qui modo est agnus p̃p mansuetudi
oė peccatores tolerádo,& eis indulgédo, sed in iuditio erit
aries eos feriédo.Dan.8.Ecce ante portá Vlai aries vnus.Sic
ad hoc valent muscæ cótritæ.i.cósideratio cótritionis, & pu
nitionis demonú,& malorú. Si ergo mordearis p̃ tétationé
aranea diabolo,accipe & cósidera cerebrú galli.i. doctriná
p̃dicatoris,coagulum agni.i.benignitatem diuinæ dilectionis
& humanę redéptionis, vngulá arietis.i.asperitaté suæ cor-
rectionis,muscas mortuas.i.exemplú malorú,& suæ perditio-
ois,& dánationis,& si hæc oia considerata, p̃p morsum téta-
tionis mortis periculú non incurres. In oibus operibus tuis
memorare nouissima tua,& in æternum nó peccabis.Eccl.7.
Ná per cerebrú,a quo procedit sensus,& motus,significatur
prædicatio, a qua oritur sensus cópassionis, & motus bonæ
operationis per coagulum vnctuosum intelligitur dulcedo
per vngulam duram seueritas, & durities iudicij &c.¶ Item
Pli.li.29.c.6.dicit q́ aranea lógos,& tenues habens pedes,&
candida,si cótrita veteri oleo sit admixta, dř soluere albugi 30
nem oculorú . Sic vere illi qui sunt longi per perseuerantia,
& longanimitatem,tenues per humilitatem,candidi per ca-
stitatem,contriti per patientiam,& aduersitatem,oleo mixti
per pietatem,isti dico per documenta,& exempla soluant tá
a se q̃ ab alijs albuginem oculorú.i. peccata, & vitia intelle-
ctus.Isto ergo collyrio.i.istorum exemplo,doctrina & imita
tione,inunge oculos tuos,vt videas.Apoca.3.¶ Tela araneæ
stringit sanguinem fluétem a vulnere,& prohibet fieri saniē, 31
& inflaturam.Sic tela vitę humanæ,& eius fragilitas,& bre-
uitas cósiderata stringit fluxum uitiorú,& tollit saniem car-
nalitatis,& inflaturam superbiæ & vanitatis.¶ Secundú Pli.
li.rt.24.quidá dicunt inter araneas fęminam fila texere, ma
sculum vero venationi intendere , & sic labores coniugales
inuicem códiuidere.Sic vere inter coniuges masculi debent
venationi,& acquisitioni necessariorum vacare,fœminæ ve
ro filationi, & domi domestico labori se dare, ut sic vir fa-
ciat opera virilia,& fortiora,fœmina vero fœminalia, & de
biliora.Quod tamen est contra multos coniuges, qui viden
tur sua opera permutasse , quia.s. viri faciunt opera fœmina-
rum, & fœminę totum volunt regere,& facere officia mari-
torum.Hierem.31.Mulier circundabit uirum.Contra illud
Deutero.22.Non induetur vir veste fœminea &c.

### *De Asino:* *Cap. 8.*

ASinus secundum Isidorum dicitur quasi asedus,a se-
dendo, quia ante vsum equorum illis homines insi-
debant.Vel dicitur ab a,quod est sine, & sinos quod
é sensus,quasi sine sensu.& est animal simplex,& tar
dum humanis viribus obediens, & subiectum, obliuiosum,
omniferum,& patiens oneris, & laboris,vili & modico vict⁹
cibo,

cibo, inter spinas, & tribulos quærēs uictum. Sic vere verus
obediens vel religiosus, asinus potest dici, quia si alij sedeant
super ipsum.i.si alij sint eminentes, & ipse inferior & subie-
ctus, non conqueritur, sed assentit, respectu oim se humilians
& prosternens. Hic debet esse sine sensu terrenæ sapientiæ,
quæ stultitia est apud Deum. 1. ad Corin. 3. Stultus fiat, vt sit
sapiens. Debet esse simplex per innocentiā, sine plica malitię.
Iob. 1. Erat simplex & rectus, ac timens deū, & recedēs a ma
lo. Item debet esse tardus per maturitatem & deliberationē
vt nemini cito manus imponat. 1. ad Tim. 5. Debet esse obli-
uiosus per benignitatem, & iniuriæ dimissionē humanis vi-
ribus.i.suis maioribus obediens, & subiectus. 1. ad Heb. 13.
Obedite pręfectis vestris &c. Hic debet vti modico cibo per
sobrietatē, inter spinas morari per pęnitentiam, & austerita
tē, onerum & laboriosum aial debet esse per patientiā, & lō
2 ganimitatem. Gene. 49. Isachar asinus fortis &c. ¶ Asellus est
iuuenis asinus, qui pulchrioris est formæ, qn̄ ætate est tenel-
lus q̄ qn̄ senex efficitur, & antiquus, & quanto magis senue-
rit, tanto hispidior, & deformior inuenitur. Est aūt aial me-
lancholicū, frigidum & siccum, pigrum & obliuiosum, inter
spinas quærens cibum, laboribus assuetum. Recte tales sunt
multi, qui in ipsa iuuentute pulchriores, & honestiores, me-
liores & scientiores sunt, q̄ tēpore senectutis, & quanto plus
viuunt, tanto peiores continue efficiunt. 2. Pet. 2. Facta sunt
eis posteriora deteriora priorib. Isti sunt frigidi per indeuo
tionē, sicci per incōpassionē, pigri & melancholici p obstina
tionē, obliuiosi beneficiorū, & mandatorū Dei per postposi
tionē, inter spinas, & inter mundi diuitias victū quærunt per
terrenorū appetitū, & ambitionē, quia ad nihil aliud vacant
nisi ad spinas diuitiarū aggregandas, q ipsos suis sollicitudi-
nibus cruciabunt. ideo Hier. 10. Nolite serere super spinas.
Laboriosi etiam sunt, quia sicut sensui patet, plus laborāt cu
pidi huius mundi ad suam damnationē, q̄ boni ad suā saluā-
tionem. Docuerunt linguam suam loqui mēdacium, vt iniqꝫ
agerent, laborauerunt. Hier. 4. iō Esa. 57. In multitudine viæ
tuæ laborasti, non dixisti, quiescam. ¶ Asinus minutis auibus
est exosus, quia spinas vbi nidificant, corrodit, & eas horribi
3 li voce sua discutit, & deterret, & de nido suo fugere eas fa
cit. & habet asinus multas miseras conditiones, quia supra vi
res laboribus exponitur, fuste & aculeo pūgitur, chamo os
eius ligatur, hinc inde circūducitur, ab vberibus pascuis per
quæ transit, chami sui refrenaculo coercetur, post labores cas
sus in fine moritur, cutis ei adimitur, cadauer eius sine sepul
tura lupis, & canibus commendat, a quibus acriter deuorat.
Rectè tales sunt auari, & diuites huius mundi, quia minutis
auibus, hoc est dictu, pauperibus sunt infesti, quia ipsos hor-
rendo sonitu cōminationū suarū deterrēt, & spinas vbi nidi-
ficant, hoc est dictu, pauperes & paruas domos, & possessio-
nes suas eis auferunt fraudulenter eorumqꝫ bona vel p frau
des vel p rapinas eisdē subtrahunt, & inuadūt. Iob. 24 Agrū
non suum demerūt. Et ideo habent miseras conditiones, qa
pro certo laboribus infinitis exponuut. Laborabit inæternū.
ps. 48. Aculeo remorsus consciētiæ cruciantur, chamo prauę
consuetudinis astringuntur, intm̄ ꝙ de manu dn̄i sui diaboli
euadere non possunt. In chamo, & freno maxillas eorū &c.
Vndiqꝫ circunducunt, s. ad assisias, nundinas, & mercata. psa.
Circunduxit eum, & docuit. s. diabolus. Vento superbiæ, plu
uiæ luxuriæ exponunt, & ab ipsis suis pascuis, hoc ē dictu, ab
ipsis suis diuitijs, quas habent, capistro auaritiæ colligantur,
& ab ipso diabolo per parcitatem nimiam refrenantur, qa
sicut videmus, isti auari non audēt comedere, nec expēdere
bona sua. Eccl. 6. Non tribuit ei Deus potestatē, ꝙ comedat
ex bonis suis. & 4. Reg. 7. Videbis eas oculis tuis, & nō come
des ex eis. Et postq̄ in mundo laborauerunt, & sine cā, & in
cassum tempus suū consumpserunt, moriuntur in corpore,
& anima, & ideo tunc ab amicis pelle temporalis possessio-
nis spoliantur, quia vxor, & pueri furant, & rapiūt quicquid
possunt, ne aliquid pauperibus erogetur, & tandem cadauer
.i. ipsa aia fętida sepulturæ paradisi nō tradit, sed lupis, & ca-
nibus infernalibus perpetuo committitur deuoranda. Ideo
Sap. 3. Labores eorum sine fructu. Ad qđ Esa. 49. In vacuum
laboraui. & Eccl. 33. Cibaria & virga, & onus asino. Isti. n. ha
bent cibaria temporalis subuentionis, virgam laboris, & af-
flictionis, onus æterni mæroris, & damnationis. Et ideo con
cludit Hier. 12. Sepultura asini sepelietur, putrefactus & pro
4 iectus extra portas Hierusalem. ¶ Teste Auice. Coruus natu
raliter odit asinum, paruulæ ēt aues, & passerculi oderunt asi
num, eo ꝙ spinas comedit vbi nidificant, & eorū oua cadere
facit, & suo rugitu eos terret, & iō si habet aliquod vuln' in
dorso, ipsum pungant, & contra eum pugnant, vt sic ab eis,
fugiat & recedat. Sic verè mali vt cōiter oderunt bonos p̄la-
tos. Nam qn̄ aliquis prę̄latus vult rodere, & annullare spinas
.i. vitia, & peccata vbi nidificant passeres. i. sui subditi instabi
les, & insolentes, hoc est dictu, qn̄ vult eos corrigere, & suæ
monitionis rugitu eos terrere, tunc contra ipsum pugnant,
& eum mordent per detractiones, & si aliqđ vulnus habue-
rit, hoc est dictu, aliquod vitium occultū cōmiserit, tunc eū
ibi mordent per diffamationē, ut sic ipsos cesset persequi, &
corrigere, quia non amat pestilens eum, qui se corripit. Pro-
uer. 15. Qui n. erudit derisorem, ipse sibi iniuriam facit. Pro-
uer. 9. ¶ Coruus pugnat cōtra asinū, & insidiatur oculis eius,
vt ipsos perforet rostro suo. Sed iuuat asinū profunditas vi-
sus, spissitudo corij, & auriū proceritas vel mobilitas, & hoc 5
quia contra morsus auium claudit, & obstruit visum suū. Sic
vere coruus. i. diabolus multum odit, & infestat asinum, hoc
est, virum simplicem, & benignum, & ideo visui eius. i. intel-
lectui, & fidei insidiatur, vt ipsum per errores inficiat, & cor
rumpat, sed contra huiusmodi tentationes, & malas diabo-
li suggestiones debet claudere visum suum per diligentē cu
stodiā, ne a rostro corui, hoc est dictu, a prauis vetulis, & hæ-
reticis excęcetur. Contra. n. hmōi morsus debēt simplices se
abscondere, & eos prout poterunt euitare. Claude ostia tua
super te. Esa. 26. Iuuat etiam contra tentationem diaboli spis
situdo corij. patientiæ fortitudo, proceritas aurium. i. mode
stiæ mititudo, quia multa debet audire, & parum loqui, & p̄
funditas visus. i. fidei firmitas, & scientiæ lympitudo, qa ocu-
lus cordis sui debet esse in fide profunde radicatus. Profun-
dū abyssi, quis dimensus est? Eccl. 1. ¶ Vrsus vt dicit Pli. lib. 8.
c. 81. pugnat cū asino, & tauro. Nā quia comedit carnes cru- 6
das, eorū cupit carnibus saturari. Per vrsum intelligo officia
les, vsurarios, balliuos, & causidicos, et raptores. Per taurum
qui terrā colit, intelligo agricolas. Per asinum qui onera por
tat, intelligo mercatores. Vrsus ergo pugnat cū asino, & tau
ro, qn̄ agricola vel mercator ab ipsis raptoribus impetūtur,
vt eorum caro. i. eorum temporalis substantia ab eis deuo-
retur. Violenter tollitis pellem eorū desuper eis, et carnes co
rum desuper ossibus eorū. ¶ Dicit Pli. li. 18. c. 10. ꝙ fumus vn 7
gulę asini fœtū mortuū educit, et partū accelerat sine mora.
Asinus simplex est Christus, cuius vngula est correctio, et di
strictio. Fumus ergo compunctionis ex huiusmodi vngue. i.
ex Christi districtione, et sui rigoris consideratione proue-
niens, fœtum mortuum. i. peccatū mortale vel diabolum de
vtero conscientiæ educit per confessionē, et partum cōfes-
sionis accelerat, et inducit. Cū dolore paries. Gene. 3. ¶ Sicut 8
dicit idem Pli. li. 28. Iecur asini valet contra morbos caducos
paruulorum, et lac et sanguis cōtra morsum scorpionis. Sic
iecur. i. amor et affectio Christi, maxime ille quem habuit in
incarnatione, et passione, si paruulis, et debilib' deuotæ cōsi
derātur, ipsos a casu releuat pctōrum, et lac suæ benignæ do-
ctrinæ, et charitatis quo suos pascit paruulos, et deuotos, a
morsibus scorpionis. i. a tentationibus diaboli liberat, et præ
seruat. Tanq̄ paruulis in Christo lac dedi vobis edere etc. 1.
Cor. 3. Sanguis ēt suæ passionis venenum, et malitiam Scor-
piōes diaboli mirè pellit, et sicut dicit ibidem, lac asinum, i.
doctrina Christi valet cōtra argentum viuum, hoc est dictu,
contra amorem diuitiarum, quę ardent gentem, in quantum
.s. ibi docetur paupertas volūtaria, per quam diuitiarū cupi-
ditas declinatur. Argentum tuum, et aurum tuum confla. Ec
cle. 28. et Esa. 30. Contaminabis laminas argenti tui. ¶ Sicut 9
dicit Pli. li. 28. si qs dixerit asino in aure, se percussum a scor-
pione, statim transit malitia veneni, prout dicunt aliqui. Sic
si asino. i. sacerdoti (qui debet esse ad onus pęnitentiæ assue-
tus) in aure dixeris per cōfessionem, quō a Scorpione diabo-
lo percussus fueris per peccatum, statim. s. facta absolutione
cessat malitia huius mali. Nam virtute confessionis et absolu
tionis a peccati veneno aia liberatur. ideo Narra si quid ha-
bes vt iustificeris. Esa. 43. Vel asinus est Christus, qui debes in
oratione dicere a Scorpione diabolo te percussum, et per
eius gratiam liber eris. Hiere. 33. Clama ad me etc. ¶ A facie 10
suffumigationis asini fugiunt venenosa, vrina eius cum nar-
do capillos multiplicat, et conseruat, ossa eius trita, et bibi-
ta liberant a veneno, vt dicit idem Plin. li. 28. c. 10. vbi etiam
dicit

dicit, q aqua quæ remanet asino potata, dolorē capitis ledat.
Renes vero eius triti, & bibiti incontinentiā cohibēt. Sed de
11 vtilis nihil ad præsens, expone si vis. ¶ Dicit Pli. li. 8. c. 43. & ēt
Arist. li. 8. c. 25. q asinus est aial frigoris impatiens, & ideo in
frigidis regionibus, vt in Ponto non generatur, & licet sit fri
gidum, tñ multæ est luxuriæ, & qñ est fœmina paritura, tene-
bras quærit, & lucē fugit, ne ab hoie videatur, fm Pli. ibidem.
Sic sunt multi, qui frigus timoris dei, frigus pœnitentiæ, & a-
speritatis nequeunt sustinere, & ideo in regionibus frigidis,
hoc est dictu, in religionibus asperis nequeunt inueniri, sunt
tamen multum luxuriosi, & ideo vmbram, & obscuritatem
diligunt ne sciantur. Vel dic oia contra pauperes luxuriosos
qui quamuis frigore paupertatis stringantur, luxuria tñ con
tinuè maculantur. Qñ aūt asina i. peccator vult parere. i. ali-
quod malum opus emittere, & facere, tunc solet tenebras. i.
locum obscurum, & absconditum quærere, vt. s. suam possit
12 malitiam occultare, quia qui male agit, odit lucē. Io. 3. ¶ Asi-
na tanto amore diligit fœtum suum, & ad eum trāsire ēt per
ignis medium non timescit, vt dicit idem ibidē. Sic pro certo
Christus intiñ dilexit hoiem, fœtum suum, q ad ipsum in hūc
mundum veniens, per ignē tribulationum non timuit pertrā
sire. Vel pone, q prælatus debet currere ad auxilium subdito
rum non obstante igne alicuius tribulationis temporalis. ps.
Transiuimus per ignem, & aquam &c. Esa. 43. Si transieris p
ignem, flamma non nocebit te. Numeri 31. Quicquid transi
13 re potest per ignē, igne purgabitur. ¶ Asinus mirabiliter hor
ret aquas intrare, & in eis intingere pedes suos, & quando
transire cogitur, tunc in eis mingit. Sup pontes ēt non trāsit
libenter, quia cum habeat debile cerebrum, in aquam quam
subtus videt, cadere semper timet. fm Plin. vbi supra. Asinus
est homo infirmus, aquæ sunt deliciæ vel diuitiæ, pontes sunt
eminētiæ vel honores. Debet igitur timere. i. vir infirmus in
aqua deliciarum ponere pedem suum. i. affectum, super pon
tes etiam alicuius dignitatis non debet infirmus ascendere,
ne forte, propter debilitatem cerebri. i. ppter defectum sen-
sus, & discretionis ad profundum inferni ruere cōpellatur.
Vel per asinum intelligo peccatorē, qui timet intrare aquā
deuotionis, lachrymarum & contritionis, elemosynarum &
cōpassionis, timet etiam ascendere pontē, hoc est dictu, cru-
cis memoriā, quia timet ne exinde oporteret eum cadere in
hmōi aquas, q a. s. ex crucis & passionis memoria aqua deuo-
14 tionis sequitur, quā abhorret. ¶ Asini raro volunt bibere ni-
si ad assuetos fontes, & vbi possunt ire sicco pede, & qđ mi-
rū est dictu, si mutentur eis aquæ, tñ licet multū sitiant, raro
bibūt, nisi sint eis similes quas frequentant. Vnde etiam dicit
q tunc cogendi, exonerandi ve sunt. Pli. vbi supra, s. li. 8. c. 43.
Sic multi qñ sunt assueti ad aliquos fontes, hoc est dictu, ad
aliquas delicias seu scientias temporales, ad alios bibere ra-
ro volunt, videlicet ad scientiam theologicā, vel ad delicias
spirituales, quia difficile est relinquere consueta. Osee. 10. Vi
tula docta diligit trituram. ideo Hiere. 2. Onager assuetus in
solitudine. Dato etiam, q multum sitiant, & q multum appe
tant salutem, si tñ eis aliæ aquæ offerantur. i. si loco aquarum
deliciarum, & diuitiarū huius mundi aliæ aquę. i. deuotionis
& contritionis, & cōpassionis eis offerātur, quia alijs nō sunt
similes, vere bibere vilipendunt, nisi forsan a Deo per tribu-
lationes cogantur, vel nisi exonerati oneribus disciplinæ sua
uiter manducantur. Vel expone contrario mō, q illi, q sunt
assueti bibere ad fontem sacræ scripturæ vel deuotionis, vbi
sine pedis. i. affectus intinctione vel intentione possunt bibe-
re, non debent aquā deliciarū huius mundi appetere, imo si
eis a diabolo offeratur fons aliquis. i. aliqua voluptas, nō de-
bēt tñ exinde gustare, nisi sit similis alijs assuetis licet multū
quo ad sensualitatē appetant et requirant. Nō poterāt bibere
aq̄ fluminis &c. Exo. 7. Diabolus tñ ipsos exonerat oneribus
15 Dei mandatorū, & eos cogit stimulo tentationū, & sic facit
bibere aquas mūdanarū delectationū. ¶ Sicut dicit Ari. s. asi-
na tot annis nō cōcipiet, quot grana hordei intincta in muli
sanguine mādūcauerit. Mulus ē luxuriosus grana sunt verba
quæ ñ intincta fuerint in sanguine peccati, & luxuriæ suæ, &
asinæ. i. infirmæ personæ alicui offerantur, vt. s. si coram infir-
mis de peccato luxuriæ colloquantur, fm quantitatē verbo
16 rum, conceptus boni propositi ab ea impeditur. ¶ Ad genera-
tionē mulorū nō debet eligi equa quæ sit quadrima minor,
vel decenni maior, vt dicit idē. Sic illi qui ad generationē spi
ritualē eā gunt. s. pdicatores debent esse quadriennes p qua-
tuor virtutum quadraturā, & decennes p decalogi cōplemē
tū. ¶ Nullum aial coit libenter cū alia spē, & ideo pastores 17
volunt, q mulus generetur ab asino, & equa, hoc viuntur a
rtificio, quia pullum asini nutriunt lacte equæ, & cum sibi a
paruulus est, in tenebris subijciūt vt lactetur, & tunc ille pul
lus cum creuerit, quasi adulterium effectus, tempore coitus
ad equarum libidinē inardescit, & cōtrario pullus eq nutri
tus lacte asinæ, cū asinabus postmodum cōmiscetur, & sic a
lia aialia generāt. s. mulus ex asino, & equa, hinnus ex equo
& asina, sicut dicit Pli. lib. 8. c. 44. Sic pro certo hoies non de-
bēt cum altera spē. i. cum aliorum vxoribus commisceri. Sed
verè pastor peccatorum diabolus ipsos decipit isto modo,
quia qñ vult, q mulus. i. spurius generetur, primo a iuuentu
te pullum asini. i. ipsum luxuriosum nutrit lacte equæ. i. deli-
cijs luxuriæ, & carnalitatis, & verbis & oblectationibus mu
lierum in tenebris, & latibulis, & in absconditis, & occultis,
& ideo qñ talis pullus factus est adultus, tunc tempore coit9
. i. tentationis, & ardoris, ad asinarum amplexum. i. alienarū
vxorum copulā inardescit, & sic multi pp lac luxuriæ quo a
iuuentute nutriuntur, in senectute adulteri efficiuntur, quia
adolescens iuxta viam suam, ēt cum senuerit, non recedet ab
ea. Prouer. 22. Vsq; in hodiernum diem morē sequuntur an
tiquum 4. Reg 17. Nam breuiter illi, qui sunt nutriti lacte asi
narum. i. verbis mulierum, maxime in iuuentute, ad earū co
pulam faciliter inardescunt. Iudic. 5. Aquam petenti, lac de-
dit. Pone si vis figuram supra de Iahele. Iudic. 4. ¶ Si aūt asi- 18
nus coeat cum equa impregnata, corrumpitur partus rōne
frigiditatis spermatis asini, vt dicit Arist. li 2. de generat ani.
c. 6. Dicit etiam, q si asina concipiat ab equo, tunc sequens asi
ni coitus pp spermatis frigiditatem totum corrumpit, & co
git facere abortū nō. Asinus est diabolus, equus Chrs, equa
bona aia, asina aia peccatrix. Si ergo equa. i. bona aia equo. i.
spiritussancto fuerit impregnata, tunc si cū ipsa misceatur asi
nus. i. diabolus per pctm, tunc dico conceptus bonorū ope-
rum impeditur. Nā pp frigiditatem indeuotionis, quæ cau-
satur a spermate asini. i. a suggestione diabolica, totū corrū-
pitur, quod concepit. Si ēt aia peccatrix, ipsa. s. asina quæ re-
ctè est quasi eiusdem spēi cum asino diabolo, cōceperit bonū
propositum, & contritionē ab ipso equo Chrō, vt sic pariat
aliquod bonū opus, tunc asinus diabolus cum ipsa coiēs. i. ip
sam de vitio tentans, & ad peccatum inclinans, partū & con
ceptum bonorū operū dissipabit. Figura est ad hoc Matt. 13.
de inimico, q in agro seminato, iterato superseminauit ziza-
niā, quia verè inimicus diabolus qñ zizaniā mala suggestio-
nis seminat in conscientia alicuius, tunc triticū quod ibi se-
minatum fuerat. i. bonum propositum maculatur. Iō Hiere. 12. 19
Seminauerunt triticum, & messuerunt spinas. ¶ Mulus q ex
asino, & equa gignitur, non pōt generare, & rō est fm Arist.
li. 5. de generatione aial. c. 6. quia sperma asini est naturaliter
frigidum, sperma ēt equæ est complexionabiliter rōne sexus
frigidum, & iō pp frigiditatem vtriusq; spermatis exinde ge
nitum ita est frigidū, q non pōt aliud aial generare. Dicit tñ
Pli. li. 8. 44. Est in annalibus nostris mulam sæpe peperisse, ve
rum (inquit) prodigij loco habitum. Theophrastus vero ait
mulam in Cappadocia vulgo parere. Sic pp frigiditatē, pra
uitatē & infectionem peccati asini. i. Adam & Euæ, tanta est
frigiditas indeuotionis in mulis. i. filijs suis, q ad generatio-
nem bonorum operum totaliter sunt inertes. Nā pp frigidi
tatem. i. pp pctm originale, quod ab ipsis suis parentibus cō
traxerunt, generationem bonorū operū perdiderūt, nisi for
te prodigiosè aut miraculosè per Dei gratiam illud fiat, qa
. s. generatio bonorum operum nō a natura, sed a gratia ma
nat. Et sicut muli frigiditas parentum suorum frigiditatem
ostendit, sic filiorum prauitas patrum suprā prauitate con-
cludit quis. In filijs suis agnoscitur vir. Eccl. 11. Et ideo dicit
Eccl. 41. De patre impio queruntur filij &c. Vel pone si vis, q
parentes carnales, vel etiā prælati frigidi, & indeuoti, vt sunt
vsurarij generāt filios indeuotos. Semper. n. vellet vsurarius
q et filij sui simularentur, & eos ad hoc edocet quātum pot.
Adā. n. genuit filium ad imaginem, & similitudinē suā Gen.
5. qm patrem sequitur sua proles. Act. 7. Iosuæ. 5. Numeri 32.
Ezech 16. ¶ Frigiditas prędominans in mulo est causa steri-
litatis, vt dicit Arist. li. eodem. Sic verè quando frigiditas in- 20
deuotionis, timoris seruilis, vel incōpassiuius, in aliquo abū-
dat tunc a fructu bonorum operum sterilescit. Eccle. 43. Fri-
gidus ventus aquilo flabit, & gelabit chrystallus ab aquis.

¶ Est

21 ¶ Est in India quoddam genus asini teste Aristo. quod habet vnum solû cornu in fronte, vngulã tñ non findit. Oë.n. aial habens duo cornua, habet vngulam scissam, & ideo asinus non habet vngulã scissam, quia non habet nisi vnum cornu, nõ est tñ verum econuerso, quia multa aialia findût vngulam, quæ non habent cornua, vt patet in porco, & similib. Charissimi per asinum quod est aial stolidû, intelligo peccatorê, per cornu solum in fronte, intelligo obstinationem, per pedê intelligo affectionem, per vngulã quæ est finis pedis, intelligo operationem, ad quã ois affectio ordinatur, & terminatur, p diuisionem intelligo discretionê, & distinctionê operationis. Dico igitur, q in India .i. in mûdo sunt multi asini .i. multi ecclesiastici vel religiosi, mali plati, vel êt alij peccatores, q habent vnum cornu in fronte, hoc est dictu, qui sunt obstinati, & frontosi aperte & sine verecundia, & isti pro certo nõ findunt vngulã .i. non discernunt inter opera sua sicut deberêt, quæ bona sunt .s. & quæ mala. Figura. Leu. 11. vbi aial non findens vngulam est immundû, nec debet manducari. Sic apud Deum immundi sunt, qui vngulam .i. opera sua nõ diuidunt discernendo, nec debent ab alijs manducari .i. imitari. Nã comederis ea, nec tangetis &c. Et nota, q istud cornu solet esse in fronte, quia pro certo tales peccatores effrenati, & obstinati, sine verecundia oibus aprrtê se apponunt. Frons .n. est pars corporis patês magis. Et iõ tales sunt figurati Dani. 8. in hirco cû vnico cornu, q ventilabat vndiq;, nõ tangens terrã, q côminuit arietê. Sic tales, & maxime plati feri, & obstinati, qui rectê sunt vt hircus, luxuriosi .s. fœtidi & immundi, nõ tangentes terrã .i. non cognoscentes nec cogitantes in sua vilitate, prolequuntur arietê .i. quãlibet bonam psonam. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Hier. 3. Ad qd Eze. 3. & Esa. 48. Et pone si vis totum de prælatis indiscretis, cornutis .i. elatis, obstinatis & superbis. ¶ Oë aial habens duo cornua, habet vngulam fissam, vt patet in boue, &

22 similib. Aial istud est platus, qui debet habere duo cornua .i. scientiam duorum testamentorum, vel duo cornua .i. duplicem potestatem, duos .s. gladios petri temporalem, & spiritualem. Et iõ tales debent habere vngulam fissam .i. operationem discretã, quia ois prælatus debet esse sapiens, & discretus. Non tñ verum conuerso, quia multi habent vngulã diuisam .i. multi sunt sapientes, & discreti, qui tñ cornua non habent .i. aliquã dignitatem, q sicut videmus, dignitates & beneficia nõ dantur hodie qnq; sapientibus, sed ignaris, contra consilium Iethro Exod. 18. Elige viros sapientes, & timentes Deû, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiã. Figura Le-

23 uit. 11. vbi non offerebat in altari Deo &c. sicut supra. ¶ Aris. dicit li. 8. c. 8. q asinus & mulus comedunt frugê, & herbã, & impinguantur ab aqua, & plus amant aquam turbidã, q claram, vacca aût econuerso. Tales sunt causidici, & mundani sapientes, quia vt videmus, fruges & hæreditates pauperû comedunt, & corrodunt, vel oês fructus .i. oês mundi diuitias si bi vendicant, & acquirunt, impinguant .n. & dilatantur & incrassantur ab ipsa sua sapientia seculari, & ideo magis amãt aquam turbidam, hoc est dictû, legalem scientiam, & mundanam, quæ turbida est p fallacias, & cautelas admixtas, quã faciant aquã clarã .i. diuinam sciẽtiã, et theologiã ipsam, imo vilipendunt reprobant suæ. Vacca aût .i. bona & simplex persona, plus amat claram scientiam q turbidã .i. theologicã, q

24 legalem. Hier. 2. Quid tibi vis in via Aegypti. vt bibas aquã turbidã? &c. ¶ Asino fm Aristidem c. 25. accidit infirmitas dicta malida, quia qñq; plegma calidum fluit a capite, & si descendat vsq; ad pulmonê, moritur asinus. Sic verê in corpore ecclesiæ qñ a capite .i. a plato descendit phlegma .i. malû exemplum vsq; ad pulmonem .i. vsq; ad subditos, tunc per malam imitationê vn° ab altero corrumpitur, & sic occidit, destruitur & perimit corpus veri aliuç Christi .i. ecclesia sancta dei.

25 Hier. 23. A Prophetis Hierusalê egressa est pollutio sup omnem terram. ¶ Asinus est fortior a parte posteriori, quam a parte anteriori vbi est crura, & ideo ibi frequentius oneratur Charissimi pars posterior hois sunt bona temporalia, q post nos remanêt. Pars aût anterior sunt bona spiritualia, & æterna, quæ a Cruce Christi accipiunt efficacia, & vigorê. Sût ergo mundani fortiores, & ad aia promptiores a parte posteriori .i. in bonis mûdanis q anteriori .i. in bonis spiritualib. q sicut videmus ad oculû, multû laborat pro mûdo, nihil p Deo, multû p corpore nihil p aia. iõ Apoc. a. Posteriora sua plura a prioribus. Vel pone, q tem p debemus esse in posteriori parte .i. in senectute fortiores ad bonû operandû, q in iuuentute, quæ est pars anterior vitæ. ideo Apostolus .2. Corio. 12. Cum autem infirmor tunc fortis sum. ¶ Asinus post æquinoctium vernale monetur ad coitum, & terribili sonitu fœminã

26 excitat ad amorem. Nã qñ ventum odorê fœminæ ipsius naribus desc[r]êtem attrahit, tunc ad libidinê fortius inardescit. Sic verê homo in tempore veris .i. deliciarû magis accendit ad luxuriæ fœditatê, & ardorê suû terribili sonitu .i. verbis, & gestibus luxuriæ præconcijs manifestat, & maximê qñ ventus .i. qñ aliqua maquerella vetula odorem, & famam alicui' fœminæ sibi repræsentat, & si ipse talis est, q huiusmodi ventum attrahat .i. q personam huiusmodi de facili audiat, & recipiat, tunc præcipuê ad libidinem inardescit. Ideo dicitur Hiere. 2. In desiderio animæ suæ attraxit ventum. Et hoc de asino sufficiat. ¶ In lib. de natura rerum dicitur, q si asinã tecum duxeris, & pullum suû ab eius sequela cohibueris, pullus de loco vbi mater ipsum dimiserit, per quinq; passus citer non recedet, sed matrem suam ibidem expectabit. Sic si mater tua Deus te in aliqua tribulatione vel têtatione dimiserit, nõ dimittas propter hoc locum tuum, sed cum eo in statu gratiæ persevera, & côsolationem eius patienter expecta. Iudi. 8. Expectemus humiles consolationem eius.

## *De Aspidibus.* Cap. 9.

Aspis est serpens venenosissimus, dictus ab aspergêdo venenum. quarû sunt plures species, affectu & effectu 1
dispares ad nocêdû, vt dicit Isid. li. 12. c. 4. Tales sunt demones, q a ore suo .i. malis suggestionibus spargût venenum tentationû, & sunt tã malitia, q potentia inæquales q a fm nobilitatê naturalium inest eis peruersitas aioiû Oia .n. mêbra corporis non eundê actû habent. ad Ro. 12. Vel p os aspidis intellige detractores, malorum suggestores, & vetulas maquerellas, quibus mediantibus demones inuenenãt alienos. Os tuum abundauit malitia &c. ¶ Situla est aspisquæ græcê dicitur dipsas, quæ qñ momordit aliquem, facit eu sitire vsq; ad mortê, & sitiendo moritur sic percussus. Talis est auaritia, quia qñ momordit hoiem, & infecit, facit eum sitire per immoderatû appetitû diuitiarû in tm quod nulla bona mundi possunt extinguere sitim eius, ita q finaliter mori tur sitiendo, q a vsq; ad mortê sitis suæ auaritiæ non quiescit, imo qto magis senuerit, plus augei. Induxisti nos in desertû, vt interficeres nos siti, & paruulos nostros. Exo. 16. Num. 20. Nos (inquit) & paruulos nostros, quia desertû auaritia facit auarorû filios, exêplo parentum, habendi & acquirendi sitibundos. Figura de Agar & filio eius, q eiecti ab Abrahã cû pane, & vtre aquæ sitiebant in deserto vsq; ad mortê. Gen. 21. Sic illi qui ab Abraam Dei eiecti, & reprobati pro portione & salario accipiunt vtrem aquæ .i. bona têporalia, in deserto huius mundi, vna cum filijs suis siti auaritiæ infestãtur. ideo Esa. 5. Nobiles interierunt fame, multitudo eorû siti exaruit &c. ¶ Hypnalis est genus aspidis, q somno necat quê momordit, quia morsus ab illa statim somnû petit, & dormiêdo moritur. Vñ de Cleopatra dr, q venenû ipsius bibit, & dormiendo mortis amaritudinê non sentiret. Rectê talis est diabol', quia qñ momordit aliquem per pctm mortale, & dentes sua rû tentationum in eum fixit, facit eû delectari somno, hoc est dictu, facit eum requiescere, & dormire in delicijs huius mûdi, quia vere peccatores oês rectê videntur dormire, q a sicut dormiens non se mouet, non videt, nõ odoratur, non audit, non verecundatur si verenda eius apparent, non recolit, nec loquitur, sic peccator delicijs delibutus nõ vidct ppriã fragilitatem, & iniquitatem, mortis ppinquitatê, iudicis austeritatem, demonum crudelitatê, non odoratur æterna suauitatem, non audit prædicationem nec correctionem, nõ loquitur per confessionê, non se mouet per bonam operationem, nõ verecûdatur suam imperfectionem, & sic dû ita dormit in peccato, venenû diaboli ipsum interimit, & occidit. Vigilate ergo, qn si sciret paterfamilias qua hora fur veniret vigilaret vtiq;. Matt. 24. Figura Iudi. 4. de Iahele quæ sizare sitienti obtulit vtrê lactis, vt sic lactius dormiret, & sic occidit eum dormiêtem, quia dum dormiret, clauum tabernaculi infixit temporibus eius. Sic diabolus sitienti in tentationibus, fugienti a prælio .i. a tribulationibus offert vtrê lactis .i. mundi delicias, vtpote quia luxurijs ostêdit vineas, & prata aliena, luxuriosis pulchras dominas & c. vt bibãt & saniautur, & dormiant somnum sempiternum. Hier. 51. Et dor-

fic delectantur, infigit clauum tabernaculi.i.mortē,& fic in-
terimit dormiēdo. Illud patet in iftis caufidicis, q qñ volunt
dormire,& qefcere in bonis,& diuitijs acquifitis,fubito mo
riuntur. Ideo Amos 6. Væ qui dormitis in lectulis eburneis
&c. Vel pōe hic de muliere,quæ offert primo lac,& venenū
.i.verba fua venenofa,& fic facit hoīem lopire,& dormire,&
delectari,& eum occidit deftruendo famam,bona tempora-
lia,& perfona ¶ Hemorrohis ē afpia fic dicta, eo q eius quē
4 percutit. diffoluit oēs venas, ita q fluxu fanguinis vitā finit,
& illius fugit fanguinem quē percuffit , quia vt dicit Ifid lib.
12. hæma græcè fanguis eft latinè,& rhoo idē eft,qđ fluo. Ta-
les funt mulieres,qa ftatim q percufferunt aliquē iaculo ver
borum fuorū , emittendo fanguinem ad litteram,per luxuriā,
ipfum faciūt fpiritualiter interire, vel ftatim faciunt eū emit
tere,& perdere totū fanguinē fuū.i. totam fubftantiā fuā tē-
poralem, & fatue expēdere quicquid habet,& fic eū ad mor
tē.i.ad defectū paupertatis faciunt peruenire, & qñ aliquem
fic percuffum, & tentarū per luxuriā occiderunt, ftatim inci
piunt fugere , attrahere & bibere fanguinem eius.i.fubftan-
tiā temporalē No accubabit leo donec rapuerit prædam,&
occiforum fanguinē bibat . Numeri 23. Vel ille ferpens eft
diabolus,qui ab hoie fugit fanguinē in quo eft vita.i.gratiam
& deuotionē &c. Sanguinē dedifti eis bibere,qm digni funt.
Apo. 16 ¶ Præter eft ferpens horribilis,femp ore patente ve
5 nena diffundens, & ab eo percuffus diftēditur, & infectione
corporis enecatur,ficut dicit Ifid. ibidem lib. 12.& Lucanus.
Tales funt blafphemi,iracundi, iniuriofi, & detractores, qa
femp habent os apertū ad virus detractionis,blafphemiæ &
iniuriæ diffundendū,& iō ab eis morfus,iniuriatus & infama
tus diftenditur per iracūdiā,inficitur per infamiā vel p odiū
& tandē moritur per infamiam temporaliter per peccatum
6 mortale fpūaliter. Apertio oris inflammatio. Eccl. 20. ¶ Sæps
genus eft afpidis,qui tefte poets,qñ mordet,non folū carnē,
fed ēt offa deftruit,& diffoluit,ita vt hō in ore ferpentis tota
liter liquefiat. Offaq;(inquit)diffoluens cum corpore tabifi-
cus fæps &c.ficut dicit Ifid.li. 12. Talis eft detractor, quia qñ
mordet aliquē per detractionem,non folū carnem.i.ipfa ope
ra carnalia,& peccata,imo ēt offa.i.bona opera,& virtuofa
nititur verbis veneficis diffipare. Vel carnē.i.peccatores car
nales,fed etiam offa corporis ecclefiæ. Confregit ad nume-
7 rum dentes meos. Thren.3. ¶ Dicit ēt Ifid.lib. 12. q generali-
ter afpia cum afpexerit paratum incantatorem, qui eam qui
bufdam proprijs carminibus euocat de cauerna,vnā aurem
in terra premit, alterā vero cauda obturat,vt illas magicas
non audiat,nec eiufdem voci obediat excundo. Afpis illa fi
gnificat fapientes, & diuites mundanos , qui dicunt afpis ab
afpiciendo,quia clare vident, & afpiciunt iura fua. Incanta-
tor eft prædicator,quia ad modum incantatoris fufflādo , &
prædicando facit videri aliquid vbi nihil erat.f.in peccatore
gratias,& virtutes,& facit difparereq; quod ibi erat.f.vitia &
peccata Qū ergo afpis.i.cupidus, & fapiens huius mundi,vi
det incantatorem.i.prædicatorē paratū ad incantandū, & p
dicandum,& timet, q eū educat de cauerna.i.de amore mū
di huius,tunc obturat aures aiæ.f. intellectum & voluntatē.
Aurem.n.voluntatis obturat terra.i.amore terrenorū, tunc
.n.incipit cogitare,q dulce eft talia velle,& diligere. Aurem
aūt cordis vel intellectus obturat cū cauda.i.cū fine fuo, qa
f.fperat diu viuere,& in fine pœnitere & fic per pœnitentiam
caudæ.i.finis qualiperat habere,& per cupiditatem,& amorē
terrenorum obdurat,& indurat cor fuum, vt non faciat nec
audiat qđ iubet. Iō Hier. 17. Indurauerūt ceruices fuas ne au
dirent legem,& ne fufciperent difciplinam.& pfa. Furor illis
fm fimilitudinem ferpentis,ficut afpidis furdæ, & obturan-
tis aures fuas. Vel dic, q incantator eft diabolus, q fi per in-
cātationē fuggeftionū fuarū velit de cauerna.i de ftatu fidei
& gr̄æ te extrahere,obtura aures tuas,& adhibe terrā.i.me-
moriam tuæ vilitatis,& caudā.i.memoriam tui finis,& mor
tis,& fic incantationes eius poteris declinare, dicēs. Amos.
5 Aufer ā me tumulum carminum tuorū, cātica lyræ tuæ nō
nosum, & aliud medicinale cōtra venenū, q̄ sic abinuicem di
stinguunt, quia qñ buso in nido formicarū proiicitur, partē
medicinalē formicæ comedūt, & aliā dimittunt. Illā ergo, q̄
formicæ apperunt, oportet accipere, & illā quā fugiūt, dimit
tere. Buso est diabolus, vēter eius ē mūdus, vbi cibi sui.s. ma-
li coquuntur per cupiditatē, deinde in cloacā inferni egerū-
tur. Duo ventris iecora sunt duo mūdi bona.s. spūalia & tem
poralia, aduersa & prospera, bona & mala virtutes, & pctā,
qa in operibus altissimi vnū cōtra vnū, duo cōtra duo. Eccl.
33. & Eccl.42. Oia duplicia, vnū cōtra vnū.&c. Formicæ quę
in æstate vitæ præsentis præparāt messem sibi, sunt viri spūa-
les & scti. Formica.n. inter quatuor sapiētia nominat Prouer.
30. In vētre ergo busonis.i. diaboli.i. in mundo, sunt duo ie-
cora.i. duo genera bonorū.s. tēporalia et spūalia. Verūtñ vnū
istorū est venenosissimū.s. bona tēporalia, quæ venenum luxu
riæ, auaritiæ et superbiæ in se seruāt. Aliud aūt.s. bona spūa-

lia sunt medicina contra venenū pcti, vtpote paupertas con-
tra superbiam, largitas contra auaritiā, & sic de alijs. Et ideo
si velimus scire, quæ illorum sunt eligenda, & q̄ medicinalia
& q̄ nociua, respiciam⁹ formicā. i. sanctos & sanctas, & vide-
mus qualia eligēt certe nos inuenirmus, q̄ bona spiritualia
non terrena, nō prospera sed aduersa, nō delicias sed pœnitē-
tias, nō diuitias sed penurias elegerunt. Istam ergo partē exē-
plo eorum eligamus, & contra venenum diaboli reseruem⁹.
Ideo Prou 6. Vade ad formicā o piger, & considera vias ei⁹,
& disce. ¶ Buso ſm Pli. ibidē, habet in dextero latere os vnū
6 occultum, qd̄ proiectum in aquā feruentē facit eā subito re-
frigerari, nec poterit vas feruere quousq; os illud fuerit ex-
tractum. Illo aūt osse vtuntur magi ad amorē vel odiū con-
ciliādū. Sic verè buso. i. diabolus habet ossa sua s. detractores
occultos, qui proiecti in aquam feruentem. i. in aliqua bona
societate vel collegio feruido charitate, facit eos ab huiuſ-
modi feruore refrigerari, inquantū inter eos seminat discor-
diam, & litē, & liuorē, & iō magi. i. diaboli talibus vtūtur ad
odium discordiæ suscitandū. Prouē 6. Oī tpē iurgia seminat
Et nisi de aqua. i. de cōitate vel societate, collegio vel cōuen-
tu hmōi ossa expellant, nonq̄ ibi inueniri poterit feruor ami-
citiæ vel amoris. Iob 41. Ossa eis sicut scuta fusilia. ¶ Licet bu-
7 so sit venenosus tā incinerat⁹, & combustus, amittit vim ve-
neni, & virtutē recipit medicinæ, q̄a mirabiliter valet ad car-
nis, & cutis reparationē, & neruorū cōsolidationē, & vulne-
rū desiccationē. Sic verè quantuncunq; hō sit venenosus, &
peccator, si tū incineretur per pœnitentiā, & humilitatem in
igne tribulationis, contritionis, & dilectionis, tunc vim vene-
ni. i. peccati deponet, & per grās, & virtutes alijs esse poterit
medicina, sicut patet in beato Paulo, qui de busone factus ē
medicina vel medicus aiarum, & sic valebit ad carnē, & cutē
. i. ad vitam & apparentiā per pctm deperditā recuperādā, &
ad neruorū. i. viriū spūaliū confirmationē, & ad vulnerum. i.
pctōrū desiccationē valere poterit; & iouare, exēplis. s. ac do-
ctrinis, quia vbi abundauit delictū, ibi superabundauit & grā.
8 ad Ro. 5. Vñ Paulus se dicit 1. ad Tim. 1. Ego q̄ prius fui bla-
sphemus, persecutor, & cōtumeliosus, sed miam. &c. ¶ Buso-
nes ſm librum de natura rerum, in gallia vociferāt, & more
tubarum sibiinuicem correspondent, in alijs aūt regionibus
multi sunt, & illuc illati a gallijs muti fiūt. Sed ſm aliquos aūt
illud aīal dr̄ habere cor in gutture; & iō difficiliter occidit,
nisi palus in gutture infigatur. Istud pōt allegari contra su-
perbiam, & ferocitatem gallorū. vbicūq;. n. antiqui auctores
de gallis loquuntur, semper ipsos pdicant ingenio acres, &
aio superbos, & feroces. Igitur busones. i. hoīes superbi, & in-
flati qui sunt in gallia, præ cæteris hoibus sunt loquaces, & lo-
quendo, iactando; & inuicē congaudendo, sine cā sæpissimè
sunt verbales. hoc tñ verū est dū in gallia sunt. i. in sua patria,
quia. s. multi sunt in ea loquacissimi, qui tñ in alijs regionib.
muti, & humiles fiūt. Isti igitur cor in gutture habere dicū-
tur, inquantum. i. stomachosi, & superbi, & ad cordialiter lo-
quendū parati esse præ cæteris dinoscuntur; superbi. n. & fa-
tui cor habent in gutture vel in ore, inquantū. s. illa corde co-
gitant, statim volunt ore vel gutture propalare. Ideo dr̄ Ec-
cle. 22. Verba inquit prudentiū statera ponderabunt, & in ore
fatuorū cor illorū. In corde vero sapientiū os illorū. Nō io-
dignet aūt cōtra me q̄cunq; gallicus ista legēs, nā & ego sum
gallicus, sicut ipse. Actu. 23. Ego Pharisæus sum filius Phari-
9 sæorū. ¶ Itē sicut dr̄ ibidē buso terra vescit, hoc tñ prouidè,
& cū mensura, timet. n. q̄ terra sibi deficiat; & ideo quantum
pōt in pede anteriori de terra cōcludere, tm̄ in die māducat.
Istud ponit Vincentius sed nescio si est verū. Tales certe sunt
multi auari, quia. s. ipsi timent, q̄ terra. i. bona terrena eis de-
ficiāt; & iō p libito comedere vel expēdere non audētes; in
mensura & pondere, & in paruitate, & miseria, tā p se q̄ p fa-
miliarib⁹ cibos librant. Eze. 4. Cibus tuus quo vesceris, erit
in pondere. Vel si vis dic de abstinentibus, qui in mensura, &
10 tēperantia cibū sumūt. ¶ Itē ibidē dr̄, q̄ si buso comburat̄, &
puluis sibiipsi dimittat̄, plures busones viui exinde gñrant̄.
Buso significat malā mulierē, oculis ardentibus venenosam,
quia, pcul dubio, qñ talis igne luxuriæ combusta rādē per se-
nectutē consumitur, & cinis, i. vilis & cinerea efficit̄, tūc exip-
sa aliæ plurimæ generant̄, inquantū. s. lena & rufina efficit̄, &
inquantū verbis, & exēplis eius aliæ plurimæ iuuenculæ cor-
rumpunt̄, & in busones. i. in malas mulieres luxuriosas, &
veneficas conuertunt̄. Ista et possunt dici de hæreticis, q̄a sæ-
pe sit operante diabolo, q̄ ēt combusti, & mortui in inferno,
discipulos gñrāt i hoc mūdo, & sequaces inueniūt, q̄ pecca-
dāt. Qd̄ ēt dici pōt de illis, q̄ ignibus concupiscētiarū vrū-
t, q̄a. s. suis malis dictis, & exemplis multi alij similes efficiunt,
& in malitia generantur. Numeri 32. Vos surrexistis pro pa-
tribus vestris, incrementa et alumni hominum peccatorum.

## *De Bombyce. Cap. 15.*

Bombix est vermis de cuius textura fit bombycinū, et 1
nascitur in frondibus fraxini atq; terebinthi, et mori,
fila exterius facit, atq; ita se euacuat, q̄ nō remanet in
eo nisi aer, ſm Isidorū et Pli. Vermis iste est Christus.
psal. Ego sum vermis, et nō hō. Fila vel laquei sunt diuitiæ 1.
Tim. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueum. Fraxi⁹
cuius vmbra serpētes fugat, morus cuius fructus soluit squi-
nanciā, et cuius vinū ad prælium aiat elephantes, terebinth⁹
cuius gummi vulnera sanat, significant crucē, q̄ serpentib.
demonibus et morbus carnalibus cōtrariatur, cōtra squinā-
ciam, q̄ guttur claudit. i. cōtra confessionis verecūdia anima-
tur, et per cuius succū, et liquorē. i. Chri sanguinem ex ea de-
fluente, elephas. i. bonus christianus ad prælium contra vitia
aiatur, et cuius liquore. i. influentia et deuotione pctōrū vul-
nera medicantur. In arboribus istis igitur inuenitur bōbyx,
quia pro certo Christus pōt in crucis arbore reperiri, ibi. n.
pependit, et ibi textorium suum ædificauit. Ascendam in pal-
mam. etc. Ille ēt de ventre suo. i. de corde et conscientia emi-
sit fila. i. diuitias et voluptates mundi, q̄ per contemptū emi-
sit, et reiecit, ita q̄ ab oībus remāsit vacuus, et egenus p volū-
tariā paupertatē, sed iō aere. i. spiritu sancto semper fuit lo-
cuples, et repletus. Michæ 3. Repletus sum fortitudine spiri- 2
tus dñi. ¶ Bombyx est vermis similis erucæ, q̄ flores, et folia
comedit vinearū. Hic exterius fila nectit, sed nectēdo se eua-
cuat, itaq; in eo nihil remanet nisi aer, et frigoris est impa-
tiens, vnde de filis suis habitaculū sibi parat contra frigoris
hyemis nocumenta. Tales sunt diuites, et auari, qui ad modū
erucæ fructus, et flores oleꝝ et vinearū. i. possessiones, et di-
uitias aliorū deuorant, et consumunt per auaritiā, et vsuras,
et ideo isti exterius faciunt telas suas, hoc est dictu, redit⁹ et
possessiones quas acquirūt. Telas araneę texuerūt. Esai. 59. Et
ideo cū frigora pœnitentiæ, et aduersitatis nolint vel nequeāt
sustinere, infra telā suā. i. in amore diuitiarum penitus se in-
uoluunt, Vel ad litteram in tela sua. i. in bonis vestibus, et fo-
ratutis contra pœnitentiæ frigora vel tormenta. Veruntamē
dum fila diuitiarum hmōi taliter acquirunt, et cōnectūt, se ip-
sos vacuant oi bono, quia quanto plus de diuitijs acquirunt
tanto minus replentur, imo tanto fortius vacuatur per aua-
ritiam, et arduscem, et sicut res spūalis non replet locum cor-
poralē. s. Angelus vel aīa, sic nec res corporalis. s. diuitiæ pos-
sunt replere cor humanum. Ideo Eccl. 5. Auarus non imple-
bitur pecunia. Vnde in corde talium nihil penitus remanet,
nisi aer, qui. s. est mobilis et ventosus. i. nisi ventositas super-
biæ, et mobilitas inconstantiæ. Ideo Hier. 14. Reportauerūt
vasa sua vacua, et Sap. 15. Superuacua est spes eorum, & labo-
res sine fructu. Vel pone, q̄ illi qui se euacuant filis. i. diuitijs
per contemptum. s. boni viri, qui eas pauperibus largiuntur,
remanēt plenū aere. i. bonis affectionibus, et spiritualibus in-
spirationibus, & de eisdem filis suis sibi faciunt munimenta
contra frigus tribulationum, et tormentorū, q̄ in hyeme. i.
in tempore post mortē ipsos oporteret sustinere, quia de di-
uitijs datis pauperibus cœlestis habitatio pparatur, & æter-
na dānatio declinatur. Thob. 12. Elemosyna a morte liberat.
Mat. 6. Thesaurizate vobis thesauros in cœlo. Figura Luc. 16.
de villico iniquitatis, etc. Ideo dicitur ibidem. Facite vobis
amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, suscipiat
vos in æterna tabernacula. Vide melius de borbace titulo de
prouincia infra libro de mirabilibus mundi. c. 14.

## *De Bonasio. Cap. 16.*

Bonacon dicitur esse bestia in Peonia, cornibus ita re-
tortis & plicatis, quod in ea impingens, non læditur,
sed quod sibi in defendendo caput denegat, aluus præ-
stat. Nam quando a venatoribus insequitur, stercus
a posterioribus emittit, & contra venatores per spatium
trium iugerum proijcit, ita vrens, & fœtidum, quod ipsi
venatores fugere, et ipsam dimittere necessario compelli-
tur ſm

tur sm Isidorum. quod et dicit Plin. li. 8. c. 15. & Solinus c. de
Phrigia. Alij tñ vocant bonasum, alij verò bonachum. Sic ve
rè sunt multi mali, qui contra venatores. i. contra quoscunq;
inuasores, & punitores, cũ se videt nõ posse defendere, emit-
tunt fimum malorum verborum, quæ sunt vrentia, & fœten-
tia per detractioné, & infamationé. ita q sæpe accidit q per
hmõi verba detractoria, & iniuriosa ipsi compellũt alios fu
gere, & a sua correctione vel obiurgatione cessare. 20. Aper
tio oris illius inflammatio. Vel dic, quòd si diabolus te inse-
quitur proiice, & contemne stercora i. bona temporalia, &
fugiet. ad Philip. 3. Omnia arbitratus sum tanquam stercora.

## De Camelo — Cap. 17.

1 CAmelus sm Isid. & Pli. est aĩal oneriferũ, velox, & præ
lijs & oneribus mancipatum, & dicitur a chame græ-
cè quod est humile, vel a camur, quod idem est quod
curuum: quia dũ oneratur, super anteriora genua se
humiliat, & incuruat. sed licet ita patiens itineris, & laboris,
tñ non vadit vltra spatiũ consuetum, nec plus solito suscipit
oneris ad portandum, sicut dicit Pli. lib. 8. c. 18. Sic pro certo
veri patientes debent esse agiles per obedientiæ velocitaté
onera pœnitentiæ & prælia aduersitatis sustinere per patien
tiam, & firmitaté. vnde ad Gal 6. Vnusquisq; onus suũ porta-
bit. Et ideo qñ magister cameli. i. prælatus vel sacerdos, vel
etiam qñ deus indicit, iniungit & immittit aliqđ opus pœni
tentiæ, laboris, vel aduersitatis, statim nos debemus incurua
ri per humilitaté, obedientiã & subiectioné, & genua flecte-
re per gratiarum actioné. Ideo Gen. 49. Vidit requiem, q es-
set bona, & supposuit humerum ad portandum. & Eccles 6.
Subijce humerum, & porta eã. Veruntñ magister cameli. i. p
latus non debet plus debito imponere vel iniungere, alioqn
camelus. i. subditus forsitan non impleret, imo totum reijce
ret, & nihil de impositis pficeret, & sic grauius delinqueret,
& peccaret, Contra illos qui imponunt onera grauia, & im-
portabilia in humeros hoium, digito aũt suo nolunt ea mo-
uere. Matt. 23. Vel pone si vis contra impatientes, qui nolũt
aliquod onus pœnitentiæ sustinere, nec aliud facere nisi assue
ta. s. res leues, alioquin totum reijciunt transgrediendo, vel
aliquotiens apostatando. Ideo Hie. 2. A seculo confregisti iu
gum, rupisti vincula, dixisti, nõ seruiam. quia sm Senecam,
Molestum est carere assuetis. ¶ Scđm Pli. li. 8. c. 18. Duo sunt
genera camelorum, quidam in Arabia, qui habent vnum tñ
gibbum in dorso, alij in Bactria, qui habẽt duos, vnum in pe
ctore, alium in dorso. Sic in mundo sunt duo genera super-
borum. quia alij habent gibbum, & tumorem superbiæ exte
rius per iactantiã, & verbum, & modum tñ, alij aũt non tñ
in dorso. i. in exteriori conuersatione, imo et in pectore. i. in
corde & cogitatiõe. Vel per gibbum intelligo diuitias, quæ
sunt quidã gibbus, & quoddam onus. Esa. 30. Super gibbos,
camelorum thesauros suos. Quidam igitur habent ipsas su-
pra dorsum. i. exterius, non circa cor. s. boni diuites, qui in ip
sis non ponunt affectionem, qui sunt tanq̃ nihil habentes, &
oia possidentes 2. ad Corint. 6. Sed alij pro certo habent du-
plex onus. s. in pectore cordis, & affectionis, & in dorso exte-
rioris possessionis. Et iõ impossibile est, q tales cameli intro
eant per foramen acus. s. diuites cum duplici gibbo. i. cũ di
uitijs in corpore, & pectore, & iõ docet ps. Diuitiæ si affluãt,
nolite cor apponere. ¶ Camelus ruminat sicut bos, & dentib.
superioribus caret, & nõ findit vngulã, & tñ cornibus caret.
Et sm Aristotelem lib. 3. de par. animal. c. 14. Camelus habet
quatuor vẽtres, qui talis sunt dispositionis sicut aialiũ rumi-
nantium cornutorum. Et hoc fuit necessarium sm Arist. qa
cibus talium aialium non benè masticatur, & ideo necessarij
sunt plures ventres, vt transeundo de vno ad alium, digerat,
quia de primo ventre extrahitur ad os vt ruminetur, deinde
ad alios ventres transmittitur, vñ amplius non exit. Sic verè
charissimi nos debemus ruminare diuina mandata per stu-
dium, & meditationem, & nostra peccata per contritionem
& compunctionem, non findere vngulam. i. affectionem per
multiplicem occupationem, & distinctionem. Carere denti
bus. i. blasphemia & detractione, & maximè a parte superio
ri. i. quantum ad ipsum Deum, & prælatos, vel parentes. Ca-
rere et cornibus. i. superbia & elatione. Threno. 3. Confregit
ad numerũ dentes meos. Reuera in interioribus nostris de-
bent esse quatuor ventres. i. in interioribus cõscietiæ nostræ
quatuor distinctiones. Primus venter est contritio de pctõ,
& de isto debet cib. i. pctm̃ tanquam non bene masticatum
nec cum maturitate receptũ, extrahi vsq: ad os. s. per confes-
sionem. Secundus venter est cõpunctio, quã. s hõ debet habe
re de culpa pcedẽte, & ista est pars satisfactionis. Tertius est
timor recidiui, iuxta illud Eccl. 5. De propitiatu peccatorum
noli esse sine metu. Quartus aũt venter est gratiarum actio. s.
de culpa abolita, de venia data, & gratia restituta. & sic ĩ istis
quatuor ventribus. i. in istis quatuor conditionibus debent,
peccata nostra digeri, & ad animæ nutrimentum commuta-
ri. Ideo de istis quatuor ventribus dr̃ Eccl. 37. Ex corde par-
tes quatuor oriuntur. Vel pone si vis contra illos, qui habẽt
plures conscientias. Vnam de diebus ferialibus, in quã mit-
tunt, & extrahunt, facientes de eodẽ facto modo conscien-
tiã modo non, & aliam de diebus festiuis, in quã intrant cibi
boni, & digesti, de qua non est licitum quid exire. Vel pone
contra illos, qui partialiter confitentur de quibusdam angu
lis conscientiæ aliqđ, de aliis nihil. Vel pone, q camelus ẽ dia
bolus, gibbosus p supbiã & elationé, ruminans p irã & despe
rationé, nõ findẽs vngulã p discretioné, sed carẽs cornib' p
potẽtiæ suæ resecationé. ps. Cornua pctõrũ cõfringã. Et in vẽ
tre eius. i. in inferno sunt vẽtres plures sm distinctionem. Pri
m' de quo põt aliqđ extrahi. s. vẽter purgatorij. sed alij sunt
de qbus nullus extrahit. s. lĩbus puerorũ, & inferorũ, qa non
est agnitus q reuersus sit ab inferis. Vel accipe quatuor ven-
tres diaboli, quatuor q concurrunt in pctm̃. s. cogitatio dele
ctatio, cõsensus, operatio. i. de duob', primis põt herba. i. hõ
exire, nisi in alios trãsferatur. Vnde põt dicere aia peccatrix
illud Hiere. 51. Absorbuit me quasi draco, impleuit ventrem
suum teneritudine mea. ¶ Camelus sm Pli. li. 8. c. 18. est inimi 4
cus eq., & diutissimè viuit. s. per quinquaginta annos, diu to-
lerat sitim. s. per quatuor dies, nec bibit aquam nisi turbidam
quam, si non est turbida, pede calcat, vt dicunt tã Plin. quam
Solinus. Plinius aũt addit dicto capitulo, q post quatriduũ,
tñ bibit, q satiat desideria præterita, & prodest et ad futura.
Castratur camelus, vt aptior, & velocior fit ad bellũ, fortior
.n. fit & velocior coitu penitus denegato. Talis debet esse vir
perfectus, & maximè religiosus, quia equos. i. religiosos luxu
riosos debet fugere, & odire. Iniquos odio habui. sm illud
quod dr̃ Eccl. 19. Qui se iungit fornicarijs, erit nequã. Diu et
debet viuere per perseuerantiam in bono opere, & longitu
dinem. Rex in æternũ viue. &c. Dan. 5. Sitim debet tolerare
per abstinentiam, & carnis macerationé, & bibere aquã tur-
bidã, non clarã. i. præamare turbidã, pænitentiam & tribula
tioné, quã clarã prosperitaté, & mundanã cõsolationé. Hie.
2. Vt bibas aquam turbidam. Et debet esse castratus per cõ-
tinentiam, & luxuriæ resecationem, vt sit velocior, aptior &
promptior ad cursum, & ad bellum. i. ad bonam operationé
quia hõ fortior est spũaliter, qñ per continentiã est cãstrat'.
vnde Apostolus. 2. Cori. 12. Cũ. n. infirmior, tũc fortior sum.
Sap. 4. O quam pulchra est casta generatio cũ charitate. Vel si
vis dic contra illos, qui occasione ieiunij tã pteriti, q̃ futuri 5
bibunt, & comedunt magis lautè. ¶ Camelus sm Auicẽ. pri-
mo mouet pedem dextrum, sicut leo, & habet fissos pedes si
cut vrsus, & inter scissuras est pellis, sicut in pede anseris, &
sunt pedes, & eius debiles, & carnosi, & ideo lauantur eis pe
des, & fiunt eis calciamenta sicut hominibus, ne lassescant, vt
dicit Auicenna. Camelus est homo, cuius pedes sunt affect',
qui sunt fissi naturaliter per appetituum diuersitaté, carnosi
per carnalitaté, & voluptaté, & iõ oportet, q eos sæpe lauet
per confessioné, & q eos calciet. s. exemplis sanctorũ p eorũ
imitationé. Na per calciamenta, quæ fiunt de mortuis aiali-
bus, intelligo exẽpla sanctorũ, per q̃ debent affectus nostri in
dui, & ab inquinamentis luxuriæ conseruari. Ezec. 16. Cinxi
te bysso, calciaui te hyacintho. Et cũ hõ habeat duos pedes. s.
dextrũ & sinistrũ, hoc est dictu, affectus spũales & carnales,
semper tñ debet præponere dextrũ pedem. s. bonum affectu,
vel bonam intentioné, & desideriũ æternorum. Figura si vis
Apocal. 10. de angelo qui posuit pedẽ dextrum supra mare.
&c. Vide eã in opusculo sup Apocalypsim. Et sm eundẽ, in
corde cameli aliqñ inuenitur os, sicut in corde cerui, quia. s.
in corde viri iusti, os. i. Christus inuenitur qui ipsum roborat
& confirmat, & sustentat. ideo Hoc nunc os ex ossibus meis.
¶ Camela sm Auicen. est feruens ad coitum, ita q præ desi- 6
derio inclinat se. & vadit super genua quãdo appetit mascu-
lo copulari, & iuxta locũ vbi pri' coiuit, appetit semp coire,
& portat per duodecim mẽses, & non coit ante trienniũ, &

post coitum quiescit per annū. Sic aīa debet esse feruens per
charitatem ad coeundum, & cōmiscendū cū Chřo per cou-
cordiæ vnitatem, & ideo debet flectere genua per humilita-
tem, & locum iuxta quem primo cum Christo suo masculo
fuit iuncta.i.innocentiam baptismalem summè debet appe-
tere,& amare,vt ad eā reducatur. Hæc debet fœtum suum.i.
bonū propositū cōcipere, & portare per duodecim mēses.i.
per duodecim articulos fidei, & cum masculo suo Chřo nō
copulaĩ p dilectionē,quousq; tres annos.i.trinitatis fidē ha-
7 beat,& cognitionē,quia ẜm Apost.ad Heb.11. Sine fide im-
possibile est placere Deo. ¶ Vt dicit idē, camela habet duas
mammas,in quibus quatuor sunt papillæ. Sic verè aīa habet
duas mammas.s.fidem & charitatem, a quibus oriuntur qua
tuor papillæ.i.quatuor virtutes cardinales.Orta sūt quatuor
8 cornua.&c.Dan.8.¶ Scd'm Arist.lib.5.c.2.Camelus tempo-
re amoris est solitarius in mōtibus, & habet tēpus determi-
natum ad coitum. Sic Christus tēpore amoris.i.incarnatio-
nis fuit solitarius per vitæ singularitatē,quia sedebat solita-
rius,& tacebat.Thre.3.& Hie.2 .Onager assuetus in solitudi
ne.Et ad huiusmodi coitum, & coniunctionē cū humana na
tura faciendum,habuit certum tempus.s.tempus gratiæ.vn-
de, Turtur miluus ciconia,& hirundo cognouerūt tēpus ad
uentus sui.Hie.8.& Apostolus.ad Gala 4. Qñ venit plenitu-
9 do temporis.&c.¶ Camelus non coit cum matre.vnde dicit
Arist.li.9 c.47. ꝙ camelus quidā cuius mater fuit operta pal
lio,saliuit super eam,& cognoscens esse matrē,descendit,&
ingeniatorem occidit. Quanto magis ergo homo non debes
ad cōsanguineas accedere. Exemplū de quoda philosopho.
Ideo Leu.18. Vnusquisq; ad proximā sui sanguinis non acce
dat. Econtra dr̃ Oseæ 4. Sāguis sanguinē tetigit, ꝙ si fortè in
geniator.i.caro operiens nos pallio prauæ excusationis, quæ
.s.per consanguinitatē facilius habetur, nos fecerit cum tali-
bus coniungi, occidamꝰ cū per pœnitentiā & laborē. Quid.n.
nequius quam qđ caro,& sanguis cogitauit? Eccl.17.q.d.ni-
10 hil.¶ Secundum Plinium lib.11.c.37. Camelus inter quadru
peda solus caluescit sicut struthio inter aues,& assimilaĩ bo-
bus in ventre,& in dentibus, non tñ in cornib. Sic debemus,
caluescere.i.pilos diuitiarum deponere per elemosynam,&
largitatem. Mūdus & caluus est. Leuit.13.& bobus.i.sanctis
apostolis,& martyrib. debemus esse similes in ventre.i quan
tum ad abstinentiam, & continentiam,& in dētibus quantū
ad prædicationem,& eloquentiam,licet nō simus eis similes
in cornibus.i.quantū ad virtutes & cōstantiā, quia isti hones
tantæ fuerunt fortitudinis,constantiæ & virtutis.ꝙ pœnas &
martyria sustulerunt.vnde Prou.14. Ibi manifesta est fortitu
do bouis.quod vtiq; nos alij miseri non habemus. Nam sicut
dicit idem Pli. quia camelus habet dentes sicut aīal ruminās
ideo necesse est,ꝙ venter suus similis sit dispositionis. Sic ꝑ
certo ex quo ꝓdicator similis est aīalibus ruminātibus.i.san-
ctis Apostolis & ꝓdicatoribus quantum ad dētes. i. quantū
ad eloquentiam,ideo debet eis esse similis quantū ad ventrē
.i.quantum ad interiorem affectionem, vel quantū ad absti-
nentiam,& carnis macerationē,vt.s. non defluat venter eius
per gulam,& luxuriā,vsq quantum illi. Ideo Cant.7. Vmbili-
cus tuus sicut crater tornatilis nunquam indigens poculis.&
Cant 4. Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt
11 de lauacro.¶ Camelus nō habet fel destinctum sicut elephas
& ideo dicit Anaxagoras ꝙ ista est ca quare ita diu viuit,qa
aīalia parum habentia de felle diu viuunt, sicut ceruus , qui
pōt viuere centū annis,elephas trecentis, camelus quinqua-
ginta. Nā vt dicit idem, fel est cā omnium infirmitatum. Fel
aūt non habet camelus,quia hepar, & sanguinē habet valde
sanū, ẜm Pli.lib.11.c.37. Charissimi per fel intelligo iram,qa
est de materia cholerica,quæ in hoīe causat irā. Si ergo volu
mus habere longā vitā , hoc est dictu illā, quæ semper durat
gloriā vitæ æternæ,verè dico,ꝙ debemus carere felle.i.pra-
uitate & facilitate ad irascendum, & vindicandū , quia verè
carētia fellis,& iracundiæ,crudelitatis pariter vindictæ,cau
sat in hoīe vitam longam, grātiæ.s.in præsenti,& gloriæ in fu
turo,& in elephate & ceruo.i.in Christo & sanctis. Econtra
aūt abundantia fellis, & iracūdiæ mortē accelerat sempiter
nam, & infirmitates causat multiplicium peccatorum. Eccl.
30. Zelus & iracundia minuunt dies, & ante tempus senectā
adducunt cogitatus. Ideo Eccl.38. Non dederis.&c.& Pro-
12 uer.29. Qui.n.ad indignandum facilis est,erit ad peccata pro
cliuior.¶ Camelus licet sit animal māsuetum,tñ aliqñ incur
rit rabiem,& podagram ẜm Arist. Et est camelus animal sic-
cum & macilentum feruens & calidum,velox ad motum,&
hoc propter amplitudinē passus. Sic vere licet homo sit ani-
mal mansuetum natura, tñ aliqñ efficitur rabidus per crude
litatem, quia peccatores mundani sunt calidi per auaritiam,
& cupiditatem,sicci & pallidi per hypocrisim, & calliditatē.
Ideo efficiūtur rabidi per crudelitatem,& podagrici per pi-
gritiā, & stoliditatem, calor.n.auaritiæ & crudelitatis rabiē
causat in ipsis. Istud patet in multis malis prælatis,& iudicib.
q sub spē hypocriticæ,& fictitiæ bonitatis, exactiones & cru
delitates exercent. Eccl.23 Aīa calida quasi ignis ardens,nō
extinguetur donec aliquid glutiat.¶ Camelus est aīal calidū
& siccum,& macilentum,cuius lac est acutum subtile,diure-
ticum & diuisiuum, & grossorum humorum incisiuum . Sic
Christus fuit calidus per charitatem, siccus per continentiæ
puritatem,macilentus per pœnitentiam,& austeritatē,& lac
ipsius.i.doctrina euangelica qñ in ventre conscientiæ incor-
poratur per meditationem, tunc valet contra vitia,& pecca
ta,quia.s.istud lac.i.ista Christi doctrina est incisiua.i. cordis
per contritionem,apertiua.i.oris per confessionē, acuta per
correctionem. Ideo ad Heb.4. Viuus ē sermo Dei,& efficax,
& penetrabilior omni gladio ancipiti.¶ Nota quod dicit Pri
mus alphonsi de camelis. ait.n.ꝙ tantam habent in se cōcha-
ritatem, ꝙ oēs illi qui sunt eiusdē societatis, semper volūt simul
comedere,& si vnus comedere nolit aut non possit, solent si
militer oēs alij ieiunare,quapropter si vnus infirmus extiterit,
necesse est,quòd de societate collatur,quia propter eius ie-
iunium alij ieiunio perimerētur. Ista possunt allegari de cha
ritate,& communitate,quia.s.illi qui sunt eiusdem societatis
debent esse maxime charitatis, & mutuæ conformitatis,&
nullius singularitatis,quia scilicet cum comedentibus debēt
comedere,& cum abstinentibus abstinere,cū sanis sani fieri
& cum infirmantibus infirmari 2.Corin.11.Quis infirmatur
& ego non infirmor?& 1.Corint.9. Omnibus oīa factus sum.
Vel dic ꝙ vnus malus est quandoq; ruina multorum.& ideo
mali , & infirmi spirituales de medio tollantur, ne boni per
eos,& eorum exempla,& dicta spiritualiter moriantur. Vn-
de illud 1.ad Corint.6. Auferre malum a vobis.

## De Camelopardals. Cap.18.

CAmelopardalis vel camelopardus est animal Aethio
picum,mansuetum,ad modum ouis ruminans,& fin- 1
dens vngulam , & habet caput sicut camelus, collum
sicut equus, pedes & crura sicut bubalus, maculas si-
cut pardus,& ideo dr̃ camelopardus,a capite cameli,& ma-
culis pardi,vt dicit Isid.li.12.& Pli.li.8 c.18. Et illud aīal vul
gariter dicitur ierassa,quod est aīal habens collum,& pedes
anteriores longissimos,respectu posteriorum. Aīal erat mū-
dum ẜm legē. Deut.14. Sic verè vir perfectus,& maxime re-
ligiosus debet esse similis oui,quantum ad mititudinem vel
ad mansuetudinem,& benignitatē, findendo vngulā per di-
scretionē , & ruminando per sacræ scripturæ meditationē.
Iste debet habere caput sicut camelus,q.s.se inclinat qñ one
ratur. Sic ille debet caput ꝓpriū inclinare superioribus p hu
militatem. Eccles.4. Magnati. humilia caput tuum. Collū.i.
intentionē debet habere sicut equus,qui ipsum vt cōiter ha-
bet eleuatū,quia intentio eius debet esse ad cœlestia eleuata.
Collum tuum sicut turris eburnea. Cant.4. Vel collū & gut-
tur sicut equus per hinnitum prædicationis. Iob 39. Nūquid
circundabis collo equi hinnitum? Pedes etiam eius.i. affectꝰ
debent esse similes bubalo boui siluestri.i. Christo, quia sicut
bos habet fortes tibias,sic affectus nostri debent esse fortes,
& stabiles in bono. Cant.5. Crura ipsius colūnæ marmoreæ.
Debet ēt habere maculas albas , sicut Pardus, quia ꝑ certo
sua pellis , & cōuersatio exterior debet esse diuersis maculis
virtutum distincta. Idō pōt dici illud Dan. 7. Ecce alia bestia,
quasi pardus,& alas habebat vt auis.& sic erit mundus vt sibi
aliis comedaĩ per imitationē. Vel expone de malis, q sunt si
miles in capite.i.quantū ad intentionē, camelo per auaritiā,
quia.s.ipsi portant gibbum temporalium per affectionem,&
in collo.i.in voce & gusture sunt similes equo quantum ad ia
ctantiam,& malam locutionem. Equus.n. libenter hinnit.In
pedibus.i.volūtate & affectione similes sunt bubalo quantū
ad obstinationem,quia bubalus est animal indomitū,& cer-
uicosum. In pelle.i.in exteriori tegimine sunt similes pardo
quantum

quantum ad crudelitaté,& iniquam operationem, quia fm
Pli.pardus est aïal preceps ad sanguiné. Et quia tales quantú
ad aliqua similes sunt equis,ideo fuerunt Figurati. Apoc.9.
vbi Ioannes vidit equos de quorú ore procedebat ignis, sul
phur,& fumus,& habebant capita sicut leones,caudas aút si
cut scorpiones,habentes capita,& in his nocét. Sic verè mul
ti mali sunt similes equis quo ad luxuriam, iactantiá,& sup-
biam. Vnde de ore eorum nó procedit aliquod verbú,nisi sit
igneum quantum ad auaritiam,fumeum quantum ad super
biam,vel sulphureum quantum ad luxuriam , quia vt cõuer
verba omnium mundanorum circa ista tria versantur. Isti ha
bent caput sicut leones per crudelitatem,quia eorum caput
& intentio crudelis,& leonina est, & ideo dr ꝙ habent cau-
das sicut scorpiones,quia eorum cauda,& finis per rapinam
pungit,licet eorum facies primo vngat,& dr ꝙ in cauda eo
rum est caput , quia pro certo caput intentionis suæ dr esse
in cauda scorpionina,i.in finali venenosa rapacitate, quia.s.
tota eorum intentio respicit ad caudam.i.ad finem, vt.s.ali-
quid in fine scorpionicè rapiant, & acquirant. Ideo dicitur
ibidé,Habebant caudas,vt scorpiones,& aculei erant in cau
dis earum loquitur de locustis putei abyssi.

## De Chamaleonte. Cap 19.

CHameleon fm Isid.est aïal paruum, diuersa varieta-
1 te coloratum. Vnde fm Auice.idem est quod stellio.
Est istud aïal multum timidum,& pauci sanguinis,&
ideo facillima conuersione,colorē mutat,quia ad co-
lores quos exterius apprehendit per interiorem imaginatio
nem,facillimè se conuertit. Vnde etiam Solinus dicit,ꝙ co-
lor eius est per momenta mutabilis,ita ꝙ cuicunq; rei se cõ-
miscuerit,concolor ei fiat.& fm Auic.habet faciem lacertę,
vngues acutos,corpus asperum, pellem durá sicut crocodi-
lus,oculos habet profundos,& semper apertos,quos sępe gi
rat,& mouet,parum habet de carne,& splene caret. Sic verè
bonus,& perfectus homo debet esse diuersimodè coloratus
per apparentiá,& honestaté,pauci sanguinis,& voluptatis p
continentiá,& parcitatem, corpus debet habere asperum p
pęnitentiæ austeritatem,cutem duram per patientiæ firmita
tem,& vngues acutos per verború, & correctionis rigidita-
tem, & se debet faciliter cõuertere ad abiectos colores per
bonorum exemplorum imitationem. Sap. 16. Ad qđ quisque
volebat,conuertebatur. Facié in lacertæ debet habere p be
nignitatem,& fidelitatem. Ná lacerta prodit insidias serpen
tis. Beatus hó qui sp est pauidus. Prou.28. Oculus cordis ei⁹
debet esse profundus per firmitaté fidei,& districtioné,aper
tus per cęlestium meditationem,& affectionem, cito girans
per circuospectionem,& carne.i.luxuria, splene.i.tempora-
li lætitia debet carere per mortis considerationem. Vel expo
ne econuerso de malis, qui sunt parui per defectum virtutú,
quia non habent debitam dimensionem.s.altum fidei,longú
spei,latum charitatis,& profundum humilitatis. Paruulum
occidit inuidia. Iob.4. Isti sunt stellati per prosperitatis clari-
tatem,& ornamentorum multiplicitatem. Eze.16. Vestiui te
multicolorib. Isti parú habent de sanguine, in quo est vita.i.
de charitate , vel de sanguine benignitatis, & cõpassionis,&
maximè de sanguine Christi in corde nihil habent p suę pas
sionis recordationé,& iò timidi sunt.s.ad bonum aggredien
dum,quia diues fm Senecam,si videt regem,ęstimat præda-
torem, si videt pauperem,æstimat furem,quia sonitus terro
ris in aurib.impij.&c. Iob 15. ideo Seneca. Quantum accessi-
mus ad successum,tm accessimus ad metum. Ista autem timi
ditas prouenit ex defectu sanguinis.&c. Isti habent pellem p
obstinationem,& incorrigibilitaté,quia.s.nullum iaculum p
dicationis vel correctionis põt eos penetrare. Iob 41. In sti-
pulam versi sunt ei lapides fundæ. Cor eius indurabitur qua
si lapis. Isti habent vngues.i.manus acutas per rapiná, & aua
ritiam. Nam sicut res vnca,& acuta bene retinet qđ habet,&
faciliter arripit qđ non habet , si illi sua tenent per auaritiá,
aliena aút accipiunt per rapinam. Tene quod habes. Apo.3.
ideo Hie.50. Omnes qui ceperunt eos,tenent,nolunt dimit-
tere eos. Isti sunt similes lacertæ quantum ad venenositates
falsitatis,crocodilo quantum ad insatiabilitaté cupiditatis.
Crocodilus n.semper crescit quandiu viuit. Sic isti sp quunt
per diuitias augeri in infinitú. Et habent corpus asperú qua-
tum ad exteriorem superbiam,& austeritatem. Et isti fm ꝙ
vident exterius,colorem suú mutant,quia.s.oia mala exem-
pla quæ in aliis vident,in se mutant,& regulant,& disponút.
Quod bene verum est de adulatorib.qui oim aliorum colo-
rib.& conditionib.pro virib.se conformant. Leues.n.sunt,&
instabiles,& ideo de vno statu ad alium se transformat. Nul
lus.n.est contentus proprio colore.i. proprio statu , quia de
canonica ad decanatum,& inde ad episcopatú. &c.iò Prou.
13. Vult & non vult piger.& Eccl.27. Stultus aút vt luna mu
tabitur. Vel expone de corpore glorificato , in quo appare-
bunt diuersi colores.i.diuersæ dotes per virtutem interioris
imaginationis.i.per interiorem influentiá aïæ,quia per glo-
riam aię deriuabitur gloria in corpus,vt sic eis dicatur Eze.
16. Sumpsisti vestiméta tua multicoloria. ¶ Stellio mutat co 2
lorem exterius qñ vult,fm interiores conceptus, fm Aug.
de ciui. Dei. Sic iustus conuersationem mutat fm locú, & té
pus,quia nunc lætus,nunc tristis &c. Contra habitum ne co
gnoscaris. Vel expone de hypocritis,qui student pellem suæ
cõuersationis exterius colore sanctitatis pingere, & ornare,
& in varias virtutú spés se mutare. Pulchritudiné coloris ei⁹
admirabitur oculus. Eccl.43. Attende tñ ꝙ fm Pli.li.8.c.33.
& fm Solinum duo sunt colores quos nunquam põt mētiri
Chameleon,candidus.s.rubens. Sic verè hypochrita nunquá
põt in duas virtutum spés propriè se mutare.s.in albedinem
innocentiæ,& in rubedinem charitatis. Acquirere.n.põt hy
pocrita,& etiam quicunque peccator castitatem, patientiá,
pęnitentiam,& alias morales virtutes,sed pro certo innocé
tiam,& charitatem nunquam. ¶ Secundum Arist.lib.2.c.11. 3
chameleon est corpore similis lacerto, & medium eius pro
minet sicut piscis,& cauda eius est lóga, & facies eius habet
similitudinem porci & simiæ, corpus totú habet asperú, vn-
gues habet in manib.sicut aues,manus habet diuisas in duo,
cuius proportio diuisionis est sicut pollicis ad manus hoïs.
Charissimi per chameleontem intellige diuites huius múdi,
qui sunt rectè similes lacerto, qui tm apparet tpe sereno,&
non pluuioso,quia verè tpe sereno , prosperitatis apparent.
alijs.s.esse amici,& fideles,sed qñ venit pluuia aduersitatis,
tunc fugiunt nec videntur. Ecc.6. Est amicus fm tépus Me-
dium eorum,s.cor per superbiam prominet, & tumescit,qa
fm Aug.difficile est vt superbus non sit,qui diues est. Cau-
da aút.i.perseuerantia in malo est multum longa,quia opti-
mè perseuerát in labore acquirédi &c. Facies aút eorum.i.
interius fauor,& apparentia illorú est similis simiæ quantú
ad calliditaté,& falsitaté,quia sicut simia similitudiné habet
hoïs,non naturá,sic illi in principio videntur esse aliud quá
sint:hoïes.n.i.rõnabiles,& benigni esse credútur, qui tñ fina
liter esse bestiæ comprobantur. Vnum.n.promittunt paupe
rib.sed aliud eis reddunt. Exemplifica. Similis est etiam por-
co,qui no somniat nisi stercora, quia tota talium affectio est
ad diuitiarum stercora congreganda. Qui vescebantur volu
ptuosè,amplexati sunt stercora. Illi etiã habent corpus aspe
rum per austeritatem, vngues acutos per crudelitatem. Ná
in manib.habent vngues.i.rapina,& peruersitatem,& p̃ūctu
rá,& iniquitaté. Eccl.7. Vincula sunt manus eius, sagena cor
eius. ¶ Chameleon fm Arist.ibidem habet oculos profunda 4
tos,magnos,& rotundos,& nunquam eos cooperit, & girat
eos frequenter,& color eius mutatur qñ corium ipsius insuf
flatur,& habet colorem subnigrum,in morte aut turpissimi
est coloris.maculas habet i toto corpore nigras, & maximè
in oculis,& cauda,parum habet carnis,nisi in capite, & cau-
da vbi parú habet sanguinis,in cauernis manet, scissus,& di-
uisus adhuc palpitat,splené aút non habet. Sic pro certo cha
rissimi tales sunt causidici,& sapientes huius múdi,mundiq;
diuites,& potentes,qui pro certo oculos intellectus habent
profundos per malitiæ subtilitaté,magnos,& rotundos per
sapientiæ magnitudinem,veruntamé ipsos mouent, & girát
.s.de vna cautela ad aliam,& vno proposito ad aliud,quia al
legant pro,& contra,per fallaciam,& malignitatem. Ecc.20.
Oculi eius septemplices sunt. vndiq;.n.cuncta suspiciút,vias,&
cautelas,& situú circunstantias præuidendo. Isti tñ oculi nú-
quam clauduntur,quia verè corú malitiæ sp sunt apertæ,&
non dormiunt,nec quiescunt,quia nocte , & die cogitant in
cautelis. Prou. 4. Nec capitur somnus ab oculis eorú donec
supplantauerint. Vel dic ꝙ oculi eorum sunt sp aperti ad oïa
concupiscibilia mundi,quia nõ satiatur oculus visu.&c. Nõ
possunt.n.claudi.i.satiari vel impleri,quia oculi hominú in-
satiabiles Prou.27. Illi etiam colorem mutant,quia quando
videntur esse vnius coloris , id est ex parte vna sit tamen in-

Sustentur per promissiones,& dona,statim ad colorē oppo
sitū se conuertunt.i.ad partem contrariā conuertuntur,quia
semper se conuertunt cum illo qui magis offert,& qñq; ac-
cipiunt ab vtraq; parte. Eccl.33. Præcordia fatui quasi rota
carri,& quasi axis versatilis cogitat⁹ illius.ið dicit Pet. Rau.
Si nares eorū afflauerit cruda rubiginosi aura marsupij, sta-
tim videbis oculos Argi.versutias Vlyssis,Achitofelis consi
lia,& Absalonis obscura.Isti sunt subnigri.& maculis nigris
pleni,quia pro certo aīa eorum est vitiorū fuligine denigra
ta.Facies eorum sicut nigredo ollæ.Nan.2. Parum habēt de
carne.i.de fluida cōpassione, nisi fortè aliquantulū in cauda
.i.in fine circa mortem,vbi faciunt sua fictitia testamenta, &
qñq; aliquas elemosynas largiuntur. Vnde Numer.22.Caro
eius deuorata est à lepra.i.cōpassio ab auaritia. Isti in cauer-
nis habitant per terrenā affectionē,parum se mouent p bonā
operationem,sed sunt nigri coloris per malam conuersatio
nem.Non habent ēt splenem qui facit ridere.i.spūalē lætitiā
aut consolationem. Vnde Prou.13.Lucerna impiorum extin
guetur,quia non habent futurorum spē mali,quia tales nun
quam sunt perfectè læti,imo sp habent stimulum conscien-
tiæ,& timorem mortis &c.Et isti in morte habent colorem
turpissimum,quia vt cōiter pessimè moriuntur,ita φ eorum
mors est horribilis ad videndum.ps.Mors pctōrum pessima.
5 ¶ Chameleon colorem ad modicum flatū mutat,oculos vn-
dique facilitor,& velociter girat,& sp eos habet apertos.Sic
verè leues colorem.i.apparentiā sæpe mutant, sicut patet in
mundanis,qui nouas consuetudines vestium, & gestuum sp
inducunt.Eze.16.Sumpsisti vestimēta tua multicoloria.Ocu
los etiā vndiq; vertunt per vagabilitatē, quia oculi stultorū
in fines terræ.Eccl.7.Nec eos claudunt per vanorū aspectuū
resecationē,& maturitatē.Baruc.2.Aperi oculos tuos, & vi
6 de.¶ Chameleon ſm Plin.li.28.c.8.talis est virtutis cōtra acci
pitres,φ eos à volatu detrahit,& præbet cæteris aīalib.volū
tariè lacerandos.Et ſm democritū(licet hoc Plin.derideat)
caput eius,& guttur cum lignis roboreis cōbustum,imbres
& tonitrua facere perhibetur.Et ſm gl.super Leu.11. qñ in-
firmatur,mansuetum se fingit,cum sic crudelis . Tales rectè
sunt praui socij,quia pro certo si accipitrib. volantib.i.viris
spiritualib.& contemplatiuis sociētur,ipsos per mala sua exē
pla,& verba,suggestiones,& inductiones detrahunt in pctm
a volatu contemplationis , & ipsos ad se.i.in sui imitationē
trahunt,& sic bestijs terræ.i.demonib. exponūt perpetuo la
cerandos.Vnde tales pōt dicere illud Amos.9. Si ascēderint
vsq; ad cęlum,inde detraham eos, & si in mari se absconde-
rint,ibi mandabo serpenti,& mordebit eos. Et qñ caput.i.
imaginatio talium incenditur per iram vel per auaritia, tūc
imbres,& tonitrua.i.lites,& contentionis commouent,& p
curant,sicut summè patet in religione,quia per malorum irā
& auaritiam boni sæpe cōcitantur.Et tales qñ infirmi sunt.i.
qñ sunt in aliqua depressione vel tribulatione fingunt se esse
māsuetos,& benignos,licet sint impij,& crudeles.Istud sum
mè verum est de hypocritis,qui ēt sunt similes stellioni eo,φ
de vento.i.de vanitate viuunt , & eo φ exterioris conuersa-
tionis pulchritudine colorantur. Vnde Eccl.19.Est qui ne-
quiter se humiliat,& interiora eius plena sunt dolo. Vel dic
φ chameleon est diabolus,qui tentationib.suis,& suggestio
nib. suis accipitres.i. viros cōtemplatiuos quib. inimicatur,
detrahit ad pctm,tradēs eos alijs bestijs.i.demonib. finaliter
7 in inferis cruciandos.¶ Chameleon dr viuere de cœlo,& ae
re sicut talpa de terra,halec de aqua,Salamādra de igne.Vn-
de versus. Terra cibat talpam,flammæ pascunt Salamandrā.
Vnda fit halec cib.cibus,aer chameleonti. Solinus aūt dicit φ
iste habet hiatum oris valde magnū , & tñ fine alicuius vsua
ministerio,vtpote cum neq; cibo neque potu alatur , sed tm
aeris haustu viuat.Sic verè in mundo sunt quattuor gña ho-
minum , qui quattuor elementis.i. quattuor principalib.vi-
tijs nutriuntur.s.chameleō stellarus,qui significat superbos,
& curiosos in vestib. quia aere vanæ laudis ab histrionibus,
& adulatorib.nutriuntur Effraim pascit ventum.Ose..2.Alij
sunt talpa.i.auari , qui ad modum talpa ceci terrā comedūt
.i.bona terrena comedunt,& sectātur. Terrā comedens cun
ctis diebus vitæ tuæ Ge.4.Alij sunt Salamandra.i.inuidi,qui
igne tribulationis,& aduersitatis aliorum pascuntur, & nu-
triuntur,quia aliorum nocumenta sunt taliū nutrimenta De
igne egredietur,& ignis consumet eos. Eze.15.Alij sunt ha
lec.i.deliciosi,qui aqua deliciarum,& luxuriæ impinguatur.

Eze.31.Aquæ nutriuerunt illum.Vel expone in bono,quia q
dam viuūt aqua compassionis,alij igne dilectionis, alij aere
contēplationis,alij terra humilitatis,& mortis recordatio-
nis. Vel dic φ multi sunt qui pro nihilo videntur habere os
magnum.i.capacitatem intellectus,cum cibum doctrinę,ex
charitatis vel gratiæ nunquam sumant,sed vento inanis glo-
riæ solum viuant.¶ Secundum Solinū, Corax.i.coruus odit
& occidit chameleontem,à quo cū interfectus est,victorem
suum perimit interemptus,quia.si is de carnib.eius gustaue-
rit,moritur,nisi ramo lauri comesto sibi ptinus medeat.Sic
verè sæpe fit φ dum coruus.i.homo per prauam denigratus,
de chameleōte.i.de venenosa carne triumphat,ipsamq́; mor
tificat atq; domat,ab ipsa sic interfecta occiditur,qñ.i.de ha
bita victoria inaniter gloriatur, & ad contemptum sociorū
per superbiam eleuatur,& sic fit φ nisi ad laurum.i.ad Chri
stum per orationem recurrat,caro quam per pœnitentia oc
ciderat,per superbiā,& inanem gloriā ipsum necat. Et ideo
benè dicit Greg.φ valde timendum est vitiū quod ex victo-
ria nascitur vitiorum. Vel dic φ quamuis coruus.i. prælatus
vel iudex cameleontē.i.peccatorē occiderit,& punierit,ipse
tñ per auaritiam moritur si de carnib.suæ temporalis substā
tiæ gustauerit,quia si ipse nō debet bona quærere,qñ de cor
pore iudicauit. Quod est tñ hodie contra multos.Vel dic,φ
laurus est crux,cuius.s.gustus , & deuotio illum liberat,quē
chameleon.i.caro vel diabolus inuenenat.

## *De Caprea siue Dorcade. Cap 10.*

CAprea est siluestris castra,à carpēdo herbas dicta.Mo
ratur aūt in excelsis rupib.vbi si coarctata fuerit à ve 1
natorib,in præceps cadere se permittit,& illæsam su-
per cornua q habet fortissima,& durissima,se recipit
& habet clarissimum visum, quia de longè prospicit venato
rem,& est caprea idem quod ibis vel damula ſm Isid. & Pa
piam.Sic verè vir iustus debet carpere.i. sacra doctrinam p
studiū.& meditationem,in qua debet iugiter meditari.Exo.
2.In carecto ripæ fluminis virens carpebant. Hic debet mo
rari in excelsis rupib.per contemplationē.In montib. Israel
erunt pascua earū.Eze.34.Debet ēt clare videre per discre-
tionē.Sed qñ a venatorib.i.à tentationib. impetitur,debet se
præcipitare per humilitatē , & inferius cadere,& descēdere
per mortis , & inferni considerationem,& si habeat cornua
fortia.i.fortem constantiam,& perfectionem,super ea se re-
tinebit per spē,& deuotionē,ita φ non lædetur per tristitiā
& desperationem,nec à venatore diabolo occidetur p æter
nam damnationem.Ascendunt vsq; ad cęlos, & descendunt
vsq; ad abyssos.Vel expone de platis,qui in altis habitat mo
tib.dignitatum,quia debent esse discreti humiles,& contem
platiui &c.Abrupta quæq; ibi cib. peruia sunt 1.Re.24. Vel
expone contra superbos,qui modo sunt in montib.dignita-
tum,sed qñ venator.i.mors venerit, tunc præcipitabunt in-
ferius in inferno,& tñ nunquam morientur, quia laborabūt
inæternum,& viuent adhuc in finem . Mors.n.ab eis fugiet
expectata.Hie.8.Nec cornua etiam suæ superbiæ cōfringen
tur,quia superbia eorum qui te oderunt,ascendit sp.Aīus n.
damnatorum nunquam cessat præ desperatione tumescere
contra Deum. ¶ Caprea,capra siluestris,damula vel ibix est 5
velocissima in cursu,leuissima in saltu,acutissima in aspectu,
dulcissima quo ad gustū,& tenerrima , & auidissima quo ad
esum,sagacissima quo ad pastum,quia in altis montib.lōge a
venatorib.pascitur,& inter herbas odore discernit.Talis de
bet esse contemplatiuus,& religiosus,& quilibet vir perfe-
ctus,quia velox dēt esse ad cursum obedientię,& bonæ ope
rationis.Eccl.35.In omnib.operib.tuis esto velox. Et Philo
sophus in æthicis.Oportet quidem consiliari tarde,sed ope
rari velociter. Leuis debet esse ad saltū obedientiæ,& subie
ctionis.Transiliens montes.Can.2.Acutus quo ad aspectum
scientiæ,& discretionis Oculi eius sicut sol.Apoca.1.Dulcis
quo ad benigna loquutionē.Verbum dulce multiplicat ami
cos,& mitigat inimicos.Ecc.6.Tener quantū ad cōpassionē
& sanus quantum ad bonam cōuersationem,aptus.i.ab alijs
comedatur per imitationem,sagax quantum ad pastū doctri
næ,& eruditionis,quia in altis mōtib.paradisi debet pasci p
orationem,& contemplationem.Can.8.Fuge dilecte mi,assi
milare capreę hinnuloq; ceruorum super montes Bethel.Et
inter herbas.i.doctrinas.s.diuinas,& mūdanas discernere p

discretionem. Sciatis quid sit inter mundũ, & immundũ. Le
3 uit. 55. ¶ Caprea siue damula sm Pli. li. 28. c. 10. habet sangui-
nem medicinalem, quia neruos contractos remollit, doloré
articulorũ soluit, & venenum expellit, damulã. n. serpétes fu
giunt, & eius anhelitum sustinere non pñt. Leopardus ét qñ
ægrotat, bibit sanguiné capreæ, & vim liquoris euitat. Et est
acuti visus, velocis cursus, & leuis saltus. Per capream intelli
go Christũ, qui fuit acuti visus per discretioné, velox per bo
nam operationum, & leuis per paupertatem, & terrenorum
abdicationem. concorda vt supra. §. præcedenti. Ista caprea
fuit In silua huius mundi super montes Iudeæ à canib. vena-
ta. i. à Iudæis, & occisa, & iõ sanguis eius pciosissimus est me-
dicinalis aiæ peccatricis, quia neruos. i. viros perfectos in qui
bus debet esse mot' bonæ operationis, & sensus deuotionis,
qñ contrahuntur per auaritiã, remollit per cõpassioné, vene
num ét pctõrum soluit, & expellit per indulgétiam, & remis
sionem, quia sm Apost. ad Heb. 9. Oia pęnæ in sanguine mũ-
dantur. Istam ét serpentes fugiunt, quia pro certo serpentes
. i. demones, & motus carnales, qui in carne serpũt, fugiũt da
mulam. i. Christum, & eius sanguiné, & passioné, quia p cer
to si Christus in corde oro fuerit per suæ mortis memoriã,
& compassioné, nunquam ibi serpens diabolus habitabit p
pctm, & tentationem, quia flatum eius. i. Christi inspirationé
nequit spũs diabolicus sustinere, & ideo pro certo leopard'
. i. homo qñ ægrotat per vitia, & pctã, debet bibere, & sibi in
corporare per suæ passionis recordationem, & cõpassioné,
sanguinem capreæ Iesu Christi, & sic ab ægritudine pctõrũ
per virtutes, & grãs conualescit. ideo Iob 16. Terra ne ope-
rias sanguiné meũ. Ezec. 39. Sanguiné fortiũ bibetis. Nu. 23.
4 Occisorum sanguinem bibat &c. dr de Leone. ¶ Caprea vel
damula est aial timidum, & imbelle, non habés aliquod mu
nimétum qñ persequitur. nisi fugam, loca alta habitat, & her
bas aromaticas comedit, & qñ vulneratur, dictamum come
dit, vt telum extrahat de corpore, sm Isid. li. 5. Sic pro certo
hõ est aial naturaliter imbelle, & sine aliquo psidio virtuali.
Vnde nec mundanis tribulationib. nec hostis suggestionib.
nec carnis passionib. & tentationib. põt resistere quoquo mo
do nisi tm fugendo ad diuini adiutorij, & nominis inuocatio
nem per deuotionem, & orationem, & malarum occasionũ
deuitationem. Prou. 18. Turris fortissima nomen dñi, ad eam
fugit iustus, & saluabitur. Iste etiam debet in montib. altis pa
radisi morari per contemplationé, herbas aromaticas. i. alio
rum bona opera, & exempla depasci per imitationem. ideo
Can. 8. Fuge dilige mi, similis esto capreæ super montes aro
matum. Et quando sagitta alicuius peccati mortalis est infi-
xa in corde suo, tũc pro certo debet comedere dictamum. i.
herbam sacræ scripturæ, & eam incorporare considerando,
quid & qualiter loquatur, vel etiam herbam timoris domi-
ni, & sic sagittam excutiet per confessionem, quia sicut dici-
tur Eccl. 1. Timor domini expellit peccatum.

## De Capreolo. Cap. 21.

1 CApreolus est animal simile filio cerui, & mutat détes,
& qñ sunt magni, significant vitæ diuturnitaté, sed sm
Arist. li. 8. qñ sagitta in eo est infixa, comedit pulegiũ,
& eam excutit. Sic veré boni qui sunt similes filio cer
ui. i. Christo filio Dei, mutant dentes. i. verba sua, sm. s. condi
tionem loci, & temporis, & personæ cui loquuntur 1. Figu-
ra 1. Re. 21. de Dauid coram Achis, qui mutauit linguã, & ge
stum &c. Et qñ sagitta alicuius improperij in corde eorũ ab
alijs infigitur, tunc pulegio. i. Christi patientia muniuntur, &
sanantur, inquantum ipsa reijcitur per patientiã atq; fugant.
Econtra de impatientib. dr Eccl. 19 Sagitta infixa fœmori ca
2 nis, sic verbum in corde stulti. ¶ Capreolus pp continuum
cursum, & motum à superfluo humido exoneratur, & caro
eius sapidior, & digestibilior efficitur, & odoris sui grauitas
amputatur, sm Constant. Sic pro certo boni, & iusti qui per
occupationem, & exercitium mouentur, ab humorib. vitio-
rum superfluis, & maximè à carnalitate, & voluptate depu-
rantur, & ois mali odoris. i. ois infamiæ, & luxuriæ grauitas
ſes ſunt cauſæ ſm Pli. Vna eſt latitudo paſſus, quia tibias habet longas. Alia eſt diſpoſitio mẽbrorum, quia tibias habent graciles, & neruoſas. Alia eſt parcitas victus, quia parci ſunt cibi, quia fœno vel cortice vel dactylorum oſſib. poſt longiſſimos terrę circuitos ſunt contenti, & ſic quia non impinguãtur, ſunt leues ad motum, & curſum. Alia eſt magnitudo caloris, quia cum ſit aĩal calidiſſimum natura, ideo calor cõſumit in eo ventoſitatem, & pinguedinẽ, & non ſinit eos mole carnea onerari. Alia eſt quia caſtrantur in iuuentute, & ſic pp libidinis abſentiam minus impediuntur à curſu. Sic vere chariſſimi ſancti, & perfecti viri fuerunt, & ſunt veloces ad curſum bonorum operum exercendũ, & nos ſimiliter debemus eſſe, ſed ad hoc debent concurrere plures cauſæ. Prima eſt latitudo paſſus. i. amoris, quia vere tibias. i. affectus lõgos debemus habere, vt. ſ. non tm̃ tangamus per dilectionem illa, quæ ſunt prope nos. ſ. parentes, & amicos, imo etiam illa quę ſunt longe. ſ. inimicos, & etiam non tm̃ illa quæ tangũt tẽporalia, ſed etiam cęleſtia. Attingit à fine vſque ad finem. Sap. 8. Vſq; ad cœlos attingebat ſtans in terra. Sap. 18. Secunda cauſa eſt membrorum habitudo, quia vere crura noſtra. i. affectiones debent eſſe graciles per humilitatẽ, & neruoſę per ſenſum cõpaſſionis, & per pietatem. Item parcitas victus, quia vere nos non debemus quęrere delicias in deſerto mundi huius, ſed poſt circuitus, & labores pœnitentiæ debemus comedere ciBaria ſacræ doctrinæ. ſ. corticem ſenſus hiſtorialis, fœnũ ſenſus moralis, & oſſa dactylorum. i. ſenſus myſticos, & ſpirituales, quia qui bene vult currere, & laborare per pœnitentiam, non debet impinguari deliciis, ſed ſcientiis. ideo 2. Ti. 4. Miniſterium tuũ imple, ſobrius eſto. Alia cauſa eſt calor. i. feruor charitatis, quia ſi fuerimus feruentes per charitatem, tunc cõſumetur ventoſitas ſuperbiæ, & ſuperflua pinguedo gulæ, & luxuriæ, & ſic ponderoſitas auaritię nõ impediet curſum noſtrum. Alia aũt ratio eſt caſtratura. i. emiſſio votis caſtitatis, quia breuiter loquendo ſi fuerimus caſtrati per caſtitatẽ erimus feruentes per charitatẽ, parci per cibi abſtinentiã, lati paſſus per amicitiam, & tunc curſum laboris, & bonorũ operũ velociter exequemur. Et ſi neruoſi fuerimus per deuotionem

nem,& compassionem, tunc laborem nostrũ continuabimus
per perseuerantiam,& durationem 2.Ti.4. Bonum certamẽ
certaui,cursum consummaui,fidem seruaui.

## *De Dracone. Cap. 31.*

DRaco ẽm Isid.li.12.rex,& maximus est serpentũ.Hic
1 in æthiopia in ipsis incendijs iugis æstus habitat de ca
uernis suis aliqñ exit,& in aerẽ fertur, & aer pp eius
impetum excitatur,& mare pp eius venenũ intume-
scit.Dentes habet magnos,& serratos,morsu, & ictu interfi-
cit,quia cauda sua durissimè percutit atq; ligat.Vnde nec ab
illo est tutus elephas corporis magnitudine,quia semitas ob
sidet per quas elephas ambulat,& ligãdo pedes eius cũ cau-
da sua ipsum compellit cadere,sed hoc non impune facit,q̃a
dum detrahit elephantem,super eũ elephas cadit,& suo pon
dere ipsum necat.Rectè talis est diabolus,quia in ęthiopia,i.
in inferno vbi sunt incendia iugis ęstus,habitat,& moratur.Sed
pro certo de cauernis illis aliqñ exit.s.ad bonos tentandos,&
ideo in aere,& in mari,i.in ecclesia, & in mundo sicut leo cir
cuit,& discurrit,& ibi tempestatem superbiæ,& feruorẽ ira-
cundiæ,luxuriæ,& auaritiæ introducit.Iob 41.Feruescere fa
ciet quasi ollam profundum maris.Et iste pro certo elephan
tem fortissimum.i.ipsos sanctos,& perfectos inuadere pręsu
mit,sicut patuit de Dauid,Sansone,& Salomone.Viri.n.san-
cti,& perfecti ab eo non sunt tuti,quia semitas religionis, &
pœnitentię,& perfectionis circuit,& eorũ pedes.i.affectiones
inuoluit,s.per malas suggestiones, & sic ad terrã.i. ad amorẽ
temporalium eos detrahit,& à statu perfectionis eos cadere
facit,& sic per peccata mortalia eos occidit.Sed hoc nõ im-
pune,quia dum eos tentat,seipsum occidit,quia.s.de hoc fina
liter acerbiter punietur.Esa.51.Percussisti superbum, vulne-
rasti draconẽ. Vel dic q̃ draco est caro &c.sicut supra. ¶ Dra
2 co ẽm Pli.li.8.c.13.cum sit maximę magnitudinis,in per flu-
mina,& mare velificat,& transfretat ad pabula meliora. Isti
etiam aliqñ decem vel vndecim per caudas se mutuo cõple-
ctuntur,vt sic tutius per mare circumeant,& natauant.Sunt
autem dracones ẽm Isid.cristati quibusdam fistulis,quib.ven
tum attrahunt.Linguam habent venenosam, & ideo morsu,
& ictu vulnerant quos inuadunt.Tales sunt rectè vsurarii,&
auari,& ballini,& generaliter oẽs mali, quia isti ad modum
draconis sunt sitibundi per auaritiam,cristati seu mitrati per
dignitates,& eminentiam, quia.s.multi mali occupant hodie
mitras.i.officia,& dignitates. Tolle cydarim, & pone coro-
nam.Eze.21.Et sic attrahunt ventum.s.vanæ laudis per super
biam.Hie.14.Attraxerunt ventũ quasi dracones. Isti habent
linguam venenosam,quia verè eorum lingua, & verba p pal
liationes,& blanditias inuenenant pauperes, & defraudant,
quia eis multa promittunt,vt eos attrahant ad contractus,si-
cut patet in aduocatis,quorum linguæ aliis sunt venena,& iõ
morsu suggestionis,& ictu inuasionis pauperes ab eis infestã
tur.ps.Venenũ aspidum sub labiis eorum. Isti etiam per cau-
das mutuo se coniũgunt, quia verè tales peruersi hodie sunt
coniuncti,confederati,& conglobati,quia vnus aliũ sustinet
& tuetur.Illud patet in causidicis,& balliuis,qui vidẽtur oẽs
esse vnum,& in vnum per malam societatem,& concordiam
contra oẽs alios sunt cõiuncti.Congregati sunt, conuenerũt
in vnum.Ideo Iob.41.Vna vni coniungitur. Et ad hoc isti aua
ri,& tyranni sunt coniuncti,vt sic per mare diuitiarum & per
flumium deliciarum transeant ad pabula meliora i. ad bona
temporalia,& beneficia,& officia pinguiora. Vnde videntur
dicere illud Prou.1.Marsupium sit vnum omnium nostrum.
ideo de tali connexione malorum possunt dicere pauperes.
Congregatæ sunt aduersum nos gentes,vt auferant nos. Vel
pone de demonib.qui in mari huius mundi contra bonos in
uicem sunt coniuncti.¶ Secundum Pli. ibidem inter elephan
tem,& draconem perpetua est dimicatio. Nam Draco cum
3 cauda sua ligat pedes elephantis,& facit eum cadere,& occi
dit.Sic verè inter dracones sitibundos,superbos.s.& auaros,
vsurarios,& aduocatos,& elephãtem hirsutum, & villosum
.i.diuites agricolas qui habent magnum vellus diuitiarũ, est
perpetua pugna,nam istos per falsitates suas, & p fraudes,&
cautelas in suis malis contractib.alligant,& inuoluunt,& sic
eos ad terram,i.ad paupertatem deprimũt,detrahunt,& de-
ducũt. Nam cum cauda malitiosæ calliditatis tales inuoluũt
pauperes vicinos.Sed sicut draco interficitur pp casum ele-
phantis,sic pp casum,& dèpressionem pauperum pereũt spi
ritualiter oppressores.Allega vt supra.Figura Apoc. 12.vbi
draco insidiabatur mulieri in partu eius &c. ¶ Causa quare 4
draco inuadit elephantem,est ẽm Pli.& Isid. quia draco ha-
bet maximum calorem innatum, & ideo cũ sanguis elephan
tis sit frigidus, cupit draco eum bibere ad ardorem suum tẽ
perandum,& ideo contra eum pugnat. Vnde dicit Pli. li.eo.
c.12.q̃ aliqñ draco ascendit super magnum arborẽ,& subito
salit super elephãtem,& ipsum mordet,& sanguinem eius su
git,& sic debilitatus elephas pp defectum sanguinis cadit,&
draconem sub se opprimit, & sic dum à dracone occiditur,
suum interficit occisorem.Per draconem qui ẽm Isid. est ma
ximus serpentum,intelligo prælatos,per elephantem autem,
quod est animal simplex,& benignum, intelligo subditos eo
rundem.sed vere inter istos est perpetua pugna, quia draco-
nes.i.superiores per rapinas,& exactiones pugnãt cõtra sub-
ditos, & elephantes.i. subditi pugnant similiter contra eos
murmurando.conquerendo,& maledicendo.Manasses vora
bit Effraim,& Effraim Manassen.Esa.9.& Esai.19.Cõcurrere
faciam Aegyptios aduersus Aegyptios.Secundum.n.Senecã
ista duo simul Deus posuit,odium & regnum. Sed pro certo
causa quare isti dracones impetunt elephantem, est, quia cũ
ipsi sint feruentissimi per auaritiam,& crudelitatem,ideo san
guinem elephantis.i.substantias temporales pauperum sub-
ditorum cupiunt.ideo Nume.23.Non accubabit leo donec
rapuerit prædam,& occisorum sanguinem bibat.Et ideo qñ
isti dracones sunt in aliqua arbore alta i.in eminentia digni-
tatis,officio & iudicatura vel prælatione tũc insiliunt in ele
phantem.i.in subditus,mordent eos crudeliter impetẽdo,&
sugunt sanguinem eorum i.substantiam temporalem,quę da
ta est eis ad subsidium vitæ,& necessitatis,s.per exactiones et
rapinas,emendas,et vexationes, et sic debilitantur per pau-
pertatem,et cadunt.s.a statu suo vsq; ad terram.i.ad status vi
litatem,et moriũtur per famæ,et honoris perditionem.Esai.
3.Populum meum exactores sui spoliauerũt.Et Esa.59. Qui
recessit à malo,prędę patuit.Veruntamen dum isti dracones
subditos suos opprimunt depauperando,et excoriando,ipsi
similiter opprimuntur etiam temporaliter,quia non pñt esse
diuites,si subditi sint pauperes,et spiritualiter,quia exinde p
dunt gratias,et virtutes,et æternaliter, quia exinde mortem
accipiunt sempiternam.ideo Ezec.25.Interficiam interfecto-
res tuos,et Hier.20.Omnes prædatores tuos dabo in prædã.
Et sicut draco habitat in fluminib. et ab æthiopibus mandu-
catur, sic isti in fluuio diuitiarum,et deliciarum habitant, et
à demonibus comedentur, Et ideo tales dracones bene fue-
runt figurati Ezec.38. vbi dr̃.Draco inquit magne qui cubas
in medio fluminum,ecce ego ponam frenum in maxillis tuis
et adhærere faciam omnes pisces tuos squamis tuis,et extra-
ham te de fluminibus tuis, et proiiciam te in desertũ bestiis
terræ,et auibus cœli,et dabo te ad deuorãdum,et pisces tuos
qui tecum sunt.Sic verè isti qui in fluminib. deliciarum habi
tant,et pisces eorum.i.balliui, et officiales in desertum infer
ni proiicientur,et à bestiis,et auib.i. demonibus vorabũtur.
vide de Nilo vbi ponitur hæc figura. Vel dic q̃ causa quare
demon impetit hominem,est vt auferat sibi sanguinem.i.de-
uotionem,et compassionem Christi.Vel dic q̃ draco,qui oc
cidens elephantem,et occidit seipsum,est demon,qui dũ oc-
cidit.i.occidi procurauit elephãtem,i. Christum,et eius san-
guinem extrahit per passionẽ,ab eo cadẽte per mortem fuit
oppressus,quia Christus mortuus draconem diabolũ interfe
cit.Figura.1.Mac.7.vbi Eleazar occidens elephantẽ vbi erat
rex casu eius occisus est sic demõ occidẽdo humanitatẽ vbi
erat rex.i.filius Dei,occisus est introrsus casus eius etc. et de
hoc Eccl.28.Facienti nequissimum consilium super eum de-
uoluetur,et nesciet vnde adueniet ei. Tales etiam fuerunt iu
dęi,qui dum Christum fecerunt cadere per mortẽ ne regnũ
perderent,exinde fuerũt perditi,et destructi. Ideo de lapide
reprobato dr̃ Matt.21. Super quem vero ceciderit, conteret
eum.¶ Secundum Hier.in glo.Hier.14. Draco propter maxi
mum calorem est animal sitibundum,intantum,q̃ vix potest 5
aqua satiari,et ideo aperit os vento,vt sic extinguat ardorem
suũ.Vnde cum videt naues in mari,volat ad velum nauis,vt
sic ardor suus per ventum qui ibi flat,temperatur,ita q̃ pro-
pter impetum suum,et propter eius pondus nauem qñq; de
trahit, et subuertit, quod vidẽtes nautæ, et hoc ex tumore
aquæ cognoscentes,deponunt velũ,et sic periculum euadũt.

Charissimi per nauem in mari intelligo religionē vel eccle-
siam in mundo fluctuantem, per velum altum intelligo offi-
cium dignitatis. vbi ventus vanæ laudis, & superbiæ solet fle
re. per draconē intelligo religiosum vel clericū ambitiosum,
qui calore cupiditatis æstuans, sitim auaritiæ patitur, & ardo
rem. Draco igitur, i. clericus ambitiosus, cuius est tanta sitis
auaritiæ, q aquis. i. diuitiis, & deliciis non pōt refrigerari vel
satiari, os. s. cordis sui aperit vento. i. vanæ gloriæ, vt. s. per eā
recreetur, eā. s. appetēdo, & desiderando. Vnde dr̄ illud Hie.
22. Oēs pastores tuos pascet ventus. Et ideo in naui ecclesiæ
positus vel religionis, volat ad velum, ambit. i. ad principatū,
& dignitatē, appetit & quærit esse episcopus, abbas & præla
tus, & hoc non vt proficiat ecclesiæ, sed vt vēto inanis gloriæ
satietur, quia sicut videmus, clerici & religiosi nō possunt sa-
tiari aquis i. diuitiis, officiis, beneficiis, & præbendis, nisi etiā
velum obtinuerint prælaturæ, vt ventū attrahāt vanæ laudis.
Ideo Hie. 14. Onagri steterunt in rupib. attraxerunt ventum
quasi dracones. Et ideo pro certo sæpe accidit q impetu suæ
superbiæ nauē Ecclesiæ vel religionis destruūt, & subuertūt,
quia sicut videmus, per multū prælatū tota ecclesia, & quan
tum ad tpalia, & quantum ad spūalia dissipatur, qui regnanti
bus impiis ruinæ hoīm. Prou. 28. Vel pone q velum significat
malum prælatum, qui super malum. i. in altitudine dignitatis
in naui ecclesiæ positus, flatu ventorū. s. iactantiæ, & superbię
fatigatur contra illud Ecc. 5. non te extollas in oēm ventum.
Qn̄ ergo draco. i. diabolus vidit hmōi velū ventilatum, & ela
tum, volat ad eum per malas suggestiones, s. incitando ad ra
pinas, pompas, & crudelitates, & sic malus subuertitur & tē-
poraliter, & spiritualiter, nisi tale velū. i. talis prælatus ab his,
qui in naui sunt deponatur, & à malo. i. à statu dignitatis infe
6 rius deprimatur. Qūo erigitur, ita & deponetur. Num. 2. ¶ Se
cundum Solinum Aethiopes vtuntur sanguine draconis cō-
tra feruorem æstus, ipsum aūt draconem māducant, quia cū
non habeat venenum nisi in felle, & in lingua, sed & linguam
ei amputant, & sic separato veneno, corpore reliquo vtūtur
in cibo, & medicina. Draco est peccator, sanguis eius mors,
& vindicta facta de eo, fel eius est pctm̄ occultū, lingua eius
significat peccata aperta, & maximè in loquutione. Aethio-
pes ergo. i. viri iusti feruore tribulationum denigrati contra
feruorē concupiscentiæ, & auaritiæ debent vti sanguine dra
conis. i. morte diuitum peccatorum, considerando eorū mor
tem, quæ cōiter mala est. ps. Manus suas lauabit iustus in san-
guine peccatoris. Ipsos aūt dracones debent comedere, & si
bi incorporare per dilectionem, felle tū, & lingua venenosis
amotis. i. eorum culpis, & vitijs prætermissis, quia naturā de-
bemus diligere, non pctā, & odire vitia non naturam. & hoc
est perfectum odium, de quo dicit Dauid: Perfecto odio ode
ram illos. vbi Cassiodorus Perfectum odium est odire vitiū,
non personam. Vel pone q æthiopes. i. demones comedunt
dracones. i. peccatores. psal. Contribulasti capita draconis,
7 dedisti eū in escā. &c. ¶ Draco s̄m Solinum, & Plin. habet tm̄
fel, & linguam venenosam, & ideo dicit Pli. q lingua eius sp
erigitur in venenum, ita q qnq venenum ex calore inflam
mat aerem, intantum q vr̄ spirare ignem, spirādo autem qn̄-
que flatum contagiosum emittit, ex quo aer corrūpit, & mor
bus inde pestilens generatur. Sic verè sunt multi qui sunt ve-
nenosi in felle. i. quantū ad iracundiam, in lingua quātum ad
detractionem, & adulationem. Vnde pp venenū malitiæ suę
lingua eorum sp erigitur, & mouetur. s. loquendo, detrahen-
do, infamando. comminando, & iniuriando, & ideo sæpe ac-
cidit q aer. i. bona societas pp venenum hmōi malæ linguæ
inflammatur per iram. contentionem, & discordiam, & furo-
rem. Lingua. n. tertia multos cōmouit. Eccl. Ideo Hie. 11. Ad
vocem loquelæ grandis exarsit ignis. Eccles. 20. Apertio oris
eius inflammatio. Tales. n. ab ore suo emittunt flatū veneno-
sum. i. verba detractionis, & murmurationis, quę alus sunt ve
nena. s. illis de quibus loquuntur, & sic exinde corrumpitur
aer. i. tota vicinia, & tota societas. s. credendo verbis istis, &
inde morbus pestilens. i. ira & odium, diuisio & dissensio ge-
nerantur. Iac. 3. Lingua ignis est, & vniuersitas iniquitatis, cō-
stituitur in membris vestris. Vel per draconē intellige luxu-
riosos, & maximè vetulas macquerelas, quorū verba, & sug-
gestiones tanquam flammea, & venenosa aerem. i. bonas per
sonas per suggestionem luxuriæ inuenenant, & inflammant.
Eloquium eius quasi ignis exardescit. Figura Apo. 12. de dra
cone qui emisit fluuium vt extraheret mulierē. Sic tales emit
tunt fluuium. i. dulcia verba, vt mulieres attrahant ad pecca-
tū. Vel draco est diabolus, cuius flatus, & lingua. i. fallax sug-
gestio aerem. i. bonas personas inflammant per tentationes,
inuenenant per consensum, & occidunt per operationem, &
inde morbus pestilens. i. peccatorū multiplicitas generatur.
Figura Apo. 9. vbi apertus est puteus abyssi, & exiuit fumus
sicut fornacis magnæ, & obscuratus est sol. & aer de fumo pu
tei. Sic verè qn̄ os talis putei vel draconis. s. luxuriosi, detra-
ctoris vel leonis aperitur per loquutionem, exit inde fumus
infamiæ, luxuriæ, & suggestionis, sicut fornacis, & sic obscu-
ratur. i. inflammatur ipse sol. i. bona persona. & aer. i. tota au-
diens societas deprauatur. s. de eo male iudicando, & æstimā-
do. ideo Iac. 3. Lingua modicum membrum est, & magna cō
mouet. Nigræ fiunt facies eorū de fumo qui in domo sit Ba-
ruch. 6. ¶ Draco est aial sitibundum, ita q pp maximum fer- 8
uorem, aerem dr̄ inflammare. In mari, in fluminib. in terra. i.
in speluncis habitat, & antris, raro dormit, imo fere semper
vigilat, aues & bestias comedit, acutissimum habet visum, q a
à remotissimis rupibus videt prædam, morsu & ictu pugnat.
Re vera charissimi talis draco est raptor, vsurarius vel aua-
rus, quia vere tales sunt hodie ita feruidi per auaritiam, & ra
pinam, & sæuitiam, quod totus aer. i. tota circumiacens patria
ab eis inflammatur, conturbatur, & depauperatur. Illi igitur
habitant in mari. i. in diuitiis, & in fluminib. i. in deliciis acutè
vident in malitiis, sp vigilant in astutiis, aues & bestias. i. bo-
nos, & malos deuorant per crudelitates, à longe contemplan
tur prædam per falsas subtilitates: dico igitur q ista habitant
in flumine deliciarū. Vnde Eze. 29. Draco magne qui cubas
in medio fluminū. Itē dico q isti raro dormiunt. s. pp nimiā
sollicitudinem. Eccl. 5. Saturitas diuitis non sinit eum dormi
se. Item videre acutè dicuntur, quia. s. optimè sciunt cogno-
scere lucrum, & commodum suum. ps. Oculi eius in paupe-
rem respiciunt, insidiatur in abscondito, quasi leo in speluca
sua. ¶ Draco in mari, & in fluminib. habitat, & i antris, & iste 9
ēt morsu, & ictu lædit, & quod mormorderit, occidit, oculis,
aurib. & narib. aialiū summè cupit nocere. Aures. n. solet ab
elephante cū protuuscide defendi non psit. Vnde dicit Pli. q
ita lædit elephantem in oculis, & in ore, q qnq inueniūtur
elephantes cęci, & non psit manducare, & iden moriūtur. Si
cut ēt dicit Pli. li. 8. dracones in ponte existentes superuolā-
tes aues quāuis altè, & celeriter, haustu detrahunt, & detra-
ctas absorbent, & consumunt. Rectē charissimi iste draco est
diabolus, qui in mari tumultuoso. i. in superbis, in fluminibus
. i. in luxuriosis vel deliciosis, in terras. i. in cupidis, & auaris
habitat, & quiescit. Draco magne qui cubas &c. vt supra. Iō
Iob 40. Sub vmbra dormit in secreto calami, in locis humen
tib. Iste ēt morsu. i. tentatione, & suggestione, ictu, hoc est di-
ctu inuasione, & tribulatione pugnat. s. contra hoies, & sum-
mè cupit lædere oculum. i. finem, & nares. i. deuotionē, per q
videmus, & odoramus spūalia, & æterna. Et ideo multi sunt
hodie elephantes. i. diuites pctōres, qui cęci sunt, & oculis ca
rentes. i. debita fide, & discretione, læsi sunt ēt in aure. i. in au
ditu, ita q cibum aię s. verbum Dei nolunt recipere vel audi
re, & ideo pp defectum cibi moriuntur spūaliter. Illud patet
quia cęci sunt in spiritualib. & nolunt audire sermones. Hie.
22. Dixisti, non audiam. & 6. c. Incircūcisæ sunt aures tuę &c.
Pisces etiam. i. hoies deliciosi qui à dracone diabolo per ten
tationem mordentur, per pctā, & vitia moriūtur. Aues vero
. i. superbia ab ipso finaliter in mare inferni detrahūtur, & ab
eo deuorantur. Esa. 14. Detracta est ad inferos superbia tua.
Vel dic q draco est diabolus siue caro, quia pro certo nullus
est hodie ita auis volans. i. ita vir contemplatiuus vel scienti
ficus, quin haustu. i. suggestione huius draconis possit ad pec
catum detrahi, & ad amorem mundi, & ad negocia secularia
& etiam ad infernum finaliter inclinari. Esai. 14. Qūo cecidi-
sti lucifer? &c. detracta est ad inferos superbia tua. Vide ibi.
¶ Secundum Arist. li. 8. c. 20. Illi dracones sunt maximè vene-
nosi, qui cibos comedunt venenosos, vtpote scorpiones, quia 10
contra eorum venenum vix remediū inuenitur. Sic vere de-
tractores qui comedunt cibos venenosos. i. qui in aliorū vi-
tiis, & pctis delectantur, inquantum ea per detractionē sibi
incorporant, et māducant, tales dico pessimi sunt, et veneno
si, quia contra eorum percussiones. i. detractiones, et infama
tiones vix remedium inuenitur, quia vix aut nūquam potest
fama aliorum q̄ auferunt, integrari. Insanabilis fractura tua,
pessima plaga tua. Hier. 30. et Hier. 46. Frustra multiplicab

medis

11 medicinam,sanitas non erit tibi.&c.¶Quãuis draco sit vene
nosus,habet tñ in se multa vtilia. Vnde dicit Pli.q adeps dra
conis valet contra venenosa,& cũ melle sumptus vel apposi
tus curat caliginem oculorum. Sic vere non est aliquis dra-
co.i.aliquis peccator ita venenosus quin in se habeat aliquid
boni,quia multi habent adipem pietatis,& benignitatis, qui
venenis obuiat peccatorum.Fel etiam eorum.i.ira & inuasio
valet iustis qñ eis infertur,quia.s.oculum mentis suæ abster-
git,& clarificat,inquantum albuginem carnalitatis ab eis ab
strahit,& corrodit.Vtilitati.n.bonorum militat prauitas re-
12 proborum,sm Greg.¶Secundum Solin.c.de Aethiopia ve-
ris draconib.ora sunt parua, & ad morsum non dehiscentia,
quippe(inquit)nõ in dentib.habét vim,sed in caudis,& ictu
potius q̃ rictu nocent.Per caudam intelligo malitiam,& per
dentes detractionem,& per nos loquutionem,quia pro cer-
to veri dracones.i.illi qui sunt ꝓprie malitiosi,& iniqui , ora
habent parua,quia.s.parum loquuntur , & parum mordent,
quia.s.parum de aliis per detractionem obloquũtur, caudas
tñ habent magnas,inquantum magnas malitias exequuntur.
Tales ergo magis nocent ictu quam rictu,verbere quam ver
bo,opere quàm sermone,cauda quàm lingua,finali sequitia,&
malitia quàm verbali detractione,& iactantia.Vnde Seneca.
Nocere nescit qui se nocere iactat.

## *De Eale. Cap. 32.*

EAle*dr esse quædã fera in Asia,vel in India , quæ habet
1 cornua mobilia sicut aures.Vnde qñ pugnat,vnũ exté
dit q acuit ad pugnam,aliud aũt vertit retro , quasi ei
parcens,vt si aliud hebetatum fuerit in pugnando,illo
postmodum possit vti.sicut dicit Isid.in li.suo. Plin.aũt.l.8.c.
2 .dicit illi inesse colorem nigrum vel fuluum, & cornua cu
bitalia,vt supra,& est ad quantitatem equi fluuialis.Duo cor
nua in prælato significant duplicem rigorem, & austeritaté,
verbalem.s.& realẽ.Qñ igitur eale.i.prælatus pugnat contra
subditos,ipsos corrigendo,& castigandò,ipse pro certo de-
bet primo vti vno cornu tñ.s.increpatione verbali , & aliud
cornu.s.punitionem realem debet suspendere,& flectere,iux
ta illud:Producite verba,suspẽdite verbera.Sed pro certo si
istud nõ suffecerit,& si hoiem ita dyscolum inuenerit, q cor
nu primum.i.correctio verbalis nihil valeat, debet adhibere
aliud cornu.s.duram correctioné,realem punitionem,& tri-
bulationem,vt sic qui verbis non emédatur,verberibus cor-
rigatur.sicut.n.dr Prou.29. Seruus verbis nõ potest erudiri.
Ideo dicat prælatus talib.obstinatis.illud Eze.20.In brachio
extento,& furore effuso regnabo super vos.Istud etiam facit
Deus,quia qñ videt q homo non vult corrigi per verba scri
pturæ,& prædicatorum, ipse pro certo subito adhibet aliud
cornu.i.fortem tribulationem,mortem subitam &c.quæ pri
mitus suspendere videbatur.Vel dic q cornua cum quib.ty-
ranni pugnant contra pauperes, sunt balliui , qui alternatim
eius vtuntur,& nunc vno,nũc alio præliantur . Itẽ dic de sti-
pendiariis.Idem dic de iniquis,qui sunt cornua diaboli,& iõ
ipsis alternatim vtitur contra bonos. Vel dic q cornua dia-
boli sunt tentationes,quarum nunc vna nunc alia præliatur.

## *De Equo. Cap. 33.*

EQuus ab æquatione dr,eo q pares ęquẽtur ad cursus.
1 Caballus etiam dr à cauo pede,quia cauum habet pe-
dem,quod alia aialia non habent,& pressa vngula ter
tam cauat,sm Isid.li. 12. Sonipes etiam dr,à sono pe-
dum.Proprietas aũt equorú est,quia exultant in campis,odo
rantur bellum,sono tubæ excitantur ad prælium,voce accen
si prouocantur ad cursum,dolent cum victi fuerint,gaudent
cum vicerint. Rectè tales debent esse boni christiani, & ma-
ximè religiosi,quia verè inuicem debent æquari,& pacificari
per concordiæ vnitatem,non diuidi per discordiá,& partia-
litatem. Vnde 1.Para.24.Tam maiores q̃ minores omnes sors
æqualiter diuidebat.Pedes etiá.i.affectus debent habere ca-
uos,hoc est dictu,humiles, & vacuos per voluntariá pauper
tatem,quia terram.i.bona temporalia debét cauere, & proii
cere per contemptum,& cum pedib.i.cum affectionib. debẽt
facere sonum gratiarum actionum. Isti etiam in campo cer-
taminis huius mundi debent spiritualiter exultare.ps.Exulta
uit vt gigas ad currendam viam.Et bellum tentationum , &
vitiorum debent odorare,sentire,& præuidere per dilectio
nem,& sono tubæ.i.verbis prędicationis vel diuinæ scriptu-
rę,& spiritualis informationis ad dimicandú,& resistendum
viriliter excitati.Procul odoratur bellum.Iob 39.Et qñ voce
.i.dulci monitione accenduntur per dilectionem,túc ad cur
sum bonorum operum debent celeriter prouocati. Hie. 11.
Ad vocem loquelæ grádis exarsit ignis.Quia boni magis fa
ciunt per dulcem monitionem, q̃ mali per duram correctio
né.Aia mea liquefacta est vt dilectus meus loquutus est. Cã.
5.Isti etiam gaudent cum vicerint.s.tentationes,& tribulatio
nes,quia exultant victores capta præda.Esa.9.Si aũt victi fue
rint,& à diabolo separati,tunc dolent per contritioné, spi-
rant per confessionem,plorant,& gemunt per pœnitentiam
& satisfactionem.Esa.33.Angeli pacis amaré flebũt.¶Equus 2
cognoscit dñm suum,& sunt aliqui qui alium sessorem præ-
ter dñm proprium non admittunt,sicut exemplificat. Solin.
de equo Iulii Cesaris,& de equo Alexandri,& etiam Pli. idé
dicit.li.8.c.42.vbi addit q Bucephalus equus Alexandri nul
lum alium admittebat,imo dum in obsidione.Thebarú vul-
neratus esset dictus equus, non sustinuit tñ q Alexander in
equum alium se mutaret.De equo aũt Iulii dicũt idem. Pli.
& Soli. q pedes anteriores ad similitudinem hois habebat,
quod etiam ostẽdit eius effigies ante Veneris ædé.¶Equi de
morte dñi sui lachrymantur,quia lachrymari,& affectum do 3
loris se sentire more hominum dicuntur, & viuunt longo té
pore.s.quinquaginta annis,vt dicit Isid.Vnde etiam iam Pli.
q̃ Soli.dicunt idem,addentes q repertus est equus annis.75.
vixisse:Rectè sic debent boni,& iusti esse,quia veré dñm suũ
Christum debent diligere, & eum per fidem cognoscere, &
alium sessorem.s.mundum vel diabolum non admittere per
malam credentiam vel per amorem,quia nihil debet homo
diligere vel credere præter Deum,nisi forte ad eius amorem
& finem alia ordinando.Ioan.10.Oues illum sequuntur,quia
sciunt vocem eius,alienum autem non sequuntur, sed fugiũt
ab eo.De morte aũt dñi sui Christi debent lachrimari per cõ
passionem,& longo tpe viuere per perseuerantiam, & dura
tionem.Longitudo dierum in dextera eius.Prou.3.& maxi
mè per quinquaginta annos.i.vsquequo apprehendant iubi
læum æternæ redemptionis,& requiei,quia qui viuit,& cre-
dit in me,non morietur in æternum.Ioan.11. Vnde Eccl.38.
Dies Israel innumerabiles.Vel allega de bonis subditis,& va
sallis,qui proprium dominum debent diligere, & recogno-
scere,& de eius morte dolere, & nullum alium per proditio-
nem aduocare.Eccl.38. Fili super mortuum produc lachry-
mas.¶Equus est aial lætum , & eius lætitia seu tristitia finem 4
prælii præsagit,& euentú. Sic veré boni qui gaudent in dño
per suam spiritualem lętitiam euentum, & victoriam plu vi-
tiorú,& triumphú perpetuú affuturú significant . Illi aũt qui
sunt tristes,& turbulenti per iras,discordias,& rãcores,tales
dico significant damnú,& casum sibi in inferno finaliter affu
turú de certamine mundi,quia sicut bonorum lętitia vitá,sic
malorú tristitia significat mortem.2.Corin.7.Seculi tristitia
mortem operatur,& prou.16.In hilaritate vultus regis vita.
¶In equis sm Isid.li.12.attenduntur quattuor.s.pulcbritudo,
forma,meritum,color.Forma aũt.i. dispositio boni equi est, 5
q habeat corpus validum,musculosum,& robustum,pectus
latum,latera,longa,ventrem substrictú,staturam altam, clu-
nes rotundos,pedem siccú,vngulam concauam,& solidã.Re
ctè talis debet esse dispositio aiæ vel prælati , quia debet esse
fortis,& robustus per constãtiam,lati pectoris per charitaté,
substricti uentris per castitaté,staturæ altæ per cõtéplationis
uel perfectionis sublimitatem,clunium rotundorú per obe
dientiam,pedis sicci.i. affectus puri per conscientiæ mundi-
tiam. Vngulam autem.i.finem vitæ debet habere concauam
per humilitatem,solidam per perseuerantiæ firmitaté. Vngu 6
læ equorú eius vt silex. Esa.5. pulchritudo equorú sm Isido.
ibidé attéditur,ut sit caput exiguum,& siccum,aures paruæ,
& acutæ,oculi magni,nares patulæ, erecta ceruix , coma , &
cauda depressa,& multis pilis ornata. Sic uere talis dét esse
pulchritudo plati uel uiri iusti , quia captus eius.i.principiú
& iuuentus debet esse exiguum per humilitatem,macrú per
abstinentiæ parcitaté,siccú per continentiæ puritatem, quia
ab ipso principio,& à capite iuuentutis debet esse hõ humi-
lis,abstinés,& pudicus.Iste debet habere aures.i.auditú, bre
ues.s.quantú ad detractores,& uaniloquia audiéda.Aures ét
eius debent esse acutæ,i.diligéter ad audiendú uerbum dei,

& ad

& ad inquirendum ea quæ sunt necessaria ad salutem, & cogi
tandum causatum veritaté. Ita paruum audietis, vt magnum
Deu. 1. Audi tacens simul, & quærens. Eccl. 32. Itẽ debet ha
bere aĩa vel prælatus oculos magnos per discretionem, nares
patulas per deuotionem, ceruicẽ. i. intentionẽ erectã per æter
norum contemplationem. Respicite. s. per discretionẽ, leua-
te capita vestra per æternorum affectionẽ. Lu. 21. Debet etiã
habere capillos. i. virtutes, & hoc in collo, i. in principio iuuẽ
tutis, & in cauda. i. in fine senectutis. Ipse erit in caput, & non
7 in caudam. Deut. 28. ¶ Maritum. i. valor equorum attenditur
vt sit animo audax, & alacer, trementib. membris, quod est si
gnum fortitudinis, & ꝙ ex summa quiete facile excitetur, ex
citatus non facile retardetur. Sic verè prælatus debet esse au-
dax, & alacer. Audax. s. contra malos, & tyrannos, benignus,
& alacer erga bonos, quia clementia in suos, gladius est in ho
stes sm Senecã. Ille debet esse tremebundus per diuinorum
iudiciorum considerationẽ, quia timor & tremor venerunt
super me, & hoc est signum fortitudinis spũalis, quia vere ti-
mor facit hoiem fortem, & constantem, quia qui timet Deũ,
nihil trepidat. Eccle. 34. Sed non in timore dñi &c. Si ẽt dor-
miat in delicijs, & consolationib. huius mundi ad modicum
impulsum prædicationis vel monitionis dẽt excitari, & post
à cursu bonorum operum per tentationes diaboli nõ debet
facile retardari. Excitauit eum, dicens, surge velociter. Actu.
12. Et sicut in equis inueniuntur multi colores, quia alii sunt
rubei, alii albi, alii nigri, alii varii, alii rufi, alii pallidi, sic plati
debent esse rubei per charitatem, albi per castitatem, nigri ꝑ
pœnitẽtiam, & austeritatem, varij per virtutũ multiplicitatẽ,
rufi per cautelam, & sagacitatem, pallidi per honestatẽ, & ma
turitatẽ. Vestiui te multis colorib. Eze. 16. Oia si vis potes ex
8 ponere de oia, vel de viro iusto, & perfecto. ¶ Secundum Pli.
li. 8. c. 42. Inter equos Scyticos. i. de Scythia est quædam co-
gnatio, quæ copulam maternã refugiunt. Vnde narrat Arist.
li. 9. c. 47. ꝙ rex quidam scytharũ habuit equam pulchrã, &
filium eius pulchrum, & volẽs habere filium de vtroq;, coo
peruit faciem matris, & cum filius saliasset super eam, tandẽ
discooperta facie eius, cognouit eam, & præ dolore fugiens
ꝑcipitauit filius equæ, eo ꝙ vidit rẽ se habuisse cũ matre sua,
& mortuus est, sm Pli. Equus ẽt in grege libentius cum soro
re graditur, q̃ cũ matre, sm Pli. li. 8. c. 42. Si igitur inter equos
irrationales est cognatio, multo magis inter hoies debet esse,
vt a consanguineis abstineamus. Turpitudinẽ matris tuæ nõ
discooperies. Leu. 18. Vnusquisque ad proximã sanguinis sui
non accedat. Ibidem. Vel dic ꝙ mater nostra est concupiscẽ-
tia, soror nostra est charitas vel sapientia. Illius ergo coitum
& confederationem fugiamus, istius vero consortium eliga
9 mus. Prouer. 7. Dic sapientiæ, soror mea es. ¶ Plinius dicit ꝙ
equi scythici pugnant pro dñis suis, & pro morte eorum plo
rant, & ad vocem symphoniæ delectati saltãt in hostẽ. Vnde
etiam ait ꝙ cum Regulus occisus fuisset, & hostis ad spoliã
dum venisset, equus eius interfecit eum. Dicit etiam ꝙ rege
Nicomede interfecto, equus eius inedia vitã finiuit. Alia mul
ta exempla ponit idẽ Pli. & ẽt Soli. Et sicut dicit Plin. illi equi
sunt meliores ad pugnam, qui bibendo in aquam profundius
mergunt nares. Sic verè boni & iusti fideles debent ꝓ Chri
sto dño suo pugnare, fidem eius sustinendo, & contra infide-
les præliando. Vsq; ad mortem certa pro iustitia. Eccles. 4. Et
de eius morte per compassionẽ plorare, & se præ cõpassione
inedia macerare. & spoliatores eius, i. infideles, vel tyrannos
corrigere, & mordere, & ad auditum symphoniæ, i. prædica-
tionis in hostem diabolum vel infidelem populum saltare. s.
eum aggrediendo per bonã operationẽ vel corporalẽ impu
gnationem, vel ẽt transfretando contra Sarracenorum con-
gregationem. Illi ẽt qui in aqua sacræ scripturæ vel deuotio-
nis vel compassionis nares aiæ. i. affectum, & voluntatem pro
fundius immergunt, meliores sunt ad prælium bonorũ ope-
rum exercẽdum, & ad diabolum, & vitia impugnandũ, quia
quãto homo in his aquis profundius se immergit, tanto con
tra hostes facilius præualescit. Et breuiter, sicut equus aliquo
tiens nullũ sessorẽ præter dñm proprium vult admittere, sic
equus. i. christianus nõ debet admittere alium sessorẽ q̃ Chri
stum, quia nullam fidem, & credentiam nisi suam debet susci
pere, & moriens morte ipsius, contra Sarracenos debet dimi-
care. Esto vir fortis, & præliemur pro ciuitate nostra 2. Re.
10. Vel si vis dic de bonis subditis, & vasallis, quõ se debẽt ha
bere erga proprios dños, & prælatos. &c. ¶ Secundum Pli. li.
29. c. 9. Fel equi computatur inter venena, & ideo sacrorum
flamini. i. sacerdoti paganorum equũ tangere nõ licebat. San-
guis. n. equi recens, & crudus, perniciosus est sicut taurinus.
Sic verè charissimi equi quadrigæ dñicæ. i. mali ecclesiastici,
& religiosi, qñ in eis est fel iracundiæ, & crudelitatis, sanguis
luxuriæ, & fœtiditatis, tunc isti sunt pessimi, & venenosi, quia
alii qui eorum malo exẽplo ad consimilia trahunt inuenenan
tur, & moriuntur, & ideo ille qui est sacratus Deo. i. vir perfe
ctus, & ẽt quilibet Christianus non debet tangere per imita
tionẽ tales equos. i. crudeles, & luxuriosos Leui. 11. Nõ tan-
getis, & non manducabitis, quia immunda sunt. ¶ Scdm Pli. 11
spuma equi cum lacte asinæ vermes in ventre perimit vene-
nosos. Sic verè si nos sumamus per deuotionẽ, & cõpassionẽ
spumam. i. sudorẽ Christi, & lac quod ipse suxit. i. si considere
mus eius natiuitatẽ, & passionẽ, tũc vermes. i. vitia, & pctã oc
ciduntur, destruuntur, & adnihilantur. ¶ Equus sm Aui. Pro 12
iicit dentes, & quanto antiquior, tanto hẽt dẽtes albiores, &
3. anno vsq; ad triginta gñat, & qñ incipit gñat, tunc hẽt tur
turem vocẽ. Sic verè charissimi hõ iustus, & maximè platus
vel religiosus. dẽt mutare dentes veteres. i. verba inhonesta
debet proiicere, & dimittere, & quanto senior, & antiquior
ætate, & dignitate, tanto dentes eius. i. verba debẽt esse albio
ra. i. mundiora, & honestiora, iuxta illud Eccl. 23. Loquelæ in-
disciplinatæ non assuescat os tuum. Iste ẽt per bona opa de-
bet gñare. i. pullos virtutum producere vsq; ad 30. annos, qui
constant ex denario ter ducto. i. vsq; ad perfectionẽ decalo-
gi in fide trinitatis. Et qñ hõ gñat per bona opera, vocẽ. s. gra
tiarum actionis vel prædicationis debet emittere fortiorem.
Esa. 40. Exalta in fortitudine vocem tuam. ¶ Secundũ Auic. 13
Inter equos fœminæ diutius viuunt q̃ masculi. Sic vere inter
hoies illi qui sunt fœmelli. i. molles per pietatem, & fragiles se
reputant melius vt communiter perseuerant, quia sm Bern.
Magnum est apud dñm infirmitatem propriã cogitare. ¶ Se- 14
cundũ Auic. li. 8. Equis pascentib. accidit podagra, & eiiciũt
sotulares, & veniunt eis noui, eius signum est tremor testicu
li dextri. Sic vere in ecclesia Dei multis accidit podagra pigri
tiæ vel tepiditatis, ita ꝙ sotulares. i. bona exempla sanctorum
proiiciunt, & contemnunt, & recipiunt nouos. i. substituunt
exempla mala iuuenum, & stultorum. Leu. 26. Nouis superue
nientib. vetera proiicietis. Contra illud Eccle. 9. Ne derelin-
quas amicum antiquum. ¶ Equi aliqñ patiuntur dolorem il- 15
lorum, & constringũtur per partes posteriores, sed iuuat eos
si minuantur. Accidit etiam eis contractio neruorum, ita ꝙ
grauat eos ambulare. Sic verè quidam patiuntur dolorẽ il-
lorum, & renum. i. pruritum libidinis, & luxuriæ. & ideo con
stringuntur per ligamentum malæ consuetudinis, & maxime
in parte posteriori. i. in fine vitæ, & ideo talib. proficit minui. i.
à carnalib. delicijs per abstinentiam refrenari. Nerui etiã eo-
rum. i. affectiones deuotionis, & bonæ operationes constrin-
guntur, & coarctantur per accidiã, ita ꝙ ambulare, & ꝓcede
re per bonorũ operũ exercitiũ multipliciter ipsos grauat. Pe
des eorũ pigri sunt ad ambulandum. Sap. 15. ¶ Nota ꝙ dicit 16
Auic. li. 5. ꝙ equi super oia aĩalia feruent ad coitũ. Sic luxurio
si non pñt satiari. Hie. 5. Equi amatores in fœminas, vnusquis
que ad vxorem proximi sui hinniebat. ¶ Equis accidit infir-
mitas in ore, cadit eis palatum, & fit anhelitus calidus. Itẽ ac- 17
cidit eis rabies. Item congregatio veneni. Item infirmitas vri
næ, & non possunt mingere. Item morsus reptilis venenosi,
quod chalcida vocatur, per quod vlcerantur, & aliqñ moriũ-
tur. Sic equis, luxuriosis, i. carnalibus peccatorib. accidit infir
mitas in ore, s. stultiloqij, & ougacitatis, rabies furoris, & cru-
delitatis, venenum malitiæ, & falsitatis. Tales habent an. i.
helitum calidum per malam suggestionem, retinent vrinam
peccatorũ fœditatem per verecundiã confitendi, & per suo-
rum criminũ excusationem, morsus ẽt reptilium patiũtur. i.
detractionem, & diffamationem. Oia. n. illa accidunt equis. i.
peccatorib. & maxime carnalib. & iniquis, quia sicut dr Ro. 18
8. Si sm carnem vixeritis, moriemini. ¶ Equus cognoscit hin
nitum illius qui contra eum vult præliari, & delectatur stare
in pratis, & natare in aqua, & potat aquam turbidã, & sic cla
ra fuerit cum pede turbat eam. Hucusq; Aris. lib. 8. c. 24. Sic
vere viri iusti cognoscunt hinnitũ. i. suggestiones, & verba il
lius qui contra eos pugnat commentatione. s. diaboli. Non. n.
ignoramus cogitationes eius. 2. Cor. 2. ideo. 1. Mac. 5. Cogno
uit Timotheus quia Machabeus est. Boni etiam delectantur
esse in pratis. i. in societatib. honestis, iuxta illud Eccle. 37. Cũ
vito

viro sancto assiduus esto. Vel etiam in aqua scientiarum,& la
chrimarum,compassionis,& deuotionis glotiātur natare, &
se in eis iugiter balneare Hie.31. Adducam eus per torren-
tes aqusrū in viā rectam.¶ Equus plus diligit aquam turbidā
q̄ claram.& si clara fuerit,aliquotiens cum pede turbat eam.
Sic vere multi sunt qui plus amāt aquam turbidam.i.sciētias
mundiales,q̄ claram.i.scientiam theologicam,quę clara dr̄ p
veritatem.Ideo Hie.2.Quid tibi vis super viam Aegypti,vt bi
bas aquam turbidam?Multi ēt sunt qui aquā clsram.i.ipsam
theologiam,q̄ habent præ manib.turbant per fallas, & subti
les,& sinistras expositiones, quia breuiter hodie dilexerunt
hoies magis tenebras q̄ lucem. Io.3. Vel expone de bonis, qui
plus delectantur io aqua turbida tribulationis, quā in aqua
clara prosperitatis,& mundanæ consolationis.ad Ro.5. Glo
riamur in tribulationib. Vel dic de aduocatis,qui magis dili
gunt aquam turbidsm falsitatis,quàm claram.i. quàm lympi
tudinem veritatis.

## *De Equa.* *Cap. 34.*

EQua s̄m Arist.li.8.c.24.si impregnata olfecerit cande-
lam extinctam, facit abortum. Sic verū charissimi,qñ
cādela.i.persona ecclesiastica, & maximè prælatus vel
religiosus extinguitur per peccatum,tunc si fumus in-
famiæ suæ veniat ad nares.i.ad auditum equæ impregnatæ.i.
alicuius personæ simplicis, per bonum propositum fęcunda
tæ,ipsa pro certo facere cogitur abortum,quia per malū exē
plum alterius,& malam ipsius imitationem, fœtus boni pro
positi sui moritur,& sic partus mortuꝰ.i.malū opus, & pctm̄
mortale ab ea parturitur.¶ Equę s̄m Arist.li.6.c.22.& Plin.li.
8.ca.42.stantes pariunt,& super oia animalia diligunt speciē
suam,& maximè fętus suos. Et ideo si vna equa mortua fue-
rit,& puerum suum orphanum reliquerit, altera tanquā pro
prium nutrit ipsum,& in filium ipsum recipit,& adoptat.Sic
verè charissimi,quia mater nostra Adam veneno serpentis in
teriit,ideo altera equa .s.secundus Adam Christus nos tāquā
orphanos,& pupillos in filios adoptauit, & vbera grē,& do
ctrinæ in præsenti, & gloriæ in futuro nobis misericorditer
elargitur.Misit.n.deus filium suum, vt adoptionem filiorum
reciperemus.ad Gal.4.Ideo Hie. 49.Relinque pupillos tuos
& viduæ tuæ in me sperabunt.Vel dic q̄ prædicatores stādo
.s.in statu grē,pariunt alios prædicando. Vel dic de prælatis,
qui alter alterius filios,& subditos debent recipere, & spūali
ter refouere,potissimè de curatis parochiarum &c.Idem ad
Galat.6.Alter alterius onera portate.Vel pone q̄ hoies dēnt
diligere speciem suam.i.alterutrum,quia omne aial diligit si
bi simile.Eccl.13.Et ideo si vnus moritur, alii debent pupil-
lū eius temporaliter nutrire,& docere. Pupilli sumus absq;
patre &c.Thre.5.Homines.n.debent ad compassionē, & mi
sericordiā præ cunctis animantib.inclinari.ideo Oia quæ vul
tis vt faciant vobis hoies,ea & vos facite illis.Mat.7.¶ Equæ
filius qñ nascitur hsbet in fronte quendam folliculum nigrū,
quem ei mater morsu abcidit,nec eū ad vbera admittit, quo
usque folliculus auferatur,& eum Pli.vbi supra & Arist.libr.
8.c.24.vocāt hippomanes,quod est beneficium amoris,quia
mulieres incantatrices eo vtuntur ad stimulandum hoies ad
amorem.Pullus vero primo triduo quo natus est, nunquam
ore potest terram attingere,vt dicit Pli.lib.8.c.42.Per istum
folliculum intelligo pctm̄ originale,quod nobiscum nascitur
ab vtero,& nos ad amorem i.ad libidinem incitat,& inflam
mat,& eo vtūtur demones incantando, & nos ad libidinem
incitādo.Sed pro certo mater nostra Christus ipsum à nobis
abstrahit per baptismum,& quousq; abscissus fuerit, & à mo
tus,nos ad vbera sua.i.ad æternam beatitudinem non admit
tit,quia pp solū pctm̄ originale caret homo beatifica visio-
ne.Igitur in illo triduo quo natus est.i. in illa triplici concu-
piscentia eum qua nascitur.s.auaritiæ,luxurię,& superbię,ter
ram.i.ipsum Deum(de quo Ecc.1.Terra aūt in ęternum stat)
nunquam pōt per gratiam attingere, nisi per baptismum , &
pęnitentiam istud triduum valeat pertransire. Vel dic q̄ tri-
duum malum quod nos impedit tangere Deum,est peccatū
cordis,oris & operis. Vel dic q̄ terra est consideratio nostrę
terrenitatis,quā.s.dicta tridua nobis tollunt.Vel pone q̄ equa
.i.prælatus non debet admittere ad vbera.i. ad pinguia bene
ficia,pullum suum.i. subditum quamdiu habuerit folliculū
nigrum, & veneficiū amoris.i. carnalis libidinis corruptelā,

quæ nobiscum ab vtero parturitur. Apo.22. Foris canes & ve
nefici.Vel pone etiam q̄ equa parentes significat, qui debent
abscindere à filiis suis veneficia.i.peccata carnalia,& similiter 4
cum lingua lambendo.i.faciliter , & benigniter instruendo.
Erudi filium tuum,& curua ceruicem eius dū infans est.Ecc.
30.¶ Equæ s̄m Arist.li.6.c.18.gloriantur in iubis suis , & do-
lent qñ sibi abscinduntur,& qñ sibi auferūtur,extinguitur li
bido earum,ac si in eis non esset vis amoris.Sic recte faciunt
mulieres,quia vere in iubis suis.i.in capillis,& crinib.gloria
tur,& similiter domicellæ,& ideo qū eis auferuntur.i. qū a p
latis,& prædicatorib.auferri iubentur,& incitantur,dolent,
& tristantur. Non in capillatura,& crinib.tortis 1.Petr.3. Et
qū talia auferuntur,deficit libido, quia vere talia nihil aliud,
sunt quam quædam luxuriæ incitamenta.Ideo Nu.6. Radet
omnes pilos capitis sui,& sanctus erit. Vel pone q̄ iuba,quæ
est abundantia capillorum.significant abundantiam diuitia-
rum,in qua diuites gloriantur,& de earum amissione tristan
tur,licet ea hoc ardore suę libidinis,& auaritiæ temperetur,
iuxta illud Eccl.10.Qui gloriatur in diuitijs,paupertate ve-
xatur.¶ Itē s̄m eundem,pugna est inter equos,& quasdā au- 5
culas quæ dicuntur anthi. & hoc quia vtraque bestis herba
nutritur,& ideo vna cupit aliam pascuis abdicare,eijcere vel
fugare.Sic verè pugna est,& inuidia, & discordia inter diui-
tes huius mundi.Nam quia quilibet comedit herbas.i. diui-
tias,ideo vnusquisque nititur alium eijcere à pascuis.i.a bñ
ficiis,& promotionibus huius mundi.Figura Ge.13.vbi pro
pter pascua facta est rixa inter pastores gregum Abram, &
Loth,quia vt dicitur ibi.Erat possessio eorum nimia, & non
quibant habitare communiter.

## *De Polledro siue Pullo equino.* *Cap. 35.*

POledrus est equi filius, vel pullus equinus,qui sic dici-
tur quamdiu matris vberibus est subiectus. Posterior 1
pars etiam pulli est maior anteriori.Et qñ crescit,& an
tiquatur,tunc crescit pars anterior,& alteratur. Et in-
de est q̄ in iuuentute possunt cum pede anteriori tangere ca
put suum,quod tamen non possunt in senectute.Polledrus est
vir iuuenis,& maximè nouitius in religione, pars eius ante-
rior est affectus carnalis,& posterior affectus spiritualis Vn
de dr̄.1.Cor.15.Prius quod animale est,deinde quod spiritua
le est.Isti igitur pulli qui vberibus matris suæ i. doctrina reli
gionis pascuntur,& eidem per humilitatem subiiciuntur ha
bent partem posteriorem.i.actus,& opera spiritualia, maio-
rem quàm anteriorem,quia vero plus abundant nouitii in fer
uore spirituali quàm carnali,iuxta illud Apoc.2. Posteriora
tua plura prioribus. Vnde cum pedibus posteriorib.i.cum
affectionibus spiritualibus tangunt caput suum.i. Christum
per deuotionem,& amorem,sed qñ antiquantur,& senescūt,
tunc vere vertitur res in contrarium,quia tunc pars anterior
idest affectus , & desideria carnalia incipiunt augmentari,
pars vero posterior.i. desideria spiritualia paulatim incipiūt
aggrauari.Tales.n.primo sunt feruentes, deinde deficientes.
primo cantant.Mirabilia,secundo.Defecit tertio,est contra
rium,Legem pone.Ideo ad Galath.3.Cum spiritu cœperitis
carne consummamini.Vel dic quod anterius est spirituale,
posterius vero est carnale . ad Philip.3.Quæ retro sunt obli-
uiscens,ad ea vero quæ sunt priora.extendens me ipsum de
stinatum prosequor brauium.Et ea pone de iuuenibus, qui
plus abundant in posterioribus.i.in carnalibus & temporali
bus,quam anterioribus.i.æternis & spiritualibus.Et est eo-
rum nouissimi peius priore.2.Petr. 2. Pullus etiam quam-
diu est cum matre ipsa miro affectu diligit,& hinnitu perdi-
tam quærit ipsamque sequitur quocunq; vadit.Sic vere bo-
ni & iusti sequuntur per orationem matrem suam .i. Christū
vel prælatum vbicunque ierit,se in omnibus ei conformā-
do.Sequimini eū quocunq; introierit.Luc.22.¶ Pullus equi-
nus dum est cum matre,ipsam mire diliget,vbera eius sugit,
stramentis non sternitur,cingulo non cingitur,phaleris non
ornaē,calcarib.non pungitur,sellæ non subiicitur,freno non
domatur,matrem libere sequitur,vbicunq; discurrere per-
mittitur,graminibus pascitur,clauis in pedibus non cauatur
sed in fine a matris vberibus abstrahitur,& ea sugere non p
mittitur,labori exponitur,quadrigis subijcitur,capistris co-
arctaē,equestri militię deputatur,et sic casibus miseris paup
equi filius propagatur.Charissimi per istum pullum intelli,o

viron

virum carnalem, mundanum, & peccatorem, qui quãdiu est
cum matre sua.i.in mundo, & in vita præsenti, mire eam dili
git, vbera eius, i.mundi delicias, & seculares sciẽtias fugit, &
stramentis pęnitentiæ non sternitur, cingulo obedientiæ nõ
stringitur, phaleris.i.virtutib.non ornatur, calcarib.diuini ti
moris non pungitur, sellæ disciplinæ nõ subiicitur, freno silẽ
tii non domatur, matrem suam mundum sequi, & post eam
vbicunque voluerit ire libere permittitur, s.ad nundinas, ad
mercata, & negocia secularia pertractanda. Quodcunq; vo-
lueris vade Hie.40. Gramina etiã mũdi.i.diuitias, & delicias
depascitur, & clauis.i.conscientiæ aculeis nõ cauatur, & sic
quasi naturali libertate in hoc seculo iocundatur. Ista ẽt pa-
rent de mundi peccatorib. secularib. & diuitib. iniquis. Expli
ca, & exemplifica q̃ vir vanus in superbiã erigitur, & tãquã
pullum onagri se liberum natũ putat. Iob.11. Sed in fine post
miseram vitam istam, à matris vberib.i.à mundi deliciis ab-
strahitur per mortẽ temporalem, & eam amplius fugere nõ
finitur, sed labori infernali subiicitur quia laborabit in æter
num, & viuet adhuc in finem. quadrigis.i.oneribus tormento-
rum exponitur, chamo indissolubili æterni carceris stringitur,
quia perpetuo nequit exire, & equestri militiæ.i. ipsorũ de-
monũ infernaliũ militũ vsib. deputatur, & sic finiuntur gau-
dia & libertates miseræ mundanorum. Extrema.n.gaudii lu
ctus occupat. Prouer.14. Vel expone de religiosis, qui in fine
qñ exeunt de seculo, & conuertuntur ad religionẽ, stringunt
cingulo obedientiæ, punguntur calcarib. diuini timoris &c.
sicut supra Labori pœnitentię exponuntur quadrigis.i.regu
læ, & religionis onerib. supponũtur, equestri militię.i.ad bel
landum contra vitia disponuntur, & eis onera mandatorum
Dei imponuntur. Ideo Abacuc.3. Viam fecisti in mari equis
tuis, i. in amaritudine religionis. ¶ Secundũ Isid. equi fuerũt
3 quibusdam diuersis deorum ritib. cõsecrati. Nam in quadri
ga solis fuerunt quattuor equi consecrati, & hoc pp eius in
anno multiplicem immutationem, s.veris, hyemis, æstatis, &
autumni. Sic vere soli.i. Christo dedicantur equi.i.viri iusti,
& in quadriga eius.i.sancta ecclesia sunt quattuor genera ho
minum seu statuum, prælati religiosi, principes, & seculares.
Et isti equi debent esse iuncti, & vniti per cõcordiæ vnitatẽ.
Vel per quattuor equos intelligo diuersos status ecclesiæ, &
religionis, potissimè monachos, canonicos, mendicantes, &
seculares. Figura Zach.6. vbi vidit quattuor quadrigas. & in
prima equi rufi, in scd'a equi nigri, i tertia equi albi, in quar
ta equi varij, & fortes, qui currebant discurrentes per oẽm
terram. & isti exibãt de medio duorũ montiũ. Sic verè in ec-
clesia, sunt quattuor quadrigę.i.quattuor status, q de medio
duorum montiũ.i.duorum populorum, iudaici.s. & gentilis
primitus prodierunt. Sed in quibusdã sunt equi rufi. Isti sunt
monachi Cistercienses veteris ordinis, & minores. Alii sunt
nigri s. monachi nigri pdicatores &c. alii albi, s.canonici. alii
varii, i.seculares, qui non habent aliquẽ colorem determina
tum, qui dñr currere, per omnem terram, quia.s.istorum alii
sunt liberi, alii sunt serui. Quis dimisit onagrum liberũ? Iob
39. ¶ Lunæ dedicabantur duo equi.s.vnus albus, alius niger,
eo quòd nocte, & die appareat, & lucescat. Sic verè beatę vir
gini debent dedicari albi, & nigri.i.boni & mali, & hoc quia
nocte, & die.i.circa peccatores, & iustos solet apparere per
suorum beneficiorum impensionem, quia sm Bern. in ea in-
uenit iustus gratiam, peccator veniam, angelus lætitiam. Iõ
Esa.34. Nocte, & die non extinguetur. ¶ Equi triiugales etiã
5 diis inferis consecrabantur. Vltra autem septem equos de fa
cili non iungebant, referentes ad septẽ dies, & planetas. Sic
vere charissimi diis inferis.i.demonib. cõsecrantur tres equi
.i.tria genera peccatorum, s.luxuriosi, cupidi, & superbi, pla-
netis autem.i.sanctis consecrantur, septem i. septem donis,
6 & virtutib. pollentes. ¶ Item ibidem Isid. dicit q̃ antiqui de
dicabant equos rubeos ignis, albos aeri, fuscos terræ, varios
mari. Sic verè illi, qui sunt rubei per carnalitatem, varii p fal
sitatem, tales dico mari, & igni.i.amaritudini, & igni inferna
li à Deo dedicantur. Illi autem qui sunt albi per castitatẽ, &
pallidi per maturitatem, terræ.s.viuentium, & aeri.i. cœlesti
claritati debent pręcipuè dedicari. ¶ Item in æstate equita-
bant rubeos, quia tunc omnia calescũt, in hyeme albos, quia
propter niues omnia canescũt. in verè varios, quia tunc oia
virescunt, in autumno fuscos, & nigros, quia tunc oia defic-
cantur, & pallescunt, & a prima pulchritudine deficiunt, &
latescunt. Equi isti significant diuersa genera peccatorum.
varij sunt curiosi, rubei luxuriosi, pallidi sunt tristes, & sedi-
tiosi, albi sunt hypocritæ, & ficti. Istos igitur equitat diabo-
lus in diuersis statib. & ætatib. vitæ suæ. Varii n. & curiosi dia
bolo famulantur in vere adolescentiæ, & rubei & luxuriosi
in æstate, & in feruore iuuentutis, pallidi.i.tristes, & inuidio
si in autũno senectutis, albi.i hypocritæ in hyeme senii. Ideo
contra istas equitaturas dicebat Dauid, Vsque in senectã, &
senium Deus ne derelinquas me. ¶ Equi pallidi solebant de- 8
dicari terrę, & in autũno equitabantur, sm Isid. Sic verè aua
ri, qui terræ.i.bonis terrenis potissimè dedicantur, in autum
no.i.in tpe senectutis ab auaritia potissimè equitantur, quia
.s.auari magis famulantur auaritiæ in tempore senectutis, q̃
in iuuentute. Figura Apo.6. Vbi Ioannes vidit equum palli-
dum, & qui sedebat super eum, nomen illi mors, & infernus
sequebatur eum. Sic super istos pallidos, terreos, et auaros
sedet mors, i.peccatum auaritiæ, quæ animam mortificat ac
que damnat, et ideo infernus sequitur talem equum, quia.s.
hoc est proprium stabulum huius equi. sicut.n.dr 1. ad Cor.
6. Iniqui regnum Dei non videbunt, nec possidebunt, neque
fures, neque auari, neque ebriosi etc. ¶ Antiqui dedicabant 9
equos rufos Marti deo belli, quia mors sanguine gaudet. Sic
vere illi qui sunt rubei, et rufi per malitiam, marti Deo belli,
hoc est dictu, iræ, rixæ, et discordiæ (qui bella concitat, et fu-
rore, et sanguine, et occisione hominum gaudet) specialiter
dedicãtur, quia pro certo, per tales iracundos ois discordia
et sanguinis effusio generatur. Figura Apo.6. vbi Ioannes vi
dit equum ruffum, et illi qui sedebat super eum, datus est gla
dius magnus, et datum est ei vt tolleret pacem de terra, et vt
hoẽs se interficiant. Sic verè super tales malitiosos, et iracũ
dos solet diabolus equitare, et ipsos vbi vult ducit tanquam
dñs, et magister. Et ideo istis datus est gladius.i.lingua.s.ma-
litiæ, quæ dicitur gladius acutus, quia scindit, et diuidit con-
cordiã vnitatis. Et ideo sessor iste diabolus mediantib. equis
suis iracundis, et gladio suo, i. mala lingua talium tollit pacẽ
de terra, et facit hoies interfici spiritualiter per infamias, et
odium, & etiam quandoque tẽporaliter per homicidia. Nõ
est pax vniuersę carni, dicit dñs. Hie.12. ¶ Homines sm Isid. 12
ibidem, equos albos dedicabant aeri, & eos in hyeme equita
bant. Sic verè charissimi homo Christus (qui in hyeme.i.in
tempore infidelitatis voluit equitare per mũdum illum) ele
git sibi equum album, i.corpus virginis gloriosæ, quæ fuit al
ba quantum ad continentiæ castitatem, aeri deputata quan-
tum ad conscientiæ puritatem, & ideo in isto sedit per bea-
tam incarnationẽ. Vel si vis intellige corpus Christi p equũ
album, super quem Dei filius equitauit. Figura Apoc.6. vbi
Ioannes vidit equum album, & qui sedebat super eum data
est ei corona, & habebat arcum, & exiit vincens vt vinceret.
Sic verè Dei filius, qui sedit in equo albo proprii corporis,
vel virginis bñdictæ, data est corona, i.regina maiestas, quia
data est mihi omnis potestas &c. Ideo Apo.19. Habebat dia
demata multa. Arcum etiam sacræ scripturæ habuit, vnde sa
gittas sacrorum eloquiorum emisit ad feras capiendas, i. ad
peccatores ad pœnitentiam conuertendos. Et ideo exiuit, s.
à patre, et venit in mundum, vt vinceret, s.demones, et pecca
ta. Ideo Apocali.19. Ecce equus albus et qui sedebat super
eum, vocabatur fidelis. ¶ Antiqui equos varios dedicabant
Iridi, eo quòd ipsa sit variis coloribus distincta. Sic verè illi
qui sunt varij per diuersarum virtutum, et perfectionum co
lorem, dedicantur ipsi arcui cœlesti, id est Christo, qui om-
nes colores virtutum, et perfectionum continet in seipso.
omnes enim boni eum sequuntur per imitationem, et eius
vsibus depũtantur per suorum mandatorum executionem.
Figura Zach.1. Vide per noctem, et ecce vir ascendens sup
equum rufum, ipse stabat super myrtetea, quæ erat in profun
do, & secuti sunt eum alij equi rufi, varii & albi. Sic vere cha
rissimi, Christus vir, idest virtuosus, qui in profundo hu-
militatis positus, primo fuit inter myrteta, idest inter viros
iustos, odoriferos & sanctos, scilicet in societate apostolo-
rum, ascendit equum rufum, id est corpus suum sanguine
passionis rubefactum, & tunc secuti sunt eum per imitatio-
nem equi rufi, id est martyres, equi varii, id est confessores
diuersis virtutibus variati, & equi albi, idest virgines castita
tis lilio candidati. Et sic patet quod equi varii Iridi variæ
consecrantur. Mach.6. In quadriga quarta equi varii & for-
tes. ¶ Pullus equinus suauem passum quem in iuuentute di 13
dicit in senectutis tempore non dimittit. Sic vere istum pas-

suro seu cursum,i.illud opus,& exercitium quod in iuuentu
te assuefacimus,in senectutis tpe frequentamus,siue bonum
fuerit,siue malum,quia adolescens iuxta viam suã &c.Prou.
22.¶Equus ẜm Arist. libentius vadit in grege cum sorore,
q̃ cum matre.Charissimi,mater nostra est cõcupiscentia car
nis,quæ eas parturit in hoc mundo.Eze.16.Pater tuus amor
reus.i.mundus,mater tua cethea.i.carnis concupiscentia.So
ror aũt nostra est sapientia.Prou.7.Dic sapientiæ,soror mea
es.Matrem igitur nostram.i.concupiscentiam relinquamus,
& sororem nostram.i.diuinam sapientiam freqoẽtemus ad
Ro.13.Curaoı carnis ne feceritis. ¶Secundum Pli.li.8.c.42.
equi videntur sensu,& imaginatione pollere. intelligunt.n.
adhortationem gloriæ,& visum est equos tela collecta equi
tantib.suis tradere,& etiam quodam naturæ sensu dicuntur
sessoris sui victoriam præscire,& præsentire,sicut de curren
tib.in circo exemplificant tam Pli.q̃ Soli. Dicit autem Pli.ꝙ
Sarmatæ ieiunio,& inedia præcedente equos ad cursum ha
bilitaut,atq; ita per centena,& quinquaginta miliaria conti
nuo cursu ipsos equitant.Igitur in his ducetur homo intelle
ctum,& discretionem habere, & de futura victoria cõtra vi
tia gaudere,& ieiunio carnem maccrare, & sic ad bona ope
ra celeriter cursitare.Sic faciebat Apostolꝰ,vt dicit 1.ad Co
rin.9.Sic curro non quasi in incertũ,sed castigo corpus meũ
& in seruitutẽ redigo.Vel dic ꝙ sessor est prælatus qui equũ
.i.subditum debet per abstinentiam macerare,vt possit cur-
rere ad opera virtuosa.Ipse vero equus,& subditus debet de
victoria sessoris,i.domini regis vel prælati sui gaudere,& de
ea quàm plurimum exultare.

## *De Elephante. Cap.37.*

ELephas apud indos barrus dr̃,& inde vox eius barri-
1 tus nuncupatur, cuius dentes ebur sunt, & rostrum
promuscis appellatur.Hic inter omnia animalia ma-
ior est corpore,& virtute.Nam Medi,& persæ eis tur
res ligneas imponunt,equib.dimicant,& bellaut.Et sunt bo
ni intellectus,& memoriæ,gregatim incedunt,in aquis,& sil
uis pariunt,& vbi pariunt,ibi dimittunt fœtus suos, ne à dra
conibus rapiantur.Biennio fœtus portant, & trecentis annis
viuunt,vt dicit Isid.li.12.Tales recte debent esse prælati, qa
magnitudine auctoritatis,virtute perfectionis, & bonitatis
debent alijs præpollere.Grandis auctoritatis es, & bene re-
gis regnum Israel 3.Re.21.Et ideo vox eorũ.i. comminatio
debet esse barritus,fortis,s.& terribilis peccatorib.cõminan
do,Dentes eorum.i.prædicatio, & verba debẽt esse eburnei
.s.rubicundi per charitatem,vt sint eloquia eorũ castra,argẽ
tum igne examinatũ.Et ideo turres ligneas.i.religiones con
uentus,& ecclesias debent portare per debitum regimen,&
discretum,vt hõies ibi existentes,s.religiosi,& clerici possint
contra vitia,& peccata dimicare.Figura.1.Macbab.6.vbi in
prælio regis exercitu erant elephantes cum turrib. ligneis,
& intus homines armati.Sic in exercitu Christi isti debẽt es
se boni intellectus per discretionem, gregatim incedere per
subditorum concordiam,& delectationem,& debent pare-
re per bonam operationem,in aquis debent habitare per de
uotionem & dilectionem,& lachrimationem, & in siluis pœ
nitentiæ per corporalem macerationem,& ibi fœtus suos,i.
subditos relinquere,dimittere,& nutrire,ne à dracone dia-
bolo deuorentur. Isti debent diu viuere per perseuerantiã,
& longanimitatem,fœtus.i.subditos duobus annis portare.i.
per fidem,& charitatem, quia istis duobus debet prælatus
præcipue subditos enutrire,quia in his duobus mandatis to
2 ta lex pendet,& prophetæ.Mat.22.¶Secundum Pli. li. 8.c.1.
elephas inter oia animalia maximæ est virtutis, & perfectio
nis,quia elephantes in noua luna cõueniunt gregatim, & in
flumine se abluunt,& nouo syderi cõiter plus se inclinant,&
sic redeunt ad locum suum. Elephas est bonus Christianus,
luna est persona filij Dei,quæ renouata fuit in incarnatione,
quia Dei filius qui ab æterno est,factus est quasi nouus,& tẽ
poralis, & ideo in renouatione illius.i.in ortu vel incarna-
tione illius Christi,nos elephantes christiani sui debemus in
uicem conuenire,& congregari,s.per fidei,& concordiæ vni
tatem,& ad ecclesiam,& officii diuini solennitatem conue-
nire.Ideo Apo.19. Venite,& coogregamini ad cœnam ma-
gnam Dei.In flumine etiã deuotionis,compassionis, lachry
marum.& sacræ scripturæ oos debemus modo balneare, &
lauare,& isti nouo syderi Christo nouiter renouato debe-
mus nos communiter inclinare per gratiarũ actionem,& sui
auxilij implorationem,& ita purificati,& lauati, ad locũ no
strum,s.paradisum poterimus redire finaliter per æternæ glo
riæ acquisitionem. Vel pone de natiuitate virginis vel Ioan
nis.Vel potest exponi de trib.Magis,qui visa stella materiali
& cognito ortu stellæ spũalis,conuenerant,& Deum adora
uerunt,& honorauerunt, & sic per fidem purificati fuerunt,
& tandem ad propria redierunt.Matt.2.Per aliam viam re-
uersi sunt in regionem suam.Vel pone ꝙ orto isto nouo sy-
dere cõgregati sunt,s.ad fidei veritatem, elephantes.i.hoĩes,
& in flumine baptismi purificati,ipsi Christo se inclinauerũt
per obedientiam,& subiectionem, & suæ fidei susceptionẽ,
& sic ad locum suum,s.paradisum(vnde in Adã ceciderant)
redierunt.Ideo impletum vi illud Esa.17. In die illa inclina
bitur hõ ad factorem suum,& inclinabitur ad altaria. ¶Ele- 3
phantes iuuenes suos diligenti cura custodiunt, & qñ vadũt
ad fluuium,vt lauentur,eundo, & redeundo eos præcedere
faciunt,& qñ luna est renouata,inclinant se ei, & filios suos
ad inclinandum syderi instruunt,& informant. Sic verè de-
bent facere parẽtes, quia vere filios suos iuuenes debẽt sum
mè custodire,& maximè à vitiis,& peccatis,& eos ad fluuiũ
deuotionis,& confessionis,elemosynæ,& cõpassionis secum
ducere,vt ibi lauentur,& expientur per peccatorum cõdo-
nationem,quia elemosyna extinguit pc̃m.Eccl.3.Et ad ado
randum Christum vel beatã virginem ipsos exemplo & ver
bo instruere,& docere.Eccl.30. Doce filium, & operare in
illo.Exemplum de Thobia, qui filium suum Deũ timere do
cuit,& abstinere ab omni pc̃tõ.Tho.1.Vel si vis expone de ꝑ
latis,& subditis per oia sicut supra. ¶Elephãtes ẜm eundem
ibidem.qñ infirmantur, quasdã herbas salubres congregãt, 4
sed antequam eis vtantur,supino capite eos ad cœlum leuãt,
& quadam religione à numinib.adiutorium postulãt. Sic ve
rè qñ homo infirmatur,& herbas, & medicinas quærit vt iu
uetur,non debet in eis tantum confidere, imo ipsas ad cœlũ
leuare per diuinæ potentiæ cõsiderationem,& sui auxilii im
plorationem.Eccl.38.Filij,in infirmitate tua ne despicias te
ipsum,sed ora dominum,& ipse curabit te. Altissimus.n.de
terra creauit medicinam,& vir prudens non abhorrebit eã.
ibidem.Vel dic ꝙ illi qui infirmantur spũaliter per ignoran-
tiam,& pc̃m,debent herbam sacræ scripturæ vel pœnitẽtiæ
comedere,& sibi incorporare,& cum hoc Dei auxilium im-
plorare,quia in vanum laborat humanum studium, vbi Dei
auxilium. Nam secundum Hieronimum, studium debet
sæpe interrumpere oratio. ¶Item ibidem Plinius.Elephan-
tes sunt boni intellectus, quia docentur cognoscere regem, 5
et eum adorare,et ob reuerentiam coram eo genua incurua
re.Sic verè boni Christiani,& sancti,regem suum Christum
vel prælatum debent cognoscere per fidem, et discretionẽ,
coram eo genua flectere cum benignitate,et subiectione,et
eum adorare per grẽ implorationem, et reuerentiam,et gra
tiarum actionem.Ideo Can.3.Egredimini filiæ Sion,et vide
te regem Salomonem.¶Item idem ibidem.ca.4.dicit,ꝙ ele-
phantes qñ inueniunt hoĩm in nemore errantem, primo(ne 6
ipsum terreant)aliquantulũ de via se elongant,et ipsum pau
latim præcedentes,viã ei ostendũt,et si draco obuius fuerit,
contra eum pro defendendo hoĩe se opponunt,et hoc maxi
mè faciunt qñ habent fœtus iuuenes,quia timent ꝙ hõ quæ-
rat fœtus suos,et ideo de eo se volunt expedire,vt eos possint
securius,et cautius custodire. Et si grex pecorum occurre-
rit,itinera sibi blanda,et placida faciunt,et ne qđ aĩal interfi
ciant præcauent,et attendunt,sicut dicunt tã Pli.q̃ Soli. Ele
phas est Christus,draco diabolus,solicitudo mundus, termi
nus paradisus,recta via est pœnitentia. Elephas ergo.i.filius
Dei,qñ vidit in solitudine huius mundi hoĩem.i.humanũ ge
nus errare,et deuiare, tũc ne ipsum terreat ab itinere mũdi,
vel pœnitentiæ, primo se elongauit,s.à principio vsq; ad in-
carnationem, quia tunc non fuit in via pœnitentiæ per præ-
sentiam corporalem,sed tandem in via se posuit, et per bo-
num exemplum hoĩem præcessit, quia Cœpit Iesus facere,et
docere.Act.1.Præcedat dñs meus seruum suum.Gen.33.Et
ei rectam viam eũdi ad terminum paradisi, videlicet pñiam
ostendit,et à læsione quacunq; præcauit,et in omnibus placi
de viam salutis ostendit, et pro eo contra draconem diabo-
lum in crucis prælio dimicauit, et ipsum de eius manibus
liberauit, et ad veritatis semitam reuocauit. Inuenit eam
in bi-

in biuio,& non in via.Ge.39.Ideo Sopho.3.Nugas quæ à le-
ge recesserant,reuocabo.Vel expone de prælatis,& viris iu-
stis,qui subditos,& alios qñ errant in fide vel in morib. de-
bent eos præcedere per bona exempla, & viam veritatis eis
per prædicationem ostendere,& pro ipsis contra draconem
.i.contra tyrannos,& diabolum pugnare,& pecudes, & pau
7 peres non lædere,sed iuuare. ¶ Elephas quando habet fętus,
& inuenit hominem in nemore,præcedit eum,ipsiq; rectam
viam ostendit.& hęc ratio est s'm Pli.quia timet quòd homo
quærat fętus suos,& ideo primo vult de eo se expedire,vt fę
tum suum possit tutius custodire.Et in hoc habemus exem-
8 plum q homo se debet prius de maiori periculo liberare, &
postea se,& suos poterit melius gubernare.¶ Idem lib.8.c.5.
& Soli.etiam dicunt,q elephantes gregatim incedunt, mini
me ex omnib.soliuagi,& ducit agmen maior natu, alius au-
tem ætate proximus sequentes cogit,iuuat.n.eum , & ei co-
operatur. Iuuenes aūt suos qñ debent vadum transnatare,fa
ciunt pręcedere,ne maiorum ingressu impediantur.Sic verè
charissimi in congregatione elephantum i.religiosorum vel
clericorum, ille qui est maior natu,i.ætate spirituali,i.ille p-
fectior quantum ad gratiam vel virtutes,debet alios ducere
per prælationem,& primatū in eis obtinere.Loquere tu ma-
ior natu,decet.n.te primum verbum.Eccl. 32. Illi etiam qui
sunt post eos seniores,i.virtutib. perfectiores, debent eos in
prælationis officio adiuuare,consulendo,& supportando,vt
per sapientum,& seniorum cōsilium possint prælati rem pu
blicam gubernare , & per eorum iuuamen alios elephantes
sequentes,i.subditos prouide regere,& saluare, quia breui-
ter loquendo,post prælatos illi qui sunt sapiētiores, & sanio
res,debent in dignitatibus,& officijs in honorib.& consiliis
esse primi.vnde 1.ad Thess.4. Illi qui in Christo mortui sunt
resurgent primi.Itaque prælatus debet subditos ducere,alii
vero debent compellere.Quod maximè de pręlatis qui sunt
primi,& de principibus,qui sunt secundi,potest intelligi,q a
s.ad pręlatos pertinet ductio pastoralis,ad principes autem
9 compulsio manualis.¶ Elephātes faciunt præcedere infantes
suos,& qñ debent per vadum aliquod transnatare, ipsos fa-
ciunt præire,secundum Pli.ibidem , & hoc ne maiorum in-
gressu in natando impediantur . Tales sunt multi carnales,
& affectuosi prælati,qui iuuenes suos,i.nepotes,& cōpatrio
tas,& familiares faciunt præcedere, ipsos præ alijs indebite
promouendo, quamuis ipsi sint iuuenes,& infantes nec pa-
tiuntur quòd aliquis magnus,& scientificus fluuium prospo
ritatis introeat ante ipsos.Esa.3. Dabo pueros principes eo-
rum &c.Vel die q stulti religiosi, vel clerici, vel superiores
prælati,iuuenes,i.imperfectos, & instabiles sæpissimè faciūt
præcedere.s.eos præficiendo in prælationibus,& officijs.Ec
cles.10.Vidi stultum in dignitate sublimi.Vel per iuuenes in
telligo fortes spirituales,& perfectos,qui debent alios pręce
dere,& in prælatione aliis præpollere.Iuuenis,& acutus in-
10 ueniat in iudicio.Sap 8.¶ In elephantib.maximus est pudor,
s'm eundem.Nam qñ vnus ab alio vincitur, victus vocem fu
git victoris,& eius nequit consortium sustinere.Sic verè cha
rissimi qm inter duos elephantes,i.inter Deum,& diabolum
diabolus victus fuit,& postratus ideo in loco,i. in corde vbi
est Christus victor per gratiam,& charitatem , vel vox eius
.i.prædicatio,& doctrina resonat,non audet victus diabolus
comparere. Vel pone si vis quòd quando demon superatur
ab homine tunc eius vocem,i. orationem timet nec corā eo
ad ipsum iterum de eodem vitio tentandum audet amplius
comparere . Confunditur fur qñ deprehenditur.Hiere.2.&
11 Gene 3. Vocem tuam audiui,& timui.¶ Elephantes qñ sunt
in calore,& luxuria,sunt nimis mali,& periculosi,& maximè
agrestes. Nam domus,& stabula diruunt , & subuertunt,vt
dicit idem.Sic verè charissimi ex luxuria,& libidine proue-
niunt hodie multa pericula in hoc mundo,quia domus,i.sta
tus ecclesiasticus(quæ est domus Dei.ad Heb.3.) & stabula,
.i.status mundanus ex hoc destruuntur,& per luxuriosos sę
pius dissipantur quantum ad famam,& quantum ad bona te
poralia, naturalia,spiritualia,& æterna. A muliere enim ini-
tium factum est peccati,Ecclesiast. 25. quia homini fornica-
tio omnis dulcis,non fatigabitur transgrediens. Ecclesiastici
23 . ¶ Elephantes domiti ( secundum quod dicit idem ibi-
12 dem . ) turres ligneas portant,acies destruunt, concurrunt-
que armatos, & optimi sunt in militia, sed quod mirum est
dictu, qui armatas acies non timent , vocem minime suis fi-
ne porcæ fugiunt,sicut dicit idem. Charissimi isti elephātes
sunt iusti & perfecti,qui per disciplinam & pœnitentiā sunt
domiti,qui per constantiæ fortitudinem ipsos hostes spiritua
les,mundum.s.& demones infinitis malitijs armatos non ti-
ment,sed turres ligneas.i.onus mandatorum Dei,& statuto-
rum ecclesiæ & religionis deferunt,atque portant. ad Gal.6.
Vnusquisque onus suum portabit.Et tanta constantia & pa-
tientia sunt firmati,q nullas aduersas tribulationes uel ten-
tationes treuidant vel formidant , quia leo fortissime bestia
rum ad nullius pauebit occursum. Prouerb.30.Veruntamen
vocem suis.i.carnis propriæ suggestionem mirabiliter mo-
ruunt,quia verè nullus est ita constans vel perfectus,quin ad
vocem suis.i. ad suggestionem propriæ carnis multum de-
beat trepidare,maximè quando considerat quòd Dauid san
ctissimus,Salomon sapientissimus,Sāson fortissimus,ab ista
sue.s.a carne fuerunt per luxuriam superati, quia sicut dicit
Prouer.7.Multos vulneratos deiecit,& fortissimi quiqueab
ea vulnerati sunt.Figura Gen.33.vbi Iacob qui non timue-
rat Labant persequentem,super omnia timuit Esau fratē suū
& ideo ne ab eo occideret, septies adorauit. Sic vere iusti q
constantiæ firmitate suffulti non timent laban,id est mundū,
vel diabolum,fratrem suum Esau rufum, id est carnem pro-
priam,suemque luxuriæ debent summe formidare, & ne ab
ea vincantur,dominum septies deprecari. ps.Septies in Die
laudem dixi tibi.Vel pone quòd illi qui timent minima,for-
tes sunt postmodum ad maxima.¶ Idem Plin.lib. codē c. 10. 13
dicit quòd elephas altas prosternit palmas & sic comedit fru
ctum earum.Sic verè diabolus quando videt altam palmam
.i.virum iustum in perfectionis altitudine sublimatum,& fru
ctibus bonorum operum fœcundatum,ipsum prosternit ali
quotiens per peccatum,& sic fructus eius.i.bona ipsius ope
ra deuorat & consumit.Figura Dan.4.vbi agitur de alta ar-
bore subuersa. Vel dic q elephas est Deus,qui palmas fructi
feras.i.superbos & diuites peccatores subuertit,s.per mortē
vt sic fructus & diuitiæ eorum distribuantur alijs & dispen
sentur .Esa.2.Dies domini super omnem arrogantem,& hu-
miliabitur,& super cedros libani sublimes & erectas.Vel p
elephantem si vis aliter exponere potes accipere Deum,qui
palmam altam.i.superbum diabolum prostrauit , & fructus,
id est peccatores quos sibi subiecerat,comedit,s.eos ad suam
fidem conuertendo.Ideo Canticorum 7. Ascendam in pal-
mam,& apprehendam fructus eius . ¶ Causa pugnæ perpe- 14
tuæ,quæ est inter elephantes & draconem , assignatur à Pli-
nio,quia propter corporis magnitudinem & virtutem vnus
alter inuidet,& contra eum militat,& bellat.Sic verè in mū
do causa inuidiæ , malitiæ & discordiæ est potestatis & glo-
riæ magnitudo,quia diuites diuitibus inuident,& ex hoc cō
tra se inuicem militant sępius & certant, quia s'm Chrysost.
Propemodum naturale est ciues ciuibus inuidere.hucusque
Plin.¶ Secundum Arist lib. 1.cap.11.& Auicen.nasus elephā 15
tis est longus & fortis,et eo vtitur loco manus,& cum ipso
accipit cibum & portat ad os,quod nullum aliud animal fa-
cit, & habet mamillas in pectore , et dentes et culmos ma-
gnos in ore. Elephas est homo perfectus , & maximè præla
tus vel religiosus,cui9 nasus est deuotio, quæ debet odorare
æternam suauitatem Vbera eius significant misericordiā, &
compassionem,vel doctrinā et prædicationem. Dentes eius
significāt eloquentiam,et verbalem correctionem.Debet igi
tur nasus deuotionis nostræ esse longus per perseuerantiā,
fortis per constantiam.vnde Cantico.7.Nasus tuus sicut tur
ris libani.Et eo loco manus debemus vti.s. ad accipiēdum
et acquirendum cibum gratiæ et virtutum, vel cibum glo-
riæ sempiternæ,et cui non sufficit manus, id est operatio, de
bet ei sufficere nasus,i.deuotio,quia vnguentis et varijs odo
ribus delectatur cor Prouer.27. Vbera autem lactis siue prę
dicationis vel dulcis misericordię et compassionis debet ha
bere circa cor in pectore,vt.s.ea corde et ex charitate prædi
cet et doceat , et pauperibus subueniat et succurrat . et in
ore debet habere culmos,id est dentes magnos, et verba du
ra,fortia et correctoria,veruntamen alba, et eburnea, id est
pudica pariter et honesta.ad Eph.4.Omnis sermo malus nō
procedit ex ore vestro,sed si quis bonus est ad ædificationē
audientium. ¶ Item dicit idem quòd lingua elephantis est 16
valde modica respectu corporis sui,et semper in ore latitat,
et raro videtur extra,nisi quando lambit labia sua post cibū
et potum etc.Sic verè in Christiano debet esse parua lingua,

liter coputatur, quia non nisi per quinq; dies in duob. annis,
& tunc quanto plus possunt, in occultis, & abditis se abscon-
dunt. Post aut actu illum aquis viuis se abluunt, nec ante ablu
tionem ad gregem reuertuntur. Pro fœminis nunquã pugnãt,
& nulla nouerunt adulteria. Sic verè boni Christiani actum
carnis raro aut nunquam debent exercere. Quod si in actu
côiugali ipsos oporteat circa illum actum vocare, rarius, se-
cretius, occultius, & verecundius, q̃ possint debent illũ face
re vel côplere. Quod est contra multos, qui consueuerũt per
iactantias in illis operib. gloriari, sicut multi luxuriosi, qui le
tantur cũ male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Prou.
2. Et post illum actũ in aqua deuotionis, vel côpassionis, vel
confessionis debent se lauare, vt sic ad gregẽ. i. ad côitatẽ ec
clesiæ purificati. & mundati valeant reuertere. Itẽ inter ipsos
non debent esse adulteria, quia verè quilibet debet esse côtẽ
tus propria vxore, nec debet côcupiscere alienã. Deut. 5. Nô
concupisces vxorem proximi tui, Mores ẽt pro fœminis non
dñt pugnare, nec ꝑ eis habendis lites, & iurgia suscitare. Qđ
est côtra luxuriosos, & illos qui pro mulierib. pugnis, & pe-
riculis se exponunt, qui dicunt illud Iud. 10. Quis pro tã for-
28 mosis mulierib. pugnare non debeat? ¶ Scdm Soli. ibidẽ, in-
ter elephantes maxima est cura alteri de altero, nã equitatu
circunueniunt, fessos, & vulneratos inter se recipiũt, & eos plus
quã se protegunt, & defendunt. Qñ aũt vnus eorũ cadit pro
casu irrecuperabili, miro modo barrit, ad cuius vocem mul
titudo iuuenũ subito accedit, qui paulatim seniorẽ eleuant,
& ad hoc totis virib. & affectib. se inchoãt, quẽ si eleuare ne
queunt, cum eo barriunt, & deplangunt, vt dicit idẽ Soli. &
Phisol. Sic vere inter christianos, & maximè religiosos, dẽt
esse societas, & amicitia, & pietas. quia qñ vnus vulnerat tẽ-
tationib. & fatigatur tribulationib. tunc alij debent eum re
cipere per côpassionẽ, & doctrinis, exẽplis, & orationib. con
solationib. & subuentionib. contra hostes, & vitia defensare.
infirmum in fide suscipite. ad Ro. 14. Ro. 15. Nos qui firmio-
res sumus debemus imbecillitatem infirmorum supportare.
Et qũ vnus cadit, i. pctm̃, & barrit per confessionem, tũc alij
iuniores. i. fortiores, & virtuosiores debent conuenire per
amorem, se inclinare per compassionem, & cum eo barire ꝑ
orationem, & eũ per pietatem releuare à casu pcti per eius
monitionem, & correctionem. Venerunt amici Iob visitare
eum &c. Iob 2. Vel pone q̃ qñ venit ad paupertatem, & ca-
dit a statu prosperitatis, alij (si possunt) debẽt eum releuare,
& ei in temporalib. subuenire, quod si nequeant, tñ baritum
præ affectionis, & consolationis debent emittere. Consola-
mini eum vniuersi, qui scitis nomen eius. Hier. 48. Figura de
amicis Iob, qui primo cum eo fleuerunt, & pro eius reuela-
tione singuli ouem vnam, & inaurem aureã eidẽ dederunt.
Iob vlt. Fessos enim & depauperatos debent alij adiuuare,
reficere, & fouere, & alter pro altero in necessitatib. labora-
re. ad Gal. 6. Alter alterius onera portare, & sic adimplebitis
29 legem Christi. ¶ Soli ibidem dicit, q̃ qñ elephantes capiun-
tur, pasta hordei domesticantur. Fit aũt fouea profunda in
via elephantis, ad quam veniens incidit ignorãter, ita q̃ ꝑꝑ
profunditatem exinde exire non potest, & tunc vnus vena-
tor percutit, & pungit ipsum, & veniens alius venator percu
tit primum, & admonet ipsum ne percutiat elephantem, ip-
sumq; de fouea extrahit, & dat ei comedere hordeum, quod
cum ter vel quater fecerit, elephas domesticatur, & diligit le
liberantẽ, & ei deinceps obediens mãsuescit. Elephas est hõ,
fouea pctm̃, primus venator diabolus, secundus Christus,
hordeum sacra scriptura, vel corpus Christi. Quia igitur ele
phas. i. humanum genus in foueam pcti ceciderat, vnde re-
surgere non valebat, & à venatore diabolo punctus, & per-
cussus tentationib. & tribulationib. morte etiam temporali
ibi fuerat, ideo venit secundus venator Dei filius per incar-
nationem, & diabolum fugauit, & prostrauit in infernum ꝑ
suam passionem, & sic elephantem. i. humanum genus edu-
xit de fouea inferni, & peccati per suam resurrectionẽ, & ei
hordeũ æternæ beatitudinis dedit per suam ascensionẽ, & sic
eum domesticauit in domo. s. paradisi. Vel dedit nobis hor-
deum sui corporis vel sacræ scripturæ, & ideo debemus eũ
sequi per imitationem, & ei obedire per humilitatem, & su-
biectionem. Figura 1. Reg. 17. Vbi dauid in domo remanens,
tandem fuit missus ad exercitium regis, vt fratribus victualia
portaret, & occidit ibi Goliam, & Israel de manu Philistium
liberauit. Sic Christus qui ab æterno cum patre in domo pa
radisi manserat, tandem ad nos venit, & luciferum prostra-
uit, & nos liberauit, & ideo ei debemus obedire, & cum seq.
& imitari. Esa. 19. Clamabunt ad dominum à facie tribulan-
tis, & mittet eis liberatorẽ. ¶ Elephas pilos habet paucos & 30
pendentes, aures habet longas & tenues atque inferius de-
pendentes, veruntamen ipsas erigit quando pugnat contra
draconem. Sic vere iusti pilos diuitiarum habent tenues atq;
paucos. Thob. 4. Pauperem vitam gerimus. Et tñ isti sui pili,
i. diuitiæ quas habent, sunt dependentes inferius versus terrã
id est ad pauperes per elemosynam & largitatem. Istorum
autem exemplo aures nostræ. i. auditus debet esse longus per
patientiam, quia. s. homo debet audire diu antequam loquat.
Audi tacens simul & quærens. Ecclesiastic. 32. Et inferius de-
bent pendere per verecundiam. ad auditum tamẽ verbi Dei
debet eas homo erigere, vt contra draconem diabolum va-
leat dimicare. ¶ Elephas si quando chameleontem vermẽ ve
nenosum vorauerit, oleam comedit & sanatur. Sic verè si q̃s 31
vermem venenosum, id est peccatorum vorauit, cum olea, id
est cum operibus misericordiæ debet sibi ne pereat subueni
re. Peccata tua elemosynis redime. Dan. 4. ¶ Elephas quando
vnicornis contra eum pugnat, non ei opponit ventrem, quẽ 32
habet valde mollem, sed dorsum, quod habet durum. Sic ve
rè quando vnicornis diabolus pugnat contra hominem per
tentationes, multum debet timere de mollitie & fragilitate
ventris & carnis, & ideo debet ei ostendere tergum. i. fugien
do, quia debet occasiones fugere, & à via eius quanto plus
poterit declinare, & ei dorsum durum opponere. i. cum for-
titudine constantiæ obuiare. Vel per tergum accipe patiẽtiã,
cui onera imponuntur. Verterunt ad me tergum, & non fa-
ciem. Hie. 32. & 2. Paralip. 29. Auerterunt faciem, & præbue 33
runt dorsa. ¶ Draco vt communiter sm Solinum non inua-
dit elephantem, nisi quando scit eum grauatum esse potu, vt
maiorem sumat satietatem de eius sanguine interempti. Sic
diabolus quando videt hominem iustum esse ebrium & po-
tum, tunc eum libenter obsidet tentationib. & inuadit, vt sic
eius casu in peccatum, sanguinem suum. i. gratiam & deuo-
tionem detrahat atq; sugat, vel vt sic de sanguine ipsius. i. de
vindicta & damnatione ipsius satietur. & ideo docet Apostlo
lus 1. ad Thess. 5. Non dormiamus sicut cæteri, sed vigilem',
& sobrij simus. ¶ Secundum Phisologum, elephas nunquam
dormiendo se inclinat totaliter, imo stans dormit, ad arbo- 34
rem palmæ innixus. Sic homo licet dormiat in delicijs, nun-
quam tñ debet ex toto se ad terram, i. ad temporalia per affe
ctum inclinare, imo semper per gratiam debet stare, & se ad
arborem palmæ. i. ad crucem per passionis memoriam appo
diare 1. ad Corin. 15. Estote stabiles & immobiles. ¶ Elephan 35
tes vt dicit idem, actum carnis abhorrent, nisi pro sola pro-
le, & tunc vadit fœmina versus orientem, & masculus eam se
quitur, quousque inueniant mandragoram, cuius fructũ pri
mo fœmina comedit, deinde masculus, & sic conueniunt, &
impræguantur. Sic vere homines nõ nisi prolis gratia in actu
carnis debent conuenire, & tunc ad ortum solis. i. Dei laudẽ
debent intentionem suam conuertere quantum possunt, &
sic poterunt sine peccato aliquo gñare, maximè si mandra-
goram poiæ manducauerint, quæ facit concipere gratiam &
virtutem. Vel dic q̃ masculus & fœmina. i. Adam et Eua iue
runt ad mandragoram. i. ad arborem vetitam, et primo co-
medit fœmina, et deinde vir, et sic conceperunt dolorem,
et pepererunt iniquitatem. A muliere. n. prodit iniquitas vi
ri. Ecclesiastici 25. quia à muliere factum est initium pecca-
ti. ¶ Qñ fœmina parit masculus eã defendit. Sic vere qñ fœmi 36
næ. i. subditi pariunt et perficiunt fœtus suos, i. bona opera,
masculi. i. prælati debent eos defendere orationibus et exẽ-
plis 1. Mach. 3. Pugnemus pro vxoribus nostris. ¶ Elephas 37
fœtũ suum dum adhuc est iuuenis et tenellus, pascit et nutrit
iuxta flumina, ne forte draco ipsum absorbeat aut seducat,
sm Pli. & Sol. Sic verè prælati debent filios & subditos suos
de nouo genitos et côuersos, circa fluuium sacræ scripturæ
et deuotionis et côpassionis nutrire, ne a dracone diabolo
seducantur. ¶ Item idem dicit vnum valde mirandum. q̃. s. in 38
quibusdam regionibus Aethiopiæ elephas sic venatur quia
duæ puellæ omnino nudæ adeunt desertum vbi elephas ha
bitat, et vna portat vasculum, alia gladium, et incipiunt alte
cantare, q̃ audiens belua venit, et lambit mammas earum,
et ꝑ dulcedine cantus obdormit, et tũc vna ꝑcutit eũ cũ gla
dio, et occidit, et alia parat vasculũ, et sanguinem eius reci-

pit ex quo pannus qui dr̃ purpura,intingitur.Elephas est de
filius desertum mundus,duæ puellæ gentilitas,& synagoga,i
quę fuerunt nudę,s. à virtutib.& gratijs in deserto mundi hu
ius.Ezec.33.Duæ mulieres filiæ matris vnius fornicatæ sunt
in Aegypto.Istæ autē duæ à principio cantauerunt,rogaue-
runt,& supplicauerunt,vt attraherent elephantem.i.Dei fi-
lium,quia synagoga cantabat illud Esa 64. Vtinā disrumpe-
re cœlos,& descenderes.Gentilitas aūt seu ecclesia de genti-
lib.congregata,dicebat. Veniat dilectus meus in hortū suū.
Cant.5.Et ideo Elephas.i.Dei filius,precib.& cantib.hmōi
inclinatus,venit ad desertum huius mundi,ad eas descendē
do per incarnationem,& cœpit eas lambere per prædicatio-
nem,& in cantum earum obdormire per suarum precū ex-
auditionē.Sed pro certo dum eas lambendo,instruendo,&
erudiendo,prædicando,& informando delectarentur,vna
puellarum.s.synagoga,& populus iudæorū arripiēs gladiū,
.i.clauos,& lanceam,& crucem,eum occidit per passionem.
Altera aūt puella,s.gentilitas,ad ecclesiam iā cōuersa,prępa
rauit vasculum cordis sui,& sanguinem elephantis.i.finē san
guinis,& passionis Christi credēdo,& obediendo suscipit,&
exinde purpuram.i.purpuratos martyres,et aias per fidē,et
deuotionē colorauit,et purpurauit.Ge.37.Intinxerunt tunicā in sanguine hædi.Sanguisugæ.n.duæ sunt filij.Prouer.30.
Pulli eius lambunt sanguinem.Iob 39.Vel dic q̄ Elephas est
homo,duæ puellæ diabolus,et mundus,desertū est vita præ
sens.Corā igitur elephante.i.corā hoie in deserto vitę huius
cantant duæ puellæ,s.mundus,et diabolus,qui ambo cātāt,
et suggerūt pctā,et vitia.Diabolus cantat de superbia dicēs.
Ecce quō tales honorantur pp diuitias,circui,discurre,sis
causidicus,& mercator,esto simoniacus vel ambitiosus. Si-
militer mundus vtpotè vxor filij,& amici cantant de auari-
tia,dicentes.Dñe,nihil habetis,filij vestri nepotes,& paren-
tes erunt pauperes post vos,quare non lucramini? Et sic isti
obdormiunt,vnā.s.istarum lambendo,& diligendo.s.mūdū,
& ei consentiendo,& in diuitijs,& delicijs requiescendo,qd
videns alia puella,s.diabolus infigit in eū subito dū non ad-
uertit,gladium mortis,& alia q̄ lambebat,i.parentela quam
diligebat,statim recipit sanguinē.i.subām tpalem,quia mor
tuo diuite,parentes nō curāt nisi rapere,& furari.Figura Za
cha.5.vbi duæ mulieres quæ habebant alas milui,portaue-
runt amphorā vbi erat inclusa impietas,cum talento plūbi,
quæ quidē amphora oculus vniuersę terræ dicebatur,& por
tabant eam in terram Senaar.Sic verè duæ mulieres,diabo
lus.s.& auaritia,per suos tractatus,& cātus portāt hodie am
phorā i.suarum,in quo cū talento plumbi.i.cū pondere ma
læ consuetudinis,impietas est inclusa.Portant dico eū in ter
ram Sennaar,quod interpretatur fętor.i.In infernum,vbi est
fœtor horribilis,& immensus.Hie.19.In Thophet sepelien-
tur,eo q̄ non sit alius locus ad sepeliendum.

## De Cane. Cap. 22.

EDus ab edēdo est dictus,eo q̄ sit iocundi saporis. Nā
1 siccitas eius naturalis ex ætatis humiditate temperaē,
Et ideo nutribilis,& digestibilis reperitur,& bonum
sanguinē generat,& calorem continet,& humorem.
Sic verè illi qui sunt digestibiles per obedientiam,calidi per
charitatem,humidi per benignitatem,sunt Christo iocundi
saporis,vt eos edat,& sibi incorporet per charitatis,& fidei
vnitatem.Et hircos cum medulla tritici.Deu.32.¶Edus ha
2 bet visum valde acutum,aspectum toruum,& obliquū,pel-
lem habet hirsutam,carnem aūt dulcem,& pinguem,exte-
rius est siccus,& macilētus,interius aūt pinguis & carnosus,
& pp eius caliditatē,& humiditatem temperata digestioni
conuenit.& ideo de nouo conualescentib.cunctisq; delica-
tè viuentib.est opportunus. Tales sunt sancti,qui sunt acuti
visus per discretionem,torui aspectus per circunspectionē,
pellis hirsutæ per habitus asperitatē,& abiectionem,carnis
dulcis per cōpassionem,exterius sicci per pœnitētiam,& car
nis macerationem,interius pingues per deuotionē,& com
passionē.Et quia calidi sunt per charitatē,humidi per beni-
gnitatē,iō tēperatæ sunt naturæ per modestiā,& trāquillita
tē,& ideo illi qui cōualescunt de infirmitatib.pctōrum p pœ
nitentiam,debent tales comedere,& sibi incorporare p imi
tationē,vt sic ad pfatam deueniant sanitatem.Iuxta quē ritū
tolletis & edum.Exo.12.Et sicut edus balatu matrē quærit,
3 sic sancti Christum quęrunt,cū oratione.¶Scd̄m Plin.lib.8.
edus est aial imbelle,innocuū,petulans,& lasciuū,ruminans
& mundum ramos comedēs,& virgulta ēt fm Pl.li.28.c.10.
sanguis edi valet contra venena,pellis eius contra morsus re
ptilium,& ad plagas.Talis fuit Christus,quia in mundo isto
imbellis fuit,& innocuus per innocuam pietatē,benignus,
& iocundus per spiritualem alacritatem,mundus per purita
tem,ruminans per discretionem,virgulta carpens per sacræ
scripturæ prædicationem.Sanguis aūt ipsius passionis,& pel
lis suę bonæ conuersationis,& si ipsam habuerimus per de-
uotionem,cōpassionem,& imitationem,sanabunt,& cura-
bunt morsus reptilium,i.malitiolorum detractionē,& tem-
poralium tribulationem,& venenum tentationum,& dele-
ctationum,necnon vulnera peccatorum,& vitiorum.Obdu
cam cicatricem tibi,& vulneribus tuis sanabo te.Hie.30.

## De Eruca. Cap 38.

ERuca fm Isid.est vermis multipes,crescens in frondi
bus olerum,& arborū.Et dr̃ eruca ab erodendo,quia 1
flores,& folia arborum quibus insidet,& in quib.na-
scitur,comedit,& corrodit.Vnde ipsis papilio est ma-
lefica,licet ab eis inuolatur,vt dicit Isido.li.12. Rectè tales
sunt hypocritæ,& falsi clerici,& religiosi,qui cum sint ver-
mes multipedes p multiplices affectiones,qn in oratorib.di
gnitatū,& officiorum sedent illis sunt damnabiles,& noci-
ui,nā fructus,& flores arboris in qua sedēt.i.diuitias tpales
illius status vel religionis in quo sunt,corrodūt,& cōsumūt,
.i.dando eas personis immeritis.vel ipsas pōpaticè cōsumen
do,vel aliter indebitè dispensando,& expendēdo.Prælati.n.
clerici,& religiosi mali nō q̄runt proficere suis ecclesijs,sed
tm̄ sibi,& suis,quia oēs quæ sua sunt,quærunt,non quæ Iesu
Christi.¶Eruca gallicè dr̃ cheoille,& fm Pli.est vermis la-
nuginosus,& villosus.qui in frondib. arborum texit quasdā
telas.in quibus se inuoluit,& in quib.in hyeme seruat,& ou- 2
teir pestiferum genus suū.Egerit aūt quædam oua,de quib.
in vere erumpit,& nascitur multa proles,cuius ingluuie ro-
duntur viror,& flores arborum,& herbarum.Tales sunt di-
uites,& auari,quia cū sint lanuginosi per diuitias(quia lanu
gine diuitiarū sunt vestiti)ideo in arbore huius mundi ædi
ficant telas suas,s.tpales possessiones,& ibi in hyeme vitæ p̄
sentis se inuoluunt per affectū,& ibi nutriunt filios suos,q.a
non solum pro se,sed etiam pro filiis illa quærunt.Ecce ego,
& filii mei.Esai.8. Multos autem filios,& familias generant,
quia multi filij delectē.Esa.54.A quibus corroditur per vsu-
ras fructus arborum,& herbarum.i.oim adiacentiū vicino-
rum,pauperum.s.& diuitū aliorum. Vel dic q̄ mali prælati
in arborib.i.in ecclesijs in quibus habitant,generant,& pro
ducunt multos filios,s.nepotulos,cognatos,& affines,quos
ibidē beneficiant,& exaltant.& ideo flores,& fructus.i.diui
tiæ,& p̄bendę arboris illius.i.ecclesiæ,à talib.deuorantur,&
ab eis hodie occupantur,dissipantur pariter,& vastantur.Fi
gurati Dan.14.vbi sacerdotes,& eorum filij,& vxores sacri
ficia Bel deuorabāt &c.Contra illud Eze.46. Non accipiet
princeps de hæreditate populi mei per violentiā,sed de pos
sessione sua dabit hæreditatē filiis suis.Vel pone,q̄ eruca est
diabolus.qui ponit in nido suo.i.in corde peccatoris,multa
oua.i.multa mala pposita,& affectiones,& cogitationes,ex
quibus tandē multa proles malorum operū generatur,à qui
bus flores,& fructus virtutū,& folia bonę cōuersationis de
norantur.Dedit erugini fructus eorū,& labores eorū locu-
stæ.¶Eruca est vermis mollis,& saniosus,diuersis colorib.di
stinctus.Et est quædam species erucæ,q̄ de nocte aliqn̄ lucet 3
vt stella,de die aūt deformis colore reperitur,cum aūt super
membrū aliquod ponitur,illud exurit,& post se pustulas de
linquit.Tales verè sunt hypocritæ,qui licet sint molles,& sa
niosi per luxuriam,tn̄ diuersis colorib.i.diuersis apparentib.
virtutib.sunt stellati,quia in nocte vitæ præsentis vbi est ob-
scuritas ignorantiæ,lucent per conuersationem exteriorem
sicut stellæ.i.sicut viri iusti,quia.s. Angelus Sathanæ transfi-
gurat se in angelum lucis. Sed in die qn̄ omnia erunt clara,s.
post mortem,tunc verè apparebunt esse deformes per vitia
& peccata,quia tūc à filia Syon auferetur omnis decor eius.
Thre.1.Tales autem in illis membris in quibus serpunt.i.in
illis personis circa quas habitant,derelinquunt finaliter pu-
stulas malorum exemplorum,quia via potest esse quòd talū
prauitas innotescat,si aliquandiu videantur. Vnde Iob.45.

Post eum lucebit semita. ¶ Eruca secundum Plin. lib. 11. cap.
32. de bestia in volucrē se transformat, quia cū sit vermis vi
lis & saniosus, & herbas & arbores corrodat & comedat, tñ
tandem alas recipit, & papilio efficitur, & libere per aerē vo
litat, & discurrit, & quot colores pri⁹ in cute habebat, tot in
alis postmodum repræsentat. Et sm Isid. li. 11. de stercoribus
seu de ouis papilionis super folia derelictis erucæ iterum ge
nerantur. Vnde de eruca efficitur papilio, & de papilione ite
rum efficitur eruca. Plus tñ nocet rodendo dum est eruca, &
circa terrā repit, quā facit qñ volat. Rectè charissimi p istas
erucas intelligo multos balliuos, causidicos, & vsuratios. Isti
.n. communiter à natura sunt vermes viles, & saniosi. i. de vi-
li plebe, & paupere procreari, & ideo primo serpūt circa ter
ram, s. in infimo statu, & ibi folia, & flores arborum. i. diuitias
& bona temporalia aliorum paulatim corrodunt, & sibi at-
trahunt, & incorporant, adnihilant, & consumunt, per rapi-
nas, s. & vsuras, sed qñ satis creuerunt, & in diuitijs, & in po-
testate inualuerunt, tunc verè nolunt plus esse erucę. i. nolūt
plus dici rustici imo volunt esse volucres, & volātes, & ideo
faciunt se milites, & sic de eruca in papiliones, de rusticis in
nobiles, de bestijs in volucres transformantur. Ideo talib. dr
Hie. 49. Superbia cordis tui extollit te, qui habitas in cauer-
nis petrę, & apprehēdere niteris altitudinē collis. superbi. n.
vndiq; sicut aues. i. sicut nobiles volitant, s. ad tyrocinia, & ad
festa, & habent alas coloratas. i. exteriorē apparatū stellatum
pulchritudine curiosa. Sumpsisti vestimenta tua multicolo-
ria. Eze. 16. Isti tñ dum volāt. i. dū sunt nobiles, minus lędūt,
minus corrodunt, & rapiunt quam ante militiā suā, quia ex-
tunc non audent esse publici mercatores vel vsurarij, vel ēt
causidici, nec alia multa facere pp honorificētiam sui status.
Sed pro certo licet sint papiliones, i. licet sint milites, tñ filij
quos generant sunt erucæ, quia paternam primam rusticita-
tē non deserunt, quia rodunt, & rapiunt sicut ipsi, vt sint post
modum papiliones. i. nobiles, & milites sicut sui patres. Pe-
ius operati sunt q̃ patres eorum. Hier. 7. & 11. Reuersi sunt
ad iniquitates patrum suorum priores. Vel pone de diabolo,
qui se transfigurat in angelum lucis 2. ad Cor. 11. Vel dic de
hypocritis, qui cum sint saniosi &c. sicut supra, tñ in aues. i. in
viros spirituales fictitiè se transformant, vt sic possint vola-
re, s. ad officia, & dignitates, qui postea in ecclesia generant
erucas, i. malos imitatores. ¶ De eruca sm Isido. efficitur pa
5 pilio, qui. s. vt communiter in alijs multos colores habet, sed
sm Papiam, papilio tm̃ delectatur in lumine lampadarum, q
ibi tantum circunuolat, quàm comburantur alę suę, & sic ca
dit in oleum, & ibi submergitur, & necatur, vltra modum. n.
diligit ignem. Vnde Plin. lib. 21. ca. 14. dicit quòd papiliones
quorum copia quandoque mella apū corrumpit, de aluea-
ri apum possunt extrahi per hunc modum, vt, s. noctu tem-
pore sereno iuxta aluearia accendatur magnus ignis, & cla-
rus, quia. s. viso splēdore, isti statim ad ignem currunt, intus-
que se iniicient, & comburent. Sic verè de eruca. i. de homi-
ne seculari, & luxurioso, & auaro quandoque efficitur papi-
lio. i. vir religiosus, habens alas virtutum, & sursum volans p
contemplationem, multos colores habens per coloratā per
fectionem, & conuersationem, sed iste quandoq; delectatur
in lumine lampadarum. i. in pulchritudine mulierum, in qui
bus est oleū voluptatis, & ignis cupiditatis, & ideo licet non
intendat se comburere per peccatum, tamen aliquando tan-
tum circunuolat per mala consortia, occasiones, & verba, q
alæ virtutum suarum comburuntur, & in oleum voluptatis
cadit, & sic per luxuriam submergitur atque perit. Ignis con
sumpsit speciosa deserti. Iohel. 1. Vel per lampadem intelli-
ge mundum, vbi est ignis auaritiæ, cuius lumen est prosperi
tas mundana &c. Expone sicut supra. Vel si vis dic q papilio
nes sunt hęretici, quia. s. isti videntur ignem diligere, & quasi
ex industria videntur ad ignem currere, inquantum se cōbu-
rendos sciunt, & tamen nolunt a suis errorib. resilire. ¶ Secū
6 dum li. de natura rerum, papiliones sunt vermes volātes flo
rum tempore venientes. Isti igitur inter se coeunt, sed mascu
li generando pereunt, fęminę vero oua sua pariuriunt, & tūc
etiam mortem incurrunt, oua vero vsq; ad æstatem sequen-
tem sic remanent, & tandem calore solis in papiliones se mu
tant. Sic ergo fit q masculus moritur generando, & fœmina
pariendo. Ista expone sicut in libro de mirabilibus, s. libr. 14.
vbi agitur de bombyce in fine. Vel etiam expone de relictis
ouis sicut supra. §. 4.

*De Faunis & Satyris.* *Cap. 39.*

FAuni & Satyri idem sunt, & sunt secundum Isidor. lib. 1
12. animalia monstruosa, humanam effigiem habētia,
sed humanæ non participia rationis, quia nec arte, nec
natura sunt dociles ad loquendum, tantum imitantur
vocem, & aliquos actus hominum, & sunt luxuriæ præcipuè
deditì. Pli. autem lib. 25. c. 4. videtur sentire faunos esse phan
tasias nocturnas, quia ibi dicit peoniam herbam valere con-
tra faunorum ludibria quæ occidunt in quiete. Tales sunt hy
pocritę, qui homines, i. viros sanctos imitantur quantum ad
effigiem. i. quantum ad apparentiam honestatis, non tamen,
quantum ad rationem. i. quantum ad virtutem, & efficaciam
bonitatis, quia licet actus, & opera, vocem, & verba hoim. i.
iustorum in multis imitentur, tamē luxuriosi sunt, & peruer
si, & ad loquendum. s. Deo per deuotam orationem nullate-
nus possunt edoceri. Nesciebant loqui iudaicè, sed azotice.
Neemiæ. vlt. Nam vt dr 2. ad Tim. 3. Speciem quidem pieta-
tis habentes, & uirtutem eius abnegantes. Et breuiter, isti nō
sunt nisi quædam phantasiæ hoibus illudentes, & eos suis fi-
ctionibus seducentes. ¶ Satyri sm Isid. li. 12. ca. de portentis, 2
sunt homines siluestres, pedes equinos habentes, & cornua
in frontibus deferētes, quos antiquorum error tanquā deos
coluit. Vnde beatus Antonius vnum talem inuenit in deser
to, à quo cū petijsset quis esset, respondit. Mortalis ego sum.
vnus ex accolis eremi. Sic rectè in ecclesia sunt quidam præ
lati, qui rectè siluestres sunt per crudelitatem, & austeritatē.
Vnde in ipsa fronte. i. in prima facie, & in principio. i. in ipso
introitu, habent superbiam, inuasionem, & elationem, quia
statim prima facie volunt alios cornib. suæ potentiæ ventila
re, & eos sine deliberatione percutiunt prima frōte. Ideo de
talib. dr Esa. 48. Scio. n. quia durus es tu, & neru⁹ ferreus ceruix
tua & frons tua ærea. Sed pro certo pedes eorum, i. affe-
ctus sunt equini, quia sunt ad modum equi petulantes, & su-
perbi, & ideo licet in deserto huius mundi sint mortales, tñ
à fatuis gentilibus, i. ab adulatoribus tanquam dii coluntur,
magnificantur, & laudabantur. Dii similes facti hominib. de
scenderunt ad nos. Act. 14. ¶ Quædam sunt genera hominū 3
siluestrium, sm Isid. lib. 12. ibidem, & Pli. li. 7. c. 2. qui habent
capita cānina, & latrant, vt canes. Sic verè multi habent ca-
put, i. intentionem caninā voracem atque rapacem, quia, s. per aua
ritiam sunt insatiabiles sicut canes. Esa. 56. Canes impuden-
tissimi nescierunt satietatem. Et ideo tales consueuerunt la-
trare, i. diffamare, & detrahere mendaciter, & mordere. ¶ Itē 4
sunt alii ibi qui vnum tantum habēt oculum in fronte. Sic in
mundo sunt quidam qui cum deberent habere duos oculos
.i. duplicem discretionem, s. in spiritualibus, & temporalib.
tamen non habent nisi vnum, s. mundi sapientes, qui tantum
sunt sapientes in mundo, & mundialibus, sed carent alio. s. di
scretione in spiritualib. quia tales sapientes in temporalibus
cœci sunt in spiritualibus, quia sapientia huius mundi, stulti
tia est apud Deum 1. ad Corint. 3. & Hiere. 4. Sapientes sunt
vt faciant mala, bene autem facere nescierūt. ¶ Quidam sunt 5
homines siluestres in Aethiopia, secundum Pli. libr. 7. & sm
Isidorum, carentes capite, sed oculos habent in humeris, &
alii planam habent faciem, & sunt sine naribus, & labium in-
ferius eorum ita prominet, quòd exinde tota facies dum in
solis ardoribus dormiunt operitur. Sic verè multi sunt, qui
non habent caput, id est rectam intentionem, faciem, id est
cor habent planum per indiscretam sui cordis manifestatio
nem, contra illud Eccles. 8. Non omni homini cor tuum ma-
nifestes. Sine naribus, & sine odoratu sunt, quia. s. non habēt
deuotionem. Labium inferius habent longissimum per ine-
ptam loquutionem, & per malorum verborum multiplicita
tem, & ideo dicitur labium inferius, quia scilicet non de re-
bus superioribus, sed tantum de inferioribus, non de cœle-
stibus, sed de terrestribus proloquuntur. Vnde. 1. Ioann. 4.
Ipsi de mundo sunt, ideo de mundo loquuntur, quia pro cer
to multi sunt qui labium inferius habent magnum, labium
autem superius valde paruum, quia scilicet de inferioribus
terrenis, & carnalibus. multum loquuntur, de superioribus
autem, & cœlestibus valde parum. Quia qui de terra est, de
terra loquitur Ioannes. 3. ¶ Item in Aethiopia sunt quidam 6
fauni, satyri vel pilosi, qui habent ora ita parua, & constri-
cta in peccatore, quòd calamus auenarū hauriunt sibi victū,

& isti dicuntur esse sine linguis, & sine voce, & loco sermo-
nis vtuntur nutu, sm Isid. Soli. & Plin. Re vera tales sunt ho-
die multi, qui propriè habent os in pectore, quia. s. non lo-
quuntur nisi de illis hoibus quos habent cordi, & qui eis p
amorem sunt impectorati. os. n. habet valde strictum, s. qua-
tum ad bonam loquutionem, quia de paucis possunt bonú
dicere, quia pro certo multi sunt qui videtur carere lingua,
quia. s. nullum bonum verbum potest de eis exire. Eze. 3. Ad
hærere faciam linguam tuá palato tuo, & eris tacens, & qua
si non loquens. Vel dic φ per istos intelliguntur quidam, qui
sunt in religione vel in mundo, qui contecta habent ora, &
sunt sine lingua, quia multi præ indignatione nolunt loqui,
ita quòd videntur habere os côtectum, & carere lingua. Est
.n. odibilis qui procax est ad loquendú, & est tacens, non ha-
bens sensum loquelæ. Vel pone de cisterciensib. qui vtútur si
gnis, & nô loquuntur, quia est tacens qui nouit têpus apti tê
poris. Eccl 20. Vel pone de bonis religiosis, & etiam de sapiê
tibus hominibus, & modestis, qui. s. parum loquuntur, ita φ
pp silentium videntur carere lingua, quia sicut dr Amos. 5.
Prudês in tempore illo tacebit, qm tempus malum est. ¶ Itê
7 in Scythia sunt quidá homines habentes ita prolixas, & pro
tensas aures, quòd totum corpus inde cooperiunt, quos pha
nisios Solinus vocat. Sic verè in Scythia, quæ est regio frigi
da, & aquilonaris, i. in religione vbi viget frigus pœnitentię,
& timoris, sunt quidam habentes magnas aures. i. magnum
affectum, & habitudinem, & ad audiendum, rumores, s. & fa
bulas, ita quòd totum corpus ecclesiæ contegunt, & inuol-
uunt, quia. s. vbique se diffundunt ad rumusculos audiendú.
Actu. 16. Ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere aut audire
8 aliquid noui ¶ In Aethiopia secundum Isido. sunt homines,
qui ad modum quadrupedum vadunt proni, & curui versus
terram, nunquam erigere se valentes, dicti artabatitæ, qui
etiam secundum Solinú sicut feræ sine certis sedibus per de-
serta vagantur. Sic verè charissimi in Aethiopia, i. mundo
(qui feruore auaritiæ côburitur) sunt aliqui homines, s. aua-
ri, qui semper sunt curui, proni & inclinati ad tèrram, i. ad tê
poralia per amorem. psal. Et dorsum eorum super incurua.
Danie. 10. Vultus meus hærebat terræ. Et isti etiam non sunt
contenti vna sede, i. certa possessione, imo semper per inquie
ta desideria de vna ad aliam vagantur. Quod etiam de ambi
tiosis clericis cernimus, quorum nunquam in vno beneficio
quiescit animus. Vel dic quòd tales fuerunt apostoli, quia. s.
nullam sedem temporalis possessionis sibi appropriauerút.
Sic etiam boni religiosi nô debent sibi claustrum, vel locum
appropriare, sed ad mandatum prælatiin certis Sedibus, vbi
placuerit superioribus, se transferre. Ad Heb. 13. Non habe
mus hic manentem ciuitatem. ¶ Sunt alij in Aethiopia qui
9 Sciopodes dicuntur, qui vnum tantum habêt pedem, ita ma
gnum, φ eo adumbrantur contra ęstum, qui ita veloces sunt
quòd canibus comparentur. Sic verè charissimi, illi qui sunt
in Aethiopia, i. in religione non debent habere nisi vnum pe
dem, i. vnum affectum. s. amorem Christi, & æternorum, quia
ad nihil debent vocare, nisi ad spiritualia, & sic poterút esse
velocissimi, s. ad cursum bonorum operum exequêdum. Ad
Heb. 12. Curramus ad propositum nobis certamen. Vel dic
quòd isti sunt auari, qui cum deberent habere duos pedes, i.
duos affectus, s. ad temporalia, & cœlestia, ipsi tamen non ha
bent nisi vnum, s. affectum ad temporalia, qui ita magnus est
quòd contra æstum, i. auaritiæ, eo se obumbrent. Illi êt sunt
celeres more canum, s. ad mala opera, & actus auaritiæ exe-
quendos. Pedes enim eorum ad malum currunt. Prouerbi.
10 1. ¶ Item in desertis Lybiæ sunt quidam homines, qui plan-
tas habent auersas, & isti senos digitos in pedibus dicuntur
habere. Tales autem dicit Plini. in Scythia esse, sicut infra de
mirabilibus expolui. Sic verè in exuita Lybia mundi huius,
sunt multi homines fictitij, s. peccatores, quorum pedes, i. af
fectus sunt auersi, quia cum deberent esse à parte ante, s. ad
bona spiritualia, & æterna, ipsi tamen à parte retro sunt, sci-
licet ad bona temporalia, & terrena, quæ retro nos necessa-
rio remanebunt. Facti sunt quasi retrorsum, & non in ante.
Hierem. 7. Pedes autem affectuum suorum in sex digitos di
uiduntur, & in sex particulas. Vnus digitus est amor, & affe-
ctio sui, secundus amor amicorum, tertius amor deliciarú,
quartus amor diuitiarum, quintus amor bonorum, sextus
amor potentię temporalis. Ezechie. 16. Diuisisti pedes tuos.
11 ¶ Secundum Pascasium, super terram sunt quędam monstra
in Scythia quæ lamię nuncupantur, formam humanam men-
tientia, quæ pedes habent equinos, quod etiam dicit Solin.
sed de hoc vide de Scythia. cap. vlt. Plinius autem libr. 11. c.
41. dicat Lamias esse animalia cum mamillis, dicens quòd q
dam animalia habent in ventre medio quaternas mamillas,
vt pantheræ, alia autem duas. vt lamiæ. & ad hoc alludit scri
ptura Thren. 4. vbi dicitur quòd Lamiæ nudauerunt mam-
mas, lactauerunt catulos suos. Sic in hoc mundo sunt quidá
peccatores, qui licet habeant formam humanam, i. apparen
tiam exteriorem rationabilem sicut homo, tamen pedes eo
rum, id est affectus, & voluntates sunt equini per superbiam
& luxuriam, sicut patet in hypocritis, qui videntur esse ho-
mines, id est rationabiles, tamen sunt superbi, & luxuriosi.
Hierem. 5. equi amatores in fœminas, vnusquisque ad vxo-
rem proximi sui hinniebat, Hucusque Isidorus libro. 12. vbi
multa alia ponit monstra, quæ omnia accipit à Plinio libr. 7.
& etiam à Solino. Vel dic quòd isti sunt adulatores, qui du-
plici mamma deceptionum, s. gestibus, & verbis solent alios
lactare, & ipsos decipere, & fraudare. Ideo Prou. 1. Fili ne te
lactauerint peccatores.

## *De Fœmina.* *Cap. 40.*

FOemina secundum Isidorum est sic dicta a phos, quod 1
est ignis, eo quòd habet vim igneam, vehementes con
cupiscendo. Et secundum Aristotel. libr. 9. cap. 1. Fœ-
mina generaliter est maioris sollicitudinis circa fœ-
tus, & maioris pietatis quàm masculus. Sic verè boni sim-
plices plus valent hodie, quàm masculi siue religiosi eccle-
siastici, clerici vel prælati. Nam hodie maiorem habent vim
igneam charitatis, maioris sunt pietatis, & benignitatis, &
magis sunt solliciti circa fœtum bonorum operum produ-
cendum. Vel pone de beata Virgine, quæ cum sit pijssima, &
benignissima, fœtus suos peccatores feruenter diligit atque
nutrit. Esaiæ 49. Nunquid obliuisci potest mater filij vteri
sui? ¶ Femina secundum Aristot. est generaliter masculo in-
firmior, debilior, & ad infirmiora pronior, quod accidit ex 2
paucitate caloris, & abundantia humoris. Vnde fœmina in-
ter homines est animal monstruosum. Sic verè charissimi, fę
minæ, id est subditi, quia calor charitatis in eis deficit, & hu
mor carnalitatis abundat, ideo sunt communiter masculis,
id est prælatis vel viris perfectis debiliores ad bene operan-
dum, & infirmiores, & proniores ad cadendum. Vnde apo-
stolus. Infirmi facti estis in hac parte. ¶ Licet generaliter in-
ter omnia animalia masculi habeant esse fœminis fortiores, 3
hoc tamen fallit inter vrsos, & leopardos, vbi fœminæ sunt
masculis fortiores. Sic verè licet in omni communitate, &
maximè inter sanctos, & angelos, illi qui sunt masculi ad lit-
teram, sint fortiores, & perfectiores, & in omni bono constá
tiores, fallit tamen inter vrsos, id est inter diuites hirsutos, &
inter leopardos, i. inter principes, & raptores, quia re vera in
talibus mulieres præualent viris, quia scilicet minus sunt
crudeles, & magis piæ, & vt communiter plus deuotæ, & ad
omnia bona opera magis fortes. Mulierem fortem quis in-
ueniet? Prouerbi. 31. ¶ Fœmina generaliter est iracundioris
naturę quam masculus. Nam faciliter pugnat cum masculo. 4
Vnde dicit Aristot. libro. 9. cap. 1. quòd inter phocas per ri-
xam continuam aliquando fœmina virum perimit, & occi-
dit. Sic verè inter homines ad litteram fœminæ leuius ira-
scuntur, & rixando, & contradicendo pugnant cum mascu-
lis suis, ipsos etiam quandoque perimunt atque necant, quia
mulieres si primatum habuerint côtraria est viro suo. Eccl.
25. Vel dic quòd illi qui sunt fœminæ, i. luxuriosi, & cupidi,
ad bene agendum debiles, & imperfecti, leuius irascûtur, &
superbiunt quàm masculi, i. quá boni viri, & perfecti, & ideo
pugnant côtra eos, volentes, s. eis dominari, & præfici, & eos
quandoque per infamias perimunt, & occidunt detrahêdo,
& murmurando, & eis præfici cupiendo. Istud patet in reli-
gione, vbi illi qui minus valent, alios plus infestát, & plus cu
piunt exaltari. Esa. 3. Mulieres dominatæ sunt eis. ¶ Fęmina 5
minoris est constantiæ, & virtutis, & minoris fidelitatis quá
masculus. Vnde recitat Arist. ibi de sepia φ masculus pugnat
pro fœmina quando videt eam percuti vel inuadi, ipsam n̄
non pugnat pro eo, imo contra eú, & ipsum persequitur, &
infestat. Sic verè licet Christus, vir, prælatus, & masculus no
ster pugnauerit pro nobis, scilicet contra vitia, & demones

nos

nos tñ non pro ipso, sed contra ipsum insurgimus, iorando, blasphemando, & vitia committendo. Rursum crucifigẽtes filium Dei. Ad Heb 6. Vel dic cõtra rusticos, qui licet masculus suus .i. prælatus, princeps vel curatus bonus ꝓ eis pugnet tẽpore necessitatis suæ, si tñ veniat ei aliqua tribulatio, vt pote, ꝙ a suis maioribus impetaẽ, ipsi rustici pugnant cõtra eũ accusando, & litigãdo. Eccl. 12. Oculis suis lachrymatur. &c. Et Ecc. 29. Reddet ei pro honore contumeliã Gen. 44. Quare malum ꝓ bono redditis? Vel pone historialiter de mulieribus malis, & infidelibus, quæ produnt dominos suos, q̃a nõ est malitia super malitiam mulieris. Eccl. 25. Vel põt dici de
6 infidelibus vassallis. ¶ Fœmina ſm Aris. in generatione se habet ꝑ modũ materiæ, masculus aũt per modũ formæ, ita ꝙ ex commixtione duorũ seminũ fœtus in vtero generaẽ. Sic vere Christus se habet per modum formæ, & causæ efficientis, aĩa autem per modũ materiæ in generatione spũali .i. in ꝓductione bonorum operum. & ex istorum coniunctione, & vnione gratifica, fœtus bonorum operum procreantur.

## De Fœtante. Cap. 41.

1 Foetãs est pariens, & generãs in quolibet genere, & sic dr̃ a fœcunditate. Et habet oĩs fœtaps membrum proprium aptũ ad conceptione. & ad hanc cooperaẽ ſm Aris. li. 8. reuolutio, & influentia orbium, & stellarum. Sed de hoc quære li. 6. c. 3. de muliere patiente. Sic verè talis est oĩs bonus hõ, quia fœtum bonorum operum primo in loco apto, & debita matrice concipit, videlicet in volũtate, & deinde eum per bonã operationẽ emittit. Verum ad hoc operatur, & iuuat reuolutio, & influẽtia stellarum .i. intercessio, exempla, doctrina & oratio orbium, & stellarũ spiritualiũ .i. sanctorum, & bonorũ operũ, & angelorum. ad bona .n. opera procreanda a sanctorum exemplis, & orationibus adiuuamur. Stellæ .n. manentes in ordine suo &c. Iudicum. 5.

## De Fœtu. Quod hic secundum vocat, alij secundas plurali tantum numero, seu inuolucrum dicunt. Cap 42.

1 Foetus est partus aĩalis, sic dictus dum in ventre souetur. Pellis autem, quę fœtum continet, dicitur secundina, quia cũ fœtu nascitur, & nisi cum fœtu expellatur, mater eadẽ moritur, & necatur. Dũ aũt fœtus a matre parturitur, necesse est, vt a secundina illa primitus spolietur. Sic verè charissimi cum homo in vtero matris .i. in amore, & statu mundi sit inuolutus secundina .i. carnalibus voluptatibus, & peccatis, qñ tãdem de ventre mundi eijcitur, necesse est vt voluptatum deserat secundinam, vtpote quando intrat religionem, vel ad dignitatem ecclesiæ promouetur. Similiter quando ecclesia emittit aliquem ad dignitatẽ, necesse est, ꝙ carnali tunica exuatur, ideo dicat talis illud. 2. ad Corinth. 10. In carne ambulantes non ſm carneum militamus. arma .n. militiæ nostræ non sunt carnalia. Vel expone si vis de peccato originali, vel de complacentia peccati, quæ post partum fœtus .i. post confessionem peccati remanens in matrice .i. in voluntate, ipsam interficit per peccatum. Allega &c. ¶ De fœtibus animalium aliqui sint masculi, aliqui fœminæ, aliqui hermaphroditi, vbi vtrunq; habent sexum, sed tñ semper imperfectum ſm Isid. libr. 11. Quære reliqua lib. 6. de creatione hominis. Sic inter homines quidam sunt masculi .i. boni, alij fœminæ .i. mali, alij hermaphroditi .i. mediocres, quia scilicet volunt Deo seruare, & mundo, & vtroque seau gaudere. Sed vere necessario oportet, ꝙ vterque sit imperfectus, quia nemo potest duobus dominis seruire, quia aut vnũ diliget &c. Matth. 6. Non enim potestis bibere calicem domini, & demoniorum 1. ad Corinth. 10. exemplifica de religiosis seculum sectantibus &c.

## De Fatuis ficarijs. Cap. 43.

1 Ficarius fatuus dicitur homo silnestris, ficubus viuens & sic sumitur Hierem. 50. Dracones, inquit cum fatuis ficarijs. Glosa .i. cum hominibꝰ siluanis. Vnde male dicunt qui dicunt sicarius, quia sicarius est latro vtens sica .i. gladio breui, sicut Aioth Iudi. 2. Ficarius etiam potest dici coltos, & venditor ficuum &c. vide supra de fatuis.

## De Formica. Cap. 44.

Formica dr̃, quasi ferens micas, q̃a micas, & farris grana congregat in æstate, vnde viuat in hyeme eaũ cyma aũt grani sui præscindit, ne valeat germinare, vt dicit Isid. li. 12. Rectè talis ẽ diabolus, quia micas .i. aĩas fert, & portat per vitia, & peccata ad suam formicaria .i. in infernũ, quia in ęstate prosperitatis congregat, & adunat aĩas peccatorũ, vnde viuat in hye. ne aduersitatis .i. inferius in inferno, vbi ipsas deuorat, & manducat, quia congregat in æstate messem sibi. Prouer. 6. Quando aũt formica .i. diabolus cępit aliquod granum .i. aliquem peccatorem per tentationem, & delectationem, tũc vere ne germinet per bona opera, & per pœnitentiã pręscindit sibi extrema .i. memoriã natiuitatis, & mortis, principij & finis, quia nõ vult, ꝙ cogitemus natiuitatis vilitatem, vel mortis acerbitatem, ne forte ad pœnitentiã conuersi, per bona opera germinemus. Auferet a te caput, & caudam. Esai. 9. Vel dic, ꝙ boni, & iusti in æstate .i. in vita præsenti acquirunt, & accumulant grana .i. gratias & virtutes, de quibus viuunt .s. perpetuo in hyeme .i. in statu post mortem. Congregat .n. in messe quod comedat. Prou. 6. ¶ Scd̃m Solinum formicæ inter cætera animalia sollicitæ sunt disciplinæ. 2
Nã sibi in posterum ꝓuident vnde viuant. Gregatim viuunt de granis suis cortices auferunt, & in secretis domorum suarum latibulis ea abscondunt, ne a vento dispergantur, vel ab auibus comedantur, occultas vias faciunt rectas, per quas incedant, & sapientiores sunt semper in viis illis, ne stultè deuient aut aberrent. cumulos autem faciunt in quibus habitãt & morantur, & in quibus cõiter vitam ducũt. Rectè Charissimi tales sunt iusti, & religiosi, q̃a inter alios homines sunt, sollicitæ disciplinæ, quia sibi prouident per discretionem in posterum .s. contra futuras tentationes, & tribulationes, quia sapiens reseruat in posterum. Prouer. 29. & Seneca dicit. Futura puide, præsentia ordina, præterita meditare. Isti habent gregatim viuere per concordiam, & amorem. Luc. 12. Pueri mei mecũ sunt in cubili. De granis, i. de operibus suis cortices .i. superfluitates auferunt per pęnitentiã, & dolorẽ. Ficũ meã decorticauit. Iohe. 1. Grana etiã sua i. opera, & virtutes debent abscondere, & celare per humilitatẽ, & non ea exponere per iactantiam. & vanitatem, & hoc ne a vento superbię dissipentur, vel ab auibus .i. malis cogitationibus, & tentationibus vel a demonibus rapiantur. Figura Matt. 13. vbi granũ quod positum erat iuxta viam .i. in aperto, & publico, a cœli volucribus est voratum, quia volucres cœli comederunt illud. Et ideo talia grana bonorum operum sunt ab aliis vitib. occultanda. Mat. 6. Attendite ne iustitiam vestrã faciatis coram hominibus. Via aũt istorum qua tendunt ad patriam i. eorum vita præsens (quia .s. modo sunt viatores) debet eẽ occulta per discretionem, & humilitatem, vt dictũ est, munda per pudicitiam, & castitatẽ, recta per iustitiam, & æquitatẽ. Et illi qui sunt sapientiores, & docti .s. perfecti, & doctores, debent in tali vita iugiter permanere, vt sint .s. alijs in exemplum ne a via veritatis valeãt deuiare, quia via iusti recta, rectus callis iusti. Esa. 26. Isti ẽt in cumulis .i. in conuentibus, & religionibus habitant, & morantur, quia boni consueuerunt semper insimul cõmorari, & cõuersari, quia omne animal diligit sibi simile. Eccl. 3. 16 Esa. 48. Ego vocabo eos, & stabunt simul. ¶ Scd̃m Solinum formicæ qñ arctantur, infundunt super manus quandam aquam venenosam, quæ manus eaurit, quæ 3
data est eis in armaturam a natura. Sic boni, & iusti aliqñ zelo iustitiæ irascuntur contra malos, & eos per correctionẽ, & punitionẽ eaurunt, & corroduot, & maximè prælati, sicut patet in Paulo, qui tradidit fornicariũ diabolo in interitum carnis suæ, vt spiritus saluus fieret 1. ad Cori. 5. ¶ Secundum
Pli. lib. 10. c. 30. formicæ labores suos ordinant, & grana sibi 4
inuicem cõferũt, & maiora opera, q̃ ipsæ sint ferunt. de re sua, publica est eis multa cura. rõ & memoria, & paruitate corporis uirtutis magnitudine recompẽsant. Vere tales debent esse boni, & iusti, quia per virtutem pietatis, & largitatis omnia grana sua .i. diuitiæ, & scientiæ, & alia sua bona debent esse communia, quia sine inuidia cõmunico. Sap. 7. Act. 2. Habebant omnia communia. Quod vtiq; est cõtra auaros, qui bona sua nolũt alijs impartiri Non sint alieni participes tui. Prou. 5. Isti etiã debent portare, & supportare onera .i. onus tribulationis, & pęnitentiæ, vel onera .i. viros onerosos, dato ꝙ sint plus onerosi, q̃ ipsi. Supportate infirmos. Gala. 6. Alter alterius

alterius onera portare &c.Debet ět eis esse cura de re publi
ca .s.de regimine status secularis, & ecclesiastici, de vtilitate
cōitatis quod maximè pertinet ad prælatos . Nemo-q̄d suū
est quærat.Contra proprietarios,qui non curant de cōitate,
quia omnes, quæ sua sunt quærunt,'non quæ Iesu Christi.ad
Philip.2.corporis autem.i.status,& eminentiæ paruitaté de
bent per virtutū, & bonorū operū magnitudiné compensa-
re.Vt virtus de negocijs iudicaret.2.Macba.vlti.¶ Idem di-
5 cit,q̄ qn̄ formicæ habent aliquid quod morsu, & ore nō pos
sunt portare,tunc vertunt se, & pedibus posterioribus ante,
positis post se trahere moliūtur,& si onus suum sit ita graue
q̄ portari ab eis nequeat , solent illud diuidere vt sic facilius
deferatur,& in cauernā suā leuius inducatur.Formica ē præ
latus,onus suum est subditus , qué debet portare ad paradi-
sum,sed si sit ita grauis,& obstinatus,q̄ ipsum deferre neq̄at
ad paradisum nec ore doctrinę vel prędicationis,nec morsu
punitionis aut correctionis,tunc debet eum p̄cedere per bo
num exēplum,& sic post se trahet eū per imitationé,iuxta il
lud Oseæ.11.In funiculis Adā traham eos,in vinculis chari-
tatis.Si aūt ita fuerit grauis,& obstinatus , & per malas con-
suetudines aggrauatus, q̄ nec ore monitionis vel p̄dicatio-
nis , nec exemplo bonæ cōuersationis vel operationis trahi
possit,tunc debet eū diuidere, & scindere per fortem corre-
ctioné vt eum introducat ad gloriā sempiternam in formica
riam paradisi,vt qui verbis nō corrigitur,verberibus corri-
gatur.sm Eccl.33.Vel dic,q̄ diabol⁹ diuidit grana sua.i.aua-
ros & reprobos per multa desideria,& negocia,vt sic in for
micariā suam.i.in infernum eos facilius introducat. Et ideo
Oseæ 10.Diuisum est cor eorum,nūc interibunt.Pone ět, q̄
grana ista decorticat, ne germinent,quia corticé bonæ con-
uersationis eis auferr.Ficū meā decorticauit.¶ Iohelis 1.Item
6 formicæ operātur in plenilunio noctibus, interlunio aūt ces
sant a labore.Nā quia de pluribus partibus cibos euehunt,iō
tempus certum datum est eis ad laborem,sm Pli.li.11.c.30.
Plenilunium charissimi significat tempus gratiæ,in quo nox
præsentis ignorantiæ lumine. i.gratia Christi fuit perfectius
illustrata.Et ideo pro certo formicæ.i.boni viri in isto pleni-
lunio.i.in tempore gratiæ debent bonis laboribus vacare,&
operibus virtuosis instare,vt post istud pleniluniū.i.post dié
iudicii cessent,& requiescant a laboribus suis,& opera eorū
sequantur eos. Apoc.14.s.in paradiso.Ideo Io.9.Operamini do
7 nec dies est.¶ Formicæ sm Pli.li.11.c.30.In plenilunio ope-
rantur,gregatim viuunt,grana sua cōicāt,& cum sibi obuijs
fit colloquutio,& diligens per contatio. Nam altera cum al-
tera moram contrahit,ac si inuicem haberent consilia,& cō
tractus.vadunt & redeunt per semitas tritas,certas & rectas,
quas sibi ět super silices elegerunt.Sunt aūt formicæ paruu-
læ,strictæ circa ventrem, quæ qn̄ senescunt, crescunt eis alæ,
& in aere volitant sicut aues.Et sicut dicit Pli.lib.7.c.15.For
mica menstruum sanguinem sentit , & inde tactum gramen
proijcit,& ipsum postea nō resumit. Sic verè religiosi debēt
gregatim per collegia viuere, in plenilunio vitæ huius labo
rare,bona sua inuicem cōicare, & in capitulis suis colloqui,
& tractare.& illos quibus obuiant pacificè salutare, & inui-
cem consilia facere,& habere, quia salus erit vbi multa con
silia.Prouer.11. Per semitas tritas.i.per viam pœnitentiæ, q̄
multis tribulationibus trita esse debet,debēt incedere, & re
ctam viā iustitiæ iugiter obseruare . Hac via ambulate,in ea
nō declinetis &c.Debent esse paruuli per humilitaté, stricti
vel cincti per ventrem,& castitatem.Renes vestros accinge
tis.&c.Exo.12.Et licet isti in iuuētute sint aīalia.i.voluptuo
si per carnalitaté,circūeuntes circa terrā per auaritiā,& cu-
piditaté,tū qn̄ senescunt per ætatem,& maturitatem,& cre-
scunt per gratiam, & virtutem,tunc vere debent fieri volu-
cres.i.viri perfecti,& cōtemplatiui, quia alas duplicis chari-
tatis debent accipere,& sursum ad cœlestia per contempla-
tionis studium eleuari,sanguinem.i.peccatū luxuriæ debent
fugere,& eos qui inde tacti,& infecti sunt dimittere,& eorū
consortium abhorrere.Facient sibi alas,& volabunt in cœ-
lum.Proue.23.Datæ sunt mulieri alæ duæ,vt volaret.Vel po
ne de balliuis,& causidicis,qui primo sunt parui,& depressi,
& pauperes,circa terram in statu infimo ambulantes,sed tā-
dem cum creuerint per diuitias,& senuerint per scientiā se-
cularem,tunc efficiūtur alati per superbiā,& volāt superius,
ad officia,& dignitates,& inter aues habitāt.i.inter nobiles,
& potentes,vtpote quia efficiuntur milites,licet naturaliter
sint rustici,& sic de bestia in volucrem transformātur. Figu
ra Dan.7.vbi vidit bestiam in mari quasi leenam,& habebat
alas quasi aquilæ,sed tandem auulsæ sunt alæ eius , & sublata
est de terra.Sic verè qn̄ isti sunt in mari.i.in statu paupertatis
& amaritudinis,ipsi sūt rectè sicut leena.s.crudeles,& rapto
res,sed tandem acquirunt alas.i.diuitias,& præbendas,& of
ficia,mediantibus quibus per superbiam extolluntur , & si-
cut aquilæ ad rapinam vndiq; deferuntur,sed tandē per mor
tem alæ suæ hmōi auelluntur.& illi a terra. i. a vita præsenti
pariter auferuntur.Prouer. 10.Impii autem de terra tollent.
Iob 22. Nunquid semitam seculorum custodire cupis , qua
calcauerunt viri iniqui , qui sublati sunt ante tempus suum? 8
¶ Itē idem ibidē c.31.dicit q̄ in India sunt formicæ maximæ
& cornutæ,quæ mira cupiditate aurum,& arenas aureas,&
gemmas custodiunt,quo licet eis nō proficiant, tn̄ exinde ac
cipere volentes persequūtur,vulnerant volando,& occidūt
sed hæc Indi furantur æstiuo tempore , qn̄.s. præ feruore ni-
mio istæ formicæ in cauernis,& in tumulis absconduntur. Istæ
aūt formicæ(vt ait)magnæ sunt ad quantitaté luporū Aegy
ptiorum. Vnde ait,q̄ in templo herculis Romæ fuerunt lon
go tempore duo cornua formicæ indicæ suspensa pro mira
culo.Sic verè in mūdo sunt formicæ.i.diuites, causidici,v su
rarij,& auari, qui sunt maximi,quantum ad substantiā tēpo
ralem, cornuti quantum ad potentiam secularem,& quantū
ad elationem, & superbiam popularé, sed isti sunt cupidissi-
mi, quia aurum & gemmas.i.diuitias temporales custodiūt,
.s.in suis arcis,& abditis,& licet tanta auaritiæ parcitate con
stringantur,q̄ eis non proficiant,nec eis vtantur, (quia.s.nō
audent vti,nec ět comedere ad sufficientiam,sicut dr̄ Eccle.
4. Vnus est,& sm non habet &c.)tamen non sinunt, q̄ inde
alij accipiant quoquo mō, imò rerum suarum inuasores, &
detentores crudeliter persequūtur, vt patet, quia debitores
suos in cariori tempore quo possunt per lites impetūt, & in
uadunt,& sic eos occidunt,& affligunt,q̄a vitā suam.i.tēpo-
ralem substantiā eis tollunt.Esa.58.Oēs debitores vestros re
petitis,& percutitis pugno impie. Veruntn̄ qn̄ post mortem
erūt i tumulis,& cauernis,& qn̄ æstas.i.feruor,& ardor ignis
æterni,& ět pœna mortis eos afflixerit,tunc vere aurum,&
gemmæ.i.diuitiæ temporales, quas nunc custodiūt, ab aliis
poterunt occupari,quia relinquēt alienis diuitias suas, & se
pulchra eorum domus illorū in æternum. Vel dic de bonis,
q̄ aurum, & gemmas.i.virtutes & gratias debent summè cu
stodire,& demones volentes ea rapere, operibus impugna-
re.Veruntn̄ qn̄ in æstate prosperitatis,vel ardore tentationis
includuntur in cauernis terræ i.in amore temporaliū , tunc
eis a demonibus subtrahunt,& furantur &c ¶ Itē dicit Isid. 9
li.12.q̄ in Aethiopia sunt formicæ sicut canes,quę custodiūt
arenas aureas,sicut dictum ēst.Sic sunt auari,qui more canū
habent insatiabilem appetitū. Esa.56.Canes impudentissimi
nescierunt saturitaté &c.expone sicut supra,quia idē.¶ For- 10
micæ sicut apes sm Arist. lib.4.ca.8.habent sensum olfactus,
quia si quis malo odore subfumigauerit domos suas ipsas fu
giūt,& dimittūt.Sic verè boni bono odore bonæ famę alio-
rum delectantur, & ideo domos.i.religiones , & collegia in
quibus est malos odor luxuriæ,& infamiæ,debēt dimittere,
& ad alia odorifera.i.ad bonas societates,& famosas pro vi-
ribus se transferre. Vnde de mundo vbi est malus odor infa
miæ,& luxuriæ,debent se transferre ad religionis statum,&
societates puras,& castas. Vnguento & varijs odoribus dele
ctaē.Proue.27.Vel dic q̄ diabolus volens expellere formicā
.i.Christum de domo sua.i.de corde hoīs,facit ibi odoré fœ
tidum.i.malas & impudicas affectiones,& cogitationes,q̄b⁹
hō trahitur ad pctm̄,& sic Christus deserit locum suū. Reliq
domum meam,dimisi hæreditatem &c.Hie.12.¶ Item idem
li.8.Formicæ flores,& germina corrodendo violant,fructus 11
& semina concauant,& manducant. Et licet hominibus no-
ceant,vrsos tn̄ adiuuant atq; sanant.quia eorū oua vrsis sunt
medicina.Vide infra de vrso, & de ouis. Sic verè praui prin
cipes,& prælati,& iudices corrodunt, & consumunt p cru-
delitatem,& rapinam,exactionem & excoriationé flores, &
fructus arborū.i.diuitias alienas,& ideo hoibus, qui sunt be
stiæ nudæ naturaliter.i.pauperibus,qui non habent vellus di
uitiarum,sunt infesti,nociui,& molesti,q̄a nudos dimittunt
homines vestimenta tollentes.Iob 24.Illos tō qui sunt vrsi.i.
qui sunt pilosi,& vellere diuitiarum vestiti, adiuuant, susti-
nent atq; fouent,quia vere mali iudices,& raptores sustinēt
dinite

diuites & potentes, & deprędantur pauperes & egētes. Diuitiæ.n.addunt amicos plurimos, a paupere autē &.ij quos habuerat recesserunt. Prouerbio.19. Applica bene cōtra acceptores personarum. ¶ Secundum Plin.lib.11.capit.30. tanta inest formicis naturalis industria, q ad earum diligentiā humana ratio vix attingit. Est.n.his ratio, memoria, cura, communitas, & sapientia. Apparet autem earū sapientia in multis, quia.s.grana ne germinent, abrodunt, magna vt subintrēt diuidunt, madefacta desiccant, & super semitas tritas & certas ambulant, de futuro cogitant, simul viuunt, & grana contra hyemem congregāt, certo tempore laborant, & certum tempus ad quiescendum eligunt, & ad recognitionem mutuam quasi nundinas sibi vendicant, & solę aīalium, præter hoīem, socias mortuas sepeliunt, & tumulant, & cū sibi obuiæ sunt quasi, quosdam contractus, & consilia simul tractāt. Hæc Plinius vbi supra. Ista oīa dic de viris perfectis, qui pro certo debent habere rōnem intelligendorum, memoriā beneficiorum susceptorum, curam & diligentiā operum agendorum. Isti ergo debent grana.i.corpora sua ne germinent.s. peccata, per pœnitentiam rodere, corda ēt sua si sint per superbiam nimis grossa, debent per humilitatē diuidere, & minuere, & si sint nimis per carnalitatem humida, debent ea p abstinētiam desiccare. Per semitas certas.s.per vias per quas sancti ambulauerūt, debēt incedere. De futuro tēpore mortis debent cogitare, & sibi pro illo tempore grana.i.virtutes & merita congregare. Simul cōcorditer, & socialiter debēt viuere, & certum ēt tempus ad labores tam mentales, q̄ corporales eligere, & certum etiam tempus ad quiescendum, & ad recreandum accipere, & de suis negocijs iouicē tractare, & consulere. Igitur bene consulit sapiens. Prouer.6. dicens. Vade ad formicam o piger, & cōsidera viam eius, & disce sapientiam. Isti ēt debēt mortuos socios sepelire, & opera pietatis alter alteri exhibere. Vel ēt mortuos.i.defectuosos debent sepelire, & abscondere, & eos in publicū non mittere, sicut faciunt religiosi. Genes.35. Sepeli mortuum tuū. Et sicut formicæ triticum eligunt, hordeum vero dimittunt, sic iusti accipiunt triticum sensus spiritualis, & dimittunt hordeum cum cortice litteræ historialis. Vel accipiunt frumentum spiritualium, & dimittunt hordeum temporalium. dicunt.n. il-
3 lud Matt.3. Triticum congregate in horreū meum. ¶ Scd̄m Pli. formica est fortius animal quod sit in mundo, quia.s.nullum est quod respectu sui corporis tantum onus portare valeat, vt formica. Sic verè humiles, & simplices solent in supportandis tribulationum oneribus aliis esse fortiores. Iohelis 3. Infirmus dicat, quia ego fortis sum.

Formicaleon. vide supra titulo de aranea vbi ponitur

## *De Fuco. Cap. 41.*

1 FVcus est apis magna, carens aculeo, tanquam imperfecta, & dr̄ a Phageo, quod est comedere, quia licet non mellificet nec laboret, mella tñ comedit aliarum, s̄m Isid.lib.12. Sic vere in mundo sunt diuites, & potentes, qui non laborant ad mellificādum.i. ad diuitias acquirendū, tñ mella aliorum, & labores.i.diuitias pauperum agricolarū & subditorum, quas per extorsiones suas acquirunt, deuorāt & comedunt. Io.4. Alij laborauerunt, & vos in labores eorū introistis. Aug. Est qui seminat, & alius q metit. & ps. in labore boium non sunt &c. Vel allega contra malos prælatos vel burgandos, qui sunt in religione, qui non faciunt nisi alios infestare, & lautè de eorum laboribus comedere, & manducare, q a verè multi sunt hodie in ecclesia, qui nihil sciūt mellificare nec aggregare, nec vtilitatem aliquam procurare, de bonis tñ, quæ sancti prædecessores sui sanctis meritis, & laboribus q̄sierunt, volunt viuere valde lautè. allega sicut supra.
¶ Fuci s̄m Pli. lib.11.c.11. cooperantur aliis apibus ad mella
2 præparanda, & domos ædificandas. vnde sunt quasi apes imperfectæ, seruæ & mācipia aliarum, & ideo aliæ eis imperāt, & primos ad opera compellunt, tardantes aūt puniunt atq; pūgunt, qñ aūt mella sunt perfecta, & matura, expellunt eos aliæ apes, & quamuis multos labores sustinuerint circa mel, tñ exinde comedere non sinuntur, nisi quod rapiunt, & furātur, & ideo in vere ab aluearibus expellūtur. Tales rectè sunt pauperes atque serui, qui alijs apibus.i.diuitibus obediunt, & eos adiuuāt ad mel diuitiarum præparandū, & ad domos etiam fabricandas. aliæ.n.apes.s.diuites, consueuerunt talib. imperare, quia diues pauperibus imperat. Prouer 22. & ideo ad opera, & labores tales primi compelluntur, & si tardauerint, i.non faciant quod præcipitur, verbis atq; verberibus affliguntur, quia seruo misera est conditio seruitutis, quia seruus cogitur pati, & nemo sinitur cōpati, seruus cogitur dolere, & nemo sinitur condolere. Licet tñ fuci.i.pauperes agricolæ circa mel diuitiarum laborauerint, tū qñ mella.i.diuitiæ sunt paratæ, qñ ver.i tempus prosperitatis aduenerit, tūc verè diuites eos prohibent ne de diuitijs comedant acquisitis, & eos a se proiiciunt, & expellunt. vnde breuiter de bonis diuitum nihil portant, nisi quod possunt rapere vel furari. Contra illud, dignus est operarius mercede sua. Vel pone si vis de falso amore diuitum, qui alios sibi adiungunt ad laborandum, sed non ad conuiuandum, quos licet habeant socios in aduersis, tñ eos deserunt in prosperis. Quia si habueris, conuiuet tecum &c. Eccl.13. Vel pone de malis prælatis, qui pauperes subditos cogunt ad labores, sed tñ a melle cōsolationis temporalis præbendarum, & officiorū eos arcēt. Figura de præfectis operum Pharaonis, qui filios Israel cogebant facere lateres, & tñ paleas non dabant eis, quia verè multi sunt, qui bene recipiūt beneficia aliorum, sed nihil penitus volunt recompensare, contra illud Eccl.4. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, sed ad dandū collecta. ¶ Fu 3
ci sunt apes imperfectæ, quæ non mellificant, sed imperatoribus apum, & aliis apibus mellificantibus, ædificant regias mansiones, amplas, magnificas, separatas, cooperculo clausas. Sic verè licet seculares mel deuotionis, & gratiæ vix producant, apibus tñ mellificantibus.i.religiosis, domos & habitacula.i.collegia, & conuentus ædificant, & pducant, quæ .s.sunt amplæ per charitatem, magnificæ per dignitatē, separatæ.s.a mundiali statu per pfectionis eminētiam, & cooperculo clausæ per votorū, & statutorum custodiam. Sexangulę autem debent esse per paupertatem, obedientiam, castitatē, humilitatem, charitatem, & pietatem. Figura 3. Reg.5. de tyris, qui ædificauerunt filiis Israel templum. Sic seculares templa, & ecclesias ædificant viris sanctis.

## *De Gryphibus. Cap. 46.*

GRyphes sunt animalia crudelia, quæ caput, & pedes 1
anteriores habent vt aquilæ, reliquum aūt corpus posterius simile ē leoni. Isti aūt maximè infestant equos homines etiam deuorant, & occidunt, s̄m Isid.lib.12. intantum s̄m Hug. q equum, & equitatem rapiunt in sublime. Arenas aureas custodiunt in montibus hyperboreis, & omnes volentes tollere interficiunt, & occidunt. Tales rectè sunt tyranni.i.mali principes, & prælati, quia primo in iuuentute sunt aquilæ, quia.s.clarè vidēt per discretionem, altè volant per contemplationem, acutè rapiunt per correctionem altè clamant per prædicationem, iuxta illud Oseę 8. In gutture tuo sit tuba quasi aquila. Sed verè in parte posteriori, hoc ē dictu, in senectute, & extremitate vitæ, ipsi sunt similes leonibus, s.crudeles raptores, excoriatores, & superbi, & more leonum innocentes bestias.i.iustos, & bonos subditos inuadentes. Et ideo bene dr̄, q equos, & homines.i.bonos, & malos, luxuriosos & castos impetunt excoriationibus, & inuadunt Ezec.21. Occide in te iustum, & impium. ¶ Gryphes qui sunt s̄m Solinum alites ferocissimæ, vel potius feræ volates, in montibus hyperboreis custodiunt aurum, & gemmas, & licet eis non vtantur, illa tamen exinde non sinunt quempiā, sumere quoquo modo s̄m Isido. sicut idem dicitur supra de formicis Aethiopiæ. Sic verè mali prælati in mōtibus dignignitatum existentes, custodiunt arenas, & gemmas.i.animas peccatorum, quarum sunt custodes, & prælati. Nam per mala sua exempla illas custodiunt in mōtibus hyperboreis, qui sunt frigidissimi.i.in statu peccati, vbi est frigiditas indeuotionis, ita q si aliquis homo, s. prædicator, velit exinde eas tollere per prædicationem, ipsi eum impetunt, & inuadunt, & ipsum sæpe prohibent prædicare, contra illud Prouerb.3. Noli prohibere benefacere eum qui potest, si potes, & ipse benefac. Vel pone de diabolo vel de magistris scholarū, vel de parentibus mundanis, qui nolunt, q aliquis desciat, s. ad statum religionis, & salutis illos iuuenes vel animas, quæ suę custodiæ committuntur. Ideo Hier.12. Pastores multi demoliti sunt vineam meam. Vel pone de auaris, qui licet non vtantur auro, & gemmis, id est diuitiis temporalibus, quas custodiunt, tamen non sinunt alios eis vti, imo fures, & alios cru-

3 deliter persequuntur.¶ Gryphes ita sunt magni, q de eorum vnguibus in mensis regum pocula propinétur. Sic verè Gryphs.i.diabolus habet maximos vngues.i.maximam crudelitatem, ita q in mensa regis æterni.i.in sacra scriptura poculum.s. doctrinæ de huiusmodi vnguibus propinatur, quia.s. de crudelitate ipsius ibi mentio fieri consueuit. Hier.6. Crudelis est, & nō miserebitur &c. Vel dic quod vngues gryphiæ est rigor iustitiæ ipsius Christi, qui sunt in sacra pagina in reuerentia, & honore. Vngues habebat ferreos. Dan.7. ¶ Gryphs adit equum, ipsum vnguibus pūgit, & ipsum in aere sublenat, & extollit. Sic verè tyranni sanctos martyres oderunt, & eos impugnauerunt. Sed vere ex hoc in altum, id est ad altitudinem perfectionis, & æternæ prælationis ipsos mirabiliter exaltauerunt. vnde Vincentius dicebat Daciano. In sublimis agen &c.

## *De Gliribus.* *Cap. 47.*

1 GLires sunt bestiolæ quasi maiores mures, sic dictæ eo q somn⁹ faciat eos pingues, gliscere.n.idem est quod crescere. Nam tota hyeme immobiles, & quasi mortui requiescunt, in vere autem euigilant, & iterum reuiuiscunt, vt dicit Isido.lib.12. Sic verè peccatores dum sunt in hyeme.i.statu peccati, ipsi pro certo dormiunt in deliciis, & in luxuria, & in carnalibus requiescunt, & ideò rectè tunc efficiuntur quasi mortui, quia.s. ipsi fiunt immobiles, & supplti quantum ad motum bonorum operum exequendum. Sic est tamen q nunc temporis per carnalitates, diuitias & delicias mirabiliter impinguantur, quia peccatores magis abundāt diuitijs, & delicijs quam alii. Et ideo de hoc dicitur Hierem.48. Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, requieuit in fœcibus suis, non est transfusus de vase in vas. Veruntamen quando venit ver.i.tempus gratiæ, & pœnitentiæ, tunc vere isti debent reuiuiscere per gratiam, & charitatem, & ad omnem bonam operationem euigilare. Ingressus est in ea spiritus, & reuixerunt. Eze.37.1.ad Thess.5. Non dormiamus sicut cæteri, sed vigilemus, & sobrij simus. Vel expone de patribus, & de tempore legis, & tempore gratiæ, quia illi qui pri⁹ dormiebant in peccatis, tandem in vere.i.in aduentu solis iustitiæ Christi.i.in tempore gratiæ reuixerunt. Vel dic de falsis amicis seu adulatoribus, qui in hyeme.i.in tempore tribulationis, & paupertatis alijs non apparent, imo dormiunt atque latent, sed vere in tempore prosperitatis tunc euigilant, aliis applaudendo, & se dicendo amicos aliorum quia sodalis amico coniocundabitur in oblectationem, & in aduersi-
2 tate aduersarius erit. Eccle.37. ¶ Glires in siluis habitant, socios sibi notos diligunt, cōtra alios vero pugnant, insigni pietate parentes suos in senectute nutriunt, & eis alimenta cum senuerint, iuuenes administrant, sicut dicit Pli.lib.8.c.57. Sic verè illi, qui in silua religionis habitant, socios suos debent, diligere & tueri, & contra alios, s. contra mundum per prædicationem, & mundi contemptum iugiter dimicare. Diligite alterutrum ad Rom.13. Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum. Matt.5. Iacob dilexi &c. Malachi.1. & parentes.i.prælatos, & viros antiquos debent pie nutrire, & fouere, & eis in alimentis, & aliis necessariis subuenire. Quod est contra multos irreuerentes, & obstinatos, de quibus dicitur Threnor.4. Facies senum non erubuerunt. Vel pone de pietate in parentes carnales, quibus debet quilibet in necessitatis, subuenire, quia qui suorum, & maximè domesticorū curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior, vel pone de acceptione personarum, quia mali iudices suos diligunt, alios impugnant, socios sustinent, remotos affligunt,

## *De Grillo.* *Cap. 48.*

GRillus sicut, & chirogrillus est animal paruum, rapax, mortiferum, & spinosum, minus hericio, & a sono no-
1 men cepit, terram terebat, noctibus stridet, retro ambulat. Rectè sic peccatores, & diuites sunt parui per pusillanimitatem, rapaces per crudelitatē, mortiferi per detractionis venenositatem, spinosi per diuitiarum multiplicitatem. Beniamin lupus rapax. Genes.49. Isti in nocte præsentis vitæ strident per detractionem, terram.i.terrena terebrant per ambitionem, retro ambulant per fallaciam, & ca-
2 uillationem. Multi autem abierunt retro. Ioann.6. ¶ Grillus venatur cum formica. formica.n. in capillo ligatur, & in cauernam eius mittitur, & sic formicæ amplexibus educitur, vt dicit Isido.lib.12. Sic re vera charissimi, peccatores in cauerna bonorum temporalium a principio fuerunt conuersati, & ideo Deus pater volens eos trahere de cauerna.i. de amore mūdi in capillo suo.i. in persona filii sui alligauit formicam.i.humanam naturam, & sic iste grillus, scilicet homo vel humanum genus statim amplexatus est eum per fidem, & charitatem, & ita mediāte eo eductus est, scilicet de cauerna ista, & de statu peccati, & ad Deum patrem superius est eductus. Nunquid capies Leuiathan homo Iob 40. Vel dic quod grillus.i. humanum genus de cauerna inferni est eductum, & reductum mediante formica.i. Christo quando in istam cauernam ad captiuos in inferis subintrauit. psal. eduxisti me de lacu miseriæ, & de luto fecis.

## *De Ichneumone.* *Cap. 49.*

HIchneumon secundum Plin.lib.8.cap.24 est quędam bestia in Aegypto nascens, quæ naturaliter odit ser- 1
pentes. Vnde ista contra aspidem præliatur, & se pluries in luto inuoluens, & pluries ad solem siccans, aspidem aggreditur, seque super caudam erigens, auersa irritos ictus serpentis recipit, & replicato capite, fauces serpentis inuadit. Item etiam (vt dicitur in c. sequenti) videns crocodilum dormientem in ventrem eius intrat, & eum corrodit, & necat. Talis est Christus, qui luto nostræ mortalitatis loricatus, aspidem.i.diabolum superauit, crocodilum autē idest infernum subintrauit, & eum perforauit, quando intestina eius, scilicet sanctos patres quos ipse absorbuerat, liberauit. Oseæ.13. Ero mors tua o mors, morsus tuus ero inferne. Vel dic q qui de serpente.i.de diabolo vel carne triumphare voluerit, debet se per mortis considerationem in lutū inuoluere, & se luto contra diabolum loricare.

## *De Hyena.* *Cap. 50.*

HYena secundum Isidorum ab hiādo dicitur, eo quod patulis naribus inhiat ad prædam suam. est.n. similis, 2
lupo in gula, & voracitate. Nam mortuos comedit, & eos extrahit de tumulis, & corrodit. homines etiā persequitur, & manducat, secundum Arist.libr.8.cap.5. Canes odit, & comedit sicut homines, & cauat sepulchra &c. & ideo vocem humanam solet fingere, & domorum, & pastorum stabula circuire, vt sic homines, & canes ad se trahat, & eos deuoret, & consumat, sicut dicit Plin. & Isidor. Talis est detractor, quia vere canibus.i.prælatis & prędicatoribus, hominibus id est viris iustis, & rationabilibus, mortuis.i.malis & peccatoribus est nocinus. Tales.n. tam bonos, quam malos, tam superiores, quàm inferiores consueuerunt dentibus .i. suis verbis detractoriis infestare. Deum enim non timent, & cunctis hominibus aduersantur. 1.ad Thessa.2. Et ideo in gula, & voracitate.i.in malis suis loquacitatibus, lupo sunt similes, alios.s. diffamando, & deuorando, quia etiam ipsos intumulatos, id ē peccatores, qui sunt tumulati per suorum malorum actuum occultationem, detumulant per diffamationem, & cum dentibus.i. cum verbis suis quales, sint exterius aliis manifestant per suorum actuum prædicationem, & reuelationem. Ideo tales possunt dicere illud Ezec.37. Aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris. Aliquando etiam humanam fingunt vocem, quia aliquando loquuntur vt homines, s. piè & charitatiuè, vt.s. eis melius in alijs verbis credatur. sed hoc totū est vt postea possint apertius per detractionē alios deuorare. Tales enim sunt subiugale mutum animal, hominis voce loquens. 2.Petr.2. Primo .n. vngunt. postea pungunt. Prouer.26. Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad interiora ventris. Quid ergo faciunt vltra? Pro certo isti circumeunt domos, & tabernacula.i. status, & consuetudines, & collegia aliorum per iugem inquisitionem, & explorationem vitæ, & status aliorū, vt.s. aliquam inueniāt occasionem q̄uo possint aliquid de aliquo maleloqui, detrahendo.s. & diffamando. Circumeunt n. tanquam leo rugiens, quærens quem deuoret. 1.Petr.5. & 1. ad Timo.4. Ociosè discunt circumire domos, quia pro certo tales summe gaudent, quando aliquid mali possunt dicere de aliquo. Vel expone de diabolo, qui fingit vocem humanam per falsam suggestionem, & domos & latibula, status

scilicet

.f.& conuentus circumit, vt aliquos ibi deuoret per tentatio
nem, nunc.f.per culpam in fine per pœnam, & ideo mortuos
tuos.i.peccatores de tumulis suis.i.de mundo, & diuitijs ex-
trahit.f.per mortem, vt eos deuoret in inferno. Vel dic de fal
lacibus vsurariis, vel etiam raptoribus, qui loquendo voce
humili.i.fraudulenter, & applausiuè simplices exhæredant, &
2 de ppriis tumulis, & domibus eos eijciunt, & expellũt. ¶ Se-
cundum Isid.lib.12. hyenna mutat sexum, quia nunc fœmina.
nunc masculus reperitur. vnde dicit Plin.lib.8. cap.30.q̃ sm
vulgus vtranque habet naturam, & parere dr̃ sine mare, sed
Arist.negat, vt dicit idem. Oculos etiam habet valde in diuer
sos colores mobiles. Charissimi per statum fœminæ intelligi
tur stat⁹ mollitiæ, & peccati & imperfectionis. Quidam sunt
ergo sicut hyenna, s.leues, & instabiles, & in virtute non pse
uerãtes, quia licet sint aliqñ masculi.i.perfecti, & iusti ipsi tñ
ad naturam fœmineam.s.i. ad statum peccatorum per incon-
stantiam læuiter conuertuntur, q̃a alio tẽpore sunt boni, alio
mali, contra illud Eccle.5. Esto firmus in via domini. Et ideo
oculi talium ad litteram sunt mobiles, quia.s.indiscretè cir-
cunspiciunt, vndequaq; ad concupiscentias, & desideria cor
dis sui. Ideo Eccl.20. Oculi eius septemplices sunt. Vel oculi
.i.propositum, & intentio sunt mobiles, quia.s.leuiter de vna
quæstione ad aliam permutantur. Vnde vtranque naturam, s.
perfectionis, & imperfectionis videntur habere.ps. Mutabis
eos, & mutabuntur. Et sine mare.i.sine Christi influentia cõ-
cipiunt, & faciũt actus suos. ¶ Vel dic q̃ hyena est Christus, q
primo, s.ante incarnationem, erat masculus.i.rigorosus, for-
tis & austerus, quia si fortitudo quæritur fortissimus, & ro-
bustissimus est. Iob 9. Sed pro certo tandem factus est fœmel
lus, mollis, benignus & mansuetus, s.post incarnationẽ. Exẽ-
plifica de iudicijs Dei ante & post, s.Numeri 15. decedente li
gna, qui fuit lapidatus in veteri testamento Io.8. de adultera
quæ in nouo testamento fuit liberata. Et ideo modo videtur
habere duplicem naturam, diuinam.s.& humanam. Oculi tñ
eius sunt multum mobiles per discretionẽ, & circunspectio-
nem, quia.s.omnes vias hoĩum circunspicit vndequaq; Eccl.
14. Vel dic q̃ hyena, quæ concipit sine mare (quod Aristo.ne
gat) & beata virgo, quæ concepit Christum sine mare, licet
Aristoteles.i.Iudæi & mundi sapientes hoc negent. Ecce vir
3 go concipiet, & pariet filium &c. Esa 7. ¶ Hyena sm Arist.li.
8.cap.5.iubas habet super totum dorsum sicut equus, & por
rectas super collum, vocem humanam fingit; vt canes, & ho-
mines quos odit, & comedit, attrahat & alliciat, & cõsumat.
Vnde etiam Plin.lib.8.cap.30. dicit quòd circa tabernacula
pastorum ambulans, nomen alicuius addiscere consueuit, vt
eum tandem euocet, & occidat, & eius vmbra canes quos tã
git, obmutescere facit, vt dicit ibidem Plin. Charissimi hye-
na est vsurarius, causidicus vel princeps, raptor vel balliuus,
iubæ eius quæ sunt corporis indumẽtum, & de superfluo na
turæ, sunt diuitiæ, vox eius est fallax promissio, & attractio,
canes sunt prælati vel prædicatores, qui latrant prædicando,
& mordent corrigendo, homines autẽ sunt simplices, & pau
peres vicini, quia homo est animal mansuetum, & nudũ, qđ
vtique simplicitatem, & paupertatem significat. Vmbra autẽ
est possessio sua temporalis, quæ naturaliter fluit, & refluit si
cut vmbra. Sapi.5. Transierunt omnia velut vmbra. Dicitur
ergo, q̃ hyena habet iubas per totum corpus, quia vere tales
sunt infra pilos diuitiarũ totaliter inuoluti, & affecti Esa. 49.
His omnibus velut ornamẽto vestieris. Et ideo isti pro cer-
to vt attrahant, & alliciãt homines, i.simplices vicinos, & hu
iusmodi, ipsi se fingunt habere vocem hominis, i. vocem piã
& humanam, scilicet multa falso repromittendo. Exemplifi-
ca bene. Sed vere hoc non faciunt nisi vt ipsos possint attra-
here, comedere & deuorare, obligare, decipere & exhæreda
re. In promissionibus humiliant vocem suam. Ecclesi.29. Isti
etiam odiunt canes.i.prædicatores, & prælatos, & ideo quan
do ab huiusmodi canibus prælatis scilicet, & iudicibus per-
sequuntur, ipsi pro certo proponunt vmbrã suam, id est do-
na substantiæ tẽporalis, & sic faciunt eos obmutescere, & ces
sare ab huiusmodi insequutione, quia hodie dona vsurario-
rum, & diuitum faciunt canes, id est prædicatores, prælatos
4 & iudices esse mutos. Obmutui & silui a bonis.psa. ¶ Hyena
habet collum immobile, non enim potest illud flectere, nisi
totum corpus flectatur. Sic verè charissimi loquendo spiri-
tualiter, collum id est intẽtio superborũ, est inflexibilis, quia
vere diuites, & superbi non possunt flecti per compassionem
pietatem vel humilitatem, nisi forte, quando totum corpus
flectitur, scilicet per mortem, quia tũc necessario ad inferos
deflectuntur. Iob 10. Erecto collo &c. ¶ Hyena secundum 5
Plin.lib.8. est de genere lupi, & ideo collum habet inflexibi-
le, multorum habet varietatem colorum, oculos habet val-
de mobiles, scilicet in diuersos colores, quia secundum Plin.
libr.11.c.37. oculi vituli marini, & hyenæ in mille colores de
nocte transeũt, & oẽ animal quod ter lustrauerit, necessario
gradum figit. Sic verè charissimi faciunt cautelosi, & malitio
si aduocati, vsurarij & auari, quia vere ipsi habent multas co
lorum varietates.i.multas fictiones, cautelas & falsitates, q̃a
scilicet de vna fallacia ad aliam, de vno verbo ad aliud se cõ
uertunt. Vagi sunt gressus eius, & inuestigabiles. Prouerb.5.
Et ideo oculos scilicet discretionis, & sapientiæ habent mo-
biles, id est circunspectos, & vertibiles vndequaq. Oculi eius
septemplices sunt. Eccl.20. Vel oculi, id est cupiditas oculo-
rum est mobilis, q̃a scilicet ad omnia circumiacentia ad pra
ta scilicet vineas, & alia bona circumiacentium, vicinorũ se
extendunt, vt scilicet omnia concupiscant. Oculi eius septẽ-
plices &c. Et ideo quando aliquem lustrant, & circumeunt,
scilicet per fallos contractus, verba & cautelas, pro certo ne
cesse ẽ quòd figat gradum, quia pro certo simplices suis cau
telis, verbis & contractibus taliter innoluuntur, q̃ non pos-
sunt fugere, vel eorum malitiã declinare. Irretiuit eum mul-
tis sermonibus. Proue.7. ¶ Hyena vocem fingit humanam, & 6
sic canes aduocat, quos occidit, crines habet prolixos, mot⁹
instabiles, oculos immobiles, collum inflexibile, quia nõ fle
ctit collum nisi totũ corpus vertat. vmbra eius canes obmu
tescere facit, mortuos de sepulchris eijcit, & aĩal quod ter lu
strauerit, gradum figit vt dicit Plin.li.8. Licet enim oculi hye
næ de nocte mutentur in mille colores secundum Plin. libr.
11.c.37. sunt tamen in suo orbe immobiles sicut dicit Solin.
Re vera charissimi hæc omnia possunt dici de mala muliere.
Hęc enim ut attrahat, vocem fingit humanam, idest dulcem
& fallacem, & sic attractos deuorat, & cõsumit, scilicet quan
tum ad famam gratiam substantiam, & virtutem. Prouer.5.
Fauus distillans labia meretricis, nouissima autem eius ama
ra velut absynthium. Crines etiam habet prolixos, motus in
stabiles, oculos quoque immobiles per elationem, & super-
biam portat, ipsosq; ad vnam partem vel etiam nunquam vẽ
biat, collum eius ad litteram rigidum est, & erectum. Esai.3.
Ambulauerunt filiæ syon erecto collo &c. Quia multæ sunt
quæ ratione orbatuum non possunt flectere colla sua nisi si-
mul vertantur. Et pulchritudo, & tentatio talium facit ca-
nes.i.viros spirituales obmutescere, & a latratu prædicatio
nis, & orationis cessare. Istę etiã homines.i.viros iustos mor
tuos, & religiosos de suis sepulchris, id est de suis claustris sę
pe eiiciunt, & educunt, & eos quos ter lustrant, & pingunt, s.
per suos tactus, gestus, & affatus, reddunt immobiles, s. quã-
tum ad motus bonorum operum, quia scilicet ab eis tentati,
cessant motum bonorum operum exercere. Exodi.15. Fiant
immobiles quasi lapis. Et breuiter bene concludit sapiens.
Ecclesiast.25. Breuis malitia omnis super malitiam mulieris.
Vel dic, quod hyena est superbus cuius scilicet collum est in
flexibile, & oculi immobiles esse noscuntur, inquantum ad
humilitatem nullatenus deflectuntur. Iob 15. Cucurrit con-
tra eum erecto collo. ¶ Vmbra hyenæ facit canes quos tãgit 7
obmutescere a latratu, sm Plin. Sic reuera mundi prosperi-
tas, quæ ad modum vmbræ mutare non cessat, facit illos quos
tangit, ab omnibus bonis loquutionibus esse mutos Esai.56.
Vniuersi canes muti, non valentes latrare. ¶ Hyena copulaẽ
carnaliter cum leæna æthiopica, et generat animal crudelis- 8
simum dictum crocutam, voces bestiarum, et hominum imi
tantem, plures dentes esse continuo, et ordines dentium in
vtraque mandibula habentem, vt dicit Plin.lib.8.c.30. Dicit
etiam idem crocutam esse animal ex cane, et lupo conceptu
omnia dentibus frangentem, et fracta protinus ventre confi
cientem. Et forte ista est leucrocuta, de qua idem facit men
tionem lib.8.c.21. Charissimi leęna quę est vxor leonis id est
Christi vel viri iusti, est ecclesia vel religio, quæ bene dicitur
æthiopica, quia scilicet quotidie per tribulationes varias de
nigratur, iuxta illud Cantico.2. Nigra sum, sed formosa. Sed
vere cum ista aliquando fornicaẽ hyena, id est aliqua iniqua
persona, quæ scilicet prece vel precio statum pręlationis oc-
cupat, et acquirit. Sed pro certo tunc temporis ista hyena,
id est ille malus prælatus in ista leæna.i.in corpore religionis

vel ecclesiæ generat, & producit, promouet & inducit be-
stias crudelissimas.i.viros iniquos,detractores,& adulatores
qui imitantur voces hominum quantum ad adulationem, &
bestiarum quantum ad detractionem, & ideo in ore eorum
sunt plures fortes dentes.i.mordacia verba, oīa frangentia p
detractionem, quia verè a malis prælatis non promouentur
in ecclesia vt communiter nisi mali.Figura.1.Machab.9.vbi
dicitur q̈ Bachides elegit hoīes impios,& constituit eos do-
9 minos regionis.¶ Secundum Pli.hyena a vulgo creditur cō-
cipere sine mare,sed Aristoteles illud negat.Et sm Solinum
hyena in se gignit lapidem,qui hyenium dicitur,quē qui sub
lingua portauerit,potest futura prędicere.& diuinare.Et ista
bestia in Aphrica inuenitur,quæ regio calida, & perusta est.
Talis est pro certo beata virgo,quæ sine mare.i.sine virili se-
mine Dei filium peperit,& concepit,quia Ecce virgo conci-
piet &c.Esa.7.Sed pro certo Aristoteles.i. mundi sapientes,
iudæi.s.& hæretici illud negant. Hierem.5.Negauerunt do-
minum, & dixerunt, non est ipse.quia si absorbuerit eum de
loco suo, negabit eum, & dicet, non noui te.Iob.8.Et in ista
fuit genitus Christus lapis preciosus,qui fecit homines,scili
cet prædicatores,& prophetas diuinare,& prædicere de fu-
turis.Qui loquutus est per prophetas &c.Et ista bestia in A-
phrica.i.in feruore charitatis,& pęnitētiæ fuit orta.Ideo de
ea potest dici illud Esai.43.Glorificabit me bestia agri &c.
10 ¶ Hyena odit pantheram,& eam persequitur atq; lædit. Vn
de si pelles vtriusq; coniungantur vel alicubi ponantur,pau
latim pili pantheræ defluunt atque cadunt.Hyena est vlura-
rius diues,causidicus vel auarus. Panthera quæ est bestiarū,
omnium amica sm Isid.significat simplices, & pauperes.Pel
lis autem significat substantiam temporalem . Hyena igitur
pantherā odit. qa verè tales mali bonos vicinos suos odiūt,
atque lædunt.Viri iniqui oderunt simplicitatē.Prouer.29.Et
quando pelles talium sunt coniunctæ.i.quando possessio ali-
cuius est vicina,& coniuncta hæreditati, & possessioni diui
tis,tunc verè ab eo per fraudes paulatim consumitur,acqui-
ritur & cauatur,& pilis suarum diuitiarum paulatim spolia-
tur. Alluuione terra consumitur. Iob 14.Vel expone de bo-
nis,qui malis associantur, sicut pellis pantheræ pelli hyenæ.
Sed verè pellis bonæ suæ conuersationis a mala conuersatio
ne eorum læditur,& pilis virtutum denudatur,quia qui teti-
gerit picem,inquinabitur ab ea.Eccl.13.Vel dic,q̈ odiū pa-
rentum faciliter in filios se extendit.Nā sicut hyena odit pan
theram,& ideo pellis eius depilat pellem pantheræ, sic verè
qñ duo homines inuicem se odiunt,tunc eorum pelles,i.filii
amici,& parentes eī seipsos depilant atq; lædunt, quia ve-
rè odium parentum solet in filios resultare,quia odium susci
tat rixas.Prouer.10 ¶ Hyena qñ venantem fugit, declinat ad
11 dexteram,vt possit gressus præcedentis hominis occupare,si
eum ei successerit,dicunt eū mente alienari, & de equo ho-
minem decidere.Hoc est dictu,si hyena possit facere,q̈ ve-
nator eam præcedat,& ipsa sequatur, tunc mens præcedētis
alienatur,& de equo cadit,& si in leuam detorserit,de facili
capitur bestia,vt magi dicunt sm Pli.li.28.ca 8.Et sic ex his,
habemus, q̈ homo qui sequitur hyenam,faciliter eam capit,
si autem eam præcedit,alienatur & cadit. Sic verè est in om
ni congregatione, quia illi qui volunt alios sequi per humili
tatē,assequuntur facilius quod intēdunt.Illi aūt qui per su p-
biam volunt præcedere , solent alienari mente per elationē,
& de equo.i.de statu suo finaliter cadunt per depressionem,
vel damnationē.vnde Hier.51.Subito cecidit Babylon,& con
trita est ¶ Si hō hyenam fugit,& præcedit,alienatur & cadit
12 .s.ipse homo.Sed si hyena fugiat,& hō eā sequatur,tunc faci
liter superatur secundum Pli.ibidem.Sic verè diabolus si ip
sum persequaris p bona opera,fugiet,si autem ipsum fugeris,
te sequetur.Vnde Iaco.4.Resistite diabolo,& fugiet a vobis.
13 ¶ Item Plin.dicit q̈ corde,& iecore hyenæ vtuntur, magi in
suis operib Fel etiā ipsius multum valet contra caliginē ocu-
lorum.Hyena est peccator,fel eius est ira, & tribulatio, cor
sapientia,& discretio,iecur desiderium,& affectio, & perse-
cutio,q̄ oīa verè iustis,& perfectis sunt medicinalia, & salu-
bria,qui illis sciunt bñ vti,qa per fel tribulationis istorū vi-
sus,& discretio bonorum illustratur,inquantum.s.a pingue-
dine deliciarum,& a puluere diuitiarū p eos denudat. Quia
diligentibus Deum, oīa cooperantur in bonum.ad Rom.8.
14 ¶ Hyena odit canes,& homines,& ideo sepulturas cauat, &
de fossis suis homines extrahit,& eos deuorat, & māducat.
Sic verè raptores odiunt,& persequuntur canes.i.malos, &
homines.i.bonos,& ideo eos de sepulchris suis.i. de domib.
& habitaculis violenter vel fraudulenter eiiciunt, & carnes
eorum.i.substantiam temporalem deuorant, & consumunt.
Didicit capere prædam,& homines deuorare.Ezec.19 No-
ta q̈ cum supra dicatur,quòd hyena habet oculos mobiles,
inueni alium librum vbi dicitur,quòd habet immobiles, &
stabiles,& ideo aliter est exponendum.

## *De Hinnulo.* *Cap. 11.*

Hinnulus est cerui filius ab innuendo dictus,eo q̈ nu-
tu matris abscōditur. Aīal est debile, & imbelle,acu 1
ti visus, velocis cursus, carnes habet teneras propter
motus frequentiam,mater eius eum abscondit, & vl
tra tubera,& spineta saltare, & si fuerit castratus in iuuentu-
te,caro est melior,vt dicit Isid.li.12.Sic est de nouitiis & iu-
uenibus religiosis.Nam quia adhuc sunt debiles, & infirmi,
& ad pugnandum contra tentationes inermes pariter, & im
belles, ideo mater religio debet eos abscondere, & celare.i.
intra claustrum.Esa.16.Absconde fugientes, & vagos ne p-
das. Et debent esse acuti visus per discretionem, & contem-
plationem,veloces per obedientiam, & subiectionem, tene-
ræ carnis per pietatem,& compassionem,frequentis motus,
per pœnitentiam, & bonam operationem,& vltra spineta.i.
vltra diuitias,& mundi bona debent saltare per eorum con-
temptum,& abominationem.Ideo dicitur Cant.8. Fuge di-
lecte mi,similis esto capreæ hinnuloque ceruorum . Et si in
iuuentute est castratus per pudicitiam,vt.s.a iuuentute inci-
piat esse castus,tunc est melior,& laudabilior eius vita, quia 2
nulla est comparatio animæ continentis.Ecclesiast.26.¶ San
guis hinnuli,& sepum,& coagulum contra serpentes, & ve-
nena efficax est medicina,quia qui eis inunctus fuerit, ab eis
non læditur.Talis est Christus, sanguis enim eius, & passio,
sepum eius,id est compassio, coagulum.i.vnitas & dilectio,
nos liberat a peccatis, quia si eis inuncti fuerimus per amo-
rem,recordationem,& memoriam, tunc verè a serpentibus
id est a demonibus non lædemur.

## *De Hirco.* *Cap. 12.*

Hircus est animal petulcum,& lasciuū,semper feruens
ad coitum,sc̄dm Isid.li.12. & oculi eius semper aspi-
ciunt ad transuersum,& inde nomen accepit, qa hir 1
ci dicūtur oculorum anguli. Eius autem natura adeo
est calida , q̈ sanguis remolliat adamantem,cuius duritiam
ferrum non poterat domare, vt dicitur ibidem. Tales sunt
luxuriosi,quia tales ad litteram sunt lasciui,& curiosi, petu-
lantes & insolentes, & ideo e transuerso ad littera respiciūt,
quia verè semper habent oculos ad latera,vt videāt si sit ali-
quid quod placeat vel delectet,quia oculi stultorum in finibus
terræ.Ecclesiast.7.& 2.Petri.2.Oculos habentes plenos adul
terij.Isti.n.sunt feruentissimi ad concupiscentiam carnalem
& iden sanguis eorum.i.verba sanguinea, & luxuriosa illos,
qui sunt duri,firmi .i.& stabiles in bono proposito sicut ada-
mas,dissoluit,& ad luxuriam incitat,& emollit, sicut patet,
quia luxuriosi mulieres optimas qñq; decipiunt, & econuer
so,quia reuera spiritus fornicationis est spiritus fortis. Con
cutiens montes & conterens petras,de quo dicitur.Reg.19.
Vel hircus est bonus prælatus,qui debet esse feruens ad spi-
ritualem copulam.i.ad prædicationem, & animarum gene-
rationem,& conuersionem,& earum per fidem, & charita-
tem desponsationem . Oculi eius debent esse transuersi per
circunspectionem. Sanguis eius.i.benignitas prælatorū ada
mantes.i.duros,& lapideos peccatores,qui ferro correctio-
nis,& tribulationis non poterant edomari, remollit p contri
tionem,& compassionem & affectionem, quia verè sanguis
.i.p̄latorū benignitas obstinatos conuertit, & emollit, quos
ferrum.i.dura correctio non domauit,quia sc̄dm Greg.qui
inter flagella remanēt incorrecti lenitatis eloquio sunt mul
cendi.Vel allega de sanguine Christi,qa licet adamas.i.pec-
cator sit per obstinationē durissimus,qñ tñ Christi sanguine
tingitur,& quando per prædicationem sanguis iste super eū
stillatur,tunc saltem debet remolliri per compassionem, si ā
gi per contritionem,& conuersionem.¶ Hyrcus dicitur ca-
per a carpendo arborum.i. summitates . Post vnum annum
generat,& qui primo generatur, grossior & pinguior repe
ritur.cornua autem habet magna,& fortia atq; dura. visum
habet

habet toruũ feruens est ad actum generationis. eius sanguis
adamantem remollit. Sic prælatus qui carpit arborũ summi
tates, i. eminentias dignitatum, postquam annum. i. lac carna
litatis transierit, & dimiserit, debet generare per prædicatio
nem, cornua habere fortia per correctionē, & illos, qui sunt
primogeniti per vitæ melioritatē, debet facere pinguiores p
beneficiorum collationē. &c. sicut supra. ¶ Scd̃m Arist. li. 8. c.
3 28. Quidam hirci habent notabilem magnitudinem in auricu-
lis, sicut quidā arietes in caudis. Nā quidā auriculas habētad
magnitudinē palmæ manus. Hircus est subditus, aries est p-
latus. Igitur arietes, & prælati debent pcellere alios in cauda
longa. i. in pseuerantia, & lōganimitate. Sed vere hirci. i. sub-
diti debent pcellere in auriculis. i. in obediētia, & humilitate
4 quia debēt esse multū audiētes, & obedientes. Auris audiēs,
beatificabat me. Iob 29. Audi tacēs &c. Eccl. 31. ¶ Hircus ha
bet aspectū toruū, barbā prolixā, caudā breuē, cornua dura,
pilū hispidū. Et est hircus grauis, & fœdi odoris, magnæ pin-
guedinis, & maximè circa renes. Et ī pp ei' pinguedinē fa
ciliter moritur, nisi attenuetur. Sic verè mundani, & maximè
sapiētes, diuites & auari habēt oculos intellectus toruos per
malitiā, inuidiā & peruersitatē, barbā q̄ significat sapientiā se
cularem, habent prolixā per sapientiæ subtilitatē. Cauda isto
rū i. perseuerātia est breuis, quia vere nō perseuerāt in bono
pposito per cōstantiæ lōganimitatē. Cornua eorū. i. supbia,
& obstinatio sunt dura p crudelitatē, qa ipsi feriunt, & vul-
nerant pauperes innocentes. Hæc sunt cornua, q̇ ventilaue-
runt Iudā Zach. 1. Pili istorū sunt hispi, quia habēt vellus di-
uitiarū magnū, & longū per tēporale facultatē. Isti sunt gra-
uis odoris per luxuriā, & infamiæ fœditatē. Magnæ sunt pin
guedinis p carnalitatē, & gulositatē, & maximè circa renes
i. quantū ad renū luxuriā exercēdā, qa pinguedo, & deliciæ
taliū semp ad luxuriā ordinanī, qa longe est Deus a renibus
ipsorū. Hier. 12. Et iō tales deliciosi faciliter moriūī p diuer
sa pctā, nisi pinguedo deliciarū talibus subtrahaī, qa prodiit
quasi ex adipe iniqtas eorū. Vel dic de hypocritis, q̧ sunt hir
suti pili per habitus asperitatē, plixę barbæ per vilitatis, &
probitatis simulationē, caudæ breuis p mortis futuræ recor
dationē, & perseuerantiæ perditionē. Et tñ interius. s. in cor
de sunt pingues p delicias, & carnalitates, fœtidi odoris per
luxuriā, & fœditatē. Et iō isti moriunī per mortis æternæ dā
nationē. Isti. n. circa renes sunt pingues. i. quantū ad affect' lu
xuriæ delicati. Hier. 12. Prope es tu ori ipsorum, longe aūt a
renibus eorum ¶ Hirci qñ sunt nimis pingues, faciliter mo-
riuntur, & a generatione impediuntur, quia quanto pingue-
dinis sunt maioris. generationis sunt paucioris, & iō sapiētes
pastores tales occidunt, vel eos macrificantes. ad vitā seruāt.
Sic verè illi, qui sunt multum impinguati diuitijs, & deliciis
huius mundi, faciliter moriuntur per pctm̄, quia vere mundi
prosperitas (qñ hō nescit ea vti) causa est multorum malorū
. s. superbiæ, luxuriæ, & hmōi, quia impinguatus est dilectus,
& recalcitrauit. Deu. 32. Tales. n. sunt paucę generationis, qa
pro certo mundi diuites parū aut nihil de fructu bonorum
operū generāt, & producunt, imo rectè sunt steriles oī bono
quia prosperitas est aqua hierico, quæ facit sterilē terrā. Vn-
de Esa. 47. venerunt tibi duo hęc sterilias atq; viduitas. Et iō
pastor bonus. s. Christus tales aut occidit per mortem æter-
nam, aut eos macrificat per diuitiarū, & prosperitatis subla-
tionem, vt sic ad vitam. s. perpetuam reseruentur, quia impos
sibile est diuitē intrare in regnū cęlorū. Mat. 19 Et istud pa-
tet, qa Deus oēs amicos suos macrificauit p tribulationē, &
paupertatē, vt vitā gloriæ eis daret. Quia q̧ non renunciaue
rit oibus, quæ possidet, non pōt meus esse discipulus. Luc. 14.
6 ¶ Licet hircus aliqñ sit macer exterius, tñ interius inuenitur
multum pinguis. Quāto aūt est pinguior, tāto minus pōt ge
nerare. Sic verè hypocritæ licet sint exterius macri per pœ-
nitentiam, & austeritatem, tñ interius sunt pingues per lu-
xuriam, & carnalitatē, quia in aperto sunt boni in occulto lu
xuriosi, & ideo tales ad generandū aīas. i. ad prædicandū, &
peccatores conuertendū nihil valent. Et est hircus feruēs ad
coitum, sic isti. Figura Leu. 10. vbi dr̃ q̧ hircus licet esset ob-
latus super altare Dei, tñ exustus inuentus est, cū deberet ab
aliis manducari, Sic verè multi licet in altari Dei. s. in religio
ne vel ecclesia sint oblati per luxuriam, & auaritiā cōburun
tur. Hie. 6. In igne consumptum est plumbum. ¶ Scd̃m Arist.
7 li. 4. de generatione aīalium. c. 4. hircus est aīal mōstruosum,
quia aliqñ visus est habere cornua in crurib. Carnes aūt hir-
cinæ sunt duriores, & indigestibiliores, & peius generāt nu-
trimentū, quā pecorinæ, & maximè si sit senex. Hircus est di
ues, cornua eius sunt diuitię, & amici, qui ipsum sustinent atq;
fouent. Cornua aūt significāt superbiā, & elationē, quia pro
certo multi habent cornua in cruribus, qa. s. de ipsis suis ami
cis, & fautoribus accipiūr cornua inquantū pp eos in super
biam extolluntur. Et tales etiam qñ sunt senes i. in vitijs anti
quati, pro certo sunt duri per incōpassionē, indigestibiles seu
inconuertibiles per obstinationem, pessimi nutrimēti p ma-
lorum exēplorū exhibitionē, fœtidi odoris per famæ, & vir
tutū pditionē. Ecce hircus ab occidēte. &c. Dan. 8. Quia ve-
re hircus. i. peccator in malis cōsuetudinibus antiquatus, ni-
hil valet spūale nutrimentū. i. ad bona exēpla, & documenta 8
aliis conferendū. ¶ In hircis decrepitis, sm̄ Isaac, cutis est me
lior, odor aūt grauior, caro peior. Si aūt castratus sit, tūc ca
ro efficitur humilior, melior & suauior ad edēdū. Hircus est
peccator, & maximè luxuriosus, q̧ qñ est decrepitus. i. senex,
tunc vere licet cutis. i. exterior apparētia aliquotiens sit bōa
tñ odor. i. infamia luxurię, & caro. i. eorū vita sunt pessimę at
que graues, quia sunt duri per incompassionē, indigestibiles
per obstinationē. Veruntñ hircus si castratus fuerit, caro ei'
efficiī melior humidior, & sapidior ad edēdū. Sic verè hoies
si castrati fuerint per castitatē, tunc caro eorū. i. vita efficitur
humida per pietatē, suauis per benignitatē, & aliis vtilis atq;
sana. ¶ Scd̃m Pli. li. 28. c. 4. Sanguis hirci hędera nutriti miro
modo calculum dissoluit in vesica, cornu ei' exustum fugat 9
serpentes, & vlcera corrodit, fel eius visum clarificat, & pan
nū, & telā tollit. Iecur cōtra morsum rabidi canis iuuat, vri-
na cū felle leprosis confertur, & lentigines tollit. Hircus est
bonus plātus, q̧ hedera sacrę scripturæ fuit nutritus. Sanguis
igiī ipsius. i. benignitas seu cōpassio, cornu eius. i. potestas, &
dominatio, fel ipsi'. i. austeritas & correctio, iecur eius. i. cha
ritas, & affectio, vrina eius. i. doctrina & pdicatio, valent cō-
tra multiplicia genera pctōrum, quia hoies calculo obstina-
tionis, a serpentibus detractionis, ab vlceribus luxuriæ, & in
fectionis. Ex his. n. visus discretionis, & intellectus clarificaī
tela carnalitatis eradicatur, lepra cupiditatis mundificatur,
& lentigo malæ conuersationis abstergitur, & lauatur. Vel
dic q̧ sanguis hirci est sanguis Chri. qui re vera sanat, & mū-
dat aias pctōrū, & adamantē. i. corda dura pęnetrat atq; fran
git. Ideo ad hoc facit figura Leuit. 4. vbi pro pctō multitudi-
nis vel principis hircus offerebaī. & sic princeps, & populus
sanctificabaī, & purificabaī. Sic verè pro peccato, principis. i.
Adæ, & synagogæ. i. oium populorū, Christus fuit oblatus.
& sic p eius sanguine fuit hō purificatus, qa omnia in sangui
ne mundantur. ad Hebr. 9. Pone locis suis figuras de hircis.
Leu. 16. de capro emissario, & Dan. 8. de hirco & ariete.

## De Hericio. Cap. 13.

HEricius sm̄ Isid. li. 12. est aīal paruū, spinis vndiq; cir 1
cūtectū, quæ sunt ei loco armaturæ, qa statim, q̧ ab
aliquo psequiī, intra spinarū suarū ambitum se inuo
luit, & sic ab aliis defensaī. Nā per eius inuolutionē,
& spinarū pūctionē tāgi ab aliis nō audeī. Ille. n. sm̄ Arist li.
1. c. 6. loco pilorū habet spinas, & sicut idē dicit, debilis ē au
ditus pluśq̄ alia quadrupeda, & inest sibi paruū corp', & spi-
narū multitudo, & hoc quia nutrimentū suū nō conuertitur
in corpus, sed in spinas. Rectè charissimi tales sunt diuites, &
mundani, quia pro certo tales habent paruū corpus quantū
ad grās, & virtutes. Non. n. habent sufficientes dimēsiones. s.
longū fidei, altū spei, latū charitatis, & profundū humilitatis
qa forsitā paruuli sunt, & ignorantes. Hie. 5 Spinarū tñ. i. di-
uitiarū pungentiū, & cor & mentē inquietantiū, vndiq; mul
titudine sunt vallati. Vnde parui sunt corpore. i. quantū ad
virtutes, magni tñ sunt quantum ad spinas. i. quantum ad di
uitias, & mundi facultates. Et rō est, quia pro certo humor
eorū, & nutrimentū. i. interior affectio non transit in corpus
sed in spinas, quia verè suę affectiones ad diuitias, non ad vir
tutes ordinanī, & iō ipsi pctōres in seculo obtinuerunt diui-
tias Sed p certo istæ spinæ, & diuitiæ sunt eorum armatura,
qa vere qñ pp falsos contractus vel alia crimina a principib',
iudicib' & plātis persequunī, & in causam trahunī, tūc vere in-
uoluut se, & includūt per suorū actuū excusationē, & spinas
suas. i. diuitias eis obiiciunt, & opponunt per munerum lar-
gitionē, & sic ab eis no tanguni per punitionē, sed immunes &
liberi fugere dimittunī. Donū. n. hominis dilatat viā eius, &
ante

ante principes spatium ei facit. Prou. 18. Et sic pates, ꝙ spinę
diuitiarũ sunt diuitibus armatura, quia substantia diuitis vr
bs fortitudinis eius. Prouer. 10. Eccl. 7. Sicut liberat sapien-
tia, sic & diuitiæ. Istis ẽt spinis. i. diuitiis sunt indui i loco pilo
rũ i. loco exteriorũ gratiarũ, & virtutum, q̃a nihil aliud sunt
hæc oĩa nisi q̃dã corporis indumenta, ſm Greg. Et ideo pro
certo tales sunt debilis auditus, quia vere mali diuites, & p-
curatores non pñt hodie audire sibi vtilia. s. verbi Dei p̃dica
tionẽ, iustorũ & prædicatorum correctionẽ, pauperũ & ege
norũ supplicationẽ, sapientũ doctrinã, & monitionẽ vel eru
ditionẽ. Ideo dr̃ ei illud Hie. 22. Locutus sum tibi in abundã
tia tua, dixisti, non audiã. Et Hie. 6. Incircuncisę aures eorũ,
& audire non possunt. Vel dic de malis, & incorrigibilibus,
qui nolunt audire. s. correctionẽ prælatorũ vel aliorũ, & qñ
insequuntur ab alijs vt corrigantur, tunc vere inuoluunt se p
excusationes, ita ꝙ nihil de eis apparet, quia nõ possunt vide
ri quales sunt, & tangentes se. i. corrigẽtes, spinis suis. i. malis
verbis, & pũgitiuis lacerant atq; pũgũt, q̃a qui arguit deriso
rẽ, ipse sibi iniuriã facit. Prouerbi. 9. s. derisor. ¶ Hericius ſm
Isid. ibidẽ, in vites & arbores ascẽdit, poma vel vuas deiicit,
& cũ in terrã ceciderit, in eis se inuoluit, ita ꝙ spinis ipsius in
figitur, & sic eas portat in cauernã pro filiis educãdis. Sic ve
rẽ sunt mali prælati, q̃ ascendunt in arbores. i. in statũ præla-
tionũ, & dignitatũ, & poma quę sunt ibi. i. diuitias tempora-
les congregant, colligunt, accumulant & acquirũt, quia ho-
die nõ attendũt vtilitatẽ subditorũ, sed propriũ lucrũ, quia
Oẽs quæ sua sunt quærunt, nõ q̃ Iesu Christi. ad Phili. 2. Et iõ
in istis pomis se inuoluũt per auaritiã, & nimiũ affectũ, & sic
ad filios suos. i. ad parentes, cognatos & affines nutriendos,
& ditandos eas ordinanť, & ad cauernã suã. i. in patres suas,
& patriã eas ferunt, quia hodie ditant parentes suos de ma-
trimonio crucifixi. Leo. n. cepit sufficiẽter sibi, & mactauit fi-
lijs suis. &c. Naum. 2. Ideo Esaiæ 34. vbi habuit foueã herici⁹
& enutriuit catulos ¶ Aliq̃ sunt hæricii siluestres, alii aquati
3 ci, sed hoc est generale, ꝙ oẽs hericij faciunt multa oua, quæ
non comeduntur. Et habet oĩs hericius parum de carne, &
multũ de spinis, & hericius habet os, & caput a parte inferio
ri, exitum aũt superfluitatis a parte superiori, q̃a pascitť a par
te inferiori, & iõ officiũ superfluitatis habet a parte opposi-
ta. s. in dorso superius, qđ tñ est contrarium in alijs aĩalibus,
vt cõiter. Sic verè charissimi, hericij. i. hoĩes habẽtes diuitias
consueuerunt inueniri tam in aqua religionis, q̃ in filiis ec-
clesiæ, & prælationis, & q̃ in terra status secularis. Sed vbicũ-
que sint diuites, faciunt multa oua. i. multa opera vel effectus
quæ non comeduntur. i. quæ non sunt digna comedi. i. imita
ri vel acceptari per exempli acceptionem, quia qui comede
rit de ouis eorum morietur. Esa. 59. Et generaliter oẽs habẽt
parum de carne. i. de pietate & compassione, multum de spi
nis. i. de temporali possessione, quia tales sunt duri per auarit
tiam, & crudeles. Ideo Numeri. 12. Caro eius a lepra deuo-
rata est. Item os. i verba & locutio, caput. i. voluntas, & intẽ-
tio est inferius. s. ad res inferiores, & mũdanas, q̃a nihil aliud
diligunt vel intendunt. Sed verè emissio superfluitatis. i. do-
na & largitas talium, per quam superfluas diuitias a se emit-
tunt, est a parte superiori. i. quãtum ad superiores, & diuites,
nam a parte inferiori. i. quantũ ad inferiores, & pauperes vel
egenos nihil emittunt elemosynarũ, quia hodie ipsi nõ dant
pauperibus, sed diuitibus, quia habenti dabitur, & abunda-
bit. &c. Mat. 4. Cum tñ deberet esse contrarium, quia os & ca
put. i. intentio, & locutio eorum deberet esse superius ad cœ
lestia, & diuina, & superfluitas diuitiarẽ suarũ deberet emit-
ti inferius versus terram. i. ad pauperes, & non superius ad p̃
latos, principes, diuites & potentes. sed contrarium fit, quia
peccatores peccatoribus fęnerantť, vt recipiant æqualia. Con
tra illud Lucæ 14. Cum facis conuiuium, voca pauperes &c.
¶ Hericius tot habet dentes, quot ventres. s. quinq;, & inter
4 dentes habet partes carnosas loco linguæ. Et sunt hericij q̃-
dam albæ cutis, & spinarum albarũ, & generant oua multa.
Sic vere charissimi, inter hoĩes ſm qualitatem ventrum. i. in-
teriorum cogitationum, & affectionum, dentes. i. verba ordi
nantur, & disponantur, quia ex abundantia cordis os loquiť.
Mat. 12. Et iõ illi q̃ sunt hericij. i. viri iusti, aculeis timoris di
uini conuallati, habent quinq; ventres. i. quinq; rerũ cogita-
tiones p quas necessaria meditanť, videlicet qđ amandum,
quia Deus & proximus, quid timendũ, quia infernus & dia-
bolus, quid fugiendũ, quia pctm̃, & mundus, quid desideran-
dum, quia cęlum, & paradisus, quid faciendum, quia. s. bona
opera, & uirtutes, & bonus actus. Et ideo dentes taliũ. i. ver-
ba debent ſm hæc quinq; diuidi, vt. s. verba sua oĩa quæ dicũt
ad aliquid istorum pertineãt. Et ista sunt quinq; verba de q̃-
bus loquitur Apostolus. 1. ad Cori. 14. Volo inquit quinque
verba in ecclesia loqui. Veruntñ inter ista verba debet eẽ car
nositas benignitatis, & compassionis, vt. s. quicquid dicimus,
sit benignũ, quia verbũ dulce multiplicat amicos. Eccl. 6. Et
debent esse cutis albæ interius per castitatem, & albarũ spi-
narum exterius per honestatem, & debent producere oua
multa. i. bonorum operum multiplicitatem. Eccle. 9. Oĩ tem-
pore sint vestimẽta tua candida. ¶ Alij sunt hericii minores 5
aliis, & minora producunt oua, & molliores sunt, & hoc sic
ſm ꝙ minus uel fortius digeruntur. Præsentiunt aũt ventos
septentrionales, & meridionales, & tunc statim fugiũt ad ca
uernam. Vnde narrat Arist. li. 9. c. 6. ꝙ Byzantij fuit quidã qui
habebat hericium, per quem pręcognoscebat, & prædicebat
ventos futuros. Sic verè charissimi inter hericios. i. inter vi-
ros iustos est differentia, quia quidã sunt aliis maiores vel mi
nores. s. quantum ad gratias, & uirtutes, oua ẽt eorum, i. ope-
ra sunt minora vel meliora. Sed generaliter oẽs hericii. i. bo
ni præsentiunt, & præuident ventos, & septentrionales & au
strales. Septentrionales sunt tribulationes, & paupertates fu
turæ. s. pęna infernalis, & tunc in cauernis pœnitentiæ, & hu
militatis se debent abscondere uel celare ne lædantur frigo-
ribus huius uenti. Ventos ẽt australes. i. prosperitatẽ æternã,
debent similiter præuidere, quia boni p̃uident futura prospe
ra vel aduersa Eccl. 7. In die bona fruere bonis, & diem malã
præcauẽ. Ad quod Eccl. 14. 7. & 8. Residuum allega contra ia
ctantiã, & de illis, qui sibi attribuunt illud qđ habent ab aliis
¶ Bizantii sunt quidã qui habebãt quendã hericiũ, quẽ cũ vi
debat ad cauernã fugere, cognoscebat ꝙ ventus septentrio-
nalis debebat flare, & iactabat se illud scire, ac si ea propria
scientia illud sciret, ſm Arist. ibidẽ. Sic verè sunt multi q̃ illã
scientiã, & illa bona quæ habent ab aliis, iactant se habere a
seipsis, cõtra quos Apostolus. 1. ad Cor. 4. Quid habes quod
nõ accepisti? ꝙ si accepisti, q̃d gloriaris quasi non acceperis?

## *De Herinaceis.* *Cap. 34.*

Herinaceus idem est quod chirogrillus, aĩal paruum, 1
& spinosum habitans in cauernis, simile hiericio, sed
dr̃ esse maius, & ſm Pli. lib. 8. c. 37. Herinacei super se
poma spinis infixa deferunt ad cauernas. sed præter
illa quæ habent in dorso, semper vnum portant in ore. Sic ve
rè boni, & iusti sunt parui per humilitatẽ, spinosi per pęnitẽ-
tiæ, & diuini timoris asperitatem, & habitant in cauernis ter
ræ per mortis, & inferni recordationẽ. Vel in cauernis arbo
rũ. i. cęli per spem, & contemplationem. Isti ergo secũ ad ca
uernam paradisi deferunt poma. i. bonorum operum multi-
tudinẽ, meritorum. s. & virtutũ, de quibus viuant in hyeme
. i. in t pe mortis. In ore autem deferunt vnum pomũ, videli-
cet gratiarum actionem, quia licet sint gratiis, & virtutibus
onerati, Deo tñ de hoc gratias agunt, & confitentur se ab eo
oĩa recepisse. Quid habes hõ quod non accepisti? 1. Corin. 4.
Vel dic ꝙ poma sunt peccatores, quos boni secum deferunt
ad cauernam paradisi. Nam quia in spinis suis. i. in duris pœ-
nitentiæ operibus infigũtur, & eũ ore suo. i. prædicatione, &
informatione ad pęnitentiam inducuntur, ideo & spinis, &
ore. i. exemplis, & verbis deferunt alios ad paradisum, & in-
de viuunt post hanc vitam, inquantum inde accipiunt glo-
riam, & mercedem. Vel expone de malis exemplis, & uerbis
prælatorum malorum, quibus subditi infiguntur, & cum eis
in cauernam inferni deferuntur. Vel dic de diuitibus, q̃ one-
rati bonis temporalibus, semper habent ea in ore per iactan
tiam. ¶ Herinaceus ſm Pli. vrinam rabificam & venenosam
habet, & quãdo coarctatur, eam amittit, vt inficiat persequẽ
tes, sed ipse ex hoc magis lęditur qua spinę eius per eam auel
lunť, & sic armis ipsi⁹ amissis inde facilius capiť, qñ euadere
cupiebat. Sic vere multi in corde interius habent vrinam
venenosam idest malitiam & falsitatem, & ideo quando in-
sequuntur ab aliis vt scilicet corrigantur vel puniantur, tũc
emittunt venenum suum. s. malitias & cautelas detractiones
& infamias quia tam in religione quam in mundo mali suos
correctores inuenenant & diffamant, & ideo hodie p̃dicato
res non audẽnt prædicare vel corrigere seu arguere peccato
res, quia non amat pestilens eum qui se corripit. Prouer. 15.

Verun-

Veruntñ sæpe accidit q exiode magis læduntur, quia.s.carma
sua,& spinas suas.i.diuitias exinde perduot, inquaotū.s.opor
tet eos emendam facere de iniurijs qoas dixerunt. Læduoĩ ẽt
ex hoc,quia famã suã ex hoc amittũt,inquantũ ex tuoc derra
ctores,& iniuriosi ab aliis reputantur,& sic magis sibi q̃ aliis
nocent,quia q proijcit in altũ lapidẽ,super caput eius cadet.
3 Eccl.27.& Prou.13.Impius confundit,& confunditur.¶ Heri
naceus vrinã habet veoenolam,per q̃ ab alijs aialib.se defen-
dit,& ideo vrinæ suæ parcit,ne suam virulẽtiam à se moueat,
vt sic semper habeat vnde possit alios venenare. vnde eã noo
expellit nisi qñ necessitas cogit eum,s.qñ à venatore fuerit in
secutus,quia tũc eam emittit,vt suos inuenenet persequẽtes.
Sic verè multi seruaot io corde suo venenum malitiæ, iræ,&
falsitatis,& cautelarum,& mala,& defectus alienos , vt sic sp
habeant vnde possint alijs nocere,contra illud Eccl.19. Audi
sti verbum de proximo tuo,commoriatur tecum. Et ideo qñ
postmodum inlequuotur ab alijs,qñ.s.aliquis eis facit aliquid
quod displiceat eis, tuoc verè statim recurruot ad vrinam ve
nenosam q̃ habent in ventre.i.ad illa mala, quæ sciuot de ip-
sis,& quę reseruauerunt in corde,& ea dicunt,& emittunt,&
sic inuenenant,& diffamant eos,contra illud Leu.19.Nõ odo
ris fratrem tuum in corde tuo,sed in publice arguo eũ. Illud
patet in multis malitiosis,qui potissimè abundant io religio-
ne,q in corde suo setuant defectus aliorũ, & post qñ irati fue
rint,illos reuelant,licet aote viderentur esse amici.Ideo Eccl.
12.Labijs suis osculabitur ioimicus,& si inuenerit tẽpus,oon
satiabitur sangoine.¶ Herinaceus quandiu est in terra , aliqñ
4 se ita iouoluit intra spinas suas,q via põt aperiri,ita q oec po
des oec os videotur,& iõ in aqua calida ponitur vel ea asper
gitur,& tunc subito aperitur,& ligatis pedib.posteriorib. su-
spenditur,& sic suspeosus fame ioterficitur,vt aculeata pelli-
cula quæ est pro panois apparandis oecessaria,apportetur,&
extrahatur.Sic verè sunt multi boni,qui positi io terra.i.in du
ritia tribulationũ,ita fortiter se constringunt per patientiã,&
boni propositi firmitatẽ,& ita se inuoluunt p suę recollectio
oem,& humilitatem,q licet impetantur, & persequaotur tri
bulationib.& tormẽtis,nunqoã possuot vinci, vel à Deo sepa
rari,& ad bona tpalia aperiri sine cutis laoiatione,quia.s.cu-
tem.i.carnẽ pro Christo tradere sunt parati. Hier.13.Ciuita-
tes Austri clausæ sunt,& non est qui aperiat.Et ideo diabolus
videns istorũ fortitudinẽ,& valorẽ, ponit eos in aqua calida
.i.in deliciis,& prosperitate mundana, vtpote quia procurat
eis p̃lationes,officia,& fauores seculares,& tunc aspersi aqua
ista,paulatim aperiunt ad delectabilia mũdana,vitia, & pctã.
Figura Exo.1. vbi Pharao præcepit masculos in flumine sub-
mergi , & fęminas reseruari.&c.quia.s.Pharao.i. diabolus p-
curat masculos.i. viros perfectos poni in aqua prosperitatis
mundanæ,vt ibidẽ per vitia submergantur,& sic pedes.i.affe
ctus eorum alligantur,s.vincolo malæ coosuetudinis,& p ia-
ctantiam,& elationem suspenduntor,& fame.i. auaritia cru-
ciantur,& sic per diuersa crimina moriuntur,& pellis aculea
ta.i.aculeus timoris Dei,& asperitas pęniteotiæ eis adimitur
& aufertur,quia sicut vr̃ ad oculũ,multi qui ante statum p̃la-
tionis vel alterius psperitatis erant magnæ pniæ,& humilita
tis,tandẽ efficiuntur,superbi,elati,& auari,& deliciosi, sicut
patet in Saul,qui ante regoũ fuit bonus,humilis,& benignus
post regnom aũt crudelis,impius & superbus.Et sic diabolus
quos oon põt vincere per tribulationes,consueuit,vincere p
delectationes,& quos noo vincit per aspera,superat per pro-
spera. Vel per herioaceum iotelligo diuites,qui pelle aculea-
ta.i.substantia temporali,& diuitijs sunt induti . Isti ergo dũ
suot in terra.i.in vita præsenti,ita sunt inclusi, & iooolutí per
cautelas,& falsitates,& suorum falsorum cootractuum pallia
tiooes,& excusationes,q vix pñt videri. Exẽplifica de vsurai
riis,& adoocatis,qoia pro certo pedes,& manus istorum.i.in
tentio,& affectio aliis sunt ignotæ.Esai.24.Clausa est oĩs do-
mus nullo introeunte.Sed pro certo qõ post mortẽ tales po-
nẽtur in aqua miseriæ,& tribulationis ioferius, & in inferno,
tunc apetientur,& reuelabuntur iniquitates eorum, & appa
rebuot,& caput,& pedes.i.peruersæ intentiones, & affectio-
nes , quia quilibet leget io conscientia alterius oĩa sua vitia,
& pcta. Dne qui aperis librum,& soluit sigoacula eius. Apoc.
5.Et tunc ibi suspendentur, & aqua ferueotissima bullientur,
sicut dr̃ amos 4.Leuabuot vos io contis,& reliquas vestras in
ollis feruentibus. Vinculis etiam æternæ senteutiæ ligabunt,
& fame perpetua damuabuntur,& pelle aculeata.i. bonis tẽ
poralib.& diuitijs prioabuntur.Aĩam suam non laturabunt.
Eze.7.et Esa.5.Nobiles eius interierunt fame , & multitudo
eorum siti exaruit.Leu.1.Detracta pelle hostię mẽbra per fru
sta cooncident .¶ Licet herinaceus parum aut oihil de se va- 5
lear,aculei tñ pellis suæ vtiles sunt,quia panni ex eis lenificã-
tur,& præparantur. Sic verè peccatores de se nihil valẽt quo
ad Deũ,spioæ tñ suæ.i.tribulationes, & punitiones Deo sunt
necessariæ,quia.s.pannos suos.i. bonos, & iustos hoĩes leoifi-
cat,& corrigit cum eisdẽ,& ipsos præparant, vt fiant apti ad
hoc q efficiantur ipsius iodumentum, & spũale ẽt ornamen-
tum,in die.s.solemoitatis æternæ. Vnde sumpsisti vestimenta
tua multicoloria,& ornata es eis. Eze.16.Deus.n.spinis,& tri
bulationib.malorum vtitur ad bonorum correctionem,& pu
nitiooẽ,qm̃ s̃m Greg.vtilitati bonorum militat iniquitas re-
proborum.¶ Secundom Pli.ibidem,herioaceus hoc habet p 6
prium.,q qñ oneratus pomis vadit ad cauernã , si vnũ pomũ
ceciderit,prę indigoatione oĩa alia dimittit,& deponit,& ite
rum ad arborem reuertitur,vt iterũ oneretur.Sic verè mul-
ti suot qui ooerati pomis.i.virtutib.teodunt ad caueroã para
disi,sed aliqñ cadit eis vnũ pomũ.i.vna virtus, vt quia delin-
quunt in voo pctõ,quia fortè perdont castitatem,tunc verè sę
pe accidit q præ indignatione,& desperatione oẽs alias de-
ponuot,qoia.s. qñque per desperationem coonctis virtutib. se
deoudaot,& cunctis vitiis se exponũt, qñ vident se in voo cri
mine cecidisse, quia q in vno peccauerit multa bona perdet.
Eccl.9.Et tunc vaduot ad arborem.i.ad mundanam prosperi
tatem,& oouis pomis.i.diuitiis,& deliciis,pctis etiam,& vi-
tiis se onerant atq; tegunt.Poma tua desiderabilia recesserũt
à te.Apo.18.Vel dic q [illegible] quo casu poma sua.i.vir-
tutes,& gratias perdiderit,debet ad arborem i.ad Christum
iterum reuerti per gratiam,& amorem , & se iterum pomis,
& virtutib.onerare per pniam,& ad cauernam paradisi quã-
to citius poterit properare, & summè cauere ne iterum sibi
cadant,quia s̃m Senecam, Cautio est in reliquum lapsus an-
terior. Figura Num.5.de Nazareo,qui pollutus debebat ca-
pillos suos radere.i abrasos reputare, & iterum sanctificatio
nem suã sicut prius reincipere. Sic vere si homo pollutus fue
rit per pctm̃,radat pilos suos.i.superfluitatem per cõfessionẽ,
& reiocipiat sanctificationem suam per pęnitẽtiam,& mace-
ratiooem,& sic purificabitur per virtotum restitutionẽ . Vel
dic de diuitib.q qõ cadunt poma quæ afferunt.i. mondi diui
tiæ per aliquas tribulatiooes,debent indignari,s.coutra pspe
ritatem mundanam,& residoom debent deponere,s.pauperi
bus largieodo,& ad Christum(qui est arbor vitæ) recurrere,
& ibi pomis nouis,s.virtutib.se onerare,& sic ad caoernã pa-
radisi properare, vt sic dicant illud Esa.63.indignatio mea au
xiliata ẽ mihi,& Ca.7.Oĩa poma mea seruaui tibi,noua,& ve
tera. Figura Deut.24.vbi vir visa fœditate in vxore, eam di-
mittit,& aliam ducit.Sic quia mundus est fœdus, ideo detur
ei libellus repudii,& cum gloria æterna vel cum Christo nu-
bamus per gratiam,& amorem.

## *De Iuuenca. Cap. 11.*

Iuuenca est vacca iuoenis, quæ ad terram excolendam in
iugo subijci est apta,& inde dr̃ iuuenca,vel dr̃ a Ioue,cui so 1
lebat aotiquitus immolari, & est aĩal petulcum ,& lasci-
uũ,& ideo iugo subijcitur,stimulo pungitur,& sequi bo-
uem rectius coarcetor. Tauri etiam copulæ tuoc est apta , vt
cum eo coniungatur,& impregnetur, & habet carnes siccio
res quàm vituli lactaotes,sed molliores , & humidiores q̃ bo
ues decrepiti siue vaccæ. Tales sunt nouitij .i. oouiter ad reli
gionem vel ad pniam conuersi , quia tunc s. in iuuentute,ad
terram sui corporis per poiam excolẽdam , iugo statutorum
disciplinę,& præceptorum subiiciuntur,& Ioui.i.Christo de
dicantur,& immolaotur.Et quia pp ætatem iuuenilem petul
ci sunt,& lasciui,nõ stimulo correctioois punguntur,& iugo
disciplinę à p̃latis subiiciuntur,& bouẽ.i.psonas maturas seq
p imitatiooẽ cõpelluntur,& doceoi. Est q tenet manũ , & a. a-
trũ,& qui gloriatur in stimulo Eccl.38.Tauro ẽt.i, Chr̃o copu
lanẽ per amorẽ,& charitatẽ,& per merita gr̃as,& virtutes ab
eo impregnant.Cõcepimus, & quasi parturiuimus spũm salu
tis.Esa.26.Vel dic de aĩa,quæ Ioui debet per charitatis incen
dium immolari,terram.i.corpus per pœnitentiam colere, iu
go mandatorum subuci , stimulo timoris diuini pungi , bo-
uem idest bonos sequi,& imitari,tauro id est Christo per fidẽ

& charitatem copulari, desponsari, & côiungi, & ab eo bonis
a operib. impregnari. Desponsabo te mihi in fide. Oseæ. ¶ Iuuē
ca, bos siue vacca aliqñ perdit cornua, & quia nihil valet ad
arandum, solet impinguari, & tandē occidi, excoriari, & man
ducari. Illa aūt quæ habet cornua, & pôt laborare, & arare, in
domo patrisfamilias retinetur. Sic verè quidam sunt boies, q
perdiderunt cornua. i. virtutes, quæ sunt spūalia munimenta,
& ideo non possunt terram corporis excolere per puiam, nec
per bona opera laborare. Et pp hoc Deus istos impinguat, i.
diuitijs, & delicijs mūdi, quia tales dimittit Deus in seculo p
sperari. Impij. n. prosperantur, & bene est oībus qui pu aricantur, & iniquè agunt. Hie. 12. & Deu. 32. Impinguatus est dilectus, & recalcitrauit. Sed pro certo istud fit ad malū suum, &
ad damnationē suam, quia postea occidunt per mortē tpalē,
& pellis. i. possessio tpalis eis detrahitur, & in inferno perpe
tuo comedunt. Successus. n. tpalium, perpetuæ damnationis
est indicium, sm Amb. Illi tñ qui habent cornua virtutū, & la
borant per puiam, ad vitam æternam seruātur in hospitio pa
radisi. Eze. 18. Vita viuet, & non morietur. Vel dic econuerso
q sancti. & martyres primo cornua superbiæ perdiderunt p
humilitatem, terram. i. temporalia negocia arare cessauerūt
per voluntariam paupertatem, & ideo à Christo sunt impin
guati per gratiarum multiplicitatem, & tandem sunt occisi, s.
pro Chhristo per martyrium, & aduersitatem, & sic pellis. i.
sua bona conuersatio, caro occisa. i. sua mors, & passio, in vsū
aliorum fidelium est conuersa, & ad eorum vtilitatem. Tauri mei, & altilia occisa sunt. Matt.

## De ~~Leone~~. Lamia Cap. 66.

LAmia sm Aris. est aīal magnum, & crudelissimū, quod
1 nocte siluas exit. & hortos intrās, arbores frāgit, hoies
aūt mordet, & si ipsam impugnare voluerint, eos lędit.
Vnum aūt mirabile dicit idē, q. s. hō ab ea morsus, non
sanatur, nisi primo rugientis bestię vocē audierit. Sic ergo fit
q ista bestia quæ lædit hoiem mordendo, sanat eū, & liberat
rugiendo, & vocē, & anhelitum emittendo. Ista pñt applica
ri ad Christum, quia. s. ipse de silua paradisi exiuit, in hortū
mundi intrauit, arbores. i. superbos confregit hoies charitate, & contritione vulnerauit. Iste est ergo qui qñque hoiem p
tribulationē mordet, & plagam impatientiæ aduersitatumq;
miseriam sibi præbet, ita q hō dolorē miseriarū sustinet. De
istis ergo impatientiæ dolorib. non sanatur, nisi huius feræ. s.
Christi, vox & rugitus (quē in scriptura facit) primitus audiatur, & diligentius attendatur. Matt. 5. Beati qui persecutionē
patiuntur pp iustitiā, qm ipsorum est regnum cęlorum. Dicit
ēt alibi, Patientiā habe in me, & oia reddam tibi. Dicit ēt in
Psa. Multæ tribulationes iustorū. & Act. 14. Per multas tribu
lationes oportet intrare regnum Dei. Qui igitur istū clamo
rem audierit, procul dubio a dolore impatientiæ sanus erit,
nec ipsum morsus tribulationum affliget, qui ista Christi ver
ba bñ audierit, & attēderit. dicet. n. illud Luc. 1. Ex quo facta
est vox salutationis tuæ in aurib. meis exultauit infans p gau
2 dio in vtero meo. Infans inquit. i. mens. ¶ Secundū glosam su
per Thre. 4. Lamia dr quasi lania, quia. s. dr catulos laniare, &
tñ os dr lactare. Scdm glo aūt super Esa. 34. Lamia est bestia
pedes habens equinos, cętera aūt fęminea. Pli. aūt. li. 1 ? . c. 40.
dicit lamiā esse bestiam quæ in medio ventris duas habet ma
millas. Dic si vis q tales sunt multi, qui simul latrāt, & laniāt,
latrant. s. adulando, & hoiem in principio cômendādo, ipsum
verò laniant postea detrahendo, & famā, & vitam ipsius lacerando. quod etiam ad vsurarios applicari potest, qui. s. primo
lactant hoies, mutuum eis dando, tandem verò eos laniāt ex
hæredando. Thren. 4. Lamiæ nudauerunt mammas, nutrierunt catulos suos. vide supra de faunis. §. vltimo.

## De Leone. Cap. 67.

LEo gracè idem est quod rex latinè, eo q rex sit oīum
aīalium. Frons & cauda indicat leonis audaciā, & vir
1 tutem, virtus eius apparet in pectore, firmitas in capi
te, dormit apertis oculis, ignē timet, & strepitum rota
rum, & cum ambulat, vestigia sua cum cauda delet, ne venatores inueniant locum suum, vt dicit Isid. li. 12. Re vera charissimi tales debent esse leones. i. viri cautelosi, religiosi, & p
fecti, & clerici, qui alios habent exemplis, & doctrinis regere
& gubernare, quia isti pro certo debent habere virtutem in
pectore per dilectionem, & charitatem, firmitatem in capite
. i. in intentione per firmam, & bonam ad Deū voluntatē. Dor
mire debent apertis oculis per discretionem, & sagacitatem,
iuxta illud Can. 5. Ego dormio, & cor meum vigilat. Vestigia
. i. pctā præterita delere per côfessionem, & strepitū rotarū. i.
comminationes sacrę scripturę, & ignem infernalem debent
timere per iugem eius considerationem, & sic à venatoribus
demonib. non poterunt reperiri per damnationē. Vel expone de bono religioso vel viro iusto, qui si dormiat in delicijs
& prosperitate, in oculus cordis sp debet esse apertus per di
scretionē, vt. s. videat quid faciendum, quid omittendum, &
hmôi Num. 24. Cadens apertos oculos habet. Firmum debet
habere caput intentionis per constantiā, & perseueruntiā Ec
cl. 5. Esto firmus in via dñi. Et cum cauda. i. cū mortis memoria debet delere vestigia peccatorū, ne à venatorib. i. demonib. capiatur, vt sit homo tanquam nauis, quæ pertransit fluctuantem aquam, cuius cum præterierit, non est vestigiū inuenire. ¶ Qñ leo videt instare venatores nec pôt eos euitare,
nô respicit ad arma eorū, & gladios ne fortè terreatur, imo a
respicit terram, & cum cauda se percutit, & in venatores
prorumpit. Sic verè qñ demon, mundus, & caro côtra nos pu
gnant per tentationes, non debemus aspicere arma eorum. i.
delectabilia mundi, quia fortè succumberemus quasi timore
desperati, eo q non posse resistere crederemus, sed pro certo
nos debemus respicere terram. i. vilitatem conditionis nřæ,
& mortem, & cum cauda perseuerantię debemus nos percu
tere per pœnitentiam, & in venatores prorumpere per bonā
operationem, & sic mortis æternę periculum euademus. A fa
cie inimicorum ne timueritis. 1. Mac. 2. qñ. n. cauda nřa tangit
terrā. i. qñ perseuerantia nřa se extendit vsque ad terram. i. ad
mortem tunc hostib. spiritualibus, & vitijs melius repugnamus. Ideo Eccl. 7. In oibus operib. memorare nouissima tua,
& inæternum non peccabis. ¶ Leonis filius recens natus dor
mit quasi mortuus p tres dies, & tunc leo rugit, & fremit, ita 3
q totus cubilis locus tremit, & sic rugiēdo suscitare dr catu
lum dormientē, vt dicit Isido. li. 12. Leo est Deus, catulus est
humanum genus, tres dies significant tria tpa huius vitę, s. tē
pus naturæ, tempus legis, & tempus grē. Sic est igitur charissi
mi, q catulus leonis. i. humanum genus per tres dies. i. tpe na
turæ, tempore legis, & tpe gratiæ dormit. sm puluere morta
litatis, quia. s. statim q natus est homo dictū est ei. Quacunq;
die comederis, morte morieris. Ge. 3. Sed post illos tres dies
. s. in die iudicij, tunc leo de tribu Iuda Christus rugiet altissimè per tubas, & ministerium Angelorum, dicens sm Hier.
Surgite mortui, venite ad iudicium, & sic tremet locus cubi
lis, s. mundus, & infernus, quia leo rugiet, & formidabunt filij
maris Ose. 11. Et ideo tunc catulus suus, s. totum humanum
genus, resuscitabitur, & resurget, alij quidem in morte, alij in
vitam. Ideo Gen. 41. Tres adhuc dies sunt, & restituet te Pha
rao in gradum pristinū. Quia. s. rex Pharao. i. Deus post istos
tres dies restituet humanam naturam in gradum pristinum
. i. in statum mortalitatis, & sic à somno corporis suscitabitur. Vel dic quòd catulus iste mortuus est anima peccatrix,
vel etiam humanum genus mortuum per peccatum, quod
pro certo tunc temporis fuit suscitatum, qñ Christus clama
uit in cruce, Hely hely &c. Tunc enim terra tremuit, & catu
lus. i. humanum genus quod in inferno dormiebat suit p gra
tiam & gloriam suscitatum, potissime quando in triduo de
inferis est extractum. Et ideo dicitur Oseæ 6. Post duos dies
viuificabit nos, die tertia suscitabit nos. Vel expone de Chri
sto, qui postquam dormiuit in sepulchro per tres dies, tandē
à Deo patre suo excitatus, die tertia est suscitatus, quia tertia
die resurrexit à mortuis ¶ Natura leonis circa hominem est
benigna, quia hominem non lædit nisi iratus, & nisi magnam 4
famem habuerit eum non comedit nec occidit. Mulieribus,
prostratis, pueris & captiuis parcere consueuit, vt dicit Isid.
libro 12. Quod Solinus. capi. de Aphrica, & Plin. lib. 8. exem
plificant de captiua Getula muliere, quæ obuians in silua leo
nibus. ipsos placauit eloquio, dicens se captiuam mulierem,
infirmam, supplicem, indignam, prædam ipsi generosissimo
bestiarum. Aiunt. n. (vt dicit idem Plinius) preces ad eos per
uenire, & ideo (prout Ioba in libris suis relinquit) huic fęmi
næ pepercisse. Sic verè boni reges animalium, pręlati, iudices
& principes huius mundi, non lædunt homines. i. viros ratio
nabiles atque iustos, quia pro certo mulieribus. i. simplicib.
pueris. i. innocentibus prostratis. i. pauperibus, captiuis. i. suis

captia malefactorib. debēt parcere ſm magis, & minus & ſm
debitā diſcretionē, & oib. ſubuenire, ſ. alijs dimittēdo, alijs lar
giendo, alios relaxādo. Eſa. 1. Subuenite oppreſſo, defendite
viduā. Nullū. n. hoiem. i. nullū bonū virū dēor comedere nec
lædere, nec alicui pauperi damnū aliquod procurare. Precea
n. hoim dn̄t exaudire, & maximè qñ audiunt eos infirmitate
propriā allegare, & miam implorare. Figura. 3. Re. 13. vbi dr̄,
q qui iā leo ſedebat iuxta cadauer hoiſ mortui, & ſeruabat
illud, & iuxta vnū aſinū, & dr̄ ibi q nō comedit leo de cadaue
re, nec læſit aſinū. Quia verè chariſſimi tales nō dn̄t comede-
re per rapinā, nec lædere eos qui ſunt aſinus, & cadauer. i. pau
peres ſubditos, & depreſſos, ſed eos potius cuſtodire. Vel dic
oia de Deo, qui re vera p̄dātis parcit, & maximè qñ hō fragi
litatē ſuā, & Dei potentiā recognoſcit. ¶ Leo qñ eſt iratus, &
qñ acerbiter fameſcit, ſolet aliquoties hoies deuorare, quia
vt cōiter hoc fit cōtra propriā naturā. Sic verè leones, q ſunt
reges aial ū, p̄lati. ſ. & principes, aliqñ ſunt fame auaritiæ cru-
riæ, & carnalitatis. ¶ Secũdum Pli.li.8.c.55. Archelaus auctor
est ꝙ lepores quot habent annos ætatis, tot foramina habẽt
in posteriorib. & in anno, & quanto plus viuunt, tanto plures
annos, & foramina pro eijciendis excrementis, & stercorib.
à natura recipiunt, & quanto plus abundãt in annis, tãto plu
res introitus faciunt in antris suis, & quãto plus senuerint, tã-
to plures introitus faciunt in cauernam. Recte tales sunt bo
ni, & iusti, quia quanto magis in mũdo viuunt, tanto ad cauer
nã paradisi plures introitus sibi parant, & sp nouas vias salu-
tis inueniunt, & procurant. Esa.57. Viã facite, auferte offendi
cula, præbete iter. Quãto etiã sunt ætate vel morib. seniores,
tanto plures annos habere debẽt.i.tanto debent esse prom-
ptiores ad expellenda stercora.i.vitia remouenda. Vel expo
ne de auaris, & peccatorib. qui quanto plus viuunt, tãto per
pctã faciunt sibi plures introitus ad cauernã inferni, quia sp
noua crimina nouis addunt contra illud Eccl.5. Ne adijcias
pctm̃ super pctm̃. Vel dic de auaris, qui quanto plus viuunt,
tanto faciunt, & inueniunt plures modos, & vias stercoriza-
tor per luxuriam, & intrandi terram per auaritiam.i.acquirẽ
di bona terrena, quia plus sunt cupidi in senectute, q in iuuẽ
tute. Et ideo Eccl.2. Væ hoi qui ingreditur terrã duplici via.
¶ Secundum Plin. ibidẽ, lepores & cuniculi dicuntur habere 7
vtrunq; sexum, & ideo dñr gigni, & gignere sine mare. expo-
ne de Christo, qui duplicem habuit naturam.s. masculinam
.i.diuinam, fœmininam.i.humanam, & hoc quia sine mare.i.
sine virili semine fuit genitus.s.in virgine, & sine mare.i.car-
nali copula genuit.s.peccatores ad gratiã, & ad fidẽ, quia vo-
luntarie genuit nos verbo veritatis. Ia.1. Vel si vis, allega cõ-
tra nepharios Sodomitas, qui vicem vtriusq; personæ in se vi
dentur habere. ¶ Cuniculi, & lepores mirabiliter sunt fęcun- 8
di, quia qñ vnum pariunt, sp nouo fœtu altero vterus grauI-
datur. Vnde dum vnum pariunt, alium concipiunt, & ideo ta
lia aĩalia vtilia sunt, & quo ad esum, & quo ad vellus, & quo
ad multiplicem medicinam, vt dicit idẽ ibidem. Recte sic de
bet esse de bono christiano, quia vere ipse debet esse fœcun-
dus per bona opera, quia qñ vnum fętum.i. vnum bonũ opus
producit, & emittit, statim vterus voluntatis suæ debet im-
prægnari per bonum propositum alio bono opere, quia sp de
bet cõcipere, & proponere noua bona opera parturire, & sic
talis erit vtilis sibi.s.& alijs, & ad cibandum per pietatẽ, & ad
eos vestiendum per exemplarem honestatem, & ad eos medi
candum per doctrinam, & sagacitatem. Eze.47. Erũt fructus
eius in cibum, & folia eius in medicinam gentium. ¶ Coagu- 9
lum leporis valet contra venenum, & ventris fluxum restrin
git. Sanguis etiã leporis dolorẽ mitigat oculorum, nec inue-
nitur aliquod aĩal quod habeat dentes in vtraq; mandibula,
quod habeat coagulum, pter leporẽ, vt dicit Aris. Et quanto
eius coagulũ vetustius, tanto melius, fm Pli. Sic vere si habue
rimus coagulũ, & pinguedinẽ charitatis, & pietatis veri lepo
ris Christi in corde nr̃o per imitationẽ, & recordationẽ, & ẽe
sanguinem suæ dulcissimæ passionis, tunc vere venenum inui
diæ siccabitur, fluxus luxuriæ stringetur, dolor iracundiæ mi
tigabitur, & cessabit. Tale tñ coagulum.s.charitatis, & beni-
gnitatis, non habent illi qui habent dentes.i. verba detracto-
ria in vtraq; mandibula.i.superius, & inferius, superius quãtũ
ad prælatos, inferius quantũ ad subditos. tales.n.talẽ adipem
non habent, quia vere tales detractores carent vt côiter pie-
tate, charitate, & mititate. Sed vere charitas, & amor quãto
vetustior, tanto perfectior melior, quia vinũ nouum, amicus
nouus, veterascet, & cũ suauitate bibes illud Eccl.9. Ideo Lu.
Dicit.n. vetus melius est.

## De Lynce. Cap. 61.

Lynx est aĩal simile lupo, & in luporum numero cõputa 1
tur, fm Isid. habens dorsum distinctum maculis, sicut
pardus. Vrina aũt eius conuertitur in gemmam, quę lyn
curium appellatur. Sed hoc psentit bestia, & dolens, ꝙ
transire debeat in humanos vsus, vrinã abscondit sub humo,
sed ibi citius in lapidem transmutatur, & sic bestia vnde noce
re crediderat, magis iuuat, vt dicit Pli.li.8.c.38.& Isid. li.12.
Lynx significat Deum patrem, qui prius fuit lupus.s.quãtum
ad rigorem, & austeritatẽ. Vrina eius est filius, qui in ipso fuit
æternaliter generatus. Terra est beata virgo. Quia pro certo
lynx.i. Deus pater emisit per æternam generationem vrinam
.i.filium benedictum, sed tãdem in beata incarnatione ipsum
abscondit in terra id est in beata virgine, sed pro certo ibi fuit
mutatus

mutatus in lapidem preciosum.i.in hoiem.s. in Christũ. Nã Christus q rectè similis ẽ lyncurio paleas.s.attrahẽdo.i.pctõres, ex tali vrina extitit pcreatus, quia hõ iacit sementem in terram, & germinat. Mar.4. Vel dic de inuidiæ doctoribus, q vllatenus publicant facta sua, argumenta sua, & scripta sua, quasi inuidentes salnti aïarum. Vel dic q lynx est auarus, rapax & lupinus, versipellis & varius, qui re vera in arcis, & abditis suis vrinam.i.bona temporalia habet quæ abscõdit, nolens q in vsus hoĩum conuertantur. Vel allega, q inuidi vnde magis credũt nocere homini, inde ei proficiunt, quia sæpe accidit, q illi qui ab inuidis in terra abscõduntur.i.ad statum infirmitatis, & aduersitatis deducunt, Dei prouidentia operante preciosi lapides efficiuntur. Exẽplũ de Ioseph, quẽ fratres in foueam posuerũt, & Aegyptiis vẽdiderũt, & sic eũ pdere se crediderũt, quẽ tñ occasionaliter ad Aegypti regimẽ promouerunt. Iõ Sapiens loquens de Dei prouidentia. Sap.10. dicit. Hæc venditũ iustum non dereliquit. Vel dic, q viam per quam inuidus credit vtilitatem hoĩ impedire, solet eam melius procurare. Homo.n. proponit, & deus disponit.

### De Limace. Cap. 62.

Limax est vermis, sic dictus eo q de limo nascatur, sm
2 Isid.li.12. Nam quia ex limo nascitur, ideo semper est sordidus, & Immundus, & est valde tardi motus, semper gerens concham duram, intra quam se recludit qñ ab aliquo tangitur quoquo modo, loca quæ tangit, maculat, & post se vestigia derelinquit. Rectè talis est luxuriosus, quia verè talis cum de limo.i.de vili materia, & spermate immundo concupiscentiaq; carnali nascat, iõ per gulã, & luxuriam efficitur sordidus, & immundus, & quicquid tãgit per verba sua impudica, fœdat & maculat & inficit. Quicquid.n. tetigerit immundus, immundũ facit. Numeri 19. Post se ẽt vestigia derelinquit, quia sicut dr Sap.2. Non sit pratum qđ non pertranseat luxuria nostra, vbiq; relinquam⁹ signa lætitiæ nostræ. Et Iob 41. Post eũ lucebit semita. Isti sunt lenti gradus per pigritiam, quia non mouenẽ faciliter per bonã operationẽ. Pedes eorum pigri sunt ad ambulandũ. Sap.15. Tales semp volunt esse in delicijs, & quiete, & secum concham malæ excusationis deferunt atq; portant. Nam qñ tangunẽ.i.corriguntẽ vel arguuntur de peccato suo, pro certo statim se includunt, & se celant per excusationem, & peccati sui defensionem. Claude ostia tua super te. Esa.26. Et sicut secundum Isido. tales habet nasci in imbre, & aere corrupto, sic verè luxuriosi generantur in imbre corrupto.i. in prosperitate, & delicijs mundi, & in aere infecto.i. in mala societate; quia vna mala persona, & luxuriosa aliam inficit, & corrumpit, quia modi-
2 com fermenti totam massam corrumpit 1.ad Corint.5. ¶ Limax licet sit vilis conditionis, de limo genitus, & ad limum tendat, tamen animal est cornutum, quia quædam habet additamenta cornea, cum quibus sibi viam quęrit, quæ cum obstaculum inuenerint, se retrahit, & in cõcham se recludit. Et quamuis lenti sit gradus, tamen arborum scandit aliquotiẽs summitates, & germina comedit atq; flores. Sic verè licet miser homo de limo.i.terra, & vili spermate nascaẽ, & licet ad litteram ad limum. i. ad terram iterum per mortem tendat, tamen animal est cornutum per superbiam, & elationem. Et licet sit tardi gradus quantum ad motum bonæ operationis, tamen aliquando scandit ad summitates.i.ad altarum officia dignitatum, vbi per excoriationes, & rapinas vorat, & rodit germina, & flores.i.diuitias circumiacentium vicinorũ. Nam sicut ad oculum hodie videtur, tales qui nihil valent, & sunt de vili plebe nati, aliquando præ cęteris promouentur, quia insuspicabilis portauit diadema. Ecclesi.11. & Eccle.10. Vidi stultum in dignitate sublimi. ¶ Limax vermis est vilissimus, &
3 tñ est cornutus, quando tñ aliquod obstaculum inuenit, cornua sua ad se retrahit, & infra suam concham se recludit. Sic verè hõ quamuis sit naturaliter vilissimus, tamen aliquotiẽs per superbiam fit cornutus. Veruntamen quando iste limax .s.homo inuenit in mundo aliqua obstacula.i. fortes tribulationes, & oppressiones, tunc aliqñ cornua suæ superbiæ retrahit, & humilis efficitur & benignus, & in agnitionem suæ fragilitatis propriè se recolligit, & recludit. 2. Machabeorũ 9. In agnitionem sui ductus est, percussus a domino plaga. Nam secundum Grego. Mala quæ hic nos præmunt, ad deũ citius ire compellunt.

### De Lupo. Cap. 63.

Lupus dr quasi leonis pes, quia ad modũ leonis virtutẽ habet in pedibus, quicquid.n. pede presserit, nõ viuit. Bestia est rapax, & cruoris appetens, quę rabiæ rapacitatis quamcunq; bestiolam inuenerit trucidat, vt dicit Isid.li.12. Rectè tales sunt raptores huius mundi, & principes, quia pedes sui.i.manus & vngues sunt ad modum leonis.s.acuti per rapinam, & curui per parcitatẽ.s. apti ad aliena attrahenda per acuitatem, & auare retinenda per tenacitem. Cruorem.n.i.substantiam temporalem bestiarum innocentium.i.pauperum multum appetunt, & ideo sępe eos per lites, & exactiones impetunt, & inuadunt, & ad littora quoq; perimunt & occidũt, vt cruore.i. temporali eorum substãtia satientur, sicut patet in malis latronibus, & principibus, & iu-
dicib. Ideo Sopho.3. Principes eius sicut lupi rapaces. ¶ Lu- 2
pus sm Isid. (vt dicunt rustici) si hoiem pũiderit tollit ei vocem, quia suo anhelitu aerem inficit, qui infectus hoiem contiguum voce priuat, & ideo subito tacẽti dr, Lupus est in fabula. Si autem ab hoie primo visus fuerit, tunc quasi totã deserit feritatem, vt dicit Isid.lib. 12. & etiam Plin. Rectè sic facit diabolus, quia qñ videt aliquem hoĩem bũ loquentem, & clamantem per gratam prædicationem, vel gratiarũ actionem, tunc volens sibi tollere talem vocem, primo inficit aerẽ sibi contiguum, quia.s.aliquam malam personam vel societatem quam frequentat, per luxuriam vel alias anhelitu suo.i. suis malis suggestionibus inficit, & corrumpit, & sic ille aer corruptus tangit hominem.s.iustum sacerdotem, prædicatorem, vel alium, per mala verba, tactum & opera, & cũ similiter inficit per malas delectationes, & corrumpit p cõsensus & operationes, quia Corrumpunt bonos mores colloquia praua 1.ad Cori.15. Et sic talis perdit vocẽ prędicationis vel orationis, vel gratiarum actionis, quia pro certo hõ taliter p luxuriam vel alias infect⁹, statim cessat emittere tales voces. Eris quasi mutus, nec quasi vir obiurgans. Ezec.3. Patet in sacerdotibus luxuriosis, qui alios propter hæc non audet edere delinquentes, nec contra lupum diabolũ clamare. Raucæ factę sunt fauces meæ. Si aũt sua malitia præuisa fuerit per cautelã, tunc si homo voluerit, non nocebit 2.ad Corin.2. Non ignoramus cogitationes eius ¶ Lupi sm Isid. ibidem, non nisi per duodecim dies in anno coeunt, famem diu sustinẽt, sed post longa ieiunia multum comedũt. Et sunt in Aethiopia lupi iubati, q ita varij sunt, vt null⁹ color eis desit. Rectè tales sunt cupidi & auari, causidici & raptores. qa verè tales raro copulantur.i.raro p societatem, amorem & concordiam se cõiungunt, quia vnus in patria sua nollet alium sibi similẽ reperire. Alter alterum nõ quæsiuit. Esa.34. Isti ẽt famem auaritię multum sustinent, quia nunquã ab eis discedit. Et tales q̃uis in principio.s.iuuentutis, multum ieiunant, quia.s.cibos diuitiarum ad voluntatem non acquirũt, tñ finaliter multam de diuitiis deuorant, & manducãt, quia licet primo sint pauperes, tñ postea diuites cito fiunt. Oẽm escam manducabit venter. Eccle.36. Vel dic q tales debemus esse, primo.n.s.in hac vita debemus parum comedere per abstinentiam, & sic in altera uita satis poterimus comedere in paradisi affluentia. Debemus etiam raro copulari per luxuriam, vel nũquam, nisi in
coniugio, & tunc raro. Colorati ẽt debemus esse per bonam 4
apparentiã. ¶ In Aethiopia sunt lupi qui ita varij sunt, q nullus color eis desit, & isti sunt (sicut credo) quos Pli.li.8.c.20. chaos uocat, quos dicit habere effigiem lupi, & pardorũ maculas. Tales sunt curiosi domicelli, q iubas & crines nutriũt, contra consiliũ apostoli 1.ad Corin.11. Vir si comam nutriat, ignominia est illi. Isti aũt oẽs colores dicuntur habere, quia .s.per curiositatẽ vestiũ variis coloribus sunt ornati. Vel dic de fraudulentis, qui reuera multimodi sunt coloris per falsitatẽ, cautelã & duplicitatẽ, quia oẽs colores.i.omnes fallaciæ, & apparẽtię falsæ possunt in eis reperiri. Vestiui te discoloribus. Ezec.16. Iõ Hie.13. Si mutare põt Aethiops pellem suam, & pard⁹ uarietates suas &c. Vel dic de hypocritis, qui ad litterã multũ ieiunat.s.in aperto, sed tandem multũ comedunt in occulto. Raro coeunt per fictam castitatẽ. Multo.ũ sunt colorum per bonæ apparẽtiæ venustatem. Sumpsisti uestimenta tua multicoloria. Eze.16. ¶ Secundum Pli.li.8.c.22. Lupi in Aphrica & aliis calidis regionibus sunt parui, tardi & inertes. Illi uerò qui in frigidis regionibus gignuntur, corpore sunt maiores, & aio seuiores. Aphrica regio calida significat

gnificat delicias, & diuitias huius mundi,& statum psperita
tis,vbi feruor concupiscentiarū abundat. Regio frigida ē ti-
mor Dei,pęnitētia & tribulatio & paupertas,qa reuera cha
rissimi illi,qui in regione calida psperitatis morātur,s. diui-
tes & deliciosi,sunt minores in virtutibus,& meritis,& imp
fectiores,quam illi qui in regionibus frigidis,s.in statu tribu
6 lationis,& pęnitentiæ cōmorantur Actu. 28. Reficiebāt nos
oēs pp imbrem, & pp frigus.¶ Secundum Arist.lib.2.c.1.in
India est quidam lupus habens tres ordines dentiū in ore, fa
ciem hoīs,pedes leonis,caudam scorpionis,vocem sicut hō,
terribilē vt tuba,velox est sicut ceruus,valde crudelis, & ho
mines comedit. Vide supra de animalibus generali,vbi inue-
nies de manticora vel barriro,quia idem est sicut patet.vide
7 vbi fit mentio de manticora infra.¶ Lupi sm Arist.& etiā oīa
animalia carnem comedentia sunt magis seua qñ habent ca-
tulos,quam ante,& (vt dicit idē) lupi qñ fugiūt,ferunt filios
suos secum. Sic verè auari, & raptores mūdi magis sunt seui
per rapinam,vsuram & excoriationē, qñ habent catulos.i.fi-
lios & filias,quam alias,quia.s.tunc nituntur pro filiis acqui-
rere vel pdari, & iō vtile esset hoībus talibus, q carerent fi-
liis,quia multa mala faciunt patres pro filijs per desiderium,
& affectum.s.de eis iugiter cogitando,& pro eis ditandis sol
licitudinem habendo, quia in fortitudine manus suæ præpa-
rant panē liberis. Iob 24. Vel dic de plaris,qui magis sunt se-
ui, & crudeles quando filios habent.i. qū circa se habent suā
carnalem parentelam,quam quidem semper ferūt secum, &
semp secū habere volūt,sicut patet de multis,qui de suis ne-
potulis,parentibus & cōpatriotis,& familiaribus replent to
8 tam ecclesiam cui præsunt.¶ Lupus comedit carnes crudas,
& raro comedit herbā nisi infirmetur,qa tunc sentiens se re-
pletū, quærit & comedit quandam herbam,vt euomat quod
comedit, vt dicit Arist.lib.8.c.5. Sic verè raptores & auari,q
comedunt carnes.i. temporales substantias pauperū vicino-
rū rarissime comedunt & sibi incorporant herbam.i.pabulū
sacræ scripturæ,quia nunquā volunt audire sermones & præ
dicationem. Veruntamen aliquotiēs quando infirmantur, &
timent mortem,quia vident, q cibis malis sunt repleti i.diui
tijs malè acquisitis, vel alijs vitijs,& peccatis,tunc sibi incor
porant herbā istam.s. pęnitentiā, vel sacram scripturā, & sic
aliqñ euomunt per restitutionē vel per confessionē, diuitias
& peccata. Diuitias quas deuorauit,euomet,& de ventre eiꝰ
extrahet eas Deus. Iob 20. Quia verè mundani principes,di
uites & raptores nolunt hodie nec aliena restituere,nec pec
cata cōfiteri, nisi quando per infirmitates, & tribulationes a
domino compelluntur,qa multiplicatę sunt infirmitates eo-
rū,postea accelerauerunt.¶ Lupus qñ dentes ipsius sunt he-
betati,exit de caiterna,& solet masticare origanum,vt acuat
9 dentes suos,vt dicit ibidē lib.8. Sic verè pdicator qñ fuit in
cauerna.i.in administratione bonorum mundi,ita q dentes
.i.uerba sunt resecata,& hebetata per ignorātiā,& ruditatē,
& ad carnes.i.carnales scindēdos p argutionē, & correctio-
nē inhabiles, debet origanū.i. sacrā scripturā masticare audi
re.s.& studere,& sic poterunt acui verba sua , qa verba sapiē
tum tanquā stimuli. Eccl. 12.¶ Item idem ibidē. Quando lu-
10 pus primo esuriens satis comedit,ita q nō esurit, tunc ē val
de malus,& quiescit multū,& multū appetit ludere post sa-
turitatē & quietē. Rectè charissimi tales sunt diuites,& ma-
ximè causidici,vsurarii & balliui,quia pro certo qñ fames,&
esuries suæ paupertatis cessauit , & quando multos cibos.i.
multas diuitias sibi incorporauerunt,& acquisierunt,tūc ve
rè sunt valde mali.i.aliis intolerabiles,s.per rapinā & super-
biā,quia illi diuites sunt hodie deteriores,q de maiori penu
ria ad diuitias peruenerunt. Et iō tales sic satiati,& ditati vo
lunt quięscere in deliciis, & dormire,& multum ēt appetūt
ludere ad litteram per inanem lætitiam temporalem. Ista.n.
se habēt cōsequēter,diuitiæ,luxuria vel deliciæ,& deinde læ
titia tēporalis. Exo.32. Sedit populus māducare,& bibere,&
surrexerunt ludere.¶ Lupus sm Isid.multum appetit ludere,
11 & iō aliquotiens rapit puerum,& primo cū eo diu ludit, sed
in fine occidit eum. Et sm Homerum,lupꝰ est valde, vigil,&
mirabiliter timet ignē. Sic verè charissimi, auari & raptores
sunt multū hodie vigiles.i.multū cauti, & malitiosi.s.ad acq
rendum,& decipiendum,& ideo aliqñ rapiunt, & irretiunt,
& inuoluunt puerum.i.aliquā simplicem personam, paupe-
res.s.& vicinos suos , & qñ eum acceperunt per cautelas, &
cōtractus suos,tunc ludunt cū eo.s.ei applaudendo, bona &
meliora promittendo,vt sic eum magis inuoluāt, & obligēt
in contractibus suis. Exēplifica benè quō vsurarii,& causidi-
ci primo applaudūt pauperibus, veruntamē postea quando
satis luserunt.i.quando ipsos benè obligauerunt, & inuolue
runt tunc occidunt eos,& subtrahunt sibi vitam.i.bona tem
poralia per exhæredationem,quæ sunt sibi ad uitam necessa
ria,& nō superflua.& ideo dr Prouerb. 10. Per risum stultus
operatur scelus.& 26. Est qui fraudulenter nocet amico suo
& cū deprehensus fuerit,dicet, ludens feci. Tales ēt timent
ignem.i.asperitatem pęnitentiæ, quia vt cōiter tales nolunt
pro Deo aliquam asperitatem pęnitentiæ vel dolorē sustine
re. Vel dic de gulosis,qui satiati uolunt quiescere,& dormi-
re,& deinde ludere vel lætari,& ignem pœnitentię multū ti
ment. Allega ut supra . Vel dic de diabolo,qui multū est vi-
gil per cautelas , qui modo cum pueris quos rapuit.i.cū pec
catoribus mūdi ludit.s.eis applaudendo,& mundi delectabi
lia offerendo,sed ueerè ipsos finaliter.s.post mortem pcutiet
& occidet,s.per mortem æternā. Interficiet pueros de foris,
& iuuenes de plateis. Hie.9. Vel dic de falsis amicis,q fraudu
lenter primo applaudunt,sed in fine ecōuerso. Vel allega de
mundo,& de mundi prosperitate,qui primo causat applau-
sum sed finaliter occisionē mortis æternæ.¶ Scdm Homerū 12
in lib. de pugnis & astutijs bestiarū, lupus qñ lapides contra
eum iaciuntur,miro modo obseruat primum iacentem lapi
dem,& si ille lapis nocuerit,, si pōt interficiet iactorem, si aūt
non nocuerit,ipsum parū lædet,& quasi parum irascendo ip
sum corriget, & dimittet. Sic verè prælatus uel qcunq; alius
nō debet alios magis lædere quam sit læsus, imo sm q a lapi
dibus.i.a verbis vel iniurijs aliorū læsus fuerit plus vel minꝰ,
sm hoc debet punitionem vindictā,& correctionem debite
moderari,quia qualē inflixerit maculā,talem sustinere coge
tur. Leu.24. Qd est contra iracundos,& tyrānos, qui nesciūt
habere modum nec in uindicta , nec in correctiōe aliorum.
Vide supra de leone,vbi ponitur idem.¶ Lupi sm eundem, 13
quanto sunt seniores,tanto sunt deteriores. Nā pp defectum
virtutis tunc non possunt bestias venari, et ideo tunc homi-
nibus insidiantur,ūt eos rapiant,et infestent,quia eorum cul
mi iam sunt debilitati. Et viuunt lupi multo tēpore. Rectè ta
les sunt peccatores, et maximè auari,qa verè quanto magis
senuerunt tēporaliter,et etiam spūaliter per additionē uitio
rum,tanto sunt deteriores.s.per iniquitatem, crudelitatē et
rapinam, quia semper efficiuntur plus auari. Nam quia tunc
ppter defectum virtutis.i. sensus & discretionis et secularis
potestatis non possunt inuadere bestias.i.alios diuites,et ra-
ptores,ideo insidiantur hominibus,qui naturaliter sunt aīa-
lia nuda.i.simplicibus innocentibus, et egenis,et eos p exco
riationes,rapinas et extorsiones et torsuras impetunt, et in-
uadunt. Istud maximè patet in causidicis antiquis,qa cū cul
mi sui.i.uerba crudelia,acuta et fallacia sint resecata.qa.s.il-
li sunt azotici,iō contra diuites nihil possunt,nituntur paupe-
res iuscitare. Didicit capere prædā,et hoīes deuorare. Ezec.
19. Vnde Hie.5. Lupus ad vesperam vastauit eos. Quia.s.ta-
les ad vesperam senectutis magis solēt alios vastare. Et tales
multo tēpore viuunt, quia.s.vita talium est aliis nimia,et te- 14
diosa,qa ut dr gallicē,trop vist qui namande. Impius.n.longo
viuit tēpore in malitia sua Eccl.7.¶ Senectus lupi cognoscit
ad dentes,quia in senectute stringuntur sm Solinū. Sic cha-
rissimi, p certo senectus eorū, et maxime senectus spūalis.i.
processus uitiorum cognoscitur ad dētes.i.ad uerba, quia.s.
sunt nimis cōstricta per auaritiam, et parcitatē,qa uerba se-
num auarorum non sunt laxa per pietatem, sed stricta p im-
pietatē,quia.s.nullum uerbū pium pōt de ore suo exire. Strin
gitur uelut malleatoris incus. Iob 41.¶ Inter lupos generali 15
ter illi,q sunt pili aspioris,sunt aī audacioris, & seuioris. Sic
verè generaliter illi,qui sunt pili asperioris.i.habitus & con-
uersationis rudioris,et pęnitentiæ maioris, sunt aī audacio-
ris,s.contra uitia,et peccata,et ad bona aggrediēda. Vel dic
de rusticis,qui sub veste rudi,et aspera animum habēt crude
lem et lupinū. Vel dic de hypocritis,q sub asperitate pilorū
.i.vestimentorū,crudelitatem malitiæ semp portant: Vnde,
Veniūt ad uos in uestimētis ouiū, intrinsecꝰ aūt sunt lupi ra
paces.¶ Interiora lupi sunt valde debilia,et cito recipiūt cor
ruptionem,exteriora autem eorum sunt ualde dura, et sustī 16
nent multos ictus. Sic rectè est de peccatoribus huius mūdi
quia sua interiora.i. affectus et cōscientia sunt multum debi
lia,qa p praua desideria de facili corrūpuntur. Veruntamen
exteriora

exteriora sua.s.obstinatio, verba & effrenatio, sustinent mul-
tos ictus, qa nullus pdicator quantuncunq; feriat arguendo
& pungendo, pōt eos penetrare, imo semper duri pmanent,
& pversi, & in vitiis indurati, & multos ēt ictus.i.multos la-
bores sustinent tēporales p diuitijs acquirendis. In multitu-
dine viæ tuæ laborasti, nec dixisti, quiescā. Esa. 57. Quia plus
patiuntur mali pro mundo quā boni pro Chro. ¶ Scdm Aui
cen. lib. 8. sunt quidam lupi qui naturaliter appetūt comede
re pisces, & iō comedunt vilia quę de suis retibus eiiciunt pi
scatores, & qñ nihil tale inueniunt, ad comedēda retia se cō
uertunt. Pli. verò lib. 10. ca. 8. dicit q lupi circa Meotin lacū,
a piscatoribus, q eis aliquid proiiciatur expectant, quod si
non fecerint, expensa retia nocte lacerant. Charissimi, pisca-
tores, qui in mari huius mundi piscantur aīas peccatorum,
sunt prędicatores. Mar. 4. Faciam vos fieri piscatores hoium.
Rete eorum est pdicatio vel doctrina, per quam attrahunt,
ad littus pęnitētiæ pisces.i.peccatores. Laxare retia in captu
ram. Luc. 5. Lupi isti sunt detractores, qui verbis suis malis,
& iniquis solent pisces.i.hoies deuorare, diffamando & de-
trahendo, & ideo qñ piscatores isti.i.prædicatores de reti.i.
de verbis suis eijciunt aliqua superflua, vtpote qñ dicunt ali
qua verba leuia, & ioculatoria, tūc verè isti lupi ea comedūt
deuorant, & diffamāt, quia multi sunt qui nihil aliud retinēt
de sermone, nisi quod reprehensibiliter audiunt esse dictum.
Et qñ non inueniunt talia superflua, q possint detrahere vel
diffamare, tunc verè retē eorū.i.verba vtilia prædicationis,
deuorant & corrodunt, quia qñ non inueniunt in ipsis mala,
tunc præ furore inuidiæ detrahunt ipsorū bonis. Iō benè dr
Prouer. 23. Auribus insipientium ne loquatis, quia despiciēt
doctrinam eloqnij tui. Vel dic contra histriones, qui qñ non
inueniunt in retibus piscatorū.i.in domibus diuitū aliquid
ad comedendū.i.dona & munera, vtpote qa diuites non eij
ciunt nec dant eis aliqd, tunc verè retia sua.i.domos & stat9
eorum deuorant diffamando & detrahēdo. Eze. 8. Cū esurie
rit, irascet, & maledicet regi suo. Et audacter dicam9 hoc de
nfis modernis pdicatorib. qui.s. semper habnet oculum, q
eis aliquid detur ab ipsis piscatoribus.i.a malis principibus,
& tyrannis, quod si non fiat, solent contra eos pdicare &c. si
cut supra. Michæ 3. Si quis non dederit in ore eorū quippiā,
17 sanctificant super eū prælium. ¶ Scdm philologū, lupus for-
tis, & virtuosus est in parte anteriori, in capite.s.collo & in
pectore, sed debilis est in parte posteriori circa dorsum. nul
lo mense pōt collum flectere, nisi in maio, qñ fiunt tonitrua.
Sic rectè sunt mali, qui in parte anteriori.i.quantum ad bo-
na mūdana (quæ primo veniunt.s.in hac vita) sunt multum
fortes, s.ad laborandum, & ea administrandum, sed quantū
ad posteriora.i. quantum ad laborandū pro bonis futuris, &
æternis, p certo ipsi sunt multum debiles, qa multū possunt,
& volūt laborare pro terrenis, nihil vero pro æternis. Vt ini
19 què agerent laborauerunt. Hie. 9. ¶ Lupus nullo tempore p-
terquam in maio flectit collum, qñ fiūt tonitrua vt dicit Phi
sologus. Sic verè collum.s.superbia, elatio & duritia vel ob-
stinatio malorum, nunquā flectitur per pietatē vel humilita
tē, nisi qñ fiunt tonitrua.i.qñ audiunt, & percipiunt tribula-
tiones, & tormenta sui vel aliorū, vel qñ audiunt tonitrua di
uinarum comminationum, & pdicationū, quia tunc qnq;
terrentur, & humiliantur. A facie furoris eius pauebit Assur
virga percussus. Esaiæ. 30. Tales.n. non corrigit prosperitas,
sed auersitas. Vel dic q lupus, qui fortior ē a parte anteriori
quam posteriori, significat multos qui fortes sunt in princi-
pio.i.in iuuentute, debiles aūt in senectute. Priora tempora
20 meliora sunt. ¶ Lupus sm Phisologum, non pdatur iuxta lo
cum vbi catulos nutrit, sed in remotis locis. Noctu aūt vadit
ad prædam, & ne a canibus sentiatur, vadit contra ventum.
Oculi eius lucent vt lucernæ de nocte. Lapides multū timet.
vnde qñ duo lapides colliduntur inuicē, lupus audiens sta-
tim fugit, & audaciam perdit. Filios generat cœcos, terram
comedit qñ esurit, & vt capras, & oues capiat, sub fruticibus
se abscondit, & sic non potentia sed astutia præualet contra
oues, & si dimittitur, totum gregem strāgulat, & occidit. Ta
lis est diabolus, quia illos qui sunt propè ipsum.s.peccatores
& infideles, nō inuadit p tentationes, & tribulationes, sed ve
rè eos, qui lōgè sunt ab eo.s. bonos & iustos p posse suo im-
petit, & infestat, quia q recessit a malo pdæ patuit. Esa. 59. Ta
lis ēt in nocte ignorantiæ vadit ad pda, qa semp vellet inue-
nire obscuritatem ignorantiæ, ne suæ malitiæ viderentur vel
perciperentur. Oculi adulteri &c. Iob 24. Oculi eius.s.intel-
lectus, sunt lucentes per discretionem, quia ipse est plenus sa
pientia, & perfectus. Ezec. 28. Et contra ventum.i.contra in-
spirationē spiritussancti semper vadit per obstinationem, &
lapides.i.viros sanctos valde timet, imo ēt qñ duo lapides.i.
duo viri iusti inuicem colliduntur p bona colloquia, & ho-
nesta, tunc lupus iste nō pōt sustinere, sed fugit. Iste terram.i.
terrenos comedit, hic.s.per culpam, in fine verò per pęnam.
Et filios cęcos generat.i.peccatores filios suos semp vult es-
se cęcos, & ignorantes. Et sub fruticib.i.sub mūdi delectabi
libus se abscōdit, vt simplices & ignorantes capiat, & rapiat
per pctm. Totum ēt gregem ecclesiæ occidit per errores, si a
pastoribus & canibus.i.a plātis & prædicatoribus dimittat,
& sic contra oues.i. contra simplices præualet astutia nō vir
tute. Vel allega contra hæreticos, qui filios suos.i sequaces 21
suos generant cęcos, & in cœcitate erroris eos diligunt, nu-
triunt, atq; fouēt &c. sicut supra. ¶ Lupus de nocte prædatur
iuxta cubile suum nō rapit vt cōiter sm Phisologū, sed lon-
gè vadit prædari, ne.s. contra se & catulos suos excitet odiū
vicinorū. Sic verè est de diuitib9, & aduocatis, & de accepto
ribus personarum, qui vicinis suis.i.parentibus & amicis nō
nocent, sed oēs alios longinquos infestāt, & de nocte vadūt
ad pdā, quia verè pdas suas.i. falsos suos contractus faciunt
de nocte.i.in priuato & occulto loco, & tempore, qa quæ in
occulto ab eis fiunt, turpe est dicere. ad Ephe. 5. ¶ Lupus cō- 22
tra ventum tendit, ne canes odore percipiāt viā suā, sm Phi-
sologū. Sic verè charissimi, quia vsurarij nolunt, q canes.i.p-
lati, & iudices sentiant odorē suę malæ famæ, iō fictitiè pro-
cedunt versus ventum spiritus sancti, vtpote qa faciunt frau
des suas sub spē boni, & pauperes decipiūt sub spē mutui, vt 23
sic non percipiantur fraudes suæ. ¶ Lupus contra ventū ua-
dit, ne.s. canes ipsum præsentiant venientem. Lapidum colli
sionem timet, oculos lucentes habet, terram comedit, filios
cœcos generat, quos tñ valde diligit. & vt bestias rapiat, in
fruticibus se abscondit, sm Phisologum. Sic verè charissimi
mundi, peccatores, maximè auari, contra ventum uadūt, qa
vento.i.spiritui sancto iugiter per pctm se opponunt. Isti ēt
timent lapides.i.verba prędicatorum, & iō qñ isti lapides so
nant, & colliduntur in ecclesia.i. aliquis bonus incipit pdica
re, tunc lupi.i.tales raptores exeunt, fugiunt & declinant, qa
qui mittit lapidem inter uolatilia, deiiciet ea. Eccl. 22. Isti ha
bent de nocte oculos lucentes, quia verè multum acute vi-
dent in nocte negociorum huius mundi, sicut patet in causi
dicis, qa filij huius seculi in gnratione sua prudentiores sunt
filiis lucis. Lucæ 16. Sapientes.n. sunt vt faciāt mala. Hie. 4. Ta
les generant filios cæcos, quia verè filij istorum ad modū pa
tris per auaritiam excæcantur, quia patres eorum faciunt ip
sos causidicos, & vsurarios, sicut ipsi, quia sicut patres vestri
ita & uos. Actuum. 7. & Ioā. 5. Non pōt filius facere quicquā
nisi quod patrem viderit facientem. Isti etiam terram come
dunt, quia verè diuitias, quæ terra, & de terra sunt, comedūt
.i. sibi incorporant per affectum. Gene. 3. Terrā comedes oib.
diebus vitæ tuæ. Et vt capras.i.simplices hoies, pauperes &
innocentes rapiant, & excorient, & denudent, sub arborib.
& fructibus se abscondunt.i. sub palliationibus, & fictionib.
alicuius boni, quia sub spē pietatis, & accommodant eis bla-
da, & vina corrupta, quæ tandem tempore caristiæ repetūt,
& cum non possunt soluere, ipsos exhæredant per rapinā. &
sic astutia, & malitia prævalent contra ipsos. Ideo Matth. 7.
Intrinsecus sunt lupi rapaces. ¶ Lupus si dimittat, totū gregē
strangulat, & occidit, non.n. sufficit ei pro necessitate sua oc
cidere, nisi ēt totum gregē residuum occidat. Sic verè auari
& vsurarij totum gregem.i.totam patriam occidunt & prę-
ualent, & si à Deo viuere pmittantur. Nam si Deus permit-
teret malos diu viuere, totū gregē.i.totam terram, & patriā
dissiparent. Vnde Marc. 13. Nisi abbreuiati fuissent dies illi,
nō fieret salua ois caro. Vel allega contra hæreticos, qui totū
gregē ecclesiæ occiderent per errores, nisi eis obsisterēt pa-
stores, & canes.i.prælati & pdicatores. ¶ Lupus qñ vadit ad
prædam, si pes suus strepitum fecerit, mordet eū, quasi eum
puniens pro delicto, vt dicit Phisologus. Et sm Solinū, villū
amoris excitatiuum in cauda portat, quem cū dentibus euel
lit, qñ timet p p eum se insequi atq. capi. Sic verè charissimi
si pes noster.i.affectus allidat se per desiderium, & amorē ad
res mundi, ita q in corde nostro faciat strepitum malarum
cogitationum, & delectationum, & a præda nostra.i.a bonis
operibus

operibus nos impediat, statim debemus eum mordere per
compunctionem, nosmetipsos redarguendo & puniendo. Si
ét in cauda nostra. i. in fine vitæ sit villus amoris excitatiuus
.i. affectus vel prutitus luxuriæ, cũ dentib. i. cum verbis & ora
tionibus ipsum debemus extinguere, ne à demonibus capia-
mur. Vel dic, q lupus est plaius, qui debet habere oculos ar-
dentes per discretionem. Oculi eius sicut sol. Apoc. 1. Cauda
eius est familia, quæ eũ sequitur, pedes eius sunt subditi, qui
eũ portant. Si igit pes suus. i. aliqs subditus faciat in ecclesia,
vel in religiõe strepitum litiũ, & discordiarũ, vel in cauda i.
in familia sit aliquis villus luxuriæ excitatiuus i. aliqua psō-
na luxurio'a, tunc verè tales debet mordere p correctionē,
arguere & castigare, & de familia sua relegare, qa ambulans
in via immaculata debet ei ministrare. Vel ad litterā dic de
multis sanctis, q puniuerunt & truncauerunt mēbra, quæ ip
sis erant occasio delinquendi, sicut de illa sancta muliere An
gliæ patet, q oculos suos regi misit, eo q rex ipsam ob oculo
rũ pulchritudinē ad luxuriā stimulabat. Sicut ét de illo sum-
mo pōtifice legitur, qui dexterā sibi abscidit, eo q mulier eā
osculans ipsum excitauerat ad pctm̃. Membrum. n. q delin-
quit, vel quod est occasio delicti, est merito puniendũ, sicut
narrat Valerius de Mutio sceuola, q quia credens occidere
Personā occidit alium, manũ suā in igne posuit, & eā ibi diu
26 tenuit, & puniuit; benè ergo dicitur Mat. 5. Si pes tuus scan-
dalizat te, erue eum & proijce eum abs te. ¶ Lupus timēs ca
pi, & insequi pp villum amoris quem in cauda portat, denti
bus euellit eũ, sm Solinum. Castor ét timēs capi pp testico-
los, truncat eos. Elephas etiam timens persequi pp dentes
eburneos, frangit eos. Et sic patet, q aialia non timēt minua
damnũ sustinere, vt maius valeant euitare. ¶ Sic verè charissi-
mi nec nos debemus, quia verè si videmus pp ebur. i. pp di-
uitias nobis imminere periculum auaritiæ, itē pp villũ amo
ris. i. pp curiosum vestitum periculũ lasciuiæ, item pp geni-
talia periculum luxuriæ, debemus pro certo ista abdicare, s.
diuitias per largitatem, genitalia per castitatē, curiosum ve-
stitum per humilitatē, vt sic venatorum. i. demonum pericu
lum euadamus, quia melius est q pereat vnum de membris
27 nostris, q totum corpus mittatur in gehennam ignis. Matth.
5. ¶ Lupus aial est gulosum, quia illam partem prædæ quā co
medere non præualet, alijs aialibus non diuidit, sed in terrā
eam fodit, & abscondit, vbi multotiēs putrescit, taliter q ab
eo non comeditur, nec ab alio. Sic rectè cupidi huius mundi
prædam suā. i. bona temporalia alijs aialibus. s. pauperib. nō
expandũt per elemosynarum largitionē, imo in cauernis, &
arcis, & cellarijs reponũt, vbi ad litteram multotiens putre-
fiunt, sicut patet de blado, & vino talium, q tm̃ ab eis auare
seruantur, q necessario cōputrescunt, ita q nec ab eis, nec a
pauperibus comeduntur. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt. Ia
co. 5. Vel dic ōe diabolo, qui qñ non pōt hoies deuorare, &
occidere per mortē corporalē saltem effodit eos, in terra. i.
in amore terrenorũ, putrescere facit eos per luxuriam. Con
gregauerunt eas per cumulos, & cōputruit terra. Exod. 8. vel
allega contra gulosos, qui ita sunt voraces, q cibos suos vo
28 lunt soli comedere, & nihil alij impartiri. Eccl. 11. Nunc mā
ducabo de bonis meis solus. ¶ Secũdum Isid. Si de lana ouis
a lupo occisæ vestis fiat, vel cũ lana alia misceatur, vestis hu-
iusmodi pediculosa efficit. Sic verè qñ diabolus occidit onē
.i. aliquam personam per hæresim, & errorē, tunc lana. i. do-
ctrina talis ouis si in aliqua veste. i. in aliqua secta vel patria
misceat, pediculos. i. errores solet, & hæreses generare. Vel
dic, q lana. i. persona a lupo diabolo infecta per aliqd crimē,
si cũ aliis bonis ponatur, tunc per sua mala exempla, & collo
quia pediculos. i. malas affectiones, & desideria inter eos ge
nerabit, sicut patet de luxuriosis, qa corrũpũt bonos mores
29 colloquia praua 1. ad Corint. 15 ¶ Scd̃m Arist. Natura lupo
rũ naturæ ouiũ totaliter aduersatur. Vnde legitur, q si chor-
da facta de intestinis lupi chordæ factæ de intestinis ouiũ in
cithara misceat, ipsā paulatim destruit & corrodit, sicut plu-
ma aquilæ adiunctæ plumæ columbæ. Sic verè charissime na
tura luporum. i. crudelium tyrannorum naturæ ouiũ. i. sim-
pliciũ, & pauperũ aduersatur, quia contra bonum malũ est,
& contra vitam mors, sic & contra virũ iustum peccator. Ec
cles. 33. Nā sicut dr̃ Eccle. 52. Abominabilis superbo humili-
tas & abominatio diuitũ pauper. Et iō si chorda lupina. i. ali
quis auarus vel raptor in aliqua cithara. i. i aliqua patria, col
legio vel societate cōiungatur cum chorda ouina. i. cum bo-
na, & simplici persona, tũc verè ipsam paulatim corrodit. s. p
detractiões rapinas, & excoriationes, qa cōsiderat peccator
iustum, & quærit mortificare eũ. Istud patet in auaris, q vici-
nos suos, & socios excoriāt, & corrodunt per vsuram, & ra-
pinam. Patet ét in detractoribus, q simplices suos corrode-
re nunquā cessant. Vel per lupũ intelligo diabolum, p chor-
dulā eius intelligo malos, qui sunt de corpore suo mystico.
Per ouem autem intelligo Christum, per chordulā eius in-
telligo bonos, & simplices, qui sunt de corpore suo, qd̃ est ec
clesia, qui reuerà sibiinuicem aduersantur, qa boni a malis 30
cōtinuè corroduntur. ¶ Scd̃m Pli. li. 8. c. 34. Lycaon est genus
lupi in India, qui mutat colorem, sicut tharandus, de quo. s.
Ouidius fingit q fuit hō, qui in lupum fuit mutatus. Expo- 31
ne ergo de illo sicut de parandro infra littera p. ¶ Item idem
ibidem dicit, q thoes genus est luporũ, sed corpore longio-
ri, & crure breuiori, qd̃ non mutat colorē, sed habitum, quia
.s. in hyeme est hirsutum, in æstate uerò nudum. Est aũt homi
ni innocuum, sicut ait. Tales sunt diuites, quia. s. dum durat
hyems. i. nebulosa vita præsens, velleris per diuitias sunt hir
suti. cũ verò æstas. i. seruor mortis vel iudicij aduenerit, tunc
hirsuta substātia deficiet, & in ipsis nuditas, & paupertas vsr
tutum apparebit. Vnde animæ peccatrici dicitur Ezech. 23.
Denudabunt e vestimentis tuis, & auferent a te vasa deco-
ris tui, & dimittent nudam, & confusione plenam.

### *De Manticora.* Cap. 64.

Manticora, barritus, lupus Indicus, idem sunt. Nam 1
Pli. li. 8. c. 30. vocat eũ manticoram. Auicenna autē,
vocat eum sm græcos barriũ. Arist. aũt lib. 2. ca. 5.
vocat eum lupũ sm Indos. Nam licet diuersimodè
ab eis noīetur, tñ sm conditiones, & proprietates eius quas
quilibet ponit idē aial esse vr̃. Et est aial monstruosum, simi-
le vrso in corpore, in extremitatibus leoni, in auribus, & cri
nibus, & facie homini, in cauda scorpioni, & habet aculeum
in cauda, & pcutit pilis suis, sicut porcos siluestris setis suis,
vocem habet horribilē similem tubæ, color eius est rubeus,
sicut minium uel sanguis. Os eius est magnũ, & horrendum,
& dentium habet tres ordines in vtraq; mandibula, cum q-
bus deuorat hoīes, & est valde velocis cursus, & nulla bestia
crudelior reperitur, vt dicũt Plinius Aristoteles & Auicen-
na. ¶ Primo manticora est similis vrso in pelle, & in pedibus 2
similis est leoni. Tales sunt multi diuites, & raptores, quia ve
rè pedes eorum. i. manus & vngues sunt similes leoni quātũ,
ad rapinam, & crudelitatem, quia. s. sunt acuti. Item quan-
tum ad patcitatem, & tenacitatem, quia. s. sunt curui. Leoni
gentium assimilaui te. Ezech. 32. Item facies manticoræ simi
lis est homini, & aures, & crines, sed in cauda similis est scor
pioni, aculeũ. n. habet in cauda. Tales sunt falsi homines, qa
verè facies. i. ingressus, & principium talium (qui per faciem
denotatur) vr̃ esse similis homini, quia. s. in principio applau
dunt pauperibus, vt ipsos decipiant, ita q videntur esse ho-
mines. i. benigni, & misericordes. Patet de vsurarijs, & aduo
catis. Facies hominis vultus eorũ. Ezec. 1. Sed verè cauda. i.
finis similis est scorpioni, quia pro certo in fine inueniuntur
pungentes per excoriationē, exhæredationē & rapinā, quia
ad hoc in principio blandiuntur per fallas promissiones, vt
in cauda, & in fine pungere valeant, & vrgere. Ideo Apoc. 9.
Caudæ eorum similes serpentib. Quod etiam potest allega-
ri de detractoribus, qui in facie, & in principio blandiuntur,
in cauda & in absentia pungunt. Ideo dicuntur habere faciē
hoīs, & caudam scorpionis. Apo. 9. Aculei erant in caudis ea
rum. vel allega si ois per modum figuræ. Item māticora sm
eundē, pilis suis percutit sicut porcus siluestris setis suis. Per
pilos. n. intelliguntur diuitiæ, quia verè mediātibus istis mũ-
di tyranni percutiunt per tribulationes, & exactiones pau-
peres vicinos. Sagittis. n. interficiunt paruulos. Esai. 54. Item
sm eundem, uox manticoræ est sicut tuba. Sic verè vox diui
tum, & potentum est hodie autentica, & tubalis, quia sicut
per tubam excitantur, quidā ad prælium, & alij deterrentur,
sic verè per voces horrendas talium pauperes deterrentur,
& sui balliui, & famuli, filii & alij ad præliũ. i. ad rapinæ exer
citiũ prouocantur. Loquebatur sicut draco. Apoc. 14. Item di
cit, q color manticoræ est rubeus sicut minium uel sanguis,
per quod denotantur viri pleni malitia. Secundum. n. Aris. a.
de phisonomia, color rufus & rubeus malitiam significat tra
colorati, quia verè sunt ita cautelosi, & malitiosi, quòd præ

malitia fallacia, proditione & deceptione videntur esse rufi. Ec
ce equus rufus Apoc.6.&c. ¶ Manticora os habet maximũ,
& horrendum, & tres ordines, dentium in qualibet mandi-
bula, & ista hoies deuorat, & nulla est bestia crudelior illa,
ſm eundem. Reuera charissimi tales videntur esse mũdi ma
gniloqui, & oblocutores, quia verè os talium.i. sua verbositas
magna est & horrendã, quia verè in ore ipsorũ sunt tres ordi
nes dẽtiũ.i. tria genera verborũ. s. detractio vel infamia, elá-
tio vel iactantia, iuratio vel blasphemia, quia ad litteram ista
tria inueniuntur in ore peccatorum, quia in ore fatui verba
inenarrabilia. Eccl.21. Et ideo tales deuorant hoies non so-
lum realiter per rapinam, & crudelitatem, sed & verbaliter
per infamiam, & detractionem, & per iram & ferocitatem.
Leo factus est, & didicit capere prædã, hominesq; deuorare.
Eze.19. Et iõ benè dr, q ista bestia est aliis crudelior, quia pro
certo isti sunt cunctis alijs hominib. sęueriores. Adducã cru
delissimos de gentib. Esa.4. Dabo Aegyptum in manu domi
norum crudelium. Esa.19. Allega hic figuram de bestia simi
li vrso, quæ habebat tres ordines dẽtium in ore. Dan.7. vide
eam supra c. de Angue. Vel figuram de locusta. Apoc.9. quia
optime ad hanc rem facit, vide eã in opusculo super Apoca-
lypsim. Vel allega totum contra detractores, qui in facie.i. in
præsentia sunt hoies blandiendo, & adulãdo, in cauda verò
.i. retro in absentia sunt scorpiones. s. pungẽdo, & detrahen-
do, & habent tres ordines dentiũ &c. sicut supra. & allega fi
guram Dan.8.&c. Vel potest exponi de diabolo, qui in prin-
cipio est homini similis per fallaciam blandiendo, sed in cau-
da.i. in fine post mortẽ similis est scorpioni. s. aculeo mortis
perpetuæ vulnerando. Rufus est ẽr per malitiã, & habet tres
ordines dentium.i. genera tentationum, & suggestionum, s.
ad luxuriam, auaritiam, & superbiam, & ideò homines deuo
rat, & sibi incorporat, hic per culpam, in fine per pœnã. No-
ta q istud potest allegari contra principes vel vsurarios vel
aduocatos, vel quoslibet raptores vel mundanos.

## *De Migale bestia, quæ secundum Hebreos (vt dicit Nicolaus de lira Leui. 11.) Idem est quod hericius. Cap. 65.*

1 Migale est animal paruum, rapax & gulosum, cũ do-
lo.n. rapit, & postea vẽtri committit, & equos mul-
tum odit, & æquę prægnanti maximè insidiatur, ſm
gl. Leui.11. & contra serpentes pugnat, sed tunc se
armat. Rectè tales sunt pauperes balliui, & raptores, quia isti
sunt parui p paupertatem, gulosi per carnalitatẽ, rapaces &
dolosi per crudelitatẽ, & falsitatẽ, quia Beniamin lupus ra-
pax. Genes.49. Nam illa quæ per rapinã acquirunt, ventri cõ
mittunt, inquantũ. s. de rapinis pauperum faciunt lauta con-
uiuia, & pinguia festa, quod patet in multis nobilibus paupe
ribus, & iudicibus, qui excoriant subditos suos, vt faciant ma-
gna festa, & vt sequantur torneamenta, & similia. Et ideo ta
les infestãt equos, & multos, hoc ẽ dictu, mercatores & agri
colas sibi subditos, & equæ prægnanti, i. simplicibus diuitib.
qui sunt diuitijs imprægnati, insidiantur, s. quomodo eos per
rapinas, & exactiones valeant spoliare. Vnde in Psal. Insidia-
tur vt rapiat pauperem. Contra serpentes, i. contra mundi cu
pidos vsurarios, & auaros pugnant, ipsos per lites vexando,
falso accusando, & crimina imponendo, vt. s. extorqueant pe
cunias ab eisdem. Exẽplifica bene quõ volentes extorquere
imponunt alijs falsa crimina, vt habeant vineam suam &c.4.
2 Reg.21. ¶ Migale ſm glo. Leuit.41. est paruum animal, quod
mansuetum se fingit ex timore, qñ aliquis ei appropinquat,
sed statim mordet, & venenum diffundit. Rectè tales sunt ru
stici, & pauperes, quia verè qñ aliquis appropinquat eis, i. qñ
sunt in præsentia dominorum suorum, tunc verè præ timore
fingunt se mansuetos, & benignos, quia qui videret eos, cre-
deret quod nescirent aliquam malitiam, sed verè ipsi sunt cõ
trariæ conditionis quam videantur, quia verè isti mordent
per detractiones, & infamias, & inuenenant qñ possunt per
alia nocumẽta. Est.n. qui nequiter se humiliat. Eccl.13. Quia
nequissima pauper in ore impij. Et ideo sicut dicitur Leuit.
11. talia animalia immunda iudicabantur, quia scilicet mali
pauperes apud dominum sunt immundi.

## *De Mulo. Cap. 66*

Mulus a molẽdo est dictus, eo q molarum trahenda- 1
rũ laboribus est subiectus. Et est mulus aial sterile,
& optimũ ad labores, ſm Isidorum. Et ſm Aristo.
lib.8.ca.8. Quanto mulus plus potat de aqua, tanto
plus proficit cibus suus. Tales sunt pauperes, qui molarũ, &
pęnarum laboribus exponũtur, qui licet sint steriles quo ad
fructum diuitiarum, tñ optimi sunt ad labores. Cibus etiam
suus. i. temporalis substantia vel spiritualis gratia, tanto plus
eis proficit, quanto de aqua sacræ scripturæ plus biberint, s.
pdicationes audiendo. Vel dic, q cibus hois tunc summè p-
ficit, s. quantum ad aiam, qñ aqua pietatis, & misericordiæ in
tingitur. Bibe aquam de cisterna tua. Prou.5. ¶ Asinus aliqñ 2
miscetur cum equa, & proles quę sic ex ea generatur, dicitur
mulus, quod est aial sterile, indomitum & velox, quod non
imitatur patris paruitatem, sed matris quantitatem, quia cæ
teris asinis ẽ pulchrior, & velocior, equis tñ deformior atq;
minor. Et quia contra naturam generatur, & frigidissimę est
naturæ, ideo noluit natura talem bestiam generare, ſm Aris.
lib.2. de generatione aialium. c.6. quia sicut dicit ibidẽ. Muli
vel mulę non generant, nisi fortè rarissime. Vide eãm supra
de asino. Charissimi, per equam intelligo religionem vel ec-
clesiam, cuius proprius maritus debet esse equus. i. bonus p-
latus, qui debet hinnire per prędicationẽ, ontra purtare per
patientiæ tolerationẽ. Sed pro certo per inspirationem dia-
bolicam aliqñ sibi iungitur, & coniungitur asinus. i. aliqua ru
dis, & mala persona, stolida & inscia, & de vili plebe. Et ista
coniunctio. i. ista promotio est rectè cõtra naturam, quia nõ
decet seruum dominari principib. Prouer.29 Et ideo p cer-
to talis in equa. i. in ecclesia generat. i. promouet & producit
mulos. i. malas personas, & luxuriosas, veloces per inconstã-
tiã, & leuitatem, indomitas per duritiã, & austeritatẽ, & ste-
riles quantum ad fructum bonorum operum producendũ,
quia sicut videmus, illi quos hodie mali prælati promouent,
virtutũ fructibus non fœcundantur, sed peccatis & vitiis ste
rilescunt. Figurati per Michol filiam Saul, quæ fuit sterilis 2.
Reg.6. ideo Esa.47. Venient tibi duo hæc, sterilitas & vidui-
tas. Nam reuera charissimi, tales contra naturam generant,
& promouentur. i. contra uoluntatem diuinam. s. per pmis-
siones, dona & affectiones. ideo natura naturans deus eis nõ
dat potentiam generandi. i. bona opera producendi, nisi for
tè rarissimè, & hoc quia tales sunt frigidæ naturę per indeuo
tionẽ, & incompassionem. Et benè dicitur, q isti non sunt si-
miles patri suo. i. asino, quia verè tales non sunt similes parẽ
tibus suis carnalibus, asinis, vilibus & depressis, quia quantũ
ad honores, & diuitias, maiores sunt, & potentiores, qđ qui-
dem accidit eis ratione matris. i. ratione ecclesiæ in qua sunt
promoti, quia quãtum ad beneficia ecclesiastica, cæteros de
parentela sua præcellunt. Veruntñ equis. i. bonis prælatis, &
clericis, qui in equa. i. in ecclesia deberent produci, sunt mi-
nores, & turpiores quantum ad efficaciam, & virtutem. Isti
igitur sunt sicut equus, & mulus, quibus nõ est intellectus. Et
ideò benè prohibentur diuersi generis aialia iouicem copu- 4
lari. Leuit.19. ¶ Onager aliqñ coit cũ equa, & tunc generatur
mulus leuis, & rugiosi corporis, habẽs pedes duros, & aptos
ad cursum, ſm Pli. Et vt dicit Arist. Mulus non habet distin-
ctum fel. Sic verè qñ onager. i. bonus prælatus coniungitur
cum equa. i. cum ecclesia, tũc muli quos producit. i. illi quos
in ecclesia promouet, sunt leues per obedientiam, & agilita
tem, rugosi per pœnitentiam, & austeritatẽ, duri pedis per
perseuerantiam, & stabilitatẽ, sine felle per clementiã, & be
nignitatem, apti ad cursum bonæ operationis, & prædicatio
nis per laboris uelocitatem. Cursor leuis explicans vias suas.
Hie.2. ¶ Muli ſm Arist. nõ conueniunt generationi propter
naturalem frigiditatem in eis dominantem. Sic verè illi qui 5
sunt muli per luxuriã, & obstinationẽ, frigidi per indeuotio-
nem, non conueniunt generationi, q.a.s. nõ possunt generare 6
alios per prædicationem. ¶ Mulæ quia non cõcipiunt, id mẽ
struosa materia transit in cremẽtum corporis, & sic maioris
sunt quantitatis quam ipsi asini seu muli. Et est generale ſm
Arist. q quãto mulus plus bibit de aqua, tanto ei plus pficit
cibus suus. Sic pro certo mali mundi diuites, quia non conci
piunt bonum propositum, & operationem, ideo sunt magni
corporis. i. maioris substantiæ, & potentiæ tẽporalis. Mẽstrua
enim sua, i. superfluæ diuitiæ ab eis nõ emittũtur per elemo-
synas,

synas,imo eis cedunt in nutrimentum.i.in acquisitionem &
additionẽ nouarũ diuitiarũ, & in status sui augmentatiõnẽ,
quia sicut videmus, diuites de diuitiis suis nõ faciunt eleemo
synas,imo semper ex eis acquirunt nouas possessiones, & iõ
non mirum si magni in diuitiis præ alijs inueniãtur. Erat vir
ille magnus inter oẽs orientales. Iob 1. Cibus tñ suus.i.diui-
tiæ suæ tunc eis aliqñ proficiunt, si aqua dulcedinis, & pieta
tis fuerint saturati, vt dicant illud ps. Super aquam refectio-
nis educauit me. Alias.n.diuitiæ nihil valent,nisi aqua pieta-
6 tis & misericordiæ erga pauperes habeãt. ¶ Cũ vrina mulæ
exit sua superfluitas menstruosa,& ideo muli nõ olfaciũt vri
nam mularum,sicut faciunt aliæ bestiæ,quę soleas habẽt,ſm
Arist. Sic verè charissimi nos nõ debemus facere vrinã mu-
lierum per carnalem delectationem, sed per veram continẽ
tiam debemus ab eis abstinere. ¶ Scd̃m Isaac, carnes muli pe
iores sunt quam carnes asini ad nutriendũ,& digerendum. fi
mus aũt eius cõbustos,& tritus cum acero, restringit sangui
7 nem,& ualet cõtra ictus scorpionum, ſm Diosco. Tales sunt
mali p̃dicatores, quia licet caro.i.uita eorũ nõ valeat ad nu-
triendos alios per exemplum, veruntamen fimus.i.prædica-
tio quam egerunt, stringit sanguinẽ luxuriæ,& sanat morsus
detractionis,& inuidiæ,& cætera vitia,& peccata. ¶ Muli cõ
tra naturã nascuntur de diuersis specieb. Et sunt muli cõiter
8 malè domiti,& ad bella nihil valent, & vt cõiter vitio nun-
quam carent. Tales verè sunt spurii,& adulterini, qui de con
trarijs spẽbus generantur,i. non ex legitimo thoro, quia ve-
rè tales vt cõiter malè sunt conditionati, & domiti, & vitijs
nũquam carent. Tales ẽt sunt steriles, quia.s.tales filij adulte
rorũ fructum vt cõiter non faciunt, nec eorum progenies in
posterum prolongatur, quia filiorum peccatorum hereditas
deperiet. Sapien.4. Spuria vitulamina non dabũt radices al-
9 tas. Vide multa a ia de mulo supra de asino. ¶ Secundum He
breos, Anna Abnepos Esau primus fecit equabus asinos cõ
misceri, teste Isido. libro 12. cap. 1. Sic diabolus &c.

## *De Mure.* *Cap. 67.*

MVs ſm Isid. est aĩal pusillum, sic dictum eo ꝙ ex hu-
1 more nascatur, ſm Isido. Huius in plenilunio iecur
crescit, sicut & quædã conchylia marina, quæ decre
scente lunæ lumine itersũ minuuntur. Et dicũtur so
rices, eo ꝙ admodum serræ rodunt, vt dicit Isid. lib. 12. Sicut
ẽt Plin. dicit, inuenti sunt Lauini rosisse scuta argentea, & sic
bellum Marsicum protendisse. Theophrastus ẽt auctor ẽ cũ
a Gyaro insula mures fugassent incolas, ferrũ quoq; rosisse.
Et ſm Arist. lib. 8. c. 8. Mures non potant, ꝙ si potauerint, mo
riuntur. Et est mus aĩal gulosum, quod modica esca decipiẽ,
qñ ad gustum ipsius peruenit odor eius. Vrina aũt eius est cõ
tagiosa, & morsus venenosus, & cauda venenosa. Rectè tales
sunt hoies, quia pro certo ex humo, & humore generantur, i.
ex vili spermate, & ideo iecur eorum.i. amor & affectio taliũ
semper crescit in plenilunio.i. in prosperitate mũdana, quia
si luna.i. persona quã diligunt, est plena lumine.i. mundi glo
ria, & prosperitate, tunc vere crescit amor eorum. Si aũt lu-
men huius lunæ decreuerit.i. si mundi prosperitas cessauerit
vtpote quia deuenit ad paupertatem, & aduersitatem, tunc
verè iecur eorum.i. amor & dilectio cessat similiter, & de
crescit, quia diuitiæ addunt amicos plurimos, a paupere aũt,
& ij quos habebat, recesserunt. Prouer. 19. Quia sicut dr̃ Ec-
cle. 6. Est amicus ſm tempus, & non permanebit in die tribu
lationis. Et tales dicuntur sorices, quia p̃ certo per rapinas,
& excoriationes per infamias, & detractiones alios corro-
dunt, & deuorant more serræ, ita ꝙ ferrum & argentum.i. ip
sorum metalla, & diuitias diminuunt, pauperesq; de insula
.i. de patria, & de possessionibus suis eijciunt, & bellum cõtẽ
2 tionis, & violentiæ ipsis significant, & portendunt. ¶ Mus ſm
Aristo. rarissime potat aquam, ꝙ si biberit moritur. Aduerte
tñ, ꝙ fortè istud intelligitur de muribus libycis, dicit.n. Pli.
li. 10. c. 73. quòd in Aphrica fere non bibunt in æstate, ꝑ p inopiam imbrium. Vnde ait, ꝙ capti mures libyci si biberint
moriuntur. Sic verè peccatores aquam lactæ scripturæ raro
potant, vel aquam etiam pietatis, quia rarissime volunt audi
re sermones, vel facere pietatem, nisi fortè quando moriunt
.i. quando sunt in lecto mortis, quia tunc faciunt sua fictitia
testamenta, & aliquas eleemosynas. ideo Esaiæ. 50. Deficient
3 pisces sine aqua, & morientur in siti. ¶ Mus est animal gulo-
sum, & pro modico cibo, quando odorem eius sentit mortis
periculo se exponit. Reuera charissimi tales sunt gulosi, auidi
.s. deliciarum huius mundi, quia diabolo pro modica esca
deliciarum decipiuntur, & spiritualiter, & æternaliter occi-
duntur, similes Esau, qui pro lenticula vendidit primogeni-
ta. Genes. 25 ¶ Mus habet vrinam venenosam, morsum vene
nosum, caudam venenosam. Sic verè charissimi peccatores 4
sunt quasi in omnibus venenosi, nam vrina talium, id est ma
la istorum doctrina, vel etiam malæ eorum opera, & exẽpla,
morsus etiam istorum.i. detractio, & infamia, vel etiam ea a-
ctio & rapina, sunt venenosa, & aliis cõtagiosa, quia alios di-
uersimodè inficiunt, & corrumpunt. Et ideo benè sequitur,
ꝙ cauda eorum.i. finis vitæ merito dr̃ venenosus, quia verè
tales malè moriuntur multotiens. Vel cauda.i. senectus taliũ
est venenosa, quia tunc per mala exempla, & per auaritiam,
alios inuenenant, & occidunt. Vel dic de hæreticis, & mali-
tiosis, quorum vrina & morsus.i. prędicatio, cauda.i. finis &
intentio sunt aliis in venenum, quia habebant caudas sicut
scorpiones, & potestas eorum in caudis eorum. Apo. 9. ¶ Se- 5
cundum Pli. lib. 8. c. 37. Mures optimum habent gustum, si-
militer & olfactum, & in æstate præparant sibi grana contra
hyemis tempestatem. Nam (vt dicit) est quoddam genus mu
rium quod in autumno taliter sibi præuidet, ꝙ masculus fœ
mellam reuersam supra dorsum spicis onerat inter crura, &
sic oneratam per caudam pertrahit ad cauernam, & tunc vi-
ce versa masculus se inuersat, & eum fœmina inter crura spi
cis onerat, & sic oneratum per caudam pertrahit ad cauer-
nam, vbi latitant tempore hyemali, & sic vicibus versis alter
alterum post se trahunt, & huius rei signum est (vt ait idem)
quia illo tempore inueniuntur ipsis dorsum excoriatum, &
tales sunt mures alpium, quorum magnitudo melium est, vt
ait. Magni sunt.n. isti mures sicut melis siue taxus, & propriè
isti sunt illi quos in Auinione vocamus marmotas, qui de Sa
baudia deferuntur. Masculus iste est prælatus, vxor eius est
subditus, cui præest, cum quo debet vnari per affectum, &
amorem. Cauerna istorum est paradisus, in qua debent re-
quiescere tempore hyemali.i. post ęstatem præsentis vitæ. Fę
mina ergo.i. subditi debent se ad terram prosternere per
humiliationem, & mortis recordationem, debent etiam pe-
des & caput.i. affectum & intentionem ad cęlum eleuare, &
vertere per cęlestium appetitum, & contemplationem, & sic
prælatus debet eus onerare granis.i. virtutibus, & gratiis, &
meritis per prædicationem, vel onere diuinorum mandato-
rum per pœnitentiæ impositionem, & ad cauernam paradi-
si trahere, & post se ducere per boni exempli ostẽsionem, &
per bonum regimen, & directionem. Econuerso autem sub
diti debent prælatos adiuuare, & si ipsos viderint oneratos
laboribus, & curis officii pastoralis, debẽt cum ore.i. cũ ver-
bis, & orationibus pro eis intercedere, & quantum in se est,
ad cauernam paradisi trahere uel leuare, & portare. Bene er
go dr̃ ad Galat. 6. Alter alterius onera portate. Vel dic, ꝙ ma
sculus est Christus, qui fęminam suam.i. aĩam bonis meritis,
oneratam per caudam finalis perseuerãtiæ trahit ad cælum.
Vel dic historialiter de fęneratoribus, & uxoribus eorũ, quõ
alter alterum iuuat ad congregãdum grana.i. diuitias in ca-
uernam.i. in domum suam, & quomodo alter trahit alterum
ad lucrandum per caudam.i. per spem finalis pœnitentiæ, q a
.s. alter alteri suggerit vt nunc lucrentur, & acquirãt, & ꝙ in
fine pœnitebunt. Vel allega de bonis coniugibus, quorũ de-
bet alter alterum in suis laboribus supportare. Ad Galat. 6.
Alter alterius onera portate. Vel masculus est vir spiritualis
fęmina secularis. Illi igitur debent inuicem se iuuare, nã ma-
sculi.i. spirituales debent fęminas.i. simplices seculares one-
rare, s. bonis doctrinis, & exemplis. Econuerso autem secula
res debent spiritualibus de bonis temporalibus prouidere,
quia sicut dicitur ad Rom. 15. Si spiritualium participes facti
sunt, debẽt & in temporalibus ministrare eis. ¶ Item ſm Pli.
ibidem, Murium plures sunt species, quidam habitant in do- 6
mibus, alij in aquis, & fluminibus, quidam dormiunt per di-
midium annum sicut glires, quidam sunt lata fronte, alij acu
ta, alii sunt de herinaceorum genere pungentibus pilis. Et lĩ
cet mures pauperum panes rodant, & sint inutiles ut com-
muniter, tamen in pluribus sunt utiles. Nam ut dicit Plini.
libro 29. capit. 6. cinis murium cum melle auribus instillatus
aurium sedat dolorem. Rectè sic sunt plures species homi-
num peccatorum, quia quidam habitant in fluminibus deli-
ciarum,

ciarum,vt luxuriosi,quidam in domibus eminentiarũ,vt su-
perbi,quidã in campestribus diuitiarum, ut auari, quia non
oibus oia placent. Eccl.37. Et tales dormiunt per pigritiam
& tepiditatem, panes.i. diuitias pauperum rodunt per auari
tiam,& cupiditatẽ,licet sint eis inutiles sicut patet,sunt tñ in
pluribus vtiles,quia sicut dr̃ ad Rom.8.Diligentibus Deum,
oia cooperantur in bonum.Cinis.n.eorum.i.memoria mor-
tis suę,dat eis medicinam.Nam qñ pauperes cogitant,& cõ
siderant mortem malorum (quæ vt communiter mala est)&
vindictam iustitiæ diuinæ,ipsi lætantur,& cõsolantur,& ma-
ximè qñ medicus.i.prædicator eam infert eorum auribus p̃-
dicando cum melle dulcis consolationis,quia tũc dolor quẽ
propter eorum inuasiones sustinent,mitigatur.ps.Lætabitur
7 iustus cum viderit vindictam &c.¶ Scd̃m Pli.ibidem,fel mu
rium cum aceto tritum,& tepidum auribus instillatum,op-
timum remedium est contra bestiolas subintrantes. Fimus
eorum cum aceto tritus, purgat caput,& casum prohibet ca
pillorum,cum vino autem potatus,vẽtrem miro mõ soluit,
cinis eorum cum melle instillatus, dolorem aurium sanat,
pellis eorum recens calcaneo supraducta eius vulnera sanat.
Rectè tales sunt sancti,quia verè fel eorum.i.zelus & corre-
ctio,fimus ab eis egestus.i.doctrina eorũ,& prędicatio,cinis
eorum.i.vitæ suæ memoria,& recordatio, pellis ipsorũ.i.sua
bona exempla,& cõuersatio,si cũ melle deuotionis,si cũ ace
to mortis memoriæ,& recordationis,si cũ vino dulcis con-
solationis sumantur,multiplicem conferunt medicinã,quia
ventrem conscientiæ soluunt per contritionem,caput inten
tionis purgant per confessionem,casum capillorũ.i. virtutũ
prohibent per perseuerantiam,& durationem,& auditũ læ-
sum per impatientiam,curant per benignitatẽ,& cõsolatio-
nem.¶ Scd̃m Pli.lib.11.c.65.summus est,& maximus muriũ
fœtus,nã(vt ipse dicit)Alexãdri milites tradiderũt.120.mu-
8 res ea vna genitos,& apud Persas pręgnantes in vtero parẽ-
tis repertas,vnde nõ mirum ẽt est vnde tanta murium agre-
stium vis messes agricolarum populetur, sed nescitur qũo il
la multitudo tam repente occidat,nam nec exanimes quidẽ
vsq; reperiuntur. Sic verè charissimi maximus est malorum
prouentus, nam sæpe ab vna mure i.ab vno malo prælato, &
furace promouentur 120.mures hoc est, maxima malorum
multitudo, qui messes pauperum agricolarum ad litterã sæ-
pe depopulantur, & substantiam ẽt tẽporalem bonorum suo
rum vicinorum . Regnantibus.s.impijs,ruinę hoium. Prou.
28.Sed verè tandem multitudo illum repente occidit,& nus-
quam reperitur,quia vidi impi um superexaltatum, & eleua
tum sicut cedros libani, & transiui, & ecce non erat,& quæ-
siui eum,& non est inuentus locus eius.psal.36.

## *De Musimono, Cap. 68.*

1 MVsimonum est animal abundans in Corsyca,peco-
ri simile,cũ villo caprino,quasi medium inter oues
& capras. Habet autem hoc animal caput debilissi
mum, quamobrem auersum a sole pasci cogitur,ut
dicit Pli.lib.8.c.49. Sic verè multi sunt quasi medii inter ca-
pras,& oues.i.inter malos & bonos, qui videlicet caput rõ-
nis habent multum debile,scilicet multi simplices seculares,
quorum sensus,& imaginatio non sufficit ad vertẽdum se ad
solem,id est ad considerandum diuinitatem, vel ad meditan
dum æternæ gloriæ claritatem. Istos ergo oportet se ab isto
sole auertere, & a curiosa inuestigatione cœlestium desiste-
re,& ad partem oppositam,scilicet ad manuducibilia exem
pla conuertere,& sic cibum doctrinę sumere,& pascere, qa
pro certo multi sunt qui præ debilitate capitis,id est præ de-
fectu rõnis hæretici fierent si curiosè ad solem,i. ad diuinita
tis secreta aspicerent.Et ideo vtile est,ꝙ a talibus se auertãt,
& magis ad actiua se conuertant.Ideo Eccl.3. Altiora te ne
quæsieris . Vel dic, ꝙ fatui peccatores pro eo, quod carent
debita discretione,ad solem,id est ad Deum,& ad bona spi-
ritualia, & æterna non respiciunt, imo ab ipsis oculos auer-
tunt, & dorsum contemptus, & obliuionis eis vertunt, &
ad mundi delectabilia se conuertunt.Hierem.secundo. Ver
terunt ad me dorsum, & non faciem . Sic igitur diuitijs, &
delicijs pascuntur, & pascua spiritualia dedignantur . Vel
dic quod qui non est sufficiẽs pro contemplatiua, remaneat
in actiua.

## *De Mustela. Cap. 69.*

MVstela dr̃ atelon, quod est longum,quasi mus lon-
gus. Hęc ingeniosa ẽ,quia catulos suos de loco ad
locum transfert,ne locus suus depræhẽdatur. Hæc 1
armata ruta cõtra basiliscũ pugnat, serpentes odit
filios suos casu aliquo læsos,etiam mortuos(vt dicitur)suc-
co cuiusdam herbæ suscitat atq; curat,vt dicit Isidorus li.12.
Talis est bonus prælatus,quia debet esse longus per perseue
rantiam, catulos suos.i.subditos debet de loco ad locũ.i.de
amore mundi ad amorem cœli,de peccato ad virtutem, de
virtute ad virtutem,de gratia in gloriam translatare,per exẽ
plum.s.& doctrinam, & hoc ne uenator diabol⁹ ipsos ualeat
inuenire.Ibunt de virtute in uirtutem &c.Trãsierunt de gẽ-
te in gentem,& de regno ad populum alterũ,nõ reliquit ho-
minem nocere eis &c.Et si filij isti, id est subditi sint læsi per
tentationem,& mortui per peccatum,cum succo herbæ,i.cũ
verbis sacræ scripturæ debet eos suscitare, docendo.s.& sa-
nando. Obducam cicatricem tibi, & a vulneribus tuis sana-
bo te.Hier.30. Armati etiam succo rutæ.i.sanguine Christi,
& suæ amaræ memoria passionis , debent contra basiliscum
diabolum dimicare, & serpentes.i.detractores summopere
infestare,dicendo cum Ps.Iniquos odio habui &c.Vel dic,ꝙ
mustela est Christus,qui reuera filios suos.i.hoies per pecca
tum,Adæ mortuos atq; læsos,suscitauit & sanauit,& serpen
tes.i.demones impugnauit. Vnde Oseæ.6. Viuificabit nos p̃
duos dies,die tertia suscitabit nos.Vel expone de mendican
tibus,ꝙ religio vel prælatus mutat subditos suos de conuen
tu ad conuentum,de loco ad locum,ne.s.nidus eorum.i ali-
quis carnalis defectus, si eũ habent,a secularibus cognoscat̃
vel ne parentes sui ipsos inueniant, & de nido religionis ex-
trahant,& educant, quod maximè solet de nouitiis appare-
re.¶ Mustela mures comedit,serpentes odit, passeribus insi-
diatur,& eorum oua transglutit,sm̃ Isidorum li.12. Falsum 2
autem est(vt dicit)eas ore concipere,;& aure parere. Et sm̃
Pli.mustela,multum dormit,& dormiendo impinguatur.Et
sunt duo genera,s.domesticũ,& siluestre. Et est odore sagax.
Tales sunt multi peccatores , maximè aũt detractores, siue
sint siluestres.i.religiosi,siue domestici.i.mundani , quia pro
certo tales odiunt serpentes.i. prudentes personas, mures.i.
detractores,& auiculas passeres.i.bonos & contemplatiuos
odiunt,& infestant,& eorum oua.i. eorum opera per detra-
ctionem deuorant atque frangunt . Tales. n. odiunt bonos,
& malos,quia Deo non placent, & cunctis hoibus aduersan
tur 1.ad Thessalonic.2.Et ideo tales non concipiunt bonum
propositum , & meritum per os.i.per orationem , quia raro
vel nunquam orant;nec pariunt.s.bonum opus per aurem.i.
per obedientiam,& subiectionẽ,quia.s.tales nullum bonum
verbum possunt audire . Tales etiam sunt odore sagaces,qa
optime sentiunt brodia,& leccaturas, & libẽtissime vadunt,
ad conuiuia & ad festa.Iob 39.Vbicunq; senserit cadauer,sta
tim adest.Multum ẽt volũt dormire,& quiescere in deliciis,
& peccatis, contra illud 1. ad Thessalo.5. Non dormiamus,
sed vigilemus,& sobrii simus.¶ Mustella est aĩal leue,& insta
bile,& flexibile,& est mustella variabilis,quia colorem mu- 3
tat,nã vno tempore inuenitur esse vnius coloris,& in alio al
terius. Cõiter autem habet mustella ventrem album,& dor-
sum rubeum . Vrina aũt eius, & morsus eius sunt venenosa,
vt dicit. Tales sunt multi,qui colorem exterioris conuersa-
tionis non cessant mutare,sicut sunt leues,& instabiles,& in
solentes,sicut etiam sunt curiosi,qui non cessant gestus,& ve
stimenta mutare. Cõiter autem tales in dorso sunt rubei, &
in ventre albi,i.curiosi.Morsus etiam talium,& urina.i.uer-
ba eorum, & stultiloquia sunt venenosa per detractionẽ, &
fœtida per luxuriam, & infectionem,quia tales vt cõiter lo-
quuntur vel detrahendo famæ aliorum,vel fœtida uerba lu
xuriæ proferendo.Vel mustella est bonus religiosus,qui de-
bet esse flexibilis per obedientiam,& subiectionem,mobilis
per bonam operationem,odore sagax per deuotionem, dor
miendo impinguari per contemplationem , dorsum habere
rubeum per charitatem,ventrem album per castitatem,co-
lorem etiam candidum per floridam honestatem. Cantico-
rum 5.Dilectus meus candidus,& rubicundus.Isti debent es
se domestici per benignitatem,siluestres per vitæ austerita-
tem,mures,id est pauperes debẽt comedere, & sibi incorpo
rare per compassionem,& pietatem,& serpẽtes,id est detra-
ctores

ctores odire,& passeribus,i.demonibus iosidiari,vt.s.eorum
oua,i filios ipsorum, videlicet peccatores rapiant attrahen
do ad perfectiooem,& sanctitaté.Ipsum rapiet armatus &c.
Iob 5.Vel dic de auaris, qui insidiantur passeribus,i.pauperi
bus, vt eorum oua,i.diuitias rapiant, & furentur per vsuras,
4 & alias.¶ Mustela aliqñ inuenitur tota alba præter caudam.
Sic verè multi sunt,qui quamuis in toto corpore,i.in tota vi
ta sint albi per castitatem,& per conscientiæ puritaté, in cau
da tamen.i.in fine vitæ fiunt nigri per luxuriam, & aliorũ cri
minum fœditatem.¶ Secundum Plinium lib.29.cap.4.Natu
5 ra nihil reliquit sine ingétibus remediis atq; causis. Vnde di
cit q̃ fel mustelæ valet contra aspides,caro eius valet contra
venenum. Sic verè Deus nihil reliquit in mundo sine aliqua
vtilitate,quia & in bonis,& in malis semper bonum aliquod
inuenitur,& ideo fel mustelarum,i.zelus & correctio præla
torum, & ét iustorum aliorum,caro ét eorum,i.sua bona vi-
ta,vel etiam sua compassio,sunt alijs medicina. Vel mustela
est Deus, cuius pro certo fel, & caro,i.iustitia & misericor-
dia,rigor & dulcedo sunt medicina peccatoribus, quia scili
cet alios sanat per correctiooem,alios per misericordiam,&
consolationem, alios sanat misericorditer inspirando , sicut
Paulum,alios fortiter tribulando, sicut Amasiam . Ideò be-
nè dicitur in Psal.Misericordia & veritas præcedent faciem
tuam.¶ Pudenda mustelæ multum fœtent,& tam eo serpen-
6 tibus fœtidis coortrariantur.Sic sunt quidam mali in seculo,
& io claustro, qui licet sint fœtidi per infamiam, & luxoriã,
aliis tameo fœtidis serpentibus,i.alijs luxuriosis miro modo
contrariantur,eos puniendo,& corrigiendo,& hoc ad seip
sos iustificandum,& ad fœtorem suæ luxuriæ conregédum.
Ideo eis possunt alij dicere illud Iob 40. Nunquid condem-
nabis me,vt tu iustificeris?& illud ad Rom.2. Qui alium do
ces,teipsum non doces, qui prædicas nõ furandum,furaris.
¶ Quando aspis mordet hominem , statim vertitur in sopo-
7 rem,& efficitur lethargicus,nec se mouet. Veruntamé si mu
stela comburatur,& ciois eius cum aqua bibatur,excitat ho
mioem a sopore,vt dicit Plini.ibidem.Rectè charissimi mu-
stela quæ mures comedit, significat diuites peccatores , qui
muribus,id est pauperibus sunt infesti,& isti quando capiun
tur per mortem temporalem, comburuntur io ioferno per
mortem æternalem.Exemplum de diuite epulone.Lucæ 16.
qui cruciabatur in flamma. Quando igitur aspis,idest diabo
lus mordet aliquem peccatorem per tentationes,& facit eũ
dormire scilicet io mundi delicijs per delectatiooes,tũc ve-
rè cum aqua sacræ scripturæ debet bibere,& sibi iocorpora
re cinerem mustelæ combustæ, id est memoriam mortis di-
uitum damnatorum , & sic per timorem pœnæ consimilis a
tali somno delectabilium huius mundi poterit excitari,quia
per timorem pœnarum infernalium debet homo a talibus
abstinere Zachar.9.Videbit ascalon,& timebit. Cinis enim,
id est memoria mortis talium peccatorum retrahit hominẽ
a peccato.Surge ergo qui dormis.Ad Ephe.5.,Vide de mu-
stela supra de basilisco,& supra de anguibus.

## *De Murilego. Cap.118.*

1 MVrilegus,musio,& catus dicitur. Et dicitur muri-
legus,quasi legens mures,eo quod moribus sit infe
stus.similiter & musio quasi circa mures studiosus.
Catus autem dicitur a capiendo scilicet ipsos mu-
res, uel a cattando , id est a uideodo. Vnde & à græco venit
catus,id est ingeoiosus,vt dicit Isidor.libro 12.Nam ita acu
te videt,quod tenebras noctis superat fulgor eius.Rectè ta
les sunt cupidi,causidici & auari,quia verè mures,id est pau
peres,& egenos deprædantur,& infestant per rapinas caute
las & vsuras,quia pascua diuitum sunt pauperes. Ecclesiasti.
13.Et ideo tales dicuntur cati,a capiendo,quia verè optimo
capiunt,scilicet munera, & diuitias,& quandoque ab vtra-
que parte.Leo cœpit sufficienter sibi.Naum.2.Vel dicuntur
a cattando,id est a clare videndo,quia uerè tales habent cla-
rum visum discretionis sapientiæ,& intellectus,scilicet quan
tum ad administrationem bonorum temporalium, quia sa-
pientes sunt vt faciant mala.Hieremiæ 4.Nam tota noa præ
sentis uitæ a lumine oculorum intellectus sui , id est ab eo-
rum sapientia seculari videtur hodie coruscare.quia filij hu-
ius seculi sapientiores sunt filijs lucis in generatione sua.Lu
cæ 16. Ideo de quolibet tali potest dici illud Apocalyp. 1.
Oculi eius vt lampas ardens.¶ Catus est animal indetermi- 2
nati coloris, quia alius flauus, alius niger, alius varius,alius
in facie,& pedibus,& auribus maculosus . Sic rectè inter ho
mioes sunt diuersi colores diuersarum conuersationum, ho
nestatum & perfectionum , qoia quidam sunt albi , & flori-
di per innocentiam , & castitatem,qoidam nigri per pœni-
tentiam,& austeritatem, quidam flaui vel burelli per sapien
tiam, & maturitatem, quidam varij per circuospectionem,
& sagacitatem.Figura Zachariæ 6.vbi vidit equos albos,va
rios,& nigros &c.vnde supra de equo.Vel dic de malis,qoo
rum quidam sunt oigri per cupiditatem, quæ hominem sic-
cat, & denigrat. Facies eorum sicut oigredo ollæ. Naum 2.
Alij albi per curiositatem,alij varij per falsitatem, alij habét
diuersas maculas per pluralitatem peccatorum , quia qui-
dam sunt maculosi in facie iotétioois per duplicitatem, alij
in pedibus affectionis per voluptatem , alij in auribus obe-
dientiæ per obstinatiooem , & induratam uoluntatem &c.
Vel expone de diuersis statibus , quorum alij sunt varij,alij
nigri &c. sicut patet de monachis nigris , & rufis . ¶ Catus
orificium habet magoum, deotes magnos, & serratos , lin- 3
guam tenuem flexibilem , & subtilem , cum qua bibendo
lambit . Sic verè mundani peccatores habent os magnum,
quantum ad uoracitatem,& gulam,dentes,id est verba de-
tractoria habent longa , acuta & pungitiua per iofamiam.
Dentes eius ferrei.Daniel 8. Linguam, id est verba adulato-
ria habet longa,id est multa,flexibilia & variabilia, fallacia,
mollia & deceptoria , quia molliti sunt sermones eius super
oleum, & ipsi sunt iacula. Nam ad vtranque partem flectunt
verba sua , quia ante adulantur, & retro detrahunt.Et ideo
isti lambendo bibunt, & attrahunt sibi aquam,id est adulan
do cum aliqua molli, & aquea persona , ipsam attrahunt sci
licet ad amorem sui. Pulli eius lambunt sanguinem.Iob 39.
Vide causam quare catus lambit supra de animalibus in ge-
nerali . ¶ Catus est animal in iuuentute lasciuum , hilare &
iocundum,impetum faciens ad omne, quod coram ipso mo
uetur, & ludit cum calamo ante eum proiecto . In senectu-
te autem est animal multum ponderosum graue, & somno-
lentum.Sic rectè iuuenes nostri sunt lasciui,hilares & ioco-
si & leues,& enim omnibus, qui coram se transeunt , impe-
tum faciunt atque ludunt,cum omnibus uolunt ludere tan-
gere,& garrulare,& maximè cum mulieribus.Sed pro cer-
to io seoectute non sic,quia ad litteram fiunt somnolenti, &
tunc sunt graues & pigri. Et ideo benè dicit sapiens, Eccle-
siastic.11.Adolescentia, & voluptas vana sunt. Vel per iuue
oes accipe bonos , qui sunt læti io spiritualibus , & leuiter
mobiles ad bonum . Per senes intelligo prauos inueteratos
dierum malorum pigros &c.¶ Catus muribus cautissimè in
sidiatur,& eos odore,& visu præsentiens,in ipsos subito in-
silit,& inuadit, capto more cum eo ludit, sed finito ludo ab
eo deuoratur.Tales sunt vsurarij,qui muribus, id est paupe-
ribus insidiantur scilicet quomodo eos iouoluant in laqueis
contractuum suorum &c.Vide supra de lupo,qui ludit cum
puero quem postea occidit,& capone sicut ibi.Vel catus est
diabolus mus est peccator &c.sicut ibi . ¶ Catus tempore,
coitus quasi siluestris efficitur, & tunc inter catos pro mulie
ribus pugna grauissima excitatur , vox horrenda emittitur,
& dentibus,& vnguibus alter ab altero laniatur . Catus est
religiosus uel clericus litigiosus,vxor cius quam cupit habe
re,est præbenda vel beneficium, seu prælatio. Quando igi-
tur instat tempus amoris,& copula, idest quando vacat ali-
qua præbenda, cui cupit quilibet copulari , tunc verè tales,
efficiuntur siluestres,quia a domo religionis vel ecclesiæ se
absentant per appellationes, inter se rixantur, & brigãt per
controuersias,discordias & diuisiones, & tunc vox horren-
da infamiarum emittitur,& dentibus & unguibus,id est ver
bis,& inuasionibus alter ab altero laniatur . Figura 3. Re-
gum 16.vbi est ortum prælium inter Amri, & Zambri, quia
quilibet uolebat esse rex. Vel Genes.25. ubi in ventre matris
collidebantur pueri ,quia quilibet uolebat primus nasci, &
tunc Esau pilosus primo natus est . Sic uerè in ventre reli-
gioois uel ecclesiæ colliduntur inuicem ambitiosi,quia qui-
libet vult esse rex , id est prælatus , & quilibet vult primus
nasci , & promoueri . Veruntamen sæpe accidit , quod pe-
ior Esau, id est mali primi nascuntur , & promouentur , &
maximè quando sunt pilosi, id est quando diuitiarum velle-
re sunt

re sunt obsiti, quia hodie impius prævalet adversus iustum.
Abacuch 1. Vnde Iaco.4. Vnde bella,& lites in vobis? non-
ne ex concupiscentijs, quæ militant in membris vestris? Vel
allega historialiter de luxuriosis,qui pro vxoribus pugnant,
se inuicē occidunt,qđ nunquam faciunt elephantes.¶ Catus
7 sua bestia efficitur qñ fit silvestris, quod maximè accidit tē
pore libidinis, quia tunc scilicet, quando silvestris est,cuni-
culos, & alias bestias venatur , & in nemoribus commora-
tur. Catus qui muribus insidiatur,significat balliuos, & vsu-
rarios,qui pauperum substantijs insidiantur. Tales enim ali-
quando de domesticis fiunt silvestres,de rusticis fiunt nobi-
les,de pauperibus fiunt diuites,de rutalibus iudices. Qñ er-
go tales efficiūtur silvestres,hoc est dictū,qñ a domo.i. a sta
tu paternæ conditionis recedunt per aliquā fortunam, & in
fortuna mundanorum delectabilium se inuoluunt per amo
rem, tunc vere efficiuntur læui per rapinam, & crudelitatē,
& cuniculos , & alias bestiolas, id est vicinos suos pauperes
excoriant, & denudant. Vulgum pauperem denudauerunt.
Iob 24. quia verè secundum Senecam , Nihil est hodie illis,
crudelius qui non nati sunt nobiles,sed facti. Vnde Claudia
nus poeta, Asperius nihil est humili cum surgit in altum. Vel
dic de apostatis religionis, qui domum ecclesiæ vel religio-
nis deserunt,& silvestres per apostasiam efficiuntur,quia ta-
les sunt læui,crudeles & iniqui,& hoc maximè accidit tēpo
re libidinis,id est quando sunt luxuriosi,& carnales. Vel po
ne de latronibus,qui in siluis ad literam habitant, & bestio
las,id est mercatores,& alios transeuntes spoliant, & occi-
dunt.¶ Quando catus cadit ab alto,super pedes excipitur,
& sic vix cadendo læditur.Sic verè charissimi,diuites quan-
8 do ab alto,id est ab aliquo eminenti officio deijciuntur , &
expelluntur,vel etiam ab alto,id est a statu prosperitatis mū
danæ,tunc vere pedes sui,id est amici,& fautores ipsos susti-
nent atque souent,& ideo nec læduntur nec corriguntur. Ec-
9 clesiast.13. Diuiti decepto multi sunt recuperatores.¶ Fimus
cati multum fœtet,& ideo postquam eum egerit,statim eum
abscondit sub terra cum pedibus,& occultat. Sic verò faciūt
peccatores. Nam quia fœces eorum, hoc est dictū,eorum ma
la opera,vsuræ & contractos , & cætera eorum vitia multū,
fœtent per infamiam,ideo ea abscondunt, scilicet celando,
& excusando,& per palliationes,& cautelas vndiq; contegē
do,quia tales vix aut nunquam sua crimina confitētur, quia
cum dulce fuerit in ore eius malum,abscondet illud sub lin-
gua sua.parcet illi &c. Iob 20. Vel allega φ si quid fœtidum
commiserimus , quod turpe sit & infame, saltem illud de-
bemus celare,non per iactantiam propalare. Quod est con-
tra illos de quibus Esaiæ 3. Peccata sua sicut sodoma prædi
10 cauerunt,nec absconderunt.¶ Catus quando pulchram ha-
bet pellem,vagus efficitur,& de ea quasi glorians extra do-
mum vndique diuagatur, & quandoque propter pellis pul-
chritudinem occiditur,& necatur. Veruntamen quādo pel-
lis aufertur ei,tunc in domo pacificè commoratur. Sic verè
personæ iuuenes,& maximè iuuenculæ mulieres,quando vi
dent se habere pulchram pellem, id est pulchritudinem cor
poralem, vel habitum curiosum , tunc in domo sua non re-
manent,imo ad ludos,& choreas per vicos,& plateas vndi-
que diuagantur, de sua pulchritudine gloriantes, & eam co
ram alijs ostendentes. Et ideo propter huiusmodi pellem, &
pulchritudinem multotiens rapiuntur per violentiam , vel
alias opprimuntur,& meretrices efficiuntur,& sic quantum
ad famam,& gratiam occiduntur. Exemplum de Dina. Ge-
nesi 34.rapta & oppressa, quæ iuerat videre mulieres regio-
nis. Ideo de talibus vagis mulieribus dicitur 1. ad Timot.5.
Discunt circuire domos non solum ociosæ, sed & verbosæ,
& curiosæ loquentes,quod non oportet. Fallax enim grat.a,
& vana est pulchritudo. Prouerbior.31. Veruntamen quan-
do pellis aufertur,quando, scilicet species,& facies desicca-
tur,& pulchritudo deficit, & iuuentus, tunc saltem debent,
cessare vagari,& se ostentare, & in domibus suis debent pa-
cificè remanere. Nam quicquid de lasciuia iuuentus adduxe
rit,debet senectus delere. Quod tamē est contra multas mu-
lieres , quæ etiam in ipsa senectute nunquam cessant vagari,
& discurrere, nec lasciuiæ opera exercere. Ideo Threnor.3.
Vetustam fecit pellem meam,& carnem meam &c. Vel alle-
ga de hypocritis,qui propter pulchram conuersationem vn
dique se ostentant ad conuiuia,& ad festa.

## De noctiluca. Cap. 71.

Noctiluca sm Isid.lib.12.c.de minutis aīalibus,est par 1
ua bestiola multipes,& alata,quæ in tenebris lucet vt
candela , & maximè circa posteriora in luce aūt ple-
na deformis est,& obscura,manus tāgentis inficit, &
licet in tenebris luceat,tñ lucem odit,& de die se abscondit
& ideo muscæ contrariatur,quæ est lucipeta, vt dicit ibidē.
Pli.autem lib.11.c.28.dicit esse certum genus scarabeorum
qui de nocte lucent cum alas extendunt,refulgentque ignīū
modo.& forte isti sunt vermes in Italia de nocte lucētes, ita
quod scintillarum modo ipsos videas refulgentes, sicut dici
tur in libro de natura rerum. Rectè tales sunt mundi sapien-
tes,& causidici,quia vere tales sunt multipedes,per multipli
ces affectiones tales sunt alati per superbias,& elationes,ta-
les in tenebris hu' vitæ lucent, s. inter alios peccatores,per
seculares scientias,& discretiones,vel per temporales afflue
tias,& reputatiōes,& maximè circa posteriora,i.in senectu-
te quæ est posterius vitæ, tunc.n.lumine sapiētiæ secularis, lu
mine affluentiæ temporalis, inter alios rutilant,& coruscāt.
Inter quos lucetis sicut luminaria.ad Philip.2. Sed pro cer-
to licet mō videantur rutilantia,& florentes,tamen qñ nox
præsentis vitæ cessauerit,& dies futuræ manifestationis,scili
cet post mortem aduenerit,tunc apparebunt viles,& defor-
mes per vitia,& peccata,quia quando erunt in inferno,eorū
vilitas & iniquitas apparebunt,iuxta illud Hier.13. Nudaui
femora tua ante faciem tuam,& apparuit ignominia tua. Isti
etiam tangentes ipsos,i.eos imitantes,& communicantes &
diligentes,per mala sua verba,& exempla inficiunt, & cor-
rumpunt,quia quicquid tetigerit immundus , immundū fa-
ciet. Numeri.19. Et licet tales luceant in tenebris,& licet illi
videantur esse lucernæ huius tenebrosæ vitæ , lucem tñ ve-
ritatis odiunt atque timent , quod patet, quia quando vo-
lunt facere falsos contractos suos vel actus luxuriæ nepha-
rios,abscōdunt se in suis cauernis,& locis absconditis,& pri
uatis,quia nolunt,φ sua iniquitas,& falsitas declaretur. Iter
.n.impiorum tenebrosum. Prou.4. Quorum sunt in tenebris
opera Esa 29. Quia qui male agit,odit lucem, & nō venit ad
lucem,idest ad publicum,ne manifestentur opera eius. Io 3.
Vel dic de hypocritis qui lucent per bonam conuersationē
qui tamen (si lux dierum fulgeret,id est si clarè possent vide-
ri & cognosci) apparerent viles,& deformes per diuersa pec
cata,& ideo fugiunt lucem istam , scilicet manifestationem,
& veritatem,quia per hypocrisim se abscondunt. Vel dic de
ornatu,& pulchritudine exteriori, sub quo quandoque lati-
tat vilitas horribilis,& deformis . Vel si vis applica ad ver-
mes,i.ad pauperes,& humiles qui exemplis,& bonis operi-
bus lucent, noctemq; huius vitæ illumināt,sicut apparuit de
apostolis, & etiam sicut apparet de pauperibus prædicato-
ribus,quibus dicitur Matthei 5. Vos estis lux mundi.

## De Onagro. Cap. 72.

Onager ē asinus siluestris, & asinus interpretatur sm 1
Isid.& est aial valde velox, quod cum sit imbelle, &
innocuum , solius tamen fugæ beneficio leonem su-
perat persequentem. In montibus altis, & pascuosis.
victum quærit,quem cū inuenerit,statim rudit,& nisi perse-
cutus fuerit,a talibus pascuis non recedit, hominum aūt fre
quentiā valde fugit,loca ēt solitaria valde circuit,& frequē-
tat,sm Phisol. Rectè talis est bonus religiosus,quia verè iste
debet esse asinus per patientiam, & simplicitatem, siluestria
per pœnitentiam,& austeritatem,velox per obedientiam,&
agilitatem, imbellis & innocuus per innocentiam , & beni-
gnitatem. Iste debet fugere hominum,i.secularium,frequen
tiam & commoditatem,sicut fecerunt eremitæ, & in locis so
litarijs.i.in conuentibus a seculo sequestratis habitare, quia
cursor leuis explicans uias suas, onager assuetus in solitudi-
ne. Hierem.2. Et sic si bene fugerit.i.si mūdi solatia,& nego-
cia declinauerit,leonis,id est diaboli persecutionem, & ten-
tationes poterit declinare,dicens cum psal. Ecce elōgaui fu-
giens,& mansi in solitudine. Quia venatio leonis onager in
eremo. Ecclesiastic.13. In montibus autem altis,id est in cœ
lo, & in paradiso (vbi sunt pascua æternæ beatitudinis ) de-
bet conuersari per desiderium , & affectum , & ibi per con-
templationem iugiter commorari, & virorem cælestis bea-

titudinis degustare, nec exinde debet recedere, sed in statu,
& in actu cõtemplationis, quãto diutius poterit remanere,
& ibi Deo perseueranter inhærere. Ideo de Onagro dr̃ Iob
39. Circunspicit mõtes pascuæ suæ, & virentia quæq; perqui
rit. ¶ Onager masculus, qñ fęmina sua peperit, insidiatur par-
uulo suo masculo, & testiculos sibi abstrahit, & præscindit,
quod forte facit quasi zelotypus de vxore, quod cognoscẽs
mater paruulũ abscondit, ne a masculo valeat inueniri secũ-
dum Isido. Charissimi, masculus significat religiosum vel ꝑ-
fectum virum, fœmina aũt significat mundum vel munda-
nos, qui per inconstantiam sunt fęminei, fluxibiles atq; mol-
les. Qñ igitur habent aliquem paruulũ. i. aliquẽ clericũ gra-
tiosum iuuenem, tunc verè masculus. i. religiosi insidiantur
. s. vt cũ rapiãt, & attrahant ad religionem, & vt testiculos. i.
statum coniugalem, & potentiam generandi sibi abscindant
per votum, s. castitatis. Veruntñ mater. i. mundus & parẽtes
eos abscondunt. s. in amore suo de masculis huiusmodi inue
niantur, q̃a seculares optimè cauent ne minores vel alij mẽ
dicantes filios suos inueniant, & ne eos religiosos faciant si
cut ipsi. Vel dic, ꝙ mater est diabolus, qui filios suos. i. pecca
tores abscondit. s. in amore mundi, ne masculus. i. plātus vel
Christus cum dẽtibus suæ prædicationis vel eruditionis, au-
ferat eis testiculos. i. actũ luxuriæ & fęditatis, q̃a optimè ca-
uet ne tales vadant ad sermones, ne forte luxuriam deserãt,
& dimittãt. Mater. n. eius impulit eum vt impiè ageret 2. Pa-
ralip. 22. ¶ Onager est aial valde patiens sitis, quia bibere de-
dignatur, quousq; potum inueniat sibi aptum. vnde (sicut di
citur) aquã turbidam nõ bibit, sed diu expectat donec inue-
niat claram aquam, ſm Pli. lib. 8. In locis altis pascua sibi q̃-
rit, quæ cum inuenerit, statim rudit, & exinde nõ recedit, nisi
coactus fuerit vel cõpulsus. Charissimi, potus inconueniens
aiæ Christianæ est sapientia secularis, siue prosperitas tẽpo-
ralis, & hæc est aqua turbida per fœculentiã vitiorũ, quæ eã
comitantur. Iste est fluuius turbidus, qui irrigat Aegyptũ. Io
suæ 13. Potus aũt conueniens, & aqua clara est sapientia di-
uina, sed prosperitatis ęternalis. Onager igit̃. i. vir iustus, qui
in hoc mundo inuenit aquam turbidam. i. mundi prosperita
tẽ, & secularem sagacitatem, nõ debet eam potare, acquire-
re vel sibi incorporare per affectionem, sed in siti, & penuria
. i. in voluntaria paupertate, vel cum siti. i. cum desiderio, &
amore debet expectare quousq; inueniat aptũ potum. s. post
hanc vitam, qñ aquam æternæ fęlicitatis poterit inuenire, &
scientia Dei & lumine veritatis poterit illustrari. Ideo dicit
ꝑs. Potabunt oẽs bestiæ agri, expectabunt onagri in siti sua.
Quasi diceret, bestiæ agri huius mundi. i. causidici, & alij di-
uites, & sapientes potabunt. s. in vita præsenti, aquam turbi-
dã prosperitatis, & scientiæ mundanæ, sed onagri. i. viri iusti
in siti. i. in feruore, & desiderio expectabunt quousq; habeãt
aliam aquam. i. ęternã voluptatem. Isti ergo in locis altis. i. in
statu perfectionis vel in paradiso pascua. s. orationis & cõtẽ-
plationis, doctrinæ & deuotionis debent sibi quærere, & ea
nullo mõ relinquere, sed per confessionẽ, & gratiarũ actio-
nẽ clamare iugiter & rudere. Iob 6. Rugiet onager cũ habue
4 rit herbã. ¶ Onager ẽ aial liberum, indomitum & in lasciuũ,
leue & velox, & circa montes, & nemora assuetũ, vbi pascua
sibi quærit, vt dicit Pli. Talis est vir mũdanus, quia tales sunt
liberi. s. sine iugo disciplinæ vel obedientię, & indomiti per
obstinationem, & ad literã instabiles & lasciui. Oseæ 7. Re-
uersi sunt vt essent sine iugo. Circa montes. i. circa mundi di
gnitates circuneunt per superbiam, & ambitionem, & sibi di
uitiarum pascua sibi quærunt. Ideo dr̃ Iob 11. Vir vanus in
superbiã erigitur, & quasi pullum onagri se liberum natũ pu
tat. & Iob 39. Quis dimisit onagrum liberum? &c. ¶ Secun-
dũ Isid. onagri singuli fœminarũ gregibus præsunt, & vt di-
5 cit Phisolo. onager qualibet hora diei, & noctis rudit. Vnde
in æquinoctio duodecies de die, & duodecies de nocte cla-
mat. s. 15. die Martij, & sic per eius clamorem dinoscit̃ æqui-
noctium apud aphros. Rectè charissimi talis debet esse pla-
tus vel prædicator, q̃a ꝑ certo gregibus fœminarũ. i. simpli-
ciũ secularium. & subditorũ, debet præesse per regimẽ & do
ctrinã, & prælationẽ. Isti ẽt apud aphros. i. apud mundanos
feruore auaritiæ desiccatos, debent rudere & clamare ꝑ præ
dicationẽ, & horas diei, & noctis. i. puncta, status & cõditio-
nes peccatorũ, mundi & inferni, gratiæ & paradisi, pœnæ &
gloriæ, debet hominibus intimare, vt sic horæ noctis. i. cõdi-
tiones pecati, mũdi & inferni, horæ ẽt diei. i. conditiones gr̃ę
& gloriæ paradisi per prædicationem ipsius innotescant, &
æquinoctium diuinæ æqualitatis iustitiæ vel iudicij elucе-
scat. Esa. 58. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam.
Vel si vis per onagrum intellige Christum, qui clamauit &c.
sicut supra, dicens. Duodecim horę sunt diei. Io. 11. Vel per
istos intelligo bonos prędicatores qui die & nocte. i. tempo
re prosperitatis, & aduersitatis debent clamare, & prædica-
re. Esa. 62. Die & nocte nõ tacebunt, & narrabũt populis for
titudinem meam. ¶ Item idem dicit, ꝙ onager est odore sa- 6
gax, & mundus in olfactu. Vnde qñ amore feruet, & nescit,
vbi sit vxor eius, montem ascendit, & apertis naribus ventũ
attrahit, & sic odore discernit vbi degat eius vxor, & sic eã
inquirit, & inuenit. Charissimi, onager est hõ, vxor aũt eius
cui debet per affectũ copulari, & coniungi, est vita æterna,
vel Christus, vel beata uirgo, si igitur hõ feruet amore, & de
siderio charitatis, ipse debet ascendere montẽ contẽplatio-
nis. s. de Deo & de cœlestibus contemplando, meditando &
cogitando, & nares cordis sui aperire per affectionem, ven-
tũ spiritussancti attrahere per orationem, & sic istã vxorem
suã odore sentiet per deuotionem, & eam quæret per bonã
operationem, & eam inueniet per æternę vitæ acquisitionẽ,
& adeptionem. Hier. 14. Onagri steterunt in rupibus, attraxe
runt ventũ quasi dracones. Vel si vis expone de Christo, quis
in mundo isto rudit per prędicationem, deinde volens inue
nire vxores suas. i. aias Christianas in limbo detentas, montẽ
. i. crucem ascendit, & eas quęsiuit, & descendit ad infernum
ad earum liberationẽ. Vel dic de pręlatis, qui debent ascen-
dere in montem per contẽplationem, & vbi sit fęmina. i. sub
diti sui, discernere per discretionem, & ventum eorũ & odo
rẽ. i. sui status conditionem, famam & conuersationem de-
bent attrahere per inquisitionem. Hier. 2. Onager assuetus in
solitudine, in desiderio animę attraxit ventum.

## De Oceano. Cap. 73.

ONocentaurus ſm gl. Esai. 34. est aial mixtum ex tau- 1
ro & asino. Onos. n. dr̃ asinus. vnde est aial lasciuũ ad
modum asini, ceruicosum ad modũ Tauri. Rectè ta-
les sunt multi hoies asinini. s. quantum ad pigritię tar
ditatem, & quantum ad lasciuię seu luxurię fędirtatem, tauri-
ni autem quantum ad superbiã, & elationem, & quantum ad
obstinationem, quia tales nolunt corrigi vel argui, quod po
tissimè paret de diuitibus superbis. Et ideo dr̃ Eccl. 6. Ne te 2
extollas in cogitatione tua, sicut Taurus. ¶ Secũdum Phiso.
Onocentaurus est aial monstruosum, quod humanam natu-
ram continet, & assimilat. Nam in principio a parte capitis
formam habet hoies, in fine aũt ab vmbilico, & infra formã
obtinet aialis. Centaurus. n. gręcè bõ dr̃ latinè. Ad quod ẽe
concordat Pli. li. 7. ca. 3. dicens esse multa bestiarum genera,
quę ex natura humana, & alia sunt permixta, sicut exemplifi-
cat ibi. Rectè tales sunt multi, qui in parte sunt hoies, in par-
te sunt bestię, quia pro certo in facie, & capite. i. circa princi-
pium, & iuuentutem quidã sunt hoies. i. viri rõnabiles, & be
nigni, sed vere circa finẽ vitę suę, circa pedes. i. in senectute in
ueniuntur asini. i. viles, pigri, stolidi & luxuriosi, quia multi,
bene incipiunt, sed male finiunt. Iõ Gal. 3. Cum spiritu cępe
ritis, carne cõsummamini. & Lu. 14. Iste homo cępit ædifica
re, & non potuit consummare. Vel talis est hypocrita, q ha-
bet faciem. i. exteriorem apparentiam sicut hõ. i. sicut vir iu-
stus, & rõnabilis, sed pro certo umbilicus suus. i. eius interio
ra, affectus. s. & desideria (quę non patent) sunt ad modũ asi-
ni, scilicet luxuriosi, & immundi. Et ideo dicitur Esaię 34.
Onocentaurus & pilosus clamabunt ibi, scilicet in religio-
ne. ¶ Hippocentaurus est animal mixtum ex equo, & homi-
ne, quia primam partem habet sicut homo, reliquam autem
sicut equus. Sed Isidorus dicit hoc esse falsum, quia centau-
ros dicit fuisse equites Thessalorum, qui pro eo, ꝙ in equis
velociter discurrebant, quidam vnum corpus hominum, &
equorum iudicabant, & inde centauros istos fictos fuisse di-
cit, ut patet libro 11. capitul. de portentis. Tales sunt luxurio-
si, quia licet in parte sint homines, quantum ad actum scien
tię, & discretionis, in parte tamen sunt, equi quantum ad
actus superbię, luxurię & infectionis. Illud patet in sapienti
bus, mundi qui quia probauerunt Deum non habere in no-
titia, tradidit eos Deus in reprobum sensum, secundum apo
stolum Ro. 1. quod maximè patet, quia licet in principio sint
homines, s. quantum ad sapientiam, veruntñ circa mortem,
in fine

in fine,& senectute sunt bestiæ quantũ ad furorẽ,& indiscre-
tionem,quia tunc circa mortẽ efficiuntur phrenetici, & defi
cit sibi sensus.Doctrinã senum auferens. Iob 12.Corpora ẽt
eorum & corpus equorũ videtur esse vnũ,quia.s.sicut equus
est animal luxuriosum, & superbum,sic & isti. Esai.31. Equi
eorum caro,& non spiritus.quia verè quantũ ad multas con
ditiones pauca est differentia inter istos,& equos.

## De Orige. Cap.74.

1 ORix ẽm gl.Esa.51.est aĩal paruũ,simile muri,immun
dum,nec sacrificiis aptum,qđ ad,modum gliris tota
hyeme dormit, & in æstatis initio suscitatur. vnde di
cit Pli.ꝙ oricem ægyptus vocat,quæ in ortu canicu-
læ,qñ incipit æstas.s.8.Kal.Iunij,de longo somno cõsurgit,&
stellam intuetur,ac si eam vellet adorare. Et declinatur orix
oricis, sicut sorix soricis , & hoc ẽt vr̃ tangere littera Esa.51.
Tales sunt mali prædicatores,qui ad sacrificandum Deo per
pœnitentiam minime se coaptant, imo immundi per luxuriã
iudicantur.Isti igitur in hyeme.i.in tẽpore aduersitatis dor-
miunt.s. cessando a prædicatione , in æstate aũt.i.in tempore
prosperitatis euigilant.s.prædicationi vacando,q̃a isti nõ cu
rant prædicare,nisi qñ sibi sperant prospere successurum, si-
cut patet de multis mendicantibus,qui optimè visitant paro
chias in quibus bene recreari consueuerunt, alias aũt nunq̃,
& isti pro certo qñ ad opus prædicationis exeunt, caniculã
stellã calidã.i.mũdi diuites prosperitatis lumine coruscãtes,
& ardore auaritiæ æstuantes respiciunt , & adorant.s.eis ap-
p'audendo,adulando,& fauendo,& palpando ipsos,quia re
præhendere nunquã audent.Vel dic,ꝙ orix significat huma-
num genus,.s.qđ per totã hyemem.i.p totum tẽpus vitæ mun
danæ dormit.s.per mortẽ corporalem,sed qñ incipiet æstas,
vitæ futuræ,qñ.s.feruens stella canicula. i. Christus feruore,
iustitiæ æstuans,apparuerit,in die.s.iudicij iudicaturus, tunc
orix ista.s.genus humanum,excitabitur a somno mortis per
resurrectionem generalẽ,& corã stella ista personaliter com
parebit,& eam ẽt adorabit,quia sicut dr̃ 2.ad Corint. 5. Oẽs
nos manifestari oportet ante tribunal Christi &c.Nam sicut
dr̃ Matth.24 Sicut fulgur apparet oriente &c.Vel expono
de falso amore,quia falsi amici in hyeme,i.aduersitatis dor-
miunt in æstate vero prosperitatis apparent &c. sicut supra
de mure.Vel dic ꝙ illi qui in hyeme.i.in tẽpore peccati , vel
in tempore antichristi ante aduentum dormiunt.s.in delicijs
huius mundi, in ortũ tñ nouæ stellæ Christi vel beatæ virgi-
nis debẽt cõsurgere a somno peccati,& eam intueri p deuo
tionem,& adorare per gratiarum actionem,sicut fecerunt re
2 ges visa stella.¶ Orix ẽm Iuuenalem Saty.11.est auis pinguis
sima.ita ꝙ sua pinguedine hebetat cultellum,similis gallinæ
Aphricanæ. Sic verè qñ hõ est pinguis per diuitias tempora
les,tũc pro certo dr̃ hebetare ferrum, quia verè vix est aliqs
prælatus ita rigidus,ferreus atq; durus,si inuenit in homine
huiusmodi pinguedinem , quin acies suæ iustitiæ hebetetur,
quia.s.propter dona diuitum,& eorum substantiam tempo-
ralem,eis a superioribus parcitur, nec sua demerita puniun-
tur,sed ab eis contra iustitiam sustinentur. Vel pone,ꝙ diui-
tiæ,& deliciæ hebetant ferrum.i.intellectum quamuis frigi-
3 dũ,& acutũ.¶ Scđm Britonem, orix origis,est aĩal mundum
ẽm legem.s.quo ad esum,non tñ ad sacrificiũ.vnde dr̃ Deut.
14.Comedetis origem.& ẽm Plin.origem dicunt esse genus
capreæ,quod villos habet vrsos a dorso versus,caput contra
naturam oĩum bestiarum . Tales sunt boni diuites, & actiui,
quia villi,& pili sui.i.diuitiæ & possessio temporalis tendũt,
versus caput.i.versus Christum,& ad eum ordinant, inquan
tum.s.ẽm eius beneplacitum expenduntur,& per eleemosy-
nas pauperibus disperguntur . Quod tñ est contra naturam
bestiarum.i.diuitum peccatorum, quorum villi.i.diuitiæ nõ
tendunt vt cõiter ad caput. i. Christũ, sed magis ad dorsum
.i.ad carnalem parentelam.Et ideo tales origes sunt mundi,
& puri,vt.s.ab alijs comedantur.i. vt ab alijs per imitationẽ
incorporentur.Comedetis origem,& camelopardũ.Deute.
4 14.¶ Omnis capra naturaliter est vigil, & parum dormit , &
de facili excitatur, ẽm Arist. Sic vere nos debemus esse vigi-
les per discretionem, & non dormire per delectationem , &
faciliter excitari.s.ad bonum per prædicationem . Excitauit
eum dicens,surge velociter,& ceciderunt cathenæ &c.Actu
5 12.¶ Secũdum gl.Esa.51.Orix est genus muris vel gliris,qui
in hyeme ita dormit,ꝙ videtur mortuus licet viuat.Sic verò
mundi diuites in hyeme præsentis vitæ dormiunt in delicijs,
& peccatis,ita ꝙ videntur esse mortui , licet viuant tempo-
raliter , quia sicut mortuus non videt , non odoratur &c. sic
nec isti.Nomen habes,ꝙ viuas,& mortuus es.Apo.3. In hye
me etiam.i.in aduersitate post mortem dormiunt,& mortui
sunt,i.in inferno,vnde perpetuo non resurgent. Ideo dr̃ Es.
51. Dormierũt in capite oĩum viarum sicut orix illaqueatus.
¶ Secundum Pli.lib.10.c.73.Orix est aĩal perpetuo sitiens ex 6
naturali loco Aphricæ vbi oritur vbi est quasi perpetua aqua
rum carentia,& tñ (quod mirum est) istud ad remedia sitien
tium summè prodest . In corpore.n. eius inueniuntur vesicæ
liquore saluberrimo plenæ,quibus ẽt ipsi latrones getuli con
tra sitim vtuntur,qñ per desertorum aĩa diuagantur. Tales
origes sunt auari,qui.s.in aphrica huius mũdi perpetua aua-
ritiæ siti laborant , quamuis vesicas plenas liquore saluberri
mo contra sitim.i.quamuis bursas pecunijs plenas habeant,
quibus sitim auaritiæ extinxisse debuerant. Isti igitur quan-
diu viuunt de suis vesicis,& liquoribus. i. de suis pecunijs ,
& opibus non solent sanari , latrones vero , id est balliui ra-
ptores , & alij tales post eorum mortem solent de ipsorum
diuitijs recreari.Ecclesiast. 14. Iniuste alijs congregat , & in
bonis eius alius luxuriabitur. Et Iob 19. Simul venerunt la-
trones,& fecerunt sibi viam per me.

## De Oue. Cap.75.

OVis est pecus laniferum,aĩo placidum, corpore iner
me,sacrificiis aptum,& dr̃ bidens ẽm Isid. & Bedã, à 1
duobus dentibus eminẽtibus , cum quibus dr̃ nasci.
Talis est aĩa vel religiosus, q̃a dr̃ esse aĩo placido per
benignitatem,lanam etiam virtutum portare per spũalẽ fœ-
cunditatem,inermis corpore per patientiam,& humilitatẽ,
sacrificiis Dei aptus post pœnitentiam,duos habens dentes.i.
duo genera verborum,s.orationem & gratiarum actionem.
¶ Ouis si impregnetur in vento septẽtrionali, masculum pa-
put videntur babere, quia non est caput nequius super caput
5 colubri.¶Sunt quædam simiæ sm Isid. ibidem. quæ admodũ
sunt villosæ,& comas habent prominentes, & magnas mam-
mas,& pendẽtes. Rectè tales sunt adulatores, qui mammis.i.
suis verbis dulcib.& fallacib.inebriant audientes, qui etiã vil
losi,& comati dicuntur per diuitias,& ornatus. Vel isti diui-
tes sunt iuuenes luxuriosi, & curiosi, qui babent mammas.i.
verba deceptoria,& allicienda alienos,Ezech.16. Vbera tua
intumuerunt,& pilus tuus germinauit.Vel dic si vis de hypo
6 critis.¶Sunt quædam simiæ dictæ satyri quæ faciem habẽt mi
rabiliter gratam,gesticulantibus motibus inquietam.Sunt &
aliæ dictæ Callitricbes,quæ barbam habent prolixam,& cau
dam latã.Sic vere in mundo isto sunt tales simię,quia ibi sunt
iuuenes,& iuuenculæ,quorum facies est pulchra,& grata,&
ideo tales sunt inquieti per lasciuiam,& motiui. Vnde Hier.
14.Dilexit mouere pedes suos,& dño non placuit. Sunt etiã
ibi aliæ simiæ.i.ficti homines.s. mundi sapientes, qui habent
herbam.i.mundi sapientiam prominentem, cauda vero,& se
nectus,& finis talium est lata per amplitudinem possessionũ,
& diuitiarum,quia ipsi peccatores in seculo obtinuerunt di-
uitias. Vel etiam cauda.i. sequela suorum familiarium valde
est lata,& magna.quia.s.mundi sapientes abundant hodie, &
7 in familijs,& in diuitijs.¶Secundum Pli.lib.8.ca.54.Simiarũ
erga foetus suos maxima est affectio. Nam catulos quos pa-
riunt iuxta domos,omnibus demonstrant, tractarique ab bo
minibus gaudent,gratulantes & applaudentes,quod est con
tra naturam omnium bestiarum,quia aliæ de hoc nõ gaudẽt,
sed tristantur. Charissimi simia quæ bomini in aliquibus con
formatur,non tñ in ratione,significat hypochritas, qui boni
sunt similes in apparentia,non tamen in bonitate, quia vere
tales iuxta domos hominum.i.publico, & palam pariũt suos
catulos.i.opera sua bona,vel.s.ab bominibus videantur.Om
nia.n.opera sua faciunt vt videantur ab bominibus.Matt.23.
Et ideo quando aliqui tractant istos catulos.i. quando aliqui
faciunt mentionem de suis bonis operibus. .ipsa commendã
do,pro certo ipsi gratulantur,gaudent,& applaudunt, quod
est contra naturam omnium bestiarum.i. bonarum persona
rum,quia bonæ personę abscondunt catulos,& opera sua bo
na,ne forte sibi per inanem gloriam auferantur.Mat.6.Attẽ-
dite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus,quia sm
Greg.deprædari desiderat qui thesaurum publice in via por
tat.Vel dic de vanigloriosis, qui oĩa opera sua volunt videri
vt videantur,& commendentur, & boc quia tales fętus suos
.i.talia sua opera diligũt,& appreciant vltra modum.Diligit
8 mortuæ imaginis effigiem sine aĩa.Sap.5. ¶Scdm eundem li.
8.c.21.In India sunt quædam simiæ toto corpore candentes,
& ista Indi orsci comedunt,& venantur. Rectè tales sunt hy
pocritæ qui in india.i.in mundo isto sunt candidi per fictã ca
stitatem,& tamen ab orseis.i.à demonib.comeduntur,& per
petuo deuorantur.Candidi facti sunt nazarei eius.Thr.4.Vel
pone q̃ illi qui hic sunt candidi,& floridi per mundanam pro
speritatem,à demonib.finaliter deuorantur.Cibus eius eie-
ctus.Abac.1.¶Secundum Pli.Ibidem, simiæ maxime sunt sol
9 lercię,& visa singula facere nituntur.Et ideo calciare se solẽt
calceis venatorum, & tunc à venatoribus nõ possunt se expe
dire,& sic multotiens capiuntur, & tunc capta simia trunco
alligatur,ad saltandũ & ludendum instruitur, & à magistro
suo sępissime verberatur.Simię sunt hoĩes,venatores sunt de
mones,calceamenta sunt bona mundi, vincula eorũ sunt ma
lę delectationes,cõplacentiæ,& consuetudines,pedes simia-
rum sunt affectiones.Coram ergo simijs,i.coram hoĩbus po
nunt & exponunt demones venatores per malas.s.suggestio
nes,calceamenta sua.i.mundi bona, quæ etiam ipse princeps
demonum sua vocat.Lu.4.Mihi inquit tradita sunt, & cui vo
lo do ea.Et ideo fatuæ simiæ hoĩes ponunt pedes suos.i.affe-
ctiones,& desideria in talib.calceamẽtis.i.in bonis mundi,&
in eis cum vinculis malarum delectationum,& cõsuetudinũ
fortiter se constringunt,& per malas consuetudines se alligãt
scum calceis supradictis, & tunc venator diabolus eos inua-
dit per tentationes,& eos capit per malos consensus, & ope-
rationes,& tunc trunco.i. mundi ponderosis negocijs appo-
nuntur,& ad ludendum corã magistro suo diabolo,videlicet
ad saltandum de pctõ in pctm̃ instruũtur,& ab eo diuersis la
borib.& tribulationib.multotiens verberantur.Ideo præcipi
tur Exo.Solue calceamenta de pedib.tuis.& Luc.10. Nolite
portare sacculum,neque pecuniam,neque calciamenta. ¶Si- 10
mia sm Auic.communicat in forma cum homine, in villosi-
tate cum lupo,dẽtes habet sicut canis,& eius morsus est ma-
litiosus,& maximè illius quæ babet caudam, Tales sunt diui
tes,quia licet habeant formam bominis,& naturam,tñ con-
tra naturam boĩs sunt villosi.i. pleni diuitiarum vellere & cõ
tecti.Homo.i.inter aĩalia nudus nascitur, ad designandum,
q̃ pilos diuitiarum non debet quærere vel amare,& ideo cõ
tra naturã boĩs est q̃ diuitiarum vellere sit vestitus,& tales si
miæ sunt diuites mali & ficti.Dan.7. Dentes eius dentes fer-
rei.Et habent dentes.i.verba more canis.s.pungitiua per de-
tractionem,mordacia per rapinã, & boc maximè qui habẽt
caudam.i.qui habent spem longæ vitæ,quia tales sunt præ cæ
teris malitiosi,& praui.¶Secundum Auic.li.2.sunt aliquæ si- 11
miæ villosæ præter faciem,quam habent nudam sicut homo,
dentes etiam habent sicut bomo, & oĩa alia, oculos habent
subrusos, asperos & acutos, & mammas habent in pectore,
manus pedes,& digitos sicut bomo, & possunt incedere re-
ctè super duos pedes,quia habent calcaneum sicut homo,q̃
raro in aĩalibus,& maximè quadrupedibus inuenitur, vt di-
cit Arist. Rectè charissimi talis debet esse per omnia bonus
diues,quia vere licet sit per totum corpus villosus.i. licet ha
beat multas diuitias,facies tñ eius.i. intentio, & conscientia
habet esse sine hmõi villis,quia non debet ibi ponere cor vel
intentionem.psa.Diuitiæ si affluant,nolite cor opponere. Et
ideo tales ad modum hominis.i.ad modum virorum ratio-
nabilium,& spiritualium debẽt habere faciem.i.intentionẽ,
vbera.s.compassionem,pedes.i.affectionem,manus.i. opera-
tionem,& ideo isti debent se erigere.s. ad æterna per contẽ-
plationem oculos.s.intellectus debent babere acutos per di-
scretionem,& super duos pedes.i.super amorem Dei,& pxi
mi debent incedere per dilectionem,& calcaneum.i. finẽ vi-
tę,& senectutem ad modum hominis.i.ad modum rationabi
lium personarum habere per boni finis cõsummationem, &
per sapientiam,maturitatem & perfectionẽ.Eze. 1.Plãta pe-
dis eorum quasi planta pedis vituli. Necessarium est.n.calca
neus finis vitæ nostræ sit bonus, & bumanus, quia tunc solet
diabolus nobis magis insidiari,sicut dictũ est serpenti.Gene.
Tu insidiaberis calcaneo eius.quod tñ raro in bestijs inueni-
tur.quia.s.diuites raro babent bonum finem,& raro etiã be-
ne moriuntur, quia mortuus est diues, & sepultus est in infer
no.Luc.16.¶Simia est bestia monstruosa, boĩs naturæ repræ- 12
sentatiua,cibis oĩbus vescens,& immunditiis delectatur. vn
de caput bominis scrutatur,& vermes quos ibi reperit in os
suum ponere non abhorret. Rectè tales sunt detractores,&
hypocritæ.isti.n.sunt monstruosi,quia licet sint bestiæ.i.hoĩes
bestiales,& carnales,videntur tñ esse hoĩes.i. viri rationabi-
les atq; iusti.Isti etiam omnibus cibis vtuntur, quia vere oĩa
opera quæ vident in aliis,siue bona fuerint siue mala, volunt
comedere,& in ore suo ponere,de eis loquendo,& ea deuo-
rare,& consumere detrahendo. Omnem escam manducabit
venter.Eccl.36.& ad Ro.14.Alius credit se omnia manduca
re.Et ideo inter capillos.i. inter opera bominum aliorum q̃-
runt,& scrutantur pediculos.i.vitia & opera peruersa, & de
fectuosa,vt ea in ore suo ponant,detrahendo.s.& loquendo
quia vere multi mali scrutantur vitam & mores aliorum, vt
semper inueniant qualiter detrahant de eisdẽ.psalmista.Scru
tetur fęnerator oẽm substantiam eius.contra illud Prou.24.
Ne insidieris, & quæras impietatem in domo iusti neque va
stes requiem eius.¶Simia naturaliter est indomita,& ideo ca 13
thenis,& verberib.per violentiam edomatur,trunco alligat.
& libere discurrere non permittitur,vt eius insolentia repri-
matur.Sic vere leues & insolentes qui sunt indomiti,& incor
rigibiles, debent à magistris suis.i. prælatis vel etiam à Deo
duris verberib.i.castigationibus & correctionibus edomari.
Trunco etiam.i.honeri religionis quilibet talis est subdẽdus,
vinculis mandatorum,& statutorum est ligandus,ludere per
bona opera est docendus,& discurrere, & vagari sm praua
desideria non est permittendus, sed à vanis discursibus repri
mendus.Ideo Ecc.33.Seruo maleuolo tortura,& compedes,
mitte illum in operationem ne vocet.vbi dicit glo.vt qui ver
bis non corrigitur,verberib.corrigatur. ¶Leo infirmus co- 14
medit simiam.&c.sicut supra de leone. ¶Simia vult oĩa face 15
re quę videt ab alijs fieri.Vnde quędam uolens facere ad mo
dum sutoris,sotulares eius dissipabat,& tandem sutor ille cũ
nouscula acuta uero dorsum fricabat guttur suum,quod ui-
dens

dens simia post eius recessum voluit guttur suum fricare, sed non vertit dorsum nouaculæ, & ideo cũ acie guttur sibi scindit. Istud põt allegari contra præsumptuolos, qui oĩa attẽtãt facere, sicut vident alios facere, & de aliorum officijs se intromittunt, & cum hoc facere nesciant, totum destruunt, & corrumpunt, sicut potissime sunt multi, qui officium prælati vel pdicatoris accipiunt, & seipsos nouacula propria interimũt, decipiunt, vulnerant & occidunt, similes armigero Saul, qui proprio gladio se occidit. ¶ Simia alligata trunco vr̃ eum ser-
16 uare, sed econtra ipsa ab eo seruatur. Sic diuites à diuitijs tenentur. Vide supra de auaritia. Et dic ꝙ qñ diabolus cepit simiam. i. mundanum, alligat eum trunco. i. diuitiis, vt. s. ab eis custodiatur. Diuitiæ. n. sunt sicut præpositus diaboli, quæ in carcere auaritiæ seruãt captiuos suos. i. diuites ab eo captiuatos. Sapiẽ. 17. Custodiebatur in carcere sine ferro reclusus. 3. Reg. 20. custodi virum istum. &c.

## De Sirenibus. Cap. 90.

1 Sirenes sm̃ Phisologum, sunt mõstra marina, quæ in mari dulcissime cantant, ita ꝙ nauigantes faciunt obdormire, & tunc nauem ingrediuntur, & dictos dormientes aggrediuntur. Hominem. n. dormientem rapiũt, & eum ad siccam terram deferunt, & secum ipsum cohabitate carnaliter faciunt, quod si facere nequeat, ipsum deuorant, & occidunt, & carnes ipsius comedũt atq; roduut, & ideo sm̃ Hug. siren dr̃ a sirao, q est traho, eo. s. ꝙ suo cantu trahat ad interitum nauigantes. Talesq; sirenes sunt falsi amici, demones, ambitiosi, & mulieres; falsus. n. amicus suis fallacijs amicum suum incantat, & hoc totum facit vt ex eius copula, societate & amicitia possit habere aliquod emolumentũ, & vt finaliter carnib. eius. i. tpali substantia per acquisitionem proprij commodi valeat satiari. De talib. loquitur Apost. Phil. 2. Oẽs quæ sua sunt quærunt, nõ quæ Iesu Christi. Istud fuit figuratum in Dalila, quæ sansonem primo fecit obdormire, vt ipsum posset tondere. Sic verè falsi amici per adulationes, & blanditias consopiunt auditores, vt vellus eorum. i. tpalem substantiam eisdem subtrahant atq; tollant. Vel dic ꝙ sirena est diabolus vel hæreticus, qui suis cãtib. i. suis malis, & fallacib. suggestionib. & tentationib. illos qui sunt in naui fidei. religionis, & ecclesiæ, & qui per mare. i. per amaritudinem pnĩæ debent nauigare ad æterna, facit obdormire, & in mundi prosperis delectari, & sic eos à naui. i. a statu fidei per hæresim, vel a naui. i. à statu religionis per apostasiam, vel a naui. i. a statu gratię per pctm̃, & nequitiam extrahit, & educit, & ad littus huius mundi, & ad siccitatem indeuotionis ipsos per auaritiam attrahit & perducit, & eos ad sui coniunctionem, & copulam (quæ fit per plura vitia & peccata) ex tunc sollicitat, & inducit. Sed vere finaliter postquam eos ad sui nephariam copulam admiserit, & postquam eis satis in hac vita arriserit, ipsos per mortẽ corporis, & aiæ atrociter deuorabit. Et ideo de hæreticis dr̃ ad Ro. 16. Per dulces sermones, & benedictiones decipiunt mentes innocẽtium. Vel dic ꝙ sirena est ambitiosus, qui suis cantib. applausibus, adulationib. & nutibus ita decipit illos qui sunt in naui ecclesiæ, religionis vel collegij, ꝙ recte facit eos obdormire. i. in suis conditionib. delectari, & ad eius fallacias non aduertere, & hoc totum facit vt in nauem istam. i. in collegium vel conuentum ad aliquam præbendam vel dignitatem seu officium ipsum recipiant & admittant. Sed vere sæpe accidit, ꝙ qñ ista sirena. i. iste ambitiosus tm̃ potest suis fallacijs facere ꝙ nauem istam possit intrare, statim pro certo conuertitur ad alios impugnandum, ita quòd quandoque ipsos de naui idest de statu proprio, de officijs, & beneficijs suis expellit, & ad siccum. i. sterilitatem paupertatis deducit, & eos per rapinas, fraudes exactiones, & turbationes deuorat, & consumit. Nam sæpe accidit ꝙ mali, & ambitiosi cum se in naui alicuius officij vel beneficij viderint introductos, totam nauem cum nauigantib. i. totum collegium, cum suis subditis ad paupertatem pertrahunt & perducunt. Exemplũ Iud. 9. de Abimelech spurio filio Gedeonis, qui fallaciter factus est rex, & statim 70. fratres quos habebat occidit. Sic vere charissimi ambitiosi, & simoniaci, qui re vera Gedeonis. i. Christi non sunt legitimi filij, sed bastardi, qñ contingit ad platurã, officium vel iudicaturam assumũtur vel promouent, statim incipiunt fratres suos. i. subditos, & vicinos occidere, hoc est dictu persequi, & tribulare, & eos per rapinas, & exactiones multipliciter infestare. Prou. 29. Cum impij sumpserint principatum, gemet populus. Vel dic ꝙ sirenę sunt mulieres, quæ suis cantib. actibus gestibus, tractib. & nutibus fagiunt iuuenes obdormire. s. in deliciis, & carnalitatib. & maximè illos qui in naui. i. in statu ecclesiæ nauigant ad æterna, ipsosque deducunt ad siccum. i. ad statum sterilitatis, & paupertatis, & occidũt eos, & priuant vita, vita dico. s. grĩæ, & bonæ famæ, & finaliter vita gloriæ, & eorum carnes, i. substãtiã tpalem lucrando, & rapiendo deuorant, & mandocant. Ideo sicut Vlysses transiens per locum Sirenarum obturatis auribus sine periculo pertransiuit, vt narratur in quadã historia, sic vere aures nr̃as debemus talium cantib. obturare, ne per eas ad inferni periculũ pertrahamur. & ideo talib. debet dici illud Amos 5. aufer à me tumultũ carminum tuorũ, & cantica liræ tuæ non audia. Vnde Hier. in prologo nos aũt ad patriã properantes, mortiferos sirenarum cantus surdis aurib. trãseamus. Vel allega cõtra mundanas, qui iuuenes de naui reli-
gionis suis suggestionib. extrahunt, & educunt. ¶ Sirenę sm̃ 2
glosam Esa. 13. sunt serpentes cristati & alati. Papias ẽt dicit, ꝙ sirenę sunt dracones magni & alati, & hi in Arabia inue-
niunt, sm̃ Isid. vide. c. de Angue. ¶ Secundũ Isid. li. 11 vbi agit 3
de portentis, sirenę fuerunt tres ex parte virgines, & ex parte volucres, quarũ vna tibia, alia voce, alia lira canebant, & sic hoies ad paupertatẽ, & penuriam pertrahebãt, & sic fictę sunt esse volucres, & virgines sub spẽ cantus nauigantes ad periculum pertrahentes. Charissimi per istas tres virgines intelligo triplicẽ cõcupiscentiam, videlicet mundũ, carnem, & hostem. Cantus istarum sunt earum suggestiones. Instrumenta uũt earum sunt mundi delitiæ diuitiæ, & honores. Cantat ergo prima puella demon, & assumit instrumẽtum suum. s. eminentias huius mundi, & sic sonat, & resonat cantũ suum, videlicet suggestiones de superbia. Erit Tyro canticum meretricis. Esa. 23. Secundo venit seda meretrix. s. caro, & arripit instrumentum suum. s. mundi delectabilia, potus & comessationes, quietem & oblectationes, & emittit sonum suum, videlicet suggestionem ad luxuriam, & ad gulã, dicens Esa. 22. Comedamus & bibamus, cras. n. moriemur. Tertio cantat alia puella. i. mundus, & assumit instrumentum suum. i. diuitias & emittit vocem suã. s. suggestionẽ ad auaritiã, & rapinã, dicẽs. Esa. 8. Accelera, spolia detrahe, festina prædari. Et tunc p certo per hmõi cantus miseri peccatores mare huius fluctuosæ vitæ nauigantes obdormiunt, & delectantur in somno multiplicium peccatorum, & ad paupertatem, & penuriam virtutum ducuntur, hoc est dictu ꝙ sic à virtutibus depauperãtur, & ad periculum mortis perpetuæ deducuntur. Et ideo cuilibet istarum dr̃ Esa. 23. Circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita, bene cane, frequenta canticum.

## De Scorpione. Cap. 92.

Scorpio est vermis terrenus, habens in cauda aculeũ ar-
matum, & dr̃ a scorte, quod est dulce, & pio pis quod est 1
fingere, eo ꝙ in parte anteriori blanditias fingit, in posteriori autem aculeo dare pungit, vt dicit Isid. Recte tales sunt fallaces, dolosi & adulatores, quia vere sunt vermes terrę. i. in terrena cupiditate totaliter implicati. & tales ĩ parte anteriori. i. in principio, & in ingressu, & in apparẽtia, & in manifesto fingunt blanditias per fallacia sua verba, sed vere à parte posteriori, in aliorum. s. absentia, vel in fine habẽt aculeum. s. rapinę vel detractionis. Istud patet in detractoribus qui in præsentia hominib. blandiuntur per adulationem, sed in absentia qñ sunt retro eos, ipsi inuenenant per detractionem. vel etiam in principio qñ incipiunt loqui de aliquo blãdiuntur, ipsum commendando, sed in fine pungunt ipsum diffamando. patet etiam in dolosis vsurariis & alijs, qui in parte anteriori. i. in principio blandiuntur. s. pauperibus, vt eos attrahant ad peccatum, cõtractum & obligationes suas, sed in cauda. i. in fine faciunt eos sentire aculeum suæ fraudis, quia eos exhæredant, & prædantur. Apoc. 9. Caudę earum similes scorpionib. & aculei erant in caudis earum. Nota etiã de falsis fratribus, qui in facie, & apparentia blandiuntur, vt secreta hominum inuestigent. & in fine pungunt eos, & accendũt.
Eccl. 12. Labijs suis indulcat inimicus. ¶ Proprium est scor- 2
pioni sm̃ Isidorum quòd volam manus seu palmam non lędat. Sic vere charissimi scorpio. i. diabolus nullo modo potest superare vel lędere illos qui sunt sicut palma manus. i. qui

sunt

sunt ossei per fortitudinem, carnosi per pietatem, & qui in se
ipsos plicantur, & inuoluuntur per humilitatem, & per cōsi
deratam suæ conditionis vilitatem, Claude ergo ostia tua su
3 per te. Esa. 26. ¶ Venenum scorpionis ſm Pli. li. 11. c. 25. multū
affligit per tres dies, sicut & serpentis, & tandem perimit len
ta morte nisi citius occurratur, & est venenum eius albū, &
occulto ictu & insteao perimit, & transfigit. Sic vere caro vel
diabolus qn̄ percutit aliquem per tentationem, pro certo ip
sum mirabiliter sollicitat & affligit, & hoc est p tres dies, hoc
est dictu, per malā suggestionē cogitationē, & delectationē,
& tandē occidit eum per cōsensum, nisi citius occurratur, s.
rumpendo hmōi tentationē per orationē, & eius malitiā re-
primendo. Est aūt eius venenum albū. i. alicuius bonitatis spē
dealbatū, quia sub boni spē infigit tentationis venenū, & in-
flexuose. i. per diuersas circunstantias circūeundo exequitur
opus istud. Apo. 9. Cruciatus eorum sicut cruciatus scorpio-
nis, cum percutit hoiem. Vel dic q̄ isti sunt hæretici, qui sub
specie sanctitatis alios inuenenant, & nisi caueat mortis æter
næ periculum adducūt 2. ad Ti. 3. Habentes speciem pietatis,
virtutem aūt eius abnegantes. ¶ Scorpiones letali ictu percu
4 tiunt virgines, similiter fœminas, sed non tm̄, viros aūt maxi
me lædunt in matutino tempore cum exeunt de cauernis, vt
dicit idem. Recte talis scorpio est caro nostra, quia vere vir-
gines irrecuperabiliter percutit, inquantum. s. facit eas perde
re castitatem, quæ est irrecuperabilis. tales n. plus cōiter ten-
tantur de carne, quam aliæ, quia ſm Hier. dulcius putant esse
quod nesciunt. Fœminas autem. i. seculares actiuos infestat,
sed non tm̄, quia viros etiam. i. spirituales & contemplatiuos
obsidet & inuadit, & hoc summe qn̄ exit de cauerna. i. de sta-
tu paupertatis, pœnitentię vel aduersitatis, exterius. s. ad mū
di prosperitatem & delicias, & maxime in mane. i. in tpe iu-
uentutis, quia in iuuentute, & in prosperitate magis nos per
cutit caro nostra & magis masculos q̄ fœminas. i. magis spiri
tuales quàm carnales, magisque virgines quàm corruptos.
Ideo Eze. 9. non misereamini, senem, iuuenem, & virginē in-
6 terficite. & 2. Cum scorpionibus habitas. ¶ Item ibidem scor
pio summe nocet in mane qn̄ exit de cauerna & est ieiunus,
quia tunc licet facie blandiatur, cauda tn̄ eius semper est pa
rata percutere, si sibi detur occasio feriendi. Recte tales sunt
balliui, quia vere in mane. i. in principio vel in iuuentute qn̄
sunt ieiuni. i. pauperes & à diuitijs vacui tunc summe nocent
& pungunt & lædūt per rapinam, & excoriationem, quia tūc
licet blandiantur aliis facie. i. vultu & verbis parati tamen so
lent pungere per rapinam in cauda, i. à parte post in absen-
tia, quia in facie, & præsentia aliis blandiuntur in absen-
tia autem eos cum principibus accusant. Quasi arridens in-
terrogabit te de absconditis tuis, & si inuenerit causam, non
parcet à malitia & à vinculis. Eccl. 13. Vel pone contra mali-
tiosos, qui semper sunt parati venenum suæ malitiæ infunde-
re, si detur occasio licet arrideant alijs & applaudāt. Vel dic
de diabolo, qui semper præsto est nocere per tentationem.
5 ¶ Inter scorpiones nouē sunt genera, ſm Pli. vt dicit Appol-
lodorus, quia sunt quidā qui geminos habent aculeos, & in-
ter istos mares sunt aliis leuiores, & crudeliores, & maxime
nocet venenum suum tempore coitus & in meridie, quando
solis ardoribus insolescunt, & quando siti afficiuntur. Sic vere
in mundo sunt quidam qui geminos habent aculeos, s. adula
tionis & detractionis, sicut balliui & officiales, qui aliis in p̄-
sentia blandiuntur, & eos in absentia cum suis magistris ac-
cusant. Væ duplici corde. Ecclesiastic. 2. Isti. n. maxime nocēt
alijs per rapinam, malitiam, & cautelam in tempore coitus. i.
quando primo ad vxorem. i. ad balliuiam promouentur. Itē
siti & esurie paupertatis quando. s. adhuc paupertate & esu-
rie macerantur. Item in meridie prosperitatis quando scili-
cet temporali potestate iocundantur, quia tunc sitis auaritiæ
magis crescit, ideo tunc magis inuenenant, & cruciant alios
per rapinam. Istud etiam patet in causidicis, iudicibus rapto
ribus, & auaris, qui siti auaritiæ crescente in meridie prospe-
ritatis solent alios amplius infestare. Illi etiam inter istos qui
sunt mares, id est virtuosiores & potentiores, sunt aliis crude
liores. Crudelis est, & non miserebitur. Hierem. 6. Vel dic de
detractoribus religionum, qui doplici aculeo. i. duplici de-
tractione. s. quantum ad bonos, & malos vtuntur, & illi, qui
sunt mares. i. qui deberent esse perfectiores, scilicet antiquio
res, sunt in hoc opere seuiores, quia sicut secundum Pliniū.
Scorpio infestat virgines, fœminas, & viros, sic vere isti pun-
gunt iuuenes, peccatores, & perfectos. Lactantē quoq; cū vir
gine, iuuenem simul cū hoīe seue. ¶ Secundum Pli. vbi supra 7
. s. li. 11. c. 25. scorpiones habent plura internodia, sena. s. vel se
ptena, sed quāto plura, tāto plus noxia sunt venena. Per ista
internodia corporis scorpionis intelligo internodia distra-
ctionis & multiplicis possessionis hoium reproborū, q̄ hodie
multa sunt, quia quanto ista magis crescunt, & quāto mali de
diuitijs plus habuerint, tāto plus sunt venenosi p vitia & pcta
& tāto sunt plus malitiosi, auari pariter & iniqui. psa. Prodiit
quasi ex adipe iniquitas eorum & 2. Mac. 4. Aetate pariter &
malitia prouecto. ¶ Secundū Pli. Apollodorus tradit scorpio 8
nes quosdam in Aphrica habere pennas, & isti sunt maximè
nociui. Et quidā portare conati sunt tales in regionē Siciliæ,
sed ibi viuere nequiuerunt, In Italia aūt quæstus grā deporta
ti, ibi viuere cōprobantur, & ibi aliquotiens videntur, qui tn̄
sunt innocui, quia veneni malitiā perdiderunt. Tales superbi
& aduocati, qui in Aphrica. i. in mūdo isto ardorib. auaritiæ
denigrato) versantur. Isti. n. habent duas alas, s. scientiā secu-
larem, & potentiā vel affluentiā tpalē. Et ideo pro certo sum
me alijs sunt nociui, quia. s. per excoriationes, fraudes, & rapi
nas, alios cruciant & infestāt. Sed verè si tales ad regionē Ita
liæ. i. ad insulam & ad statū religionis (vbi. s. per cōtēplationē
homo est in mentis excessu) vel perfectionis conuertātur, ex-
tunc non debent esse aliis nociui sed potius proficui atq; bo
ni. vñ Esa. 11. Non nocebunt in vniuerso monte sancto meo.
Vel isti superbi & nobiles alis vanæ gloriæ eleuati, in regio-
ne Italiæ. i. in statu religionis non possunt pœnitentiam susti-
nere, & iō pauci tales solēt religionem intrare, veruntn̄ si ibi
deferātur. i. si religionem intrauerint, oportet q̄ ibi sint aliis
innocui, quia. s. pp suam nobilitatem vel scientiam non de-
bent alios infestare 1. ad Cor. 1. Videte fratres vocationē ve-
stram, quia nō multi nobiles ſm carnem. Vel dic qn̄ mali ad
fidem vel religionem adducuntur, necesse est q̄ moriantur, s.
apostatando, vel q̄ malitiam deserant, & peccata. Istud noto-
rium est apud aliquos religiosos, vbi oportet q̄ mali exeās
vel q̄ emendentur. ¶ Qn̄ scorpio pungit aliquem, ille citius 9
moritur si post puncturā in aqua immergatur, ſm. Pli. ibidē.
Sic verè qn̄ homo pungitur à demonib. & tentatur, si ipse ten
tatus aquam deliciarum carnalium frequentauerit, & ibi se
immiserit, pro certo citius moritur per consensum, quia car-
nales citius cōsentiunt pctis & tentationib. maxime luxuriæ,
q̄ alii. Figura Leu. n. vbi si aliquid immundum tangeret semē
aliquod, non polluebatur. Sic verè qn̄ demon immundus nos
tangit per tentationes, nos non polluimur per consensum, si
ab aqua carnalium delectationum, liberi fuerimus & immu
nes. Nam vt dicit idem Plinius, Scorpio nullum aial lædit qd̄
careat sanguine. Sic vere diabolus non pōt aliquē lædere per
tētationes, qui sanguine carnalium affectionum est priuatus.
Vel per sanguinem (qui irascibilem inflammat, intelligo cru
delitatem, qua carētes ad demone non læduntur. Ideo Deu.
2. Caue vt sanguinem non comedas. ¶ Qn̄ scorpio pūgit ali- 10
quem, remedium est q̄ cinis vnius combusti cum vino epote
tur, vel q̄ viuus in oleo extinguatur, & desuper apponatur,
ſm Pl. Sic vere si aliquis raptor vel diues aliquem pupugit p
rapinā, multum prodest hoi percusso ad dolorem ipsius mi-
tigādum, q̄ accipiat cinerem alterius combusti. i. q̄ audiat &
consideret qualiter alij scorpiones. i. alij diuites vel raptores
sunt incinerati per mortem, & combusti per damnationem
æternam, & maxime si ista bibat & sibi incorporet cū vino. i.
cum spe æternæ retributionis & consolationis quia vere ma
gna est consolatio pauperib. malam mortem diuitum intue-
ri. Lætebitur iustus cum viderit vindictam. Est etiā eis reme-
dium qn̄ tales scorpiones. i. diuites immerguntur in oleo cō-
passionis & pietatis per diuinam inspirationem, quia tunc eis
restituunt, & se emendāt. ps. Intingatur pes tuus in sanguine.
Vel dic q̄ qn̄ diabolus pungit aliquem per tentationem, vti-
le est q̄ cinis & combustio. i. mors, & damnatio hominū vel
demonum attendatur. Qui in mari operātur longe steterūt,
& fleuerunt videntes locum incendii eius. Apoca. 18. Sicut et
ſm Auic sputum hominis ieiuni interficit scorpionea, cōtra
puncturam etiam eius valet raphanus, vel absynthium in vi-
no potatum vel radix albæ spinæ masticata, & super omnia
herba quæ dicitur gentiana, sic vere contra diabolum, car-
nem, & mundum, & contra eorum tentationes valet ieiu-
nium & abstinentia, absynthium, & raphanus, id est amari-
tudo contritionis & pœnitentia, radix etiam albæspinæ, idest

considerata diuina punctura,& iustitia,gentiana etiam.i.di-
uina scriptura & sapientia.Cuilibet.n.tali dr illud Lu.10. Ec
çe dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scor-
11 piones.¶ Item idem ibidem dicit, q quidam scorpiones pa-
riunt vnde nos foetus, sed mater eorum ipsos nititur deuora
re, sed vnus eorum magis solers super clunes matris ascen-
dit,vbi tutus est à morsu ipsius & cauda,& matrem suam in-
terficit,fraternęq; cædis vltor existit, & hoc facit natura,ne
pestifera proles nimiũ propagetur. Et nota q scorpio parit
vermiculos ouorum specie. Mater ista significat mundũ vel
mortem,filii 11.significant hoĩes mortales,qui intelliguntur
per numerũ 11.qui est primus numerus qui trãsgreditur de-
narium,quia.s.naturaliter sunt denarii.i.decalogi trangresso
res.Ista ergo mater,s.mors oẽs filios suos deuorat, & consu-
mit,veruntñ vnus de filijs suis sibi præualuit,s.Christus, qui
frater fuit aliorum quãtũ ad naturam humanam, quia qñ ab
ista matre.i.à morte debuit deuorari,tunç vere ab ea nõ fuit
deuoratus.s.in inferno per pœnam nec in sepulchro per cor
ruptionem,imo super eam ascendit quantum ad præsidentiã
potestatis sibi datam à patre,& eam occidit & destruxit.vn-
de ipse dicit Ose.13.Ero mors tua o mors, morsus tuus ero
inferne.Et sic mortem fratrum suorũ,s.patriarcharũ & alio-
rũ vindicauit,quod plenius in die iudicij exequetur.Vel dic
q ista mater significat malum prçlatum,qui re vera oẽs filios
.i.subditos excoriat,deuorat & infestat.Thr.2.Matres come
dent paruulos suos ad mensuram palmæ. Veruntamen qñq;
reperit ibi vnus de filijs suis.s.aliquis bonus subditus, & astu
tus,qui contra istam matrem militat,ipsamq; facit qñq; de-
poni, & præualet contra ipsam, & sic vltor est oĩm aliorum.
Figura 4. Re.11.vbi Athalia occidit omne semen regium in
Israel, libidine dominandi, paruus tñ filius Ioas qui fuit ab-
sconditus,tandem medio Ioiade sacerdotis fuit occasio mor
tis suæ.Sic verè istæ iniquæ matres.i.mali superiores,postquã
subditos deuorauerunt,& molestauerunt, sæpe Dei iudicio
fit q aliquis subditus absconditur,de quo non cauerant,eos
punit.Mar.13.Consurgent filij in parentes,& morte eos affi
cient.Ad hoc tñ debet cooperari Ioiada sacerdos.i. episcop[9]
siue papa.Vel mater ista est mũdus,qui filios.s. hoĩes occidit
per diuersa peccata, & etiam per mortem temporalem, sed
vnus istorum,s.Christus,in mundo natus,super matrem.i.su
per mundum ascendit per contemptum ipsius,& maximè su
per eum ascẽdet in die iudicij, & sic mortẽ fratrum suorum
.i.damnationem hominum,à mundo & à mũdanis decepto-
rum vindicabit,mundum perpetuo condemnando, dicens.
Væ mundo a scandalis.Mat.18.Nota ẽt q tales a diabolo par
ti & emissi sunt sicut vermes,quia.s.more vermium mouun
tur.Iob.17.Putredine dixi,pater meus es, mater mea & so-
12 ror mea vermibus.¶ Secundum Aristo. quidam sunt scorpio
nes qui comedunt venenosa,& tales sunt pessimi.Sic vere de
tractores qui venena.i. peccata aliorum comedunt,& sibi in
corporant detrahendo,pessimi debẽt dici. Et nota quare de
tractor scorpioni cõparatur,quia.s.lambit,& pungit, primo
hominem commendando,& in cauda.i.in fine eum per infa-
miam venenãdo. inflexuose etiam vulnerat cum aculeo suo
curuo,nunquam.s.directe diffamando,sed flexuose & latera-
13 liter adhibitis circunstantiis vulnerando,& de alijs obloquẽ
do.&c.sicut supra.¶ Secundum Aristot. quidam sunt draco-
nes qui comedunt scorpiones,& isti pessimi sunt veneni. Sic
verè quidam sunt principes qui comedũt & sibi incorporat
per complacentiam scorpiones,i.detractores & falsos accu-
satores,i.ipsos libenter audiendo,& in suis domibus nutriẽ
do,& tales ꝑ certo pessimi sunt,s.suis subditis & nociui,quia
princeps qui libenter audit verba mẽdacij, omnes ministros
habebit impios.Prou.29.¶ Secundum Isidorum lib.12.Scor-
14 pius est signum in cœlo, scorpius est rubus aculeatus, scor-
pius est sagitta venenata,scorpius est vermis venenatus. Vn-
de Aratus.Scorpius est vermis,signum,sagitta,flagellum. Re
ctè tales sunt peccatores,quia isti sunt rubi aculeati per pec
catorum remorsionem, sunt flagella ad bonos flagellandos
per illatam tribulationem, & maximè contra pauperes sunt
sagitta venenata per puncturam & detractionẽ,sunt vermis
in terra per auaritiam & ambitionem. Istud summe paret in
detractorib.qui habent aculeos malorum verborum & pun
gentium, qui in cęlo.i.in statu prælationis sunt signum & effi
gies,non realitas prælatorum. Ideo de talibus potest dici il-
lud Ezec.Impij & subuersores sunt tecum,& cum scorpioni
bus habitas.¶ Scorpiones timent stellionem,& cætera sicut 2
supra de stellione.

## *De Sue.* *Cap. 93.*

SVs ſm Isido.a subigendo dr,eo q cum rostro terram su
bigit,ꝓp cibum,& terram sulcat dẽtib. vt sic perueniat
ad radices.Sic sunt multi peccatores,s. causidici & mali
prędicatores,qui rostro.i.cum eloquentia sua terram,&
radices.i.terrenas diuitias sibi quærunt.¶ Sus aĩal est immun
dum,in luto & stercore delectatur, & ibi se volutat, balneat
& inuoluit,& ibi impinguatur, & maxime qñ quiescit,& fi-
lios suos summe diligit,& pugnat pro eis contra lupum. Ta-
les sunt diuites huius mundi,quia vere in stercorib. diuitia-
rum,in luto deliciarum hodie quietantur.& ibi per affectio-
nem delectantur & inuoluuntur,& ideo per carnalia deside-
ria impinguantur,& maximè qñ per pigritiam quiescunt,q̃a
tunc magis carnalia desideria insolescunt. Impinguantur ẽt
& replentur diuitiis, & beneficijs, quia oẽs sui cibi.i.omnes
sui temporales redditus & prouẽtus transeunt in pilos, & in
carnem.i.substantiam temporalem acquirẽdam & multipli-
candam.Hier.47.Fertilis fuit Moab, requieuit in fęcib. suis.
Et isti filios suos mire diligunt,& pro eis ditandis & tuendis
contra Deum & hoĩes se opponunt. Vel expone de bonis ꝓ-
latis sicut de apro.¶ Sus qñ concipit,macrescit,& hoc q̃a nu-
trimentum suum non transit in pinguedinẽ,sed in lac,vnde fi 3
lij nutriuntur,ſm Aris. Sic vere sunt aliqui qui qñ concipiũt
bonum propositum.i.qñ à Deo conuertuntur,n. acrescunt.s.
quantum ad diuitias temporales.Et hoc quia pro certo pin-
guedo sua & nutrimentum.i.diuitiæ, redditus & prouentus
extunc transeunt in lac.i.in elemosynas & pietatis opera,qui
bus nutriunt filios.s. Christi & ecclesiæ pauperes & egenos,
pro quibus etiam ex tunc pugnant contra lupos.i.contra im
pios & raptores.Oĩa ista patent de bonis diuitib. Ideo Iob.
29.Oculus fui cęco,pes claudo,benedictio perituri veniebat
super me conterebam molas leonum.&c.¶ Sus in vere conci 4
pit,quattuor mensib.ventrem portat,bis aliquando in anno
parit.Sic aĩa in vere.i.in statu grãæ concipit per bonam volun
tatem,& foetum boni propositi in ventre.i.in conscientia nu
trit per quattuor menses,qui sunt cogitatio,delectatio,com-
placentia,& cõsensus,& deinde eum parit,& emittit per bo
nam operationem,& hoc bis in anno.i per duplicis charita-
tis frequentationem. ¶ Sus aliqñ multos filios parit,s.20. &
qñ non potest eos nutrire propter multitudinem,idcirco qñ
que oẽs deuorat præter primum, quem nutrit diligit & im-
pinguat,vt dicit Pli. Arist.& Solinus. Rectè tales sunt hodie
multæ religiones,quæ primo in ventre suo.i.in claustro con-
cipiunt multos filios,i.multos iuuenes,quia.s.vellẽt q oẽs in
grederentur ventrem suum, & q oẽs acciperent statum illũ,
& ideo vere tot & tanti sunt hodie, quòd tales matres non
possunt nutrire, quia vere non possunt eis prouidere nec de
temporalib.nec de spiritualib.sicut patet apud mendicantes,
& ideo pro certo ipsos hodie deuorant per tribulationes,an
gustias & tormenta,præter primos.i.præter principales & ꝓ
latos,quos nutriunt in delicijs,& impinguant Figura Leuit.
26.vbi comminatur dñs mulieribus delicatis quòd ad tantã
deuenient paupertatem, quòd cogentur proprios filios de-
uorare.Sic vere tales religiones quæ primo solebãt delicijs
spiritualibus abundare,hodie filios suos deuorant persequẽ
do.Ideo Numeri 13.Terra quam vidimus,deuorat habitato
res suos.Vel expone de malis prælatis, qui subditos perse-
quuntur præter primos.i.præter autenticos & principales q
bus contradicere non audent,vel eos castigare, sed eos im-
pinguant,s.beneficijs & præbendis,vt eos adiutores habeãt,
& fautores. ¶ Porca aliqñ omnes filios suos deuorat præter
primum,quem sibi magis reputat naturalem,& ideo siue de 5
noret alios,siue non,isti semper porrigit primam mammam.
Sic verè mali prælati subditos suos deuorant & persequũtur
inique persequendo,& hmõi,præter illos qui sibi sunt conna
turales.i.præter suos cognatos & affines, & præter primos,
autẽticos & principales,quibus primas mammas.i.prima be
neficia & meliora donant. Cito proferte stolam primam, &
induite eum.Luc.15.Cum tamen isti deberent talibus dicere
illud Marci 10.Sedere ad dexteram meam non est meum da
re vobis,sed quibus paratum est à patre meo. Figura de Io-
seph & Beniamin, supra de cane. vide alia supra de por-
co,&

¶ eo,& supra de apro. ¶Quædam sunt sues quæ primum fœtū
quem pariunt,solent penitus deuorare. Sic verè diabolus,&
mundus illos qui apud eos sunt primogeniti, seu primi,s.di-
uites & maiores,morti æternæ exponūt.Figura de Moab 4.
Reg.3.qui primogenitum filiū interficiens,demonib.imo la
uit.Patres immolauerūt filios & filias suas demoniis ps. 105.

## De Tauro. Cap. 94.

1 TAurus sm Isid.li.12.est bos non castratus,aīal.s.cerui-
cosum,superbum,indomitum,& elatum. Vnde Pli.li.
8.c.21.dicit ꝙ in India sunt tauri fului coloris,velocis
cursus,caput habentes flexibilecircunquaq;,& dorsū
ita habent durum ꝙ muniti quasi firmitate silicea,respuūt oē
telum.Veruntā qñ sub ficu alligantur,subito mansuescūt.Vi
de de ficu.Charissimi ficus significat arborē crucis,q̄ fructū
dulcissimum protulit Iesum Christum.Per Taurum ergo in
tellige principes,& tyrannos,& mundi diuites superbos,&
ēt cęteros peccatores.Licet n.ante Christi aduentum isti fue
rint & etiam nunc sint non castrati per castitatem,sed ceruI-
cosi per crudelitatem,superbi & elati per vanitatem,velocis
cursus per instabilitatem,& animi leuitatem,fului coloris p
vestium curiositatem,capitis flexibilis per intentionis muta-
bilitatem,dorsi duri per incorrigibilitatem(quia s.omne te-
lum.i.oē verbum correctionis per duritiam obstinationis re
spuunt,& contemnunt) veruntā quia hmōi tauri modo sunt
sub ficu.i.sub fide crucis Christi alligati.s. vinculis diuinorū
mādatorum,& maximè qñ eis de Christi crucifixione fit mē
tio specialis,ideo pro certo debent dimittere oēm suam ferī
tatem,rapinā.s.crudelitatem & pro crucis,& Christi crucifi-
xi compassione mansuescere per benignitatem. Ligauerūt eū
ad arborem.Iudith 6.& Can.8.Sub arbore malo suscitaui te.
Quod est contra principes & tyrannos,qui plus sunt crude
2 les q̄ infideles.¶Secūdum Pli.inter Tauros ille debet dici ge
nerosus,qui frontem habet cornutam,aspectum ferocem,au
res acutas,& qui dimicationem alijs præfert, & qui in altū
spargit arenā, quia præ cunctis aīalibus in hmōi delectatur.
Fortitudo aūt Tauri maxima est in cornib.& in collo, vt idē
dicit li.4.ca.45.Sic verè hodie illi dñr generosi & nobiles,&
magis ēt inter nobiles generosi,qui sunt frontis duræ per ob
stinationē,cornuti per elationem, aspectus feri per aliorum
cōtemptum & abominationem & dignationē, acutæ auris.s.
ad attendendum adulationem,& detractionē,& qui dimicatio
nem.i.litem luctam, & iurgia aliis præfferunt per fatuā au-
daciam & presumptionem,& qui arenam.i.diuitias suas spar
gunt in altū.s.faciendo conuiuia & festa pp vanam gloriatio
nem.Tales.n.qui spargunt diuitias & abundanter nō in imū,
.s.pauperib.sed in altū.i.diuitib.non indigentib.s.nimis,scuti
feris & aduocatis, & qui parati sunt luctari torneamentis,&
hmōi,vel alios impetere per rapinā, generosi & nobiles ap-
pellātur,& ideo pauperes psūt dicere illud ps.Tauri pingues
obsederunt me.contra illud Ecc.6. Ne te extollas in cogita-
tione tua velut Taurus.Item Hiere.50.Effusi estis sicut vitulī
super terram.Vel dic si vis de bonis prælatis, qui habent frō
tem duram per constantiam,& firmitatem,aspectum ferocē
per maiestatem,& iudicij auctoritatem, arenā.i.diuitias dne
spargere per elemosynā,& largitatem, aures acutas habere
.s.ad audiendum causarum oīm veritatem,cornuti debēt es-
se per duorum testamētorum notitiam & sagacitatem,alios
debent impetere per pctōrum correctionem,punitionē & se
ueritatem,quia.s.per timorē mortis non debent iustitiam,&
fidem omittere.Tauri mei,& altilia occisa sunt Matt.22.quia
sicut dr̄ Prou.20.Rex qui sedet in solio iudicij, vultu suo oē
malū dissipat.Talis.n.Taurus fuit Christus,& etiam sancti,&
perfecti viri.Vnde Deu.33. Quasi primogeniti tauri pulchrī
tudo eius,cornua rinocerōtis cornua illius.¶ Itē ibidē.Tau-
3 rus cum marib.pascitur ante tps coitus,sed tunc vaccis se as
sociat,& pro eis cōtra alios durē pugnat,& qui vincit, saltat
super fœminam.Sed qñ debilitatur,venit victus,& ipsum im
petit atq; vincit,& saltat super fęminā,quasi glorians de triū
pho,vt dicit Arist.li.6.c.18.Sic verè inter mundi superbos ac
cidit ꝙ sp fortior vincit debiliorē,sed sæpe accidit ꝙ ille qui
prius vicerat,debilior efficitur,& alius obtinet cōtra ipsum.
Deus.n.perdet multos & innumerabiles, & regnare faciet
4 alios pro eis Iob 34.¶Taurus sm Arist.li.8.c.7.impinguatur
a cibis qui generant ventositatem.s.de fabarum summitatib.
& hmōi,& si quis eius cutē inciderit, & cum fistula sufflaue-
rit,& postea ei ad manducandum dederit impinguabitur,&
maximè si sibi dederit cibos dulces,vtputè ficus vel vuas pas
sas.Tales sunt superbi,& hypocritæ, quia verè isti impinguā
tur.i.delectantur & recreantur a cibis.i.verbis quæ ventosi-
tatem generant & inducunt,s.superbiæ & vanęgloriæ,videli
cet verbis adulatorijs.Nam qñ fistula.i.adulator sufflat adu-
lando,tūc sua cutis.i.fastus suus exterior eleuatur à carne.i.a
carnis fragilitate,& à suę vilitatis cōsideratione separatur,&
sic miser homo Taurus superbus impinguatur & recreaē, &
maximè si cibis dulcib.i.carnalib. delicijs educaē. ¶ Bos,vac 5
ca,& Taurus sunt talis cōditionis ꝙ plus diligunt aquā clarā
q̄ turbidā,& citius eam bibunt,equus aūt,& camelus cōtra-
riæ sunt naturæ.Charissimi,per bouē quæ iugo subijcitur,in
tellige prælatos & religiosos,& contemplatiuos, per vaccā,
& Taurū intellige seculares,& actiuos,quia vere illi plus di-
ligunt aquā clarā.i.gr̄æ venustatem,gloriæ voluptatē,& diui
næ scientiæ claritatem,q̄ turbidam i.q̄ mūdi prosperitatem,
pcti fęditatem,secularis scientiæ falsitatē.Sed pro certo equi
hinnientes.i.luxuriosi,cameli gibbū potestatis, & caput ere-
ctum habentes.i.superbi & ambitiosi cōtrariū diligunt,& af
fectant,quia bona terrena appetunt,spūalia contēnentes. Vñ
Hie.2.Quid tibi vis in via Aegypti,vt bibas aquā turbidam?
¶Secundum Arist.Tauri quandiu non castrantur, elati sunt 6
& superbi,sed qñ castrantur,pigri & maturi reddūtur,imbel
les & mansueti,crescūt in corpore & virtute,& sub iugo ara
tro mansuescunt.Sic verè Tauri.i.hoīes qui pp regnum cęlo
rum non castrantur,s. actus luxuriæ abdicando superbi sunt
& elati,sed verè qñ sunt castrati,s.per emissionem voti castita
tis,tunc efficiunē domiti,& maturi,imbelles,benigni & man
sueti,crescentes,s.meritis,& virtutib.& iugo pœnitentiæ mę
lius se supponunt.Pulchra est ergo generatio,casta cum cha
ritate.Sap.4.¶Taurus audacior est & fortior q̄ bos castratꝰ. 7
Nam omnes bestiæ pp amotionem testium emollescunt.Vn
de in corde Tauri aliqñ inuenitur os,sicut in corde cerui.Ta
les sunt martyres, qui præ cæteris fuerunt cōstātes,& auda
ces quātum ad martyrium tolerandū, quia pro certo os for
te & instabile.i. Christus vel Christi amor in eorum cordib.
latitabat.Charitas Dei diffusa est in cordib.nostris ad Ro.5.
¶Taurus post annum generat, pp coitum vaccis se associat, 8
& pro eis contra alios sæpe pugnat. Sic verè luxuriosi post
annum.i.ab ipso tpe iuuētutis in actibus luxuriæ se exercēt,
& vaccarum.i.fœminarum societati se coniungunt, & alter
contra alterum sæpe pugnant.Pulchras habent mulieres, &
ideo pro eis debemus pugnare.Iudith 10.¶Secundum Plin.
li.8.sunt in India Tauri atrocissimi agrestes,cęteris maiores 9
& velociores,colore fului,oculis cerulei,pilo in contra sum
verso,linguā vsq; ad aures extendunt,cornua habent mobi-
lia,quæ alternatim in pugna mouent,dorsum habent ita du-
rum,ꝙ nullo possunt iaculo vulnerari,feras nēs venātur,nec
aliter possunt capi,quām in foueis,vbi qñ ceciderint,præ in-
dignatione moriuntur. Taurus iste significat principes & ti-
rānos,sui pili sunt diuitiæ,cornua sua sunt officiales, iudices
& balliui mediantib.quibus per eos pauperes impugnantur.
illi igiē sunt Tauri agrestes & siluestres, quia in silua & agro
mundi huius habitant & morātur,& sunt atroces per crude-
litatem.cæteris hoibus maiores.s.quantum ad potentiam &
dignitatem,& velociores,s.quantum ad præcipitem instabi-
litatem,colore fului,s.per vestium curiositatem, oculus suus
.i.intellectus est ceruleus quantum ad malitiam & cautelosi-
tatem,dorsum eorū.i.cor est durum per obstinationem, ita
ꝙ à nullo venatore possunt capi.i.à nullo prælato vel pdicato
re psūt vulnerari per contritionem,penetrari per cōpassionē,
licet ab eis tentantur per prædicationem. Cor eius indurabiē
quasi lapis.Iob 41.¶Tauri indici sm Pli.habent pilos in con 10
trarium versos,quia.s.non tendūt inferius versus terram,sed
superius versus caput.Tales sunt diuites, quia vere pili eorū
.i.diuitiæ tpales in contrarium sunt versæ, quia s.non tendūt
versus terram.s.ad pauperes per elemosynas,sed versus par-
tem superiorem,& versus caput.i.ad alios diuites, & super-
bos,quia eas non expendunt in pauperum sustentatione,sed
in festorum & donorum multitudinem. ¶ Secūdum Pli.Tau 11
ri indici habent linguas ita longas,ꝙ vsq; ad aures protēdūt
eas.Sic vere multi sunt ita verbosi,ꝙ lingua.i.eloquentia, &
verba eorum tangunt aures.i.illa quæ audierunt,quia.s.nihil
possunt audire de alijs de eo quin velint loqui,& detrahere,

12 & referre, contra illud Eccl.28. Sepi aures tuas spinis.¶ Tau-
ri indici ſm Pli. habēt cornua mobilia, & ipſa alternatim pu
gnando mouent. Sic uere mundi tyranni habent cornua.i.of
ficiales cum quibus alios impugnant, mobilia quia ipſis alter
natim utuntur ad alios impugnandos. Vel dic q cornua.i.eo
rum officiales ſunt mobilia, ſ. de officio, & in officium, de lo
co ad locum, quia qn̄ per rapinas contra rapinas pugnant, il
los ſæpe mutant & transferunt, ne. ſ. eorū nequitiæ nimis ap
13 pareant eminentes. Tauri indici ſunt fortiſſimi, oēs feras ue-
nantur, & capi nequeunt, niſi in foueis, & tunc etiam qn̄ ſe ui
dent captos, præ indignatione moriuntur. Sic uere mundi ty
ranni oēs feras uenantur.i. oēs hoīes perſequuntur, quia deo
non placent, & cunctis hoīb. aduerſantur. Et ideo capi in mū
do iſto uel caſtigari non poſſunt, niſi qǒ in foueam ſepulchri
uel inferni ceciderint, ubi præ indignatione & deſperatione
perpetuo moriūtur. Ibi morieris, & ibi ſepelieris. Hier.20. Vi
de ſupra de beſtia quæ dr̄ tale quæ uidetur eſſe talis Taurus.

## *De Tragelapho.* *Cap. 95.*

1 TRagelaphus ſm Iſid. li.12. eſt aīal ſimile ceruo in cor-
pore, caput. n. habet barbatum, ſcapulas hēt hirſutas ſi
cut hircus, & ſm Ariſt. facies ſua declinat ad terrā, &
creſcunt ſua cornua ſicut ceruis, & ſua cornua ſunt ſi-
cut cornua hinnuli. Et dr̄ a tragos qđ eſt hircus, de elaphos,
quod eſt ceruus, quaſi habēt ſimilitudinē hirci & cerui, ut di
cit Iſid. Sic uere quidā ſunt in mūdo, qui ſunt ex parte cerui,
& ex parte hirci.i. ex parte iuſti, & ex parte iniuſti, quia cor-
pus.i. uita ſua ſimilis eſt ceruis.i. iuſtis, ueruntn̄ villoſi ſunt.i.
pleni diuitiis ſicut hircus.i. ſicut peccatores, & barbam.i. ſe-
cularem ſapientiam habent ſicut hirci.i. ſicut mundani, & iō
facies.i. intentio iſtorum declinat ad terram, i. ad temporalia
& terrena, quia multi ſunt qui licet ſint boni quantum ad ui-
tam, ipſi tamen uolunt pilis diuitiarum abūdare, barba ſecu
laris ſcientiæ ornati, & intētionem ad temporalia declinare,
contra illud Leu.19. Nec radetis barbam. &c.

## *De Talpa.* *Cap. 96.*

TAlpa ſm Iſid. li.12. eſt beſtiola ſimilis muri in corpore,
porco in roſtro, cum quo radices ſub terra quærit, &
1 terram fodit & egerit, ſub terra moratur, nec pōt diu
uiuere ſuper terram, & eſt talpa cæca naturaliter, &
nō videt. Tales ſunt auari, quia verè ſub terra.i. in amore ter
renorum habitant, vbi radices.i. mundi diuitias ſibi quærūt,
& cæcitate ignorantiæ perpetuæ ſunt damnati, roſtrū.i. ver-
ba ſua ſimile eſt porco, quantum. ſ. ad grunnitum detractio-
nis, & quantum ad appetitum ſtercorum.i. diuitiarum. Et iō
finaliter poſt mortem ſub terra.i. in inferno viuent, vbi cęci-
tate & tenebris damnabuntur, & ſuper terram.i. in præſenti
diu viuere non valebunt, quia ſicut ait pſalmiſta. Viri ſangui
num non dimidabunt dies ſuos. Vel ſi vis, dic de hæreticis, q
oculum fidei habent per errorem penitus excęcatū. ¶ Talpa
2 pellem habet nigram, mollem & villoſam, pedes & crura ha-
bet breuiſſima, & pedes eius more manus hoīs per digitos
ſunt diſtincti. Et ſm Ariſt. li.1. c.9. talpa habet oculos ſub co-
rio, & ſi corium ſcindatur, apparebūt ibi veſtigia oculorum.
Et ſicut dicunt aliqui, qn̄ moritur, prę anguſtia corium ſcin-
ditur, & ſic aperit oculos moriendo, quos clauſos habuit in
uiuendo. Sub terra aūt manet, & raro ſupra. Tales ſunt mūdi
diuites, & ſapientes, quia vere pellis eorū.i. apparentia & cō
uerſatio nigra eſt per peccatorū offuſcationē, mollis quo ad
delicias villoſa, quo ad diuitias, crura eorū.i. affectus ſunt val
de breues, quia nihil diligunt niſi iuxta ſe. ſ. tpalia, nō ęterna,
terrena non cęleſtia, amicos nō inimicos, & pedes eorum.i.
affectiones per multos digitos.i. per multa deſideria ſunt di-
uiſi. Diuiſiſti pedes tuos omni tranſeunti. Ezec.16. Iſti ēt hnt
oculos.i. ſapiētiā, & diſcretionem naturalē, & ſecularem, ſed
quia iſti oculi modica pelle.i. mundi & carnis affectione, &
amore ſunt incluſi, iō vere iſti non vident per debitam diſcre
tionem, ſ. ea q̄ videre tenentur, videlicet propriā vilitatē, in-
ferni tormenta, Dei iudicia, &c. hmōi, quia quantū ad illa q̄
ad ſalutem pertinent aiarum, cæcitate perpetua ſunt damna
ti, ſed pro certo qn̄ iſti morientur, & corium mundanæ pro-
ſperitatis ſcindetur, tūc oculus ſui intellectus aperietur. ſ. ad
videndum, & cognoſcendum ea q̄ primitus non videbāt, q̄a
leuauit oculos diues cum eſſet in tormētis, & vidit Abrahā,
Luc.17. Vel dic q illi quorum oculi à pelle.i. à carne, peccato
vel proſperitate velantur, qn̄ corium hmōi ſcinditur per tri
bulationes & pęnitentiam tpalem, tunc incipiunt videre, &
ſtatus ſui cognoſcere vilitatem. Exemplū de Antiocho. 2. Ma
cha.9. qui in agnitionē ſui ductus eſt, percuſſus à dn̄o plaga.
Ideo Eſa.28. Vexatio dabit intellectū.¶ Talpa eo q oculi eius 3
ſunt aperti, neſcit ſe regere extra terrā, quia lucem nō videt,
& ſolē odit, & fugit, in terra aūt optimè ſe regit, quia tot ha-
bet foueas & diuerticula, q vix in terra capitur à quocunq;.
Rectè tales ſunt auari, & mundi ſapientes, qui nō vident nec
habent lucem grẽ & veritatis, quia. ſ. ipſi ſunt per auaritiam
excęcati, & ideo ſolem.i. Chriſtum odiunt & declināt, vel ſo
lem.i. manifeſtationem veritatis, quod patet, quia contractus
ſuos nō faciūt palā ſed occultè, quia qui male agit, odit lucē,
Io.3. Et ideo pp defectum lucis grę & diſcretionis, extra ter
ram & terrena.i. quantū ad bona ſpūalia & æterna neſciunt
ſe aliqualiter gubernare. Veruntn̄ in terra.i. in terrenis nego
ciis optimè ſe regunt, quia tot habent diuerticula diuerſarū
cautelarum, q vix poſſunt concludi, ſicut patet in cauſidicis,
quia ſapientes ſunt vt faciant mala. &c. Hie.4.¶ Scd̄m Pli. tal 4
pa eo q viſu caret, melioris eſt auditus, quia ſi hoīem loquen
tem audierit, ſtatim à remotis ad terrā fugit, & inter terræ vi
ſcera ſe abſcondit. Sic verè hodie illi qui carent viſu, i. ſimpli-
cęs, qui carent mundi diſcretione, bonum habent auditum,
quia. ſ. libenter audiunt verbum Dei, & ideo qn̄ hoīem.i. præ
dicatorē loqui audiunt, mundi pericula & pctā fugiunt, & in
tra terram.i. in mortis vel inferni memoriam ſe recludunt, &
ſic per terram.i. per humilitatē, pęnitentiam mortis vel infer
ni memoriam liberantur. Ideo Nau.3. Intra in lutum, & cal-
ca.i. in cōſiderationē propriæ vilitatis, mortis, & inferni. &c.
Prou.1. Audiēs ſapiens ſapientior erit. &c.¶ Talpa dum viuit 5
prata hoim fodit & ideo à venatorib. capitur, & per caudam
ſuſpenditur, & fame cruciatur, & ſic famis inopia euacuatur. 6
Sic verè mundi diuites, & auari, qui dum viuunt, prata hoim
.i. temporales ſubſtantias pauperum per rapinas & vſuras ef-
fodiunt & ſubuertunt, à venatore diabolo per diuerſa vitia
rapiuntur, in altum etiam ſuſpenduntur. ſ. per caudam.i. per
ſpem longæ vitæ, & fame auaritię cruciantur, & ſic per auari
tiam fameſcendo morte temporali, & æterna damnantur. In
terierunt fame, multitudo ſiti exaruit. Eſa.6.

## *De Taxo ſiue mele & vulgo fouina.* *Cap. 97.*

TAxus idem eſt quod melius, cuius pellis eſt multū hi-
ſpida, & dr̄ melota, ſicut dr̄ in gl. ad Heb.11. Et eſt aīal 1
paruum, ſimile vulpi in quantitate, vt dicit Iſid. lib.12.
Cuius ſolertia eſt ſm Pli. li.8. c.38. q qn̄ à canib. vel ho
minibus inſequitur, anhelitum in flatum retinet, & cutem ex
tendit, & ſic morſus canum & ictus hominum minus timet.
Sic vere chariſſimi, nos debemus habere pellem.i. habitum
hiſpidum, aſperum. ſ. & incultum, ſicut habuerunt ſancti, &
eremitæ, de quibus dr̄ ad Heb.11. Circuierunt in melotis, &
in pellibus caprinis. quia habentes alimenta, & quibus tega-
mur, his contenti ſumus 1. ad Ti.6. Quod eſt contra religio-
ſos curioſos in veſtib. Et qn̄ hoīes.i. iuſti & boni, canes.i. de-
tractores & mali, nos perſequuntur, ſ. morſib. detractionum,
ictibus tribulationum, latratib. iniuriarum, pro certo nos de
bemus anhelitum noſtrum.i. appetitum vindictæ & furorem
& iracundiā retinere, & cutē per patientiā extendere, ſ. iniu-
riis fortiter obſiſtendo, & ſic poterimus morſus detractionis
& ictus tribulationis & correctionis leuius ſuſtinere. Patien
tia. n. nobis neceſſaria eſt. ad Heb.10. Et circuierunt in melo-
tis &c. vt ſupra.¶ Taxi ſm Pli. ibidem, futuram præuident tē 2
peſtatē, & ideo cauernas ſubterraneas ſibi faciunt ingreſſum
duplicem continentes, & qn̄ flat tempeſtas auſtralis, tunc fo
ramen meridionale caudarum villoſitate obturant, & aqui-
lonare dimittunt apertum, & econuerſo qn̄ flat ventus aqui-
lonaris, & ſic contra vtranque tempeſtatem ſibi præuident
prout poſſunt. Chariſſimi, per auſtrum ventum nebuloſum
& calidum intelligitur proſperitas, per ventum aquilona-
rem intelligitur aduerſitas. Cauerna noſtra eſt ſecretum con
ſcientiæ, foramina ipſius ſunt affectiones, & appetitus. Nos
igitur chariſſimi debemus nobis prouidere, & præcauere
contra mundi tempeſtatem ſcilicet contra auſtralem proſpe
ritatem, ne ſcilicet alliciat vel attrahat, & contra aquilona-

rem frigiditatem & aduersitatem, ne. s. per desideratione nos deijciant vel detrahant, quia sm Greg. Ois fortuna timenda est prospera vel aduersa. Et ideo qn videmus huiusmodi tempestatem imminere, in cauernam nostram. i. in secretum conscientiæ nostræ debemus intrare, per eius. s. iugem examinationem, & si auster prosperitatis flauerit, claudamus introitum illius partis. i. affectum & appetitum qui naturaliter attrahitur ad prospera, & eum cum cauda. i. cum memoria finis & mortis obstruamus, & introitum qui respicit ad aquilonem. i. considerationem aduersitatis, s. huius vitæ, mortis iudicij & inferni, dimittamus apertam, quia vere vtile est prosperis de morte, inferno & iudicio cogitare. Eccl. 7. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua. &c. Si autem viderimus ventum aquilonarem imminere. i. mũdi tribulationes & aduersitates, tunc vere ad obstruendum introitum & considerationem istius partis, debemus caudam. i. mortis memoriam apponere, & introitum austri. i. considerationem æternæ futuræ prosperitatis aperire, & sic poterimus nẽ periculũ euitare. Quia breuiter in mundi prosperis debemus considerare futuram aduersitatem, & in mundi aduersis futuram prosperitatem Cępisti cogitare quid futurũ esset post hæc. Dan.
3 2. ¶ Taxus in cauernis suis præparat contra hyemem sibi cibos, & qn deficit sibi cibus, est ei somnus pro cibo. Est. n. de illis aĩalib. quæ somno impinguantur, & in hyeme absconduntur. Sic pro certo nos debemus in cauernis & domib. nostris cibos. t. tpales diuitias ad sustentationem huius vitæ congregare. Sed pro certo qn hmõi cibi deficiunt. i. qn tpalis cessat affluentia, tunc somnus contemplationis dẽt nos nutrire, qa. s. per cõtemplationem debemus cibos æternæ beatitudinis degustare, & sic in hyeme præsentis vitæ donis & gratijs impinguari. Ecc. 5. Dulcis est somnus laboranti. Vel dic q in cauerna conſciæ debemus cibos. i. virtutes & gratias aggregare, vt in hyeme. i. in tpe post morte possimus nutriri, & som
4 no æternæ beatitudinis impinguari. ¶ Est species taxi sm Phisologum, qui vna cum vxore cibos contra hyemem recolligit & reponit, sed veniente algore hyemis, timens masculus, ne cibi collecti nimis cito deficiant, fœminã reprimit, & eam ad saturitatem comedere non permittit, & iõ illa quasi pacẽ simulans, & quasi masculo cedens, per partem oppositam cauernam ingreditur, & diu congregatos cibos deuorat & cõsumit. Sic est rectè de vsurarijs & auaris, qa illi & vxores suæ congregãt & accumulãt sibi cibos. i. diuitias tpales, vt in hyme vitæ pñtis valeãt enutriri, sed verè qn isti másculi, s. auari vident imminere algorem hyemis. i. tps caristiæ, tunc timentes, q cibi tpalium deficiant fœminam suam vna. s. cum filija & familia ab esu reprimunt, & eos ad litteram saturari non permittunt. i. laute comedere vel abunde, & iõ sæpe accidit, q vxor ista, s. familia, per aliquem locum occultum ad cibos hmõi ingreditur. s. ad cellarium & ad bladũ, & ibi plus qñq; vna die furatur, & expendit, q̃ iste auarus masculus aggregare potuit vno anno. Ideo Eccl. 34. In bonis ipsius alius luxuriabitur. Vel dic de infidis socijs, qui bene recipiunt alios ad se adiuuandum, sed non ad comedendum. Figura 4. Re 6. de muliere q̃ de filio alterius bene comederat, sed in crastinũ cũ deberent comedere filium suũ, ipsum abscõdebat, & cõicare non valebat, quia. s. ingrati bene volũt aliena participare, sua tñ volunt cõicare, contra illud Eccl. 4. Non sit porrecta ma
5 nus tua ad accipiendum, & ad dandũ collecta. ¶ Taxus (vt dicit idem) naturaliter odit vulpem, & vulpes contra eum pugnat, sed quia non põt de eo virib. pręualere, ideo ad malitiã conuertitur, nam qn ad prædam suam iuerit taxus, tunc vulpes cauernam ipsius intrat, ibi stercorizat, & fęces proiicit, & vrinam, & tunc taxus veniens, & locũ suum inueniens defędatum, ipsum abhorret, & sic necessario cõpellit, q locum alium sibi q̃rat, & ita cõtra eum malitia p̃ualet non virtute. Charissimi, taxus est bona persona vel prælatus, vulpes autẽ est malus subditus, inter quos est perpetua pugna, quia cõtra malũ bonũ est, & contra vitã mors. Eccl. 33. Et iõ qn talis taxus. i. bona persona est in sua cauerna. i. in suo officio, beneficio vel p̃benda, tũc vulpes. i. malitiosus & malus suus subditus vel socius nititur eũ expellere, & locum ipsius exturpare. Istud patet inter officiales & balliuos, inter canonicos & clericos, qa vnus sæpe pugnat & laborat vt alterius vẽdicet sibi locũ. Exemplũ de Zambri, qui occidit dñm suũ, & regnauit pro eo 3. Reg. 16. Sed verè quia isti non pñt præualere cõtra taxos. i. cõtra bonos socios vel p̃latos virtute. i. iustitia huc iu re, iõ vtuntur malitiis quibus pñt, & iõ stercus infamiæ & detractionis in nido suo ponunt vtpotè quia eis aliqua falsa crimina imponunt, & sic pp infamiã, & pp fętorẽ illius infamię necesse habent aliqn taxi. i. tales bonæ personæ dimittere, & perdere locũ suũ, & sic ab alijs impijs vulpib. occupatur, qa impius p̃ualet aduersus iustũ. Abac. 1. Vel dic q taxus est Xps, cauerna eius est cor humanum, in qua qn vulpes. i. diabolus stercus diuitiarum, vrinam deliciarum, & fętorem vitiorum imponit, taxus. i. Christus horret & deserit locũ istum, & sic à diabolo necessario occupatur, Iste. n. taxus Christus diligit locum mundum, vt ideo libenter non habitat cor immundum. Dicamus ergo. Cor mundum crea in me Deus, quia sicut dr Prou. 22. Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum, habebit amicum regem

## De Tigride. Cap. 98.

Tigris tigridis, bestia est velocissima, & sm Isido. à tigri .i. à sagitta Persicè est dicta, & ab ea fluuius tigris dr, 1
eo q sit rapidissim⁹. Et est bestia variis maculis distincta virtute, & varietate mirabilis, q̃ hyrcania regio gignit, vt dicit Isid. li. 12. Tales sunt impij iudices, & tyranni, q sunt veloces, & præcipites ad rapinam exercẽdam, & ad sententias pmulgandas, & tales multis varietatib. i. multis cautelis & falsitatib. colorantur, & in hyrcania (vbi sm Isid. homines viui, solebant hoies mortuos deuorare) .i. in mundo isto versantur, vbi pauperes à diuitib. deuorantur, quia venatio leonis onager in solitudine, & pascua diuitũ sunt pauperes. Eccl. 13. ¶ Secundum Pli. li. 6. c. 18. Tigris est bestia tremẽ 2
dæ velocitatis, quæ dum in pascuis commoratur venator aliquotiés vadit ad cubiculum suum, & catulos eius rapit, & in equo velocissimo fugit, at vbi bestia cubile suum vacuum reperit, fertur præceps odorem ferentis catulos inuestigans, q audiens fremitum bestiæ persequentis, vnum de catulis sibi eiicit, quem illa statim ad cauernam portat, & interim ille nauem cuscendẽs cum residuis recedit. Et dum illa reuertitur, pro nihilo vltra furit. Bestia ista est diabolus, cubile eius est infern⁹, catuli sui sunt sancti patres, venator est Christus. Cũ ergo tigris diabolus esset occupatus circa pastũ. i. circa fideles & gentiles vitiis & tentationib deuorãdos, venator Xpa ascẽdit equũ. i. corpus humanũ per beatã incarnationẽ, & venit ad cubile suũ. i. ad infernum per beatam passionẽ, & ibi rapuit catulos, s. sanctos patres, & equũ illũ, s. corpus suũ iterũ ascendit per beatã resurrectionem, & sic eos ad nauẽ. s. paradisi detulit per beatã ascensionem, aliquos tñ sibi dimisit, videlicet damnatos in inferno, & peccatores in mundo, quos pro certo ista tigris diabolus toto affectu ad cubile inferni detrahit & reportat, sed cõtra alios. s. cõtra sanctos liberatos pro nihilo vltra furit. In medio catulorum leonum enutriuit catulos suos. Eze. 19. Vel dic q cubile est mundus, in quo Christus rapuit catulos, videlicet apostolos, & cęteros pctõres, & ideo dum bestia diabolus fureret contra eum mediantib. mẽbris suis. i. iudæis persequendo in passione, vnũ de catulis raptis sibi dimisit, i. iudã, cæteros super aũt nauẽ. i. crucem ascẽdens, ad portum detulit paradisi. Pone si vis figuram de equo albo Apo. 19. Aliqn etiam accidit (vt dicit idem) q venator occultè rapit catulos tigridis, quod illa percipiens, venato-
tem persequitur furibunda, sed venator specula in via dimit 3
tit, in quibus dum bestia suam videt effigiem, credit suos esse catulos, & ea lambendo delectatur, & dum taliter circa specula occupatur, venator catulos importat, & nauẽ ingrediẽs sic euadit. charissimi, bestia est mũdus, venator est religio, catuli sunt mundani, specula uerba sacrę scripturę in quib. ostẽditur ipsis vmbra propria. Accidit ergo charissimi aliqn, q religio quæ est Christi venatrix, furat & ad se trahit catulos tigridis. i. filios mundanorum, sicut patet in mendicantib. qui uellent oẽs filios diuitum sustulisse, & cum istis effugit. s. eos transferendo de conuentu, de loco ad locum, quod quando tigris, id est parentes percipiunt, uertuntur in furorem, & eos sequuntur, ut retrahant, & reportent, ueruntamen uenator, i. religio, & religiosi ostendunt eis specula. i. uerba sacræ scripturæ, in quibus ipsis ostenditur umbra propria. i. cõsideratio propriæ fragilitatis & uanitatis, & umbra mundanæ uanitatis, & sic dum circa hæc intendunt, dimittunt catulos & uenantes. Mittam uobis multos uenatores &c. Hier. 16. ideo dicit Christus, Dimitte mihi paruulos tuos. Hierem. 49. Vel

dic q tigris est homo, filij eis sunt opera bona, & venator est diabolus, specula sunt alii diuites hoies, vmbra ibi apparens est status & eminentia secularis. Qn ergo venator diabolus rapuit, l. per pctm, filios tigris. i. opera bona nostra tunc vere qn ipsa sequi recuperare volumus per pniam, pro certo diabolus ostendit nobis in suggestione specula & exempla, diabolus ostendit nobis in suggestione specula, & exempla diuitum & aliorum, in quibus relucet vmbra status, & eminētiæ secularis, in quibus nos miseri delectamur, lambendo ea per affectionem, & desideria, & circa vmbram hmôi fatuè occupamus, & sic cursum pœnitentiæ, & boni propositi relinquimus, nec filios nostros, i. bona opera per peccatum perdita restauramus. Quasi qui apprehendit vmbrā, & persequitur ventum. Eccle. 34. Vel per specula intelligo creaturas, in quibus vr vmbra diuitiarum, & deliciarum, quæ fluunt, & refluunt, quia trāseunt oia velut vmbra, circa quæ occupamur, nec tn acquirimus quod optamus, quia quod quęrebat Israel, nō est assecutus. ad Ro. 11. Vel dic q diabolus est venator, catulus est gloria paradisi, quam. s. perdimus dum in mundi speculis occupamur. Vel dic q raptor est diabolus, catulus aia, opus virtus vel paradisus, vmbra aūt & imago sunt filij, specula significant vxores, quia vere dū homo delectatur in speculis. i. in vxorib. suis, & in imaginib. suis. i. in filiis, qui ex istis speculis videntur emanare, sæpe accidit, q diabolus prædictos catulos ei tollit, s. aiam vel bona opera & virtutes, vel ēt gloriam paradisi, quia s. pissimè accidit q per amorem vxorem, & filiorum perdunt hoies paradisum, aiam & virtutes. Proprius. n. filius noster est paradisus, vel aia, q̄ diabolus rapit. Filii autem qui sunt in hoc mūdo, sunt filij imaginarii seu picti, quia. s. non habent durabilem qualitatem psal. Veruntamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur.
4 ¶ Tigris masculus (vt dicit idem) nihil penitus curat de filiis suis. Sic vere plati mali masculi, & luxuriosi nihil curāt hodie de suorum vtilitate & regimine subditorum. Vnde Iob. 39. Duratur ad filios suos, quasi non sint sui. ¶ De tigride & cani
6 cula generantur fortissimi canes &c. vide supra de cane. ¶ Tigris tantę est velocitatis, sm Solinum, q nihil tam lōgum est, quod nō breui penetret, nihil adeo antecedit, quod nō ilico assequatur. Talis est mors, quæ celerrime nos sequitur, nullusque est ita longe ab ea, quin facillime consequatur, nullusque potest fugere, quin ilico comprehendatur.

## De Tinea: Cap. 99.

1 Tinea est vestimentorum vermis, sic dictus sm Isid. a tenendo, eo. s. q teneat se cum veste, & eo q vestibus exquarum corruptione gignitur, insidet & insistat. Nam qnq; ea corruptione vestis tinea gignitur, q inuisibiliter, & quasi insensibiliter panni superficiē deuorat, & corrodit. Vestis est caro, qua aia est vestita, tinea est pctm originale. Quia ergo vestis nra, l. caro, fugit ab Ada corruptā. i. corruptibilis facta, & mortalis p esum pomi vetiti, idcirco fuit ibi tinēa pcti originalis generata, quę vestem carnis insensibiliter, & inuisibiliter per carnalē concupiscentiam corrodit, & pilis. i. morib. & virtutibus eam priuat. Eccl. 42. A vestimēto procedit tinea, & a muliere iniquitas. Et ideo a tenendo pōt dici, quia vesti nræ, i. carni se tenet immobiliter, & innate. ¶ Qn vestis diu in grosso aere dimittitur, nec vento vel puro aeri explicatur, tunc ibi tinea generatur, quæ vestē insensibiliter corrodit. Et cum sit aial sensibile, tn vix permittit se videri. Rectè charissimi sic est de aia, q a uere qn aia diu in corrupto aere. i. in mundi deliciis dimittitur, & per laborem, & pœnitentiam non explicatur, nec vento tribulationum exponitur, nec duro aere. i. diuina scia exsufflatur, tūc vere in ipsa, tinea. i. pctm seu malum propositū generatur, a quo ipsa uestis. i. aia per remorsum corroditur, & vexatur, & pilis. i. virturib, spoliat. Et tn ista tinea, s. pctm, licet sensibiliter noceat, & affligat, nō tn se permittit uideri. s. ab oculis peccatorum, quia peccator non uidet pctm suum per contritionem, licet ei maximum inferat nocumentum. Oculos habentes non uidetis Mar. 8. & Esa. 6. Exccca cor populi huius. Et ideo sicut uestis tineis corrosa nihil ualet, & inutilis reputatur, sic uere nec aia perforata tineis peccatorum. Figura. Leuit. 13. vbi vestis in qua oriebatur lepra, debebat igne comburi, & maxime si abrasa iterum oriretur. Sic verè aia in qua oritur lepra peccati, igne perpetuo cōburetur, & maxime si abrasa p pœnitentiam, iterato reiteret vias malas Hier. 2. Quam vilis facta es iterans vias tuas. ¶ Qn vestis ponitur in loco vbi sunt 3
species odoriferæ, tūc ibi non gignitur progenies tinearū, & iō folia lauri, cipressi, & hmôi cistulis reponuntur, vt libri, & vestes a tineis nō lædantur, quia oia odorifera tineis opponūtur. Sic vere vestes. i. homines non corrumpuntur qn cū spēb. odoriferis. i. in societate virorum spūalium vel cum specieb. sacræ scripturæ adiunguntur. Et ideo in cistis. i. in conuentibus, & religionib. solent folia lauri, & cypressi. i. verba Christi & sanctorū poni, & exponi, vt libri. i. hoies litterati, vestes. i. simplices & ignari non corrumpantur tineis peccatorum, vel per species odoriferas intelligo gratias, & virtutes, quæ in cista cordis posita seruant conscientiam a peccato Can. 4. Odor vnguentorum eius super omnia aromata.

## De Teredine. Cap. 100.

Teredo teredinis est ligni vermiculus, in ligni interio- 1
rib. ex humore supefluo gnatus, sic dictus, eo q teredo edat, vt dicit Isid. Et cū sit vermis iste mollissimus cum tangitur, licet etiā faciliter enecetur, tn cum paulatim ipse tangit, est durissimus, & ligna ēt durissima pulueriszat. Rectè talis est mala affectio, q in ligno. l. intra cor humanum gignitur, qn humor superfluus. i. carnales deliciæ merito plus abundant. Et hmôi vermes, s. prauę affectiones, & desideria, a terendo pnt dici, quia verè licet sint mollis & vilis naturæ, tn ligna durissima. i. fortes, & constantes cōscientias aliqn deterunt & corrodunt, in puluerem. i. in vanam naturam conuertunt, ita vt vento modicę tentationis decidant in pec
catum. Fugit. n. tanquam puluis ante faciem venti. ps. ¶ Qn lignum non plantatur vel colligitur tpe opportuno, tūc ea hu 2
more superfluo teredo in eo solet gigni. Vnde si plenilunio planterur, cum tunc oia magis humida abundent, ita q regi nequeāt a natura, ideo ex superfluo gignitur talis vermis. Sic vere charissim. Oia tempus habent. Ecc. 3. quia si aliquid plātetur vel radicetur in plenilunio. i. in amore mundanæ prosperitatis, tunc vere quia plus abūdat humidum. i. carnalitas vel diuitiæ, delectatio vel affectus, q necesse sit, ita q a natura & a debita discretione vel a gra nequeat gubernari, oportet q ibi generentur teredines. i. praua desideria vel peccata, a quibus lignum. i. conscientia dissipetur. ideo bene dr Prou. 1. Prosperitas stultorum perdet eos.

## De Testudine. Cap. 101.

Testudo est animal secum ferens proprium domiciliū, 3
more testæ. Et sunt quatuor genera testudinum, s. marinæ, terrestres, fluuiales, & paludales. Et creditur a quibusdam q tardius nauigium incedat si secum ferat testudinis pedem dextrum, licet incredibilē videatur, vt dicit Isido. libr. 12. Vide supra de limace. Tales sunt hypocritæ, & etiam cæteri peccatores, qui in testa malarum excusationum & occultationum iugiter inuoluuntur, quorum quidam sunt marini. i. mari per detractionem, alii fluuiales. i. deliciosi per carnalem infectionem & per luxuriam, alij terrestres per auaritiā, alii paludales per carnales delicias seu gulam. Et si nauigium aliquod. i. conuentus vel religio secum tales deferat, tardius properat ad æterna.

## De Tortuca. Cap. 102.

Tortuca secundum Isidor. inter testudines computatur 1
& sic dicitur, eo quòd inter testas durissimas sit contenta, intra quas se recolligit quando ab aliquo molestatur. Et est animal quadrupes, habens pedes paruos sicut rana, caput paruum sicut serpens, deformis est & horribilis ad videndum propter hispiditatem testæ suæ sapida tamen & comestibilis reperitur, & oua bona & comestibilia ponit ut gallina, quæ sunt aliis nutrimenta, & sunt carnes eius medicinales, & uirtutis resumptiuæ, & ideo ualent pthisicis & ecticis & consumptis, hoc est uerum de illis tortucis quæ habitant in domibus & in siluis, quia quædam sunt quæ habitant in fluminibus, quæ alijs sunt uenena. Verè charissimi talis est religiosus, qui intrat testudines duras. i. inter opera dura penitentiæ & afflictionis se debet iugiter cōtinere, et in eis se inuoluere, et per sui considerationem se in seipsum recolligere, quoties ab aliquo obstaculo. i. ab aliquib. tentationibus molestatur. Ingredimini in cauernas. Esaiæ. 2. Iste debet quattuor pedes habere, id est quattuor cardinales virtutes,

tutes, quibus ad paradisum proficiscatur, qui tñ debent simi
les esse ranæ, s.quantum ad saltum bonæ operationis, & quan
tum ad immersationem in aqua lacbrymarũ, & deuotionis.
Caput aũt eius.i.intentio dẽt esse similis.s.quantum ad actua
sapientiæ, & discretionis. Estote prudentes sicut serpentes.
Mat. 10. Et est iste horribilis ad vidẽdum.s.secularibus hoib.
pp testę suæ horribilitatem.i.pp habitus vilitatem. Intrauit
2 pauper in sordido habitu. Iac.2. ¶ Carnes tortucæ sunt medi
cinales, & resumptiuæ, sed hoc est verum de illis tortucis quę
habitant in domibus & in siluis, quia illæ quæ habitant in flu
minib. & in aquis nõ sunt alijs medicina, sed venenum. Re ve
ra tales sunt boni & religiosi viri, quia vere carnes istorum.i.
bona vita, oua eorũ.i. bona opera & verba quæ interius con-
cipiuntur & exterius emittuntur, sunt alijs.s.secularib. medi-
cina, & ẽt spirituale nutrimentum, quia.s.ptbisici & ectici cõ-
sumptiq;.i.ab humore grẽ, & deuotionis pauperati, si oua, &
carnes.i.vitam, & operationem istorum accipiant per imita-
tionem, inuenient spiritualem medicinam, & resumere pote
runt humorem perditũ, & virtutes. Erunt fructus eius in ci-
bum, & folia ad medicinam Eze.48. Istud tñ est verum de il-
lis tortucis.i.religiosis, qui in terra, & in siluis.i.in asperitate
pęnitentiæ conuersantur, quia pro certo illi qui habitant in
fluminib.i.in deliciis & carnalitatib. non sunt aliis medicina,
sed venenum, quia per suam malam vitam, & exempla, alios
.s.seculares intoxicant, & occidunt. Esa.59. Qui comederit de
ouis eorum, morietur. ¶ Tortuca marina teste Arist. li.8.c.2.
3 habet fortius orificiũ omni alio aiali, & comedit oia, quia ẽt
si acceperit cum ore lapidem, ipsum frangit. ¶ Vnde etiam Pli.
li.11.c.37. dicit ꝙ tortuca, caret dentib. & lingua, & tñ oris sui
fortitudine frangit & dissipat vniuersa. Ista etiam ẽm Aristo.
exit ad ripã, & ibi herbis pascitur, & qñ est in mari, non se pro
fundat in aqua amara, sed in superficie sp natat, ita quod te-
sta eius solis ardorib. exsiccatur, Charissimi, mare est religio,
vbi amaritudo pniæ debet esse, ripa est mundus, herbæ sunt
mundi deliciæ & diuitiæ, tortuca est detractor. Illæ igitur tor
tucæ quæ sunt in mari.i.illi detractores, qui sunt in religione,
habent os ceteris fortius.i.verba, quia vere cum ore suo.i.cũ
verbis suis detractorijs oia deuorant, & consumunt, s.bonos
& malos, religiosos, & seculares. De omnib.n. detrahunt & lo
quuntur. potestas eorum in ore ipsorum & in caudis. Apo.9.
quia etiam illos qui sunt lapides sanctuarij.i.viros perfectos,
stabiles atq; firmos frangunt, & dissipant detrahendo. Deuo
rabat, & comminuebat. Danie.7. Carere.n. videntur lingua.i.
blanda loquutione, dente.i. seuera correctione, sed solũ pol-
lent ore.i. dura & detractoria obloquutione. Lingua.n. signifi
cat dulcem monitionem, Deus vero seueram correctionem,
quorum vtroq; isti carent. Duritia aũt oris significat detra-
ctionem, qua procul dubio isti valent. Esa.49. Posuit os meũ
dñs quasi gladium acutũ. Et ideo de mari ad ripã tales exeũt,
quia vere isti nihil aliud petunt, nisi in ripa mundi pasci, & sa
tiari herbis.i. diuitijs, & delicijs honoribusq; mundanis, & ad
dignitates seculi ꝓmoueri. Eze.47. Aquæ eius exilient de san
ctuario, & intrabunt mare. In mari aũt vbi sunt.i. in religio-
ne non se profundant in aqua amara pœnitentiæ per humili
tatem, imo semper volunt superius in superficie.i.in statu prę
lationis super alios enatare, & alios sibi suppeditare, vt sic ca
lore solis.i. mundi prosperitate fruantur. Ista patẽt ad oculũ,
quia tales sp volunt alijs dñari 3.Re.1. Adonias eleuabat di-
cens, ego regnabo. Vel dic etiã de detractorib. vel de diuitib.
qui in amara pęnitentia non se inuoluunt, sed natant sursum
per superbiã, & herbas.i. mundi diuitias depascuntur. In cir-
4 cuitu.n.i.in superficie impij ambulant. ¶ Secundum Arist. lib.
3. de partib. aialium. c.8. nullum aial habẽs squamas, testas vel
plumas, habes vesicam, pp potus paucitatẽ, præter tortucã,
quia superfluitas potus transit in talium pellium nutrimẽtũ,
Veruntñ quia tortuca durissimę est testę, & pulmonẽ habet
sanguineum, & carnosum, ideo data est sibi vesica ad euacua
tionem superflui humoris. Sic vere illi qui habent plumas su-
perbiæ, & elationis, testam duritiæ, & obstinationis, squamas
diuitiarum, & temporalis possessionis, non habent vesicã cõ-
fessionis, vel pietatis & cõpassionis, qua.s. vesica superfluitas
peccatorum & diuitiarum exacuetur. Nam quia parum po-
tant, s. de aqua sacræ scripturæ, & prædicationis, ideo non ha
bent vesicam spiritualis euacuationis, præter tortucam.i. prę
ter aliquos raros bonos diuites, qui quia habent pulmonem,
& sanguinem Christi, & dominicæ passionis, ideo dedit eis na
tum.i. Deus ꝙ se per vesicam pœnitentiæ de peccatis, & per
vesicam elemosynæ de diuitijs vacuarent. Vide de testudine
tractatu de piscibus.

### *De Vacca. Cap. 103.*

VAcca fœmina Tauri dicta est quasi boacca ẽm Isid. li. 1
12. Et est aial luxuriosum petulcum & lasciuum, & sta
tim post annum mouetur ad coitum, & forte ante,
tpe autẽ coitus efficitur siluestris, ita ꝙ non pñt eas
edomare pastures, & per frequentes mugitus ardorẽ suæ libi
dinis manifestant, vt dicit Arist. Talis est mulier mala, quę ad
litteram petulans est & lasciua, & statim post annum, i. ab ip-
so tpe iuuentutis mouetur ad coitum.i. ad luxuriam exercen
dam, & ardorem suæ libidinis ostendit per mugitus suorum
cantuum & verburum, & per saltus suorum gestuum lasciuo
rum, quia sicut ẽm Arist. vacca tẽpore coitus salit aliquotiẽs
super taurum, desiderans cum eo copulari, sicut vere istæ sa-
liunt ad colla iuuenum, quasi eos rapientes, & cogentes ad
actus luxuriæ perpetrandos 1.Re.20. Fili mulieris vltro virũ
rapientis. Et ideo pro certo tales non pñt a pastorib.i. à parẽ
tibus, & amicis custodiri, quia mala mulier seruari non põt,
nec etiã castigari. Ideo dicit Theophrastus li. de nuptijs. Stul
tum est erga mulierem custodiam adhibere, cum bona serua
ri non debeat, mala nequeat. Et ideo Pro.7. Ecce mulier &c.
Et ideo qñque siluestres fiunt.i. totaliter publicæ meretrices.
Vel dic de malis subditis religiosis, qui non possunt domari
à pastorib. & prælatis, imo qñque fiunt siluestres apostatãdo,
& per mugitus suos.i. per sua luxuriosa verba libidinem ma
nifestant. Ideo prælatis dr̃ Eccl.42. Super filiã luxuriosam fir-
ma custodiam. ¶ Vacca portat 9. mensib. vel 10. ẽm vulgum, 2
& in 10. parit, & si ante pepererit, fętus non viuet, nec suę
vngulæ complebuntur. Et viuit vacca 15. & bos similiter, sed
si castrati fuerint, magis viuunt.s.20. Sic vere aia debet fętus
suos, s. bona opera portare, & nutrire. 10. mensib.i. in obseruã
tia 10. mandatorum, & illa quę alias parit & facit, non viuũe
.s. per gratiam, quia quicquid fit extra ambitum 10. mandato
rum, principaliter vel accessorie, non est acceptabile coram
deo. Quindecim etiam annis.i. in, quinario ter ducto, hoc est
dictum in obseruantia quinque sensuũ, in fide Trinitatis habet
per gratiam viuere, & maximè si casta fuerit & castrata.s. quã
tum ad mũditiam cogitatus, & operationis & loquelæ, quia
vere illi qui sunt castrati per votum, & actum castitatis, diu-
tius viuunt.i. diutius in grã perseuerant. Ideo Sap.4. O q̃ pul
chra est generatio cum castitate. ¶ Vacca vt cõiter parit vnũ 3
fętum, & aliqñ duos, & qñ vaccæ plures fętus cõcipiunt & pa
riunt, signum est (vt dicunt hoies) in hyeme multam pluuiã
affuturam, sicut dicit Arist. ibidem. Sic verè qñ vaccæ.i. boni
Christiani iugo dñi subacti pariunt, & faciunt plures fętus.i.
plura bona opera, signum est ꝙ in hyeme.i. in statu post mor-
tẽ pluuia æternæ beatitudinis maior erit, quia Deus (ẽm ps.)
reddit vnicuiq; ẽm opera sua. Idem Torrente voluptatis tuę
potabis eos. & iterum. Pluuiam voluntariã segregabis. Deus
hæreditati tuæ. ¶ Vacca non habet lac, vt communiter ante-
quam imprægnetur, quod si habuerit, nihil valet, & lac vaccę 4
aliquotiens induratur sicut lapis, & coagulatur, & hoc qñ si-
bi miscetur aqua, vt dicit idem ibidem. Sic vere homo nisi ꝑ
bonum propositum imprægnetur, & nisi pariat per bonum
opus, non põt habere lac doctrinæ, & prædicationis, gratiæ,
& deuotionis, quòd si lac doctrinę vel sciẽtiæ alias habuerit,
nihil valet, sicut patet in quæstuarijs prędicatorib. & hypocri
tis. Lac etiam vaccæ, i. prædicatio & doctrina bonorum coa-
gulari debet sicut lapis, s. per duritiam correctionis, ad percu
tiendum duros peccatores, & obstinatos. Hie.23. Verba mea
quasi ignis, & quasi malleus conterẽs petram. quia vere sicut
dr̃ Iob 41. talibus in stipulam vertuntur lapides fundæ. ¶ Vac 5
ca in societate viuit, & si à grege recesserit, sæpe a bestijs de-
uoratur. Sic verè homo quãdiu est in grege.i. in societate bo
norum vel in religione, põt viuere per gratiam. Si autem ab
hmôi grege se separauit per partialitatem, diuisionẽ, & apo-
stasiam, & appellationem, tunc à bestijs.i. à demonibus, & vi-
tijs enecatur Act.27. Non potestis salui fieri, nisi in naui man
seritis. ¶ Vacca habet vocem grossiorem quam bos, quod est
contrarium omnium animalium. cornua etiam habet durio 6
riora & nodosa, quæ tñ possunt mollificari per ignem, & si
vacca infirmetur in pedib. per podagram, vel alias, vtile est ꝙ
inter cornua sibi medicina vel oleũ apponatur, vt dicit Ari. Sic

vere in omni gñe hoim illi qui sunt vaccæ.i.imbecilles,& im
perfecti,sunt grossioris mugitus per iactatiã, & loquacitatẽ,
durioris cornu per obstinationẽ,& austeritatẽ,q̃ boues.i.q̃ il
li qui sunt boni iusti & perfecti,quia sicut dr̃ Eccl 22. In ore
fatui verba inenarrabilia.Et quia sæpe tales in pedib. per pi-
gritiam ægrotant , quia etiã cornua suæ obstinationis multũ
sunt dura.i.per malas cõsuetudines indurata, ideo utile est,
ꝙ eis ignis correctionis,& oleum compassionis apponatur,
ut sic cornua suæ duræ superbiæ molliautur,& pedes suarum
affectionum ad gressum bonorum operũ reducatur.Oleũ de
capite tuo non deficiat. Eccl 9.Expone si uis aliter sicut supra
de cornu uel de boue.Vel dic ꝙ uaccæ.i.pauperes balliui,&
mali iudices duriora habent cornua.i.duriorem punitionẽ &
correctionẽ q̃ boues.i.q̃ autentici,& maturi,quia ẜm Poetã,
Asperius nihil est humili cũ surgit in altũ.¶ Vacca habet coe
7 nua fortiora,& uocẽ acutiorẽ q̃ bos,& ẽt grossiorẽ.Sic ue-
rè sæpe inueniuntur multę mulieres,quę sunt bobus.i.multis
hoĩb.meliores,clarius.n.& apertius unciferant cõfitendo, &
Deũ laudãdo,& fortius operanẽ uitiis resistendo.Proue.31.
8 Mulierẽ fortẽ quis inueniet?¶ Vacca diligit bibere aquã cla-
9 rã &c.uide supra de Tauro,& expone sicut ibi.¶ Vacca aliqñ
in pedib.patitur podagrã,cuius signũ est qñ submittit aures,
& comedere cessat In fimo iacens proprio impinguescit , &
quãto plus ei à labore parcitur,tãto torpet amplius,& pigre
scit.Impinguata ẽt iugũ abiicit,sed minus solito passa, iugo
ad ultimũ se supponit.Rectè tales sunt mali subditi, uel caro
nr̃a,quia aliqñ fiunt podagrici per accidiã,& tunc submittũt
aures.i.auditũ per inobedientiam,quia.s.nõ libenter audiũt
q̃ mandantur,& cessant comedere,s cibum gr̃æ & doctrinæ,
sicut patet,quia tales nõ uadũt ad missam,neq; ad sermones.
Pedes eorũ pigri sunt ad ambulandũ.Sapi.15. Et in fimo.i.in
lecto & in delicijs carnalib.requiescunt.Requieuit in fecibus
suis.Hie.48.Et ibi per carnis desideria impinguescũt.Et quã
to plus Deus vel p̃latus istis parcit à labore,s.à tribulatione,
& pna,& correctione,& hmõi, tanto magis ac magis impin
guescunt,& à labore bonorum operũ retardantur,ita ꝙ per
impinguationem deliciarum,iugum Christi, & mandatorũ
reiiciunt,& contemnunt.A seculo confregisti iugum. Hie.2.
Deu.32.Impinguatus est dilectus,& recalcitrauit. Et iõ neces
se est ꝙ pastus deliciarum,& diuitiarum à deo uel à p̃latis uel
ab aĩa talib.subtrahatur,ut ad iugum mandatorum Dei iterũ
reducantur. Et ideo qñ Deus uidet diuites ꝑꝑ impinguatio-
nem bonorum temporalium insolescere & pigrescere, sępi⁹
subtrahit ea sibi per pluuiam uel per gelu. Iniquitates.n nr̃æ
prohibuerunt bonum à uobis.Hie.5.¶ Qñ vacca estro i.mu
10 sca vacina pungitur,caudam erigit , & miro modo insaniens
per campos circuit & discurrit sine pastoris licentia & man-
dato. Sic vere qñ mula.i.diabolus cum aculeo desperationis
vel tentationis pungit vaccam.i.religiosum, tunc per aposta
siam extra gregem religionis fugit, & per campos.i.per mũ-
dum discurrit sine pastoris sui Christi vel prelati consilio vel
mandato,& hoc,quia caudã.i.finem vitę erigit ad paradisum
.s.sua reputatione,& quia in fine sperat pœnitere, & ad eũ re-
uerti.Vel põt dici de hoĩe auaro vel diuite,qui per cãmpos.i.
per mundi diuitias currunt contra Christi voluntatem, qñ.s.à
diabolo per aculeum auaritiæ instigantur . Vitula formosa
Aegyptus,stimulator ab aquilone veniet ei.Hie.46.Vel expo
ne de mulierib.quę aculeo malorum verborum,& suggestio
num,à luxuriosis vel a diabolo punctæ vndique discurrũt,&
meretrices fiunt,& hoc maximè in æstate.i. in statu prosperi
tatis,sine licentia pastoris.i.viri sui &c.Ideo Amos 4.Vaccæ
pingues quæ estis in monte Samariæ.

### *De Vacca agresti , quam nihil aliud esse putem quàm bonasum* *Cap.104.*

VAcca agrestis ẜm Arist.& Auicen.inuenitur in terra
Parthorum,& habet crines in collo sicut equus,& iõ
1 à multis dr̃ equicerwus .i.montanis habitat,cornib.
caret,stercus eiicit,& canes persequentes vrit. Nam
quia sibi natura defensione a carnib.denegauit,dedit sibi eii-
cere stercora vrẽtia,vt a canib.minime sequeretur. Aliqñ tñ
habent cornua tales vaccę,sed sunt parua contra dorsum ver
sa.Re vera tales sunt viri perfecti, & maximè tales sunt boni
clerici,& religiosi,qui in studiis poiæ vel in sacræ scripturæ, &
in montib.perfectionis habitant,& versantur,qui cornib.su-
perbiæ vel temporalis potentiæ carentes,crinib.i.virtutibus
decorantur,& oculos intellectus habẽt pulchros per discre
tionem,& ne a canib.i.a mundi raptorib. persequatur debẽt
stercus diuitiarum eiicere per contemptum, & sic a canibus
istis se tueri,quia vere contra mundi raptores tutissimum est
remedium nil habere,ẜm Senec.Veruntamen aliq.i(sicut pa
tet)habent cornua potentiæ secularis,sed quia non sufficiũt,
vt se a canib.i.a principibus tueantur,ideo non est melius re-
medium nisi ꝙ diuitiarum stercora vilipendant , quod quia
non faciunt,ideo a cunctis principib.infestantur, vt dicant il
lud psal.Circundederunt me canes multi.&c. Vel dic ꝙ ista
vacca significat diuites,qui qñ a canib.i.a iudicib. persequun
tur,vt de excessib.puniantur, statim proiiciunt cõtra eos ster
cora.i.bona & munera, & mundi diuitias , quæ dñr stercora
ab Apostolo. Ad Phil.3.Et sic eos per auaritiam vrunt, & ex
cęcant,& inflammant,& ita ipsos compellũt retrocedere, &
a punitione cessare.Prou.22. Victoriã,& honorem acquiret,
qui dat munera,animas vero accipientium rapiet.¶ In corde a
vaccæ aliqñ accipiẽ os,sicut in corde cerui vel cameli,& tau-
ri, & illud os qñ incalescit sanguis , titillando mouet cordis
substantiam,& ex tali titillatione vacca quasi subito se erigit,
& exultando,& lætando salit velocius & discurrit . Sic vere
charissimi qñ in corde nostro est os.s. Christus( qui est os de
ossibus nostris,& caro de carne nostra Gene.2.)tunc qñ san-
guis.i.affectio nostra incalescit per diuinum amorem os il-
lud mouet substantiam cordis nostri per bonam inspirationẽ
& tunc causatur in nobis lætitia spiritualis.& subito nos eri-
gimur ad æterna per cõtemplationem,saltamus per affectio-
nem,discurrimus per bonam operationem.ps.Exultationes
Dei in gutture eorum.

### *De Vitulo.* *Cap. 105.*

VItulus ẜm Isid.a virtute nomen sumpsit, eo ꝙ statim
ꝙ nascitur,virtute propria ad quęrẽda matris vbi erã a
gitur & leuatur,matris vberib.reficitur & lactatur,&
a matre lambitur, & purgatur,vitulus matrẽ, & eius
vocem sequitur & cognoscit,vber a fronte excutit,& sic vbe-
riorem lactis abundantiam a matre sibi quærit , ante & circa
matrem suam salit & discurrit,sed saliendo a matris vestigijs
non discedit.vt dicant Aris.Isid.& Auicenna. Vitulus est ho
mo,mater est Christus,ecclesia,vel prælatus.Quia igitur nos
ab vberibus Christi & ecclesiæ.i.ab eius pietate reficimur,&
nutrimur,& spiritualiter, & temporaliter , ab ipso etiam per
baptismum ab omni culpa abstergimur & lauamur, ideo ab
ipsa natiuitate.i.a t pe iuuentutis debemus caput intentionis
per contemplationem,& affectionem erigere , & ab vberib.
misericordiam Christi,lac suæ gratiæ exquirere , & illud lac
quasi violenter per orationem excutere, & illum totis visce-
ribus diligere,vocem eius & prædicationem cognoscere, &
implere,& eum per bonam operationem & imitationem se-
qui,& ab eius vestigiis nullatenus elongari.ideo Ioan.10. Vo
cat proprias oues nominatim,& vocem eius audiunt,alienũ
autem non sequuntur.Et coram isto,(.s.in conscientia vbi ip
se videt)debemus spiritualiter exultare,& per bona opera di
scurrere , & de virtute in virtutem corã eo ludere vel salire.
Ludens coram eo,ludens in orbe terrarum. Prou.8. Vel per
lac intelligo temporalia,quæ qñ deficiunt, a deo per proces-
sionem & orationem sunt quærenda.Vel dic contra ambitio
sos & carnales vitulos.i.clericos & religiosos , qui ab ipsa iu-
uentute hærent ad vbera matris.i.ad præbendas & beneficia
ecclesiæ,& eum fronte.i.cum duritia & austeritate,i. suæ ap-
pellationis,rixę & diuisionis,& hmõi,excutiunt sibi lac illud
& matrem suam.i.carnalem prælatum eos affectuosè promo
uentem diligunt & sequuntur, & ab eius consortio via disce
dunt,sicut patet ad literam de aliquibus carnalibus pręlatis,
& de sua carnali familia & parentela , a qua tota die circun-
dantur,& vberibus suis.i.temporalib.beneficijs impinguant.
Nam vt dr̃ Prou.19.Multi colunt personam potentis, & ami
ci sunt dona tribuentis.Vel dic ꝙ mater est ecclesia vel præla
tus,a quib.nos qui sumus vituli sui,lacte doctrinæ , & t palũ
beneficiorum continuè educamur, & ab eis per correctionẽ
& per baptismum & confessionem a cunctis immunditiis spi
ritualib.abstergimur & lauamur,& ideo istam matrem debe
mus diligere & defendere,& lac ipsius.i.doctrinam quærere a
& amare. ¶ In fronte vituli ( sicut Isidorus dicit ) nascitur
quædam

quædam caruncula, quæ magis amoris asseritur incentiuũ,
quam statim scindit ei mater cũ dentibus, nec ipsum dimit-
tit ad vbera, quousque ablatum fuerit tale vitus. Idem dicit
Ari. & Auic. de pullo equi, & ideo vide supra de equa, & ex-
pone sicut ibi. s. de originali peccato, vel de prælatis, vel de
vitulis. ¶ Si vitulus in iuuentute non castretur, erit paruus, si
cut dicit Arist. lib. 9 de animalibus. c. vltimo. Castratio. n. ani
malibus dat crementum. Sic verè charissimi illi qui non sunt
castrati per continentiam vel virginalem, vel coniugalẽ, vel
vidualem, vt communiter non sunt magni s. in virtutib. me-
ritis, & gratijs, imo parui. vel magni etiam non sunt in tem-
poralibus, & diuitijs, sicut patet de luxuriosis, qui vt cõiter
in diuitijs, & in moribus non sunt magni. Luc. 19. Non pote
rat videre Iesum, quia statura pusillus erat.

## *De Vitulo marino.* *Cap. 103.*

1 VItulus marinus est belua in terra, & in mari commo-
rans, in terra parit, & nunquã plusquam duos, & fœtũ
mãmis educat. sed post. 12. diem ducit eum ad mare,
& eum assuefacit de cætero ad natãdum, vt dicit Pli.
li. 9. c. 13. Vitulus iste est prælatus, filij eius sunt subditi, terra
est status pœnitentiæ, mare est mundus. Prælatus ergo vel re
ligio in principio solebat filios suos. s. subditos, in terra. i. in
asperitate pœnitẽtiæ parere vel lactare, & hoc quandiu in spa
tio 10. dierũ. i in adimpletione decalogi, & perfectione per-
durauit, sed quia (iã dio est) ipsa venit ad vndenarium, qui est
primus numerus transgressionis denarij. i. ad transgressionẽ
10. mandatorũ, & multitudinem oĩum vitiorum, ideo nunc
filios suos non ducit per terram. i. per pœnitentiam, & labo-
rem, imo vere ad mare fluctuosum huius mundi i. ad mundi
negocia exercenda ipsos attrahit, & inducit, quia sicut patet
hodie defecit in religione pœnitentia, & afflictio, decẽ man-
torũ obseruatio, & ibi abũdat fluctus litium, & obiurgatio.
Figura. Eze. 47. vbi Ezechiel vidit aquas, quæ egrediebãtur,
de sanctuario, & intrabant mare. Sic verè religiosi recesserũt
a sanctuario. i. a sanctitate, & perfectione uitæ, & iam intrãue
runt mare. i amorem mundi, vbi est fluctuatio iurgiorum. iõ
eis põt hodie dici illud ps. In mari viæ tuæ, & semitæ tuæ in
aquis multis. Vel dic de diuitibus, qui filios suos in terra. i. ad
temporales diuitias acquirendas, in mari. i. ad mũdi fluctuo-
sa litigia exequenda instruunt, & informant. Vel dic, ꝙ præ-
latus filios suos, quia in terra. i. in amore terrenorum diu ste
terunt, debet ad mare. i ad contritionem, & lachrymas inui-
tare. Vel dic ꝙ Christus filios suos, qui erant in terra. i. in pœ
nitentia, & humilitate, vel subtus terram. s. in inferno duxit
ad mare. i. ad affluentiam opulẽtiæ paradisi, vbi perpetuo se-
cum natant. Vel dic ꝙ iste diabolus, qui postquam in terra. i.
in uita ista concepit per suggestiones, & tẽtationes, nutriuit
per delectationes filios suos. s. peccatores, tandem facit eos
transgredi denariũ decalogi per malos consensus, & opera-
tiones, & sic in vndecimo die. i. in plenitudine oĩum peccato
rum ducit eos ad mare. i. amaritudinem infernalẽ, vbi in flu-
ctibus tormentorum, & in aquis miseriæ perpetuo secũ na-
tans, ut dicant tales illud Ps. Super aquam refectionis educa
uit me. & Esai. 25. Extendit natans ad natandum manus suas.
5 ¶ Vitulus marinus est aial somme disciplinabile, quia voce,
& visu dr̃ populum salutare, quia trãsiens coram aliquo, vel
ci obuians, vultum sibi inclinat aliquantulũ mugiendo, Pli.
ibidem. Sic verè charissimi multo magis homo rõnabilis de
bet alios benigniter, & affabiliter salutare, & debitam reue-
rentiã exhibere, & maximè maioribus, & prælatis. ideo Ec-
cle. 4. Congregationi pauperum affabilem te facito, & ma-
gnato humilia caput tuũ. Debet ẽt disciplinabilis esse, & di-
sciplinã suscipere. & sub disciplina viuere, & manere, quia si-
cut dr̃ Sap. 3. Disciplinã qui abijcit, infœlix est. ¶ Vitulus ma-
3 rinus super oĩa aĩalia graui somno opprimitur, via aut nun-
quam interimitur uel uulneratur, nisi forte caput ipsius illi-
datur In aqua aũt & mari habitat, & versatur, & quasdã ha-
bet pinnulas quibus vtitur in natando, ut dicit idem. Sic ve-
re peccator graui somno delectationis, & uitiorũ opprimi-
tur, in aqua & in terra. i. in delicijs, & uitiis cõuersat, & in ma
ri deliciarum cum suis pinnulis. i. cum suis malis affectioni-
bus voluitur, uix ẽt aut nunquã põt uulnerari. s. per contri
tionem, nisi forte caput eius. i. intentio interior a Deo per in
spirationẽ primitus vulneretur, licet prædicator sibi iaciat,
multos ictus correctionis. ideo Iob 41. Nõ fugabit eũ vir sa-
gittarius, in stipulam versi sunt ei lapides fundæ. Vel dic de
uiro iusto, qui debet esse somnolentus per contemplationẽ,
& deuotionem. fortis & patiens. s. contra tribulationẽ, in ter
ra incedere per pœnitentiã, & maceratione, in aqua nata-
re per lachrymas, & deuotionẽ, potissimè in aqua maris per
amaritudinem, & contritionem, & ibi cum pinnulis i. cũ bo
nis affectionib⁹, & delectationibus se immergere vel lauare.
Lauare ergo, & vngere. Ruth 3 ¶ Vitulus marinus habet duas
pinnulas, cum quibus in mari regitur ad natandũ, sed si quis
dexteram suam pinnulam capiti suo supposuerit, statim ue-
hementissimo somno sopietur, vt dicit Plinius ibidẽ. Charis
simi uitulus iste est Christus, duæ pinnulæ suæ cum quibus
mare huius mundi peragrat atq; regit, sunt misericordia, &
iustitia, dextra misericordia, sinistra iustitia, vel æterna pro-
speritas dextra. & æterna aduersitas sinistra. Si igitur dextra
pinnula istius vituli. i. paradisi gloria & Christi misericordia
nostro capiti. i. intentioni nostræ fuerit supposita, pro certo
somnum contemplationis, & spiritualis delectationis in no
bis faciet, & causabit, quia vere ad contemplationem, & desi
derium æternorum mirabiliter homo mouetur, qñ Christi
misericordiam, & æternam affluentiam intuetur. Iob 11. Re-
quiesces, & non erit qui te exterreat. ¶ Vitulus marinus talis 5
est naturæ, ꝙ pellis eius semper sequitur motum maris. Vn-
de vbicunq; pellis ista fuerit, semper ſm motum maris regu
latur, quia si mare plenum, & pacatũ fuerit, tũc pili eius sunt
pacati. si aũt æstus maris recesserit, tunc pellis huius vituli in
horrescit, vt dicit Pli. Ibidem. s. li. 9. c. 13. Charissimi, vitulus
iste est diabolus, pellis eius sunt oẽs reprobi quibus circun-
datur, & vestitur, mare est mundus, aquæ eius sunt diuitiæ, &
deliciæ, quæ fluunt, & variãtur vt aqua. Pellis igitur vituli. i.
reprobi huius mundi sequuntur motum maris. i. ſm motus,
& regulas, status & consuetudines huius mundi seipsos re-
gulant, & conformant. Vnde si mare. i. mundus fuerit plenũ
. s. aquis prosperitatis, diuitiarum & deliciarum, tũc vere ista
pellis pacificatur, gaudet, s. & lętatur, quia mali in prosperi-
tate sua valde gaudent, qñ ipsam stare, & nõ defluere vidẽt,
sed vere quando æstus, & abundantia aquarũ huiusmodi re-
cedit. quando. s. mundi prosperitas deficit, vtpote qñ ad sta-
tum deueniunt paupertatis, & quando per aliquod infortu-
nium eis prospere non succedit, tunc vere pellis huiusmodi
inhorrescit, quia s. tunc deficiunt. & tristantur. Inhorruerũt
pili carnis meæ &c. Iob 4 ¶ Vitulus marinus ſm Pli. libr. 11.
c. 37. habet oculos in mille colores uertibiles, duplicem ha- 6
bet linguam, & in medio renunculorum non habet pinguo-
dinem, auribus caret, & in ossibus spinæ solus inter aquatica
habet medullam. sicut dicit Pli. in diuersis locis capituli su-
pradicti. Tales videtur esse mundani, quia pro certo isti sunt
qui oculos intentionis, & mentis multipliciter variant, lin-
guam etiam suæ locutionis diuersimode, scilicet adulando, &
detrahendo duplicant, aures obedientiæ non habent, pin-
guedinem deuotionis abdicant, & medulla carnalitatis abũ
dant. Ideo breuiter Ecclesiast 20. dicitur, quòd oculi insi-
pientis septemplices sunt. Eccle. etiam 5. dicitur ꝙ peccator
cognoscitur in duplici lingua.

## *De Uncia.* *Cap. 104.*

VNcia (sicut dr̃ in libro de natura rerũ) est aial nõ altius
cane, sed longius, cuius mirabilis est natura, quia si dũ
est in calore coitus hoiem vulnerauerit, statim veniẽt
mures, & mingẽt super eũ, & morietur. Vnde de quo-
dã legitur, ꝙ ab ea vulneratus, ad mare se portari fecit, ut cũ
mures ad mare venisset, ipsum propter mare attingere nõ va
lerent, sed cũ ad mare fugeret, mures innumerabiles cum eo
nauem intrauerunt, & dum nauem roderent, & nautæ mer-
gi timerent, ipsum militem ad terram reduxerunt, quem mu
res protinus corroserunt, & occiderũt, sicut ponitur in chro
nica martiniana, & etiam Vincentius ponit lib. 26. c. 117. ubi
addit, ꝙ in asiaticis regionibus si leopardus hoiem mordet
mures contra eum congregantur. Vnde ponit vnum mirabi
le, ꝙ cum quidam taliter esset vulneratus, & ab infinitis mu-
ribus inuaderetur, ab amicis portatus est in mare, mures ve
ro plusquam mille venientes ad littus, & cortices malorum
granatorum inuenientes, & eos in mari ponẽtes, in ipsis na-
uigare cœperunt ad nauemque, & ad hominem venientes
peruenissent, nisi nautæ eos in fluctibus submersissent. Na (vt
aiunt) si mures per nouẽ dies arcentur oẽ homini læso nocẽt,

nocere

nocere amplius nō attentant. Per vncias & leopardos intelligo mundi principes, & potētes, ꝑ mures vero intelligo balliuos, & officiales, & alios iferiores maliuolos, & mordaces, quia pro certo si contingat, ꝙ aliquis potēs momorderit aliquem hominem. i. gesserit aliquod odium contra aliqoē, statim insurgent contra eū mures. i. ipsorum potentum ballini, familiares & detractores, qui. s. nō cessant vrina fœtentiū infamationum ipsum accusare & fedare, & eū etiam rapinis & iniuriis corrodere & mordere, ita ꝙ necesse haber fugere vel perire. Timendus est ergo morsus & indignatio malorū, quia ex hoc sequitur morsus & rapina, detractio & diffamatio malorum inferiorum, & malorū relatorū & adulatorū. Istud etiam videmus in religione, quia si quis a ꝓlato suo odiatur, omnes alij contra eum prouocatur. Istud etiam videmus in illis, qui fuerūt in officijs regum & magnatum, quia si magistri ipsorum mordeanr, deponant vel affligant eos, statim solent omnes mures. i. oēs qui habent aliquam potestatē rodendi, obloquendi, & nocendi, eos inuadere, & eos diffamare, & lætaliter infestare, contra illud Naum. 1. Non cōsurget duplex tribulatio, & Esa. 42. Calamum quassatum non cootet. Vel dic ꝙ tales bestię significāt Christum & angelos, qui statim, ꝙ aliquem peccatorem per damnationis sententiam mormorderint, præsto sunt mures. i. demones ad eum rodēdum, & æternaliter affligendum, & sie duplicem habent tribulationem. s. morsum Christi. i. exclusionē a regno, & morsum murium. i. afflictionem in inferno. Vel dic ꝙ morsus & tētatio murium id est demonum oon vitatur nisi nauis Crucis Christi ausilietur & mare pœniteotiæ subintretur, vel nisi nouenarius. i. angelorum auxilium suffragetur.

## *De Vrso. Cap. 108.*

1 VRsus ſm Isido. dicitur ab vrgendo, eo ꝙ illud quod apprehendit, fortiter stringit, quandoque incedit erectus, & eius maxima est fortitudo in manibus & lūbis, & ſm Aristo. Vrsus comedir omnia indifferenter, & pugnat cum canibus & cum tauro, caput autem vrsi summe est debile. Talis est diabolus, quia vere quando diabolus aliquem apprehendit per vitia & peccata, stringit eū fortiter atque ligat per malas consuetudines & complacentias peccatorum. Tyranni etiam illud quod rapuerunt, ita fortiter tenent, ꝙ restituere perpetuo oihil voluot. Canti. 3. Tenui eum, nec dimittam. Iste etiam incedit erectus per superbiam, & comedit omnia & sibi incorporat per rapinam, & auaritiam. Nam iple impugnat caoes. i. fideles viros & ꝑlatos, tauros. i. simplices & ignaros. Manus. n. ipsius contra omnes Gen. 16. Et isti habent fortes manus, & fortitudinem in lumbis, qoia vere fortes sunt ad libidinem lumborū, & ad mala opera maouum, tamen in capite sunr debiles. i. in bonis spiritualis, & in fide vel oratione, q̄ caput morū sunt & principia. Istud patet de diuitibus, qui sunr erecti per superbiā, & alios fortiter stringūt suis cōtractibus & cautelis. s. tauros. i. agricolas & vicinos, canes. i. pauperes & famelicos. Vel pone de detractoribus, qui oīa comedunt, & pugnāt cū tauro &c. sicut supra. ¶ Vrsa catulis imprægnata parit & emittit eos informes. s. quandā massam carneā ſm Isido. Vñ ſm Pli. li. 8. c. 36. nascuntur parui sicut mures, sine oculis, & sine pilo, vngues tamen prominent, sed postquā nati sunt, mater eos lambendo format, & cum liogua lioeat & figurar, & ipsos in ventre perfici non dimittit, oe forte ꝑꝑ gulositatem ab eis enecetur, & ideo quia. 30. die parit, præcipitata fecunditas filios parturit imperfectos, vt dicit Isid. lib. 11. Charissimi, vrsa est religio vel prælatus, filij eius sunt subditi & affines carnales venter eius est claustrū, partus vel emissio est ꝓmotio ad aliquā dignitatem, beneficium vel ꝓbendā. Vrsa igitur. i. mollia & affectuosus ꝓlatus parit & emittit per promotiooē, & extra ventrem suum ponit. i. extra claustrum, filios informes, hoc est dictu, suos carnales nepotulos, inscios & indignos, qui rectè sunt massa carnea ꝑ luxuriā & carnalitatē, sunt ēt sine oculis scientiæ, & discretionis per ignorantiam, & imbecillitatem, sunt sine pilis. i. sine virtutibus per bonorū operū paucitatē. Ezec. 16. In die ortus tui nō est præcisus vmbilicus a te. i. carnalitas, eris ergo nuda, & cōfusione plena. Ecce capillorum nuditas. Nā q̄a nimis cito isti patiuntur, & ꝓmouentur, ita ꝙ in ventre. i. in claustro ꝑfici oon dimittunt, ideo (vt dictum est) exeunt imꝑfecti. Nā quia sunt gulosi per auiditatem ambitionis, ideo timent ꝓlati vngues suæ discordiæ, & dissensionis, & sic eos pariunt ante tempus. Nō parturiui, & non peperi, & oon enutrini iuuenes, nec ad incrementū perduxi virgines. Esa. 23. Veruntñ qñ tales affectuosè pepererunt, & promouerunr, tunc nitūtur eos formare, & perficere. s. mittendo eos ad scholas, & eos lambendo per affectiones, & sic quandoq; accidit, ꝙ eos quantum ad mores lineęnt, & figurent, & sic est ordo præposterus, q̄a primo deberent perfici, & postea ꝓmoueri, sed isti faciunt ecōnerso. Oē. n. aīal nō gulosum primo format in vētre, post parit. Vel dic ꝙ ista mater est ecclesia, quæ oēs filios parit imperfectos . s. quantum ad imperfectiooem originalis peccari. Vnde ab ortu, & a natura hō est carnalis, cęcus & ignarus, & a pilis & a virtutibus oudus, veruntamen medianre lingua. i. prædicatoribus, isti fœtus formantur, & per mores, & scieorias paulatim figurantur. Vel dic de religione contra ambitiosos, sicut supra de aīalib. in genetali. ¶ Vrsus & vrsa coeunt nō more 3
aliorum aīalium, sed more hoīum. s. cū amplexibus alternatis, & tunc alter ab altero sepsratur, & separati dormiunt in spelūcis, vbi masculus trigiata diebus, & fęmina quatuor mensibus latitare perhibenrur. Nam fęmina vsq; ad filiorum informationē, ad masculū nō accedir, & ei partus graria tūc masculus parcere ab amplexibus cōsueuit. Vnde etiam Solinus dicit, ꝙ tunc secreti honore reuerentur mares fœminas procreatos autem ioformes filios mater lambit, & cū lingua ipsos ꝑficere debet, & formare, ſm Pli. lib. 8. c. 36. Rectè talis dēt esse regula inter cōiuges, & actiuos, q̄a verè isti non debēt cōiungi carnaliter more pecudū. s. ardēter & libidinosè, sed more hoīm. i. personarum rōnabilium. s. ꝑꝑ bonum prolis, vel ꝑꝑ aliam iustam cām. Nolite fieri sicut equus, & mulus. Exemplum de demonio asmodeo. Thobiæ 8. Et illi tempore amoris debent se occulrare, non suum fomitem publicè demonstrare, cōtra illos qui peccata sua sicut sodoma ꝑdicant. Esa. 3. Et contra illos qui de huiusmodi actibus gloriantur. Et nota ad hoc exemplum de quodam vrso, sicut narrat Iacobus de Losana, qui cū vidisset, ꝙ quidam homo inuenerat ipsum cum vrsa in actu carnis, voluit eum occidere qđ fecisset, nisi homo fortiter se defendisset, & arborē ascendisset. Et tunc ad litteram debent alter ab alterius amplexibus abstinere, & in separatis cubiculis dormitare. Separemini abinuicem, vt vacetis orationi. 1. ad Cor. 7. Nec debēt alter ad alterū accedere, nisi forte tentatus timeat iocurrere maius malū. Filios aūt suos informes inscios, & ignaros, debent eū diligentia figurare, & cum uerbis benignis ipsos instruere & docere, & ipsos virtuosos, & morosos facere, & ꝑfectos. Doce filium tuum, & curua ceruicem eius dū infans est. Eccl. 30. Vel dic ꝙ vrsa est ecclesia vel religio, cū qua nō debet coire vel coniungi vrsus, i. prælatus more pecudum, i. more virorum bestialium peccatorū. i. cum ardore vel libidine domandi, sed more hominum. i. ratiooe vtentium, vt. s. omnia ordinatè faciat, & discretè. Fętus aūt suos informes . i. subditos ignorātes carnales & imperfectos debet cum lingua. i. cū verbis, & prædicationibus formare, & perficere. s. quo ad gratias, & virtutes dicens illud Esai. 50. Dedit mihi dominus linguam eruditam, vt sciam cōfortare eum, qui lassus est uerbo. Vel dic, ꝙ vrsa quæ parit 30. die & quæ pariendo se summe occultat, ita ꝙ Pli. li. 8. c. 36. dicit, quod nihil rarius est q̄ videre vrsam parientem, significat viros iustos, qui bona opera die tricesimo (qui constat ex denario ter ducto) . i. in fide trinitatis, & obseruantia decalogi debent parere, & ad hoc debent se occultare, & visus, & laudē hominū fugere, & vitare. Matt. 6. Attendite ne iustitiam vestra faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Vel dic ꝙ nihil est ra- 4
rius, q̄ ꝙ vrsa. i. peccator videatur parere bonū opus. ¶ Vrsus mirabiliter delectatur in lambendo pedes suos, sicut ad sensum patet. Istud etiam est ei pro cibo dum est in cauerna, vt dicit Pli. Charissimi, pedes qui sequuntur hoīem, sunt filij, & familiares, quia vere mundi diuites lambendo, & fouēdo pedes huiusmodi. i. familiares & liberos delectārur. ¶ Vrsus & 5
vrsa io ioitio hyemis generant, & tēpore illo a cunctis aliorum animalium visibus se abscondunt, & cubicula sua herbis, & frondibus circumponunt, & ne imbrem percipiant, summe cauent, & tunc per quindecim dies somno taliter opprimuntur, ꝙ vix possunt etiam vulneribus excitari, & tunc mirabiliter impinguantur, secundum Pli. ibidem. Sic pro certo sunt luxuriosi, quia vere in occulto volunt exercere actū illum.

illum, quia oculus adulteri obseruat caliginem, dicẽs, nõ me
uidebit oculus. Iob 24. Cubicula ẽt sua, domos. s. & loca sua
frondibus, herbis & floribus ædificant, & componũt, quia ta
les in talibus delectãtur. Prouer. 17. Myrrha & aloe, & cinna
mono aspersi cubile meũ. Et Sap. 2. Nõ prætereat nos flos tẽ
poris. Et ideo imbrẽ diuinę gratię non recipiunt, imo miro
mõ dormiunt, & delectantur in uitiis, & peccatis, ita q per
vulnera tribulationũ, & correctionum quas eis Deus inge-
rit, & prælati, a somno isto nequeunt excitari, sed ibi per car-
nales delicias impinguantur. Dormi mecũ soror mea 2. Reg.
13. Et hoc summe accidit in principio hyemis. i. in tẽpore de
uotionis, & cõpassionis, qñ calor diuinæ dilectionis in ipsis
deficit & recedit. ¶ Vrsi sm Pli. ibidem, in principio hyemis
taliter per dies. 15 dormiunt, q vix possunt uulneribus exci-
tari, & tunc miro mõ pinguescur , '< tñ si tunc aperirentur,
nihil inueniretur in ventre nisi aliquãtulũ de humore, & cir-
ca cor de sanguine paucæ guttæ, & tunc hebetãtur oculi eo-
rum, & constringitur venter suus. Charissimi, vrsus est homo
hyems est peccatum, vel indeuotio, somnus peccati cõplacẽ-
tia, & delectatio, vulnus tribulatio vel correctio, sanguis me
moria Christi passionis, & humor gratia, & deuotio. Qñ igi
tur venit tempus hyemis. i. peccati & indeuotionis, tunc ve-
re vrsi diuites, & peccatores incipiunt dormire. i. delectari &
q scere in delectationibus, & cõplacẽtijs peccatorũ, & volu-
ptatum huius mundi. s. in luxuria, & alijs, ita q a tali somno
i. talibus delectationibus, & peccatis non possunt excitari,
vel extrahi aliquibus vulnerib. i. tribulationibus, prælatorũ
correctionibus, & prædicatorũ iaculis, & sermonib. Hiere. 2.
Frustra percussi filios vestros, disciplinã non receperunt. Et
Hier. 5. Domine percussisti eos, & non doluerunt. Et ratio tã-
tæ obstinationis, & somnolentiæ est, quia pro certo parũ ha-
bent de humore. s. gratiæ & deuotionis, & clementiæ, & cõ-
passionis, & quasi nihil habent de sanguine. i. de memoria di
uini sanguinis, & cõpassionis, & ideo tũc impinguantur per
luxuriæ voluptatem, tunc oculi intellectus sui hebetantur p
ignorantiæ cęcitatẽ, tunc constituitur venter suus. i. cõscien-
tia, & voluntas per auaritiæ parcitatem vel obstinationẽ, &
propositum malum, & per non confitendi volũtatem. Vnde
Iob 20. cum satiatus fuerit, arctabitur, vel dic q vrsus est ho-
mo iustus, qui in tempore hyemis. i. aduersitatis debet dor-
mire. s. per contemplationem, & a tali somno nõ excitari per
vulnera. i. per aliquam tribulationẽ, sed ibi debet impingua-
ri per deuotionẽ, & venter eius. i. conscientia stringi, nõ ape-
riri per peccatorum exclusionem. Ex hoc quia debet parum
habere de sanguine vel humore. i. paucã vel nullã carnalẽ af-
fectionem, & delectationẽ. In pace in idipsum dormiã, & re-
quiescam. Et Iob 11, Requiesces, & nõ erit, qui te exterreat,
7 & habebis fiduciam, proposita tibi spe. ¶ Qñ uersus in hyeme
diu dormiuit. s. postquam filios genuit vel concepit, ita q vẽ
ter eius strictus est, & oculi hebetati, in vere exit de spelunca
& herbam Aron laxatiuam sibi quærit, vt venter eius laxet,
& fauos apum comedit, & ab ipsis pungi se permittit, vt san-
guine defluente, oculorum obscuritas illustretur, & tunc fru
ctibus, & aliis necessarijs viuit, & super filios volucris more
cubat, vt dicit Pli. ibidem. Sic vere charissimi hõ, qui in hye-
me. i. in statu peccatorum dormiuit. i. per malas complacen-
tias, & delectationes, & filios suos. s. vitia & peccata, procrea
uit, qñ venit tempus ueris. s. in quadragesima, vel in tempo-
re gratiæ, ipse debet surgere a somno peccati p sui status con
siderationẽ, & a spelunca. i. ab amore mundi exire per dele-
ctabilium abominationem. Et quia venter conscientiæ suæ
est strictus in vitiis, & malis cõsuetudinibus induratus, ideo
debet herbam laxatiuam. s. cõtritionem comedere, & sibi in-
corporare, vt sic expellat vitia, & peccata, & iõ debet appete
re mella apum. i. verba doctorum, & prædicatorum, vt isto-
rũ apũ punctionibus, correctionibus & arguitionibus vulne
retur, & sanguis. i. superflua carnalitas defluat per carnis ma
cerationem, vel vt sanguis. i. peccatum exeat per confessionẽ
& sic clarificetur oculus intellectus sui per scientiã, & discre
tionẽ. Tunc ẽt debet pęnitens super filios suos iacere. i. super
mala præterita opera, per peccatorũ iugẽ memoriam, & re-
cordationem, & fructibus. s. gratiæ & deuotionis vel æternæ
gloriæ, & cõsolationis enutriri per contẽplationem, & deuo
tionem. Ideo talibus dr̃ Hier. 2. Vide vias tuas in conualli, sci
8 to quid feceris. ¶ Vrsus sm Plin. ibidem, habet cerebrum ve-
nenosum, & ideo qñ apprehenditur, caput cum scapulis cõ-
buritur ne si quis inde comederet, in vrsinam rabiem cõuer-
teretur. Vrsus est diabolus, cerebrum eius (quod est sedes fan
tasiæ, & immaginationis) sicut hæretici, scapulæ eius sunt hæ
reticorum defensores, qui pro certo sunt venenosi propter
hæresim, & errores, & ideo oẽ alij simplices istorum pereãt
fallacijs, & venenis, ipsi qñ deprehenduntur, merito combu
runtur, quia melius est vt vnum membrum pereat, q̃ totum
corpus mittatur in gehennam ignis. Matthei 5. Et bene dr̃,
q melius est q pereat vnus, q̃ vnitas. ¶ Vrsus sm Pli. ibidem 9
habet caput debile. Vnde si ab aliquo vrgeatur præcipitãri,
de facili propter debilitatem capitis enecatur. Vnde etiam
ibidem Pli. ait quòd præcipitari manus capiti solent impone
re, vt sic debile caput possint defendere. Sic verẽ multi sunt,
qui caput morum. i. fidem habent debilem, & ideo qñ a dia-
bolo præcipitantur. s. a statu gratiæ in peccatum, tũc occidũ
tur, & moriũtur. s. per desperationẽ, & errorem. Caput meũ
doleo. 4 Regu. 4. Nisi forte manus suas præponant, ipsas ad
Deum per orationem eleuando, vel per bona opera occupã
do. Si. n. per manus stactionem capitis prohibent, & sic ora-
tiones, & bonæ operationes aĩæ statum saluant. 2. Regum. 13.
Impositisq; manibus super caput, ibat egrediens & clamans.
Vel dic q quando quis præcipitatur a statu prosperitatis, sta-
tim debet manus sursum ad Deum per orationem, & gratia-
rum actionem adhibere, & extollere, & sic poterit a despera
tionis, & doloris periculo liberari. Vel dic quod qñ aliquis
ad infortunium, & paupertatem præcipitatur, est necessariũ
qđ manus apponat, & manualiter laboret, vt caput vitæ ma-
nuteneat. Vel dic, q caput est intentio, q̃ quia debilis est mul
tum, ideo præcipitatur faciliter in peccatum. Vrsus sm Plin.
ẽ fortissimus, qñ sol in leone, & pugnat cum ceruis, tauris & 10
canib. & sæpe eos vincit. Sic verẽ diabolus erit fortissimus,
& sęuissimus qñ sol. i. Christus erit in leone. i. in statu, & rigo
re, & crudelitate iudicij, quia tunc aduersus tauros. i. pęnitẽ-
tes, ceruos. i. viros perfectos, canes. i. peccatores consurget, s.
accusando eos, & impellendo, & contra eos per crudelitatẽ
& superbiam erigetur. Daniel. 11. Nec quemquam deorũ cu
rabit, sed aduersus vniuersa consurget. Vel põt exponi de an
tichristo, qui oẽs infestabit, & canes. i carnales deuorabit ad
se attrahẽdo. Istum. §. inueni aliter in Plinio, s. q vrsus habet
caput debilissimum, quod leoni est fortissimum. Et sic dic, q
vrsus est peccator, qui caput intentionis habet debile, & inua
lidum. Leo autem. i. iustus ipsum habet constans, & solidum.
Prouerb. 30. Leo fortissimus bestiarũ ad nullius pauebit oc-
cursus. Dimitte si uis alium textum, quia timeo, q falsus est.
¶ Vrsus pugnat cõtra tauros, & ceruos, apros & canes, & va
dit contra eos erectus, & tenet cornua eorum, & eos in ter- 11
ram deiicit, & carnes eorum deuorat, & manducat, vt dicit
Plin. & est solers ad maleficia plus cunctis aĩalibus, sicut di-
cit Et secundum Arist. li. 8. c. 6. vrsus comedit omnia, fructus
. s. atque carnes, & aluearia apum frangit, & non obstante, q
eum pungant, & lacerent, mella tñ earum comedit, deuorat
& consumit, licet pungat os ipsius atq; linguam. Rectẽ tales
sunt officiales, & balliui & mali principes, & tyranni, quia ve
re isti pugnant per lites, & controuersias contra ceruos, & a-
pros qui siluas habitant. i contra religiosos. item contra tau
ros, qui terram colunt. i. contra agricolas, & contra fameli-
cos canes. i. contra cupidos vsurarios, & auaros. Nam cõtra
omnes istos pugnant, vt eis torqueant munera siue dona, & iõ
contra istos eriguntur per superbiam, & crudelitatem, & cor
nua eorum. i. potentiam temporalem talium tenent, & acci-
piunt, sicut patet, quia tales iudices prohibent vsum, & ex-
pletum in redditibus, & iurisdictionibus religiosorum, cleri
corum, & aliorum inferiorum, vt aliquid extorqueãt per ra-
pinam, & hoc quia sunt solertissimi & cautissimi ad maleficia
per malitiam, & falsitatem, & ideo sępe ipsos ad terram. i. ad
statum paupertatis deiiciunt, & carnes ipsorum. i. tempora-
lem substantiam per exactiones deuorant, & cõsumunt. Gla-
dius meus deuorabit carnes. dixit Pharao. Exod. 15. Quia re
cte isti sunt gladius diaboli Pharaonis. Apes etiam. i. viros iu
stos, & pauperes subditos infestant, & eorum aluearia, i. do-
mos & habitacula sæpe frangunt, vt sic mella ipsorum. i. di-
uitias temporales rapiant, & deuastent, licet ab ipsis apibus,
pungantur i. licet ab eis suę crudelitati (inquantũ est eis pos
sibile) resistatur. Impius enim pręualet aduersus iustũ. Abac.
Vel expone oĩa de detractore, qui infestat detrahendo tau-
ros. i. diuites, canes latrantes. i. peccatores, & ceruos cornu-
tos. i.

tos.i.prælatos,apros siluestres.i.mūdi principes,& tyrannos
apes mellificātes.i. bonos & iustos viros,quia vere tales per
infamiam,& detractionem oēs alios impetunt, & inuadunt,
& carnes,i.vitam eorū,mella.i.bona opera sua per detractio
nem destruunt. Et licet lingua eorum.i.pessima sua verba sæ
pe punguntur,arguantur & reprehendātur ab apib.i.a vitis,
bonis & iustis,tā ab huiusmodi detractionis officio non desi
stunt,quia licet sciant se diffamatos pp huiusmodi detractio
nem,nunquam tamen ex hoc cessant,& ideo bene dr̃,ꝙ ipse
comedit oīa; quia vere de omnibus,& bonis & malis detra-
hūt,& loquunť. Manus eius contra oēs.Gen.16.Vel possunt
oīa exponi de diabolo.vide supra.§.1.¶ Carnes vrsi dicun-
12 tur crescere quādo dormit. Vnde ꝯm Pli.dicit Theophrastus
ꝙ si tunc occideretur,carnes ipsius coctæ,& mortuę cresce
rent,vbicumque ponerentur,quod est mirabile , sicut dicit.
Vrsus est Christus, carnes eius mysticæ sunt fideles, sed pro
certo qn̄ Christus fuit, occisus per passionē, & dormiuit per
sepulturam,tunc de cætero incœperunt crescere carnes suæ
.i.fideles multiplicari,quia plures crediderunt post mortem
quam ante . Figura Iudic. 16.de Sansone,qui plures occidit
moriens, q̄ viuens. vbi dicit Glos.ꝙ Sanson significat Chri-
stum,qui moriendo aduersus plures præualuit quàm viuen-
do.Et sicut ꝯm Arist.Vrsus qn̄ ē infirmus comedit formicas,
& cancros,vt lauetur,sic vere Christus quando infirmitates,
& lāguores nostros.s.in passione portauit, tunc formicas, &
cāeros.i.pauperes & retrogrados peccatores comedit,& si-
bi per fidem incorporauit, & corpori suo mystico adiunxit,
13 quia pauperes elegit &c.Iacobi.2.¶ Vrsus est aīal impatiens
& de oibus qui tangunt eum vult se vindicare , & ideo si qs
tāgit eum,statim eum sequitur,vt inde sumat vindictam,sed
si alius superueniens eum tetigerit,dimittit primum,& seq-
tur ꝯm,ꝙ si tertius eum tetigerit, omissis aliis post eum cur-
rit,& sic de alijs vt dicit Aristoteles.Rectè tales sunt iracun-
di, & impatientes, quia de omnibus volunt sumere vindi-
ctam,noluntq; alicui indulgere,contra illud: Dimittite,& di
mittetur vobis.Lucæ 6.& Ecclesiast.28. Dimitte ꝓximo tuo
nocenti te, Quisquis autem eos tetigerit.i.quisquis aliquam
iniuriam fecerit vel irrogauerit,statim volunt de eo vindica
re,contra illud.Mihi vindictam,& ego retribuā eis dicit do-
minus.ad Rom.12.Et ideo timeant illud Eccl.28.Qui vindi
14 ctam vult,inueniet vindictam a domino.¶ Vrsus qn̄ a venato
re capitur,peluis ardentis aspectu excęcatur deinde verberi
bus edomatur,cathenis & vinculis colligatur, ludere cōpel
litur,& docetur,& ad truncum vel stipitem constringitur,&
arcetur,& cum sit animal multum instabile,tota die circa eū
circuit , & mouet. Per vrsum villosum,& pilosum intelligo
diuites huius mundi , qui diuitiarum pilis,& velleribus sunt
vestiti. Per peluim ardentem intelligo diuitias mundi.i.vasa
aurea, & huiusmodi, quæ effectiuè ardentia possint dici,qa
per ardorem auaritiæ faciunt hoies inflāmari.Cathenæ sunt
malæ delectationes,& consuetudines,quæ hominem vincūt
atque ligant.stipes autem est sua possessio, & substantia tem
poralis.Quando ergo vrsus.i. diues capitur a venatore dia-
bolo per peccatum, tunc vere quando aspicit pelūim candē
tem.i.diuitias huius mundi,ipse per auaritiam excęcatur, &
tunc a magistro suo diabolo verberibus i. mundi laboribus,
vinculis.i.malis complacentijs, & consuetudinibus constrin
gitur,& ab eo saltare.s.de vno peccato in aliud compellitur,
& ad trūcum.i. ad temporalem suam possessionem cathenia
malæ affectionis,& complacentiæ cōstringitur, & circa eum
quotidie circuit,& mouetur.s.ad ferias & mercata quotidie
diuertendo. Psal. In circuitu impij ambulant. Vel pone qūo
iudices excœcantur , & a visu recti iudicij impediuntur, qn̄
pelues ardentes.i.cyphi argentei, & dona alia præsentantur.
Munera.n.excęcant oculos iudicum sapientum. Deuter. 16.
Vel pone ꝙ peluis ē mala mulier,in qua ardor luxuriæ ocu-
los & mentem excœcat intuentis.¶ Vrsus licet sit aial pōde-
15 rosum , tamen miro modo scit scandere vsque ad arborum
summitates,vbi sperat mellis abundantiam inuenire. Nam
quandoque in arboribus altis, & concauis mellificant apes,
quod odore deprehendens ascendit arborem,& cum vngui
bus aperturam sibi facit,& fauos extrahit, quos māducat,&
ad eum locum qn̄ famescit,ea consuetudine redire sępius cō
sueuit , quod attendens venator circa pedem arboris sedēs,
& palos acutissimos vndique circumfigit, ante aperturam ve
ro malleum valde ponderosum cum reste suspendit. Veniēs
autem vrsus valde esuriens,& malleum ante introitum inue
niens,ipsum cum pede reijcit, sed malleus rediens ipsum ad
aures tangit,quo indignatus fortius malleum repellit,q im-
petuosius rediens eum feriet , & tandiu contra malleum sic
contentio quandiu caput qđ habet debile, ex frequenti ictu
deficit, & cadens super palos inferius propria stultitia se oc-
cidit . Istum modum venandi vrsos tradit Theophrastus , &
idem a venatoribus germanicis intelleait . Vrsus est diues,
vel clericus,vel mundanus,arbor est mundus, mel quod ibi
dem reperitur,significat mundi delicias,& diuitias, & hono
res,malleus significat huius mundi tribulationes, pali acuti
sunt tormēta inferni, restis quæ tenet malleum,est iustitia &
ꝓuidentia occulta,& ęquitas diuina.venator est Deus.Quia
igitur vrsi.i.ambitiosi vident,ꝙ in arboribus.i.in dignitatib.
tam ecclesiasticis q̄ mundanis est mel diuitiarum, & delicia
rum temporalium pro apib.i. pro mundi pauperibus cōgre
gatum,ideo totis affectibus illuc scandunt, quia.s.procurant
ꝙ promoueantur ad officia dignitatū,& sic fit ꝙ mella pau-
perum deuorent,& consumant,s.in suis pompis, & expensis
excessiuis,sicut ad litterā patet de malis ecclesiasticis, & pō-
posis.Prouer.24.Comede fili mel,quia bonum est. Quia igi-
tur Deus videt , ꝙ vrsi.i.mundi diuites,& auari inestabiliter,
& immoderatè diligunt mella mundanæ prosperitatis, & ꝙ
propter ipsa in huius mundi arbore non cessant apes.i. vici-
nos, & pauperes molestare, apposuit ibi malleum tempora-
lium tribulationum, vt sic.s.ab huiusmodi delicijs indebitis
homines retrahantur, vtpotè quia facit eos infirmari vel tri
bulari,& tunc cessant aliquantulum, & ad Deū per pœnitē-
tiam se conuertunt,& sic malleum tribulationū a se reijciūt
& elongant, inquantum diuina bonitas sibi parcit . Sed quia
statim ad mel iterato,i.ad mundi delicias,& diuitias se con-
uertunt.s.quando sanātur, & quādo tribulatio recedit,ideo
redit malleus diuinæ iustitię,& eos per tribulationem,& in-
firmitatem durius percutit atque ferit,ita ꝙ iterum promit-
tunt emendare,& pęnitēt sicut prius,& ideo sæpe accidit, ꝙ
iterum liberentur,& sic frequēter Dei pietas eis parcit. Sed
quia semper reiterant vias malas,nec propter Dei percussio
nem cessant a mundi delectabilibus,& a vitiis,& a peccatis,
& ideo vltimo percutit grauius,quia.s.dat eis mortem.& sic
cadunt super palos acutos. i. inferius in inferno super acu-
tiem tormētorum vbi, perpetuo vulnerantur, moriuntur &
occiduntur. Et ideo talibus dicitur Hieremi. 2.Frustra per-
cussi filios vestros,disciplinam non receperunt. Et 2. Petr.3.
Patienter enim expectat Deus,nolens aliquem perire.¶ Vr- 16
sus ꝯm Solinus,si mandragoram comederit, moritur, verū-
tamen si formicas postea comedat,liberať. Mandragora quæ
facit dormire,significat mundi prosperitatem , quæ soporat
hominem in peccatis : Vrsus autem significat peccatorem,
vel hominem,imperfectum, cuius caput.i.ratio valde debilis
est,& infirma.Formicæ autem significant viros iustos,& bo-
nos,& diligentes actiuos. Prouerbiorum 6. Vade ad formi-
cam o piger &c. Dico ergo, quod mandragora herba,id est
bona prosperitas vrsis id est imperfectis hominib. & discre-
tione carentibus est lætalis,quia scilicet cum ipsa vti nesciat
solet ipsis multorum criminum esse causa. Prouer.1. Prospe-
ritas stultorum perdet eos. Veruntamen si comedunt,i.si si-
bi incorporant formicas,id est viros iustos,& bonos actiuos
ipsos.s.imitando , & circa vitam actiuam cum diligentia la-
borando,tunc recipiunt medicinam, & tunc mundi prospe-
ritas nunquam nocet. Igitur iuxta illud prædictum. Vade ad
formicā o piger,& considera vias,& disce sapientiam. Vel si
vis per formicam intellige virtutem diligentiæ, vel pruden-
tiæ,vel vitam actiuam &c.¶ Vrsus caput habet debilissimum 17
ꝯm Pli.vbi supra,& iō si in capite percutitur,faciliter supera
tur. Vnde audiui modum venandi vrsos satis notabilē in par
tibus. Aruernorum. Ibat enim puer cum paruula claua,& sa
culo cinere plena ad locum vbi sciebat vrsum latere , quem
videns vrsus statim veniebat vt luderet cum eodem , valde
.n.appetit ludere,potissime cum pueris,igitur cum ludendo
puerum amplexatur , ꝓicit puer cinerem in oculos eius ad
ipsum interficiendum sine mora. Vrsus est diabolus vel pec-
catum,cuius ꝓcul dubio caput.i.ingressus,l.suggestio & co-
gitatio quam immittit,debilis est, & ideo si ibidem percutiť
.i.si peccato uel diabolo in principio obuietur,faciliter supe
ratur. Igitur si iste credens te puerū.i.simplicem,& ignarum,
nitatur tecum ludere,tibique applaudere,& te decipere, sta
tim per-

tim percute eum in capite,suggestioni primariæ fortiter resi
stendo.Exemplo illius ancillæ,quæ cum fragmento molę ꝑ-
cussit Ahimelech in capite, & occidit &c.Iudic. 9. Expone.
Obijce ei cinerem pœnitentiæ vel memoriam mortis tuę,&
sic ipsum poteris superare.Figura de puero Dauid, qui dicit
de ipso 1. Regum.decimoseptimo . Nam leonem , & vrsum
interfeci ego seruus tuus.

## *De Vrsa. Cap. 109.*

1 VRsa est bestia sæuissima , & maximè quando catuli ra
pinntur.Nam catulos miro modo diligit, nutrit dili
gentius atque lambit,& contra persequentes pro vi-
ribus se exponit.Sic ecclesia vel prelatus debet subdi
tos diligere,& eos doctis verbis,& exemplis enutrire, & cō
tra mundi tyrannos, & eorum persecutores totis viribus cō
traire . Vel vrsa est diues, q filios suos.i.diuitias quas genuit
acquirendo,multum diligit,& custodit, ipsasq; enutrit mul-
tiplicando, & ideo quando ei rapiuntur, furantur vel extor-
quentur,quasi rabidus efficitur per tristitiam, & furorē, qa
teste Greg. sine dolore non perditur,quod cum tanto amo-
2 ris desiderio possidetur . Et sicut patet ꝑ huiusmodi filiis pu
gnant,& litigant,& debellāt.¶ Vrsa amoris tēpore se occul-
tat,& ibi cū masculo videri ab alijs amoris tempore erube-
scit,ibique fœtus perficit atque nutrit,ſm Pli.lib.8. Sic verè
aīa quando cum masculo Christo cōiungitur per fidē,& dile
ctionem,si ad ipso vult concipere per gratiam, & deuotionē
& parere per bonam operationē,ipsa se debet occultare per
humilitatem, & nulli præterquā isti viro suo Christo se ostē
dere per vanitatē.vnde Matth. 6. Intra in cubiculum tuum,
& claude ostia tua super te.vide alias supra de Vrso.¶ Secun
3 dum Pli.li.11.c.73.vrsus & vrsa non bibunt sicut alia anima-
lia,quæ habent serratos dentes,s. lambendo, nec sorbent si-
cut habentia continuos,sed aquam mordendo vorāt. Tales
rectè sunt detractores, qui aquam sacræ scripturæ, prædica-
tionis,& doctrinæ non bibunt,s.recipiēdo vel sibi incorpo-
rando,sed vere illam mordent,& deuorant,de prædicatori-
bus, & eorum sermonibus detrahendo . Expone si vis aliter
sicut supra de animalibus in generali, & dic q aquæ sunt di-
uitię,quas auari,& tyranni mordendo,& rapiendo capiunt,
& acquirunt.Isti enim sunt sicut cerastes,qui mordet vngu-
las equi vt cadat ascensor eius retro.Gen.49.

## *De Vulpe. Cap. 110.*

VVlpes dr̄ quasi volipes,est.n.volubilis pedibus, & nū
1 quam rectis itineribus, sed tortuosis anfractibus in-
cessiua, semper etiam claudicat pp dextrorum cru-
rū breuitatem. Nam eius crura dextra sunt alijs bre-
uiora , pellē habet mirabiliter villosam.& caudā,quā in ore
canū ab eis arctata proijcit, q inuenientes pilos reputātes se
delusos,sibi spatium tribuūt fugiendi.Loca subterranea ha-
bitat,& bestias domesticas plus infestat,quam siluestres. Est
aūt amica corui,& ideo coruus pugnat pro ea cōtra taxum,
ſm Isid.li.12.Rectè charissimi tales sunt vsurarij,& viri frau
dulenti,malitiosi & auari,quia in suis contractibus,& actib.
non rectè,sed tortuosè, fallaciter.s.& cautelosè incedere di
noscuntur.Dexter.n.pes.i.intentio semper claudicat,semper
.n.claudicant per falsitatem,quia loquendo, & operādo sem
per vnum ostendunt,& aliud intendunt. Exemplifica de pau
peribus,quō ab eis decipiūtur per falsas promissiones. Ideo
illis dr̄ illud 3.Reg.18.Vsquequo claudicatis in duas partes?
Pellis aūt istorum.i.substantia temporalis est multum villo
sa.i.pilis & villis diuitiarum vndique circūsepta, & maximè
cauda.i.finis vitæ suæ,& ideo qn̄ a canibus.i.mundi principi
bus persequuntur, replent ora eorum pilis.i. muneribus atq;
donis,quæ prauis iudicibus offerunt,quibus inuentis statim
eos deserunt,& dimittunt,quia Munera excęcant oculos sa-
pientum,& mutant verba iustorum.Deut. 16 sed talibus mu
nerum acceptoribus per prophetam dominus comminatur
dicens : Væ qui iustificatis impium pro muneribus. Esaiæ.5.
Isti loca subterranea inhabitant,quia vere in terra.i.in amo-
re terrenorum totaliter se inuoluunt , & bestias domesticas,
scilicet pauperes,& agricolas plusquam siluestres.i. plusquā
alios raptores odiunt , & infestant , quia viri impij oderunt
simplicem.Prouerbiorum 29. Coruus autem , id est mundi
clamosi,causidici & aduocati talium sunt amici,scilicet pro
pter dona quæ percipiunt ab eisdem,& pro istis pugnant cō
tra taxum,id est contra pauperes,& ideo eorum auxilio prę
ualent contra omnes.Impius præualet aduersus iustū.Abac.
1.Exemplifica bene quomodo tales aduocati,& iudices so-
uent tales. Vel per vulpem intelligo aduocatos , & dic sicut
supra.Per coruum autem intelligo mundi principes,& præ-
latos &c. Vel ista vulpes est diabolus, qui tortuosè incedit,
per diuersas circunstantias tentādo, & ideo dicitur coluber
tortuosus.Iob 26.Et iste loca subterranea inhabitat.i.corda
auarorum, quæ semper sunt sub terra per terrenorum amo-
rem, & plus infestat in mundo isto per tribulationes dome-
stica animalia.i.bonos,quā siluestria,id est peccatores.¶ Na-
turale est odium inter vulpem, & taxū, sicut supra patuit de 2
taxo . Et si vis per istos intellige malos, quorum alter alteri
inuidet,& locum eius occupat,sicut patet,& cætera vide ibi
quia.Inter superbos semper iurgia sunt.Prouerbior.13.¶ Itē 3
secundum Isidorum ibidem,vulpes est animal fraudulentū,
semper tortuosè incedens, & semper claudicans pede dex-
tro,quia crus dextrum habet breui⁹,quàm sinistrum. Et ista
aliqn̄ mortuam se fingit , & ideo dum auiculæ descendunt
ad eam sicut ad cadauer,ipsas statim deuorat atq; rapit. Vul
pes est hypocrita,pes dexter est interior intentio,sinister ex-
terior ficta perfectio.Isti igitur tortuosè.i. cautelosè & ma-
litiosè in actibus suis semper incedunt,quia nunquam aut ra
ro rectè vadunt scilicet per veritatem. Ambulauitq; non re
ctè 2.Paralipomenon 21. Pes enim eorum dexter.i.intentio
semper claudicat,quia scilicet quicquid dicant vel quicquid
faciant exterius, tamen aliud intendunt vel excogitant inte-
rius.& ideo cum tales sint fraudulenti,cautelosi & malitiosi
fingunt se mortuos,id est per pœnitentiam mortificatos, &
sic auiculæ , id est alij homines simplices,qui sunt in ecclesia
vel in religione,istos frequentant & honorant,& ipsos quan
doque ad statum prælationis promouent,& exaltant, quod
cum factum fuerit pro certo illos deuorant,& molestant,&
sic se viuos manifestant.Ideo fabulose dicitur, quod rustici,
qui in quadriga pullos portabant,inuenientes vulpem, quam
mortuam esse credebant, proiecerunt eā cum pullis in qua-
driga,quæ statim incepit pullos deuorare.Sic verè multi hy
pocritæ fingunt se mortuos,id est humiles,& deuotos,vt in
quadriga prelationis ponantur,quo facto,statim pullis id est
subditis incipiunt esse intolerabiles,& peruersi, quod vtiq;
patet de religiosis ad prælationem sublimatis . Nam vt dici-
tur Ecclesiastic.19 Est qui nequiter se humiliat,& interiora
eius plena sunt dolo.Vel dic,quòd auiculæ significant iuuen
culas mulieres,quæ dum ad falsos religiosos accedunt, sci-
licet pro confessione vel alio remedio salutari,statim eas ra
pere nituntur per uerba, & suggestiones, & eas occidunt ꝑ
malos consensus,& operationes.Ideo bene dicitur.Attendi
te a falsis Prophetis.Matth.6. & Ezech.13. Prophetæ tui si-
cut vulpes in deserto erant.¶ Vulpes est animal gulosum,&
ideo filios generat cœcos.& nota rationem quare omne ani
mal gulosum generat filios imperfectos , sicut supra de ani- 4
malibus in generali,& expone sicut ibi.¶ Vulpes secundum
Isidorum,est animal fœtidum,& corruptū,& ideo loca,quę 5
habitat,reddit sterilia,& corrupta,guttur & ventrem habet
album,& delicatum,caudam autem & tergum habet rufum
anhelitum habet fœtidum, & morsum aliquantulum vene-
nosum,vt dicit Pli.Tales etiam sunt detractores,& luxurio-
si,& hypocritæ, & hæretici, qui quamuis sint rufi in dorso,i.
in exteriori apparentia, & burelli scilicet quantum ad habi-
tus asperitatem , sunt tamen delicati , & molles in gutture,
quantum ad gastrimargiam,& voluptatem,in ventre quan-
tum ad luxuriam,& quia sunt corrupti,& fœtidi per uitia,&
peccata,ideo alios per mala uerba sua,& exempla inficiunt,
& corrumpunt,& hoc quia anhelitus suus.i verbum,& ma-
la suggestio fętet,quātum scilicet ad infamiam aliorum,quæ
ab ore suo egreditur,& morsus id est mala detractio alijs si
militer est venenum.psal.Corrupti sunt,& abominabiles fa-
cti sunt &c.Ideo 1.ad Corinthio.5.Modicum fermentum to
tam massam corrumpit.Vbi dicit Chryso.Fermentum in pa
sta est hęreticus in ecclesia.Vel potest dici de diabolo,cuius
morsus,i.tentatio,& anhelitus,i.suggestio alijs sunt venena.
Nam quia corruptus est per malitiam,& peccatum, iō alios
per

per quos transit, inficit & corrumpit similiter par peccatum,
& ipsos facit sterilas, & a fructu bonorum operum vacuos,
6 & inanes &c.¶ Vulpes qñ a canibus parsequitur, & arctatur,
mingit in cauda sua villosa, & vrinam fœtantem cootra ca-
nes proiicit, quod abhorrēs multitudo caoum, ab ea aliquā-
tulum se elongat, & fugiendi spatium sibi præstat, s̄m Pli. Sic
verè quaodo canes. i. prælati, & prædicatores persequuutar
vulpes. i. mundi peccatoras, s. puniendo & corrigendo, & ar-
guendo, & contra eos p̄dicando, tunc pro certo contra eos
proijciuot vrinam suam, s. mala verba, & detractoria, fœtida
& diffamatoria, & sic aliquando canis, i. prædicator vel præ-
latus timans fœtorem vrinæ suæ, i. infamiam verborum suo-
rum, dimittit eos, s. incorrectos, & impunitos. Nulli. n. dubiū
quin mali sæpe suos infament correctores, quia non amat pe
stilens eum qui se corripit. Prouerb. 15. Vel per vrinam intel
liga dooa, & munera, quę proiecta in oculis canum, i. iudicū,
faciont eos cassare, oe vulpes. i. vsurarios & diuitas persequā
7 tur. Munera. n. excęcaot oculos sapientum. Deut. 16. ¶ Licet
vulpes sit in pluribus inutilis, in multis tñ vtilis rapetitur, se
cundum exercitium medicinæ, quia adeps ipsius, & medulla
valent contra profluuium capillorum, sanguis eius est diure
ticus, & ideo valet ad frangendum lapidem in vesica. Lingua
eius io annulo val armilla portata facit, quod qui portat eā,
ooo patiarur, caliginem oculorū, s̄m quod dicunt magi, vt
dicit Plio lib. 28. c. 10. vbi ponit de volpe alias magorum plu
res opiniones, quas hic iolatere oò curaui. Eapooe sicut vis.
Et ad hoc potest allegari, quia noo est dare aliqnem tam per
8 uersum, quin in pluribus sit vtilis atque bonus. ¶ Vulpes (si-
cut dicit Pli. li. 8. c. 28. vbi agit de prænosticis animalium, cau
tissimum est animal ad pericula p̄cauenda. Vnde si super gla
ciem sit transitura, soler aurem ad glaciem applicare, & verū
audiri possit tumultus aquæ subterlabentis, attendere, & sic
de glaciei fortitudina iudicare. si igitur glacies fortis est, trā
sit, si vero debilis, retrocedit. Glacies significat mondi statua
& prosperitatam vitæ, quæ pro certo facile frangitur. Igitur
si tu glaciei te commissurus, & alicui statui, officio vel p̄spe-
ritate te crediturus, vtpote quia ad dignitatem val officium
vocatis, adhibe aurē, & audi quō tumultus aquæ sacræ scri-
pturæ clamat tibi istam esse debilem atque vanam, igitur ab
ingrediendo caueas, ne forte fracta glacie mundanæ prospe
ritatis, succumbas, illi ergo glaciei, i. illi statui ta committe,
de quo poteris perpendere, & sentire, q̄ te poterit sublimare,
& q̄ desuper poteris tute, & stabilitar viam huius vitæ transi
re, s. statu religiōis vel paupertatis, vel etiam affectui cęlestis
gloriæ, & æternæ refectioois, necnon fiduciæ Dei, & auxilio
suæ protactionis. Ista. n. sunt fuodamenta solida, & ooo ficta.
Idem possumua dicare de amicis familiaribus, & coniūctis,
quia. s. antequam nos eis comitamus, dabemus attendera si
sunt solidi, & fideles. Eccl 6. Si ast tibi amicus in tentatione,
possida eum, & non facile credas teipsum ei.

## *De Verme.* *Cap. 111.*

1 VErmis dicitur a vertando vel a vere, eo. s. q̄ hincinde
ambulando se vertat, eo qood in vere exeat de lateri
bus, & de antris. Et generatur vermis aliquādo ax so
la humorum corruptione, aliquando ex sexuum cō
miationa, aliqō ex ouatione, vt patet in serpantibus, scorpio
oibus & tortucis, vt dicit Isid. li. 12. Talis est peccator, qui in
vera p̄speritatis exit, iosolescit & discurrit, & vndiq; se uer-
tit per vitia, & peccata, & efficitur homo talis vermis aliquā
do ex humorum corruptione, i. ex propriis corroptis malis
affectioonibus, & carnalitatibus, aliqñ ea sexuum commiatio
ne. i. ex aliorum mala societata, aliquado ea aliorum ouatio-
ne, i. ax malis ouis id est eaemplis, & operibus aliorum, iua-
ta illud Esa. 59. Quod coofotum est, erumpet in regulū. ¶ Di
uersa sunt genera verinium, quia quidam io herbis, vt erucę,
quidam in arboribus, vt teredines, quidā io carnibus, vt ma-
dones, quidam in vallibus, vt tinaæ, quidam io animalibus, s.
io visceribus, vt lumbrici, alij in manibus, vt chirooes, alii in
capitibus, vt pediculi, pulices seu lendes, quidam in fructib.
vt gorguliones, quidam io arboribus, vt cantharides, quia. s.
sant vermes uirides, & aurei, io fraxinis nascētes, qui ita cor
rosiuæ sunt naturæ, quod statim sunt pustulas geoerantes, &
corrodendo caoteria facientes, qui omnes ax corruptis hu-
moribus in animalium corporibus interius vel exterius ge-
nerantur. Sia verè sacundum diuersitatem homioum prosa
citur dioersa quantitas seu qualitas peccatorum, quia in her
bis, i. in pauperibus, & depressis generator eruca corrodens
id est impatientia. Io arboribus id est in altis, & eleuatis præ
latis, & principibus generatur terado deterrēs, i. superbia.
Io carnibus id est in caroalibus, & deliciosis producitur ma
do ipsas carnes attenuans, hoc est luxuria. Io vestibus id est
io religiosis, & claricis generatur rinea cōsumens, hoc est io-
uidia. In aoimalibus id ast io personis bestialibus generātur
in vaotre lumbrici gulæ, & voluptatis. hoc ast gastrimargia.
In capite, i. in intentione generantur pediculi peruarsitatis,
& falsitatis. In manibus, i. in operibus generatur chiro hypo
crisis, & uanitatis. Vel in capita id ast io prælatis generantur
pediculi iræ, & superbiæ. In maoibus, id est io militibus chi-
ro vanæ gloriæ, qui facit eos prurire. In ventra. i. in alijs sub-
ditis lumbrici inuidiæ, qui habent eos interius torquera 2.
Machab. 9. Apprehendit eum dolor viscerum. Circa etiam
alias arboras, id ast hominas sup̄bos, scilicet circa prælatos,
& principes genarantur cantharides, id ast balliui corrosui
& alios cauterizantes per puncturam rapinæ, & sæuitiæ, vel
etiam circa eos fiunt corrosiones iræ, & discordiæ. Vel etiā
dic, q̄ suot vt communiter detractores, & inuidi corrosores.
Et genaraliter omnia talia generaut̄ depraui, & corruptis,
humoribus id est affectionibus superfluis atqua vanis. Ideo
da talibus dicitur Actuum 12. Coosumptus a vermibus expi 3
rauit. ¶ Sunt alij dicti tarelongi, qui vocantur vermes terræ,
scilicet atheni, molles & lubrici, qoos venantur ralpæ, & qui
bus pisces capiuntur, quando eis inescantur. & secundu Con
stan. tales sunt vtiles medicinæ. Vermes isti terrenæ sunt diui
tiæ, quæ sicut vermes cor p̄ sollicitudinē corrodunt, quæ ra-
ctè sunt quasi inescatio demonum p̄ piscibus, id est pro ho-
minibus capiendis, quæ tamen bane vtentibus possunt esse
remedium, & iuuamen. vnde Eccl. 13. Bona est substātia cui
nooest peccatum. ¶ Sunt quidam vermes aooulosi corporis
in quibus non sunt ossa vel cartilaginas, spinæ vel sanguis, &
oēs talas secuodum Arist. in oleo moriuntur, & in aceto re-
uiuiscunt, & sunt aliqui qui generantur, & generaot, alii qui
generantur, & nō generāt, vt salamādra, & tales carent sexu.
Et sic patat, q̄ diuersimodè naturæ vermiū generantur. Sic
varā inter hominas sunt quidam annulosi, & rotuodi, s. mobi
les, instabiles & insolentas, qui carent ossibus fortitudinis, &
perfectioois, spinis id est conscientiæ remorsibus, & cartila-
gine flexibiles obedientiæ, & subiectionis, & sanguine pieta-
tis, & cōpassionis, uel mamoria diuinæ passionis, & ideo ta-
les quando sunt in oleo deliciarum, faciliter per paccatū, &
maximè per luxuriam moriuntur, & tunc oecessa est, q̄ per
acetum, id est per acram pœnitentiam rauiuiscant. Quidam
etiam ganerantur per prædicationem, & ganerant per boni
operis productiooem, scilicat boni actiui, & pęnitentes. Alij
autam licet genarentur par conuarsiooam ad pœnitentiam,
noo tamen generant per bonorum operum fęcuoditatem,
& hoc maximè Salamandræ, id est cupidi, in igne auaritiæ
viuantes, & conuersantes, quid vere tales cupidi, & auari pa
rum de bonis operibus generant, & producuot. Ignis eoim
consumpsit speciosa deserti, sicut dicitur Iohel. 1. ¶ Sūt mul- 4
tæ species vermium aliorum, scilicet muscæ sanguinam, &
dulcia diligentes, in æstata apparantas, & in hyeme morien-
tes, lucē amantes, & tenebras fugientes, & caput & alas suas
cum pedibus diligentissimè pectinantes. Sic vere suot malæ
mulieres, quæ dolcedinam deliciarum diligont, & in æstata
prosparitatis homini appatent, si vero hyams, id est status ad
uersitatis, & paupertatis ingruerit, tuoc receduot, lucem id
est apparentiam, & publicū amaot, & ibi apparere, & se ostā
dare semper volunt, & ad se pectinandum, & ornandum va-
cant continue & intenduot. Quæ etiam omnia de nostris iu-
uenibus domicellis possumus dicere, qui in publico samper
quærunt sa ostendare, & sa pectinare, & dapingere, & io tene
bris, & abscondito non manere. Quod atiam dic da hypocri
tis, qui in publico uidari voluot, dalicias amaot, & conuersa
tiooem suam depinguot, & more muscarum alios per detra
ctionem molastant, & punguot. Matth. 23 Omnia opera sua
faciunt ut uideaotur ab hominibus. ¶ Alij sunt vermes dicti
multipedes, paruuli, in locis humidis habitaotes, qui tameo
extensi moltos pedes habere noscuntur, qui quando volunt
ita complicantur, quod unum graoum pilæ in rotūditate vi-
dentur. Tales sunt hypocritæ, quia vere cum pedes affectio-

pocritę, quia vere cum pedes affectionum habent plurimos, & immensos, ita tn̄ sciunt se per hypocrisim complicare, q̄ nullos pedes. i. nullas affectiones videtur habere, nec aliquid terrenum diligere vel amare. ¶ Aliqui sunt vermes qui scara
7 bei dicunt, qui corio nigro vestiti, & q̄nq; cornuti, & alati vo lare noscuntur. hi circa stercora conuersantes, solent stercorum pilas cum pedibus voluere, volando mugitū facere, regem vt apes non solent habere, pp quod solent multis periculis subiacere, secundum Pli. Istis negatus est aculeus sicut ait, & quando aliquis non pōt stercora voluere, ipse retroce dens post se trahit. Applica ista contra diuites, & auaros, quī .s. per malam cōuersationem sunt nigri, per superbiā alati, & per proteruiam sunt cornuti, per iactantiam sunt cubantes, & per auaritiam sunt stercora. i. mūdi diuitias amplexantes, ipsasq; secum, & post se trahentes, & in cumulis aggregātes, & rege. i. rationis regimine sunt carentes. Thre. 4. Qui vescebantur
8 voluptuosè, amplexati sunt stercora. ¶ Alij sunt vermes qui spoliatores dicuntur, paruī admodū, qui cōtra serpētes præualere noscuntur, quapropter nomen istud sortiuntur. Videns. n. spoliator serpentem dormire, solet quasi eum scalpēdo, per spinam vsq; ad caput ascendere, & ibi mordendo eū inuadere, & vsque ad interiora cerebri perforare. Serpēs autem ipsum desuper sedentem non pōt expellere, & ideo necesse est ipsum succumbere, & perire. Per serpentes intelligē iniquos vsurarios, aduocatos, & malitiosos, per spoliatores autem intellige alios iuniores subtiliores, & maliuolos, quia, .s. sæpe fit, q̄ contra tales serpentes, & diuites malos, q̄ ad senectutem veniunt, alij iuniores causidici vel balliui q̄quam sint iuuenes, & pauperes, insurgūt qui ipsos litibus, & exactionibus impetunt, & eos & eorum statum excerebrāt, & subuertunt. Vel dic de diabolo, qui quasi scalpendo, & delectando serpentem. i. hominem inuadit, & cerebrum. i. rationem ei tollit, ipsumq; per peccatum confundit. Vel dicēt de adulatoribus, qui scalpendo homini se adiungunt, & postea ipsum ad peccata trahentes, & cerebro. i. debita discretione priuantes, morti æternæ submittunt. Esai. 9. Erunt qui beatificant, seducentes, & qui beatificantur, præcipitati. Vel dic q̄ iste est Christus, qui per humanitatem vermis. i. mortalis affectus, de serpente, i. de diabolo triumphauit. Vel dic de ambitioso, qui adulando ingreditur, & cum se videt non possē deponi, non solum contra ipsum sustentatorem, sed con-
9 tra prælatos insurgit. ¶ Alius est vermis qui dicitur typula, qui secundum librum de natura rerum, quadrupes est, & in terris, & aquis habitat, in quo illud est mirabile, quia super aquas sicco vestigio graditur, si etiam sub aqua detinetur in vitus, nō propter hoc suffocatur. Si vis applica ista ad Christū, qui super aquas siccis pedibus ambulauit, & in terra psonaliter habitauit. Baruch. 3. Postea in terris visus est. Vel dic quod talis est vir perfectus, qui scilicet super aquas diuitiarum sicco vestigio ambulat, ipsas cōtemnendo, nec in eis immersus suffocatur, ipsas plus debito diligendo. Exemplo Petri Apostoli: Matt. 14. qui ex pcepto domini super aquas
10 sine periculo ambulauit. ¶ Alius est vermis, qui dicitur vespa qui quamuis videatur apibus similis, facit tamen ceras inutiles, & hoc quia non de floribus ipsas facit, diligit ecim cadauera, quod nō faciunt apes, acriter autem pungit &c. Sic mali religiosi licet apibus, id est bonis religiosis sint in habitu similes, in ceris tamen, & in operibus sunt dissimiles, & hoc quia ceræ suorum operum sunt inutiles. Isti enim cadauera carnalitatis diligūt flores autem bonorum documentorum, virtutum, & exemplorum contemnunt. Non possunt ergo bonas ceras, id est bona opera facere, qui nolunt flores, id est viros sanctos, & eorum documenta, & opera frequentare. Apes autem, id est boni religiosi bonas ceras, & bona opera faciunt, quia bonos flores, id est bona bonorum exempla colligunt, & assumunt. Matth. 7. Arbor bona bonos fructus facit similiter & mala malos. Sequitur. A fructibus eorum cognoscetis eos. Sapien. 3. Opera eorum opera inutilia. ¶ Est
11 alius vermis dictus tabanus, gallicē taon, & est illa grossa musca, quæ boues infestat, de qua dic sicut lupra de musca. Thamar est ille vermis cum cuius sanguine Salomon lapides scidit, de quo vide infra de mundi mirabilibus. De alijs autem vermibus, scilicet cynifibus, qui idem sunt quod culices, tineis, cynomyis, erucis, & de pabilionibus, bombycibus, pediculis, & alijs, vide in suis titulis specialibus in hoc libro.

## *De Vermiculis.* *Cap. 112.*

Ermiculus a verme diminutiuè dr̄, q̄ in lignis, & fru 1
ctibus generatur, & alias terebuntia appellatur, & secundum gl. a. Reg. 23. nihil eo mollius dum tangitur nihil aūt durius dum tangit, quia ligna durissima pforat. Ex ligno, & fructibus, ex humo & humoribus generatur, & finita hyeme exterius pgreditur, omnia amara fugit, in dulcibus delectatur, falsa & aromatica non lædit. Vilis est vermis flexibilis, & exanguis, & vt dicit Pli. ei⁹ extrema sunt gracilia, media grossiora. Talis est Christus per omnia, qui in lignis, & fructibus, id est in virginis visceribus fuit ex suis humoribus, & ex purissimis sanguinib. generatus. Et finita hyeme infidelitatis, vel asperæ legis scriptæ, & adueniente vere, id est tempore gratiæ, de latebris suis, id est de ventre virginis egressus, & cum hominibus est cōuersatus. Et ideo mollissimus per benignitatē, & misericordiam reperitur, q̄si per orationem, & veniæ imploratione ab aliquo tangitur, & pal patur. Vnde 2. Regum 23. Et ipse tanquam tenerrimus ligni vermiculus. Veruntamen quando tangit scilicet in die iudicii, quando reprobus puniet, tunc erit durissimus, & seuerissimus per iustitiam, & seueritatem, quia tunc ore suo sententię perforabit omnia ligna dura, id est omnes illos, qui duri sunt per crudelitatem, & indeuotionē, & incompassionem. Iudicium sine misericordia fiet illi, qui nō fecerit misericordiam. Iacob. 2. Iste igitur omnia amara, id est omnes qui sunt amari per vitia, & peccata, deserit atq; fugit, in dulcibus autem, id est in habentibus dulcem conscientiam delectatur, & illos qui sunt falsi per pœnitentiam, qui sunt aromatici per castitatem, & per bonam famā, nō percutit. i. æternis iaculis, neque lædit. Extrema autem eius, scilicet natiuitas, & mors fuerunt valde gracilia, scilicet per humilitatem, & per paupertatem, quia pro certo tunc fuit vilis, & sine sanguine, scilicet in passione. Vidimus eum, & non erat aspectus. Esaiæ. 53. Ideo ipse dicebat illud psal. Ego aūt sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Vel dic econ uerso de diabolo, qui licet sit mollis, & vilis, tamen ligna dura, id est constantes, & perfectos tentationibus perforat, & in vere, id est in prosperitate magis tentat, flexibilis est per falsitatem, dulcia, i. deliciosos diligit, amara autem, id est cōtritos, falsi, id est pœnitentes vel sapientes, aromatica, id est castos non potest lædere. Et est sine sanguine, id est sine pietate, & occultè mordet arborem, id est bonā personam per tentationem, & consumit, audito autem sonitu, id est prædicatione latescit, nam inter vermes est sensus gustus, & auditus, s̄m Pli. ¶ Inter vermes est differentia, quia alii vnguibus, & rostris rapiunt, alij acumine excauant, alij sorbent, alij fugiunt, alij vomunt, alij mandunt, alij etiam quotidie non cessant distrahere, & tapere, terram fodere vel sulcare, vt dicit Plin. lib. 10. cap. 71. Sic vere inter peccatores est differentia, quia vere alij ore, id est verbis rapiunt, vt sunt causidici, alij vnguibus, id est manibus, vt principes, & balliui, alii fugiunt vt adulatores, alij sorbent, vt publici raptores, alii terram, id est terrena fodiunt, vt auari, & mercatores. Et sic patet, q̄ diuersimode quærunt temporalia peccatores. Vnusquisque enim proprium habet donum, alius sic alius autem sic s. ad Cor. 7. Vide supra de Teredine.

## *De Vipera.* *Cap. 113.*

Ipera secundum Isidorum libr. 12. sic est dicta, eo q̄ 1
vi pariat, nam (vt dicit Auicen.) hæc in seipsa concipit multitudinem filiorum, scilicet viginti, qui propter gulositatem totum humorem, & nutrimētum, matris suguut, & bibunt, & quia eis non sufficit paucus humor, ideo partum debitum, & naturæ solutionem non expectantes, corrosis matris lateribus vi erumpunt, vt dicit Isidorus ibidem, & etiam Auicen. & Solin. Plin. vero libr. 10. c. 62. dicit, quod vipera oua in vtero concipit, quæ intra ventrem infra triduum excludit, catulosque singulos diebus singulis parturit, & emittit, alij autem tarditatis impatiētes, prorum punt per latera occisa parente. Vipera est religio vel ecclesia, venter eius est claustrum, humor istius ventris est deuotio, lectio & temporalium sustentatio, filij eius subditi sunt ambitiosi. Vipera ergo, id est ecclesia vel religio in ventre, id est in suo claustro recipit, & concipit multos filios, id est

multos malos subditos, & ambitiosos, quia stultorum infini tus est numerus. Eccl. 1. Sed pro certo istis malis filijs non suf ficit hodie humor ventris, i. humor deuotionis, & seruitij di uini, & victus sufficientis, imo vere sunt ita gulosi per auari tiam & ambitionem, quod ipsi summe copiuot exire ventrē, & exire claustrum, habere. s. aliquod beneficium extra, & ideo ipsi non expectant, quod mater sua, i. religio eos emittat, & pa riat, i. quod eos promoueat ad aliquod exterius beneficium vel præbendam secundum merita personarum, imo pro certo ante tempus debitum volunt exire, & propter hoc ventrem ma tris. i. claustrales obseruantias corrodunt, & exeūt per appel lationem, & turbationem, & sic matrem, i. religionē vel ec clesiam per lites, & per expensas dissipant, & consumunt, si cut patet ad sensum, quia per lites ambitiosorum multæ reli giones sunt pauperes. & consumptæ. Ideo. Baruch. 4. Exacer bastis eum qui nutriuit vos, & contristatis nutricem vestrā Hierusalem. Actuum 7. Genimina viperarum, quē propheta rum non sunt secuti patres vestri? Figura de Iacob & Esau. in vtero pugnantibus &c. ¶ Dicitur (prout dicit idem Isid.) quod vipera masculus generando, per os suum semen in os fœ minæ proijcit, illa aūt voluptate libidinis in rabiem conuer titur, & caput maris dentibus truncat, sicut dicit Plin. lib. 10. c. 62. sed hoc non impune, quia filij concepti ventrem matris corrodunt, & exeunt, & sic necessario mater moritur parien do, sicut masculus perierat generando, vt dicit Isid. ibidem. lib. 12. Et hoc (vt dicunt Sol. & Plin.) facit natura, ne pestife rū semen nimis multiplicetur. Masculus est malus suggestor, .s. diabolus, hæreticus, vel malus doctor vel prædicator, fœ mina autem aia vel simplex subditus. Isti igitur masculi cum ore suo, i. cum malis verbis, & suggestionibus ponunt in ore fœmellæ. i. in corde auditorum semen suum, i. malam doctrī nam vel tentationem, & sic ipsi concipiunt fœtus suos, s. ma la opera, & mala proposita per cogitationem, & ipsa in ven tre fouent per delectationem, sed vere dum ista pariūtur, & emittuntur per consensum, & operationem, ipsi moriuntur .s. per peccatum mortale, & vita gratiæ spoliantur, & sic pa rentes, id est mali suggestores moriuntur per peccatū mor tale taliter generando, isti autem moriūtur fœtus malorum
3 operum emittendo. psal. Conceperunt dolorem, & pepere runt iniquitatem. ¶ Est quædam spēs viperæ, quæ dicitur ty rus, ea qua fit tyriaca, quæ est remedium contra venenū. Nā serpens primo apprehenditur, & cum virga diutius verbera tur, & tunc venenum totum descendit ad caudam, quæ tunc ei præciditur, & sic de reliquo tyriaca præparatur, & secun dum Plin. tyrus in India reperitur. Sic verè charissimi quāq; accidit, quod quidā sunt sicut tyrus, s. venenosi per vitia, & pec cata, qui habent caudam longam, i. spem longæ vitæ in futu ro, sed pro certo Deus volens facere tyriacam, & cōtra pec cata, & vicia medicinam quando, s. vult eos conuertere, ver berat, eos. s. cum virga tribulationum, & correctionū, & po stea caudam, i. spem longæ vitæ eis abscindit, quia. s. facit eos cogitare de morte, & sic cessante veneno peccatorum, vita sua exemplis, & doctrina alijs efficitur medicina. Istud maxi mè patuit in tyro Iudeæ, i. in beato Paulo, qui fuit de genere Iudeorum, qui primo fuit venenosus per peccatum, sicut ip se dicit 1 ad Timo. 1. Primo fuit persecutor, & blasphemus &c sed percussus a domino virga tribulationum, s. cæcitatis (Actuum. 9.) factus est alijs medicina per doctrinam, & exē pla, sicut ipse dicit 1. ad Cor. 4. Spectaculum facti sumus mū do &c. ¶ Secundum Pli. li. 8. c. 39. vipera sola inter serpentes, in terra cauernis latitat, cæteræ autem in saxorum, & arborū concauitatibus se abscondunt. Nam vipera adueniente hye me venenū euomit, & in terris se occultat, sed vere adueniē te, & æstate terram exit, & venenum in ea generatur, & per niciosior fit q̄ ante. Sic verè multi sunt viperei peccatores, quod quando venit hyems, i. aliqua tribulatio vel infirmitas, tunc vere quandoque accidit, quod ipsi euomunt venenum peccato rum suorum, & in terra, id est in pœnitentia, & humilitate, & in memoria mortis se abscondūt, cessando scilicet a vitiis, & a peccatis, confitentur, & faciunt testamentum, & pro ponunt se emendare, sed vere quando cessat hyems illius in firmitatis, quando. s. venit ver, id est tempus prosperitatis, & sanitatis, tūc iterum crescit in eis venenum peccatorum, & exeunt de terra, id est de statu pœnitētiæ, & humilitatis, & de mortis memoria, & sic efficiuntur peiores, quàm ante, id est magis peccatores, & raptores, & auari. Ideo dicitur Ecclesi.

10. Est qui p̄ inopia vetatur peccare, & si inuenerit tempus, malefaciet. ¶ Secundum Pli. vipera quando in hyeme dormi 5
uit in terra, & delectatur in terra, & videt visum suum hebetatum, exit in vere ca uernam, & fœniculum comedens, illinit oculos suos succo eius, & sic visum recuperat, & vigorem. Sic verè anima Chri stiana quando dormit, & delectatur in terra, id est in nego ciis terrenis in hyeme, id est in tempore peccati, & indeuo tionis, ipsa pro certo hebetatur per indeuotionē, & indiscre tionem, quia vere mundi negotia, & somnus delictorum, & peccatorum hebetant oculos intellectus. Et ideo in vere, id est in tempore gratiæ debet exire per confessionem, & fœni culum comedere. id est sacram doctrinam, & prædicationē, & sic poterit oculos intellectus clarificare per scientiam, & discretionem Collyrio inunge oculos tuos, vt videas. Apo. 3. ¶ Vipera secundum Arist. li. 8. c. 17 pellem mutat successiue, toti in vna die, & se ita renouat, quod est quasi exitus embrionis, & 6
incipit a capite. Sic verè aia, quæ habet pellem veterem. i. malā conuersationem, ipsa debet eam deponere per confessionē, & se per pœnitētiam renouare, sed ista renouatio debet fieri a capite. i. a principio vitæ, quia. s. quando homo conuertitur, debet incipere a capite. i. a tempore iuuentutis, & oīa residua totaliter explicare. vnde ps. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Vide supra de Angue, vbi inuenies modum renouatio nis secundum Physol. ¶ Item Aristo. lib. 8. ca 29. dicit quod inuenitur 7
paruus serpens: quem omnes serpentes fugiunt quamquam magni, qui quando aliquem mordet, statim in circuitu mor sus omnia illa putrefiunt. In India etiam (vt dicit) est serpēs modicus, contra cuius morsum non reperit aliquis medici nam. Tales sunt malitiosi, qui licet sint parui, quantum ad po tentiam secularem, tamen a magnis personis timentur, & ve rētur, sicut patet in causidicis, detractoribus, & peruersis ho minibus, qui ab omnibus timentur, & hoc quia quando ali quem mordent per detractionem, statim faciunt eum putre scere per infamiam, & vilem reputationem. Et illi serpentes qui sunt de India (quæ interpretatur confessio,) id est illi qui sub specie confessionis diffamant alios confitentes, pessimi sunt. Si mordeat serpens in silentio &c. Eccl. 10. ¶ Secundum 8
Ambro. in hexameron, est quoddam genus viperæ, quæ cū voluntatem coeundi habet, murenæ copulam requirit, pro greditorque ad littus aquæ vbi credit murenulam latitare, & ipsam sibilo vocat, & prouocat ad amplexū, sed post ex pleto coitu, iterato reuertitur ad venenū, & ipso resumpto reuertitur ad cauernam, & sic murena concipit, non tamen fœtum venenosum ad modum serpentis, sed bonum atque congruum, sicut ipsa. Vipera est malus, & hypocrita, vel quæ stuarius prædicator, venenum sunt mala, & inhonesta verba sua, murena est simplex, & deuota persona. Isti ergo viperei, & hypocritæ prædicatores volentes, quod murena, i. boni secu lares eis copulentur, & coniungantur per affectum, hoc est dictū quando volunt acquirere eorum beniuolentiam, & fa uorem, sibilant per prædicationem, bonam & honestam lo cutionem, & dimittunt venenum, id est pessima verba sua, & ideo murenæ, id est simplices seculares audito sibilo suæ prę dicationis, statim assunt, & eisdem per amorē coniunguntur & copulanē. Sed vere ista uipera, i. iste hypocrita statim post illum coitum. i. post actum prædicationis, quando. s. recessit murena. i. quando est in absentia aliorum, tunc vere venenū suum. i. statum & uerba infamiq, & peccata iterum recipit, & resumit. Canis reuersus ad vomitum. Proue. 26. Veruntā mu rena, i. simplices, qui ab istis viperis fœtū boni propositi con ceperunt, non faciunt propter hoc fœtus venenosos, i. opera mala, sed bona, congrua & honesta, & hoc quia non cōcepe runt ex prædicatorū malorū operibus, sed ex suis verbis bo nis, iuxta illud. Quæ dicunt vobis, seruate & facite, quæ aūt faciunt, nolite facere. Matth. 23. Vel dic quod serpens est pecca tor, murena est corpus Christi in sacramēto. Ad istam igitur murenam attrahēdam in paschate, vipera, i. peccator sibilat per orationem, & uenenum, i. peccatum euomit per confes sionem, & sic ad copulam eius admittitur per sacramentale communionem, sed vere quando cessat ista copula, s. statim post pascha, tunc ad venenum euomitum, id est ad peccata confessa, & dimissa iterum reuertitur. Iud. 10. Filij Israel pec catis veteribus inuagentes noua. &c. Eccl. 34. Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit eum, quid prodest ei illi labor? Istud patet, quia statim post pascha efficiūtor luxuriosi, & cu pidi sicut ante. Vel dic quod vipera ē diabolus, qui sibilo suo, id

est suus

est suis malis suggestionibus, & tentationibus prouocat murenā.i.aīam, quæ est in aqua.i.in statu gratiæ, vt exinde exiens sibi per pc̄m̄ mortale coniungatur, & cum ea fornicetur, qđ sæpe misera murena,i.aīa facit, & ipsum sequit̃, & ei obedit. Prouer.7. Statim eā sequitur, quasi bos ductus ad victimam. Vel vipera est luxuriosus, murena mulier &c. sicut supra de diabolo. Vel expone de Dei filio, & beata virgine, sicut habes in titulo de Murena. Vel expone de apostatis, quos suis suggestionib. diabolus extrahit de aqua deuotionis, & de flumine religionis, ut cū eis in terra.i.in bonis terrenis coeat p pc̄m. Vel expone de coniugio, quia verè cōiuges qñ insimul conueniunt, debēt oē venenum libidinis euomere, quia.l. ad bonum finem debent illud opus non ad libidinem ordinare. ¶Secundum Pli.lib.29.c.4. vipera quendam preciosum lapi-
9 dem deglutit territa, quem diligen- ter extrahunt Scythæ, & eo vtunt contra venenum. Sic verè diabolus aliquando deglutit, & sibi incorporat lapides p̃ciosos,s.viros iustos, & bonos, tamen Scythæ,i. viri iusti, & prælati diligenter se extrahunt, & retrahunt de ventre diaboli,i.de peccato, & sic efficiuntur per bonam vitam remedium contra venenum,i.cōtra vitia, & peccata. Exemplum de Paulo, quia lapis resolut⁹ calore in æs vertitur. Iob 28. Ideo ipse de seipso dicit ad Galat. 1. Cum autem placuit ei, qui me segregauit ex vtero ma-
10 tris meæ, & vocauit me per gratiam suam &c. ¶Item idē ibidem dicit, si quem draco momorderit vel aspis, caput viperę appositum vulnus sanat, & econtrario caro aspidis attrahendo venenum viperæ, morsum sanat, & sic vix inuenies ita magnum malum, quin ad aliquid sit bonum. Eccl.33. Vnum contra vnum, duo contra duo. Cuncta.n. fecit bona in tempore suo. Eccl.39. Nam etiam ipsi mali sunt qñq; remedium contra alios malos, quia sicut dr̃ ad Rom.8 diligentibus Deum, oīa cooperantur in bonum. Vel pōt allegari, q̄ contraria cō trariis curantur. Caro.n. concupiscit aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnem. ¶In libro de agricultura chaldea.ca.
11 50. dr̃ q̄ si vipera Smaragdum vnum respicit, oculis exeuntibus visum perdit. Istud aūt de illa vipera intelligitur, quę caput ad glandis similitudinem gerit. Talis vipera videtur esse mundus, non potest.n. Smaragdum,i. hoīem fęlicem, preciosum & virtuosum respicere, quin oculi sui per inuidiam lędātur, & quin cœcus,i. desolatus, & tristis efficiatur. vnde Seneca. Vtinam oculi inuidorum essent in omnibus ciuitatibus, vt de fælicitatibus oium torquerērur. Vel dic q̄ Smaragdus est beata virgo, cuius.s. præsentia viperam, id est diabolum excœcat, inquantum vires eius attenuat, & eneruat.

## LIBER VNDECIMVS

### *De terra, & eius partibus, necnon de gemmis, & lapidibus preciosis, & primo de terra in generali. Cap. 1.*

1 TErra s̄m Isidorum in mundo est posita, & a centro cœli interuallis æqualibus separata. Et dicitur terra, quia teritur, & humus, quia humore maris, cui coniungitur, humectatur. Tellus etiā dicitur, eo quòd fructus eius tollimus. Arida autem dicitur, eo quod natura propria arida sit & sicca, vel quia aratuiæ, & culturæ sit dedicata. Et dicitur opes, eo quod opem conferat mortalibus, & creaturis, quas nutrit, & sustentat, secundum Isidor.lib.4.ca.1. Rectè per omnia talis est beata virgo Maria, quia verè semper est in medio per sui interuentionem, quia semper se ponit mediam, & concordiam Dei & hominum faciat, & componit. Ezech.5. Ista est Hierusalem in medio gentium posui eam. Est etiam semper in medio, quia est virtus, vel quia est æqualitas. Et ista dicitur terra, quia verè ipsa fuit paupertate, & tribulationib. semper trita. Humus etiam dicitur, quia verè semper fuit per deuotionem, & gratiam humectata, & hoc quia cum mari i. cum Deo, vel cum amaritudine pœnitentiæ fuit per charitatis vinculum colligata. Qui fundauit terram super aquas. Dicitur etiam tellus, quia pro certo fructus eius,s. gratiam, & misericordiam tollimus, & recipimus ab ea, quia terra dedit fructum suum. ps.66. Et ideo dr̃ ops, qui opem & auxiliū fert & confert oibus desolatis. Arida ēt dr̃, quia verè ista fuit sicca sine humore voluptatis per castitatem, & arata per pœnitentiæ austeritatem. Vocauitq; aridam terram. Genes.1. Vel pone de ecclesia, quæ est in medio mundi, multis tribulationibus triturata, carismatū humoribus irrigata, donis ac virtutibus fœcundata, & ad opem cunctorum hominum dedicata. Vel potest exponi de prelato, qui debet esse medius per æquitatem, quia per acceptionem personarum non debet plus ad vnam partem, quam ad alteram declinare. Vel etiam de anima vel iusto, qui debet esse in medio virtuositatis &c. sicut supra. ¶Secundum Basiliū in Hexameron, terra est corpus fructiferum, & fœcundum, sphericum, elementorum infimum, & medium, & ideo dicitur scabellum a scriptura, & mundi centrum a sapientibus est vocata. quia.l. in terra impressum apparet vestigium Dei.i. sua sapientia.s. in creaturarum ipsius productione, sicut in scabello pedum, & more cētri a circunferentia vndiq; est æqualiter distincta, & mundi stabile fundamentum. Est.n. naturaliter quieta, & immobilis quo ad sui totum, frigida, sicca & corpulēta, licet in suis partibus recipiat sæpe motum. Sic verè prælatus, vel vir perfectus, vel ēt beata virgo fuit infima per humilitatem, media p concordantiæ vanitatem, fructifera & fœcunda per gratiarū & virtutum multiplicitate, per q̄ pc̄tōres aluntur, & nutriuntur, centrū & fundamentū stabile, & immobile per fidei firmitatē, & spei longanimitatē, frigida per diuinum timorē reprimentē, sicca per castitatis nitorē. corpulenta per perseuerantiæ, & firmitatis vigorē. ps. Qui fundasti terra super stabilitatē suā. Et iō ipsa fuit scabellū, quia verè Deus pater in ipsa impressit vestigium, & imaginem suā.i. ipsum filiū bn̄dictū qui.s. est imago, & sapientia Dei patris, quia Terra scabellum pedum meorum, dicit dn̄s Esa.66. Et sic ēt dico, q̄ ipsa fuit quieta per pacē. concordiā & amorē, & spherica per obediētiā, & timorē. Et hæc fuit optimè figurata in quadam imagine, quā antiqui terræ fecerunt, & dedicauerūt, q̄ almā matrē vocauerunt. Nā quia eā dicebant matrem esse deorū, in summis honoribus coluerunt, attendentes maximā terræ fœcunditatem, & virtutem, & vnā imaginē fęminā sibi fecerunt, q̄ almam matrē dixerunt, quę corona turrium decorabatur, & ei leones domiti subiiciebant̃, ipsam galli sequebantur, & ipsa in curru sedere fingebat̃, & in manibus clauē, & tympanū portare videbat̃, cuius aurigæ vibrabant gladios, quos portabant, vt dicit Isid.lib.8.c.11. de diis gentium. Illā almā matrē dicebant, eo q̄ oim aialium sit mater principium, & origo, & q̄ oia alat, & nutriat. Corona habet turritā, eo q̄ turribus & ciuitatibus superpositis decorat, leones sibi subiiciuntur, eo q̄ nullum sit tam fęrox aial, quin in morte ei finaliter submittat̃, ipsam galli sequebantur, quia ēt volucres cœli, terræ seminibus indigent, & ad eā descendunt gr̃a nutrimenti. Sedere etiam dr̃, quia fixa & immobilis perseuerat. in curru vehibili trahitur, & vehitur, quia in medio aliorū elementorū, quę sunt mobilia, situatur, cunctis ēt se mouentibus, terra penitus fixa manet. Ista clauē habere dr̃, quia in hyeme se claudit, in verè aūt se aperit, & fructū emittit. Tympanum ēt habet, ad significandū q̄ dum ferramētis, & ligonibus colitur, sonus & strepitus obaudit. Aurigæ aūt eius gladios portant, ad significandum q̄ pro terra acquirenda bella sępe concitantur, in quibus gladii extrahunt̃. Talis per oia beata virgo dr̃, quia mater filii Dei nuncupat̃. Alma redēptoris mater. Mater ēt est & nutrix oim pc̄tōrū, & iō leones tyranni, & pc̄tōres, galli.i. spirituales viri, & angeli, & sancti ipsam sequūtur, honorant & venerant̃, & fructibus suæ gr̃æ, & miæ recreant̃. Bernar. Maria oībus aia est facta, & in ea peccator veniam, iustus gr̃am, angelus lętitiam inuenit &c. Et ista clauē habere dr̃, quia verè seipsam, vel terram paradisi cuicunq; voluerit aperit seu claudit. Habet.n. clauem Dauid, qua claudit, & nemo aperit, & nemo claudit &c. Apoca.3. Tympanum etiam portat, quia verè sonus laudis, & iubili & orationis in suis auribus continuè est promendus. Laudate eam in tympano. & choro. Et ista corona turrita insignitur, quia verè ciuitates, & castra, religiones & conuentus super ipsius spem, & fiduciam sunt fundata, & omnia suis precibus sustinet, & supportat. Et ista etiam cęteris motis sedere dicitur, quia verè dum Apostoli voluerentur, & dubitarent in morte Christi per incredulitatem, ista tamen in fide fixa, & stabilis stetit, & permansit. Et ideo aurigæ ipsius, id est ipsius cultores, & deuoti, debent habere gladios in manibus, id est opera virtuosa, ut suam acquirant gratiam, & conseruent. Gladii au-

cipites in manibus eorum, vt faciant vindictam in nationib.
Isti ẽt debent pugnare contra demones, vitia & peccata. Et
põt de Deo dici, q est pater, & nutritor oium, & turres.i.mũ-
di ciuitates, & status per suam prouidentiã dirigit, & guber-
nat. Leones.i.demones & peccatores, galli.i. Angeli & boni
eidem sunt subiecti, & cũ oia sint mobilia, & variabilia, tñ in
uariabilis, & immutabilis perseuerat. Dic de cæteris sicut su
pra. Vel expone si vis de bono prælato, q debet esse aliorum
mater, & nutrix, stabilis, æquus, medius, habens clauem iuris
dictionis, & ei ẽt tyranni debẽt subijci. Vel de ecclesia militã
3 te, quæ est vestigium dei & scabellum &c. ¶ Terra est corpus
infimum summè a cælo distans, immobile, opacum & obscu
rum, durum, grossum & corpulentum, frigidum & siccũ, ser-
pentum, & aialium contentiuum, diuitiarum & fructuũ pr̄ę
elementis cæteris productiuum, aratri & culturæ præ cæte-
sis sustentatiuum, in maris medio permansiuum. Rectè talis
est peccator, quia verè ab ipso cęlo, s. Deo, summè diuiditur
atq; distat. Esa.59 Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, &
Deum vestrum. Et tñ istius cęli influentiam, s. beneficia Dei
tẽporalia, & naturalia participat atq; sumit, quia. s. deus facit
solẽ suum oriri super bonos, & malos. sicut dr̃ Mat.5. Iste est
ergo immobilis per pigritiam, & tepiditatem, obscurus per
ignorantiam, & stoliditatem, durus per incõpassionem frigi
dus per indeuotionẽ, siccus per humoris gratiæ priuationẽ,
grossus per superbiã, & inflationem, corpulentus per pigritię
& auaritiæ põderationem. & ẽt tales sunt pleni bestiis, & ser-
pentibus, i. carnalibus affectionibus, & motibus, quæ in car-
ne sua serpunt, & culturæ, & labori. i. mundi tribulationibus
sunt dediti, quia non est pax impiis, dicit dñs. Esaiæ 48. Et in
medio maris, i. in medio amaritudinis peccatorum sunt lo-
cati, vel in medio fluctuum huius mundi. Ideo dr̃ ibidẽ. Im-
pii tanquam mare feruens, quod quiescere non valet. Sic isti
a cunctis raptoribus conculcantur, & contemnuntur. unde
Transeunt bestiæ saltus, & conculcauerunt carduum 4. Reg.
14. Sed pro certo licet isti sint tot, & tantis vitijs pleni, tñ præ
cæteris hominibus, fructibus & diuitijs sunt repleti psal. Im
pleta est terra possessione tua. Sunt etiam immobiles, & sta-
biles, quia verè nõ possunt moueri, s. de malo statu in bonum
per quancunque correctionem, monitionem vel prædicatio
nem, imo semper plus stabiliuntur per obstinationẽ. ps. Fun-
dauit terram super stabilitatẽ suã, nõ inclinabitur &c. ¶ Ter
4 ra in medio mari est sita, & frigidæ & siccæ est naturæ, aratro
rum culturis scinditur. & colitur, vt fructificet, a cęlo est re-
mota, & infima, & vilissima oium elementorum. Sic verè hõ
pœnitens est in medio maris, i amaræ contritionis, frigidus
per diuinum timorem, siccus per pęnitentiæ austeritatem, &
infimus per humilitatẽ, & sui reputatione a cœlo. i. a Deo re
motus, & vilissimus reputatus, & ideo diuersis culturis, i. bo-
nis operibus excolitur, vt sic per gratiam fructibus, i. meritis
fœcundetur, & a sterilitate vitiorum pęnitus liberetur. quia
Qui operatur terram, saturabitur panib. Prouer. 12. Et sic ip
se põt dicere illud Ezechiel 27. Perfecti decoris ego sum, &
5 in corde maris sita. ¶ Terra est corpus sphericum, respectu
cœli minimum, & tamen in se maximum, & licet sit a cœlo
remotum, & infimũ, tñ est influentiarũ cęlestiũ receptiuũ, &
ideo fęcundissimum inter cætera elementa reperitur. Nã cũ
sit in cœli medio, ideo ab eo recipit influentiam a qualibet,
sui parte, & sic multis, & diuersis speciebus sensibilibus est,
ornata. Veruntñ ad hoc, q fructificet, necesse est vt culturis,
& laborib. exponatur. Sic verè boni, & iusti, infimi & humi-
les a cæteris calcati, & contempti, licet sint minimi respectu
cœli, i. respectu Christi per humilitatem tamẽ in se sunt ma
ximi per virtutum multiplicitatem. Nam licet a cęlo, & a pa
radiso, & a consortio Christi sint remoti in vita ista, tñ istius
influentiam, s. Christi, & sanctorum, per gratiam, & deuotio-
nem recipiunt. & percipiunt vndequaq;, quia verè quælibet
pars cœli, i. quilibet sanctus, qui est in paradiso, in iustos in-
fluit per orationem, & gratiæ impetrationem. 1. Reg. 18. Ec-
ce (inquit) places regi, & oẽs serui eius diligunt te. Et iõ ta-
les sunt fœcundi per bonorum operum productionẽ, & mul
tiplicibus speciebus, s. gratijs, & uirtutib. sunt ornati. Et maxĩ
mè quando culturis, & laboribus pœnitentiæ sunt exculti.
Et ideo dr̃ Esaiæ 55. Descendit imber, & nix de cælo, & illuc
ultra non reuertitur, sed inebriat terram, & germinare eam
facit. Et isti sunt infimi per humilitatem, quia. s. se cunctis re-
putant bassiores, & spherici per obedientiæ velocitatem, &
solidi per constantiæ firmitatem. vnde Eccles. 1. Terra autem
in æternum stat. ¶ Licet cælum a terra videatur summe dista 6
re, tñ in eam occulte influit, & est cã quare ibi lapides, & fru
ctus generantur, & arbores. Sic verè licet aperte non videat,
tñ cœlum. i. ipse Deus per suam occultam prouidentiam in-
fluit in hoies terrenos, & est cã oium, quæ in eis spiritualiter
producuntur, quia ẽm Hiero oia prouidentia Dei aguntur.
¶ Licet cœlum sit pulcherrimũ, supremum & luminosum, tñ
terra, quæ est infima, ẽm quid est nobilior, quia. s. rebus sensi 7
bilibus, & fructibus est ornata. Sic verè licet prælati, & supe-
riores sint clari p scientias, & honore., tamen a fructu bono
rum operum sunt steriles, & ideo terra. i. subditi sunt hodie
talibus meliores, quia licet careant lumine discretionis, & sa
pientiæ, tamen fructibus bonorum operum sunt fœcundi.
Vel allega si vis de clericis, & laicis, vel de religiosis, & secu-
larib. ¶ Terra est immobilis atq; firma. Nã ẽm Aris. Terra est
propriis ęquilibrata ponderib. Cum. n. sit frigida, & sicca, iõ 8
oẽs partes eius tendunt, & mouentur naturaliter versus cen
trum, ideo motu istarum partium circa centrum æquilibra-
ta suspenditur, & sic stabilis, & immobilis perseuerat. Et cũ
(ẽm Isid.) sit corpus solidum, ideo oia ponderosa sine flexio
ne sustinet, & sustentat. Rectè sic est de aia perfecta, quia ipsa
verè debet esse immobilis, & stabilis per perseuerantiam, &
constantiæ fortitudinem & virtutẽ. Nã quia secum debet ha
bere frigus diuini timoris, quod oia superflua reprimit, & de
siccat, ideo oẽs partes eius. i. oẽs affectus, & voluntates de-
bent tendere naturaliter, & ordinari ad centrum. i. ad deum
& circa eum suspendi per cõtemplationem, & delectationẽ,
& sic suis ponderibus adæquitabitur, & perseuerans, & stabi-
lis stabit. Quia verè homo qui perfectè coniungitur cũ cen-
tro Deo per charitatem, stabilis efficitur per constantiam, &
firmitatẽ. Quis nos separabit a charitate Christi; neq; mors
&c. ad Roma. 8. Ideo Ps. Fundauit terram super stabilitatem
suam. Istud patet in beata virgine, quæ ita fuit stabilis per p-
seuerantiæ, & fidei firmitatem, q in morte filij cũctis aposto
lis per infidelitatem vacillantibus, nullatenus fuit mota. Et
ideo sabbato in honorẽ ipsius a carnibus alicubi ieiunatur,
qa in sabbatho paschæ Chr̃o mortuo ipsa fuit sola fidei fun-
damẽtum. Et ideo persona, quæ taliter est firmata, oẽ põdus
tribulationis, & tẽtationis potẽs est sustinere. Oia suffert, oia
sustinet 1. ad Corint. 13. Vel dic de ecclesia, quæ quia cẽtrum
Deum est fundata per charitatem, ideo in fide firma, & stabi
lis perseuerat, licet quantũ ad aliquas sui partes, & personas,
per errores, & hæreses patiatur multotiens terræmotũ Ter- 9
ra mota est. ¶ Terra est fundamentum oium grauium, & oia
quæ sunt, mouentur præter terram. & quæcunq; grauia mo-
ta, qñ ad terram peruenerint, quietãtur. Et ideo propter eius
notabiles effectus, gentiles ipsam antiquitus tanquam deam
coluerunt, eo. s. q oia nutrit, omnia cibat, & in ea omnia ve-
getabilia radicantur. & nutriuntur, & suis occultis humori-
bus vegetantur. Vnde nullum vegetabile põt viuere, nisi in
terra interius infigatur. Rectè talis est deus, qui pro certo est
rerum oium fundamentum, principium & origo, quia verè
omnia alia sunt naturaliter mobilia, & mutabilia præter ip-
sum, quia Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis. Iob 15.
Ipse aũt est immobilis, immutabilis & incorruptibilis. Ego
dominus, & non mutor. mala. 3. Ideo Numeri 23. Non est
Deus ut hõ, ut mentiatur, neq; vt filius hoĩs, vt mutetur. Et
ideo oia ponderosa. i. oẽs hoies virtuosi, & maturi ad eũ mo
uentur per affectum, & in eo tantummodo quietantur, qñ. s.
ei per gratiam in pręsenti, & in futuro per gloriam copulant.
Et ideo iste honorandus est, quia verè oia cibat, & nutrit, &
tẽporaliter, & spũaliter, quia suis occultis humoribus. i. per
occultos modos suæ prouidentiæ, ipse nutrit, & vegetat vni
uersa, quia ipse dat semen seminanti, & panem comedẽti 2.
ad Corinth. 9. Vnde verè nullus potest viuere per gratiã vel
gloriam, nisi in eo per fidem, & charitatem fuerit radicatus.
Ad odorem aquæ mittit radicem. Iob 14. Et sicut terræ leo-
nes, & alia animalia in fine sobiiciuntur, & ad terram reuer-
tuntur in morte, sic mundi principes ecclesiæ fidei, & potesta
ti Dei. Vel dic de ecclesia, in qua inuenitur nutrimentum spi
ritualium gratiarum, & in qua homines radicãtur, & nisi in
fide ipsius sint plantati, nunquam uita gratiæ uel gloriæ vi-
uunt. Vel dic de paradiso, ad quem omnia tenduot, & in eo a
motu tribulationũ oium, quietantur, & ibi cibantur, & nu-
triuntur, & per spẽ radicantur, & tamẽ inua riabilis & immu
tabilis

tabilis est. Et sicut pro acquirenda terra boues pugnant, sic pro acquirenda gloria paradisi, homis debent contra vitia, & peccata dimicare. vnde 1. Machabeo. 3. Pugnemus pro hereditate nostra. Ideo de tali terra dr Deuter. 4. Vos transibitis, & possidebitis terram egregiã. ¶ Terra in hyeme frigore, & gelu cõstringitur, niue & glacie operitur, a fructibus, & floribus denudatur, & ideo decore, & decẽtia spoliatur, sed adueniente sole iterum innouatur, & virorem florum, & arborũ, recuperat & decorem. Sic verè aĩa in tẽpore hyemis. i. in statu peccati frigore indeuotionis gelatur, induratur & stringitur p obstinationẽ, & incõpassionẽ, & iõ fructibus, & floribus, i. gratiis, & virtutibus spoliatur, & a decore perfectionis honestatis, & gratiæ spoliatur, niue tñ. i. bonis temporalibus adornatur, quia. s. mali plus quam boni diuitijs fœcundãtur. Iob 12. Abundant tabernacula prędonum. Sed pro certo qñ ver gratiæ reuertitur, & sol Christus ei per charitatẽ appropinquat, tunc recuperat virorem honestatis, flores bonarum cogitationum, & fructus bonarũ operationũ. Producat ter-
11 ra herbam virentem, & facientẽ semen &c. Genes. 1. ¶ Licet terra sit fixa, & stabilis secundum situm, summè tñ est passibilis per effectum. Terra etiam licet exterius vilis appareat, & deformis, intus tñ latitant multa preciosa, s. lapides & metalla, quæ ibi per solis influentiam generantur. Sic verè boni, & iusti, & humiles, qui sibi sunt, & stabiles per gratiæ firmitatẽ, multa in hoc mundo patiuntur, quia more terræ calcantur ab aliis per contemptum, & teruntur per tribulationẽ, quia Multæ sunt tribulationes iustorũ. ps. 33. Fructibus. i. bonis tẽporalibus spoliantur per rapinas, & excoriationes. Sed pro certo licet isti exterius videantur viles, & depressi, interius tñ in conscientia preciosis lapidibus, i. gratiis, & virtutibus sunt repleti, quæ per Christi influentiam in talibus producũtur, & in eis sub deformitate humilitatis occultantur. Matt. 25. Abscondit talentum in terra. Vel dic de insolentibus vel secularibus, qui licet habeant turpem colorem, i. leuem conuersationem, & licet quandoq; exterius, quantũ ad exteriorem apparentiam nullius sint momenti, tñ qñque interius diuinis charismatibus sunt repleti. Vel dic de rusticis, qui oc-
12 cultant diuitias suas, quibus interius in domibus pleni sunt, licet colore deformi, i. butellis vestib. sint induti. ¶ Licet terra exterius frigida videatur, intus tñ aliquotiens magnis, & igneis ardoribus inflãmatur, sicut patet in monte Ethna in Sicilia, qui perpetuis incẽdijs sẽmper spirat. Sic verè licet ali, quando aliquis videatur exterius eẽ frigidus per indeuotionem, sicut sunt leues, & loquaces, aliqñ tñ interius totus feruet, & ardet per dilectionem, & ab eo exit ignis per bonam operationem. Ignem veni mittere in terram. Luc. 12. Vel dic de illis qui videntur exterius esse humiles, & benigni, & pauperes spiritu, qui tñ interius ardore auaritię, malitia irę, & discordiæ sunt accensi. Eccles. 19 Est qui nequiter se humiliat.
13 Vel allega historialiter de inferno. ¶ Terra licet naturaliter sit sicca, tamen vndique mari cingitur, & suis brachijs percutitur, & vallatur, & per occultos meatus eius aquis, & humoribus homectatur, & oẽ præ siccitate in puluerem reducatur, præseruatur. Charissimi, per mare intelligo Deum, propter plenitudinem omnium bonorum, qui fluctibus tribulationum terram, i. bonos percutit, sed per suam occultam prouidentiam humoribus cõsolationum ipsos interius irrigat, & humectat, quia semper facit cum tentatione prouentũ. 1. ad Corint. 10. Et quanto tales hmõi fluctibus amplius vapulãt, tanto in bono per virtutẽ constantiæ solidantur. ¶ Licet ter-
14 ra sit naturaliter stabilis atq; firma, aliqñ tñ discutitur vehementer, & mouetur. Nam qñ in ventre terrę vapor siccus, & frigidus inclusus per adiũctionem igneam agitatur, tunc ipsam terram commouet, & generat terræmotum, & vapore exeunte, sonus atq; tonitruum auditur, vt dicit Arist. li. Meteororum 3. c. 5. Sic verè charissimi spiritualiter, qñ in terra .i. in corde terreno peccatoris includitur vapor seu ventus, hoc è dictũ, diuina inspiratio spiritussancti, & qñ ignis feruẽtis contritionis ibi adiungitur, tunc verè licet ista terra sit fixa, & stabilis, hoc est dictu, licet peccator sit durus, incorrigibilis, & obstinatus in malo proposito, tũ per Dei gratiã mouetur per sui status discussionem, auditur tonitruum per cõfessionem, exit vapor & fumus. i. vitia & peccata, & terra, i. corpus scinditur, & aperitur per pœnitentiã, & afflictionem. Ideo Prouerbiorum. 30. Per tria, i. per contritionem confessionem, & satisfactionem, mouetur terra. i. peccator, s. a statu peccati in statum gratiæ. Psal. Terra mota est, etenim cœli distillauerunt. Vel dic aliter, q. s. qñ in ventre, & corde terræ, i. peccatoris generatur vapor superbię, tũc verè ipsum mouet per irã, & præsumptionem, & elationem, & sic aperitur per iactantiam, & suorum actuum manifestationem, & tonitruũ tribulationum, & comminationum ab eo cõmouetur. Vox tonitrui eius verberauit terram. Eccl. 43. Vel dic q qñ terra .i. corpus superborum in morte finditur, tunc verè ventus superbiæ euaporat, & tonitruum æternæ cõdemnationis, & diuinæ sententiæ in eis generatur. Aperta est terra, & deglutiuit Dathan. ¶ Qñ diuersi vapores, & venti in ventre terræ cõ-
clusi inuicẽ concutiunt, tunc ibidem ex tali collisione sonus 15
tonitrui generatur, & tandem per violentiam vaporũ terra illa scinditur, & sic vapor ille exit. Et dicit Arist. ibidem, q in locis multarum cauernarum, & vbi est refluxus maris, generatur de facili terręmotus. Vñ dicit, q tẽpore Herculis in quibusdam insulis, incæpit eleuari terra, ad similitudinẽ collis, & postea scissus est mõs ille, & exiuit vapor fortis, q destruxit proximã ciuitatem. Terra è religio vel ecclesia, vapores ventosi sunt superbi religiosi, & clerici, qui verè qñ sunt in ventre terræ. i. in claustro religionis, tunc non sunt contenti, loco & statu proprio, imo volũt exire, s. ad exteriora bõficia & officia, ad quæ cupiunt promoueri, & ideo alter contra alterum commouetur, s. per iras, & discordias atq; lites, diuisiones, & odia, & sic tonitruũ. i. vox appellationũ emittitur, & auditur, vel & exit vox infamiæ, & detractionũ, & sic terra, & ciuitas. i. illa ecclesia vel religio eorum rixis, & discordiis dissipat, & ipsi vapores. i. ipsi mali quasi violenter exeunt, i. plationis officia occupando, & per lites, & discordias beneficia acquirendo. Cõstat n. q per lites malorũ, religiones hodie destruuntur, vt talibus dicatur, Tu terram tuã disperdidisti, tu populum tuum occidisti. Esa. 14. Et hoc summè accidit in illis partibus vbi est refluxus maris. i. affluentia diuitiarũ. s. in
religionibus diuitibus, & rendatis. ¶ Qñ efficitur terræmo- 16
tus, semper accidit tenebrositas tegens solem, & ante eũ apparet eius signum, s. nubes longa in cœlo, quæ vr ad modum lineæ ante solis ortum, sm Aristot. ibidẽ. Sic verè qñ terra, i. peccator mouetur per iram vel superbiam, tunc verè in eo oritur tenebrositas ignorantiæ, quæ tegit solem, i. claritatẽ, sui intellectus, quia verè tales non videntur habere oculos, quia. s. non uident fragilitatẽ propriã, infernum &c. Excæca cor populi huius. Esa. 6. Vel dic q qñ terræmotus contritionis accidit, tunc ignorantia generatur, quia. s. Homo nescit, vtrum amore vel odio dignus sit. Eccl. 9. ¶ Accidit quandoq;
terræmotus in eclipsi, quia qñ per lunæ interpositionem so- 17
laris radius impeditur ne perueniat ad aerẽ, tunc vapor. qui est causa terræmotus, non cõsumitur, & sic necessario generatur terræmotus, ut dicit idem. Sic verè qñ inter nos, & solem iustitiæ Christum interponitur luna, i. mundi prosperitas per eius affectionem, tunc verè radius suæ gratiæ impeditur ne ad aerem conscientiæ nostræ perueniat, & attingat, & sic vapor superbiæ, in corde nostro non consumitur, sed per eius augmentationem terræmotus tribulationis, & iracundiæ, tonitruum comminationis, & iactantiæ generatur. Vel vapor est tentatio vel mala affectio, tonitruum est detractio, vel infamia, vel mala operatio &c. sicut supra. Vel terræmotus est mors temporalis, & æterna. ¶ Secundum Arist. in lib.
vegetabilium, terræmotus non fit in locis exterius porosis, 18
& raris, quia vapor interior, qui est cã terræmotus, continuè egreditur, & exhalat, quanquam ibi generatur, & sic non fit tanta vaporis congregatio, q possit facere terræmotum. Sic verè licet multi vapores. i. multa peccata congregentur in ventre, & conscientia peccatoris, tũ si fit porosus, & fabulosus per pœnitentiam, & confessionem, vt quia continuè vapores emittit confitendo, nec in corde suo manere permittit, pro certo nunquã patietur mortis æternæ terræmotum, quia hõ pronus ad confessionem, nunquam patitur damnationem. Exemplifica benè &c. ¶ In locis summè solidis atq;
firmis non accidit terræmotus, & hoc quia pp substantiæ so- 19
liditatem vapor nullus põt interius generari, cum non sit ibi concauitas in qua possit contineri, sm Arist. ibidem. Sic verè aliqui sunt firmi, & stabiles per constãtiæ, & perseuerantiæ, & fortitudinis firmitatem, & hoc tm, q in suis interioribus. i. in conscientia, & voluntate non generatur aliquis malus vapor. i. mala affectio, superbia & pctm, & pro certo talibus nõ accidit terræmotus. i. damnatio sempiterna, quæ ter-

rsm.i.peccatorem cõcutit, & deterret. Fundauit terrã super
stabilitatem suã, & non inclinabitur &c. Et hoc qñ interius
in cõscientia, & exterius in apparentia fortes sunt, stabiles &
rationabiles. econtra de hypocritis, qui similes sunt montib.
20 &c. ¶ In locis montuosis sm Arist. ibidem, sæpius accidit ter
ræmotus, & hoc maximè in his, qui exterius sunt firmi, & so-
lidi, interius aũt sunt cauernosi, & spongiosi, quia tunc in cõ-
cauitate aggregatur multus vapor, qui pp soliditatẽ superfi
ciei vetat exire, & sic fit coagitatio, & terra scinditur, & mo-
uetur. Tales sunt hypocritæ, qui videntur esse montes.i. ele-
uati per contemplationem, & terrenorum cotẽptum, qui ẽt
sunt mõtes per superbiam, & elationem. Nam licet exterius
in apparentia videatur esse firmi, & stabiles, fortes.s. & iusti,
tamen interius in conscientia sunt cauernosi, falsi.s. & curui,
& a virtutibus inanes, & vacui, & ideo pro certo tales patiũ
tur faciliter terræmotum.i. dãnationem æternam, & hoc qa
vapor malus inclusus.i. interiora vitia, & peccata non exha-
lant per confessionem, nec exterius videntur pp soliditatem
exteriorem.i. propter apparentẽ perfectionẽ, & iõ ipsi sunt
cã, q terra ista mouetur, & finaliter scinditur per concussio-
nem mortis æternæ. Amos. 3. Circuietur, agitabitur & tribu
21 labitur terra &c. ¶ Patet ergo vt cõiter, q terræmotus nõ ac
cidit in locis, qui sunt tales in existentia, quales in apparentia
vt quia sunt ex toto rari, & porosi, vel ex toto exterius, & in-
terius solidi atq; firmi, sed in locis exteri⁹ solidis, interius au
tẽ concauis consueuit accidere terræmotus. Sic verè motus
apostasiæ non accidit cõiter in illis personis, quæ sunt tales,
quales se ostẽdunt, s. in locis raris.i. in personis leuibus, dũ sæ
sæpe euaporentur per confessionem, nec in locis solidis atq;
firmis.i. in iustis, & perfectis, quia in istis non oritur vapor tẽ
tationis, sed in montuosis, & cauernosis.i. in hypocritis, qui
sunt extra fortes, & boni, interius concaui, & inanes. In talib.
dico consueuit accidere motus apostasiæ, quia tales facilius,
q̃ alij mouentur, & cadunt a statu proprio, quia Deus nolẽs,
amplius sustinere huiusmodi fictiones, respicit terram, & fa-
cit eã tremere &c. In alijs aũt non accidit nisi per violentiã,
quia sicut terra licet stabilis aliqñ mouetur per fortẽ motum
tonitrui a superioribus ventis, sic aliquando quantumcunq;
fortis sit persona, motus tñ tonitrui, & tribulationum, q ve-
22 nit a superioribus, & prælatis, ipsos facit moueri per apostasiam,
& a statu proprio vacillare. ¶ Terra diuersimodè varia
tur, qa alibi alta, alibi depressa, alibi calida, alibi frigida, sed
tñ hoc regulare est, & generale, q terra depressa calidior est,
& fœcũdior, q̃ alta, & hoc sm Macrobium, qa in vallib. fit ma
ior radiorum solis aggregatio, quã in mõtibus, q̃ est cã fœcun
ditatis, & caloris. Radij.n. semper vadunt ad centrum, & in
locis angulosis, & vallosis magis comprimuntur, & multipli
cant. Sic verè charissimi, ĩ terra.i. in ecclesia vel religiõe sunt
aliquæ partes.i. aliquæ personæ altæ per dignitatẽ, s. plati, alij
sunt infirmi, & depressi, s. subditi. Vel dic, q quidã sunt eleua-
ti per prosperitatem, & honores, alij depressi per tristitias, &
dolores, miserias & tribulationes, sed verè tales sunt cæteris
calidiores per charitatẽ, & fœcũdiores per bonorũ operum
fertilitatem, & hoc quia tales radiorum diuinæ gratiæ maio
rẽ percipiunt quantitatem, quia pro certo radius diuinæ grẽ
semp tendit ad ualles, & angulos.i. ad psonas humiles, & de
pressas. Ad quem.n. respiciam (dicit dñs) nisi ad humilem tre
mentem verba mea? Esa. 66. Vel si vis per mõtes intellige re-
23 ligiosos, & clericos, per valles laicos, & seculares &c. sicut su
pra. ¶ Variaẽ ẽt terra sm solis propinquitatem vel lõginqui-
tatem, quia illa est fertilior, quæ ad susceptionẽ radiorũ sola-
riũ magis disponitur per culturam vel naturam, & q̃ est soli,
magis ppinqua, illa aũt q̃ ẽ a sole remota, & indisposita sicut
est Noruegia &c. hmoi, paucã vel nullã habet fertilitatem.
Sic verè illa terra, religio vel aĩa, q̃ est propè solẽ.i. propè di-
uinam scripturam, & sapiẽtiã, vel ẽt prope diuinam gratiam,
per charitatem, fœcunda per bona opera reperitur, & maxi
mè qñ per pœnitentiã, & laborem, tribulationem & pauper-
tatem excolitur, disponit & purgatur. Illi aũt statua vel ploa,
q longẽ sunt a sole diuinæ sapientiæ vel gratiæ, s. peccato
res, & hmõi, a fructu bonorũ operũ sunt steriles, & maximè,
qñ per pœnitentiã non coluntur. Qui.n. appropinquant pedi-
bus eius, sn̄ ẽt de doctrina ipsius. Deut. 33. ¶ Item variatur,
24 terra sm ventos, quia terra quam ventus orientalis perflat,
temperata est inter quattuor qualitates, & ideo fructibus, &
floribus, speciebus & aromatibus est magis apta, & habitacu
lis hominum opportuna. Illa autem quæ a vento occidenta-
li perflatur, magis est humida, & frigida, & ideo minus est fœ
cunda. Ventus est diuina scientia vel gratia, quæ ab oriẽte, i.
a Deo defluit, & emanat. Occidentalis autem est scientia se-
cularis, vel prosperitas mundana, quæ semper occidit, & de-
clinat. Illa ergo terra.i. ille status qui vẽto orientali, i. diuina
scientia vel gratia perflatur, pro certo magis est alijs tempe-
rata (per discretionẽ.s. & maturitatem) inter quatuor quali-
tates quatuor affectionũ, & ideo aromatib. bonæ famæ, fru-
ctibus bonæ operationis, floribus bonæ conuersationis præ
cæteris statibus, & religionibus est cõpleta, vt patet ĩ religio
nibus mendicantib. Et ideo sanum, & cõgruum sunt habita-
culum aiarum, & etiam personarum. Sed verẽ illa terra, quæ
vento occidentali, & pluuioso.i. mundanis sciẽtijs, & psperi
tatibus est sufflata, vt est mundus cum suis sapientibus, plus
abũdat in frigore indeuotionis, & humore carnalis infectio
nis, & iõ plus est sterilis a fructu bonæ operationis. Fecit fla-
re ventum ab occidente, qui arreptas locustas piecit in ma
re rubrum. Exod. 10. Sic verè ventus iste facit peccatores de
scendere vsq; ad mare, i. vsque ad amaritudinem inferni. Vel
si vis accipe aĩam vel hoiem per terram &c. sicut supra. Vel
terra orientalis, quæ abundat in fructibus æternæ voluptatis,
in floribus æternæ venustatis, in lumine æternæ claritatis, est
paradisus, terra aũt occidẽtalis est mundus &c. ut supra. Ge-
nes. 2. Plãtauerat aũt dñs Deus paradisum voluptatis ad oriẽ
talem plagã Edom. Vel ventus oriẽtalis est ætas iuuenilis, oc 25
cidentalis est ætas senilis, quia quidã sunt boni in iuuentute,
mali in senectute &c. sicut supra. ¶ Terra aquilonari vento p
flata licet sit infœcundior, tñ populos generat, & nutrit nobi
liores, maiores, meliores, pulchriores & audaciores, sicut pa
tet in Alemanis. Sic vere illi hoiẽs, & personæ qui sunt in vẽ
to frigido aquilonis, i. in statu tribulationis, & paupertatis,
sunt cæteris nobiliores, & meliores, s. quantum ad gratias, li-
cet circa eos fructus, i. diuitiæ, & deliciæ non abundet. Illi au
tem qui sunt in vento australi, i. in statu prosperitatis munda
næ, cæteris sunt minores, & viliores. s. per vitia, & peccata, li-
cet fructibus diuitiarum, & deliciarum temporalium plus
abundent. ¶ Variatur item terra per appropinquationem vel
elongationem ad mare. Nam terra vicina mari meridionali 26
calidior est, & humidior, quã cæteræ, quia vapor salsus a ma-
ri resolutus, eã calefacit. Vapor aũt maris aquilonaris pp fri
goris prædominium terram propinquam infrigidat, & con-
stringit. Mare significat tribulationem, pars meridionalis si-
gnificat paradisum, & bona spiritualia, aquilonaris aũt signi-
ficat mundum uel bona temporalia, terra autẽ est aia uel hõ.
Quando ergo mare meridionale, i. tribulatio, quæ sustinetur
pro Deo & bonis spiritualibus, & pro meridie æternæ lucis
paradisi, tangit terram, i. aĩam, tunc verẽ vapor diuinæ gra-
tiæ qui inde prouenit, ista terra calore dilectionis inardescit,
& humore pietatis, & deuotionis humectatur. Sed pro certo
qñ a mari aquilonari, i. a tribulationibus, quæ pro mundo, &
mundanis negocijs sustinentur, tangitur, tunc verẽ non cale
scit per dilectionem, sed frigescit per indeuotionem, non hu
mectatur per cõpassionẽ, sed stringitur per parcitatem, non
mollificatur per contritionem, sed duratur per obstinatio-
nem. Frigidus enim ventus aquilo flabit, & gelabit crystal-
lus ab aquis. Eccl. 43. Vel per meridiem intellige statum gra
tiæ, per aquilonem statum peccati, quia verẽ mare tribulatio
ois quod in meridie, i. in statu gratiæ sustinetur, aĩam calefa
cit &c. sicut supra. Illa autem terra, i. anima quæ est in aquilo
ne, i. in statu mortalis peccati, suffocatur ipsam indurans. &c.
¶ Variatur terra secundum diuersam culturam, quia quanto 27
plus foditur, euertitur & aratur, tanto magis disponitur ad
receptionem cœlestis influentiæ, & sic fructus amplior gene
ratur, quando autem ociosa sine cultura permittitur, tunc a
susceptione cœlestis influentiæ indisponitur, & sic fructibus
minimè fœcundatur, sed spinis, & vepribus, & herbis inutili
bus adimpletur. Sic verẽ caro nostra vel anima, ecclesia vel
religio quando per tribulationem, pœnitentiam, exercitium
& laborem teritur, foditur & aratur, tunc disponitur ad su-
sceptionem luminis, gratiæ, scientiæ & virtutis, & sic per bo-
na opera fœcundatur, quia qui operatur terram suam, satura
bitur panibus. Prouerbiorum 28. Sed verẽ quando ociosa di
mittitur, & labor tribulationis, & pœnitentiæ omittitur,
tunc lux diuinæ gratiæ ibi non influitur, & per consequens,
fructu bonorum operum non ornatur, sed per diuersa,

peccata sterilis redditur, & spinis & vepribus, id est diuersis vitiis, & peccatis oppleta. Esaiæ 5. Montes qui sarculo sarrien
28 tur, non ascendent super eos spinæ, & vepres. ¶ Terra bona, si rore fuerit perfusa, & compluta, mollitur & perfunditur, & ad vltimam fœcundatur. Si aût arenosa vel lapidosa fuerit, tûc ex hoc magis induratur, nec per rorem vel pluuiã fœcundatur vel mollitur. Sic verè bona persona statim, quod perfunditur rore vel pluuia diuinæ sciêtiæ vel prædicationis, ipsa pro certo statim remollitur per contritionẽ, & fœcundatur per bonam operationem. Sed verè illi qui sunt arenosi, & sabulosi per auaritiam, qui. s. habent arenam diuitiarum, & illi qui sunt lapidosi per obstinationem, tales dico non molliuntur nec fœcûdantur per rorem prædicationis sed ex hoc magis, & magis indurantur, & obstinantur, & deteriorantur. Quia cui vult miseretur, & quẽ vult indurat. ad Rom. 9. Ideo Ezech. 22. Tu es terra immunda, & non compluta. ¶ Terra in medio cœli est sita, & fixa & stabilis frigida, & sicca, & naturaliter a mari vndiq; circûsepta, & suis fluctibus verberata, omnium grauium & omnium viuentium est sustentatiua, fructibus & floribus, metallis & lapidibus est fœcundata, & iô cibum cunctis mortalibus administrat, & interius humorib⁹ humectata, fructû & cibû procreat oî carni, & quanto magis teritur, tâto fœcûdior reperitur. Sic verè religio vel ecclesia in medio cœli sita est per contemplationem, & spem, fixa est per fidei firmitatem, frigida per castitatem, sicca per pœnitentiæ austeritatẽ, & a mari. i. a mundo circundatur, & tribulationû fluctib. verberatur, & ideo locus est, & habitaculum grauium personarû per maturitatẽ, & oium viuentium per gratiam, & charitatem, & quia humoribus côpassionis gratię, & deuotionis irrigatur, ideo fructibus, & lapidibus. i. gratiis & uirtutibus, adornatur, & cibum prædicationis, & doctrinæ cunctis viuẽtibus administrat, & quâto plus teritur per tribulationes, tâto plus fœcûdatur per bonas operationes. Dabit ergo dominus nobis terram, in qua nullius rei sit penuria. Iudicum 18.

## *De Montibus in generali.* *Cap. 2.*

1 MOns est tumor terræ, solo pede tangens terram versus cœlum superius eleuatus, & ideo dicuntur montes, quasi eminentes, sm Isid. Et sunt montes solidi, compacti, vel sus cœlû erecti, cum terra coniuncti, quandoq; interius sunt concaui, & cauernosi, & ideo ratione vacuitatis aquas sibi attrahunt atq; sugunt, quas tandem emittentes efficiûtur sempiternorum fontium, & fluminum principium, & origo. Et sunt montes metallorum, & lapidû contentiui, aromatum & fructuum productiui, radiorum solarium præ cæteris susceptiui, & solaris illuminationis diutius retentiui. Tales sunt viri sancti, & perfecti, quia verè versus cœlum eriguntur per contemplationẽ, spem & affectionem, terrã tñ. i. infernum tangunt inferius per timorẽ, & consideratione. Vsq; ad cœlos attingebat stans in terra. Sap. 18. Vel terram. i. propriam vilitatẽ tangunt per humilitatẽ. Isti sunt concaui per humilitatem, vacui per paupertatem, & iô aquas deuotionis, & gratiæ, s. sciêtiæ, lachrymarum, & compassionis attrahunt a Deo, & acquirunt, & sic fluuiû sacrę doctrinæ alijs defluunt, & emittût, sicut patet de Augustino & alijs doctoribus. Fluuius igneus rapidusque egrediebatur &c. Dan. 7. Isti etiã sunt solidi per constantiæ firmitatem, per vitæ, & doctrinæ sanctitatem. Esa. 40. Super montem excelsum ascende. Currentium aquarum. & metallorum, & preciosorum lapidum. i. virtutum, & meritorû sunt interius contentiui. Deut. 8. De montibus eius æris metalla fodiûtur. Aromatum autem, & fructuum. i. bonæ famæ, & bonarum operationum sunt exterius possessiui. Cant. 4. Vadam ad montẽ myrrhæ. Illuminationis & claritatis, discretionis & sapientiæ, & radiorum, solis. i. gratiæ & influentiæ dei sunt præ cæteris susceptiui, & diutius per perseuerantiam contentiui. Sol irradias illuminans montes. Eccl. 43. ¶ Montes fumorum, & vaporum sunt sæpius emissiui, & nubium, & pluuiarum in aere productiui. Et sunt montes ventis, & fulminibus nebulis, & turbinibus expositi, & ideo vt communiter sunt frigidi plus quã valles, & hinc est, quod in quibusdam altis montibus niues perpetuo persistunt, vt est Caucasus & Libanus. Sic verè charissimi, sancti & boni fumum, & vaporem deuotæ orationis sæpe emittunt, & ideo in aere. i. societate contigua vel in ecclesia causant nubes bonorum exemplorum, & pluuiam bonorum documentorum, & sic ardorem concupiscentiæ refrigerant, & temperant. Exod. 19. Totus mons Sina fumabat. Isti fulmina, & ventos. i. mundi impetus, & tribulationes sustinent, & ab eis sępius feriuntur, quia multæ tribulationes iustorum. Et ideo frigidi sunt per Dei timorem, & niue i. florida castitate præ cæteris candidati. Candidi facti sunt Na- 3
zaræi eius. Thre. 4. ¶ Montes sunt solidi, duri, sicci, alti & eleuati, lumine & niuibus p̃ cæteris candidati, frigidi, & ventis, & turbinibus, & fulminibus, & ardoribus expositi, & sæpius nebulosi. Tales sunt mundi diuites, & potentes, quia alti sunt per superbiam & elati, s. superius ad officia, & seculi dignitates psal. Montes excelsi ceruis. Duri sunt per crudelitatẽ, duritiam, lumine autem. i. mundi sapientia, & niue. i. mundi candore, & prosperitate præ cæteris sunt repleti. Nebulosi tamen sunt. i. obscuri, & ignorantes, s. quantû ad deum, & quãtum ad illa quæ pertinet ad salutem, quia sapientia huius mûdi, stultitia est apud Deum 1. ad Corinth. 3. Isti igitur sunt frigidi per indeuotionẽ, sicci per incôpassionẽ, compacti & solidi per obstinationem, & ventis. i. adulatorum flatibus expositi, & mundi vanitatibus ventilati, pluuiis aût, i. mundi delicijs sunt imbuti, quia ros Hermon descendit in montẽ Sion. Metallis. i. mundi diuitiis sunt repleti, fulminibus tñ. i. mundi tribulationibus, & diuini iudicij tremendis sentẽtijs, & ictib. sæpius quam cæteri sunt percussi. Et licet sint sursum eleuati in statu prælationis vel dignitatis, terræ tñ inferius. i. mundi terrenis bonis per affectionem, & auaritiam sunt coniuncti. Et sicut a montibus veniunt, & turbines, sic vere a maiorib. deriuantur hodie turbines tribulationum, excoriationû, rapinarum &c. quibus alij feriuntur. Hiere. 51. Ecce ego ad te mons pestifer, qui conturbas vniuersam terram. ¶ Secûdum 4
Aristo. mons accidentaliter solet fieri tribus modis: qñq;. n. aqua fluens cauat molles partes terræ duræ, aut non possunt cauari sed remanent, & fiunt mons, qñq; mare qñ terram cooperit, magnos aggregat cumulos arenarû, recedenteq; mari remanent, & fiunt mons, qñque etiam ex fortiterræ motu aggregatur terra, & fit mons. Mons est vir perfectus, qui pro certo põt fieri mons tribus modis, s. per terræmotum diuini timoris, & sui discussionis, per mare, i. per amaritudinem pœnitentiæ, & contritionis, per flumina lachrymarum, & deuotionis, scientiæ vel compassionis. Nam per ista terra mollis, i. corpus, & carnalis voluptas consumitur, & arena & terra. i. pœnitentia, & humilitas in eo aggregatur, & sic môs, i. altus efficitur, iustus & perfectus. Vel dic quod mons est superbus, q. tunc efficitur mons, quando mare, id est mundus arenas. i. diuitias sibi adiungit, & quando fluctus i. mundi tribulationes terram propinquam, idest suos socios, & vicinos consumûe deprimunt atq; rodunt, quia ex suis diuitiis, & ex aliorû depressionibus solent mali superbire. Superbia tua extulit te, qui habitas in cauernis petræ, & apprehendere niteris altitudinem collis. Hierem. 49. ¶ Mons est locus tutior, roratione humectior, pascuosior, altior, & speculatiôi aptior, quam sit 5
vallis. In monte enim lux est clarior, & ideo hostes vndique ibi melius contemplantur. Item ros est ibi dulcior, & aer purior, & ibi meliora pascua pro nutriendis animalibus generantur. Item ibi locus est altior, & ad standum difficilior, & ideo fortalitia, castra & munitiones ibi contra hostium impetus fortissima fabricantur. Ibi etiam maior est siccitas, & ideo illa quæ ibi sunt facilius desiccantur. Ibi frutecta sunt depressiora, & cauernæ plures, & ideo tam aues quam feræ ibi solent refugere, quando a venatoribus insectantur. Mons iste est religio, vel status perfectionis, qui pro certo est securior, & lumine scientiæ clarior, cœlo & cœlestibus propior, quam sit vallis, id est mundus. In isto. n. plus abundat lux diuinæ sapientiæ, & scientiæ, & ideo locus ẽ aptior illis, qui volunt speculari, & præuidere, scilicet loca remota, id est terrã, paradisi ad desiderandum, & ad illuc eundum. Figura Numeri 27. vbi præcipitur Moysi, quod ascendat in montem Abarim, ad contemplandum terram promissionis. Abarim interpætatur montes trãseuntium, & significat religionem vel perfectionem, vbi sunt illi qui mundum contemnunt, & ad terram promissionis paradisum properant atque tendût. Deuteron. 32. Ascende in montem illum Abarim &c. Item ibi speculantur, & præuidentur hostes, scilicet mundus, caro, demonia, vt præcaueantur, & ut eorum insultus aliis intimentur. Esaiæ 40. Super montem excelsum ascende. In monte etiam religionis, & statu perfectionis abundat, aer purus, id est bona, pura & sancta societas, & viri spiri-

 tuales,

tuales. Itē ros dulcis, i. bona, & sana doctrina, & etiam ros deuotionis gratiæ, & cōpassionis, & ideo ibi bona sunt pascua, & fœcunditas herbarum. i. virtutum, documentorū, & exēplorum, & ideo animalia, i. Christi fideles ibi apte nutriuntur, & donis & virtutibus impinguantur. Mons Dei mōs pinguis. Figuratus per montem Hermon, qui situs super Iordanem in pascuis abundabat, & ideo ibi animalia impinguabātur, quę post in monte Sion in templo offerebantur. Sic in monte illo qui situs est super Iordanem, id est super fluuium deuotionis, gratię vel doctrinę, abundant pascua, i. fœcunditas meritorum, & virtutum, & ideo boni ibi nutriuntur, & pascuntur, vt tandē in tēplo paradisi præsententur. Ros Hermon descendit in montem Sion. Item mōs religionis vel status perfectionis est locus tutior, quia hostes spirituales, s. diuitię, & delicię ibi non ascendunt. Sunt etiam ibi castra fortia, i. scientiæ, & virtutes, s. lectio, humilitas, pœnitentia & cętera similia, quæ omnia sunt animę munimenta, & ideo homo ibi est tutior contra omnia criminum nocumēta. Qui cōfidit in domino sicut mons Sion, non commouebitur in ęternum &c. Et ideo homines, id est viri rationabiles, aues id est mundi sapientes, bestiæ, id est simplices qui se vident in valle mundi infestari ab hostibus venatoribus, & ancupibus, & a demonibus, & tentationibus, ad refugium illud debent venire, & ibi a spiritualibus hostibus se saluare. Figura Gen. 19. vbi dictum est Loth ꝙ si vellet periculum Sodomę euitare, vrbem exiret, & in montem cōsceuderet, iuxta illud: Ne stes in omni circa regione, sed in monte saluum te fac. Sed inuehe contra illos, qui retro respiciunt ad bona mundi per affectum, sicut vxor Loth, & ideo destruuntur. Luc. 17. Memores estote vxoris Loth. Vel dic ꝙ mons est paradisus, vbi est lux ęterni splendoris, & perfectę cognitionis, & ibi delectabiliter speculatur cursus cœli, id est essentia Dei, quia claritas Dei illuminat ciuitatem. Apoc 21. Item hic est locus tutus, quia nullus hostis, scilicet tribulatio vel tentatio, ibi potest ascendere, & ideo ibi possunt (& non alibi) mentes hominum perfectē requiescere. Psal. Requiescet in monte sancto tuo. Item locus est pascuosus, quia scilicet ibi abundant pascua ęternę voluptatis, & ideo ibi debemus ascendere per spem, & affectionem, & finaliter per pręsentialem possessionem, vt securi requiescamus, ut ibi deum videamus, & vt bonis, & delicijs ęternis affluamus. Ezec. 34. In mōtibus Israel pascam eas, ibi requiescent in herbis virentibus. & Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta. In istum autem montem difficiliter ascenditur, & cum labore, quia per multas tribulationes &c. Act. 14. ¶ Montes alti licet metallis, & lapidibus sæpius sint repleti, multis tamen subiaceat incommodis, quia ventis, & flatibus, nebulis & turbinibus, ignibus & fulminibus præ cæteris terræ partibus exponuntur. Sunt tamen aliqui montes ita alti, quod a nullis malis impressionibus talibus impetuntur, sicut est Olympus, & insulæ fortunatæ. Mōtes sunt dignitates, alta & nobilia mūdi officia, quæ pro certo licet abundent in metallis, & lapidibus, id est in diuitijs, & delicijs, multis tamē incommodis subiacent. Ibi enim flat ventus elationis, vanitatis & præsumptionis, & adulationis. Ibi sunt turbines temporalis tribulationis. Ibi est ignis auaritiæ, & ambitionis. Ibi flumina voluptatis, & carnalis affectionis, & tandem ibi cadit fulmen, id est ictus cœlestis vindictæ, & damnationis. Sol triplex exurens montes. Ecclesiast. 42. Christus dicitur sol triplex, propter triplicem naturā in vna persona, qui montes, id est mundi dignitates euacuat, & consumit. Et ibi difficiliter ascenditur, & cum labore, licet inde faciliter homo cadat. Est tamen mons vnus, id est vna dignitas vbi non ascendunt talia nocumenta, scilicet paradisus, vbi nullum est malum, quia scilicet est super omnia elementa eleuatus. Ideo Esaiæ 14. Ascendam in montem testamenti supra astra cœli &c.

*De Monte Marath.* *Cap. 3.*

MArath est mons Armeniæ, vbi arca post diluuium requieuit, & ideo Armeni locum hunc egressoriū dicunt. Hic est paradisus, vbi arca, id est anima vel ecclesia post diluuium transacto fluctu vitæ præsentis, & tribulationum, perpetuo requiescat. Requieuit arca super montes Armeniæ. Genesis 8.

*De Montibus Bethel.* *Cap. 20*

BEthel montes sunt germinosi, herbis & aromatibus pleni, vicini Hierusalem, & ideo ab hinnulis, ceruis & capreis frequentantur. Talis est religio vel status perfectionis, qui vicinus est Hierusalem id est paradiso, & herbis & aromatibus, id est virtutib. & gratiis est fœcundus & ideo a ceruis, & hinnulis. i. a bonis viris, & perfectis colitur, & frequentatur. Ideo præcipitur Cantico. 8. Similis esto, capreæ hinnuloque ceruorum super montes Bethel. Vel expone de sacra scriptura

*De Monte Caucaso.* *Cap. 5.*

CAucasus est mōs ab India vsque ad Taurum, dictus a candore, quia est perpetuis niuibus candidatus, secundum Isidorum. Expone si uis vt supra de montibus in generali, vide ibi.

*De Monte Ebal.* *Cap. 6.*

EBal est mons trans Iordanem, vbi steterunt sex trib. ignobiliores, scilicet filij ancillarum, ad maledicendum transgressoribus legis. Expone vt poteris. de Carnis. Martyr.
¶ Hermon. vide supra de montibus in generale.

*De Monte Ebron.* *Cap. 7.*

EBron mons, & ciuitas est in Iudæa, vbi quondam viri fortissimi habitauerunt, scilicet gigantes, filij Enach, & ibi sanctorum Adam, Abraam, Isaac & Iacob corpora fuit sepulta, & ibi Dauid primitus regnauit super Iudam, tandem ad totius regni Israelis fastigium est perductus, vt dicitur 2. Reg. 2. & 5. Hic est religio vel status perfectionis, vbi gigantes. i. viri perfecti, & sancti habitauerunt a principio. Ibi fuerunt gigantes &c. Baruc b. 3. vbi Dauid i. Christus regnum ecclesiæ primo tenuit, & deinde ad regnū triumphantis ecclesiæ est promotus. Vel Dauid. i. quilibet bonus homo &c. quia de pœnitentia venitur ad paradisum.

*De Monte Ethna.* *Cap. 8.*

ETbna mons est Siciliæ, qui perpetuis incendiis semper spirat. Sunt. n. ibi cauernæ plenæ sulphure, ideo ratione fluctuum maris propinqui ventus ibi recolligitur, & sic aer præagitatione, & præ caliditate sulphuris inflammatur, secundum Isidorum. Sic verè mundus perpetuo videtur spirare ignem luxuriæ, & auaritiæ, & iracundiæ. Nā ibi sunt multæ cauernę. i. multi homines, qui per vitia sunt cauati, qui sulphure. i. ardore concupiscentiæ, & malis affectionibus sunt repleti, & ideo ad flatum venti. i. ad motum, & ad agitationem tentationis vel exterioris occasionis faciliter, his ignibus inflammantur, quia luxuriosi ignem luxuriæ, diuites ignem auaritiæ, potentes ignem crudelitatis, & seuitię semper spirant, qui alij per iniurias rerum, & corporum cōburuntur. Apertio oris eius inflammatio. Ecclesi. 20. Figura Dan. 3. vbi de fornace Babylonis erupit ignis, qui circunstantes deuorauit, bonis tamen qui intus erant, non nocuit, sed eorum vinculas dissipauit. Sic verè de fornace mūdi exit iste triplex ignis, quo circunstantes. i. mundani dissipantur, & spiritualiter, & temporaliter, boni tamen inde purgantur, & eorum vincula, id est peccata dirumpuntur, & ibi nullum spirituale nocumentum, patiuntur. Psalm. Dirupisti vincula mea &c. Et sicut ſm Isidorum, circa montem hunc audiuntur sæpe planctus, & voces quærulosæ, & ideo ab aliquibus locus purgatorij fertur esse, sic verè in mundo boni qui ibi purgātur, plangunt & gemunt, & hoc quia aut temporalibus aut spiritualibus tentationibus deprimuntur. Hierem. 3. Vox in Rama audita est, ploratus & vlulatus multus. Vel simpliciter per istum montem intelligo principes, & potentes, qui quia cauerna suæ conscientiæ &c. sicut supra. Et ideo subditi eorum vel vicini dolent, & gemunt. Figura vt supra. Iob 24. De ciuitatibus fecerunt uiros gemere. Et sicut ſm Solinum, iste mons cum suis perpetuis incendiis niues profert, ita in vtroq; inuicta violentia, ꝙ nec calor frigore mitigatur, nec frigus calore dissoluitur, sic uerè isti cum prædictis incendiis iræ, auaritiæ, & luxuriæ, niuem & frigus indeuotionis proferunt,

proferur t,& vnum cum alio fecum gerun'. Iob 24. Ad calorem nimium defcendunt ab aqnis niuiū. Vel dic, q iste môs est infernus, vbi funt incendia ardentium,& voces querulæ defperantium, quia pro certo ibi fimul funt frigus intolerabile,& incendium inextinguibile. Allega vt fupra.

*De Monte Effraim. Cap. 9.*

1 MOns Effraim est mons fœcundus, pulcher & gratiofus, vbi Iofue hæreditatem accepit,& vbi cultros lapideos quibus populus circūcifus est in deferto, repofuit,& ut dicitur Iudicum 7. ibi principes Madiā à Gedeone funt occifi,& est prope Sichen, quæ erat locus,& ciuitas refugij. Ibi moratus fuit Samuel, vt dicitur 1. Reg. 7. Ibi fuit Delbora prophetiffa fub palma, vt dicitur Iudicum. 4. Talis est religio vel pœnitentia vel ftatus perfectionis, vbi pro certo Iefus Chriftus filius Mariæ, filius f. Dei patris fuit, & ibi quandiu vixit, moratus eft, & ibi cultros, i. prædicatores fortes,& firmos, quibus in deferto huius mūdi alij a fuis, fuperfluitatibus circunciduntur, vult abfcōdi. Ibi etiam principes Madian, i. demones mundi rectores impugnati funt,& deuicti. Ibi Samuel, id est viri iufti, & fancti a principio fine morati. Ibi delbora, id est fancta anima fub palma, ideft fub crucis memoria debet quiefcere, & hoc quia iste locus eft prope Sichen ideft propè paradifum, quia eft refugij, & fecuritatis &c.

*De Monte Seir. Cap. 10.*

1 MOns Seir vel Efau eft in Idumea, vbi filij Efau pulfis gigantibus habitauerunt, ficut dicitur Deuter. 2. Et funt illi montes ita feruentes in æftate, quod incolæ in cauernis,& terræ foueis fe abfcondunt. Talis eft mundus, vbi filij Efau. i. diaboli peccatores habitant, & morantur. Nam quia in æftate, id eft in tempore profperitatis, abundat ibi æftus,& ardor cupiditatis, carnalitatis,& crudelitatis, idcirco illi qui ab isto æftu cupiunt fe faluare, neceffe eft quod in cauernis, terræ, id eft in memoria mortis,& inferni abfcondantur. Ingredere in cauernas petræ. Efa. 2.

*De Monte Phafga. Cap. 11.*

PHafga eft mons in quem afcendit. Moyfes moriens, & terram promiffionis vifurus, ficut patet Deutero. vltim. Mons eft in quo Balaam ductus a Balach populo benedixit. Continet enim multos montes particulares fcilicet Nebo & Abarim &c.

*De Monte Galaad. Cap. 12.*

GAlaad eft môs trans Iordanem, vbi habitauit tribus Gad, & Ruben, & media pars tribus Manaffes.& eft mons medicaminis quia ibi multum abundat refina, medicinalis, mons reconciliationis, quia ibi Laban, & Iacob funt reconciliati. Genef. 31. Item mons eft lucri, & negociationis, quia ibi mercatores propter aromata confluunt vndequaque, vt patet Genef. 37. Talis eft ecclefia vel pœnitentia vel paradifus, quia ibi homo Deo reconciliatur, & a vulneribus fuis medelam recipit, & refinam, & ideo a negociatoribus,& medicis i deft a bonis viris debet frequentari. Nunquid refina non eft Galaad, aut medicus non eft ibi? Hierem. 8.

1 *De Montibus Ifrael. Cap. 13.*

MOntes Ifrael funt generaliter montes totius, terræ promiffionis, qui oliuis, balfamis & fpeciebus, & fructibus exterius funt referti. metallis autem,& lapidibus interius funt opulenti, & ideo terra lacte, & melle manans antiquitus dicebatur, eo fcilicet, quod ibi copia apum,& pecudū abundabat. Tales funt viri fancti, qui oliuis pietatis, balfamo odorolo famofitatis, fructibus bonorum operum,& fanctitatis funt repleti, fcilicet exterius in cōuerfatione, interius autem in confcientia metallis, id eft gratiis,& virtutibus funt referti,& ideo lacte facræ doctrinæ,& melle deuotionis affluunt atque manant. Et colles fluent lac & mel. Ideo dic quòd montes Ifrael funt boni ftatus,& religiones &c. per omnia ficut fupra. Et ideo ab apibus, id eft a viris fanctis, & fpiritualibus, & a pecudibus, id eft a bonis fimplicibus frequentantur. ¶ Hyperborei montes, vide de Gryphibus in libro de animalibus.

*De Monte Carmeli. Cap. 14.*

CArmelus eft mons duplex in Iudæa, fertilis in fructibus, frugibus & herbis.

*De Monte Moria. Cap. 15.*

MOria eft mons in Hierufalem, vbi ædificatum fuit tēplum. 2. Paralip. 3. Ibi etiam obtulit Dauid holocauftum ceffante plaga 1. Paralipom. 21. Ibi immolauit Abraam pro filio, fecundum Hebreos. Ibi vidit Iacob fcalam, fecundum gloff. Gen. 18.

*De Monte Thabor. Cap. 16.*

THabor eft mons pulcherrimus, fertiliffimus, fontibus & fluminibus irriguus, auibus modulantibus iocundus, fructibus & arboribus fœcundus,& hic eft fecundum Hieronymum, vbi Chriftus docuit,& fe transfigurauit, a multis tñ venatoribus propter aues, & feras quæ ibi funt, frequentatur, ficut dicit gloff. fuper Ofeæ 5. ibi. Laqueus facti eftis fpeculationi, & rete expanfum fuper Thabor. Expone fi vis de religione, vel de pœnitentia.

*De Monte libano. Cap. 17.*

LIbanus mons altiffimus in phœnicia,& interpretatur candidatio, eo. f. q perpetuis niuib. candidatur, & hyeme,& æftate. Et eft mons opulentiæ, & fœcunditatis, quia herbis,& pafcuis abundat. Item redolētiæ,& aromaticitatis, quia thus,& herbę odoriferæ ibi generantur. Itē mons eft eminentiæ,& fublimitatis, fecundum Rabanū, quia a nauigantibus a remotiffimis partibus videtur. Item eft mons humiditatis. quia fluminibus, & fontibus irrigatur, & ab eo fontes,& flumina emittūtur. Item eft mons fiduciæ, & fecuritatis, quia cedri & aliæ arbores aromaticæ fugant omnia venenofa, fecundum Hieron. Item mons eft pulchritudinis, & amenitatis, quia herbarum & arborum perpetua viriditas, fructuum fuauitas, fluctuum viuacitas, auium garrulitas ipfum faciunt decorum,& iocundum. Item mons eft medicinæ,& fanitatis, quia ibi arbores abundant medicinales, f. cedri, cypreffi, palmæ,& oliuæ. Item mons eft lętitiæ,& iocunditatis, quia. f. in eius lateribus crefcunt vina optima, & ibi abundant aues dulcifiuæ modulantes, quæ lætitiam generāt & amorem, vt dicūt Hieronymus, & Iofephus. Mons ifte eft vir iuftus,& perfectus, & maximè beata virgo Maria, quæ niuei. candore caftitatis candidatur, nec in hyeme aduerfitatis, nec æftate pfperitatis eam perdidit quoquo modo. Ideo de virgine dicitur Cant. 4. Ferculum fecit fibi (i. corpus) rex Salomon (i. Dei filius) de lignis libani, i. de puriffimis langninibus uirginis. Mons eft ergo hæc fœcunditatis, quia gratiis, & virtutib.& bonis operibus extitit opulenta. Hæc eft môs redolentiæ ratione bonæ famæ, mons eminētiæ ratione fublimis vitæ, mons humiditatis, q a in ea abundat aqua lachrymarum,& deuotionis, mifericordiæ & compalfionis, mons fiduciæ, quia odor fuæ virtutis deprimit venenofa. i. demones & tētationes, & fic tutum eft in ea per deuotionem quiefcere. Ifta eft ficut turris libani, quæ refpicit contra Damafcum. Can. 7. Item mons eft pulchritudinis, quo ad confcientiæ,& apparētiæ venuftatem. Ipfam. n. facit decoram fluuius, mifericordiæ vel fcientiæ, qui ab ea fluit Puteus aquarum viuentium, quę fluunt impetu de libano. Can. 4. Honeftatis viriditas, laudis diuinæ garrulitas, fructuum bonorum operū fuauitas, & dulcedo. Eft ēt mons medicinæ, quia in ea funt exempla,& documenta, quæ funt aliorum medicina. Eft. n. in ea Cedrus contemplationis, cypreffus firmitatis, palma virētis honeftatis, oliua fluentis pietatis. Dedi in folitudine cedrum &c Efa. 41. Item môs eft iocunditatis, quia vinum fpiritualis confolationis in ea abundat, & aues. i. Angeli circa eam fuis laud. bus modulantur. Vel aues. i. gratiarū actiones laus, confeffio, oratio,& fimilia in ea funt reperta. Expone fi vis de Chro, vel de quolibet fancto vel iufto. Vel dic q môs ifte eft religio vel ecclefia, vbi niues, ideft frigus pœnitentiæ & candor caftitatis debent effe perpetuo. Et hic eft môs pulentiæ, quia in eo bis virtutum exemplorum, & documen-

torum debet abūdare, vt sic seculares in ea possint pasci. Vbi pascas, vbi cubes in meridie. Cāt. 1. Hic etiam debet esse aromaticitas, & redolentia bonæ famæ, quia ibi debet esse thus, i. viri sancti, & famosi, cedrus. i. viri elati & cōtemplatiui, cypressus. i. viri fortes, & cōstantes, oliua. i. viri pij, & misericordes, qui oēs odorem bonæ famæ debent emittere, & serpentes. i. demones & vitia fugare. Et sic benè sequitur aliud, l. ꝙ hic est locus securitatis, q̄a. s. ratione bonæ societatis hō ibi potest tutius viuere, quam in mundo. Item ibi est altitudo, & sublimitas eminentissimæ sanctitatis, pulchritudo & viriditas gratiosissimę honestatis. Ibi debet esse perpetuæ humiditas lachrymarum. deuotionis, sciētiæ & pietatis, quia fontes misericordiæ, flumine scientiarum, a religione debent distillare. Allega vt supra. Puteus &c. Itē mons est lætitiæ, quia ibi sunt vina spei, scripturæ, & consolationis. Ibi sunt aues. i. viri contemplatiui, qui diuersos cantus promunt. s. orationē, confessionem, gratiarum actionem, doctrinam, & prædicatione. Super ea volucres cœli habitabunt, de medio petrarum dabunt voces. Petrarum. i. duorum testamentorum. Est et loc⁹ sanitatis, quia ibi abundāt viri sancti, qui sunt alijs medicinales doctrina, motibus & exemplis. Debet ergo homo dicere illud Deut. 3. Vadam & videbo terram hanc optimā, & montem istum egregium & libanum. Vel dic ꝙ mons iste est paradisus, vbi pro certo perpetua est iocunditas, fœcunditas, amenitas, aromaticas, sublimitas, & dignitas, & saturitas. Ibi est. n. fluuius æternæ voluptatis, eminentia æternę dignitatis, candor & niueitas æternæ scientiæ, & claritatis, vinum æternæ iocunditatis, & ebrietatis. Vinum lętificat cor hoīs. Arbores & herbæ. i. sancti & sanctæ semper in virore charitatis viuentes, aues semper modulantes. i. Angeli Deum semper laudantes, perpetuus vitor. immarcessibilis gloria seu decor, ibi nullum venenosum. i. nulla tentatio vel tribulatio moratur, & ideo est tutissimum ibi esse. Esa. 35. Ibi nō erit leo, nec mala bestia. Et ideo nos qui nauigamus per mare mundi huius, debemus montem istum videre per cōtemplationem, & ad eum accedere per spem, & affectionem, & bonam operationem. Eleuans. Abraam oculos, vidit procul locum &c. Gen. 22. Vel dic ꝙ hic est mundus, qui in niuibus. i. in diuitiis (quę mentem infrigidant per indeuotionē) in fluuiis. i. in deliciis, (quæ mentem imbuunt per carnis infectionem) in rupib. i. in eminentiis, & in herbis. i. in scientiis abundat. Ibi sunt aues. i. superbi, & garruli. Ibi est arborum, & herbarum. i. hominum & mulierum copia. Ibi bestiarum crudelium. i. raptorum abundantia commoratur, & interpretatur candidatio, quia candore prosperitatis status mundanorum hodie candidatur seu etiam decoratur.

### *De Monte Oliueti. Cap. 18.*

Oliuetum mons iuxta Hierusalem, qui ita fuit propè templū, ꝙ nocte templi luminaribus illustrabatur. Abundat autem in oliuis, & ideo ſm Aug. super Ioannem, mons est luminis, refectionis, & curationis, quia. s. ex oliuis distillat oleum, quod est vulnerum medicamentum, ciborum condimentum, ignis & luminis nutrimentum, ſm Isid. Hæc est ecclesia vel religio, quæ propè templū paradisi per spem, & deuotionem est sita, & ista est mons luminis, scientiæ & discretionis, fidei & doctrinæ, quia a téplo paradisi per reuelationes Angelorū quotidie illustratur. Est etiam locus refectionis, quia ibi bonæ aīę doctrina, & gratia nutriuntur, & impinguātur. Et est mons curationis, quia ibi peccatores per pœnitentiam emendantur, & oliuæ. i. viri sancti, & misericordes, s. Christus & sancti, & iusti ibi affluunt, quorum succus. i. opera, doctrina & exempla sunt alijs nutrimenta, condimenta & medicamenta.

### *De Monte Olympo. Cap. 19.*

Olympus est mōs altissimus in Macedonia qui nubes transcendit, in tantum, ꝙ nec ventus, nec pluuia, nec grando, nec aliæ aeris impressiones illuc possunt attingere, & ideo ibi ascendebāt philosophi, vt cursus syderum contemplarentur, & in tm̄ est locus ille quietus, ꝙ litterę impressæ pulueri, sine deletione per annum integrum perdurarent, ut dicit magister in historijs. Solinus ēt dicit, ꝙ in summitate olympi fuit ara Ioui dicata, vbi quicquid sacrificabatur, incorruptum post annum inueniebatur. Exta etiā. i. uiscera aīalium, talia ibi reuoluto anno inueniebant, qualia ibi dimittebantur. Talis est paradisus, q̄a verè nubes transcendit ad litteram, & ibi non est ventus alicuius tētationis, grando, & tonitruum alicuius tribulationis, pluuia carnalis infectionis, nec aliqua impræssio. i. aliquod uitium vel pc̄m. Neq; mors erit vltrà &c. Apoc. 21. Et ideo philosophi. i. viri sancti, & Angeli & beati ibi sine perturbatione aliqua cœlū & eius cursum. i. Deum & proprietates ipsius, & naturam cōtinuè speculantur, & litteræ in eis scriptæ. i. suæ sciētiæ, merita, virtutes, & gr̄æ quæ in eis sunt insertæ, perpetuo non delētur, nec pc̄tō aliquo amplius destruuntur. Locus est. n. Ioui. i. Christo dicatus, & ideo illa quæ ibi domino consecrantur, incorruptionis perpetuo munere lætantur, ſm Greg. Vnde ps. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Vel dic, ꝙ hic mons significat viros sanctos, qui ita sunt alti per contemplationem, ꝙ impressiones aeris. i. tentationes carnis ad eos non attingunt, nec eos inquietant, & ideo litteræ ibi scriptæ. i. uirtutes eorum, & merita ab eis non perduntur &c.

### *De Monte Sinai. Cap. 20.*

Sinai est mons cuius pars est Oreb in Arabia in prouincia Madian, pascuis & herbis optimis fertilis ſm Iosephum. In hoc habitabat Deus spiritualiter. Huic appropinquās Moyses prodigium vidit. In hoc apparuit deus in igne & nube. Circa hunc Hebrei fixerunt tentoria sua. Ibi legem a Domino receperunt. Ibi lumen & caliginem viderunt. Ibi Deum promittentem bona, & comminantem mala audierunt. Ibi clangorem tubæ timorem incutientem viderunt. Ibi Deo orationes, & sacrificia obtulerunt. Mons autem est altissimus, & quasi inaccessibilis, vt oīa patēt Exo. 3. & 19. Expone omnia de sacra scriptura, vel de religione vel ecclesia, vbi Deus habitat, & vſ, & circa eum Moyses, & hebrei. i. Christus & sancti morantur, ibi ignis & lumen scientiæ, & sapientiæ, ibi tamen nebula obscuritatis, & ignorātiæ, ibi tonitrua diuinarum comminationum, ibi corruscationes miraculorum, ibi promissiones æternorum gaudiorum, ibi timor tormentorum, ibi lex statutorum, ibi oportet orare, & Deo sacrificare. Est tamen tantæ altitudinis, & difficultatis, ꝙ quasi est inaccessibilis, & impenetrabilis, & ideo rarus est ibidem hominum accessus, quia pauci difficultates scripturæ vel religionis penetrant atque subintrant. Cacumina. n. montium soli ibi cibus peruia sunt 1. Reg. 24.

### *De Monte Sion. Cap. 21.*

Sion est mons in Hierusalem, in quo fuit turris, & arx Dauid. Et quia templum (quod erat in decliui latere montis) ciuitas etiam inferior (quæ erat in valle) ex illa turre poterat defendi, ideo Hierusalem in scriptura filia Sion sępius nuncupatur, quia. s. a Sion & eius arce sicut a matre filia defendebatur. vt dicit Hiero. Talis est Deus vel prælatus vel etiam curia paradisi, a quibus templum ecclesiæ, & ciuitas. i. fidelium vnitas debet protegi, & defendi. Vel dic ꝙ Siō est aīa sancta, in qua debet esse turris contemplationis, & téplum orationis, & ibi debet Deus cōtinuè speculari. Et sicut Sion fuit mons altitudinis, pulchritudinis, securitatis & fœcunditatis, sic paradisus uel ecclesia, deus, prælatus vel anima debet habere altitudinem contemplationis, pulchritudinem conuersationis, fortitudinem constantiæ, perseuerantiæ, & durationis, securitatem spei, & consolationis, fœcunditatem virtutum, & bonæ operationis. Ecclesiast. 24. Et sic in sion firmata sum.

### *De Agris. Cap. 22.*

Ager, rus, campus, noualis, alluuius, pro eodem supponunt, sed differēter. Et est ager locus laboris, & sudoris, quia ligone percutitur, vomere aperitur, euertitur, foditur, semine seritur, rore & imbre perfunditur, spinis circundatur, gelu cōstringitur, æstu exuritur, & sic fructum facere quasi violenter compellitur, & ideo dr̄ ager ab agendo, ſm Isidorum. Ager est conscientia, quę debet percuti per correptionem, scindi per cōtritionem, & cū vomere. i. cum lingua propria aperiri per confessionem, semine bonæ doctrinę seri per prædicationē, rore cælestis gratiæ rigari, spinis disciplinæ & pœnitentiæ ambiri, gelu diuini timoris cōstringi, æstu diuini amoris exuri, & sic bonis operibus, & spūalibus fructibus poterit fęcūdari. Et sicut ager in vere colitur, vt in autumno fructibus fęcundet, sic hō debet in vere iuuentutis coli, corrigi, castigari, ut fructum bonorum operum,

rum, doctrinæ & sapientiæ in autumno fęcundetur. i. in tpe senectutis. Vel per ver intelligo vitam præsentē, per autumnum futurum &c. Diligenter exercet agrum tuum. Prou. 24. Sed ibidem dr. Per agrum hois pigri transiui, & ecce totum
2 operuerāt spinæ & vepres &c. ¶ Ager est locus planus, qui arborib. vndiq; est vallatus, intus aūt segetib. repletus, ibique colliguntur segetes ad hominum nutrimentum &c. Talis est mundus vel religio vel sacra scriptura, vbi sunt segetes. i. diuitiæ, deliciæ, vel scientiæ, & arbores. i. dignitates & eminentiæ inueniuntur, quæ sunt diuersimode hoim nutrimentum &c. Exierat Isaac ad meditandum in agro. Gen. 24.

ANtrum ab antro dictum est, eo q aeris tenebris & horridis est suffusum. vt dicit Isid. vide vbi spelunca.

## De Campo. Cap. 23.

CAmpus est terra plana inculta, iuxta ciuitates, ad pugnandū vel spatiandū pro vsib. publicis deputata. Talis est mundus, qui iuxta ciuitatē paradisi vel ecclesiæ ad vsus vel vtilitatē publicā deputatur. Ibi. n. mali spatiantur, & delectantur, quia. s. ibi suū accipiūt paradisum, & ibi ēt boni pugnant, & plantor. s. contra mundi tentationes, & tribulationes, quibus quotidie affliguntur, & ideo ibi suū recipiunt purgamentum. Et iste locus pro certo non est cultus. s. per pęnitentiam & disciplinam, imo incultus est & desertus. Eze. 37. Ecce campus plenus ossib. mortuorum.

## De Cauerna. Cap. 24.

CAuerna est terra perforata & cauata, quia. s. sua terra mures, & reptilia suas faciunt mansiones, & ad cauernas terrarum & arborū refugiunt cuniculi, hericij, columbæ, turtures, & mures, serpentes & cætera similia qn exterius percipiunt venatorem, vel aliud nocumentum. In cauernis etiam arborum vel petrarum apes nidificant. Latitant tñ sæpius in cauernis reptilia vel serpentes, qui sæpe pungunt, mordent & inuenenant propinquātes. Cauerna est religio vel status humilitatis & pfectionis, vel memoria mortis & inferni, in qua reptilia. i. viri iusti, qui per bonas affectiones repunt, sibi faciunt mansiones, & terram. i. terrenas diuitias euciēdo, cauernas. i. status perfectionum a principio fabricarunt, sicut sunt sancti qui religiones fundauerunt, & iō volucres. i. viri spūales, bestiæ. i. simplices & rurales statim, & vident venatorem. i. diabolum insidiantem, debent ad cauernam. i. ad statum religionis, pniæ & humilitatis, vel ad mortis vel inferni recordationem refugere, sicq; ab eius insultib. & tentationib. eruent. Apes ēt. i. viri sancti in talib. cauernis debent mel. i. dulcedinē cōpassionis, & deuotionis facere, & Ibi per affectum, & desiderium commorari. Ideo Esa. 2. Ingredientur fissuras petrarum, & cauernas saxorum à facie formidinis dñi &c. Veruntñ in talibus cauernis aliqñ sunt serpentes & reptilia. i. detractores, & hypocritæ, qui oēs appropinquantes. i. oēs socios suos pungunt suis detractionib. & infestant. In foraminibus aspidis & in cauerna reguli &c. Esa. 11.

## De Colle. Cap. 25.

COllis est latus vel decliue montis. & est locus illustrior, altior bonis fructib. fęcundior, q̄ sit vallis, minus tñ quam sint montes, nam collis inter montes & valles vr̄ medium obtinere. Tales sunt viri sancti & iusti, qui inter montes. i. sanctos, & valles. i. infimos pctōres tenent medium, quia licet minus montib. tñ plus vallibus sunt luminosi per discretionem, alti per contemplationem, fęcundi per bonam operationem, & istud maximè dic de prælatis vel prędicatoribus, qui sunt medium inter Deum & mundū. Vel dic q colles sunt religiones, quæ inter montem paradisi & vallem mundi sunt mediæ &c. sicut supra.

## De Deserto. Cap. 26.

1 DEsertum, solitudo, heremos est terra inculta, & ab hominib. nullatenus frequentata, & iō dr̄ solitudo, quasi sola, desertum, quasi terra derelicta, heremus ab hærēdo, eo q terra sicca solida sit & hærens. Nam aliqñ cōtingit pp terræ soliditatem, vel pp aquarum & fontium, defectibilitatem, aliqñ propter aeris intemperiem, aliquando propter hostium vastitatem q terra est sterilis & inculta, spinis & sentib. occupata. Et est desertum terra sitis, & ariditatis, caloris & vastitatis. Talis est peccator, quia solus sine consortio Dei & sanctorum, desertus est a Deo & contemptus, & hęrens obstinatus, & compactus. Sed vere aliqñ fit homo desertū & peccator duplici rōne, s. aliqñ propter terrę. i. conscientiæ suæ sterilitatem, & prauitatem, quia quidam sunt, ita peruersi, q nolunt aliquod bonum facere. Aliqñ pp aquarū. i. doctrinæ & prædicationis defectum, quia. s. non habent q eis prædicet, dicentes. Nemo nos conduxit. Mat. 20. Item aliquando propter aeris circunstantis. i. propter societatis adiacentis prauitatem. Aliquando propter hostium. i. demonum & tentationum vastitatem, Constat. n. q homo fit peccator, & desertum istis quattuor causis, s. ex conscientiæ prauitate, ex doctrinæ raritate, ex mala societate, & ex tentatione & aduersitate. Ideo de hoste dr̄ Iohel. 2. Ante faciem eius vorans, & post eum solitudo deserti. Iste est ergo terra sterilis ab omni fructu bonæ operationis, incultus quo ad pęnitentiam, & ideo spinis & sentib. i. vitiis & peccatis conscientiam mordentib. est repletus. Per agrum hois pigri transiui, & ecce totum operuerant spinæ & vepres. Prou. 24. Et hic est terra arida p incompassionem, terra sitis & auaritię, terra ardoris, & luxuriæ, terra vastitatis & oīs boni carentiæ. Inuenit eum in terra deserta. in loco horroris & vastæ solitudinis. ¶ Desertum est 2
locus incultus, vbi paucæ sunt vel nullę bonę arbores, multę aūt malæ, s. spinæ myricæ & cętera similia, terra est sitis, ardoris siccitatis, sterilitatis, & vastitatis, & est latronū habitaculum & ferarum, sunt ēt ibi viæ incertę, & idcirco ibi faciliter erratur. Talis est mundus, quia per pniam & disciplinā nō colitur, ideo ab oī bono est sterilis & inanis. Ibi ēt paucæ sunt bonæ arbores. i. hoīes boni ualde pauci, multi aūt mali, quia stultorum infinitus est numerus Eccl. 1. Ibi. n. sunt spinæ. i. pūgentes detractores vel raptores. & alii peccatores fructū bonorum operum non portantes. Ibi est siccitas indeuotionis, & incompassionis, sitis & ardor auaritiæ, luxuriæ, iracundiæ, & malæ inflāmationis, & ideo ibi sunt latrones. . fallaces vsurarij & auari, feræ. i. crudeles raptores, & iniusti, qui transeūtes. i. bonos simplices nudāt & spoliant bonis suis. Nudos dimittunt hoīes. vestimenta tollentes. Iob 24. Est ēt locus deuii & erroris, quia vere pp viarum. i. statuum diuersitatē ibi faciliter erratur & decipitur, quia. s. sæpe crędit homo accipere bonum statum, & sanctum, & bonam viam eundi ad paradisum, quia tñ aliqñ ducitur ad infernum. Inuenit eam Angelus dñi errantem in solitudine. Gen. 16. Vel dic q desertū est status pęnitentiæ vel religionis. vbi est sterilitas paupertatis, ardor, & siccitas pęnitentię & aduersitatis, ibi tñ qñque sunt latrones. i. detractores, qui famā aliorum furantur, & feræ, i. crudeles, & mali pręlati, qui alios deuorant & cōsumunt &c.
¶ Heremus dr̄, ab hęrendo, quia pauci ibi hęrent, solitudo ēt 3
dr̄, quia ab hoīb. non frequentantur, & quasi sola relinquitur, & ideo pp hoīm raritatem, & nemorum densitatem ibi ferę tutius commorantur. Ibi ēt auiū canoritas modulatur, & ibi aues quietius commorantur. Illic tñ habitantes multis laborib. exponuntur, quia nunc ęstu, nunc gelu, nunc vento, nunc pluuia feriuntur, & ibi ēt sæpe circumeunt venatores, qui laqueos tendunt pro auib. decipiendis. Talis est religio vel status perfectionis, vbi pro certo pauci hærent, & eū solū derelinquunt, nec hodie à plurib. frequētaē. Hie. 2. Sequuta es me in terra deserta, vbi nullus hoīm vadit. Et iō feræ. i. simplices boni ibi tutius habitant, aues ēt. i. viri spūales & contemplatiui ibi quietius cōuersantur, & ibi per oratione, cōfessionē, Dei laudem, & gratiarū actionē gratiosius modulanē. Aestate perpetua requiescent volucres super eum. Esa. 18. Veruntñ illi qui habitant, multis incommodis tpalib. exponuntur, quia æstu tentationum, gelu tribulationum affligūtur & pluuia sacræ doctrinæ, & prędicationis, vēro spiritussancti & suę inspirationis rigantur & ventilātur. ibi tñ sunt aucupes & venatores. i. demones, qui laqueos tentationū ponunt, vt sic decipiant bonos viros. Hie. 5. Inuēti sunt in populo meo impij insidiātes velut aucupes, laqueos ponētes ad capiēdū viros.

## De Prato. Cap. 27.

PRatum est locus vbi fęna colliguntur, & est locus riuis & fontibus irrigatus, herbis & floribus venustatus, & ideo virore suo delectat visum, odore florum recreat olfactum, sapore herbarum allicientium delectat gustum,

flum.flores.enim.pro melle conficiendo apibus ministrat,& lactis abundantiam animalibus. ibi descentibus tribuit atq; præstat, medicina ét vtentib.herbas salutiferas. Talis est vir perfectus,quia fœna.i.virtutes & doctrinæ in eo crescũt,qui bus aialia.i. alij simplices nutriuntur per bona eius exempla, & verba,& in lacte.i.in opetib.misericordiæ fœcũdantur,& apes.i.viri spũales,flores.i.bona exempla in eo accipiunt,ex quibus mel deuotionis cõponant. Infirmi etiam & vulnerati.i.peccatores in eo.i.in documentis suis & exẽplis inueniũt medicinam.Est.n.locus fontib.deuotionis, fluuijs doctrinæ, & aruditionis irrigatus,& ideo herbis.i.virtutib.& gratijs,florib.i.sciẽntijs est fœcundus, & sic ram odore bonæ famæ quã virore & decore honestatis alios recreat & delectat. Io Prouer.27.Aperta sunt prata,& apparuerunt herbę virentes, & collecta sunt fęna de mõtib. Vel dic ꝙ pratum est religio vel ecclesia vbi sunt herbæ.i.viri sancti,qui florent per doctrinã, & exempla.Vel pratum est paradisus,vbi perfectæ animæ nutriuntur & impinguantur per æternam voluptatem.

## De Rupe. Cap. 28.

1 RVpes sunt altissimi montes,& solidissimi, tempestatũ impetus & fluxus imbrium cõtinuè recipientes.duræ sunt exterius,interius tñ cauernosi,& spongiosi,& iõ sæpe sunt aquarum fontium,& fluminũ emissiui.Sunt ét qñq; metallorum & lapidum contentiui.Rupib.etiam fluxus maris sistuntur,& i bi aquarum impetus colliduntur.Talis est bonus prælatus & quicunq; perfectus, quia solidus est per constantiam,& firmitatem,altus per contemplationẽ, & rpalem dignitatem,durus exterius per correptionẽ & austeritatem,intus tñ debet esse cauernosus per humilitatẽ,aquosus & fluidus per pietatẽ,& iden fontes lachrymarum,deuotionis & compassionis & doctrinę debet continuè distillare, quibus debet tam se ꝗ alios irrigare. Ego sapientia effudi flumina. Eccl.24. Intus ét in conscientia debet habere metalla, & lapides preciosos.i.gratias,merita & virtutes, & flua⁹ maris.i.motus & tentationes propriæ carnis,vel motus & irrationabiles dissensiones & affectiones subditorum debet sistere & refrenare,& per debitam correctionem & regimen oia

2 tpare.Ibi confringes tumẽtes fluctus tuos.Iob 38.¶In cauerna rupium qñq; includitur vẽtus,& est cã terræmotus.Sic in cordib.prælatorum(qui sunt rupes præ aliis eminentes)sæpe intrat ventus superbiæ & vanitatis,& sic per eorum impetus sunt cã quare terra.i.ecclesia vel religio mouetur.i.de bono statu ad malum,& quare per dissensiones & discordias concitatur,& quare ciuitates.i.conuentus cadunt.i.ad paupertatem & dissipantur.Ideo malo prælato vel principi dr Esa.14. Tu terram tuam disperdisti,tu populum tuum occidisti.¶Ru

3 pes sunt loca alta,& ad ascendendum difficilia, & ideo sæpe solis auib.sunt peruia.Sũt aũt loca tuta,radijs solarib.illustrata,imbribus exposita,& ad ædificationẽ castrorum,& munitionum valde apta.Et dñt supremа rupiũ scopuli,a scopein, quod est speculari, quia de illis locis loca remota euentusq; hostium speculantur,ſm Isid. Per rupes intelligo status perfectionis,quæ sunt loca alta per eminentiam sanctitatis.Sunt etiam loca tuta,quia s.ibi non possunt ascendere hostes.i.carnales deliciæ,& diuitiæ,& ideo totum est ꝙ homo ibi ponat & castrum,& habitaculum suum,vt à peccatis, tentationib. & vitiis sit securus.In arduis ponet nidum suum.Iob 39.Difficile tñ est ibi ascendere, & ad statum perfectionis vel religionis attingere,& ideo solis auib.i.viris spiritualib.sunt per uia loca ista,& sunt lumine sapientię diuinę illustrata rore diuinæ gfæ irrigata,& ad speculandum.i.ad Deum & cœlestia contemplandum sunt apta.sterilia tñ sunt, & mundi fructib. & delicijs carentia,ventisq; & turbinib.i.mundi tribulationibus exponuntur.Vel expone de mundi dignitatib. sicut supra de monte,vel de paradiso,sicut ibidem.

## De Fossa vel Fouea. Cap. 29.

1 FOssa vel fouea à fodiendo est dicta,eo ꝙ terrã fodiendo & cauando efficit,& tanto est profundior inferius, quanto circa se plus habet de terra superius. In foueã aũt faciliter caditur,sed inde difficiliter releuatur. Fossa est pctm̃,in qđ pro certo faciliter cadit hõ,licet inde difficiliter releuet. Et quãto plus de terra.i. de terrenis diuitijs habet homo,tanto maiorẽ in conscientia habet foueã pctĩ. Hæc ét difficiliter & cũ periculo pertransitur,quia qui se etplicuerit de laqueo,cadet in foueã.Isa.24. Nota si vis qđ leo io fouea capitur,sicut supra de leone.Val dic qđ fouea est mũdi prosperitas, vel ét auaritia, quæ quanto homo plus abundat in diuitijs maior est &c.vt supra.¶Foueę vtiles sunt ad ci a uitates,& castra vndiq;(ne hostib.pateant)munienda.Itẽ ad pisces nutriendos,qñ.s.aquis sunt repletę.Item ad terras diuidendas.In foueis aũt solent aquæ indeficibiles scaturire.In foueis habent flumina loca sua & transitus,& meatus. Fouea terra infima & depressa est humilitas,quę facit hoiem sa epteris infimiorem reputare.& ista est castri.i.aiæ tutissimũ munimentum,& maximè qñ aqua lachrymarum,& deuotionis est repleta,quia tunc hostes.i. demones ad aiam nõ põt accedere.Ibi etiam pisces.i.virtutes & merita nutriuntur.Ibi etiã fluuius & fons.i.spiritus sancti gratia habet proprium habitaculum,transitum atque loca.Esa.66. Super quem requiescet spiritus meus,nisi super humilem?&c.

## De Spelunca. Cap. 30.

SPelunca est locus subterraneus, clarus & apertus in ingressu,hispidus& obscurus in progressu,fuscus & turbi 1 dus in egressu,si tñ,egressus valeat inueniri. Est.n.locus habens ingressum,sed nullum vt cõiter egressum, & dr a speculando,quia ibi bestię insidiantur & speculantur quali ter rapiant prædas suas,& io est locus periculosus,obscurus, incertus,ad occultationem reptilium aialium,& ad congregationem immũnditiarum valde aptus.Talis est mundus,qa verè licet in principio in iuuentute & in ingressu videt pulcher,delectabilis atq; clarus,tñ qũ homo est ingressus vi tur bidus & obscurus,quia obscuritas ignorãtię ibi viget,in tñ, ꝙ in fine & egressu & in morte non apparet ibi lux scientiæ vel discretionis,imo obscuritas ignorantię,sicut patet de mũ di sapientib.qui in fine perdunt sensum & rõnem,in tñ ꝙ de mundo & mundanis se nesciunt capłicare, & de mundo nesciunt egredi vel exire.Moti sunt sicut ebrius,& ois sapiẽtia eorum deuorata est.Ideo Iob.24.Quasi in tenebris sic palpabunt in meridie,Et hic locus est periculosus,quia ibi sunt in mũditiæ.i.vitia & pctã,ibi etiã sunt reptilia.i. demones venenosi,ibi ét bestiæ.i. cupidi & auari & carnales huius mũdi sedent & quiescunt,speculant & insidiantur,vt Prædas.i.alio rum bona rapiant & surentur.pl.Insidiatur quasi leo in speluca sua vt rapiat pauperẽ & inopem.Figura 1.Re.24.vbi Saul rex Israel ingressus speluncã fuit in periculo ne ab inimicis suis occideretur.Sic homo in mundo ſp est in periculo vt ne cidatur a demonib.& pctis. ¶In locis vbi effodiũtur lapides a & metella,maxime sunt speluncæ,quę quia remanent vscuq; rõne subtractionis lapidũ,ideo solent columnis ne corruant appodiari & fulciri,qñ tñ columnæ sunt putridæ, tunc facili ter inde speluncæ præmuntur,& sic spelunca cadẽte oẽs qui intus fuerant opprimuntur.Similiter etiam sit qñ volunt minare & diruere castrum.cauernam.n.sub castro faciũt, & ne moles super eos cadat,columnas ligneas ibi ponunt,tandem verò ignẽ columnis adhibẽt,& sic columnis combustis cadit ædificium quod sustentant.Spelunca est ecclesia, vel religio, vbi metalla & lapides.i. viri sancti fortes & stabiles à principio sunt inuenti, sed verè isti hodie inde sunt subtracti, quia pauci sunt ibi hodie tales, & ideo hodie ibi ponũtur colũnæ .i.prælati,ne corruat,& ne per vitia destituatur.Sed pro certo quia multæ sunt hodie cõlumnæ putridæ.i.multi plati mali,& corrupti,quia ét diabolus adhibet ignem cupiditatis & auaritiæ, in tm ꝙ omnes pro maiori parte sunt accensi & inflammati,ideo istæ columnæ franguntur per diuersa vitia, & peccata, & sic per defectum eorũ cadit & perit ecclesia Dei sancta,& illi qui intus erant.i.subditi percũt & necantur per eorum mala exempla & documenta,

## De Valle. Cap. 31.

VAllis est locus terræ infimus & depressus, in medio montium situatus,& imbrium quã à montib. desluũt 1 receptiuus,& iõ pp montium irrigationem sunt valles fęcundæ frugib.& herbis & florib.adornatę.Sunt ét valles calidiores,pinguiores,& fęcundiores.& iõ niues in eis leuius & facilius resoluuntur,vt dicit Nicolaus.Talis est vir

vir humilis, qui se infimū vilē reputat & depressum, & hic cir
ca mōtes. i. circa paradisum vel circa Christum & sanctos est
ponderosa arena. ¶ Aliqñ cõponitur argentũ viuũ artificiali- 12
ter. ponit. n. nimiũ in patella ferrea, & testa terrea operitur, &
tũc ad latera carbones apponunt, & sic argentũ viuũ incipit
distillare. Sic verè qñ in patella ferrea. i. in corde duro obsti-
nato imponit rubeũ miniũ i. memoria sanguinis Xpi, & ru-
beus ardor charitatis, & desuper ponit testa terrea. i. memo-
ria mortis & fragilitatis humanę, à latere aũt adhibentur car
bones ardentes. i. feruens cõtritio, & exterior tribulatio, vel
ignis infernalis recordatio, tunc vere exinde distillat argẽtũ
viuũ. i. pietas & cõpassio & lachrymarũ emissio, sicut patuit
in Magdalena, q̃ inuenit sagittas potẽtis acutas, cũ carbonib.
desolatorijs. Nullus. n. est tã durus, q n cõsiderata morte Xpi,
& morte propria, & adhibitis carbonib. i. igne & tormentis
inferni, efficiat pius, fluidus & distillans. s. elemosynarũ largi
tatem, vel lachrymarũ quãtitatem. Manus meæ distillauerũt
myrrhã. Can. 5. ¶ Nullũ metallum põt deaurari sine argento 13
viuo, & in vase vitreo istud melius q̃ in alijs cõseruat. Sic ve-
rè ad hoc ꝙ hõ efficiat aureus per pfectã honestatẽ, oportet
ꝙ habeat argentũ viuum. i. grãm & charitatem, & castitatẽ
& pietatem, q̃ per argentum viuum significantur, quod est ca
lidum, humidũ & album. Et notanter in vase vitreo. i. in hoie
qui se reputat vitreum & fragilem, melius hmõi argentum. i.
gratia conseruatur, quia Deus tales humiles custodit a pec-
cato, & in eis gratiam seruat, quia ſm Bero. Magna est firmi-
tas apud Deum infirmitatem propriam cogitare.

## *De Adamante. Cap 40.*

ADamas est lapis paruus ad quantitatem auellanę, &
nunquã plus ferri habens colorem, crystalli splendo 1
rem. Hic ita est durus, ꝙ nulli penitus cedit materiæ,
quia nec ferro frãgitur, nec igne calescit. Sed licet sit
ferri & ignis contemptor, sanguine tñ calido rumpitur, &
cassatur, & eius fragmentis sculptores in signandis, & perfo-
randis lapidib. vtuntur, vt dicit Isid. li. 16. c. de crystallis. Iste la
pis significat pctõrem, qui vere colorem dr habere ferreum
per turpem & infamẽ cõuersationem. Iste aliqñ est ita durus
per malam consuetudinẽ, & obstinationẽ, ꝙ nõ põt vinci, ca
stigari, & domari nec per ignem nec per ferrum. i. per quan-
cunq; tribulationẽ vel correctionem. In stipulã versi sunt ei
lapides fundæ. Iob 41. Et iõ qñ hõ induraẽ, non est per asperi
tatem à plato cõtra eum procedendũ, imo verè debet adhi-
bere sanguinem. i. dulcem, mitem & benignã monitionem,
vt sic scindatur per cõtritionem, & domeẽ p correctionẽ. Et
ita ẽt facit Deus qñ volt pctõres & obstinatos cõuertere, &
sicut patuit in beato Paulo, qui fuit adamas, attrahens. s. ad fi
dem ferrũ. i. pctõres, quem Xps ab obstinatione tã dulciter
reuocauit. Actu. 9. Et iõ fragmenta istius lapis. i. memoria, &
exemplũ conuersionis & fractionis istius beati Pauli valent
modo ad perforandos & conuertendos alios lapides. i. pctõ
res duros & obstinatos. Deus. n. qũq; vult pctõrem obstinatũ
conuertere. & iõ interius ipsum linit sanguine suæ passionis,
& humore suæ grę, & sic scinditur per contritionem, & ape
ritur per confessionem, diuiditur per elemosynarũ largitio-
nem, & rumpit per pniæ macerationem. Lapides. o. excauant
aquæ, & alluuione terra cõsumit. Iob 14. Vel dic ꝙ licet ada-
mas. i. vir iustus sit paruus p humilitatem, ferrugineus p pnię
austeritatem, crystallynus p splendentem honestatem, & ita
durus per cõstãtiæ firmitatem ꝙ igne tentationis interioris,
ferro tribulationis exterioris nõ vincat, s. a diabolo, tñ sangui
ne calido. i. infectione luxuriæ, & mollitiæ mondanæ pspeni-
tatis aliqñ vincitur, & mollitur, sicut patuit in Dauid 2. Re. 11.
Vide supra de hirco. §. 1. Sæpe. n. accidit ꝙ qui tribulationib.
non frangitur, prosperitatib. emollitur. ¶ Adamas habet vir 2
tutem attrahendi ferrum quod tangit, & similiter magnes, ve
runtñ qñ adamas ferro cõiungitur, tunc licet magnes ipsum
ferrum tetigerit, ab eo tamen nõ attrahitur, imo virtute ada
mantis a magnete violenter retrahitur, & aufertur, vt dicit
Idem Isido. Adamas est Christus vel beata virgo, magnes est
diabo-

diabolus seu mûdus,qa vere vterq; hêt virtutê attrahêdi fer
rû.i.pctôres,qa beata virgo attrahit ad g'am Xp̄.ad gloriâ,
mund' attrahit ad delectameotû,diabolus aût ad infernû,&
ad tormêtû.Sed vere licet ferrû.i.pctôr,côiûctû fuerit cû ma
gnete.i.cû mûdo vel diabolo p pctm,tñ vere si ver' adamas,
Xps.s.vel beata virgo,eidê ferro se apponat p suâ grâm,&
miam,& suæ auxiliatioois impêsionê,tûc vere à magnete.i.a
ptâte diabolica,& affectione mûdi ipsû violêter retrahit,&
educit,qa.s.ipsum nûc per grâm,& i fine p glâm ad se trahit,
& nô ecôuerso,qa non obstâte ptâte diabolica ipsum ferrû.i.
pctôrê q cum adamâte.i.Chro côiungit per grâm & charita
tê,vel cû beata virgine per fiduciâ,& deuotionê,nô pôt ma-
gnes.i.mundus vel êt diabolus ab eo separare,nec ad settahe
re per pctâ,suggestionê,& delectationê.Iô dicit Chrs Io.10.
Nemo tollet eos de manu mea.Et nota côditiones adamâtis
sicut supra.§ pcedenti,& applica de Chro vel de beata virgi
ne.Vel si vis,p ferrû intelligit genus humanû,qd magnes.i.
diabol' detinebat,sed ipsû Chrs verus adamas liberauit.&c.
3 sicut supra.¶ Virtus adamâtis sm Isid.ibidê est venena depre
hendere,met' expellere,maleficis artib.obuiare,& sm Dios.
gêma est reconciliationis,amicitiæ & amoris,quia si mulier
a viro suo digressa fuerit,p virtutê hui' lapidis ad spôsi gra
tiâ facilius reuocat.In brachio êt sinistro portatus valet con-
tra hostes,côtra insaniâ,côtra rixas,& iurgia,côtra incubos
& phantasmata,côtra vana somnia,& venena.Talis est beata
virgo,q fuit parua,firma,& stabilis atq; fortis. Nâ qñ ista ge
statur,s.in corde p fiduciam,& deuotionê,tunc vere ista fa-
cit venena.i.pctâ corrigi,& deprehêdi,& emêdari,vanos êt
metus hostiû excutit,& maleficorû artib.i.demonû têtatio-
nib.obuiat,& resistit. Et ideo ista iuuat hoiem sibi deuotum
côtra hostes,& côtra venena.i.côtra demones,têtationes,&
pctâ.Valet êt côtra insaniâ & iurgia.Itê valet côtra incubos
.i.côtra luxuriâ,& côtra phantasmata,& somnia.i.côtra mû-
di vanam prosperitatê,quia p certo beata virgo adiuuat,&
supportat hoiem sibi deuotû,ne lædat à vitijs supradictis.Et
ista p certo dr lapis reconciliationis,qa vere qñ aliqua aiâ ê
seiuncta a spon'o Chro per pctm,tûc vere si istû lapidê secû
per deuotionê portauit,in spôsi sui grâm reuertet. Vnde ista
fuit Hester,q recooc.liauit Iudeos Assuero.Hester 8.Pone si
vis per modû figuræ quia sm Ber.Ista dedit cęlis gloriâ,ange
lis lætitiâ,pctôrib.veniâ,pacê hoib.terris Deû.Vel per oia ex
pone de influentia boni pdicatoris. Vel dic de Christo,q re
conciliauit patri pctôres.& pone de quolibet côditionis viri
perfecti sicut supra § 2.Vel per nia expone de pnia,vel êt de
4 charitate,q sunt virtutes recôciliatiuæ,& virtuosæ.¶ Scdum
Dios.si adamas caute supponat a marito capiti vxori suæ dor
mienti,ipsa si casta fuerit maritum dormiendo virtute lapi-
dis amplexatur,si aût luxuriosa fuerit,& incasta,tunc tanquâ
indigna psentia lapidis,ab ipso resilit,& extra lectû decidit
atq; fugit. Charissimi,sponsus est Chrs,spôsa est aia,q sibi ma
trimonialiter côniungitur in baptismo.Ose.2.Sponsabo te mi
hi in fide.Lectus istorû est fides ecclesiæ,carnalis aût copula
significat charitatê,q aiam cum Christo copulat atque vnit.
Adamas aût q est lapis durissimus,significat tribolationê hu
ius mundi. Qû ergo aia sponsa Christi iuxta sponsum suum
Christû in lecto.i.in fide ecclesiæ dormit,& qô pace,& quie-
te lætatur,tunc vere maritus ille Christus volês eâ probare,
qñq; apponit sibi istum adamantê.i.tribulationes & aduersi
tates,& tunc pro certo si aia casta fuerit,& iusta,& cû diabo
lo per pctâ fornicata nô fuerit,verû sponsum suû Christû am
plecti,s.ei regratiâdo de tribulatione,cogit per amorê,si aût
incasta fuerit,& peccatrix,& cû mundo vel diabolo fornica
ta,& coniuncta per diuersa gña pctôrum tunc si tribulatio ei
imponit vt castiget,ipsa castigari,& corrigi ab isto lapide tri
bulationis & à marito Christo refugit,& contênit,& lecto fi
dei,& ecclesię,qñq; per desperationê cadit atq; fugit,côtra il
lud,Non deficias cû à Deo corriperis,quia quê diligit dñs,
corripit.Prou.3.Aia aût iusta tribulata dicit Deo regratian
do illud Mich.7.Ira dñi portabo,quia peccaui ei.Quia re ve
ra charissimi pctôres nô digni psentia istius lapidis,s.tribula-
tionis,nô merent à Deo corrigi,vel puniri,s.in psenti.Figura
in legib.vbi vxor q publice prostituebatur,non erat digna q
a legib.puniret & ideo adulterij rea nô puniebat,aliæ aût sic.
Sic vere qñ aia ex toto prostituitur,& ad amorem mundi,&
subiectione diaboli totaliter inclinat qñ.s.se exponit ad mû-
di voluptuosilia,& pctâ,tûc nô est digna q à spôso suo Chro
puniatur,& corrigat,s.in psenti,quia nô visitabo sup filias ve
stras cû fuerint fornicatę Ose.4.Veruntû pęna sibi ęterna ser
uat.Et ista est rô quare mundi diuitib.& pctôrib.psperè suc-
cedunt oia,quia.s.Deus nô dignatur eos respicere vel puni-
re,sed ad diê iudicij eos reseruat perpetue côdênaudos.Iob
21.Ad diem vltionis seruatur malus.Iob 35.Nunc antê non
infert Deus furorem suum,nec vlciscitur scelus valde.

## De Lapide Amethisto. Cap. 41.

AMethistus est gemma rubês,cuius sunt quinq; spês, 1
purpureo,& violaceo colore punicea,q si rosa virês,
quasdâ flammulas scintillando fundit,& inter cûctos
lapides rubeos obtinet principatû.Nam sm Dio.iste
facit hoiem vigilê,bonû confert intellectû valet côtra ebrie
tatem,malam cogitationem repellit,& inest ei mollities ad
sculpêdû.Iste lapis significat charitatem,q flammas honorû
exêplorû emittit,& inter virtutes obtinet princ patû.Et co-
loris est rubei p p igneû feruorem desideriorû cœlestiû,quê
procurat.Et iô pro certo si quis istû lapidem habuerit,s.fer-
uorem charitatis,ipsum efficiet vigilê per bonorû operû dili
gentiam,& boni intellectus per discretionem & prudentiâ,
& ipsum permittit inebriari(.s.vino in quo est luxuria)sed ip
sum faciet oês malas cogitationes penitus resecare.Scdm.n.
Greg.Nunq est amor Dei otiosus.&c. Vel pôt dici de absti-
nentia & sobrietate,q ebrietati,& gulę resistere còprobatur,
& hoiem êt vigilê efficit,& somnolentiâ repellit.Vel dic de
timore & côsideratione,q ad oia ista valet.¶ Amethystus est 2
gemma rubea & rosca,flamulas emittens,cuius sunt multæ
spês illa tñ est melior,qui rubicundior reperit.habet aût mul
litiê vt facile possit sculpi.Vere talis debet esse platus,pdica
tor vel religiosus,vel etiâ quilibet iustus,quia iste dêt esse ru
beus & roseus per ardentem charitatê,flammeus per bono-
rum exemplorû luciditatem,& honestatem,mobilis p com-
passionem,sculptilis per obedientiâ,& subiectionem,& ideo
Apo.21.Iste lapis numerat in ædificio nouę hierusalê q vere
re boni habent esse de ciuitate superna paradisi. Dabo oês
muros tuos in lapides sculptos.Esa.54.Vel dic de beata vir-
gine & adiunge.s.q facit hoiem vigilem &c.sicut ibi.

## De Achate. Cap. 42.

AChates est lapis sic dictus,eo q iuxta achatem fluuiû
Siciliæ primit' est repertus,& est nigri coloris,albas 1
habens venas,cuius tres sunt spês,sm Isid.sm hoc,q
in varijs regionib.inueniuntur,in efficacia differêtes.
Nam ille de Sicilia(de quo supradictum est)valet magicis ar
tib.Nam cum ipso tempestates auertunt,& sistunt flumina,si
cut dicunt.Et sm Diosc.iste valet ad regum formas,& simu
lacra monstranda somniorû.Iste lapis significat malâ mulie-
rem,q cû sit nigri coloris.i.malæ,& deformis côuersationis,
tñ albas habet venas.i.maculas,inquantû p corporalem pul
chritudinem dealbat,& per curiositatê vestiû tingit,& orna
tur.Et iô talib.vtuntur magi.i.demones in suis maleficijs,&
tentationib.qa rectæ istæ nô sunt nisi demonû instrumenta.
Nam mediantib.istis têpestates tribulationis,& diuini timo
ris auertunt,& flumina lachrymarû,deuotionis,& côpassio-
nis sistuntur,a corde hoim auferuntur,& ibi pro certo som
nia & phantasmata.i.amor deliciarû,& mûdanæ prosperi-
tatis introducuntur.Nam ipsarum allocutio,societas,& ten
tatio,fluuiû diuinę miæ,& tempestatem diuini timoris faciût
perdere,& p vanos affectus sp prospera somniare.Sicut som
niator,& hariolus æstimat quod ignorat.Prou.23.Vel dic
q flumina sunt hoies,& per malas mulieres,& per alia pctâ
sistuntur,ne per profectû honorû operû ad mare paradisi di
scurrant.Vel dic q iste lapis est timor dei,q nigredinê humi
litatis portat,& zonâ candidâ castitatis gñat atq; nutrit.Ista
.n.tempestatem futuræ dânationis à nobis auertit,flumina êt
carnalis infectionis repellit & ne in aiam discurrant,ipsa si-
stere facit.In somno êt.i.in tpe mortis figuras regum,& ima
gines.i.visionem Dei,& angelorum,& sanctorum ostendit.
Vel dic q iste lapis est humilitas vel mortis côsideratio,q flu
mina.i.hoies ne fluendo per pctâ in mare inferni,& pctâ de-
scendant,facit sistere,& cessare.Vel dic totum de pęnitêtia.
Sap.10 Ostendit illi regnum Dei.Et psa Iordanis conuersus
est retrorsum.¶ In Creta est genus achatis coloris nigri,ma-
culis ceruleis,qui secundum Dioscor.uitat pericula,gra- 2
tumque facit hoiem & placentem affabilem & facundû,&

vires cõfert, Rectè talẽ virtutẽ habet diuina scia vel scriptu-
ra, qa ꝑ certo licet sit nigri coloris, & licet vilis a satuis repu
teẽ, tñ facit hoiem placentẽ, s. Deo angelis & hoib⁹. & sibi vi-
res ꝑstat, s. cõstantiã & virtutes, & sic pericula. s. culpæ & pęnę
ab eo tollit, & eũ literã facit gratũ, affabilẽ & eloquentem.
Stude ergo sapiẽtiæ fili mi, & lætifica cor meũ, vt possis exꝓ-
3 branti respõdere sermonẽ. Prou. 27. ¶ Achates indicus visum
fouet, sitim tollit, venenũ reprimit, in igne positus odorẽ e-
mittit, & ẽst lapis guttis sanguineis distinctus, ẽm Dios. Talis
est vir ꝑfect⁹ & ꝑdicator, qa vere sua vita & doctrina in aliis
visum discretionis & fidei nutrit & fouet, ab ardore sitis. i. a-
uaritiæ eos reprimit, venena pctõrũ & delectationũ cõpescit
guttas sanguinis. i. memoriã passionis Christi in seipso con-
tinet, & in igne charitatis vel tribulationis positus, odorẽ bo
nę famę & exẽpli hoi fundit & emittit, vt sibi dicaẽ illud Cã.
1. In odorẽ vnguẽtorũ tuorũ curremus, &c. Vel dic q̃ iste la
pis significat sciam diuinã, q̃ oĩa supradicta sciet, vel cõtem
ptũ mũdi q siti auaritiæ tollit, vel cõsiderationẽ mortis. &c.
4 ¶ Achathes ab aq̃la in nido suo ponit̃ cõtra tonitruũ, ne oua
eius lædant̃, & cõtra reptilia. &c. Vide de aquila. ¶ Secundum
5 Solinũ, in annulo Pyrrhi regis inuẽtus est achates mirabilis,
in quo nouẽ Musæ cũ propriis insigniis erãt pictæ, & Apollo
cũ cithara, nõ impressis figuris sed ingenitis. Rea iste ẽ Chri
stus, annulus quo subarrat aĩam, est fides, q̃ pro certo cõtinet
Apollinẽ cũ cithara. i. Christũ cũ sacra scriptura, cõtinet etiã
nouẽ musas. i. nouẽ angelorũ ordines, & credulitatẽ de ipsis,
cũ proprietatibus eorundẽ. Vel dic q̃ iste annulus est gloria
paradisi, q̃ consistit in Christo cum cithara gaudiorum, & in
nouem ordinibus cum gratitudine sociorum.

## *De Lapide Asbesto. Cap. 43.*

ASbestos est lapis Arcadiæ ẽm Isidorũ, ab igne sic vo-
catus, eo, s. quia si semel igne succensus fuerit, extin-
1 gui perpetuo non valebit. Et ideo facta fuit de eo q̃-
dam lucerna in quodã tẽplo idolorum, quæ nulla tẽ
pestate vel imbre poterat destrui & extingui, vt dicit Isido-
rus li. 6. c. 4. de lapidibus insignioribus. Rectè talis est aĩa dã-
nata, qa vere ea quo semel est accẽsa, s. in igne infernali pro
certo extingui ꝑpetuo nõ valebit. Vñ Esa. 1. Succendet vtrũ-
que simul, & nõ erit, qui extinguat. Nã in ipso tẽplo idolorũ
& demonũ, s. in inferno (qui locus est demonum atq; tẽplũ)
sunt talia candelabra. i. aĩæ damnatæ, q̃ nec vẽto. i. inspiratio
ne & flatu sancti spiritus, nec imbre misericordię diuinæ imꝑ
petuum extinguent̃. Ideo Matth. 25. Ite maledicti in ignem
æternũ, quia sicut dr̃ Esa. 56. Vermis eorũ nõ morieẽ, & ignis
eorum nõ extinguetur. Vel dic q̃ iste lapis significat bonã ꝑ
sonam, q̃ pro certo si ab igne charitatis & diuini amoris se-
mel accẽsa fuerit, ita firma & perseuerãs deinceps debet esse,
q̃ non amplius per peccatum destruatur vel extinguat̃, quia
charitas nunqua excidit 1. ad Cor. 13. quia in ꝑsenti inciditur
in futuro consummat̃. Vñ in tẽplo Christi & ecclesiæ debent
esse tales lucernæ viri sancti, & prælati perfecti, quorum lux.
.i. virtus & perfectio & bonum exemplũ respectu aliorũ nec
imbre mundanæ prosperitatis, nec vento tribulationis, tenta
tionis vel aduersitatis debet destrui vel extingui, imo debet
ardorem dilectionis, & splendorẽ discretionis perpetuo con
seruare. Eccl. 50. Effulsit sicut sol in conspectu Dei. & Leuit. 6
Ignis in altari meo semper ardebit. Vel dic contra auaros ob
stinatos, qui semel accenũ igne cupiditatis, nũquã plus extin
guũtur nec vento tribulationis, nec imbre doctrinæ vel præ
dicationis. Ignis nunquã dicit sufficit. Prou. 30. Et ideo in tẽ
plo huius mundi isti sunt candelabra & lucernæ mali exẽpli
oibus alijs, quia. s. eis ostendunt viã iniquitatis, cuius nouissi
ma ducunt ad mortẽ Prou. 14. Ignis. n. auaritiæ in talibus nõ
extinguitur, sed magis iugiter augmentatur, quia secundum
ligna siluæ exardescit ignis. Eccl. 28. Vel per ignem intelligo
luxuriam. Et dic aliquid de auro.

## *De lapide Absito quẽ Pli. Apsitõ vocat. C. 44*

ABsitus est gemma nigra ponderosa, rubeis distincta
1 venis, quæ semel calefacta, septem diebus calorẽ ser-
uat, vt dicit Isid. li. 16. c. de nigris gẽmis. Sic vere nos
debemus esse nigri per humilitatẽ, qa nigredo est co
lor humilis & despectus rubei ꝑ charitatẽ, põderosi ꝑ prudẽ
tiã & maturitatẽ, & si semel accensi & calefacti fuerimus per
charitatis incendiũ & amoris, pro certo ꝑ septẽ dies. i. ꝑ to-
tum curriculum huius vitæ nunquã debet deficere calor iste.
Vñ Esaiæ vlt. Ignis eorum non extinguetur. Vel dic de aua-
ris & pctõribus, qui sunt nigri per malam conuersationẽ, põ-
derosi per pigritiam, rubri per luxuriam, semper calefacti ꝑ
auaritiam & concupiscentiam, crudelitatem & sæuitiam. Vn
de Oseæ 7. Omnes calefacti sunt quasi clibanus.

## *De Lapide alabandico, quem suos imitatus auctores, alabaudiam vocat. Cap. 45.*

ALabandia est lapis clarus & subrufus, similis calche-
donio, sed rarior, cuius virtus est sanguinẽ augmẽta-
re ẽm Isid. Sic vere si volumus in corde nr̃o augmẽ-
tare sanguinẽ. i. benignitatẽ & cõpassionẽ, vel sangui
nẽ. i. grãm & deuotionẽ (q̃ sunt aiæ nutrimẽta, qa vita ois car
nis i sanguine est Leu. 17.) vel sanguinẽ. i. memoriã sanguinis
Christi oportet q̃ habeam⁹ lapidẽ istũ alabaudiã. i. beatã vir
ginẽ, vel ẽt Christũ, q põt dici alabaudia, quasi alauda sudiẽs
quia ipsa est alauda quantũ ad hilaritatem laudis diuinæ, &
annunciationem diei æternæ prosperitatis, & fuit audiẽs per
obedientiã, fuit clara ꝑ honestatẽ, subrufa per pęnitentiã &
humilitatem, vel ad literã (sicut dr̃) rufa fuit. Vel põt dici de
Christo, vel dic de beato Ioanne, vel etiã de charitate, vel po
test allegari de deuotione ad quemlibet statum, per quẽ san-
guis prędictus in cordibus nostris generatur.

## *De lapide argyrite secundũ Isidorũ, qui forte nihil est aliud, quã argyrodamas, & quãquam argyritis spuma sit argenti, testibus Dios. & Pli. Cap. 46.*

ARgyrites est lapis argẽto similis in colore, habẽs stig
mata aurea, & est fortis vt adamas, figurę quadrãgu-
laris, & valet ad motus iracundiæ refrenandos, vt di
cit Isido. Est aũt alius lapis dictus androdamas, q ei-
dẽ est similis in colore. Talis debet esse vir ꝑfectus & iustus,
& maximè ꝑlatus & prædicator, qa debet esse argenteus ad
eloquentiã laudis diuinæ & ꝑdicationis, adamãtinus similis
quantũ ad fortitudinẽ cõstantiæ, patiẽtiæ & durationis, qua
drãgularis quantũ ad q̃draturã virtutũ cardinaliũ & perfe-
ctionis & sic poterit suis verbis consolatorijs & rõnibus ira
cundorũ iurgia refrenare, & maximè si stigmata aurea. i. me-
moriã stigmatum & passionis Christi secũ habuerit & por-
tauerit ꝑ feruorem cõpassionis. Vir. n. iracundus suscitat ri-
xas, qui aũt patiens est, mitigat suscitatas. Prou. 15. Vel expo
ne ꝑ oĩa de beato Francisco, qui secum tulit stigmata passio
nis Christi. Vñ Paulus ad Ga. 6. Ego stigmata dñi Iesu in cor
pore meo porto. Et ideo alij lapidi precioso (ad Romanos
8.) ipsi. s. Christo fuit similis in colore. i. in exteriori appare n-
tia carnis suæ. Similis ergo altissimo. Esa. 14.

## *De Lapide astrio, qui Isid. astriõ dicitur. C. 47.*

ASterion est gemma indica, crystallo propinqua in colo 1
re, in centro aũt eius lucet stella fulgore lunæ plenæ,
& ideo dr̃ ab astris, eo q̃ eis opposita, fulgorem rapit
& regerit, vt dicit Isido. li. 16. c. 13. de crystallis. Luna
significat tps. psal. Fecit luna in tps. Ista gemma significat glo
riosam virginem, quæ pro certo quantum ad fulgorem hone
statis & exẽplorum, crystallo similis põt dici. Qn ergo luna
fuit plena. i. qñ venit plenitudo temporis, tunc vere in cẽtro
.i. in vtero istius gemmæ apparuit stella Iacob Dei filius per
incarnationem, qui per miracula & sanctam vitã splenduit si
cut stella, quia tunc misit Dei filium suũ factum ex muliere,
&c. ad Gala. 4. Et ideo qñ ista fuit opposita & coniuncta ipsis
stellis, i. Deo, sanctis & angelis, in assumptione. s. tunc vere
splendorem æternæ gloriæ sibi ipsi rapuit & assumpsit. Figu-
ra Apo. 12. de muliere amicta sole, & luna. &c. Vel dic q̃ iste
lapis est aĩa glorificata, q̃ propter fulgorem gloriæ quẽ acqui
rit quando coniungitur alijs stellis. i. sanctis, põt dici crystal
lo similis in fulgore, quia ꝑ certo statim q̃ ipsa uenit usq; ad
lunã plenã. i. usq; ad plenitudinẽ gloriæ par adisi, tunc in me-
dio eius resultat stella. i. Deus. s. tãquã in speculo, quia in bea
tis tanquã in speculis spiritualibus uidebitur Deus sicut di-
cit Apostolus 1. ad Cor. 15. Erit Deus oĩa in omnibus. Ideo
Ecclesia. 50. Sicut luna perfecta in diebus suis lucet. *Vel dic*

quod

dic q talis stella debet quilibet esse, quia s. lucẽ dẽt habere si cut crystallum p morũ honestatẽ, & in centro cordis nři dẽt esse stella Iacob Christus per grãm & charitatẽ, vel stella. i. diuina scientia per sagacitatẽ. Et si stellis. i. sanctis, sapientib. & discretis adiungimur per societatem, eorum fulgorem debemus rapere. s. eorum vitam & sanctitatem addiscendo, & eorum sapientiã, & bonitatem. Vnde Eccl. 50. Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena in diebus suis lucet.

## De Gemma Alectoria. Cap. 48.

Alectoria seu alectorius lapis est qui inuenitur in uentriculis gallinaceis, similis obscuro crystallo ad quantitatem fabæ ad plus, & sm magos, facit certantẽ inuictum, & insuperabilem. Secũdum Diosc. aũt iste lapis excitat venerem gratum facit, & constantẽ, victorem, discretum, & oratorẽ, & amicos reconciliat, & reprimit in ore sitim. Iste lapis significat quãtum vel ẽt diuinã scientiã, & scripturam, quę pro certo in ventre gallorum. i. virorũ spũalium perfectorum vel cantantium, & laudem gloriæ Deo annuntiantiũ. i. pdicatorum dẽt iugiter reperiri, quia vere iste lapis s. sacra scriptura si perfecte memoretur, facit hoiem inuictũ per perseuerãtiã, & victorẽ. s. cõtra hostis tribulationes, & tentationes, & ad litterã gratũ eloquentem & discretũ, & ad venerem. i. ad spũalem gratiam prædicationis excitat, sitim ẽt auaritiæ reprimit, & si ab amico nřo Christo segregati fuerimus per pcm̃, nos eidem reuniet & cõiunget. Et ista scriptura dr crystallus obscura, quia vere in ea est claritas sapiẽtię, & tñ cũ hoc difficultas, & obscuritas inuenitur. Vel expone de charitate, quæ facit inuictũ, & c. sicut supra, & amicos reconciliat, quia. s. facit iniurias faciliter indulgere & c. Charitas. n. oia suffert, oia sustinet. 1. ad Cor. 13. Vel dic de patiẽtia vel perseuerantia, quæ vincere facit & obtinere, s. gloria finaliter, & facit hoiem gratiosum, & ei reconciliat inimicos. Vnde Prou. 16. Melior est patiens viro forti. vel expone totũ de viro perfecto & pdicatore, vel ẽt de Chřo vel beata virgine, qui fuerunt crystallini, s. splẽdẽtes per honestatẽ, & tñ obscuri per humilitatem & c. sicut supra. Nã suis verbis, & orationib. homo reconciliatur amico suo Deo & c. sicut supra.

## De Asterite gemma, quam Plin. li. 31. c. 9. asteriam vocat. Cap. 49.

Asterites est gemma candida, inclusam cõtinens lucẽ, sicut stellam ambulantem, quæ reddit solis radios cãdicantes, vt dicit Isid. li. 16. c. 10. Talis est beata virgo, quia pro certo ipsa fuit cãdida per florentẽ castitatẽ, & ideo sua & stella Iacob. s. Dei filius, intra eius vterum se inclusit, s. per incarnationem, qua orta est stella ex Iacob. Nu. 24. Et ideo ista reddit solis radios cãdicantis, hoc est dictũ, q qñ aliquis est ei deuotus, pro certo ipsa sibi impetrat q per solis radios. s. per virtutem, & grãm Iesu Christi candidetur, & dealbetur per castitatem & honestatem. Ecce nubes candida operuit eum Mat. 17. Vel expone de aia vel persona casta, q in se continet lucem boni exempli, & sic alios candidat, & illustrat quantum in se est, s. per boni exempli dationem. Omni tempore sint vestimenta tua candida. Eccl. 9.

## Amanton dicitur hic lapis Isid. li. 16 c. 4. Plinio vero & Dioscoridi amianthus. Cap. 50.

Amantes fm Isid. est lapis quo si vestis contracta fuerit, non ardebit, vt dicit Isido. Hic omnib. magorum
2 maleficijs resistit. Rectè talis est virtus patientiæ, constantiæ, & perseuerantiæ, quia vere si vestis. i. aia fuerit ista virtute bene tacta, & ei perfecte cõiuncta, tunc nõ ardebit nec consumetur per pcm̃, licet igne tentationis vel tribulationis fuerit æstuans. Nã magorum maleficijs. i. demonũ tentationib. hæc obuiat & resistit. Vel dic q ista est charitas, vel timor Dei, vel ẽr ipse Deus. Timor. n. Dei expellit pcm̃. Eccl. 1. Et Deus de se dicit Esa. 43. Si ambulaueris per ignẽ, non cõbureris, quia ego tecũ sum. Est igitur iste lapis Deus habendus. s. per charitatẽ & grãm. Vel expone si vis de grã assistente martyrib. in tormentis, & cęteris sanctis in tribulatio
3 nib. & in pœnis, vel dr humilitate vel tribulatione. ¶ Item fm Isid. ibid rm. li. 16. Amantes si in igne ponatur nunquã cõburitur, sed accepto splendore nitidior reperitur. Et est lapis similis alumini. vestis ẽr ab eo cõtacta, nõ cõburitur igne. Verè charissimi tales debemus esse quia vere nos debemus more aluminis translucere per honestatem, & si in igne tribulationum ponimur, tantã debemus habere constantiæ, & patentię firmitatẽ, q nõ debemus cõburi s. per Impatientiã iracundiã vel cõcupiscentiã, vel pro pctã. Oib. n. ignib. s. tentationũ tribulationum, iracundiæ, erudelitatis, cupiditatis & carnalitatis debemus viriliter repugnare, nec ab ipsis debemus per aliquod viriũ permittere nos cõburi, quinimo sp debemus in ignib. meliorem. i. maiorem recipere claritatẽ, s. grã & virtutis exemplum de Iob & Tobia, & Laurentio. Igne me examinasti & c. Ea od. 3. Rubus ardebat, & non cõburebatur. Ec talis per oĩa fuit Christus & ideo illi qui ab eo sunt tacti per suam gratiam & amorem, huiusmodi ignibus non læduntur.

## De Birillo lapide. Cap. 51.

Beryllus est lapis iodicus, smaragdo similis in virore, pallidus est, & quanto pallidior, tanto melior fm Dio. 2
& hic fulgorem non habet nisi scindatur, & ideo ab indis in sex angulos præparatur. Et est quædã spẽs beryli fm Isid. cuius pallida viriditas in colorem aureum resplendet, oculos aũt miro modo confortat. Sic vere sunt hodie multi qui nullũ habent fulgorẽ honestatis vel bonæ cõuersationis, s. pctõres, donec scindat. i. donec multis tribulationibus à Deo vel plato percutiant, & ideo in sex angulos a Deo scinduntur, quia. s. Deus adhibet pctõrib. sex gña tribulationum, s. famẽ, sitim, dolorẽ, laborẽ, amissiones rerum & amissiones amicorum. Istę. n. sunt sex sagittæ quib. sagittat Deus pctõres, & tunc hõ correctus efficitur splendidus per honestatem, pallidus per humilitatẽ, vel per timorẽ, & pnæ asperitatẽ, q hoiem pallificant & deficcant. Viridis est per bonitã, & bonã cõuersationẽ, & sic qñqz resplendet vt aurũ per sapiẽtiã, & discretionẽ, qa sicut color viridis summe recreat visum, & delectat, sic bona conuersatio bonorum aliorum visũ dr cõfortare, quia pulchrũ est videre honestũ hoiem, & maturũ. Ideo dr Iob 5. In sex tribulationib. visitabit te, & in septima nõ tanget te malũ. i. in morte, quę est septima tribulatio, quia. s. illi qui modo à Deo corriguntur, & visitatur, in morte finaliter nõ lædentur. Vnde Ps. Visitatio tua custodiuit spũm meũ. Hæc oia apparent in beato Paulo, dicentes ad Heb. 12. flagellat Deus oẽm filium quẽ recipit (quia sicut ipse dicit act. 14.) per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cęlorum. ¶ Beryllus fm Diosc. facit hoiem mi 2
tem, inuictũ, & adhibet bonum ingeniũ, valet cõtra hostes & lites, & cõtra vitia hepatis, & cõtra vitia oculorum, & hominẽ magnificat & exaltat. Charissimi, berillus, q coloris est pallidi, significat virtutẽ humilitatis, quia pro certo se. psam reputat sp pallidã & deformẽ, & hæc facit hoiem mitẽ, & benignum, & valet cõtra hostes, s. cõtra demones & tẽtationes inuictum efficit hoiem ab eisdẽ, quia vere soli hoies humiles & infirmitatẽ & vilitatẽ propriam cõsiderantes, tentationib. resistunt ne ab eis vincantur, & hoc quia tales a dño pręcęteris adiuuantur. Ad quẽ. n. respiciã, nisi ad humilẽ corde? Esai. 56. Et facit ẽt hoiem ingeniolum, quia sicut dr Prou. 11. Vbi fuerit humilitas, ibi & sapientia. Et vitijs hepatis (vbi est sanguis). i. voluptati & luxuriæ, vitijs ẽt oculorũ. i. inuidiæ ista virtus resistere cõprobatur. Humilis. n. nulli inuidet, quia se reputat alijs viliorẽ. Quã sine inuidia cõico. s. sapiẽtiã. Sap. 7. Et tñ sequi bene vltimũ, s. q hoium magnificat qa vere sola humilitas extollit, s. ad magnificentiã paradisi. Qui se exaltar humiliabit. Mat. 23. Lu. 18. Et iõ Iob 5. Ponit humiles i sublime. & Prou. 15. Gloria præcedit humilitas. ¶ Beryllus solis radiis 3
oppositus, manumtenentis exurit. Sic verè sunt multi, qui oppo nuntur ad solem. i. ad prosperitatem mũdanam, statim volunt alios cõburere per detractionẽ vel rapinã vel tribulationem. Vel dic q iste beryllus significat spem quæ tacta radijs solis. i. per influentiam, & gratiæ spũalis, per feruorem, & desiderium æternorum suum exurit possessorem. & ideo sicut secundum Diosc. Beryllus tollit suspiria, & amorem coniugalem dirigit, sic vere spes æternorum tollit suspiria & tristitiã q ex mundi tribulationib. cõcipitur, & cõiugalẽ amorem i. cõiugiũ & copulã charitatis dirigit & colerat. ¶ Itẽ Beryl 4
lus qui pallidior est melior est. Sic inter hoies illi, q est pallidior p pniam corporalẽ, vel p mortis cõsiderationẽ tristior apd deũ melior iudicat. ps. Posteriora dorsi eius pallore auri.

### De Bitumine. Cap. 53.

1 BItumen est terra tenax, viscosa & limosa, in locis palu
strib. præcipuè inuenit̃, vt dicit Isid. Tales est pctm̃ lu-
xuriæ, qa vere istud est tenax & glutinosum, qa hoiem
luxuriosum ita tenaciter inuoluit, q vix se pôt de hoc
vitio liberare si semel fuerit irretitus. Eccl. 24. hoi fornicario
oīs panis dulcis, non fatigabitur transgrediēs vsq; ad finem.
Est ēt limosa per carnalē affectionē, & delectationē, & in lo
cis palustrib. i. in deliciosis, & carnalib. inuenitur. Et ideo ista
est similis bitumini de Iudeo qd̄ circa mare mortuū inuenit̃
cuius natura est ardens, igniū cognata, qd̄ iā æ est tenacita-
tis, q nec aqua nec ferro rūpatur, & est nigrum, & fœtidū, &
ponderosum, & virtutē habet attrahendi, & cōsumendi, fm
Plat. Sic verè luxuria est ardens, & inflammans, & fortiter li-
gat, & tenet p īfamiā, & hoiem attrahit, p delectationē, & sic
eū cōsumit. s. corporaliter vitā abbreuiādo, & corp⁹ destruē-
do, & tpaliter & æternaliter per pctm̃, & iō in mari mortuo. i.
in pctōrib. qui carent vita grãæ, inuenitur tale bitumen. i. luxu
riæ tenacissimę ligamentū. Iō de istis pôt intelligi illud Mat.
22. Ligatis manib. & pedib mittite eū in tenebras exteriores.
Isti. n. vident̃ p cæteris pctōrib magis esse in tenebris, & visū
penitus amisisse. Vel dic q talis est mala mulier, & luxuriosa,
& ēt quicunq; luxuriosus, quia vere limosa est p carnalitatē,
& voluptatem, & in palustrib. i in mūdi delicijs inuenitur, &
ideo ista est sicut bitumen maris mortui, quia pro certo ar-
dens est in se per desiderium & libidinē, & igneum. s. inferna
lium est cognata, quia finaliter ad eos deuoluetur. Ardet etiā
& inflammat alios per tentationes, quia eloquium eius sicut
ignis exardescit, & iō dr̃ attrahens, quia vere attrahit, allicit
& seducit. Prou. 7. Statim eā sequit̃ &c. Et dr̃ esse tenax, qa ve
re hoīem ita fortiter tenet, q vix se pôt de ea liberare, & hęc
ne per aquā doctrinæ, monitionis vel pdicationis, nec ferro
tpalis tribulationis sperari pôt, sicut ad sensū patet. Iō dr̃ Ec
cl. 8. Inueni mulierē morte amariorē vincula sunt man⁹ ei⁹.
Et pp hoc bene sequit̃ aliud, s. q hēt virtutē cōsumendi, quia
vere mala mulier cōsumit hoiem, & quātū ad corpus, & qñtū
ad aīam, & quantū ad sūbam tpalē, quia nunq̄ bō luxuriosus
diues est Exemplifica hī. Et iō dnr esse fœtidæ, pp earum in-
famiā, ponderosæ pp suā pigritia, & nigræ, & deformes pp
malā cōuersationem, & insolentiā, vt Baruch 6. dr̃. Nigræ sūt
facies eorum de fumo qui in domo fit. ¶ Fumus cōbusti bitu
2 minis Iudaici valet ad eductionem monstruorū, & somno
lentis & phlegmaticis prodest, qa phlegmata educit, & som
nolentos excitat. Bitumen est pctōr luxuriosus, q in inferno
comburitur, & ideo fumus talium. i. memoriam mortis ma-
lorum valet. s. ad educēda menstrua, & phlegmata. i. ad dimit
tendum luxuriā, & carnalitatem, & ad somnolentos excitan
3 dum, est ad deponēdum oēm pigritiā, & tepiditatem. ¶ Bitu
men & spāliter illud qd̄ est in Iudea, hēt naturā ardentē, & tā
tę est tenacitatis, q nec aqua nec ferro pôt dissolui, sed tm̃ san
guine menstruali, & iō valet ad naues inungendas, & linien-
das, & istud virtutē habet attrahendi, cōsolidādi, & cōsumen
di, multū valet ad vulnera cōsolidāda, qñ puluerizatū super
ponit̃, sicut dicit Pla. §. de asphaltite. Rectè talis est charitas,
quia vere naturā habet ardentē. quia oēm hoiem accēdit, &
inflāmat, & natura habet tenacē, quia vere nihil fortius strin
git aut ligat p cōcordiā & virtutem q̄ amor, qa illi qui isto
bitumine sunt perfectè liniti, & qui perfectè se diligunt, nun-
qua pñt separari nec per aqua prosperitatis, nec per ferrum
& duritiā cuiuscunq; aduersitatis, & iō vtile est q in nauib. i.
in religionib. & ecclesiasticis statib. bitumen amoris ponat̃,
vt sic ibi vnitas & cōcordia cōseruetur. Istud. n. bitumen hēt
virtutem attrahendi, quia vere nullus diligit alium, quin sta-
tim alter naturaliter attrahat ab eius dilectione. Vnde Sene-
ca dicit, Ama si vis amari. & Prou. 8. dicit Deus. Ego diligen
tes me diligo. Virtutē ēt habet cōsolidādi, quia vere oīa vul
nera. i. mundi tribulationes cōsolidat atq; sanat, qa amor oīa
aduersa facit leuia Vnde alius dicit q solus amor difficulta-
tem nescit. Et iō bene sequitur q habet virtutē consumendi,
qa vere oīa pctā, iniurias ēt s. ctas annihilat, & cōsumit. Cha
ritas operit multitudinē pctōrum 1. Pet. 4. & Prou. 10. Et hoc
maxime bitumen de Iudea hoc est dictu, amor charitatis, q
in iudea. i. in ecclesia reperitur. Verum si sanguis menstrualis,
hoc est dictu, infectio luxuriæ & violatio sanguinis, & cōsan-
guinitatis, s. incestus, illud bitumē destruit, & corrumpit, qa
vere amorē & cōcordiā Dei, & hoīm amor iste seu furor po
tius rumpit. Sæpe. n. accidit q sub spē amoris, & sanguinis lu
xuria cōmittit, & sic amoris veritas corrumpitur. Ideo bñ dr̃
Leu. 18. Vnusquisq; ad pximā sui sanguinis nō accedet. Vel
dic q bitumen est terra tenacissima & significat perseueran-
tiā &c. ¶ In mari mortuo iuenit̃ bitumē ita tenax q nec ferro
nec aqua soluit̃. Sic verè in inferno ē tāta tenacitas, q nullus
pctōr pt exinde liberari vel exire &c. Vide de lacu asphaltite.

### De Calculo. Cap. 53.

CAlculus est lapillus rotundus & leuis, dictus a calcan
do, eo q sine molestia pp eius lenitatem pôt cōculca 1
ri. Iste. n. est purus, planus & lenis ex oī parte, fm Isid.
talis est vir perfectus, quia vere rotundus est per obe
dientiā, & perfectionē, lenis est per benignitatem, purus p ca
stitatem, planus per veritatem, & ideo sine molestia pôt talis
calcari, & vilipendi. Humiles. n. & perfecti nō lędunt alios se
calcantes cōtemnentes vel castigantes. Et iō tales fuerunt fi
gurati. Esa. 6. vbi Esaias vidit calculū ignitum. & Apo. 2. vbi
Ioannes vidit calculum candidum, vbi erat nomen Christi scri
ptum, Sic vere tales perfecti sunt igniti per charitatē, & can-
didi per castitatem, & iō in eis scribitur nomen Christi. i. Xpi
imitatio per perfectionē, & sctītatem. Vel per calculum intel
ligo gloria æternā, vbi est rotunditas motus & agilitatis, &
claritas & lenitas subtilitatis & duritia impassibilitatis. Figu
ra Apo. 2. Qui vicerit, ego dabo ei calculum cādidum. i. glo-
riā æternā. ¶ In calculo nō vr̃ esse ignis & tñ qñ tangitur, & al 2
liditur ferro, tūc ignis exinde prorumpit. Sic vere charissimi
in aliquib. non vr̃ esse ignis discordiæ, & iracundiæ, quia vi-
dentur esse lenes & benigni, ponderosi & maturi frigidi. i. hu
miles & timorosi, tñ qñ tāguntur. s. aliquo verbo vel iniuria,
tunc vere statim exilit ignis iracundię & impatientię, q alios
deuorat & corrodit, vel ēt ignis crudelitatis & rapinæ, quia
vere multi sunt principes & prælati, qui quāuis videant̃ esse
boni & sancti, tñ inuenta occasione crudeliter puniunt, & in
flāmat. Figura Iud. 6. vbi ad tactū virgæ angeli ascendit ignis
de petra, qui oīa deuorauit. Sic verè ad modicum tactum oc
casionis vel modicæ iniuriæ, vel ad tactum virgæ angelicę. i.
correctionis pręlati & superioris, de petra. i. de malis egredit̃
faciliter ignis rixæ, discordiæ, impatientię, & clamoris, a quo
circumiacentia deuorātur, sicut patet de malis qui correctio
nes prælatorū nolunt in patientia sustinere, sed per rixas, &
appellationes statim nituntur alios deuorare. Amos 5 Ode-
runt in porta corripientē. Vel si vis pone figurā de rāno Iud.
9 Applica. Vel dic de viris perfectis à quib. exit ignis diuini
amoris, qñ percutiunt̃ per tribulationes. ¶ Scrupulus est par
uulus lapillus asperrimus, qui tangentē qñq; perforat, & cor 3
rodit. Sic falsi humiles, & detractores sunt asperrimi qa vere
non pñt tangi vel corrigi, quin statim lædant alios, & diffa-
ment. Calculus aliquando generatur in corporalibus anima
lium &c. vide supra li. de passione renum. §. de calculo.

### De Lapide coticula, nā est & cotes siu lapis naxius quem aliud esse putant à coticula teste Hermolao. Cap. 45

COs græcè, īcisio dr̃ latinè, eo. s. q gladios acuit ad scin
dendum, sed cos alia indiget oleo, alia aqua, sed oleū 1
lenem facit gladium, aqua acutū. Talis est doctor vel
prædicator, quia verè gladios. i. intellectus humanos
acuit per subtilitatem, & eos ad scindendum, s. carnem pro-
priam. i. ad eam macerādam præparat, & disponit. Exacuera
o mucro dñi. Eze. 21. Et quidā vtuntur ad hoc aqua miseriæ
& tribulationis, s. illi qui prædicādo cōminando, alii oleo di
uinæ miæ, vel quidam aqua sacræ scripturæ, alii oleo adula-
tionis &c. Et sicut cos gladios acuendo seipsam cōsumit, sic
mali prædicatores alios exhortantur, sed ipsi per vitia cōsu-
munt̃, dicunt. n. & non faciūt. Mat. 23. ¶ Cos in hoc q seruit, 2
seipsam cōsumit. puluis aūt ab eius sūba resolutus, virtutem
habet desiccatiuam, repercussiuam, & sanguinis restrictiuā.
Talis est malus prædicator, qui vere alijs prædicando & do-
cendo seipsum consumit per vitia & pctā sicut patet in hypo
critis. Puluis iste est doctrina, q̄ a cote. i. à doctorib. resoluit̃,
quæ valet aliis, s. ad repercutiendum malas affectiones, ad re
stringendum sanguinem, & luxuriam, & carnales infectio-
nes,

nes, & ad desiccãdũ voluptates & delectationes. Fac. §. & dic
ꝙ puluis qui resoluit a cote.i. a doctorib⁹ & pdicatorib⁹ &c.

1 *De Calce.* *Cap. 55.*

CAlx est lapis adustus, ex cuius cõmiatione cũ arena &
cum aqua, fit cementũ aptum in ædificijs & structu-
ris. Lapis.n. non põt melius lapidi copulari, q̃ calce
coniunctus. Calx aũt quæ de duro lapide fit, melior
est structuris. Illa autẽ quæ fit de molli lapide, vtilior est in
tectis, ſm Isi. li. 6. c. 3. Calx quæ calidæ est naturæ, significat
charitatem, & ideo si in ædificio religionis vel ecclesiæ defi-
ciat cementum concordiæ & vnitatis, tunc debent accipere
calcem charitatis, aq̃ pietatis, arenam.i. pondus pœnitentiæ,
vel humilitatis, & sic poterit fieri cementum cõcordiæ, quo
alter alteri vniatur, sicut dr̃ de turre Babylonis, Gen. 11. vbi
habuerunt bitumen ꝑ cemento. Vel per calcẽ quæ est acutæ
naturæ, intelligo correctionẽ, quæ vitia corrodit, ex qua cũ
aqua pietatis & arena humilitatis fit cementũ cõcordiæ vel
charitatis, q̃ si de lapide duro.i. a plato rigoroso elicitur, vti-
2 lis est ad structurã fidei atq; morũ. ¶ Calx est naturæ calidæ
& siccæ in quarto gradu, & iõ virtutẽ habet corrosiuã. vul-
nera.n. putrida sanat, supfluã carnẽ corrodit & cõsumit, mix
ta cũ aqua & auripigmẽto pilos cadere facit, ſm Plat. Talis
est cõtritio corrosiua, q̃a vere carnes supfluas.i. carnalẽ volu
ptatẽ cõsumit, & vulnera.i. ipsa pctã sanat, & si cũ auripig-
mento.i. cũ aspera pœnitẽtia, si cũ aqua.i. cũ Dei mĩa miscea
tur, tũc pilos.i. mũdi diuitias facit cadere, hoc est dictu, cõtẽ
ni & vilipẽdi, & erogari pauperib⁹, vlcera ẽt.i. læsiones & re-
3 morsus cõsciẽtiæ mitigat atq; sanat. ¶ Calx viua exterius vr̃
esse frigida, q̃ tñ est interius multũ feruens, & hoc patet, quia
ꝓfusa aqua, statim apparet ibi ignis incẽdiũ, s. ꝑ calorẽ & fu-
mũ, & dissoluit̃ & aperitur, & calor & fumus emanãt, & ex-
terius euaporat. Talis est vir humilis, qui scit suas virtutes oc
cultare, quia vere licet exterius quãtũ ad apparẽtiã videatur
esse frigidus.i. tepidus & indeuot⁹, totus tñ in corde est mul
tũ feruid⁹ ꝑ charitatẽ. Nã qñ aqua deuotionis & diuinæ gra-
tiæ vel ẽt pdicationis vel doctrinæ, vel ẽt aqua exterioris
tribulationis, vel aqua ẽt tẽporalis consolationis propensius
irrigatur, tunc dissoluitur ꝑ contritionẽ, aperitur ꝑ cõfessio
nẽ, rumpit̃ & diuiditur ꝑ misericordiã & satisfactionem, &
tunc exinde exit fumus orationis, & calor feruoris & dile-
ctionis, & sic apparet esse calidus, licet frigidus videret̃. Qđ
ẽt põt applicari de plõis leuibus, q̃ videntur esse exterius
malæ quantũ ad leuẽ conuersationẽ, q̃ tñ qñq; sunt interius
valde bonæ. Iõ talibus põt dici illud Psa. Probaui te apud aq̃
cõtradictionis. Boni.n. quanto talibus aquis magis sparguntur
tanto feruores suæ charitatis melius ostendunt̃, & tanto per
laudẽ orõnẽ & gratiarũ actionẽ aperiunt̃ & dilatant̃ Sapi.
19. Ignis in aqua valebat supra suã virtutẽ, & aqua extinguẽ
4 tis naturæ obliuiscebat̃. ¶ Calx cũ sit igneæ naturæ, tñ ꝑ aq̃
accendit̃, & ꝑ oleũ extinguit̃. Sic verẽ calor charitatis, qui ꝑ
calcẽ designat̃, in aqua.i. in fluctibus tribulationũ & paupet
tatũ accendit̃ & augetur, in oleo aũt.i. in mũdanis deliciis ex
tinguit̃ & necat̃, cũ tñ alij ignes, s. auaritia & luxuria in aqua
tribulationis extinguantur & deficiant, & in oleo prosperita
tis conualescant. Ideo de charitate dr̃ Sap. 16. In aqua q̃ oĩa
extinguit, plus ignis valebat. ¶ Calx ita cõsueuit fieri, q̃a la-
5 pis durus accipitur, & in forti igne ponitur, vbi exuritur &
coquitur, & tunc ab igne extrahitur, aqua aspergitur, & sic
statim dissoluitur & aperit̃, tabescit & fumescit, & exinde fit
cementum & etiam medicina. Sic vere qñ Deus vult conuer
tere lapidem durum.i. peccatorem obstinatũ, primo coquit
ipsum in igne fortis tribulationis, deinde irrorat eũ aqua suæ
gratiæ & internæ inspirationis, quia alias non valeret tribu-
latio, & sic dissoluitur per contritionẽ, & aperitur per con-
fessionem, diuiditur per largitatem & elemosynarum largi
tionẽ, calescit ꝑ dilectionẽ, & fumat per orationẽ, & sic effi-
citur vir iustus & perfectus, & quo ad verba & exempla fit
alijs medicina, & etiam cementũ concordiæ & amoris, sicut
patet in Paulo. Lapis solutus calore in æs vertitur, Iob 28.

*De Cemento.* *Cap. 56.*

CEmentum est illud cũ quo iunguntur lapides in parie-
te, & est colorum principium & fundamẽtum, quia nisi
primo ponatur cementum, nunquã potest perfecte pa-
ries colorari. Melius autẽ adhæret parieti qñ primo paries
est humidus & maximẽ cemẽtum quod dr̃ gypsum siue pla
strum. Charissimi, tale cementum est charitas, quæ pro certo
est illud mediante quo in ædificatione ecclesiæ vel religio-
nis lapides sanctuarij.i. bonæ personæ inuicem coniungun-
tur per concordiæ vnitatẽ, quia vere qñ deficit cementũ cha
ritatis, alter ab altero per discordias & partialitates diuidi-
tur. Ideo docet Apostolus. Colos. 3. Super oĩa aũt charitatẽ
habete quæ est vinculus perfectionis. Et istud cementum est
colorũ fundamentũ, quia vere oĩs color perfectionis & vir-
tutis & honestæ conuersationis parum nihil proficit, nisi sit
fundatus super cementum interioris charitatis. Patet.n. fami
lias ædificat domum suã supra petram. Matth. 7. Istud ẽt ce-
mentum melius inhæret parieti.i. personæ quæ humore pieta
tis naturaliter humectatur, quia inter homines pios & beni-
gnos melius charitas præseruatur. Vide quomodo fit cemen
tum, s. de calce. §. 1. & de plastro infra vbi agitur de francia.

*De Carbunculo* *Cap. 57.*

CArbunculus est lapis preciosissimus, ignei coloris, 1
qui ita fulget, ꝙ nec nocte vincitur fulgor eius. Lucet
.n. de nocte ita ꝙ vsq; ad oculos radios vibrat. Et cũ
sint multæ eius species, s. 12. ille tñ est potior qui plus
fulget & rutilat more ignis vt dicit Isido. Talis est vir perfe-
ctus, quia vere est igneus per feruẽtem charitatem, fulgidus
per lucidam honestatem, & maximẽ talis debet esse præla-
tus, prædicator vel religiosus, quia vere vsque ad oculos
aliorum debet radios suos idest exempla sua & bona opera
deriuare. Vnde nulla nox.i. nulla ignorantia vel aduersitas
debet eum extinguere per peccatum. Non extinguetur in
nocte lucerna eius Prou. 31. quia vere luce suæ sapientiæ &
discretionis, splendore suæ bonæ vitæ & conuersationis de-
bet noctem aduersitatis vel ignorãtiæ aliorũ efficaciter illu-
strare, exẽpla & documẽta suis dãdo. Io. 1. Lux in tenebris lu
cet &c. Et quãto rubicũdior est & splẽdidior.i. quãto in cha
ritate & honestate feruẽtior, tãto melior dici debet. Luceat
ergo lux vestra corã hoĩbus, vt videãt opera vestra bona &c.
Matt. 5. Vel si vis ꝑ carbũculũ intellige virtutẽ charitatis, q̃
pficitur in aduersis, & radios bonorũ operũ & exẽplorũ ex
se ꝑducit. ¶ Est q̃dã species carbũculi cæteris nobilior, ignei
coloris, zona cãdida circũcincti, cuius est propriũ ꝙ in igne 2
positus velut inter carbones mortuos extinguit̃, sed aqua su-
pfusus iterũ inardescit, vt dicit Isi. li. 16. c. 13. Talis fuit Chri-
stus, quia colorẽ habuit igneũ ꝑ feruorẽ charitatis, cinctus
fuit zona candida castitatis, in igne passionis extinctus fuit
per mortẽ, sed tandẽ ꝑ aquæ infusionẽ.i. per cælestis gratiæ
infusionẽ iterũ reuixit. Vñ Eccle. 48. Surrexit Helias quasi
ignis cõstãs. Vel dic ꝙ iste est bonus religiosus, qui habet cha
ritatẽ, & castitatẽ, qui si aliqñ in igne tribulationis & tẽtatio
nis positus extinguat̃ ꝑ vitia & pctã, qñ tñ ipsum iterũ Deus
ꝓfundit aqua suæ misericordiæ & grãæ, cõtritionis & confes-
sionis, vel ẽt deuotionis, tũc vere iterũ reuiuiscit. Ignis in a-
qua valebat &c. Sap. 19. quia tunc recipit pristinã virtutem,
pulchritudinem & honestatem. Vel expone si vis de malis,
quorum fulgor.i. ardor concupiscentiæ in igne tribulatio-
nis & aduersitatis extinguitur atq; cessat, & in aqua munda-
næ prosperitatis iterũ inualescit. Vel expone de multis imp-
fectis, qui ignẽ tribulationis nequeũt sustinere, sed ibidẽ posi
ti, ꝑ desperationẽ. impatiẽtiã, & ꝑ alia diuersa vitia extinguũ
tur, qui tñ in aqua ꝓsperitatis viui & ardentes ꝑ charitatẽ, &
gratiã inueniunt̃. Allega sicut supra de calce §. 4. ¶ Est quædã
species carbunculi in India, dicta sandaseroa, in cuius specie
velut inter lucidos ignes apparent guttæ aureæ relucẽtes, &
est precii incõparabilis. Est ẽt q̃dã carbunculi species cæteris
nobilior, q̃ zona candida est ꝑcincta. Oĩs aũt carbunculus
nocte & die rutilat atq; fulget, & more ignis iugiter narde
scit. Et est q̃dã alia species q̃ folia librorũ & paleas attrahit,
cũ a sole vel attritu digitorum fuerit calefacta, ſm Isi. Talis
fuit beata virgo, q̃ pro certo habuit splendorẽ honestatis,
ruborem charitatis, zonã cãdidã floridæ castitatis, & ideo p̃-
cij incõparabilis & inæstimabilis fuit, q̃a vere nec i nocte ad
uersitatis, nec in die prosperitatis cessat radios suæ gratiæ &
miæ emittere, & folia librorũ.i. clericos & litteratos, paleas.i.
laicos & peccatores ad se attrahere vel leuare, & hoc qñ a di
gitis nostris.i. a nostris operibus & orationibus fuerit insti-
gata, sicut dicitur Cant. 1. Trahe me post te, in odorem vn-
guentorum tuorũ curremus. Ista aũt in se repræsentauit gut

tas aureas.i.vniuersitatē bonorū operū virtutū,& exēplorū, q̄ pñt in ea reperiri. Vñ Sap.7. Cognoui q̄m oīm bonorū mater est. ¶ Est qdā spēs carbūculi q̄ lychnites,& dr̄, & remissus carbūculus nuncupat̄,eo q̄ à rubore aliorū declinat,q̄ ita dura est,q̄ sculpturæ resistit,& si aliq̄ñ sculpat̄,& eicera apponatur,velut aiali morsu sp ceræ partē secū retinet,atq; rapit,& calefactus ēt à sole vel a tritu digitorū,paleas & folia librorū eleuat atq; trahit. Sic verè inter carbunculos.i.inter viros iustos & religiosos sunt aliq̄ñ tales lychnites.i.personæ pigræ, & remissæ,q̄ a rubore charitatis deficiunt, & declinant,q̄ ita sunt dori,& obstinati,q̄ sculpturæ.i.impressioni monitionis vel doctrinæ vel grãæ spūssancti resistunt,& iō si certa vel palea.i.aliqua mūdi bona vel aliqua administratio t̄palis eis apponat̄ vel cōcedatur, tunc verè calore auaritiæ calefacti,sp aliquid ad se trahunt,& partē retineot cōmissorū,more Ananiæ defraudantis de precio agri. Act 5. Istud patet in malis p̄latis,& dispensationib. qui bona sibi cōmissa non dispensant pauperib. se accumulant in turrib.& suis parentib. distribuūt patrimoniū crucifixi. Io.20. Cum exaltatus fuero à terra,oia traham ad meipsum. ¶ Baladius est spēs carbunculi quę in vena sapphiri inuenitur,vbi virtute cœlesti generatur,s̄m Isid. Sic verè Christus in vena.i.in ventre virginis(quæ sapphirus dicitur)est inuētus,vbi ex mystico spiramine sine virili semine est genitus,& productus. Vnde Iob 38. Quis posuit in visceribus hominis sapientiam.

*De Chrysopasso lapide. Cap 58.*

CHrysopassus est lapis æthiopicus, quē lux celat,& p̄dit obscuritas. Nā de die vr̄ aure⁹, de noctē ignei est coloris. Nā de diē quasi splēdorē amitiēs, in auri speciē expallescit. Sic verè boni,& iusti dn̄t de die.i.i manifesto & in publico,& in aliorū apparentia se occultare, & suas virtutes celare p̄ humilitatē,in nocte aūt.i.in occulto,& abscondito debent suum ruborem.i.ardorē suæ charitatis p̄ bona opera declarare,quia pater tuus qui videt in abscōdito reddet tibi. Mat.6. Et ideo Seneca. Esto occultator virtutum,sicut alij vitiorū. Vel dic q̄ iste lapis est charitas, q̄ pro certo in die.i.in prosperitate mundana deficit,& pallescit,in nocte aūt.i.in t̄pe tribulationis proficit,& rubescit,quia verè multi sunt qui in prosperitate deteriorantur,in aduersitate itersi emendātur. Castigasti me dñe,& eruditus sum. Hie. 31. Vel dic q̄ iste est vir perfectus,qui in die prosperitatis debet esse aureus per splendentem honestatem in nocte aūt aduersitatis debet esse igneus per feruentem charitatem, & sic in vtroque tēpore debet se debite regulare. Nocte & die nō extinguetur. Esa.34. ¶ Est in India species chrysopassi viridis coloris sicut prasius seu porrum, guttas habens aureas &c. Sic verè nos debemus esse virides per honestatem, & habere guttas aureas.virtutum vniuersitatem.

*Apud Plinium legitur carchedonius, item venerabilis Beda super Apo.21.ita legit. Cap.51.*

CAlcedonius est lapis pallidus, & hebetis coloris,qui diuino imbre gignitur,& repercussu lunæ plenę inuenitur,qui perforatus & portatus facit vincere causas, & resistit illusionib.demonū,& virtutes cōseruat,s̄m Isid.& Diosc. Et iste nūquam nisi tricolor reperitur,vt dr̄ in lapidario. Iste recte est Christus,qui pro certo ex rore cęlesti .i.per supernalē virtutē i corde terræ.i.in vtero virginis extitit procreatus,quia non ex virili semine &c. Et ideo in illa terra in luna plena.i. in plenitudine t̄pis & in principio t̄pis grãæ est inuentus, quia vbi venit plenitudo t̄pis misit Deus filium suū. ad Gala.4. Et iste fuit perforatus,s.quantū ad perpessa vulnera t̄pe passionis,& tūc factus est ad litterā coloris pallidi & hebetis,s.pp defectū sanguinis.ideo Esa.53. Vidimus eum,& non erat aspectus,virum despectum,& scientem infirmitatē. Et ideo pro certo si sic conceptus & perforatus portet̄ in corde.i. si memoria suæ natiuitatis & passionis habeatur,tunc pro certo per eius influentiā homo in causa suæ salutis obtinet contra hostes,& demonum illusionib. & tētationib.resistit,& virtutes & grãs seruat & custodit,quia vere memoria passionis & natiuitatis summum est refugium pctōris. Et sicut s̄m eundē iste lapis calefactus paleas attrahit, sic verè Christus q̄ñ fuit calefactus illo igne.i.amore quo sic mūdum dilexit vt hō fieret,tunc attraxit,s.secū ad paradisum,paleas.i.vanos & miseros pctōres. Et iste tricolor est.i. habens tres status & circunstantias & considerationes,s.statum natiuitatis,vbi apparuit color humilitatis. Itē statum passionis, vbi apparuit color patientiæ,& firmitatis. Itē statum iudicii, vbi pro certo apparebit color iustitiæ & ęquitatis. Vestiui te multis colorib. Eze.16. Vel tricolor dr̄ Christus,pp tres naturas quæ in ipso conueniunt,s.natura deitatis,natura aię,natura corporis,quæ quidem in Christo in vna persona conueniūt,& sunt vnum. Vel dic q̄ iste lapis significat humilitatē, quæ se pallidam & vilē reputat,& cum rore diuinę grãæ gignitur,& per eius influentiam demonib.& tentationib.resistitur & peccatis. Et ista habet tres colores.i.tres species, quæ sunt: spernere mundum,spernere nullum,spernere sese.

*De Lapide Chrysolito. Cap.60.*

CHrysolitus est lapis decimus in rōnali,sicut dr̄ Exod. 28.qui erat quartus(sicut dr̄ Eze.28.) in opertimento primi anguli,qui erat septimus in fundamento ciuitatis Hierusalē,sicut dr̄ Apo.21. Et est lapis æthiopicus, vt aurū lucens,vt ignis scintillans,in colore mari similis,declinās ad virorē. In auro positus & in sinistro latere gestatus valet contra melancholia & timores nocturnos, & cōfortat intellectū & dr̄ demones terrere & fugare,s̄m Isid.li.16 Talis est vir perfectæ spei,quia verè lucet & scintillat per lętā de fideria,& ideo si auro diuinæ sapientiæ adiungatur,vt si.s.hō sapienter se habeat in sperando, tunc si habeatur hæc spes in latere sinistro.i.in t̄pe aduersitatis(quæ per sinistra designatur)pro certo summe valet & iuuat, quia vere melachnlia,& timor.i.tristitia,& desperatio depellitur,intellectus.i.sapientia,& discretio confortatur,& demones sine dubio deterrentur,quia vere q̄ñ demon videt hoīem qui in aduersis sic sperat de æternis,& ibi figit cor suum,ipsum deserit & dimittit. Spes aūt non confundit. Ad Ro.5. Vel dic q̄ iste est vir perfectus,qui est coloris viridis per honestā apparentiā,splendet vt aurū p̄ sapientiā,rutilat vt ignis p̄ charitatē & amicitiā,& ideo talis valet contra tristitiā & timorem,s.alios confortando,& contra intellectus ignorantiam,alios instruendo,& sic demones ipsum fugiunt atq; timent. Iaco.4. Resistite diabolo,& fugiet a vobis. ¶ Est species chrysoliti dicta chrysolectrus,quæ de mane pulchrior est,sed post color ipsius hebetatur,& ignis est rapacissimus,quia iuxta ignē positus,ipsum cōtinue in se rapit,vt dicit Isid.li.16.de gemmis aureis Sic verè sunt quidam qui in mane.i.in iuuentute videntur splendidi p̄ virtutem & perfectionem,sed tñ postea deficiunt & pallescunt p̄ vitia & peccata & hoc q̄a ignes.s.tentationis sunt multum rapaces, quia q̄ñ iuxta ignē tentationis ponuntur, tunc vere ipsum statim rapiunt, s.consentiendo huiusmodi tentationibus,& ab ipsis se permittūt protinus inflamari. Vel dic q̄ ista est caro,in iuuētute pulchra,post pallida, quæ igni luxuriæ est peruia,quia.s.ab eo faciliter inflamatur, si carboni ardenti.i.si alicui personæ luxuriosę fuerit sociata. Vnde Pro.6. Nūquid pōt hō abscōdere ignē in sinu suo,vt vestimēta ei⁹ nō ardeāt? &c. Ignis cōsumpsit speciosa deserti. Iohe.1

*De Cholidonio lapide, quem Chelidoniam Plinius vocat. Cap.61.*

CHelidonius secūdū Isido. & Diosc. est lapis paruus quia de ventre hirundinum extrahitur, qui licet sit in corpore modicus & despectus, tñ virtutibus est insignis. Duæ eius sunt species,s.niger & rufus. Niger cōtra febres & malos humores valet,& lotus aqua, sanat oculos. Rufus autem valet contra lunaticam passionem & insaniam,& antiquum sanat languorem, & facit hominem gratum,facundū & eloquentem & placentem. Talis est vir humilis,quia vere licet sit rufus vel niger. i.exterius despectus coloris & apparentiæ(quia hodie pęnitentia & humilitas non appreciantur)tñ p̄ certo nō modicæ sunt virtutis, quia verè valent cōtra febres & ardores auaritiæ, contra humores ēt luxuriæ,& cōtra vitia oculorū.i.cōtra peccatū inuidiæ. Inuidia.o.est vitiū oculorū,quia inuidi non possunt videre bonā aliorū. Valet ēt cōtra lunaticā passionē, & cōtra leuitatē inconstantiæ,cōtra insaniā iracundiæ,& contra antiquū dolorē inueterati odij & malitiæ, & sic facit hoiem eloquentē & placentem,s.Deo & angelis & hominibus. Exemplū de Paulo,qui docebat placere omnibus per omnia 1.ad Cor.10.

*De Lapide ceraunio. Cap. 62.*

CEraunius ſm Iſid. & Dioſ. eſt lapis germanicus vel hi
ſpanicus, rutilans vt flamma, qui in locis tonitrui gñā
1 tur, & exinde inferius deriuatur, cuius virtus eſt q̄ p
ſonam, domum & locum in quo fuerit, à fulmine tu-
tum reddit. facit ẽt vincere cauſas & dulciter dormire. Iſte
lapis ſignificat patientiam vel perſeuerantiā, quæ pro certo
in loco tonitrui. i. conflictu & tribulationib. huius mundi ge-
neratur, quia iſta valet contra fulmen aduerſitatis æternæ, q̄
oia penetrat, vel contra fulmē. i. cōtra ſententiā ruditatis, vel
contra tentationes hoſtis, quia vere ſi patientiæ conſtantiam
habuerimus, & perſeuerantiā, hmōi fulminib. lædemur, & cau
ſam ſalutis nr̄æ lucrabimur, & vincemus, & per contempla-
tionem in præſenti, & per gloriam in futuro per eius virtu-
tem dulciter dormiemus, quia ſola perſeuerantia facit vince
re, & ſomnum æternæ beatitudinis obtinere. Requieſces, &
non erit qui te exterreat &c. Iob 11. Vel ſi vis exponede ti
more vel de charitate vel de humilitate, vel dic q̄ illi qui pri
mo fuerunt in tonitruo. i. in ſtatu peccatorum, & exinde de-
riuantur, extunc per conuerſionem efficiuntur optimi cōtra
hmōi tonitruum, fulgur & tempeſtates. i. contra vitia & pec-
cata, ſicut patuit in Paulo. Vel expone de Chriſto veniente
2 do ventre virginis, qui valet &c. vt ſupra, quia virginis thala-
mus eſt locus vbi ceraunius iſte exiit generatus.

*De Cryſtallo. Cap. 63.*

CRyſtallus eſt lapis frigidus, ſplēdidus, lucidus, ſolidus
purus, quia litteras, & alia q̄ in eo ponuntur, manife-
1 ſtat, & aliqñ ex fortiſſimo frigore, aliqñ ex calore fer
uentiſſimo gñatur, ſm Iſid. Talis eſt per oia vir perfe
ctus, quia vere in eo eſt ſplendor atq; luciditas honeſtatis, fri
giditas caſtitatis, ſoliditas conſtantiæ, & firmitatis, puritas
veritatis vel ſenſus, ſagacitatis, quia vere quilibet vir iuſt⁹
eſt purus. i. ſimplex, & tranſparens, quia eius intima alijs in-
noteſcunt, qđ eſt contra falſos & opertos, quorū cōditiones,
& voluntates non pōt aliquis cogitare vel videre, litteras ẽt
ſuas. i. ſcientiā q̄ in eis ponitur, alijs non manifeſtant, ſ. docen
do, & prædicando, quia ſm ſapientē Eccl. 20. Melior eſt ſtul-
tus qui abſcondit ſtultitiam ſuā, q̄ ſapiens qui abſcōdit ſapiē-
tiam ſuam. ¶ Cryſtallus ita rapit ignē, & flammā, q̄ radijs ſo-
2 lis oppoſitus ignem in propinquis aridis materijs aſcendit.
Sic iuſti in ſe rapiunt ignem, ſ. diuinæ charitatis, & amoris, &
ideo qñ radijs ſolis. i. diuinis inſpirationib. incaleſcunt, tunc
alios propinquos inflammant per ſuum exemplum & doctri
nam, & eos accendunt. ſ. ad Dei amorem, dicentes. Luc. 12.
Ignē veni mittere in terram. Et tales generantur & fiunt cry
ſtalli. i. viri perfecti in frigore & calore. i. in mundanis tribu
lationib. & tormentis. boni. n. in mundi tribulationib. emen
dantur. Vnde Ge. 31. Gelu & æſtu vrebar. Pone ſi vis p diuer
ſos. ſ. ſ. puritate & igne &c. ¶ Cryſtallus ſm Greg. aliqñ fit ex
3 aqua quia licet aqua ſit naturæ fluxibilis, quandoque tñ per
fortitudinē frigoris ita induratur & gelatur q̄ Cryſtallus fir
ma lucens & ſolida inuenitur. Sic verè licet homo ſit aliqñ
aqueus. i. mollis & carnalis & fluxibilis ad pctā, tñ qñ frigore
pœnæ, tribulationum & aduerſitatū, & diuini timoris eſt per-
cuſſus paulatim induratur per conſtantiam, & firmitatem,
ita q̄ ad vltimum efficitur lucidæ honeſtatis. Ideo Eccle. 43.
Frigidus ventus aquilo flabit, & gelabit cryſtallus ab aquis.
Vel dic q̄ licet caro humana ſit aquea mollis. ſ. & fluxibilis,
tñ per virtutem Dei in vltima reſurrectione efficietur in bea
4 tis cryſtallus. i. ſolida, lucida & glorificata. ¶ Cryſtallus ſm
Dioſc. virtutē habet infrigidandi, & tollendi ſitim, & ſi trita
melli mixta fuerit, tunc potata lacte replet vbera, & maximè
lac ex cauſa calida ſit ablatum, & valet etiam cōtra colicam
paſſionem, & cōtra viſcerum paſſiones. Cryſtallus ſignificat
gloriam æternam, vbi eſt claritas, ſoliditas, & firmitas æterna
lis, quia pro certo iſta habet virtutem infrigidandi, quia ve-
re ſi ipſam perfectè attendimus, tunc ois ſitis. i. ois ardor, &
appetitus bonorum temporalium & auaritia mitigatur, & ſi
eum melle deuotionis ipſam nobis incorporauerimus, tunc
vere vbera miſericordiæ nr̄æ lacte. i. dulcedine pietatis, & cō
paſſionis replebit, & elemoſynis tpalis ſubuentionis, & maxi
mè ſi ex cā calida. i. ex ardore auaritiæ lac elemoſynæ ſit abla-
tum. Valet ẽt contra dolorem viſcerum. i. contra mentis ſol-
licitudines triſtitias, & mœrores. Conſtat. n. q̄ ex cōſideratio
ne gloriæ paradiſi auaritia dimittitur, & elemoſyna largi-
tur, & mūdi ſolicitudo penitus abdicatur, & vis dolor viſce-
rum. i. ois deſperatio & impatientia ſubmouetur, ideo Greg. Si 5
conſideremus quæ nobis promittuntur in cœlis, vileſcunt oia
quæ habentur in terris. Vel dic q̄ cryſtallus eſt ſacra ſcriptu
ra, quæ facit deponi ſitim auaritiæ, & mūdi ſollicitudines, &
vbera prædicatoris. i. labia ſua facit affluere lacte doctrinæ, &
ſcientiæ & ſpiritualis eruditionis, & maximè ſi mel deuotio-
nis, & gr̄æ ſecum portet. Mel & lac ſub lingua tua. Can. 4. Et
iſta eſt dura per fidei immutabilē firmitatē, clara & manife-
ſta per infallibilē veritatem, hoim inflammatiua per inextin
guibilē charitatē. ideo dr̄ Apo. 4. q̄ in circuitu ſedis erat ma-
re vitreum ſimile cryſtallo. Nā circa ſedē eccleſiæ vbi Chri-
ſtus ſedet, eſt mare ſacræ ſcripturæ, qđ vtiq; continet vitreā
claritatē & cryſtallinā firmitatē. ¶ Cryſtallus pura, & peruia
ſi ſolis radijs tangatur, ſtatim rapit ignē, & ſic materias pro-
pinquas inflammat. Sic verè conſcientia pura, & viridis ſi ra
dijs diuinæ gr̄æ, vel ſi radijs. i. verbis prædicatoris tangatur,
ſtatim in ſe rapit, & concipit ignem charitatis, & diuini amo
ris. Hier. 11. Ad vocem loquelæ hiaudis exarſit ignis in ea.

*De Lapide corallio. Cap. 65.*

COrallius quamdiu tegitur aquis, lignū eſt, ſed ſtatim 1
q̄ eſt extra aquā, lapis efficitur præcioſus. In mari ru-
bro naſcitur, q̄ ex inde extractus cum retib. in lapidē
induratur, & ſunt rami eius ſubalbi, & mollis, qui ex-
inde extracti rubeſiunt, & dureſcūt. ſm Iſid. Sic verè chariſſi
mi, in mari rubro. i. in mundo per carnalitatem rubificato, in
ueniuntur multi pctōres, qui quamdiu ſunt ſub aquis delicia
rum, & voluptatum, & proſperitatis mundanæ, ſunt molles,
& fluxibiles, & carnales, lignei & fragiles tñ cū reti prædicatio
nis iſti exinde extrahuntur, & ad litus pœnitentiæ vel religio
nis deducuntur & cōuertuntur, tunc efficiunt optimi, & quo
ad virtutes lapides præcioſi, quia tunc rubeſiunt per chari ta
tem, & dureſcunt per conſtantiam, & firmitatē. Ideo Iob 38.
In ſimilitudinem lapidis durantur aquæ, & ſuperficies abyſſi
conſtringitur. Iſta oia patent in Paulo, & magdalena. Vel dic
quod multi quandiu ſunt in mari, i. in amaritudine pauperta
tis, & tribulationis, & in aqua ſacræ ſcripturæ, & deuotionis,
ipſi ſunt lignei & molles, i. benigni & cōpatientes, quia ſicut
dr̄ Prou. 19. Vir indigens miſericors eſt. Sed vere ceſſante iſta
amaritudine & tribulatione, qñ exeunt mare pœnitentiæ, pau
pertatis & infirmitatis, tunc ad ſimilitudinem lapidis indu-
rantur per auaritiam, & obſtinationē, & rubeſcunt per luxu-
riam, & infectionem. Iob. 41. Cor eius indurabitur quaſi la-
pis. Patet in diuitib. qui dum ſunt infirmi. i. in aduerſitate, &
timēt mori, faciunt teſtamenta, dant elemoſynas, reſtituunt
alienum, ſed verè qñ de aquis iſtis extrahuntur, qñ. ſ. ſanātur, 2
& proſperantur, tūc duriores q̄ ante, & magis lapidei efficiū
tur. Hie. 5. Indurauerunt faciem ſuam ſuper petrā, & nolue-
runt reuerti. ¶ Virtus corallij ſm Iſid. & ſm Lap. eſt quia ſi ab
aliquo geſtetur, vel in naui vel in domo habeatur, tempeſta-
tes, & fulmina repelluntur & rufus corallius ſumme valet ad
ſiſtendum quemcunq; fluxum ſanguinis, & contra epilepſiā,
& contra ẽt diabolica figmenta, & monſtra dr̄ valere, multi
plicat fructus & expedit fines & negociorū principia. Per co
rallium qui eſt rubei coloris, intelligo ſanguinē Chriſti Ieſu,
qui ſi in domo vel in naui cordis nr̄i fuerit per memoriā, &
cōpaſſionem, pro certo a tempeſtate vitiorum, & pctōrum,
fulmine æternæ damnationis ſaluabit, & contra diabolica fig
menta, & tentationes iuuabit, fluxū ſanguinis luxuriæ reſtrin
get, caſum epilepſiæ. i. ſuperbiam impediet, & negocium ſalu
tis nr̄æ expediet, & ipſum faciet terminari, & ad finem debi-
tum applicari. Quod bene figuratum eſt Exo. 12. vbi domus
ſignatæ ſanguine agni, ab angelo non ſunt læſæ, aliæ autē ſic,
quia vere corda, quæ ſanguine agni immaculati Chriſti per
ſuæ paſſionis memoriam tinguntur, à morte æterna, & fulmi
ne ſui futuri iudicii ſeruabuntur. Vel dic q̄ corallius ſigni fi- 3
cat charitatem, quæ in naui religionis vel eccleſiæ vel etiam
cordis operatur, & perficit ſupradicta &c. ſicut ſupra. ¶ Co
rallius in mari rubro inuenitur. Sic ſanguis Chriſti vel chari
tas in amaritudine paſſionis.

*De Lapide Corneolo seu Cornelio, utroque enim modo legi testatur Vincentius.* *Cap. 65.*

1 COrneolus est lapis fusus præciosus, qui in digito portatus mittigat iras surgentes in desceptando, & sistit quücüq; fluxü sanguinis, & maxime mulierü vt dr̃ i lapydario. Talis est rufedo pniç, quia vere sanguinis fluxum.i. fluxum luxuriæ refrenat & restringit, & maxime in mulierib.i. in personis piis, & misericordib. Vel dic q̄ hic est Christus, qui per benignitatem omnem irā aliorum mitigabat, & fluxum peccatorum a peccatorib. abstergebat. Figura Matt.9. Mrrci 5. & Lu.8. vbi ad tactum Christi sanata est mulier hemorrhoissa.i. aïa peccatrix &c. Vel dic q̄ iste significat benignitatem, quæ vilis hodie vr̃ coloris.i. appreciationis, quia inter seculares nihil appreciatur, imo idiotis appellatur. Hæc.n. valet summè ad sistendum aliorum iracundiam & furorem. Vnde Prou.15. Responsio mollis frangit iram. Sermo dulcis multos amicos.&c. Eccl.6.

*De Gemma Dionysia.* *Cap. 66.*

1 DIonysias est lapis fuscus cum rubentib. venis, q cum aqua tritus, vinum fragrat, & (quod mirü est) s̄m Isi. ebrietati resistit. Tales sunt hypocritæ, qui fulci exterius videntur quantum ad maciem corporalem. quidam sunt in aqua deliciarum müdi, qui fragrare videntur, & redolere, & sapere vinum æternæ voluptatis quantum ad dicta & ficta facta, sed pro certo pp sua vitia & pct̃ā illi ebrietati.i. æternę voluptati obuiant & resistunt. Bibistis multum, & nó estis inebriati. Aggei 1. Vel dic q̄ multę leues personæ, q̄n sunt in aquis deliciarum, videntur sapere & desiderare vinü & ebrietatem carnalis voluptatis, qui tñ aliquando melius q̄ cæteri maturi ebrietati isti resistent, & à carnalibus istis cauent. Nos autem ebrii non simus 1. ad Thess.5.

*Vincentius in speculo suo naturali li.8.c.67. lapidem hunc ayacodon appellat.* *Cap 67.*

1 DIadochus est lapis pallidus, lucens vt beryllus, & est aptus ad respõsa a demonib. obtinenda. Excitat.n. demones & fantasmata. Sed si quis eum ad aliquē mortuum applicauerit, & eum cum lapide tetigerit, statim lapis vires perdit, sicut dr̃ in lapidario. Nam lapis hic sacer est, & quod mors sternit, abhorret. Charissimi, per demones damnatos intelligo peccatores in vitijs induratos, p corpus mortuum & fętens, intelligo personam infamem, & luxuriosam, corruptā & infectam, per istum lapidem intelligo virum iustum & perfectum. Licet igitur aliquis sit pallidus p pœnitentiam, & maccrationem licet sit lucidus per bonam conuersationem, licet excitet,.i. per bonam prædicationem, & eruditionem, demones.i. peccatores ad bonam operationem, & licet eos compellat respondere. pct̃ā sua dicere p cõfessionem, tñ q̄n alicui mortuo applicatur & adiügitur, & ab eo tangitur.i. q̄n alicui malæ personæ associatur, & suam malam societatem sectatur, tunc vere perdit vires, & gratias, & virtutes, quia non est aliquis ita bonus, quin mala societas ipsum statim inficiat & corrumpat, quia qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Eccl.13. ideo Leu.21. præcipitur q̄ sacerdos ad mortuü non accedat, q̄q̄ sibi sit cognatus vel affinis. Quia vere charissimi nos potissime sacerdotes, & ecclesiastici nó debemus mortuorum.i. personarum malarum consortium frequentare, etiam si propinqui fuerimus earundem.

*Cap. 68.*

1 ES est metallü rubeü, & sonorum, & ex lapide duro per fortes flagrationes ignis excoquitur, & gñatur, & sic ductile efficitur, & in tubas vel tympana fabricatur, cum quibus hoies ad prælium animantur, & ad ecclesiam appellantur, vt dicit Isid. Tales sunt multi boni, qui pro certo ante conuersionem ad pœnitentiam, fidem vel religionem, sunt lapides durissimi.i. pctõres per obstinatioē, & malam cõsuetudinem indurati. Verumtñ q̄n deponit eos in forti igne tribulationis vel contritionis, tunc vere ibi purgātur & decoquuntur, & in naturam æris.i. in bonā personam mutantur, & efficiuntur rubei per charitatem, ductiles per obedientiam, sonori per eloquentiam, & sic fiunt tubę, & tympa
na hoc est dictu, viri perfecti, & prædicatores, per quos peccatores ad ecclesiam.i. ad statum gratiæ aduocantur, & ad p̄liandum contra vitia & demones excitantur, sicut oia patuerunt in beato Paulo. ideo Iob.28. Lapis solutus calore in æs 2
vertitur. ¶ Secundü Isid. li.16. Antiqui cum ęre terram primitus coluerunt, antequā ferri vsus haberetur & aurü ipsum ęs p̄ cunctis metallis habuerunt. vñ tūc aurū & argētū nō appreciabant, modo aūt ex quo venit ferrü, eius appreciatio defecit, q̄a (sicut dicit) voluendo ętas cōmutat p̄cia rerü. Charissimi æs qđ rubet & resonat, significat iustos & p̄dicatores, ferrū aūt qđ est durü & frigidü, significat obstinatos & tepidos pctõres. Antiqui ergo p̄lati terrā.i. ecclesiā cü ęre.i. cü viris p fectis, & bonis clericis & pręedicatorib. voluerunt.s. eos ad dignitates ecclesiasticas promouendo, & eos in summis honorib. habuerüt. Et istud fuit in primo t p̄e q̄n ferrü nō inueniebatur.i. q̄n viri obstinati, & pctõres in ecclesia non promouebāt, & q̄n aurü, & argentum,.i. t̄pales diuitiæ ibi non appreciabātur, nec in ecclesia.i. à viris ecclesiasticis diligebant vel q̄rebant. hoc est dictu in principio religionis vel ecclesię, sed vere ex quo ferrü fuit inuentü.i. ex quo mali fuerüt in ecclesia positi & promoti, & ex quo aurü, & argētü fuit dilectum & reputatü, pro certo æs.i. viri perfecti, scientifici, & resonantes, cæperunt vilipendi, abhorreri, nec honore solito venari, sicut hodie patet ad sensum. ideo Iac.2. Vos aūt exhonorastis
pauperē. ¶ Itē s̄m Isid. æs si fuerit admixtü aliis metallis, vin 3
cet colore pariter & virtute, & inde est q̄ eius plura gña sunt .s. aliud albü, aliud rubeü, aliud fuluü, aliud ductile, aliud fusile, aliud cuprum, aliud aurichalcü. Rectè talis est q̄libet leuis persona, quia verè cito & faciliter cōuertitur ad cōditiones illorum quib. adiungitur & associatur, & inde est q̄ quidā per societatē cui admiscentur efficiunt albi p curiositatē, fului & rufi per malitiā & falsitatē, quia color fuluus & rufus significat malitiam & cautelā, s̄m Ari. in phisionomia. Alii efficiuntur rubei per luxuriam & carnalitatē. Qui.n. cum stultis graditur, similis efficietur. Prou.13. Vel dic econuerso q̄ per bonā societatē alii fiunt fului per honestatē, alij rubei p charitatē, alij albi per castitatem, alij ductiles per obedientiā, & humilitatem, quia cum sancto sanctus eris. &c. ¶ Aes s̄m Ari
sto. cōponitur ex sulphure rubeo & argēto viuo, & vasa æris 4
gustu & odore sunt horribilia, nisi stagno sint permixta & linita, & cito rubiginē cōtrahunt, licet splendida videant. Per istud æs quod sonat durü dü percutitur, intelligo iracüdos, clamosos & detractores, qui pro certo cōponuntur in mēte sua ex sulphure qđ est naturæ ardentis.i. ex ardore auaritiæ, iracundiæ vel luxuriæ, & ex argento viuo quod est fluxibile, & mobile.i. ex leuitate inconstātiæ. Et ideo p certo tales iracüdi & detractores licet videant splēdidi p honestatē, tñ gustu & odore.i. vitia & fama sunt alijs horribiles & abominabiles, q̄a abominatio hoim detractor. Prou.24. Et cito rubiginant p malā cōuersatioē, nisi forte cū stāno albo.i. cū castitatis albedine sint liniti. Vel expone si vis de hypocritis &
detractorib. ¶ Est quoddā genus æris qđ dr̃ coronariü, qđ in 5
tenues laminas subtiliat. & felle Tauri inficit, & sic in colorē aureü cōmotat, & inde fiüt coronæ, quib. histriones & fatui coronant. Sic vere sunt hypocritę, q̄a vere q̄n felle tauri.i. malitia diaboli sunt infecti, ita fiunt aurati p honestā cōuersationē, vt de talib. fiant aliorü coronæ.s. p̄lati, ita q̄ in capite.i. in dignitate ponunt per p̄motionē ad p̄lationē. Esa.22. Coronans coronabit te tribulatione. Et sicut percussus sonat, & faciliter rubiginat, sic isti pcussi modica iniuria, statim sonant per impatientiā, & faciliter rubiginant per malā cōuersationē. ideo dr̃ Ezec.24. Multo labore sudatü est, & nó exiuit de
ea nimia rubigo eius. ¶ Aes qđ faciliter fundit, & ad ignē li- 6
quescit, fragile est sub malleo, & percussum faciliter dissipat, & ecōuerso illud qđ non est fusile, non est sub malleo fragile, sed ductile. Sic vere illi qui sunt ita molles & infirmi q̄ statim ad ignē tentationis liquefiunt per delectationes, & dissoluūtur p affectiones, tales dico pcussuras & malleos tribulationü nō sustinēt, imo statim frāgunt p impatientiā, clamant p blasphemiā, iurationē & iniurias, & hmōi, dissipant per vitia, & rumpuntur per pctā. Econuerso illi qui sunt duri & perfecti, stabiles & constantes, qui in igne tentationum non liquefiunt nec dissoluuntur, tales dico non franguntur. nec pereūt per peccata, nec malleis, & mundi tribulationibus franguntur, sed ex hoc ductiles & obedientes efficiuntur, ita quod a prælatis vel Deo quolibet ducuntur. Ideo de talibus dr̃. Hę

rc.i.

re t. Dedi te in murum æreũ, & præliabũtur aduersum te, &
non p̃ualebunt. Imó tales per malleos tribulatiotiũ efficiunt
ductiles per obedientiam, quia sic ducuotur a domioo per
7 semitas æquitatis. ¶ Aes ad hoc, q̃ ductile fiat, oportet q̃ in
igne pluries decoquat̃, & ab oĩ sputcitia depuretur. Sic verè
ad hoc, q̃ aliqua sit ductilis p̃ obedientiã, & q̃ possit doci à
Deo vel a p̃lato p̃ viã iustitiæ, necesse est, q̃ in igne fortis tri
bulationis vel cõtritionis seu dilectionis primitus decoquat̃.
Vnde Esa. 48. Excoxi te, sed non quasi argentum, elegi te in
8 camino paupertatis. ¶ Vas æreũ cito rubiginatur, nisi oleo
inungatur, vel nisi cũ arena sæpius confricetur. Aes ẽt si sine
stanno fuerit, faciliter cõburitur, & cremat̃. Sic vere aĩa cito,
& faciliter contrahit rubiginẽ peccatorum, nisi oleo cõpas-
sionis, & elemosynæ vngatur, vel arena duræ pœnitentiæ cõ-
fricetur, de facili vritur. s. per luxuriæ ardorem, nisi ei stanuũ
9 .i. cãdor castimoniæ sit adiunctũ. Iõ bene p̃cipitur Eccl. 9. Oĩ
tempore sint vestimenta tua cãdida, & oleum de capite tuo
non deficiat. ¶ Vas æreum rubiginosum horribilis est odoris
& saporis, nisi sit linitum stanno. Sic verè peccator luxurio-
sus, impatiens & clamosus, aliis est horribilis, & fœtidus per
infamiam, & maximè luxuriosus, qui stãno albo castimonię,
10 nõ linitur. ¶ Lapis de quo fit æs vel cuprum, est durissimæ na
turæ, & iõ oportet, q̃ in igne fortissimo octies seu nouies de
coquatur antequam in metalli spẽm conuertatur. Sic verè
quidam sunt ita indurati per malas cõsuetudines, & obstina
ti, q̃ qñ Deus vult eos liquescere per contritionẽ, & eos per
pœnitentiam conuertere in aliã naturam, oportet q̃ in forti
igne tribulationis non semel, sed pluries decoquantur. Vn-
de Dan. 3. Fecit succẽdi fornacẽ septies. Et sic qñq; efficiun-
tur æs .i. viri boni, & perfecti 1. Reg. 10. Mutaberis in virũ alte
rum. ¶ Aes melius funditur, & liquefit in tẽpore frigido, q̃
11 calido. Sic verè hõ melius liquefit per contritionem, & dile-
ctionẽ in tempore frigido .i. in statu aduersitatis, & pauperta
tis, quam qñ est in tempore calido .i. in statu p̃speritatis. Pa-
tet de diuitibus, qui vix conteruntur vel conuertuntur vel
emendantur qñ sunt in prosperitate. ideo dr̃ Ezec. 24. Pone
eam super prunas vacuã (.s. a diuitiis) vt incalescat æs eius, &
12 liquefiet. ¶ Aes qñ bene est purgatum, sonoræ & durabilis est
naturæ, & qñ percutitur, altè sonat, & vtilis est pro tubis, &
timpanis cõponendis. Sic verè illi qui habent duritiam con-
stantiæ, & stabilitatis, durabilitatem perseuerantiæ, & longa
nimitatis sonoritatem eloquentiæ, & affabilitatis, tales dico
vtiles sunt vt fiant tubę, & tympana .i. prędicatores, & clama
tores catholicæ veritatis, & maximè qñ sunt purgati. s. a cun
13 ctis fœcibus carnalis voluptatis. vide supra, §. 1. Excoquã ad
purum scoriam tuam. Esa. 1. ¶ Aes si percutiatur, statim reso
nat. Sic verè viri perfecti, qñ percutiuntur a Deo. s. tribula-
tionibus huius mundi, statim resonant per gratiarũ actionẽ,
dicentes cum Iob 2. Si bona suscepimus de manu Dei, mala
aũt quare nõ sustineamus? Econtra aũt mali percussi statim
resonant per impatientiam, blasphemiã, & murmurationẽ,
qũ a Deo vel a quocunq; alio iustè vel iniustè percutiuntur:
modica tribulatione vel iniuria vel correctione, sicut ille, q̃
argutus a Moyse, Exod. 2. statim dixit: Nũquid occidere me
vis sicut heri occidisti Aegyptium? ¶ Aes vstũ (s̃m Plat.) ha-
14 bet virtutẽ dissoluendi, consumendi, vulnera purgandi, ocu
los abstergendi, & carnes superfluas corrodendi, & eas cre-
scere nõ permittendi. Talis est pęnitẽtia, q̃a dissoluit p̃ cõtri-
tionẽ, purgat per cõfessionẽ, consumit p̃ satisfactionẽ, carna
les ẽt uoluptates destruit, & eas crescere nõ p̃mittit, & cali-
ginẽ oculorũ .i. ignorãtiã adnullat, & subuertit. Vel espone
de viro p̃fecto, qui est adustus per pœnitentiã uel charitatẽ.

### *De Electro. Cap. 69.*

1 ELectrum est metallum cæteris nobilius, s̃m Isid. & ar
gento lucidius, & fulgentius. Nam electrum naturale
in conuiuio ad lumina cęteris metallis oĩbus clarius
fulget, vt dicit Isid. & venenum dr̃ prodere, quia si vasi
ex electro infundatur venenum, statim stridorem emittit, &
in colores varios ad modum arcus cœlestis se mutare con-
sueuit. Rectè talis est prædicator, & vir perfectus, quia vbicũ
que sit, si sint ibi lumina .i. si sint ibi qui eum debeant respice
re, & videre, & ad eius conuersationem exemplum accipe-
re, tunc præ cæteris consueuit per honestatem clarius reluce
re, sicut de beato Ioanne, Io. 5. dr̃, Erat lucerna ardens, & lu-
cens. Et ideo qñ est in conuiuio .i. in aliqua societate, tunc ve
rè venenum detractionis, quo alij p̃ infamiam occiduntur,
prodit & manifestat, quia verè uir iustus statim, q̃ videt tale
venenum in mensa apportari, ipse debet mutare colorẽ vul-
tus, & faciei, ostendẽdo q̃ sibi displicet quod auditur, & stri
dorẽ reprehensionis emittere, & sonare. Prouer. 25. Ventus
aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentẽ.
Quia s̃m Gl. ibidem, Disc. t detractor nõ faciliter dicere, qđ 2
te sciuerit non libenter audire. ¶ Tria sunt genera electri.
Est. n. vnum principale, & naturale, qđ succinũ dr̃, & de arbo
re pino (s̃m Isid. & Solinũ) in suis germaniæ emanat, quod in
suo exitu est liquidum sicut gummi, sed post induratur calo
re vel frigore, & in lapidis conuertitur duritiã vel crystalli,
s̃m Isid. & est perspicuum atq; splendens. Talis est caro no-
stra, quia licet primo oriatur liquida, & fluxibilis, licet sit pri
mo vilis, mollis & fragilis, tamen in resurrectione vltima for
tis atq; durabilis, splendens atq; rutilans apparebit, qñ. s. per
calorẽ ignis fuerit indorata, ad statum gloriosum Dei oĩpo-
tentis reducta. Tunc. n. erit dura per impassibilitatem, perspi
cua per claritatem, & subtilitatem, quia in similitudinem la
pidis durantur aquæ. Iob 38. Vel dic q̃ licet in iuuentute, &
in ortu suo sit homo mollis, fluxibilis & decliuus ad vitia &
peccata, tñ qñ sustinuit frigus diuini timoris, & æstum mun-
danæ tribulationis, tunc vere qñque efficitur fortis, & durus
per constantiæ, & perseuerantiæ firmitatem, & lucidus p̃ ap-
parentiæ venustatem. Frigidus uentus aquilo &c. Eccles. 43.
Vide eam supra de crystallo. Ideo inter tria ignota ponebat
sapiens (Prouer. 30.) viam uiri in iuuentute sua, quia. s. quan-
doque senectus est tota contraria iuuentuti. ¶ Electrum in- 3
naturale fit s̃m Greg. super Ezech. de duabus partibus auri,
& una argenti, quia aurum suam uirtutem in tali mixtione
nõ perdit, argentum autem auri virtute rutilat, & splẽdescit.
Sic verè est de bona societate, quia ibi debet esse vna pars au
ri .i. virorũ perfectorum, qui aliorum adiunctione non peiorã
tur, imo argentũ .i. minus boni per eos fiũt meliores &c. Vel
dic, q̃ aurum sapientiæ, & argentum eloquentiæ habent cõ-
uenire in hoĩe perfecto, & simul conflari .i. virum iustum fa-
ciunt simul iuncta. Eze. 1. Vidi quasi spẽm electri, velut spẽm
ignis intrinsecus. ¶ Electrũ est naturæ mirabilis, quia de faci
li tincturam recipit, & colorẽ siue deformis fuerit siue pul-
chra, attritu etiam digitorũ calefactũ, paleas & cætera leuia
ad se trahit. Sic vere personę leues sunt mutabiles, q̃a stultus
mutatur ut luna. Eccl. 27. Nã de facili recipiunt aliũ colorẽ
.i. bonam uel malã conuersationẽ, & cum calefacti fuerint p̃
auaritiã, tunc paleas .i. mundi bona nihil valẽtia volũt acqui
rere, attrahere & habere. Vnde Exo. 5. Dispersus est populus
per oẽm terrã Aegypti ad cõgregãdas paleas. Vel dic q̃ iste
est Christus, q̃ calefactus. s. ardore nimię charitatis, ad se tra-
hit per suã misericordiam paleas .i. vanos peccatores. Ozeæ.
11. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.

### *De Etite lapide. Cap. 70.*

ETites est lapis in nido aquilarũ repertus, & est duplex 1
.s. masculus, & fœmella. Nam sine istis lapidibus aqui
la parere nõ põt, & ideo in nido suo ponit eos, & in-
de est, q̃ semper duo inueniuntur in nido eius, mascu-
lus maior, & durior quàm fœmella. Isti duo lapides signifi-
cant duo præcepta charitatis. s. Dei & proximi, qui pro certo
faciunt parere .i. fructum bonorum operum emittere ipsam
aquilã .i. virũ iustũ, & perfectũ, & iõ in nido cordis sui debet,
istos duos lapides iugiter enutrire. Expone si vis de prælatis
sicut de aquila, vel dic aliter, q̃ aquila ẽ bonus, et iustus præ
latus, qui semper debet habere in nido cordis duos lapides
etites, vnum. s. masculinũ, hoc est iustitiam, aliũ fœmininum,
hoc est misericordiã, vt sic dicat illud Psal. Misericordiam et
iustitiam cantabo tibi domine. Vel dic q̃ nidus prælati ẽ suũ
collegiũ vel conuentus, in quo pro certo prælatus semp̃ de-
bet seruare lapides duplicis charitatis, ut sic filiĩ sui, et subdi
ti a serpentibus .i. a demonibus non lædantur. sine istis. n. lapi
dibus .i. sine virtute duplicis charitatis non põt partus boni
operis parturiri, quia in istis duobus tota lex pendet, et pro
phetæ. Matth. 22. ¶ Etites iuuat mulierem parituram, et par
tum accelerat sibi alligetur, veruntamen quandoque facit
fieri abortiuum, et lædit matricem si sibi nimium teneatur,
s̃m Isd. lib. 26. Talis est iustitia, quia vere fętus bonorũ ope
rum accelerat, et eos facit fieri, et emitti, veruntamen si ni-
mis teneat .i. si hõ nimis iustus, et rigidus efficiatur, tunc vere
matricem

diante sole mũdanæ prosperitatis, facit cor in quo est p ma
las concupiscentias ebullire,& ipsum per auaritiam,& luxu
3 riam æstuare, Vnde Iob 41. Feruescere faciet quasi olã pfun
dũ maris,& ponet quasi cũ vnguenta bulliunt. ¶ Elitropia
ſm Isidorum est lapis, qui ita illudit oculos hoĩum, q sol vr̃
eis esse sanguineus sicut & elitropia. Iste lapis significat odiũ
quia vere qñ i corde alicuius ponitur, ita illudit oculos eius
.i. rectum iudicium, q sol. i. bona persona quã ipse, odit, vr̃ ei
sanguinea. i. peccator & carnalis dr̃ elitropia. i. solis auersio,
quia vere tales auertunt,& peruertunt quantũ ad suum fal-
sum iudicium, solẽ. i. hoĩes uirtuosos. Fac. §. de reliquo. ¶ Eli
tropia. i. sponsa solis, est quędam herba quæ ſm Isidorum cũ
quibusdam carminibus dr̃ hoĩem inuisibilẽ facere. Talis est
nimia affectio seu amor, quia vere si amor alicuius circa per
sonam aliquam applicatur, statim facit eam inuisibilem, quia
.s. talis amans alium non videt per rectum iudicium, qa sem-
per existimat bona sua esse maiora quam sint. Ideo dicit Se
neca, q amor verum iudicium tollit. Et hoc maximè quãdo
incantatores. i. adulatores ibidem sua carmina congesserũt
.s. commendando & laudando in conspectu aliorum huius-
modi personas, patet de prælatis acceptoribus personarum,
qui per nimiam suorum parentum vel familiarium affectio
nem videre ipsos nequeunt, inquantum. s. ipsos vltra quã re-
quirunt merita, promouent & extollunt. Et ideo ista dr̃ spõ-
sa solis. i. superiorum, quia carnalis affectio cum superiorib.
est hodie despõsata. Vel dic q qñ aliquis secũ portat elitro-
piam. i. dona & munera,& qñ adhibet incantationes. i. adula
tiones, tunc vere efficitur inuisibilis. i. incognoscibilis, quia
tales ab alijs non videntur vt corrigantur. Nã prælati, & iu-
dices, qui sibi sponsant hodie munera alios non vidẽt p re-
ctum iudicium, quia munera excæcant oculos iudicum. Exo.
23. & Deut. 16. ¶ Elitropia est gemma valens ad multa, quia
sanguinem stringit, venena pellit, nec falli poterit, qui eã se-
cum portat, ſm Diosc. Talis est prudentia, quia pro certo si
discretionem, & prudentiam habuerimus, tũc sanguinem. i.
superfluitatem deliciarum,& voluptatem (ne in nobis fluãt,
vltra quam debeant) restringemus, venena. i. peccata & vitia
repellemus, nec per tentationes diaboli decipiemur. s. quan
tum ad hæreses,& errores. ad Rom. 8. Prudẽtia spiritus vita
& pax. Vel si vis expone de passione Christi vel de beata vir-
gine,& adiunge ad. §. supradictum.

## *De Lapide enydro. Cap. 73.*

1 ENydros est lapis paruus, qui semper sine discontinua-
tione lachrymas emittit, nec tñ liquefcit omnino, nec effi
tur alio mõ minor. Vnde dr̃ in lapidario, Perpetuis fle
tus lachrymis distillat enydros. Qui velut ex pleni fon
tis scaturigine manat. Talis est beata virgo, vel ẽt ipse Deus,
quia vere ab istis sine aliqua diminutione,& discontinuatio
ne semper emanat,& exit stillicidium suæ perpetuæ miseri-
cordiæ,& largitatis,& suorum beneficiorũ irrigatio vel me
dela, a quibus miseræ aĩæ continue irrigantur &c. Nam sicut
ex quodã pleno fonte semper stillãt ea virgine affluẽtiæ gra-
tiarum. Esa. 58. & Hier. 31. Erit quasi hortus irriguus, cuius
non deficient aquæ. Vel dic q iste lapis significat aĩam dam-
natam, quæ ppetuis lachrymis habet lugere in inferno, nec
tamen consumetur, nec deficiet in æternum. Ibi. n. erit fletus,
& stridor dentium. Matt. 13. Ideo dr̃ Iob 20. Luet quæ fecit,
nec tñ consumetur. ¶ Enydros per suam occultã uirtutẽ ae-
rem contiguum congelat,& condensat in aquã,& sic vr̃ sem
per aquam emittere,& guttatim destillare,& sine sui dimi-
nutione aquam,& stillas perpetuo generare, ſm Isidorũ, &
lapida. Sic vere si nos simus enydri. i. lapides preciosi. s. iusti,
& boni,& pij, totum aerem contiguum. i. temporalem exte-
riorem nostram substantiam debemus cõuertere in aquam
& pluuiam. i. elemosinas, qbus debemus alios irrigare, & sic
licet istam aquam continuè emittamus, tamen non diminue
mur per paupertatem, quia sicut dicitur Luc. 6. Date & dabi-
tur vobis. quia qui dat pauperi, non indigebit. Prouerbi. 28.
Quia sicut circa illum lapidem nouus semper aer introduci-
tur,& sic stillæ semper continuantur, sic vere Deus semper,
introducit per suam occultam prouidentiam, nouum aerem
.i. nouas diuitias circa illos, qui affluũt pietate, & ita possunt
semper emittere stillas elemosynarum sine cessatione. Vnde
dr̃ de Ioãne elemosynario, q quanto plus dabat, tanto plus
abũdat. Vel si uis per aerẽ intelligo scientiã, per stillas pdica
tionẽ vel doctrinã &c. per oĩa sicut supra. Vnde Iohe. 3 In il-
la die stillabũt montes dulcedinẽ,& colles fluent lac,& mel.

## *De Epistite lapide. Cap. 74.*

*Has Epistitis proprietates apud Isidorum non comperio, vbi saltem illi de gemmis est sermo, sed meminit efestieis lapidis (qui Plinio hephestites dicitur, sicut & Hermolaus legendum docet, cum prius hepistites legeretur) quem naturam dicit habere speculi in reddendis imaginibus, quamquam rutilet, cuius & experimentum esse dicitur si feruenti aqua additus statim refrigeret, aut soli oppositus, aridam materiam accendat.*

EPistites est lapis rutilans,& rubicundus, qui ex par-
te cordis gestatus, tuum hoĩem reddit, compescit sedi 1
tiones,& a fructibus terræ coercet locustas,& volu-
cres,& steriles nebulas,& grandines, vt dicit Isidorus.
Iste est Christus, quia ipse fuit rubicũdus,& sanguineus quo
ad passionem. Et fuit rutilans,& splendidus quantum ad re-
surrectionem,& ascensionẽ. quia vèrè si ipsum in corde no-
stro habuerimus per gratiam,& affectionem, tunc a cunctis
aduersantibus tuti sumus, iuxta illud Esai. 43. Noli timere,
quia ego tecum sum, dicit dominus. quia vere si in terra con
scientiæ nostræ fuerint fructus. i. gratiæ & virtutes, tunc per
virtutẽ eius exinde fugabuntur volucres. i. demones & tenta
tiones,& nebulæ steriles. i. malæ affectiones,& delectationes
& seditiones iracundiæ compescentur. Vel si vis per istum la
pidem intelligo feruorem charitatis, & expone sicut supra,
quia ipsa rutilat atq; splendet. Vel dic ad litteram de fructib.
terræ, quia si in corde nostro Christus per deuotionem fue-
rit, exinde oĩa mala fugat,& nebulas & pluuias nociuas expel
lit,& etiam seditiones guerras,& lites sedat, quia sicut dici-
tur Prouèr. 21. Cum placuerint Deo viæ, hominis inimicos
eius conuertet ad pacem &c. ¶ Epistites est lapis qui proie- 2
ctus in aquam feruentem, facit eam a bullitione cessare, &
post modicũ frigescere,& seditiones dicitur reprimere, ſm
Isid. Talis est memoria mortis, vel etiam virtus benignitatis,
quia vere si aliquis sit feruens per iracundiam, & appetitum
vindictæ, si iste lapis. i. memoria mortis vel etiam virtus beni
gnitatis in eo ponatur,& per diuinam inspirationem immit
tatur, tunc statim cessabit ebullire per iracundiam, & furo-
rem. Ideo dicitur Eccl. 28. Memento nouissimorum, & desi
ne inimicari. Et ideo seditiones dicitur mitigare. Vel si vis
expone per omnia de benignitate, & patientia, quia qui pa-
tiens est, iras mitigat suscitatas. Prouerbiorum 15.

## *De Excolicero. Cap. 75.*

*Hexecontalithos forsitan legendum est, de quo Pli. lib. 37. c. 10. Nam & easdem ei tribuit proprietates Arnoldus apud vincentium, quas hic noster autor excolicero.*

EXcolicerus est lapis paruus. 60. coloribus decoratus, 1
qui diligenter respectus, oculos intuentis efficiet tre-
mulos, vt dicit Isidor. Rectè talis est Deus, quia vere
habet in se 60. colores, hoc est dictu, vniuersitatem vir
tutum,& perfectionum,& ideo qui bene respicit eum atten
te. i. qui bene considerat uirtutes eius, & perfectiones, inili-
tiam. s. & maiestatem, ipse pro certo statim habet oculos in-
tellectus tremulosos, & timorosos. Quis. n. non timebit te o
rex gentium? Hier. 10. quia vere ex cõsideratione diuinæ ma
iestatis, suæq; occultè prouidẽtiæ, prædestinationis, & pote
statis, intellectus tremulosus efficitur vacillãs, & timorosus.
Ideo dicitur Eccl. 43. Pulchritudinem coloris eius admira-
bitur oculus &c. Vel dic per omnia de beata virgine.

## *De Ferro. Cap. 76.*

FErrum est metallum durissimum, & ad remolliendum 1
& dissoluendum difficillimum,& ideo dicitur ferrum
a feriendo, eo q sua duritie omnia feriat, concutiat at
que domet, quia licet de terra oriatur, tamen durius cę
teris metallis terreis inuenitur, vt dicit Isid. Frigidæ. n. & sic-
cæ est naturæ, duræ pariter & cõpactæ. Rectè tales sunt mun
dani tyranni,& peccatores, quia vere licet oriantur ex terra
& carne terrea, tamen sunt duri,& obstinati, & in malis con
suetudinib. indurati, vnde non possunt remolliri vel dissolui
per contritionem vel compassionem, quamquam a prælatis
& prædicatoribus verbis,& reprehẽsionibus malleẽtur, nisi
forte

forte a Deo in igne furti. i. in asperis tribulationibus deco-
quantur. Et ratio est, quia verè frigidæ, & siccæ sunt naturæ,
quia pro certo isti sunt frigidi per indeuotionem, & sicci per
crudelitatem, & incompassionem, & ideo inueniuntur duri
.i. crudeles & obstinati, parci pariter & auari, & omnia alia,
metalla .i. omnes alios homines, subditos. s. vel vicinos duri-
tiæ suæ crudelitatis feriunt, malleant & comprimunt per tri
bulationes, & exactiones. Ideo dicitur Danielis. 3. Ferrũ om
nia domat, & vincit. Ideo tales mundi principes, & tyranni
fuerunt optimè figurati Dan. 7. vbi vidit bestiã quartã, quæ
habebat dentes, & vngues ferreos, & deuorabat, & commi-
nuebat, & reliqua pedibus conculcabat. Sic verè sunt isti, q̃
habent dentes. i. verba, & vngues. i. verbera ferrea. i. dura, &
crudelia, ideo oẽs alios suis crudelibus rapinis, & exactioni-
1 bus coeutiunt, & deterrent, conculcant & vilipendunt. Eze.
34. Reliqua pedibus conculcabatis. Esa 45. Scio quia durus
es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea. ¶ Ferra
2 menta debent cũ oleo temperari, ne aquæ frigiditate nimiũ
indurentur. Oleum quod sanat lassa membra, significat pie-
tatem, quæ pauperes lassos, & languidos cõfortat. Per aquã,
autem in qua homines submerguntur, intelligo mundi pro
speritatem. Ne ergo ferramenta. i. mundi diuites nimis indu
rentur per parcitatem mundanam, ideo sæpe debet vngi cũ
oleo misericordiç, & pietatis, hoc est dictu, quod sępe debet
eis prædicari de elemosyna, & pietate, & in istis se debent io
giter exercere. Vnde Deut. 33. Tingat in oleo pedem suũ fer-
reum. ¶ Ferrum ex contactu sanguinis citius, q̃ alias inficitur
consumitur, & rubiginatur, & maximè sanguine humano,
quia sm Isidorum, sanguis humanus se de ferro vlciscitur
quia sicut sanguis per ferrum effunditur sic nulla re ferrum,
ita cito consumitur, sicut cum humano sanguine infędatur.
Sanguis significat crudelitatem. Nam licet ferrum. i. duri, &
ferrei tyranni effundant sanguinem. i. multas faciant crudeli
tates, tamen ab hmõi sanguine, & crudelitatibus rubiginan-
tur, & consumuntur & peiorantur, & temporaliter, & spiri-
tualiter, & maximè sanguine humano. i. cum sanguinem hu-
manum fuderint. i. cum bonis, & iustis crudelitatem fecerint
quia. s. tunc necesse est ipsos perire vel temporaliter vel æter
naliter, & consumi. Vnde Ps. Viri sanguinum, & dolosi non
dimidiabunt dies suos. Ideo dicitur Eze. 35. Cum sanguinẽ
odoris, sanguis te persequetur. quia verè ad litteram patet,
q multorum crudelitas causa est mortis suæ, & temporalis,
& æternæ. ¶ Ferrum sm Isid. habet concordiam cum adamã
4 te, ipsumque attrahit adamas, etiam si in vase ligneo vel ar-
genteo sit inclusus. Adamas lapis durissimus, & nulli cedens
est diabolus, qui nulli parcit, ferrum autem frigidum, & du-
rum sunt mundi peccatores, & obstinati, & indeuoti, q̃ pro
certo isti videntur habere concordiam cum adamante, i. cũ
diabolo, quia quamuis ipsi, sint in vase ligneo vel argenteo
.i. in statu religionis vel ecclesiæ, ipsos tamen attrahit, s. per
vitia & peccata ad infernum, & ipsi sibi obediunt atq; parẽt.
Vnde Esai. 28. Pepigimus fœdus cum morte, & cum inferno
fecimus pactum. Vel dic, quod adamas significat duros, &
crudeles superiores, ferrum autem crudeles balliuos, supe-
riores & inferiores, qui uere inter se habent concordiam, q̃
. s. ad nocendum alijs inuicem sunt concordes. Psalm. Conue
nerunt in vnum aduersus dominum. ¶ Etiam præsente auro
vel argento, ferrum sequitur adamantem. Sic verè magis de
bemus sequi diligere, & eligere adamantem. i. Christum vel
duritiam pœnitentiæ, quàm aurum vel argentum. Prouerb.
6 8. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. ¶ Ferrum bene
politum si aceto, & alumine linitum fuerit, erit simillimum
æri, ut dicit Isidorus. Sic verè si ferrum. i. peccator primo po
liatur, & ab omni rubigine peccati purgetur per pœniten-
tiam, tunc si aceto. i. amara mortis memoria, & alumine cla
ro. i. discretione, & sapientia liniatur, tũc vere efficitur simi-
lis æri. i. uiro iusto, & perfecto, hoc est dictu, q efficitur sono-
rus per prædicationem, rubicundus per dilectionem, splen-
didus per honestam conuersationem. Esa. 14. Similis ero al-
tissimo. ¶ Ferrum (vt dicit Isidorus) rubiginem non attrahit
7 si cerussa vel medulla cerui fuerit superlinitum. Sic verè ho
mo limatus, & fulgidus per conuersationem, & conscientię
puritatem, robiginem malæ conuersationis uel peccatorum
non contrahit, quandiu medulla. i. dulcore gratiæ uel deuo-
tionis, pietatis vel conuersationis fuerit perlinitus. Iob 21.
8 Medulla ossa ipsius irrigantur. ¶ Ferrum cãdens in lacte vel
vino extinctum, facit ipsum medicinale spleneticis, secundũ
Constan. Sic verè homo charitatiuus, & feruens facit lac sa-
cræ doctrinæ, vel vinum conuersationis, & verborum, vtile
& medicinale illis, qui patiuntur melancholiam tristitiæ vel
desperationis. Vel dic, quod splen (qui ridere facit) significat
prosperitatem mundi. Ferrum ergo. i. peccator damnatus, &
accensus in inferno, qui in lacte, & vino. i. in mundi deliciis,
fuit extinctus, & submersus facit huiusmodi delicias medi-
cinales. s. ad eas præcauendum, spleneticis. i. illis quos mundi
prosperitas allicit, & quibus arridet, quia damnatio reprobo
rum est castigatio peruersorum. Psal. Manus suas lauabit in
sanguine peccatoris. ¶ Item ferrum accensum cito corrum-
pitur, nisi malleis induretur. Sic verè peccator, qui est accen
sus, & inflammatus per tentationes, & cõcupiscentias, & ma 9
las affectiones, cito corrũpitur. s. per malos cõsensus, & ope
rationes, nisi cum malleis tribulationum uel correctionum,
vel cum malleis. i. cum consideratione tormentorum infer-
nalium percussus fuerit, & duratus. Cor eius indurabitur,
quasi lapis. Iob 41. ¶ Ferrum rubens in igne non est vtile ad 10
condendum, nisi donec incipiat albescere. Sic verè illi, qui in
igne tentationum rubent per carnales, & sanguineas affe-
ctiones, & delectationes, non sunt apti vt a Deo malleentur
per tribulationes, quia. s. nimis sunt infirmi. Sed illi q̃ in igne
est apparent albi per castitatem, quamquam effluent, & ca-
lescant, apti tamen sunt ad tribulationes pro domino sustinẽ
das, & vt diuinis vsibus deputentur. Candidi facti sunt naza-
rei eius. Thren. 4. Vel dic q quamdiu homo rubet. i. quãdiu
est in furore suo, & feruore, non est percutiendus aut corri-
gendus, quia s. tunc non reciperet correctionem. debet ergo
expectari, q albescat. i. quòd a furore suo tepescat. ¶ Ferrum 11
in multis vtilius est hominibus, quã sit aurum, licet plus dili
gatur auri species ab auaris. Nam ferro res publica guberna
tur, malorum audacia coercetur, bonorum securitas etiam
custoditur. Ferrum istud significat iudiciariam potestatem,
Dei. s. & hominum, quæ dura, & austera inuenitur, quia vere
ista est in mundo plus necessaria, quam aurum, & argentum,
vel quæcunque diuitiæ temporales, & hoc ad litteram, vt bo
norum simplicitas tueatur, & vt sic res publica. i. communis
status hominum debitè gubernetur. Ideo Sap. 1. Diligite iu
stitiam omnes, qui iudicatis orbem. ¶ Sine ferro ædificia nõ
fabricantur, agricultura non exercetur, panis non acquiri 12
tur, & acquisitus, sine ferro non diuiditur, scinditur vel parti
tur. Per ferrum durum intelligo pœnitentiam, & mundi tri
bulationes, quæ duræ sunt, quia (vt est ad Hebreos. 12.) Disci
plina omnis non videtur in pręsenti esse gaudij, sed mœroris. 1
Iste ergo volẽt vt agriculturam bonorum operum exercea-
mus, vt terram carnis nostræ scindamus debitè, & maturo-
mus, ut sic inde fructus meritorum, & virtutum reportemus
vt panes æternæ refectionis acquiramus, & vt in cœlo ædifi
cia mansionis perpetuæ præparemus, quia per multas tribu
lationes oportet nos intrare in regnum Dei. Act. 14. ¶ Ferrũ
licet sit durum, tamen cum ferro alio acuitur, ut scindere va 13
leat, & truncare. Sic uerè licet aliquis sit ferrum. i. durus &
obstinatus, obscurus per ignorantiam, hebetatus per negli-
gentiam, frigidus per indeuotionem, ponderosus per pigri-
tiam, tamen quando alio ferro. i. duris mundi tribulationib.
purgatur, aliquando acuitur, & politur per gratias, & uirtu
tes, & disponitur vt scindat carnes. s. proprias per pœniten-
tiæ macerationem, & vt scindat panem. i. diuitias tẽporales,
eas diuidendo per elemosynarum largitionem. Prouer. 27.
Ferrum ferro acuitur. Vel dic q ferrũ. i. durus & ferreus in-
tellectus acuitur, & subtiliatur ferro. i. per laborem studij, &
exercitationis, quia sicut dicitur Eccle. 10. Si hebetatum fue-
rit ferrum, multo labore exacuetur. ¶ Ferrum quando igne
excoquitur, tunc mollitur, & resoluitur, & scoria siue immũ 14
ditia ex eius substantia separatur. Sic quando durus pecca-
tor in igne contritionis vel tribulationis ponitur, tunc mol-
litur per pietatem, resoluitur per deuotionem, & a scoria. i.
peccatorum suorum sputertia depuratur. s. per confessionẽ.
Esa. 1. Excoquam ad purum scoriam tuam. ¶ Ferrum duran- 15
te igne est rubeum, & molle, & ductile, cessante autem eo
iterum nigrescit, & induratur. Sic diuites dum sunt in igne
infirmitatis vel tribulationis, mollescunt per pietatem, ru-
bescunt per charitatem, sed quando fauentur vel prospe-
rantur, ad pristinam duritiam, frigiditatem & malitiam,
reuertuntur. Prouerbiorum vigesimosexto. Sicut ca-
nis, qui

nis, qui reuertitur ad vomitum, ita stultus, qui iterat stultitiam suam.

### De Ferrugine. Cap. 77.

1 Ferrugo ſm Isidorum est illud, quod a ferro quando per cutitur decidit, uel ferrugo dicitur ferri rubigo, quæ fer rum quàmquam durum rodit, maculat & inficit, & etiã, fœdat alios contingentes, & quanto ferrum fuerit plus poli tum, tanto rubigo ei facilius inhæret, & difficilius remouetur. Ferrum durum, & stabile est vir perfectus, qui quantum ad animam durabilis est sine morte. Rubigo autem quę sibi generatur, & inhęret, est peccatum, quod in anima gignitur, & nutritur. Licet ergo anima sit dura per constantiæ firmitatem, licet sit polita per honestæ appatētiæ venustatem, tamē rubigo peccati ei de facili adhæret, & non de facili remouetur, quia vere ferrum.i. animā conlamit, & corrodit per con scientiæ remorsum, & eam fœdat, & inficit per malæ conuer sationis fœditatem, intantum, q etiam alii contingentes astã tes, & associantes per malum exemplum corrumpuntur, & inficiuntur. ¶ Ferrum quanto clarius est, & melius politum,
2 tanto facilius rubiginatur, & exinde rubigo difficilius extirpatur. Sic verè quanto, quis clarior est quantum ad scientiã vel parentelam, vel nobilitatem, tanto rubigo peccatorum sibi facilius adhæret, & per eam deformius maculatur, & ab ea difficilius per pœnitentiam remouetur, quia ad sensum pa tet, quod nobiliores & sapientiores, qñ peccatorum rubigine maculantur, difficilius emendantur. Ezec.24. Non exiuit de ea nimia rubigo eius. Tales.n. difficilius, quam alij corri-
3 guntur. ¶ Rubigo de ferro non tollitur, nisi tripliciter.s. per ignis excoctionem, per ferreæ limæ dentatæ corrosionē, vel per arenæ vel lapidis seu metalli confricationem vel percussionem. Sic uere peccatum ab anima non tollitur, nisi per ex coctionem contritionis, vel per limam dentatam.i. cum lingua, & dentibus confessionis, & per fricationem, vel percussionem pœnitentiæ satisfactionis. ¶ Ferrugo secundum Plate. habet uirtutem attenuandi, susum stringendi, & consumendi, & vomitum prouocandi. Talis est contritio, quia fluxum vitiorum reprimit, ipsa etiam peccata destruit, & consumit, & vomitum confessionis procurat atque facit.

### De Gleba. Cap. 78.

1 Gleba est terra coniuncta, & globata, quæ secundum Greg. dum sic est compacta, seminum & fructuum im pedit productionem, contracta vero tegit semina atque fructus. Tales sunt diuitiæ, quia dum sunt inuicē compactæ, & ligatæ in scrinijs cupidorum impediunt germi na gratiarum, & semina virtutum, uel semina bonarum cogitationum, fructus etiam bonarum operationum, quando vero franguntur, tunc germina, & semina, & fructus uirtutū & gratiarū perficiunt, & procurant, & maximè, quando pluuia doctrinæ vel gratiæ irrigantur. Et tunc de tali gleba dicetur illud Iob.28. Locus sapphiri lapides eius, & glebæ ipsius aurum. Sicut enim secundum Arist. gleba quandoque est aurea, sic uerè talis gleba diuitiarum, quando per eleemosynas confringitur, tunc aurea debet dici. Vnde Iob 28. Locus sapphiri &c.

### De Gemmis in generali. Cap. 79.

1 Gemmæ dicuntur eo, quod luceant sicut gummi, preciosæ etiam dicuntur, eo quod raræ sint, & paucæ, q omne rarum preciosum. Gemmæ autem quando iun guntur, decorem maximum sibi conferunt, & ministrant, ut dicit Isidorus. Tales sunt virtutes, quia si sint in aliqua bona persona, semper lucem boni exēpli vel boni operis emittunt, & auri.i. ipsius animæ sunt nobilissimum ornamentum, & ad litteram sunt raræ atq; paucæ. Ideo de anima potest dici illud Eccl.50. Tanquam vas auri solidum, ornatum omni lapide precioso. ¶ Gemmę in diuersis locis inueniuntur, quia aliquando de terra cum metallis effodiūtur, aliquando in maris littoribus, aliquando in fluuiorum plateis inueniuntur, aliquando in animalium vel volucrum cor poribus procreantur. Qualitercunque tamen sit virtus lapidum a Deo singulariter deriuatur, & eis a Deo uirtus, & efficacia specialiter dedicatur, quia dicitur in lapidario. Ingens est herbis virtus data, maxima gemmis, vt dicit Isidorus Rectè sic est de virtutibus, quia aliquando inueniuntur in terra .i. in simplicibus, & humilibus, aliquando in littore maris.i. in viris amaris, contritis & pænitentibus, aliquãdo in glareis fluuiorum.i. in uiris deuotis, & sapientibus, aliquando in cor poribus auium.i. in viris contemplatiuis, & spiritualibus, ali quando in corporibus animalium.i. in bonis actiuis, & secu laribus. Nam in omni statu, & conditione hoīum inueniuntur gemmæ.i. gratiæ & uirtutes, & in eis occultè per Dei influentiam procreantur eatumq; virtus & efficacia.i. virtutū valor, & meritum a Deo principaliter, & immediatè, dispo nitur, instituitur & dispensatur, quia sicut dicitur.1. ad Cor. 7. Deus.n. dat unicuique donum secundum virtutem suam. ipse.n. solus nouit qualiter, & quomodo est virtus qualibet accepianda ¶ Gemmæ quando nobiles sunt, & veræ, virtute incredibili, sunt a Deo insignitę, sed quandoque artificiales sunt falsæ gemmæ, ita veris gemmis in apparētia similes, q vix inter eas potest distingui quantum ad exteriorem spēm, & decorem, virtus tamen, & efficacia illarum differentiam manifestat, secundum Isidorum. Rectè sic est loquendo spiritualiter, quia illi qui sunt veræ gemmę.i. viri iusti, & perfe cti, pro certo sunt virtutum plenitudine decorati, & ideo di ligendi sunt, & honorandi. Veruntamen inueniuntur multæ falsę gemmæ.i. multi hypocritæ, & ficti hoies, qui in colore, & exteriori apparentia sunt bonis similes, & conformes, & ideo difficile est cogitare, & iudicare, qui sint veri, & qui fal si, qui boni, & qui mali. Veruntamen si uirtus, & efficacia, quorumlibet attendatur, hoc est dictu, si opera considere- mus, tunc bonorum, & malorum differentiam dilucide co gnoscemus, quia de fructu arbor cognoscitur. Luc.6. A fructibus.n. eorum cognoscetis eos. Matth 7. ¶ Inter gemmas difficile est iudicare, q a multę sunt splendidæ, & lucidæ, quæ tamen sunt modicæ uirtutis. Quædam etiam vilis, & hispidi coloris, quæ tamen sunt maximę virtutis. Nam plus quando que latet de virtute in vno paruulo, & ferrugineo adamante quam in Sardio lucidissimo uel beryllo, secundum Isid. Sic uerè inter homines est hodie difficile iudicare, quis.s. bonus sit, & quis malus, quia vere multi sunt splen lidi per honestã conuersationem, q a vere modicę sunt virtutis, sicut sunt hy pocritę. Sunt etiam multi, qui licet, sint (more adamantis) vi lis coloris.i. paruæ apparentię, uel etiam leuis conuersationis, interius tamen in corde, & in occulto sunt bonę, & magnę perfectionis. Vel dic, q multi sunt lucidi quantum ad scientiam, qui parũ. sunt virtutis, & econuerso multi sunt obscuri, & ignorātes, & simplices, qui tñ præcellunt alios in virtute. ideo nolite iudicare ſm faciem, sed iustum iudiciũ iudicate. Ioã.5. Vel per claros intellige diuites, per obscuros pauperes, quia multi sunt viles, & humiles pauperes, qui in scientijs, & moribus, claris & diuitibus sunt meliores, quia melior est pauper sufficiens, quam diues gloriosus, & indigens pane. Prouerb 12. Vel dic quòd multi clari sunt, & maximę apparentię, qui tamen modicæ sunt virtutis. Quantum ad diuitias temporales, & econuerso multi sunt rustici mino ris apparentię, virtutis tamen sunt maximæ quoad diuitias, licet sub obscuro burello lateat sua virtus.

### De Lapide gagate. Cap. 80.

Gagates est lapis viridis, glaucus vel niger, & est de fa 1 cili combustibilis ferè sicut thus. fumus autem eius, serpentes fugat, demoniacos prodit, & demonibus contrariatur, secundum Isidorum. Sic verè quando, aliquis est rudis per exteriores habitus vilitatem, niger per humilitatem, glaucus per pœnitentię austeritatem, quę.s. hominem facit hispidum, & pallentem, & facili combustibilis per amoris incendium, & per charitatem, tūc vere fumus.i. oratio quæ ab isto emanat, & ad Deum eleuatur habet fuga re serpentes.i. venenosas carnis delectationes, & demones.i. demonum suggestiones, & tētationes. Vnde Thob.3. Fumus .n. eius fugat omnia genera demoniorum ¶ Gagates secundum Diosc. virginitatem prodit, quia si quis aquam eius bibe rit, si sit virgo, non vrinabit, si mundi autem uirgo non luerit statim etiam contra voluntatem vrinam emittet, & sic veritas per lapidem experitur. Tales sunt mundi delicię vel diui tię, quia vero si aliquis homo virgo, & castus.i. purus & iustus eas biberit, & acquisierit, aqua huiusmodi sibi ꝓcul dubio non nocebit, quia prosperitas bonos non nocet, imo iuuat. Si autem homo non sit castus, sed impius, & iniustus, tūc vere si aquam mūdanę prosperitatis biberit, statim incipiet vrinam

vrinam.i.vitiorum & peccatorum fœditatem prodncere, fa
cere & emittere. & sic luæ mentis corruptio patefiet. Figura
Nnmeri.5. vbi si mulier suspecta de aliquo adulterio noo ef-
fet rea, non noceát ei aquæ maledictionis, si aût esset adulte
ra, suus vterus tumescebat, femur ipsius putrescebat, & sic ip
sa adulterio deperibat. Sic verè si mulier.i.anima adulterata
non fuerit per vitia, & peccata, tunc licet bibat aquã maledi
ctum mundanæ ꝓsperitatis, tamen ab ea non læditur nec infi
citur quoqno modo, si autem fuerit adultera, vt quia cũ dia-
bolo, & rebus mundanis per diuersa mala desideria fornica
tur, tunc vere si aquam mũdanæ prosperitatis biberit, statim
intumescit per superbiam, cõputrescit per luxuriã, & adulte
rio moritur per mortem tẽporalem pariter, & æternã. Apo-
calyp. 8. Multi hoĩes mortui sunt ea aquis, quia amaræ factæ
3 sunt. ¶ Gagates calefact⁹ paleas attrahit, & eleuat, puluis ei⁹,
dentes laxatos roborat, & confirmat, dolores ventris sedat,
& carmina & maleficia irrita facit, & eneruat. Sic verè vir ꝑ-
fectus per bona sua exempla paleas.i.peccatores attrahit.s.ad
bonum, & maximè quando calefactus est per charitatem. dẽ-
tes etiam vacillantes.i.desperatos & timorosos confortat, &
roborat per cõsolationem, maximè si tritus, & pulnerizatus
fuerit per humilitatem. Vndc Iob 4. Vacillantes confirmane
runt manus tuæ. Dolores etiam ventris.i.miseriam, & tristi-
tiã aliorum isti per verba, & opera sua consolatoria atq; per
elemosynarum liberalitatem auferunt, & carminibus.s.dece
ptionibus malorum, & hæreticorum obuiant, & resistũt per
4 scientiæ veritatem, & per fidei firmitatem. ¶ Gagates nosios
humores consumit, hepar confortat, menstrua prouocat, &
partum valdc accelerat, doloremq; stomachi sedat, secundũ
Diosc. Talis est contritio, quia vere per eam consumitur no-
xius humor carnalis delectationis, confortatur hepar spũa-
lis affectionis (quia hepar amare cogit) pronocatur mẽstruũ
.i.peccatorum infectio, s.ad exitum confessionis, partus etiã
.i.bonorum operum procreatio per eam acceleratur, & do-
lor stomachi.i.conscientiæ remorsus, & corrosio per eam se
5 datur. ¶ Gagates valet contra nocturnas demonum vexatio
nes, contra carmina & incantationes, & dentes lassos robo-
rat puluis eius, sm Diosc. Sic diuina scientia vel scriptura va
let contra incantationes hæreticorum, cõtra vexationes de-
monum, & tentationum, & dentes.i. homines in fide vacillã
tes roborat, & cofirmat. Iob 4. Genua trementia roborasti.
¶ Gagates in aqua accẽditur, in oleo autem extinguitur, sm
6 Isidorum. Sic charitas &c. sicut supra de calce. §. charitas, de
charitate. ¶ Patet ergo, quod gagates licet sit lapis rudissi-
7 mus, tamen preciosissimus est, & ideo propter ruditatẽ exte
riorem nullatenus condemnandus. Sic vere multi licet sint
rudes, & simplices, & incompositi, tamen quandoq; sub ex-
teriôri humilitate latitat copia gratiarum. Nô ergo spernas,
hominem in visu suo. Eccl. 11.

*De lapide galactite. Cap. 81.*

1 Galactites est lapis colore cinereus, gustu suauis, quĩ
attritus, lacteum emittit humorem, qui clausus in o-
re, mentem turbat, circundatus collo, vbera lacte re-
plet, alligatus etiam femori, facilem facit partum, sm
Isidorum & Diosc. Talis est sacra scriptura, quia vere licet co
lor eius & apparentia sit cinereus.i.vilis & despectus quan-
tum ad reputationem fatuorũ (quia sapientiã atq; doctrinã
stulti despiciunt. Prou. 1.) tñ his qui gustant eam, & ibi studẽt
inuenitur sapida seu dulcis. Eccle. 24. Spiritus meus sup mel
dulcis. Et licet ad litteram mentem habeat turbare propter
sui difficultatem, & comminationem futurorum tormento-
rum, tamen vbera.i. labia replet lacte doctrinæ, & affluentia
verbali, & partum bonorum operũ facit ab aĩa parturiri. Fi
gura Apoc. 10. vbi liber dulcis in ore facit amaricari ventrẽ.
Sic verè scriptura, quæ dulcis est in ore facit in loquutione
ventrem.i.conscientiam amaram per contritionem, & sui di
scussionem. Eze. 3. Factum est in ore meo dulce tanquã mel.
¶ Galactites secundum Diosc. si cum aqua teratur, & exinde
ouile ouiũ aspergatur. replet oues lacte, & scabiem ab eis fu
gat. Iste etiam lapis humorẽ emittit lacteum, & vbera lacte
replet, & clausus in ore mentem turbat, secũdum Isidorum,
& Diosc. Ista est consideratio nostræ incinerationis, & mor-
tis, qa vere ista facit vbera nostræ misericordiæ lacte elemo-
synarum redundare mentem etiam per diuinum timorẽ tur
bat, & cõcutit, & ouibus.i.simplicibus lac deuotionis, & gra
tiæ tribuit, & ab eis serpiginem vitiorum tollit, & maximè si
in aqua lachrymarum, & compunctionis fuerit temperata.
Vel dic q talis est doctrina vel prædicatio, quia vere si tera-
tur vel exponatur, & exinde oues.i.simplices aspergantur, ip
si pro certo lacte deuotionis compassionis, & gratiæ reple-
buntur, & a scabie.i.a prurigine luxuriæ liberabuntur. Effun
dam super vos aquam mundam &c. Ezech. 36. ¶ Solinus cap.
de Græcia, dicit q galactites lapis est qui circa flumina. Nilũ
& Acheolum tantummodo reperitur, cuius color ater si te-
ratur, lactenm emittit humorem, & saporẽ, qni intra os rece
ptus liquescit, veruntamen cum soluitur, memoriæ bonum
perimit, sicut dicit. Talis est mala mulier, quæ quãuis sit atra
per malam conuersationem, solet tamen lacteum saporem,
emittere per verborum fallacem deceptionem. Prouc. 5. Fa
uus distillans labia meretricis. Si ergo talem lapidem.s. malã
mulierem in ore receptis, & secum colloquia, & familiarita
tem habueris, solet per fictum amorem tota liquescere, di-
cens illud Cãt. 5. Anima mea liquefacta est, vt dilectus meus
loquutus est. & sic bonum memoriæ suo fatuo dilectori so-
let auferre, inquantum & Dei & suæ salutis obliuionem so-
let inducere vel inferre.

*De Gemma galacia seu gallaxia, quæ Plin. Chalazias dicitur. Cap. 82.*

Galatias gemma est candida, habens spẽm grandinis, 1
in figura, quæ tantæ est frigiditatis, q nunquã ab igne
calefit, vt dicit Isidorus, & Diosc. Sic verè multi sunt
ita frigidi per indeuotionem, q licet in igne tribula-
tionum ponantur, ipsi tamen nunquam calefiunt in dei amo
re, sed semper frigidi, & obstinati, & indeuoti remanẽt, & ini
qui, & hoc maximè illi, qui sunt candidi.i.illi qui cãdore mũ
danæ prosperitatis sunt vestiti.s.diuites, qui etiam grandini
sunt similes, quia.s.ad modum grandinis bona vicinorũ suo
rum per rapinas deuorant, & consumunt. Grando magna si-
cut talentum descendit de cęlo. Apo. 16. Vel dic q iste signifi
cat bonos, & iustos, qui sunt candidi per castitatem, grandini
similes per lucentem honestatem, & tanto frigore pleni.i.tã-
to diuino timore compressi, quod licet ponantur in igne tẽ
tationum, ipsi tamen non calescunt per ardorem cõcupiscẽ-
tiæ, siue carnalis siue mundialis, quia.s.boni diuites quamuis
sint in statu prosperitatis nũquam propter hoc per auaritiã,
aut luxuriam incalescunt. Vnde 3. Regũ. 1. dicitur de Dauid,
Cumque operiretur vestibus, non calefiebat.

*Capitulum: 83.*

*Lapis hic Alberto dicitur garatidem, quem hieratitem esse putem aut non multum ab eo differre, nam & Aristoteles in lib. de animali (vt est videre in horto sanitatis) hieratites inquit si ab homine gestetor, a muscis vel apibus non mordetur.*

Gratiten est lapis niger, sed virtute superat colorem. 1
Quem prius ablutum si quis gestauerit ore. Dicere
mox poterit quid de se cogitat alter, vt dicitur in la-
pidario. Iste lapis significat paupertatẽ, quæ pro cer-
to licet nigra, & uilis, & despecta videatur, tamen non modi
ci est valoris, quia si quis eam portauerit, & ad litteram pau
per fuerit, statim cognoscet, & sciet quid de se cogitent cir-
cunstantes, hoc est dictu, qa ipse cognoscet quale cor, & qua-
lem affectionem alij habeant ad eundem, quia vere in tẽpo-
re paupertatis, et aduersitatis veri amici non derelinquunt
hominem, mali autem amici, & falsi ipsum deserũt, & dimit
tunt, & ideo dicit Hiero. & Sent. Ob hoc solum amanda est
paupertas, quia a quibus quis ametur ostendit. ¶ Gratiten fa
cit portantem se amabilem. Vnde sic probatur, nam si inun-
ctum fuerit corpus alicuius melle, & muscis expositum, relin
quunt eum muscæ si præsens fuerit lapis ille, sed si lapidẽ ali
quis subtraxerit, statim a muscis pungitur, & vallatur, vt di-
citur ibidem. Talis est naturæ humilitas vel memoria mor-
tis, & timor Dei, quia vere ista faciunt hominem amabilem
.s.apud Deum & homines, & ideo si quis inunctus fuerit dul
core deuotionis vel gratiæ, & a muscis.s.a malis cogitatio-
nibus, & tentationibus infestetur, si lapidem istum habuerit
.s.humilitatem uel timorem Dei, & huiusmodi, statim a mu-
scis hu-

scis huiusmodi liberatur, q si eum a se subtraxerit, ab eis in-
festabitur,& melle deuotiōis,& gratiæ paulatim priuabitur
& carebit, quia sicut dr̄ Eccl.27. Nisi in timore dñi tenueris
instanter, cito subuertetur domus tua. Ideo Hiere.2. Scito q̄
amarum sis te reliquisse dominum Deum tuum, & non esse
timorē eius apud te. Vel dic q iste est timor Dei vel deuotio
&c. Vel dic q iste lapis significat affectionem vel adulationē
vel etiam diuitias, seu dona, quæ pro certo faciunt hoiem ab
alijs diligi, & amari, quia diuitiæ addunt amicos plurimos.
Prouerb.18. Nam si quis melle.i.carnali voluptate inunctus
fuerit, & a multis.i. a balliuis & iudicibus insequatur vt pu-
niatur, & corrigatur, pro certo si lapidem istum portauerit
.i.si dona & munera eis obtulerit, vel bene adulari sciuerit,
vel cum eis carnali affectione coniunctus fuerit, tunc ab oi-
bus tutus erit. si autem dona subtraxerit. tūc eum sine dubio
crudeliter persequentur, quia sicut dr̄ Prouer.18. Deum ho
minis dilatat viam eius,& ante principes spatiū ei facit. Vel
dic q per mel intelligo diuitias, propter quas homines a mu
scis.i.ab vsurariis latronib.& balliuis & a cæteris impiis infe
stantur. Per lapidem autem intelligo bonū principē vel præ-
latum, per quem subditi a muscis talibus liberantur, quia ve
re muscæ istæ in præsentia boni prælati non possunt nocere
quia.s. per ipsum eorū iniquitas coercetur, alias si lapis iste
preciosus absens fuerit,& si bonus princeps vel prælatus de
fuerit, tunc talium muscarum malitia exardescit,& ad bono
rum nocumentum fortius cōualescit, quia sicut dicitur Pro-
uerb.11. Vbi non est gubernator, populus corruet.

1
## *De Jaspide.* *Cap. 84.*

IAspis est lapis viridis sicut smaragdus, sed grossioris est,
coloris. hic inter pericula tutum facit hominem, malefi-
ciis & incantationibus resistit, oculos acuit, efficacior est
argento q̄ auro, fantasmata fugat, & ardorem interiorem re
frigerat. fm Isidorū. Recte talis est fides, quia vere ista facit,
hominem tutum inter omnia aduersa, & maleficijs.i.demo-
num,& hæreticorum tētationibus,& deceptionibus obuiat
visum intellectus acuit per discretionem, ardorem etiā aua-
ritiæ vel luxuriæ refrigerat,& vtilior est in argento.i.in viro
sonoro,& eloquente, quàm in auro.i.q̄ in homine aureo, &
perfecto, quia.s.illorū fides valet plus alijs, inquantū loquun
tur,& prædicant. Et ideo bene dicitur Apoc.21. Fundamen-
tum primum iaspis ¶ Iaspis qñ caste gestatur, interiorem ar
2 dorem temperat, febres & hydropysim reprimit fluentē san
guinem, & sudorem compescit, luxuriam cohibet menstrua
stringit, vlcera & hemorrhoidas sanat. Talis est pœnitentia,
quia vere si caste,& a persona bona,& casta portetur, ardo-
rem interiorem,& mentis concupiscentias reprimit, quia p
eā sanatur febris luxuriæ, hydropisis & sitis auaritiæ, & per
eam compescitur sudor malarum cogitationum, sanguis ma
larum delectationum,& affectionum, menstruum infectæ cō
uersationis, vlcera infamis operationis. Vel per iaspidē intel
ligo mortis memoriam, vel etiam paupertatē, quæ hæc om-
nia operatur. Vel dic q hæc est largitas reprimens hydropi-
sim auaritiæ, vel castitas restringens sanguinem, & febres lu
xuriæ &c. ¶ In capite aspidis inuenitur quidam iaspis paruus
3 & multis coloribus coloratis, qui preciosissimus reputatur,
quia solet habere tot valores quot colores. Sic verè illi q ex
trahuntur de capite aspidis diaboli.i. de statu damnationis,
& peccati, optimi sunt & preciosi, sicut patet in Paulo. Nam
isti sunt colorati per bonam consuetudinem, & virtuosi per
sanctitatem & perfectionem.

## *De Hyacintho.* *Cap. 85.*

IAcinthus est lapis ceruleus, nec nimis clarus, nec nimis ob
1 scurus, sed inter duo temperatus, in tēpore nebuloso ob-
scurus. Nam fm temporis qualitatem, diuersimode varia
tur color eius, fm Isido. Talis est vir iustus,& perfectus, quia
vere ipse debet esse temperatus inter claritatem subtilitatis
rationis, & obscuritatem ignorantiæ, quia.s. non debet plus
sapere, quàm oportet, sed sapere ad sobrietatem. ad Rom.12.
& Eccl.7. Ideo Prouerb.23. Prudentiæ tuæ pone modū De-
bet etiam fm diuersa loca,& tempora, colorem suum.i. ap-
parentiam mutare, quia si sit in tēpore sereno.i. si habeat ip-
se,& sui prosperitatem, tunc debet apparere lætus, & clarus
.s. congratulando,& Deum regratiando. Si autem tempus.i.
status suus vel aliorum, fuerit obscurum per aduersitatem,
tunc similiter debet ostendere colorem, & apparentiam ob-
scuram per compassionem, vt sic gaudeat cum gaudentibus
fleat cum flentib. ad Rom.12. Quia vere iusti,& boni in pro-
speris aliorum debent congaudere, in aduersis autem eorum
debent compati,& tristari. Quod est contra inuidos, qui fa-
ciunt econuerso. Vel applica contra mundanos, qui fm tem
pus.i. fm cursum prosperitatis mundanæ, lætantur vel tristā
tur, quia eos serenum.i. psperitas importune facit lætari, ad-
uersitas aūt tristari, quia stultus mutatur vt luna. Eccles.26. 2
¶ Iacinthus est lapis durissimus ad sculpendum, ab adaman-
te tñ vincitur,& signatur, in ore missus, sentitur frigidus, vir
tutem habet confortatiuam, & tristitiæ seu melancholiæ fu-
gatiuam,& suspitiones vanas pellit,& contra aeris pestilen-
tias summe valet. Talis est vir perfectus, quia ipse debet esse
durus per constantiæ firmitatem, non debet sculpi vel pœne
trari vel terreri quacunque duritie mundanæ tribulationis,
sed solo adamante.i. solo timore diuino. Qui.n. timet deum,
nihil trepidat. Eccl.34. Iste etiam debet esse frigidus per ca-
stitatem, vel per modestiam,& maturitatem, non seruēs per
luxuriam uel leuitatem. Et ideo talis habet virtutem confor
tatiuam, quia vere boni,& iusti sciunt suis sermonibus me-
stos confortare, eorum tristitiam temperare,& malas suspe-
ctiones,& timores de eorum cordibus remouere, quia sicut
dr̄ Prouer.12. Mœror in corde viri deijciet eum,& sermone
bono lætificabitur. Vel dic q iste lapis est lætitia spiritualis
vel etiam consolatio verbalis &c. Vel per iacinthū intelligi-
tur spes firma, quæ tribulationibus non cedit, & omnem tri
stitiam,& desperationem tollit. Spes.n. non confunditur. ad
Rom.5. Nam ista contra aeris pestilentias.i. contra mūdi tri
bulationes, & aduersitates ualet, neruos etiam affectionum
vegetat,& confortat, quia vere per spem bonorum æterno-
sum voluntas interior roboratur,& confortatur per deuo-
tionem,& per gratiam vegetatur. Et sicut iste lapis dulcem
efficit saporem sic spes facit in rebus cœlestibus, & etiam in
mundi tribulationibus saporem, & delectationem inuenire.
Habemus anchoram &c. ad Hebr.6. ¶ Iacinthus neruos ve- 3
getat,& membris dat vigorem, & salutiferum dat saporem,
fm Diosc. Sic deuotio vel contemplatio dat vigorem,& for
titudinem cōtra peccata,& vegetat animam per gratiam, &
saporem æternæ voluptatis iam in præsenti facit sentiri. ¶ Ia 4
cinthus tanto est melior, quanto in colore,& substantia sap-
phiro est propinquior,& similior. Sic verè aia tanto est me-
lior,& sanctior, quanto sapphiro.i. Christo per virtutes, & 5
gratias est similior. Similis ero altissimo. Esa.14. ¶ Iacinthus
fm Dioscoridem, veneno obuiat,& toxico contrariatur. Ta
lis est gratia Dei, quæ veneno peccatorum obuiat,& eis sine
dubio opponitur. & adiūge. § de deuotione. ¶ Iacinthus est
lapis preciosissimus,& est fm Dioscoridem, quædam herba 6
eiusdem nominis,& coloris,& in multis ei similis, licet non
per omnia sit ęqualis. Ista est Christus, qui sanctissimus debet
dici, in terra tñ.i. inter hoies terrenos fuit ei quædam herba
similis.s. beatus Franciscus, qui in colore.i. in exteriori appa
rentia,& stigmatibus fuit ei similis,& etiam in ualore.i. quā-
tum ad humanitatem,& benignitatem, licet non per omnia
cum sit impossibile creaturę. Figura Dan.3. vbi inter cęteros
vidit vnum similem filio Dei. Sic iste in fornace paupertatis
vel feruentis charitatis est quantum ad stigmata factus filio,
Dei similis, & conformis. Vel expone si vis de aia iusta, quæ
Deo est similis,& conformis. Vel expone si vis de aīa huma-
na simpliciter, quæ Deo est similis quo ad imaginem trinita
tis. Genes.1. Faciamus hominem &c. ¶ Iacinthorum plures
sunt spēt colores, & apparentiæ differentes, tamen oēs sunt 7
preciosi, fm Isidorum. Sic verè bonorum hoium plures sunt
spēs,& differentiæ, quia.s. alii clerici &c. qui colore & habitu
abinuicem sunt distincti, quia oīs caro eadē caro.1. ad Corin
thios.15. Oēs tñ sunt preciosi quocunq; nomine censeantur.
Stella.n. differt a stella in claritate. ibidem. Vel si vis expone
de virtutibus, quarum sunt plures differentiæ &c.

## *De Iride lapide.* *Cap 86.*

IRis est lapis sex angulorū, pspicuus vel lucidus vt crystal- 1
lus,& dr̄ sic, eo q in domo solis radijs expositus, statim spe
ciem iridis,& eius colores in proximos parietes opposi-
tos repręsentat. valere dr̄ per oīa sicut beryllus,& mulierem
adiuuat parituram, fm Isidorum,& Diosc. Dolores.n. tem-
perat parientis. Talis rectè est aia perfecti, quia ipsa est clara
& per-

& perspicua per conscientiæ puritatem, & ideo qñ radijs so-lis.i.diuina gratia perfunditur, & tangitur, tunc vere statim in parietes propinquos.i.in socios & vicinos emittit colores bonorum exemplorum, & sic speciem iridis.i. ipsius Christi (qui fuit signum fœderis, repræsentat, per eius.s.imitationem. Vidi Angelum amictum nube, & iris in capite eius. Apoc. 10. Ista etiam habet sex angulos.i. sex opera misericordiæ, quæ in isto versu continentur. Vestio, poto, cibo, recolligo, visito, condo. & ideo bene dicitur, q labores parientis.i.dolores & miserias egenorum adiuuat, & supportat, quia.s.boni & misericordes elemosynis suis egenos consolantur.

## De Gemma hyenia. Cap. 86.

Enia est lapis, qui in oculis hyenæ reperitur, quem si quis sub lingua sua posuerit, facit plurima prædicere iam futura, vt dicit Isid. Talis est fides vel spiritus sanctus, quia vere qñ fuit Apostolis & Prophetis appositus, statim p cer to fecit eos de futuris prædicere, & vaticinari. 2. Pet. 1 Cuius spiritu inspirati, loquuti sunt Prophetæ. Et isti in oculis hyenæ.i.in prælatis, & iudicibus & prædicatoribus, & sacerdotibus, qui sunt oculi, directores.i.& correctores corporis ecclesiæ) debent summopere reperiri, qa vere tales debēt plus feruere fide, & spiritu sancto, quam cæteri Christiani. Act. 6. Elegerunt septem viros plenos fide, & spiritu sancto. Nā per hyenam, quæ vtranque habet naturam, intelligitur ecclesia, quæ habet vtranque sexum ad litteram, qui continet homines, & fœminas, & ad eius vnitatem conuenerunt vterq; populus.s.iudaicus & gentilis. Et in oculis hyenę.i.in eius prælatis debet iste lapis præcipuè reperiri.s.gratia, scripturæ sapiētia vel doctrina. Vel dic q iste lapis est sacra scriptura vel feruor charitatis. mediantibus quibus homo efficitur prædicator, & sic de futuris.s.de vita æterna inferno, & iudicio loquitur, & diffinit. Nouit præterita, & de futuris æstimat. Sapient 8. Vel dic, quod hæc est virtus prouidentiæ, quæ scilicet prouidet de futuris, vel consideratio futurorum vel contemplatio, quæ vaticinatur de futuris.

## Capitulum. 88.

*Meminit huius lapidis Vincentius in speculo naturali, libro 8. cap. 78.*

Aman lapis est diuersimode variatus in colore, quia nunc niger, nunc albus, nunc varius reperitur, & dicitur a cauma, quod est incēdium, quia in locis calidis, & sulphureis generatur. Huius virtus est sm Diosc. hydropisim curare, & diuersis imaginibus sculpitur, & celatur. Talis est scriptura, quæ inuenitur diuersorum colorū, apparentiæ, & superficierum, quia nunc alba.i.plana ad exponendum, nunc nigra.i.difficilis, & obscura, nunc varia.i.diuersis intellectib. variata. Ecce equi varij, albi & nigri. Zach. 6. Ista etiam in calidis.i.in feruētibus pectoribus virorum spiritualium.s.prophetarum, & apostolorum, est inuenta, & deinde multis imaginibus.i.expositionibus est celata, & ideo modo valet qñ.s.per auditum prædicationis vel per studium recipitur) ad hydropisim.i ad sitim auaritiæ, tumorem superbię, ardorem luxuriæ temperandum, Vnde Augustinus super genesim ad lit. li. 5. Sacra scriptura sua altitudine superbos irridet, sua profunditate attentos terret, sua veritate magnos pascit sua affabilitate paruos nutrit.

## De Rabrato. Cap. 89.

*Vide vincentium in speculo naturali lib. 8. c. 78 Apud Albertum k bacabrates legitur, vt est in horto sanitatis.*

Abrates est lapis trāslucidus, crystallo similis, qui dare eloquentiam creditur, honorem & gloriam, & defendit a noxijs, & venenis, & curat tumorem hepatis, & splenis, secundum Diosc. Talis est scientia, quia vere ipsa facit hominem eloquentem, dans ei gloriam, & honorem, & quia facit hominem discretum, ideo dicitur a no-xiis scilicet, tentationibus & tribulationibus præseruare, & tumorem superbię, & melancholiam tristitię sanat pariter, & curat.

## De Kalcosano. Cap. 90.

*Calcbophanos apud Plinium l gitur, gemmaque dicitur esse nigram, quæ illisa arti tinnitum reddit. Calcbophibongos apud Solinum legitur.*

Alcosanus est niger lapis, colore despectus, qui gestatus in ore, dicitur clarificare vocem, & defendere a raucedine fauces, vt dicitur in lapidario. Hæc est humilitas, quæ in mundo videtur nigra, & despecta, qa vere si ipsam habuerimus tunc vox orationis nostrę clara, & gratiosa efficietur, & a raucedine peccati seruabitur. Ecclesiastic. 35. Oratio humiliantis se nubes penetrat. Humilitas enim orationi dat efficaciam, & virtutem. psalm. Ecce dabit voci suæ vocem virtutis.

## De Ligurio lapide, quē Plinius Solinus & Dioscorides lyncurium appellant. Cap. 91.

Igurius secundum Isidor. & diosc. est lapis electro similis, qui a lance bestia ex eius vrina inter arenas gignitur, & habet virtutem, stomachi dolorem auferre, fluxum ventris, restringere, & colorem perditum restaurare. Talis est contritio, quia quando lanx, id est Christus mingit in terra, conscientiæ, & infundit vrinam suę gratiæ, tunc ibi concipitur bonum propositum, & contritio, & sic fluxus ventris.i.luxuria restringitur, dolor stomachi.i.inuidia vel remorsus conscientię sedatur, color perditus.i.bona conuersatio restauratur. Vel dic per omnia. quod ille lapis, est castitas, quæ pro certo per Dei inspirationem, & gratiam generatur, quia non ero contine..s, nisi Deus det. Sapient. 8. Et dic per omnia sicut supra ¶ Ligurius est lapis electro similis, qui paleas attrahit, & colorem perditum vel infectum restituit, & restaurat, secundum Diuscor. Talis est honestas, & bonum exemplum, quia vere electro est similis, quia scilicet fulget, & rutilat pre alijs virtutibus. Et ideo paleas, id est peccatores attrahit ad bonum, & colorem, i. est exteriorem apparentiam facit bonam, & conuersationem pulchrificat, & decorat.

## De liparea gemma, quam liparim Plinius appellat. Cap. 91.

Iparea est gemma de syricis partibus veniens, quam omnia genera ferarum cupiunt intueri, & ad eius pręsentiam properant, vt eam intueantur, & ideo venatores feras quas canum cursu capere non poterant, solius lipareę aspectibus ad se ducunt, vt dicitur in lapidario. Iste lapis significat virtutem honestatis, & bonę conuersationis, quia vere omnes fere filuę huius mundi, id est omnes homines delectantur in aspectu istius, quia vere pulchrum, videre hominem honestum, & maturum; & ideo mediante, isto lapide.i. bonorum exemplorum, conuersatione, venator Christus ad se trahit, & occurrit multas feras, id est multos peccatores, quos canibus.i. mediantibus mundi tribulationibus ad se trahere non valebat. August. de verbis Apostoli li. 1. Crede, & venis ama, & traheris. sequitur. Amando venitur ad Deum, non nauigando. Vel dic q iste lapis est Dei misericordia, ad quam omnes confugiunt peccatores. &c. sicut supra. Vel dic q illa est beata virgo, quę pro certo ad se trahit feras.i.indomitos peccatores, & ideo mediante auxilio suo venator Christus plures accipit, & conuertit, quam per canum suorum.i.prędicatorum latratus, & discursus. Ideo bene sibi dicitur Cant. 1. Trahe me post te, in odorem &c. Vel dic q liparea est mulier, quam omnis homo diligit a natura, & per eam capitur multotiens a diabolo per mala desideria qui per canes, id est per tribulationes capi ab eo nō valebat. Exemplum de Dauid, quem Bersabeæ ad se traxit, & ideo per adulterium fuit captus.

De

*De Margarita.* *Cap. 91.*

1 MArgarita sm Isidorum li.16.est lapis candidus,inter
oẽs lapides candidos præcipuus,qui alio noĩe vnio
dr̃,eo quod vnus, & nunquam duo insimul reperiũ
tur,& est clarus, perspicuus & rotundus, virtutem
habet confortatiuam,& syncopis,& cardiacę curatiuam, vt
dicit Pla.Talis est per oĩa beata virgo,quia uere ipsa fuit cã-
dida per puritatem,& virginitatem,clara per honestatẽ,per-
spicua per planitiem, & veritatem, quia.s.eius intima pote-
rant videri,rotunda per obedientiæ,& boni operis volubili
tatem,una fuit,& præ cæteris præcipua, quantũ.s.ad sanctita
tis singularitatem.Ideo dr̃ Virgo singularis.& Canti.6.Vna
est columba mea.Et virtutem habet confortandi,s.oẽs mise
ros peccatores,& syncopim.i.tremorem cordis tristitiam.s.
& desperationem lanandi,& curandi,& fluxum uentris.i.lu
xuriam restringendi. Sapiens ergo fuit ille,qui inuenta ista
preciosa Margarita,vẽdidit oĩa bona sua,& comparauit eã.
2 Matth.13.Vel expone si vis de qualibet virgine,& de quoli-
bet viro perfecto.¶ Margarita ex rore cęlesti in maris cõchy
libus generaẽ. Sic Christus &c.vide de conchylibus, & adiũ
ge conditiones Margaritæ sicut supra.§.1.¶ Item sm Isido-
rum ibidem inter Margaritas quædam inueniuntur mere cã
didæ,quædam flauæ, sed illæ quæ sunt ex toto candidæ, sunt
alijs meliores.Sic verè inter personas castas quædã sunt me-
re candidæ,& castæ,s.virgines, quædam flauæ, & non ex to-
to albæ,s.coniuges,quæ licet coniugium castè seruent,tamẽ
virginitatis candorem non habent, sed pro certo meliores,
& perfectiores sunt ex toto candidæ, quam aliæ,hoc est di-
ctu,  melior est status virginalis. Bono.n.melius inuenitur.
4 Eccl.36.¶ Margarita quæ in mane concipitur,melior est,pul
chrior,& candidior, quam illa quæ vespertino tempore ge-
neratur,vt dicunt Isid.& Diosc.& ẽt Plinius & Solinus, qui
ait  candor senecta disperit,& grandescentibus cõchis fla-
uescunt Margaritæ.Sic verè illi qui mane.i.in tempore iuuẽ-
tutis efficiuntur Margaritæ.i.viri iusti,& perfecti,& religio-
si,meliores sunt alijs, qui in vespere.i.in senectutis tempore
conuertuntur.Nam isti sunt meliores,quo ad vitę sanctitatẽ
& vitę bonitatem,pulchriores quo ad honestatem,candidio
res quo ad castitatem.Ideo bene dr̃ Eccle.1.Mane semina se-
men tuum. Vel dic,  Margaritę.i.opera bona quæ in mane
iuuentutis fiunt, præferuntur alijs,quę fiunt in vespere sene-
ctutis,suntque apud Deũ lucidiora,& preciosiora,& uirtute
maxima potiora.Esaiæ 58.Tunc erumpet,quasi mane lumen
5 tuum.¶ Margarita virtutem habet spiritus confortandi, &
fluxum ventris restringẽdi,& superfluos humores abstergẽ-
di,sm Plate.Talis est candor castitatis, quia mentem confor
tat,& roborat,spiritum ẽt contemplationis summè iuuat,flu
xum luxuriæ restringit,humores carnalitatis abstergit. Vel
6 idẽ dic de pęnitentia vel sacra scriptura.¶ Qñ corpus ẽ debi
litatum, & potissimè ex solutione medicinæ,tunc summe cõ
fortat,& roborat Margarita,& summè iuuat cõtra cardiacã
passionem,& syncopim,& contra tremorem cordis, sm Pla
te.Margarita candida est gloria æterna, vbi est candor lucis
æternæ,& speculum sine macula,s.ipse Deus. Medicinæ sunt
mundi tribulationes,quæ pro certo(sm Hieronymum)sunt
animæ medicinæ.Qñ igitur ex ista medicina,i. ex mundi tri-
bulationib.aliquis est debilitatus,& desolatus,ita  cor eius
est tremulosum,& timidum, accipiat Margaritam,i.conside
ret gloriam æternam, & sic pro certo statim per spem cõfor
tabitur,& roborabitur,& ab his tribulationibus cõualescet,
quia.s.videbit  non sunt condignæ passiones huius tempo
ris ad æternam gloriam ad Rom.8. Istam ergo Margaritam
bene inuenerat ille,qui pro ea cõparanda vendidit vniuersa
sicut dr̃ Matt.13.¶ Margarita aliquando inuenitur naturali-
7 ter perforata,aliquãdo etiam artificialiter perforatur, & sic
vsibus hominum coaptatur.Sic verè sunt,qui quasi a natura
sunt perforati,hoc est dictu,correcti & instructi,& per diui-
nam gratiam penetrati,aliquando ẽt artificialiter, & actuali
ter a prælatis,& prædicatoribus perforantur,& disponũtur
.s.doctrinis,& correctionib.& sic diuersimode ad vsus Chri
sti,& ecclesiæ pręparantur,iuxta illud.Parauerunt lapides in
ædificium domus 3.Reg.5.¶ Margarita virtute cęlesti, ex ro
8 re cœli in ventre conchylis cõcipitur,sed quanto maior fue
rit haustus roris,tanto Margarita generabitur ibi maior,se-
cundum lapidarium,secundum Plinium lib.9.c.35. & secun
dum Solinum ca. de Taprobane insula. Margarita significat
gratiam vel virtutem.Per aerem intelligo prędicatorem,qui
debet esse vir spiritualis.Per rorem qui inde venit, intelligo
scientiam & doctrinam. Quãto ergo maior ros recipitur.i.
quanto quis plus percipit,& recipit de rore doctrinę,& præ
dicationis,tanto vere in eo maior Margarita.i.maior gratia
rum,& uirtutum copia generatur. Vel si vis per rorem intel
ligo Dei gratiam,per Margaritam intelligo meritum,& vir
tutes,uel etiam bona opera,quia quanto homo de rore diui
nę gratiæ magis hauserit,tanto Margaritam boni operis ma
iorem concipit, & producit. Gen.27.Det tibi Deus de rore
cœli abundantiam. ¶ Quando conchyle est apertum ad ro- 9
ris receptionem,& Margaritę generationem, tunc (sm Pli.
vbi supra,& sm lapidarium)si fiat forte tonitruum vel coru
scatio,conchyle præ timore clauditur, & sic lapidis genera-
tio impeditur.Sic verè qñ aliquis aperuit cor suum ad rece-
ptionem roris.i.diuinæ gratiæ vel doctrinæ,vt sic Margaritã
.i.bona & preciosa opera generet,& producat, tunc qñq; fit
coruscatio tentationis,vel tonitruum tribulationis, & sic se
claudit,& retrahit ab huiõi roris receptione,& sic cõceptio
& ꝓductio bonorũ operũ impeditur. Hier.13. Ciuitates au
stri clausę sunt,& nõ est qui aperiat.¶ Scdm Pli.li.9.c.35.con
cha quæ Margaritam portat, statim  videt aliquem manũ, 10
apponere cõprimit se, operitq; opes suas,sciẽs ꝑꝑ eas se pe-
ti,fitq; qñq;  si manum ꝑueniat in claudẽdo, ipsam acutie
sua laniat,& abscindit,nulla(inquit)iustiore pęna &c. Sic fa
ciunt mundi diuites,quia.s.ipsos claudunt,& præmuniũt qñ
aliquẽ suis Margaritis.i.suis diuitijs insidiari cernunt, & qa
propter eas se peti,& molestari a latronibus sciunt, qñq; fit,
quod taliter se defendunt, quod etiam ipsis raptoribus ma-
nus,& membra præscindunt, quod etiã de diuitijs spiritua-
libus debemus facere,quia.s.nos debemus claudere per hu-
militatem,& per diligentem custodiam nos serare, quando
manum diabolicæ tentationis propter eas tollendas conspi
cimus minas dare. Threnor.1. Manum suam misit hostis ad
omnia desiderabilia eius.

*De Magnete.* *Cap. 94.*

MAgnes est lapis ferruginei coloris, & attrahit ferrũ
ẽt mediante alio ferro, ita vt cathenam faciat annu
lorum,& ideo ferrum viuum a vulgo nuncupatur, 1
vt dicit Isidorus,& habet virtutẽ reconciliandi mu
lierẽ cũ marito,& valet contra hydropisim,splenẽ,alopeciã
& arsuram sm Dios.Talis est prædicator,& quilibet vir ꝑfe
ctus,qa vere ipse debet esse ferruginei coloris ꝑ pęnitentiã,
& macerationẽ, ferrũ.i.ferreos pctõres debet attrahere,s.ꝑ
doctrinam & exemplũ,& prædicationem,mulierẽ ẽt.i.aiam
peccatricẽ cum Christo sponso suo reconciliat, & reiungit,
& hydropisim auaritiæ,splenem melãcholiæ,& secularis tri-
stitię,alopeciam insolentiæ (quæ.s.capillos exterioris hone-
statis facit cadere)sanat,& tollit, arsurã luxuriæ facit perdu-
ci ad sanitatem,s.docendo,& prædicando, & ad bona opera
alios informando, & ideo ferrum viuum, scilicet vita gra-
tiæ,dici potest. Vita viuet,& non morietur. Ezec.18. Vel dic,
 iste ẽ Christus similis ferro.i.pctõribus in colore,& in car
ne,& apparentia humanitatis. In similitudinẽ carnis peccati
ad Ro.8. Et ideo iste attraxit ad se in paradisum ferrũ.i.pec-
catores, mediante alio.i.mediãtibus peccatoribus primo cõ
uersis, sicut patet de Paulo & Apostolis, quos primo attra-
xit,& conuertit,& deinde per illos alios ad se traxit, sicut su
pra,peccatores etiam Deo patri recõciliauit ad Rom.5. Re
conciliati sumus Deo per mortem filij eius. Hier.15. Fędera-
bitur ferrum ferro. Vel dic,  iste est diabolus, qui attrahit
peccatores secum ad dãnationem, & vnũ mediante alio per
mala exempla,uerba & conuersationem.Figura de dracone
qui cum cauda sua trahebat tertiam partem stellarũ. Apoca.
12.Quia vere draco diabolus mediante cauda sua,i.suis ma-
lis sequẽtibus in interitum trahit multos.¶ Magnes lapis est
reconciliationis, & attrahit ferrum.vnde dicit Aug.  si etiã
fuerit subtus aliquod vas æneum vel argenteum, & ferrum
desuper fuerit, si lapis subtus vas motus fuerit, statim fer-
rum quod supra est mouebit. Vnde secundum eum, factum
fuit quoddam simulachrum in quodã templo,quod videbaẽ
in aere pẽdere,& hoc ꝑꝑ virtutem illius lapidis de quo erat
parietes circunstantes, qui ferrum medium æqualiter attra-
hebant,& quia non erat plus de influentia in vna parte, quã

alia, iō fettum quasi suspensum in medio stabat, sicut dr̄ de cassa machometi vbi est corpus suum. Talis virtus est bonū exēplū, vel bona cōuersatio, quia vere vir iustus, & honestus p̄ suā bonā cōuersationē, ferrum.i. ferreos p̄ctōres attrahit, l. ad bonū, quia si sit in quodam vase æneo vel argenteo, hoc ē dictu, in argēto.i.in albedine castitatis, in ære.i.rubedine charitatis, & motus fuerit per bonum exercitium, & operationē tūc vere ad exēplum eius ferrū, qđ est extra ista vasa.i.p̄ctōr qui est extra statum gratiæ, mouebitur, s.per contritionē, & bonam operationem. Vnde pro certo si in aliquo tēplo.i.in aliqua religione vel societate sint multi tales lapides circumstantes, & multi viri iusti, & perfecti, ad bonum alios attrahētes, tunc licet sit ibi simulachrum ferreū.i.aliqua persona importabilis, & grauis, dura & obstinata, virtute bonorum monitionis, & orationis, & exempli dationis, ipse efficietur suspensus per contēplationē, eleuatus a terra per terrenorum abdicationem, & sic per influentiā aliorum impedietur ne cadat per apostasiam, p̄ctm̄ vel desperationē. Vos ergo q̄ spūales estis, huiuscemodi instruite. ad Gal.6. quia sicut dicit Augustinus de verbis Apostoli, Suauitas te trahit. Nonne ouis, trahitur cui esurienti herba mōstrat? & puto quia corpore nō pellitur, sed desiderio colligatur. Vel dic, q̄ lapis hic est beata virgo, quæ p̄ctōres attrahit, & eos Deo recōciliat, & prohibet ne ipsi cadant per desperatione. ¶ Est quædam spés magnetis in æthiopia quæ ferrū respuit, & a se fugat. Inuenitur ēt magnes, q̄ vno sui angulo ferrū attrahit, & alio ferrum a se reijcit, & repellit, vt dicit Isid. Sic verè inueniuntur aliqui in æthiopia huius mūdi, qui ferrū.i.p̄ctōres ferreos tangere dedignātur, & eorum societatem sectari, & eos attrahere ad bonum verbis, & exemplis, imo eos contēnendo reijciunt, & repellunt, dicentes illud Esa.65. Recede a me, non appropinques mihi, quia immundus es. Aliqui etiam sunt, qui vno angulo eos attrahunt, s. quātū ad verba, & alio angulo sui.i.suis, malis operibus eos reijciunt, & repellunt, sicut sunt hypocrytæ, qui p̄dicant verbis, & destruunt exemplis. Neemiæ 4. Vna manu faciebat opus, & altera manu tenebat gladiū. Vel dic, contra falsos amicos, q̄ in vno angulo.i.in vno tēpore attrahunt alios, s. eis applaudendo, præsertim qñ eis indigent, & alio tempore eos repellūt, s. qñ sunt in paupertate vel aduersitate, nec possunt eis aliquid valere, q̄a si habueris, conuiuet tecum, si nihil habueris, derelinquet te. Eccl.13. Vel dic contra detractores, qui in vno angulo, & loco attrahunt adulando, in alio aūt angulo repellunt detrahendo. Isti.n. sunt (sicut dr̄ Micheæ 3.) qui p̄dicant pacē, & si quis non dederit in ore eorum quippiā, sanctificant super eum p̄lium. Vel dic, q̄ iste est Deus, s̄m diuersos angulos suæ occultæ prouidentiæ, vnū ferrum.i. vnum hoiem attrahit conuertit, & saluat, alium repellit, dimittit, & damnat, quia sicut dr̄ ad Roma.9. Cui vult miseretur Deus, & quem vult indurat. ¶ Magnes dr̄ cōferre,
4 gratiam in sermone. Sic bona cōuersatio facit verbum hoīs, esse virtuosum, quia s̄m Gregorium, loquentis auctoritas perditur, qñ vox opere non iuuatur. Vel dic, q̄ iste lapis est gratia Dei, quæ reconciliat aīam Deo, & gratiam confert nobis & trahit hominem ad paradisum. ¶ Puluis magnetis cōmo-
5 uet cerebrum. vnde si super carbones in quatuor angulis domus ponatur, statim videbitur tota domus ruere, destrui & cassari, propter vertiginem cerebri, ut dicit Isidorus. Ista est caro, puluis eius significat memoriam mortis, quia. s. in morte caro in puluerē reducetur, domus est cor, anguli quatuor sunt quatuor affectiones. s. amor & odium, & timor, & gaudium, seu dolor & gaudium, timor & spes. Si igitur in quatuor angulis nostris.i.in quocunq; amore, & timore, odio & gaudio posuerimus puluerem.i. memoriam nostræ mortis, & puluerizationis, & maximè si ibi sint carbones ardētes i. memoria ignis infernalis, pro certo statim commouebitur cerebrum æstimationis, s. præ timore, & statim videbitur nobis domus nostra, s. corpus, & mundi prosperitas, ruere & cadere hoc est dictu, q̄ statim æstimabimus nos morituros, quia de morte cogitantes, vitam istam statim reputant finiendā.
6 Vnde Esa.19. Miscuit nobis dominus spiritū vertiginis. ¶ Magnes mulierem castā prodit, quia suppositus caute capiti mulieris dormientis, si casta est, maritum amplexatur, si aūt incasta, ab eo refugit, & extra lectum cadit. Sic tribulatio &c.
7 vide per oia sicut de adamante. ¶ In aliquibus partibus maris sunt montes, & scopuli de lapidibus magnetis, & ideo tāto impetu naues attrahunt propter ferrū quod ibi est, q̄ contra eos franguntur, & penitus dissoluūtur, s̄m Isid. & Diosc. mare est mundus, naues sunt conuentus, & religiones, ferrū frigidum, & durū sunt mali peccatores, & indeuoti, duri & obstinati, montes sunt mundi officia, & dignitates, quæ pro certo sunt de natura magnetis, quia vere ad se trahunt, inclinant & alliciunt ferrum.i. ferreos peccatores, quia mali semper appetunt mundi officia, & prosperitatem, & semper volunt alijs dominari, & ideo naues in quibus est tale ferrum.i. religiones vel ecclesiæ q̄bus sunt mali, & ambitiosi. propter attractionem huiusmodi dissipantur, quia cum tales ferrei cupiunt se trahere ad istos montes, tunc per eorum lites, discordias & appellationes nauis ecclesiæ dissipatur. ps. In spiritu vehementi conteres naues Tharsis. Vel per montes intelligo mundi prosperitatem, quæ malos religiosos attrahit, & delectat, & ibi destruit nauis religionis &c. sicut supra Naues Iosaphat regis iuda, quæ vadebāt in Tharsis quærere aurum, confractæ sunt 3. Re. vlt. Sic verè illæ personæ, & illi status religionis, qui desiderāt ire in tharsis.i.in mundum, & in mundi dignitatibus exaltari, ut sic auro possint ditari, p̄ diuersa vitia confringūtur. Vel dic de auaris, qui sunt mūdi naues diabolicæ, quia vere dum isti immoderato affectu volūt acquirere aurū per auaritiam, subito, q̄nq; confringuntur p̄ mortem tēporalē, & æternā. Esaiæ 30. Subito dum nō speratur, veniet contritio eius. ¶ Secundum Diosc. magnes puluerizatus calidus est, & siccus. & virtutē habet attrahendi ferrū, & ideo illis, qui vulnerati habēt ferrū in corpore, summe est vtile apponere puluerem eius. Talis est contritio, q̄a q̄n aliquis est vulneratus per temptationem, & peccata, ita q̄ ferrum.i. peccatū mortale est in corpore eius.i. in interiori cōscientia, ipsum pro certo attrahit, s. vsq; ad os, vt sic expellat per confessionem. Figura 4. Reg.6. vbi ferrum qđ ceciderat, ad profundum aquæ, statim per virtutem ligni superius enatauit. Sic verè virtute contritionis ferrū p̄cti mortalis enatat & euomitur per virtutem confessionis &c. Vel per magnetē intelligo carnem, quæ est calida per luxuriā, & sicca per auaritiam, puluis aūt eius est memoria mortis, quæ pro certo (si eā nobis apposuerimus) ferrū p̄cti mortalis per confessionē protinus extrahet. Figura sicut supra, quia verè si lignum.i. fragilitatem carnis nostræ cōsiderauerimus, statim ferru peccatorum mortalium per confessionē euomemus. Iob 20. Diuitias quas deuorauit, euomet, & de vētre eius extrahet eas Deus. ¶ Magnes ē talis uirtutis sicut polus arcticus stella maris, quia. s. ferrum attrahit. Nam si acus in festuca figatur, & cuspis eius magnete fuerit tacta, semper se vertit vel ad lapidem, vel ad stellam, & ideo cum eo nautæ in maris periculis diriguntur, & versus quam partem ire debebat, instruuntur, sicut sensu percipitur, & vr̄. Charissimi, per hāc stellam quæ est immutabilis, intelligo immutabilem gloriā paradisi, per istum lapidem durum, & rudem intelligo duritiem mortis, vel influentiā tormentorū. Ista ergo sunt virtutis attractiuæ, q̄a vere gloria æterna attrahit ferrum. i. peccatorē ad bonū alliciendo, pœna autem æterna vel mors ipsum ad bonū attrahit deterrendo. Acus aūt ferrea significat aiam peccatricē, in qua est foramen.i. voluntas, quæ oia recipit quę subintrant, & acuties.i. intellectus qui oia p̄cta cognoscere pōt, & penetrare. Per festucam aūt in qua acus figit, intelligo fragilē carnem nostram, in qua aīa deportatur. Per aquam autem intelligo gratiam, & deuotionem. Quando ergo acus i. aia bene tangitur isto magnete. i. memoria mortis temporalis vel ęternæ, quando. s. bene cogitat de tormētis inferni, vel de p̄pinquitate, & duritia mortis, item quādo figitur in parua festuca. i. quando considerat se infixam in fragili, & vili carne, tūc vere si sit in aqua.i. in statu gratiæ, statim vertet se, & respiciet, anhelabit, & ambiet ad polum arcticum.i. ad immobilem gloriā paradisi. vnde anima iusta, quæ est in statu gratiæ semper debet habere oculū ad gloriā paradisi, vel ad tormēta mortis, & inferni, vt per illa ad bona attrahatur, vel ut per hæc a malo retrahatur. Suspice cęlum, & numera stellas si potes. Gen.15. Vel dic q̄ aqua est mundans prosperitas, in qua si aīa iusta fuerit, semper pro certo debet respicere vel paradisum vel infernum. Vel dic q̄ stella est beata uirgo, vel etiam Deus, ad quem pro certo semper respicit vir deuotus per gratiarum actionem, & per sui auxilij implorationem, quotiens uidet se tactum duritia magnetis, id est a iustitia diuina per tribulationem, vel duritia diaboli per tentationem. Qđ est contra multos, qui etiam percussi tentationibus vel tribulatio-

tribulationibus, per deuotionem vel auxilij implorationem ad virginem, & ad Deum non recurrunt, contra quos ps. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Vide in tractatu de cœlo, & eius partibus, titulo de Polo. ¶ Sicut ponit Albert. 2. mineralium. Loc. 3. 1. quædam sunt magnetes, qui trahunt homines. Vnde et ego audiui, quod cum quidam rex legatos suos ad alium regem mitteret, contigit quod per quandam loca vbi erant magnetes huiusmodi transierunt, quod statim violenter a rupibus tracti, ibi perpetuo remanserunt. Idem et Albertus in tertio tractatu secundi libri. c. vlt. allegans lapidarium, dicit quod quidam sunt magnetes qui trahunt plumbum, quidam æs, quidam oleum, quidam vinum, quidam & fæces vini. Audio et quod nunc hic Parisijs inueniuntur cultelli tali paramento fabricati, quod more magnetis ferrum trahunt. Recte vere, quod talis magnes est diabolus, caro, mundus. Isti. n. ad se trahunt homines, & eos ad sua delectabilia alliciunt, & inducunt, ita quod re vera iam nos (qui secundum Apostolum, pro Christo legatione fungimur) in hac vita ab istis tanto impetu trahimur ad peccatum, & ad mundi bonorum desiderium, & amplexum, quod ad ipsum per gratiam non redimus, sed ibi vsque ad mortem potius remanemus, quod et videmus de legatis spiritualibus regis Christi, i. de prædicatoribus & platis. Iob 25. Post se omnem hominem trahit. Et bene omnem hominem quia s. isti tractores trahunt secum oleum, i. pingues & luxuriosos, & plumbum, i. graues & desidiosos, vinum, i. gastrimargos, & ebriosos, fæces vini, i. auaros & terrenorum affectuosos, q. s. sunt fæces omnium peccatorum. Quid plura? Pro certo isti sunt sicut gladij vel cultelli, qui homines primo attrahunt delectando vt eos in infernum scindant perpetuo condemnando. Prouer. 7. Nescit quod ad vincula stultus trahat. Vel dic, quod talis est mala mulier, quia pro certo primo, & ante omnia trahit homines ad sui amorem, & delectationem, tandem vero trahit ad se plumbum, æs, vinum & oleum, i. tota aliorum pecuniam, & ipsorum possessionem. Abac. 1. Totum in hamo sublevauit, traxit illud in sagena sua. Vel dic, quod talis est vsurarius, qui s. homines attrahit per contractus, & tandem æs, vinum & oleum, i. ipsorum diuitias secum tollit. Idem aut facit adulator, & falsus amicus, non curant. n. homines trahere, nisi qua sperant lucrum, & commodum reportare. Vel dic quod talis est deus, qui homines valde diligit, & eos documentis, & beneficiis ad se trahit. Vnde ipse trahit homines, i. rationabiles, & discretos oleum, id est pios, vinum, i. consolatores, æs quod sonat, id est prædicatores, quandoque etiam attrahit fæces vini, i. ipsos putridos peccatores. Io. 12. Omnia traham ad meipsum.

## De Lapide Memphite. Cap. 95.

Memphites secundum Isido. li. 16. est lapis Aegyptiacus, qui cum aqua vel aceto tritus, & super loca vel membra vrenda vel secanda linitus, facit membra ista obstupescere, ita quod non sentiant corporis cruciatus. Talis pœna æterna, quæ in ægypto (vbi est regio feruida) i. in inferno reperitur. Nam si istum lapidem, i. memoriam pœnæ æternæ cum aceto, i. cum memoria amaræ mortis misceamus, & eam omnibus pro iugi recordatione apponamus, tunc vere licet vramur & secemur per mundanas tribulationes, nos non sentiemus nec lædemur, quia vere omnis mundana tribulatio non dulcis sentitur, & lenis, cum æterna cruciatio memoratur. Verberauerunt me, & non dolui, vulnerauerunt me, & non sensi. Prouer. 23. Vel dic quod hic lapis significat passionem Christi quia vere si passionem Christi, & acetum quod bibit in cruce, memoremus, tunc cruciatum mundanarum tribulationum, & pœnitentiæ facilem reputamus, & eum sine læsione, & displicentia sustinemus, quia secundum Chryso. parua sunt, quæ toleramus, si consideremus quod bibit ad patibulum, qui nos innitat ad cœlum.

## De lapide Melanite, qui forsitan is est quem Pli. Melicholoron appellat. Cap. 96.

Melanites secundum Isid. est lapis bicolor, qui in vna parte est viridis, in alia aut est mellei coloris. Succo aute, emittit melleum atque dulcem. Talis est bonus prædicator qui color eius, i. couersatio debet esse viridis per honestatem, & melleus per dulcorem, & benignitatem, quia. s. se debet ostendere honestum, & benignum, & sic poterit emittere prædicare. i. & dicere succum dulcem, i. doctrinam mellifluam & suauem. Cant. 2. Vox tua dulcis, & facies tua decora.

## De Myrmecite lapide. Cap. 97.

Myrmecites est lapis myricæ similis in colore, & inde secundum Isid. sic est dictus, quod copressus spirat odorem sicut nardus. Sic vere illi qui more myricæ sunt amari per cotritionem, quia conteruntur per aliquam temporalem tribulationem, tunc per bonam patientiam, quam habent, ipsi emittunt odorem bonæ famæ. Guttur eius suauissimum. Cant. 5.

## De Medo lapide, quem Medeam Plin. vocat, Vincent. autem Mediam. Cap. 98.

Medus est lapis de Media regione, nigri vel viridis coloris, qui valet cotra aliquas passiones, sed si aqua calida resolutus in potu assumatur, interficit vomitu sic potantem, stomachumque subuertit, si vero frons inde lauetur, mirabiliter excoriat, & visum tollit, & lædit, inducentes penitos cæcitatem vt dicitur in Lapidario, & secundum Diosc. Iste lapis significat malam mulierem, vel personam luxuriosam, quæ vere quia in aqua carnalis voluptatis resoluitur, tunc alijs venenosa efficitur, s. per sua mala verba, & exempla. Nam qui eam biberint, & sibi incorporauerint eam imitando, & frontem, i. exteriorem apparentiam, & conuersationem ex eis lauerint se ei conformando, & societatem eius sectando, statim pro certo stomachus, i. conscientia subuertitur per inordinatam affectionem vel cogitationem, frons, i. exterior apparentia lædit, & excoriatur per malam conuersationem, & sic isti excæcantur per ignorantiam, & obstinationem, & vsque ad mortem, i. quamdiu viuunt, semper vomunt per bonorum documentorum rejectionem, quia vere per malam mulierem multi alij pereunt, & excæcantur, obstinantur & dissamant. Ideo talib. dicitur Hier. 3 Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Vel dic totum de peccato luxuriæ.

## De Melchite. Cap. 99.

*Lapidem hunc Plinius Molocitem vocat Vincentius vero Malochitem.*

Melchites est lapis viridis, similis smaragdo in colore multum est mollis, & valet ad custodiendum infantium cunas, & prohibet a nociuis casibus, secundum Diosc. Talis est mulitis pietatis, & copassionis, qui vere prohibet a noxio casu peccati, & inferni, & infantes. i. homines pios, & humiles custodit ab omnibus nocumentis. Vel dic quod hic est, & debet esse bonus platus, quia vere ipse debet esse humilis smaragdo. i. Christo, colore. i. exterius quantum ad stigmata, debet esse mollis per pietatem, viridis per honestatem, & ideo cunabula infantium suorum. i. ecclesiam vel religionem sibi comissam debet illæsam custodire, & a calu etiam peccatorum ipsam suis precibus semper seruare, vel etiam a casu temporalis aduersitatis Ideo ipse debet cuilibet dicere illud Hiere. 49. Relinque mihi paruulos &c. & viduæ tuæ in me sperabunt.

## De Marmore in generali Cap. 100.

Marmor est lapis eximius, qui maculis, & coloribus commendatur, & quorum multa sunt genera, alia alba, alia nigra, alia viridia, alia purpurea, quæ non tantum a rupibus eruuntur, verumetiam in locis planis sæpius inueniuntur, vt dicit Isido. Sic vere boni, & iusti diuersimode sunt variati, quia alij sunt, nigri per humilitatem, alij albi per castitatem, alij virides per honestatem, alij purpurei per charitatem, vel per sanguinem martyrij acerbitatem, alij et coloris aurei per sapientiæ claritatem, alij sunt duri per costantiæ firmitatem, alij molles per clementiæ pietatem, & sic in ædificio domus ecclesiæ, diuersimode situantur, quia secundum illud Eccl. 37. Non omnibus omnia coueniunt, quia secundum Apostolum 1. ad Corint. 12. Diuisiones gratiarum sunt &c. Et isti non solum inueniuntur in rupibus. i. in statibus perfectis, & religionib. imo et in locis planis. i. in mundo, & in statibus secularibus. ¶ Marmor est lapis cæteris lapidibus fortior, & solidior, pulchrior & lucidior, & et frigidior, & ideo exinde fiunt columnæ fortissimæ ad sustinendum ædificia. Fiunt et ex inde vasa ad continendum, & seruandum aromata. Fiunt et iam inde altaria ad celebrandum tumbæ ad mortuos tangendum, mensæ pulchræ ad conuiuandum. Et in venis marmorum secundum Isid. inueniuntur multoties lapides preciosi. Talis est vir perfectus quia fortis est, & solidus per perseuerantiæ longanimitatem, & patientiæ vel constantiæ firmitatem, lucidus per scientiæ claritatem, frigidus per castitatem, pulcher per honestatem, & in eius venis intestinis. s. in corde debet habere lapides preciosos, id est virtutum multiplicitatem. Et ideo ex talibus marmoribus, & personis debent construi columnæ ædificij ecclesiæ, id est prælati, qui more columnæ habent ecclesiam sustentare. Ecclesi. 26. Columnæ aureæ super bases argenteas,

fundamenta æterna sup petrã solidã. Nã isti sunt colũnæ ad ecclesiam sustinendũ, altaria ad celebrandũ. s. ecclesiastica sacra mẽta. Isti ẽt lum uasa ad aromata uirtutũ cõtinẽdũ, tũbę ad pctores, & pauperes subditos spũaliter, & tpaliter tegendũ, & defendendũ, mẽsę ad pauperes reficiẽdũ, qa vere talis debet qlibet vir plectus, & maximẽ platus esse. ¶ Marmor ẽ lapis durus, & frigidus, q p sui duritiẽ de facili nõ sculpitur, nec celat. Sic multi sunt ita duri p obstinationẽ, & frigidi p indeuotionẽ, q nõ põt de facili sculpi vel celari p correctionẽ. Esa. 48. Sciui. n. qa durus es tu. ¶ Marmor et lapides nõ ferro sed plũbo secant. Nã p p sui duritiẽ nec calybe, nec ferro, nec serra, nec mallen serrant aut secant, sed qđ mirũ est, p laminã plũbeã mollissimis assertib. interfertã, ab artificibus scindunt, & secant, fm Isido. Sic vere ita sunt qdã duri, & frigidi p obstinationẽ, & indeuotionẽ, q nõ põt scindi, corrigi. s. uel domari ab ipsis artificib. & platis ferro aut chalybe. i. duris, & asperis verbis, & correctionibus, & ideo tunc debet adhiberi plumbũ molle. i. dulcis, & benigna monitio, & sic melius scindentur, & corrigentur, quia (sæpissimẽ accidit, q illi qui per austeritatem non corrigitur, per benignitatem facilius emendatur, quia secundum Greg. Plerią; inter tormenta remanent incorrecti, quĩ dulci monitione adhibita corrigunt.

## De Nitro. Cap. 101.

1 Nitrum est lapis subalbidus, & lucidus, sali similis in sapore, & valore. Virtutẽ. n. habet attractiuã, dissolutiuã, & consumptiuã & abstersiuã, & ideo de eo fiũt medicinæ, & exinde vestium sordes abstergũtur, fm Isid. li. 16. c. 2. Per istud nitrũ charissimi, qđ est amarũ, intelligo pœnitentiã & correctionẽ, q̃ fm Aplm ad Heb. 12. nõ vĩ in pñti esse gaudij, sed mœroris. Quia vere ista est aiæ medicina. Nãq; ista vitia, & pctã dissoluit p cõtritionẽ, abstergit per cõfessionẽ cõsumit p satisfactiõnẽ & sordes vestium. i. maculas malæ exterioris cõuersationis, q̃ p vestes denotat, eluit atq; lauat. Leuit. 15. Lauabit vestimenta sua, & immũdus erit usq; ad uespe
2 rã. ¶ Nitrum est vena terræ, q licet sit salsa, & amara, tñ multũ est medicinalis, est. n. leuis & alba vel rubea, viscositatẽ cõsumit faciẽ clarificat, pediculos de capite tollit, vermes auriũ necat, caliginẽ oculorũ detergit, hydropisim, & paralysim linguæ sanat, venenũ mortificat atq; fugat, fm Diosc. & Pla. talis debet esse platus, & qlibet uir pfectus, qa uere debet esse leuis p voluntariã paupertatẽ, albus p castitatẽ, rubeus p charitatẽ, mollis p pietatẽ, salsus & amar' p correctionis austeritatẽ, & sic erit alijs medicinalis p doctrinã, & vitæ sctitatẽ. Nã bnn' platus caliginẽ ignorãtiæ tollit, qã. s. subditos instruit pdicando, paralysim pigritiæ, & hydropisim auaritiæ tollit, & pediculos. i. malos affectus de capite intẽtionis aufert, vermes auriũ. i. adulatores exterminat, viscositatẽ carnalitatis, & luxuriæ eliminat, & abstergit. Vel expone de cõtritione vel correctione, q licet amara, tñ medicinalis est, qa faciẽ cõscientiæ mũdificat, pediculos malarũ affectionũ necat, viscositatẽ luxuriæ consumit, hydropisim auaritiæ tollit, & paralysim linguæ. i. verecũdiã cõfitendi sanat. Vel expone de memoria mortis, vel de correctione. Hier. 2. Si laueris te nitro, & multiplicaueris. ¶ Nitrũ de aqua maris in ægypto ca-
3 lore solis coagulaĩ, sicut & sal. Et est nitrũ albũ, leue & tenerũ, mũdificatiuũ & medicinale. Sic uerẽ aqua maris. i. vir amar' & pctõr qõ calore tribulationis siccaĩ, & solis Chri influentia, & inspiratione tangitur, tunc cõuertitur in nitrum. i. in uirum plectũ, & iustũ & fit albus p castitatẽ leuis per paupertatẽ, tener p pietatẽ, amarus p contritionẽ, & pctõrum mũdificatiuus p pdicatiõnẽ, & sic fit alijs medicina p suam bonam doctrinam, & conuersationem, sicut oia patẽt in Paulo, quia altissimus de terra creauit medicinam &c. Eccle. 48.

## De Lapide Nosčth, seu nose secundum Vincentium, seu alias Botrace, quem Albe. Nisum vocat, Ut est in horto sanitatis. Nec aliam esse putem hanc gemmam quam Batrachitam, de quo Pli. lib 37. c. 10. Cap. 102.

1 Nosčæ. i. capraldina, lapis est subalbidus uel uarius, qui in bufonis capite reperitur, & exinde extrahitur, & forti vi oo mũdificaĩ, & in eo qñq; forma bufonis, & figura apparet, & valet contra venenum, qa si venenũ pscus fuerit, ille lapis (& maximẽ varius) manũ tangẽtis adurit, fm Diosc. Bufo est diabolus, cuius corpus est inuidus, lapis hic est hõ q p certo in corpore buffonis diaboli. i. in statu pcti, vel in amore mundi multotiens inuenitur, sed qñ exinde extrahiĩ, & sd pœnitẽtiã uel religionẽ cõuertiĩ p pdicationẽ uel Dei inspirationẽ, & a ueneno pctõrum mundificaĩ p cõfessiõnẽ, tũc nere est sicit optimus cõtra venenũ pctõrum, qa sicut d' ad Roma. 5. vbi abundauit delictũ, ibi supabũdauit & grã. In ipso tñ semper debet apparere forma buffonis. i. cogitatio, & recordatio sui mali status pcedentis per amarã cõtritionẽ. Recordamini prioris seculi. Esa. 46. Vel dic q multi licet de buffone. i. de mundo extrahantur, & ad religionem conuertantur, ipsi tñ semper repræsentant per suam malã conuersationẽ formam buffonis. i. vitam & apparentiã secularem, sicut patet de multis religiosis, & clericis, qui sunt mercatores, & vsurarij, ita q in ipsis primæ conuersationis signa semper apparent.

## De Onyce lapide. Cap. 103.

Onychinus lapis est rubeus vel niger, semper tñ ẽ Zonis candidis circuncinctus, vt dicit Isid. Sic verẽ siue simus nigri per pœnitẽtiam, & humilitatẽ, siue rubei per feruorem, & charitatẽ, tñ semper debemus esse cincti Zona candida castitatis. Zonam habebat auream sup renes. Apoc. 1. ¶ Onychinus fm Diosco. multas habet malas conditiones, qa in portante se excitat tristitiã, & timorẽ, nutrit iracundiam, & furorẽ, generat discordia, & lites, & ne ore infantiũ facit cadere superfluã saliuã. Talis est mũdana ppenias, qa per litterã hæc excitat tristitiã, & timorẽ, super. n. timet diues. q sua sibi pecunia subtrahatur. Eccl. 5. Saturitas diuitis nõ sinit eũ dormire. Exemplum de Caim qui intẽ pore possessionis semp habuit caput tremulũ. Saliuã ẽt malorum verborũ, & impudicorũ facit emitti, s. ab infantibus. s. ab immundis luxuriosis. Mat. 21. Quotiẽs apprehẽsit eũ, allidit eũ, & spumat & stridet. Luc. 9. Marci. 9. Et sicut ad oculũ vĩ, ita generat discordias, & lites, quia p p talẽ possessionẽ, & mundi prosperitatẽ oẽs mũdanorũ discordiæ generantur Figura Gen. 13. vbi Loth & Abrahã nequibant habitare enter, eo q esset possessio eorũ nimia. Vel per onychinum, qui est ardẽtis coloris intelligo amorẽ mũdanũ, & dic nia sicut supra. Vel dic q onychyuns, q erat vnus de lapidibus i veste Aarõ significat cõsiderationẽ mortis iudicij, & inferni, quæ se vera timorẽ, & mœrorẽ, inducit, tristitiã, & dolorẽ de pctis generat p cõtritionẽ, & spumã pctõrum facit de ore emitti per confessionẽ, & Aarõ. i. qlibet ecclesiasticus vel sacerdos semp debet istũ lapidẽ. s. consideratione in seipso portare, sicut cũ ps. Timor & tremor venerũt super me, & contexerunt me tenebræ. Et iste lapis dr niger per mortis considerationẽ pallorem, rubeus per igniũ inferni consideratiõ ardorem. ¶ Onychinus naturæ specularis est politę, & ideo more speculi imagines, repræsentat, obscure tamen, ut dicit Diosco. Talis est scientia secularis, quia vere licet repræsentet imagines. i. rerum veritatem, non tamẽ dilucidẽ neq; planẽ, sed in uoluerẽ, & obscurẽ, & ista lites, & iras suscitat. Vel ista et scriptura vel fides & c. sicut supra. Vnde 1. Corinth. 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate &c.

## De Orite lapide, quem Pli. a quibusdam & Sy derstem vocari dicit. li. 37. c. 10. Ca. 104.

Orites est lapis niger, vel viridis, vel varius, cuius substãtia est quasi ferrum, gestatusq; custodit a morsib. reptilium, & mulierem se portantẽ prohibet impræ- 1
gnari, & si imprægnata fuerit, faciet abortiuũ. Talis est malus prælatus vel princeps, qa est niger per malã cõuersationem, varius per falsitatem, & cauillationem, ferreus per indeuotionẽ, crudelitatem & obstinationẽ. Iste. n. subditos suos supra quos portatur, & quibus præest, licet eos servet a reptilium. i. a raptorum aliorum morsibus, & rapinis, tñ quia ipse eos rodit, & deuorat per rapinam, ideo prohibet ne impregnentur per diuitias, imo si sint prægnantes. i. pleni & diuites, ipsos facit abortire, & fructum diuitiarum perdere, & exire, quia regnatoribus impiis ttũnæ hoium, Prouer. 28. Ipsi. n. secuant eos ab aliis, vt eos soli rodant. Vel dic, q hic lapis est pctm mortale, quod non sinit aiam impregnari gratia, & virtute, imo fœtum bonæ volũtatis, & compassionis necat, interficit & occidit. Vel expone de tentatione.

*De Optalio lapide, quem Plin. lib. 37. ca. 6 Opalum vocat. Cap: 105.*

OPtalius est gemma diuersarum gemmarũ coloribus fulgens. Nam in ea carbũculi ignis, purpura amethysti, viriditas smaragdi, & singuli colores sub quadam diuersitate splendent, & quot colores tot creditur habere virtutes, secundum Isid. Sic vere uir perfectus debet habere colores. i. apparentias & imitationes diuersorum lapidum, & sanctorum. Nam hic debet habere ignem feruentis charitatis, purpuram ridentis alacritatis, virorem fulgentis honestatis, qui. s. visum recreat, & confortat, & quot habet colores apparentiæ, & conuersationis exterius, tot dẽt habere valores, & virtutes sanctitatis, & existentiæ interius. Ista patent in beato Martino, qui in statu militari fuit purpureus, & affabilis, & gratiosus, ĩ statu claustrali fuit igneus, & charitatiuus, in statu pontificali fuit honestus, viridis & delectabilis. Eze. 16. Vestiui te multis colorib. ¶ Optalius oculos se gestantis acuit, & clarificat, sed oculos circunstantium obnubilat, & offulcat, intm̃ ꝙ nec percipiunt nec audiunt, vel uident, quæ circa se fiunt, & ideo secundum Lapidarium Asseritur furtis tutissimus est patronus. Talis est scientia mũdana, quia vere licet acuat oculos, & intellectos eorum, qui eam habent, tamen oculos eorum, qui eã nõ habent, s. simplicium, obnubilat & offulcat. Nam isti fures callidissimi, qui istum lapidem habent, s. scientiam mundanam, ita incantant & obnubilant suos pauperes uicinos, & alios circunstantes, suis. s. fallacijs, & cautelis, ꝙ pro certo ipsi nesciunt, quod circa se agatur, s. de negocijs quæ tractantur, & ideo iste lapis. i. ista scientia, tutissimus est patronus ipsis furibus. i. fallacibus & iniquis, quia. s. mediante ea faciunt de alijs quicquid uolũt quia, & principes & alios ducunt ad suæ beneplacitum nolũtatis. ad Roman. 16. Per dolces. n. sermones decipiunt mentes innocentium.

*De Petra in generali. Cap. 106.*

PEtra dicitur solida latinè, & dr̃ petra, quasi pęnetrans
1 pedes, lapis, quasi lędens pedem, silex dr̃ ab exiliendo,
ignem quando percutitur, saxũ ẽt dr̃, eo ꝙ de rupibus
exciditur. Talis debet esse vir perfectus, quia vere debet
esse solidus per constantiæ firmitaté, & pedes affectuum
suorum debet penetrare per discussionem, & lędere per eorum
restrictionem, & ea eo debet egredi ignis, s. diuini amoris,
qñ. s. percutitur per tribulationẽ. Ex eis egredietur ignis
2 in oẽm domum Israel. Eze. 5. ¶ Silex est lapis durus & frigidus,
& tñ qñ ferro vel alio lapide percutitur, ignis exinde vr̃
egredi vel exire, quia pp duorum corporum collisioné, aer
intermedius inflammatur, ẽm Isid. Sic verè licet hõ si frigid⁹
per indeuotioné, & durus per obstinationẽ, tñ qñ Deus eũ
percutit, s. interius per inspirationé, exterius per tribulationé,
tunc ignis diuini amoris in eo generatur. Igné veni mittere
in terrã. Luc. 12. Vel dic, qñ ferrũ & lapis. i. duo mali principes,
& tyranni colliduntur inuicem, s. pp terras & tributa,
tunc vere exinde generatur ignis rapinæ, & crudelitatis ex
quo, & per quẽ aer intermedius. i. sui ꝑpinqui subditi, & vicini
comburuntur, & ignitur, & per rapinam, & excoriationé
penitus deuastantur, quia vere guerræ tyrannorũ semper
sunt in præiudicium aliorũ. Egrediatur ignis de Ramno
& deuoret cedros libani. Iudicum 9. Vel dic de impatientib.
sicut supra de calculo. ¶ Lapis fit ex terra, quæ per forté conglutinationé
3 pp siccitaté &c. Ité lapis ex luto viscoso &c.
4 sicut supra de argilla. ¶ Lapis igitur fit ex terra, quę per forté
conglutinationem, & cõmixtioné humoris, conuertit in lapidem,
qui ex diuersitate terræ diuersorum colorum recipit
qualitaté. Sic verè qñ in aliquo est terra. i. memoria suæ terrestreitatis,
& mortis, & humor. i. gr̃a & deuotio, tunc vere in
eo generat lapis. i. constantia & ꝑfectio. ¶ Scd̃m Arist. Aliqñ
5 fit lapis ex aqua. Nam aliqua sunt loca, & aliquæ venæ terræ,
in quibus pp quãdã vim mineralé aquæ ibi cadentes, statim
in lapidé cõuertunt. Charissimi p ista loca intelligo societaté,
quia licet hõ sit aqua. s. vir mollis, & fluxibilis ad pc̃tã, tñ
qñ cadit super bonã venã terrę. i. qñ frequentat bonam bonorũ
societaté, tunc eorũ virtute. doctrina & exemplo efficitur
lapis, vt. s. fortis & constans, & perfectus. Iob 38. In similitudinem
lapidis, durant aquæ. Vel expone econtra, ꝙ qñ aqua. i.
bona ꝑsona fluida, & pia frequentat loca terræ. i. mundi diuitias,
& bona terrena, vel ẽt malas terrenorũ societates, tũc efficit
lapis, q. a. s. fit durus p obstinationé, siccus p incõpassioné
frigidus p indeuotioné, durus p parcitaté, duritiã & crudelitaté.
Cor ei⁹ indurabitur quasi lapis Iob 41. ¶ Inter lapides, 6
qdã sunt raræ cõpositionis, qdã fortis, solidæ & duræ, & hoc
est q. a. quidã generant tardius. qdã facilius, & hoc ẽm fortitudiné
agẽtis, & debilitaté resistẽtis. Sic inter hoies qdã sunt
debiles, & faciles ad peccandũ, qdã fortes ad resistendũ, qdã
faciliter conuertunt, & ghanıur ad pęnitentiã, quidã aũt difficiliter,
& hoc totũ depẽdet a qualitate agentis virtutis. i. a
diuina gratia influente, vel prædicatore docente, & a resistẽtia
materiæ. i. ab obedientia audientis &c. Lapides diuersificantur 7
in virtute, & colore, ẽm commixtioné interiorũ qualitatũ,
& inde est, ꝙ quidã sunt virtuosi, alij nõ, quidã colorati,
alij nõ. Inter coloratos ẽt qdã rubei sunt alij nigri, alij splẽdidi,
& cętera hmõi. Sic verè hoies variãtur, & disponuntur,
ẽm qualitaté interiorũ, s. affectuũ, cogitationũ & volitionũ,
& quantũ ad virtuté operationis, & quãtũ ad coloré cõuersationis,
quia cor hois immutat facié eius, siue in bono, siue
in malo. Eccl. 13. Et ideo quidam sunt boni, & colorati p virtuté,
& honestaté, alij nõ. Inter bonos ẽt quidã sunt ruber p
charitaté albi p castitaté, alij nigri p pęnitentiã, & humilitaté,
alij lucidi per sapientiã, & honestaté, & cętera hmõi, quia
ẽm Apostolũ 1. ad Cori. 15. Stella differt a stella in claritate.
Et 1. ad Cor. 7. Vnusquisq;. n. ꝑpriũ habet donũ. ¶ Virtus cęlestis
influens in terra, aliqñ ibidé lapidé generat, & tanto no- 8
bilioré, &141 melioré, quanto ibi inuenit materiã aptioré, & minus
suæ influentiæ resistenté. Et ideo quidã lapides preciosi
ẽm naturã planetarũ, & stellarũ se repsentant & disponũt, sicut
dr̃ de Topazio, q sentit cursum lunæ, ẽm Albe. & Basi. Sic
verè in terra. i. in hoie terreno, & pc̃tore aliqñ influit virtus
cęlestis. i. diuina gr̃a, & orationes stellarũ. i. sanctorũ, & tunc
ibi gñatur lapis ꝓciosos, q. a. s. ip se efficit bonus iustus, & virtuosus,
& tanto melior, quanto melius disponitur per bona
opera, & quanto minus resistit virtuti, & gr̃æ spiritussancti,
contra illos, qbus dr̃ Actuum 7. Dura ceruice & incircuncisis
cordibus, & auribus, uos semp spũi sancto resistitis. Et iõ
tales lapides viri iusti, & ad bonũ cõuersi, semp debent sequi
natura planetarũ. i. Christi & sanctorũ, hoc est dictu, ꝙ semper
se debẽt cõformare eorũ operibus & exẽplis. Mat. 8. Magister,
sequar te quocunq; ieris. Vel dic ꝙ cęlũ est prælatus,
terra malus subditus, planetæ boni sunt, & iusti viri, quorum
. s. influentia, doctrina, exẽplis correctione & oratione terrenus
pc̃tor efficitur aliqñ ꝓciosus, & ideo cõuersationi se dẽt
talium cõformare &c. sicut supra. ¶ Lapis igitur naturæ ẽ fri- 9
gidæ & siccæ, solidæ, duræ & cõpactę, grauis & põderosæ, &
ideo cẽtrum perit, & terrã cõprimit, & coarctat. Sic vere viri
mali sunt frigidi p indeuotioné, sicci p incõpassioné, põderosi
p pigritiã, & tepiditaté, solidi per obstinationé, duri p
crudelitaté, & parcitaté, & ideo ad terrã. i. ad amorem terrenorũ
semp descendunt, et defluunt per cupiditaté. Vel expone
in bono, ꝙ lapides sunt viri ꝑfecti, quia frigidi sunt p castitatem.
sicci per pęnitentiæ austeritatem, ponderosi p maturitatem,
solidi et duri per cõstantiæ firmitaté, et terram petunt
per humilitaté. Exodi 15. Descenderunt in profundum
quasi lapis. ¶ Petræ etiam ẽm Ambr. dicuntur ossa terræ, q. a
. s. more ossium terram sustentant, et comprimunt, ne sua nimia
siccitate defluat, et soluatur. et ideo ẽm Amb. quod ossa 10
faciunt in corpore, hoc petræ faciunt in terra. Charissimi, p
terram fęcundam intelligo aiam viri iusti, quæ gratijs, et virtutibus
est fęcunda p petrã aũt quę dr̃ a penetrando, vel p lapidé,
qui dr̃ à lædendo pedem, intelligo mũdi tribulationes,
quæ nos penetrant atq; lædunt. Sed pro certo isti possunt dicĩ
ossa terræ, quia vere terram. i. aiam sustinent, ne. s. propter siccitatem
indeuotionis dissoluatur, et dissipetur per vitia, et
peccata. Constat. n. ꝙ per tribulationem multi arcẽtur à malo.
psalm. Imple facies eorum ignominia, & qu . rent nomen
tuum domine. Et sicut lapides terram percutiunt, comprimunt,
et cõpungunt, sic mundi tribulationes nos percutiũt,
atq; præmunt, et nos faciunt compactos, et fortes, Multæ. n.
tribulationes iustorum. ps. 33. Item per terram intelligo peccatores,
qui lapidibus ęternæ, et temporalis tribulationis læduntur,
percutiuntur & præmuntur. Et dabo lapides ꝑ grandes
etc. Ezech. 13. Et ideo de Gog dicitur Ezech. 38. Igne et
peste iudicabo eum, et lapidibus immensis. Et sicut lapis,

quanto plus elongatur a terra, tanto rediens ipsam magis ferit, sic æterna tribulatio vel sententia iudicis quanto plus a terra.i.a peccatore videtur esse longe, tãto eos acrius vulnerabit, quia mõ patienter expectat Deus, nolens aliquem perire 2.Pet.3. Vel dic, φ petræ sunt viri iusti, & perfecti, prædicatores, & prælati, qui more olsium terram.i.ecclesiã sustinẽt,
11 & supportant.¶ Petra aqua superfusa non dissoluitur, veruntamen si aqua guttando, & stillado perseuerauerit, paulatim consumitur, & cauatur, vt dicit Grego. Sic viri constantes, & perfecti non dissoluuntur per aquam mundanæ ꝓsperitatis, licet in ea sint abluti, veruntñ si ibidem perseuerauerit, paulatim cõsumuntur, & deteriorantur, quia lapides excauat aque, & alluuione paulatim terra cõsumitur. Iob 14. Vel expo
12 ne de doctrina sicut de prædicatore. §. Gutta.¶ Lapides candentes in vino extincti vinum corrũpunt, & in acetum conuertunt. Sic verè clerici, & prælati qn efficiũtur candentes ꝓ luxuriæ, & auaritiæ ardorẽ, & extinguuntur per vitia, & peccata, tunc vinum, i. alios subditos vel seculares per mala sua exempla destruunt, & corrumpunt.¶ Lapis quanto a terra al
13 tius, & longius separatur, proijcitur & leuatur, tanto rediẽs ad terram, in eã fortius se infigit, & eidem profundius complatur. Sic verè peccator lapideus quanto a terra .i. a Deo (q est suum fundamentum principium, & origo) magis elonga tur per pctm, qñ tandẽ redit, & conuertitur per pœnitentiam ad eundem, tanto ei fortius per charitatem & amorẽ coniungitur, & adhæret, sicut patet in Paulo & Magdalena. Ad Romanos 5. vbi abundauit delictũ, ibi superabũdauit, & gratia. Vel dic φ terra significat terrenas diuitias, quas quanto quis plus cõtemnit, qñ est bonus, & perfectus, tanto dũ est peccator, ad eas per auaritiam conuertitur ardentius, dũ ipsos qrit sicut patet de multis religiosis, Deum timentibus, & a temporalibus elongatis, qui qñ fiunt prælati vel diuites, prę ceteris fiunt auari & c.¶ In lapide inuenitur multiplex vtilitas. Sunt .n. vtiles in ædificijs construendis, in plateis sternendis, ꝓ pon
14 tibus faciendis, pro hostibus expugnadis, pro lupis, & bestijs effugandis, pro thesauris regum ampliandis, pro castris, & ciuitatibus muniendis, & etiam pro infirmitatibus sanãdis. Talis naturæ sunt bona opera vel virtutes, quia vere per eas cælestis ædificij mansionem nobis construimus, plateas animæ .i. ipsam conscientiam sternimus, pontem bonorum meritorum ad transeundum in cęlum facimus, hostes nostros, s. mũdum, carnẽ & diabolũ per eas impugnamus, & lupos & bestias .i. tribulationes, & tentationes per eas affugamus, castrũ nostræ conscientiæ munimus, & thesaurum cordis nostri ex eis ditamus, & etiã amplius, & exinde aiam sanamus, & peccatorũ infirmitates curamus. Ideo de eis canitur, Fũdabo te
15 in saphiris, & ponã portas tuas in lapides sculptos, & oẽs terminos tuos in lapides desiderabiles. Esa. 54. & Apo. 21.¶ Licet lapides sint vilis, & nudis naturæ, tñ ad vsus hoium vtiles sunt, & ad construenda ædificia specialiter sunt dicati. Sic licet boni, & humiles in mundo isto sint pauperes, & viles, & nullius appreciationis, tñ apud Deum vtiles reputãtur pro ædificijs ecclesiæ, & militãtis, & triũphantis congruæ fabricãdis. Vel dic de peccatoribus, φ licet sint viles & nulla, bonitã sunt vtiles qua ad multa, quia oia bonis in bona conuertuntur. Eccl. 39.¶ Lapides igitur primo de minera extrahuntur, extracti quadrantur, & multis ictibus poliuntur, deinde
16 ordinatè in ædificio collocantur, maiores minoribus supponuntur, mediante cemento inuicem colligãtur, & deinde varijs coloribus picturãtur. Sic verè charissimi adhoc, φ ædificium paradisi cõsti uatur, necesse est, φ primo lapides .i. peccatores de minera .i. de amore mundi, & statu peccati extrahãtur, & coue tanẽ, deinde ictibus tribulationũ, & pœnitentiæ in hac vita sculpanẽ, & ꝓ virtutes, & perfectiones celenẽ, & quadrenẽ, & sic pnit moi tẽ in ædificio cęlestis Hierusalem ordinate, s. qliber ẽm propriũ meritũ locabunẽ, & cemento indissolubilis charitatis inuicem ligabuntur, & picturis .i. varijs dotibus, & corporis, & aiæ depingentur. Ideo de ista ciuitate cantur. Tõsionibus, pressuris expoliti lapides, suis coaptantur in locis & c. In hymno. Nam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Actuum 14. Vel dic φ in ecclesia vel religiõe illi, qui primo extracti sunt de amore mundi, & per pœnitentiam politi, debent poni & ordinari .s. in officiis, & dignitatibus vnusquisque secundum meritũ & virtutem, & cemento charitatis ita debent vniri, vt nunquã per lites, & discordias diuidantur, & picturis bonæ conuersationis debent esse colorati, & illi qui sunt maiores, s. ingratijs & virtutibus officijs & dignitatibus debent esse alijs inferiores. s. per humilitatem, quia quanto maiores, humilia te in omnibus. Ecclesiastici 3.

## De Marmore pario. Cap. 107.

Parius est genus marmoris secundum Isidorum candidum secundum glo. Hester 1. & ideo in regum ædificiis habet locum. Talis est virtus castitatis, quia candorem continet puritatis, & ideo in ædificio regio Christi præcipuum habet locum, scilicet in paradiso, vel in anima. Figura Hester 1. vbi dicitur quòd in conuiuio regis Assueri & in palatio suo erat lapis parius. Sic in æterno Christi conuiuio castitas vel persona casta.

## De Prasio lapide. Cap. 108.

Prasius est lapis uiridis sicut porrum, & quandoque inuenitur cum guttis sanguineis & candidis, & ideo ꝓpter virorem visum habet confortare. In lapidario autem dicitur. Vtile est præsert nisi quod viret, & decet aurum. Iste lapis significat honestatem, quæ in conspectu aliorum viret & ridet per speciositatem, & maximè quando ibi resultant guttæ candidæ castitatis, & guttæ sanguineæ charitatis, quia tunc visum aliorum confortat & delectat, quia delectabile est oculis videre lumen. Ecclesiastici 11. Et ideo aurum, id est personam iustam & sapientem & decet habere talem lapidem, scilicet honestatem.

## De Pyrite lapide. Cap. 109.

Pyrites est lapis colore, & quasi ualore igneus & fulmineus, quia si quis ei approximat, ignem statim scintillans emittit. Et de hoc dicitur in lapidario? Tangi vult leuiter, blanda que manu retineri, Nam præssus nimiũ digitos tangentis adurit. Tales sunt impatientes & iracundi, quia vere naturam habent fulminis seu ignis, scilicet ad alios deuorandum & diffamandum. Nam si aliquis eis applicet ignem hoc est dictu, si eis det aliquis occasionem irascendi, statim pro certo emittunt scintillas, id est verba, & opera iracundia inflammata. Ecclesiastici 20. Apertio oris eius inflammatio. Et ideo oportet, φ tales tangantur blande, & leniter, quod scilicet supportentur, & sustineantur, & eis blandiatur quia si dure tangerentur vel corrigerentur, statim tangentem, arguentem scilicet vel improperantem comburerent diffamando, & per verba uel opera inuadendo. Ecclesiastic. 9. Colloquium enim eius quasi ignis exardescit. Et ideo bene docet sapiens Ecclesiastici 8. Ne incendas carbones peccatorũ, arguens eos.

## De Pionice. Cap. 110.

*Lapis hic apud vincentium Peanites dicitur, & allegat Arnoldum, & Lapidariũ. Plinio vero in Solino Peantides.*

Pionices est lapis qui dicitur esse fœminei sexus. Nã certo tempore concipit, & parit consimilem lapidem, & confert prægnantibus, secundum Dioscor. Talis est pro certo beata virgo, quæ cum sit fœminini sexus, tine tameo, adiunctione seminis virilis, certo tempore, scilicet præfinito a patre, alium lapidem preciosum, scilicet Christum, Dei filium peperit, & concepit, quia Ecce uirgo concipiet, & pariet filium. Esaiæ 7. Et ideo prægnantibus dicitur valere, scilicet suis pijs orationibus, & deuotionibus eas in partu, & in aliis periculis adiuuando. Esaiæ 66. Nunquid ego non parturiam, qui alios parere facio? quasi diceret, sic. Vel dic, φ iste lapis est bonus prædicator, qui. s. debet esse fœmineus per pietatem, & alios lapides, i. uiros iustos debet generare, & producere, s. ad charitatis vel fidei veritatem suis doctrinis, & exẽplis 1. ad Corint. 4. Per euangelium ego vos genui. Et ad Gala. 4. Quos iterum parturio. Et ideo talis est vtilis prægnantibus. i. qui bonum propositum conceperunt, quia. s. vtile est talibus audire prædicationem.

De Pa-

## *De Panthero lapide.* Cap. 111.

*Pant herus dicitur hic lapis apud Vincentium ex lapidario, & ex libro de natura rerum Panthera. Et forsitan lapis hic est quem Pl. li. 37. c. 11. a colore pellis panthera pardalium vocat, nisi forte Panchros legatur, quem idem ex omnibus penè coloribus dicit constare.*

1 Panteron est lapis multorum colorum. Nam niger, & rubeus, viridis, pallensq; videtur, purpureus, roseus, & hic si in ortu solis inspiciatur, hoiem illa die facit inuictum, fm lapidarium. Talis est Christus vel beata virgo quia vere in ea resultant omnes colores virtutum, & perfectionũ. Est.n.i ea rubor charitatis, pallor honestatis, viror castitatis, purpura patientiæ, & infirmitatis, & rosa et fragratiæ & famositatis. Et ideo si in mane ad litteram per orationẽ, & deuotionem cõsideretur, & requiratur, hoiem pro certo facit audacem ad bonũ aggrediendũ, & muictum. Sa mũdi tribulationibus, & tentationibus. vnde Bern. Taceat tuas misericordias beata virgo, qui te fideliter inuocatã, in suis necessitatib. nõ senserit adiutricẽ. Vel pōt exponi de quolibet sancto. & per purpuram intellige martirium, si sit martyr.

## *De Plumbo.* Cap. 112.

1 Plumbum in terra inuenitur, & est primo quædam terra nigri, & calculosa, quæ per decoctionem purgatur, & in plumbi substantiam transmutatur. Sic verè multi qui in principio sunt terra quantum ad vitia, & pctã, nigri per malã cõuersationem, qñ decoquuntur in fornace tribulationis, efficiuntur plumbum. i. viri iusti, molles & teneri per pietatem, & ponderosi per maturitatem. Iob 28. Ferrũ de terra tollitur. ¶ In locis vbi effoditur aurum inueniuntur, quidã lapilli cũ mina auri, q cũ in fornace flagrãt, tũc mina in aurum, lapides vero in plumbum penitus dissoluuntur, & sic plumbũ, & aurũ ab eisdẽ locis, & mineris extrahunẽ, fm Isidorum. Iste locus est mundus, vbi pro certo inuenitur mina auri, & plumbi. i. perfectorum & imperfectorũ congregatio, qui in eadem societate semper sunt boni, & mali, nec et alter ab altero distinguitur, nisi qñ isti ponuntur in fornace tribulationis vel religionis, qa tunc incipiunt ab inuicem distingui. Nam boni conuertuntur in aurũ, quia. s. in tribulatione efficiuntur aurei, & rutilantes per bona exẽpla, mali autem fiunt plũbũ, & plumbei, s. ponderosi per auaritiam, nigri per malam conuersationem, tingentes & maculantes se con-

2 tingentes per mali exempli dationem. Idem. n. fons emanant dulcem, & amaram aquam. Iaco. 3. ¶ Qñq; de eadem minera conflatur albũ plumbum, & argentum, & plumbum nigrũ. Nam qñ terra illa in fornacem mittitur, tunc primo exit plũbum nigrum, vt dicit Isid. Fornax est religio. Illa terra ergo quæ in ista fornace ponitur. i. illi qui de mundo ad religionẽ conuertuntur, diuersimode finiuntur, quia quidam fiunt plũbum album per castitatem, alii argentum de eloquentiæ, & scientiæ sonoritatem, alij aũt fiunt plumbũ nigrum, quod. s. inficit tangentem per malæ suæ conuersationis fœditatem, sicut sunt luxuriosi. Ezec. 22. Oẽs isti æs, & stannum, & ferrũ,

3 & plumbum in medio fornacis consumpti sunt. ¶ Plumbum vel æs in India non inuenitur, sed margaritis & auro India est referta, fm Isid. Sic vere in India. i. in paradiso non inuenitur plumbũ. i. inficientes & insoleotes, æs. i. viri clamosi, & impatientes, sed aurum & argentum, & gemmæ. i. viri perfecti, & rutilantes. Vel expone de religione vel de ecclesia, ubi

4 tales non debent inueniri. Esa. 35. Non erit ibi leo, vel mala bestia. ¶ Plumbum & ferrum licet sint vilia inter metalla, tñ multis vsibus sunt vtilia, & ad opa laboriosa opportuna, fm Isid. Sic veremundi pauperes licet viles reputent inter alios, tñ ad vsum reipublicæ sunt multũ vtiles. Quæ inhonesta sunt

5 membra, vtilitatem habent. 1. ad Cor. 12. ¶ Secundum Arist. sulphur grossum, & fœtidum, & argentum viuum, & impurum, sunt materia plũbi, & ideo pp luæ materiæ grossam impuritatem, plumbum est grossum, & nigrum, fœculentum & impurum, & contingentem maculat atque fœdat, quæ impuritas licet possit a plumbo ablui, nunquam tamen potest ab eo penitus amoueri. Sulphur istud significat carnem corruptam, argentum istud significat sanguinem menstrualẽ. Quia ergo plumbum. i. homo componitur ea carne, & sanguine fœtidis, & impuris, idcirco pro certo habet in se fœditatẽ peccati originalis, & vilitatem naturæ, & obscuritatem ignorãtiæ, & propter hoam originalem fœditatem, illa que eum tangit. s. anima quæ ei vnitur, inficitur & fœdatur, quia per corruptionem carnis, anima contrahit originale. Et licet plumbũ istud possit lauari, s. in baptismo a fœdita te originalis, quantum ad culpam, nonquam tamen penitus potest auferri, quantum ad pœnam, quia semper remanet pondus, id est pronitas ad peccãdum, & concupiscentia carnalis, & obscuritas ignorantiæ. Hier. 2. Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith, maculata es. Vel dic, q illi qui ex sulphure, & argento viuo. i. ex malis parentibus generant, sunt plumbum, fœtidi scilicet & infecti per malam conuersationem, & hoc totum procedit a fœdita te materiæ suæ. i. parentum suorum, qui scilicet eos non bene correxerunt oec instruxerũt. In filijs suis cognoscitur vir. Eccl. 11. vnde Actuũ. 7. Quales patres vestri, ita & vos. ¶ Licet sulphur, & argentũ viuum sint fœtida, & venenosa propter excessum caliditatis, 6
sunt tamen secundum Arist. materia omnium metallorum, quæ sunt virtuosa, & preciosa. Sic verè licet aliqui seculares sint venenosi per diuersa vitia, & peccata, ita q rectè possunt dici sulphur propter fœtorem infamiæ, argentum viuũ propter ardorem auaritiæ, ex istis tamen quandoque generatur metalla. i. boni filij virtuosi, & perfecti, qui sunt aurei per rutilantem charitatem, argentei per candidã castitatem, ferrei per firmitatem, plumbei per humilitatem &c. Exemplum de iustissimo Ezechia, q fuit filius peruersissimi Achab. 4. Reg. 18. Et sic de talibus potest dici illud Eccles. 7. Melior est finis 7
orationis quam principium. ¶ Plumbum est metallum grossum, & obscurum, & ponderosum, fœdum, & maculans se tãgentem. unde nunquam sic lauari potest vel artificialiter dealbari, quin semper sit aptum tangentẽ maculare. Talis est rectè peccator, quia ipse est grossus per superbiam, & vanitatẽ compactus per auaritiam, & tenacitatem, obscurus per ignorantiam, & ruditatem, ponderosus per malam consuetudinem, per pigritiam & tepiditatem, fœdus & fœdans per luxuriam, & carnalitatem. Nam per malam vitam, & conuersationem, & per mala sua exempla alios contingentes, socios . s. & vicinos fœdat, & inficit, & corrũpit, & maximè vir luxuriosus, quia quicquid tetigerit immundus immũdum faciet. Num. 19. Licet etiam dealbetur per exteriorem conuersationem, ita q videatur esse argẽtum i. vir iustu. per suam hypocrisim, & palliationem, manet tñ semper plumbum. i. peccator & iniquus, & malæ interius infunt ei qualitates. i. affectiones, & sic alios est semper aptus corrumpere per exemplum. Fac. 5. de hypocrisi, & dic q plumbum artificialiter aliquando fit album sicut argentum, sed tñ non desinit propter hoc esse plumbum, quia semper in eo dominantur plumbeæ qualitates. Expone. ¶ Secundum Hermetem in alchymia sua, si 8
plumbum super acetum suspenderis, condemnat eum, quia per acumen aceti plumbum suspensum corrumpitur, & penetratur, & in album puluerẽ dissoluitur, & mutatur, & sic efficitur color, qui cerussa publicè nuncupatur. Plumbũ qđ est compactum, & maculat contingentem, significat peccatorem, qui est tenax, & compactus per auaritiæ parcitatem, & obstinationis soliditatem, & alios maculat per malæ conuersationis fœditatem per acetum autem asperũ intelligo amaram mortis memoriam, inferni vel iudicii. Nam si homo plũbeus, & peccator suspendatur per cogitationem, & frequentem meditationem super acetum. i. super memoriã suæ mortis, statim pro certo dissoluetur per contritionem, puluerizabitur per humilitatem, hoc est dictu, q se puluerem reputabit, & dealbatur per bonam conuersationem, & castitatem, & sic efficietur color, & coloratos per honestatem. Accede ergo huc, & intinge bucellam tuam in aceto. Ruth. 2. Vel per acetum intellego memoriã passionis Christi, & sui aceti, potati &c. per omnia sicut supra. ¶ Item idem. Si acetum super 9
plumbum fuderis, perdet uirtutem suam. Sic verè si acetum . i. amaram correctionem vel prædicationem fuderis super plumbum. i. super incorrigibiles prædicatores, perdit virtutem suam, quia. s. tales nec corriguntur nec emendantur, & sic in vanum, & pro nihilo arguuntur. Peruersi enim difficile corriguntur. Ecclesiast. 1. ¶ Licet plumbum sit nigrum uel vilis coloris, quandoque tamen per ignem moderatum in verniculum seu colorem rubeum transmutatur. Si aũt ignis, fortis nimis perseuerauerit, tunc totaliter destruitur, & in terram, & in cinerem, & suam materiam primitiuã cõuerti-

tut atque redit. Ignis est aspera correctio, quia vere licet ho
mo sit plumbeus, & peccator, & nigri coloris, & malæ côuer
sationis, tñ virtute ignis correctionis, & tribulationis effici-
tut pulcher, & rubeus, coloratus. s. & charitatiuus. Veruntã-
men si ignis iste nimis durauerit, s. s. tribulatio vel correctio
excesserit, tunc corrumpitur & destruitur per desperationẽ,
& in primam materiam. i. personam vilem, & peccatricẽ ite-
rum commutatur. vnde Hier 6. Frustra sufflauit conflator, in
igne consumptum est plumbum. Sicut. n. prodest homini cor
rectio temperata, ita ei nocet si fuerit excessiua. Vel dic ꝙ ho
mo naturaliter vilis, & de uili semine natus, uirtute tñ ignis,
& caloris naturaliter efficitur rubeus, & pulcher, s. iuuentute
sed quotidie per istum disiccatur corpus, & tandem per mor
tem in suam pristinam materiam, s. in terram & cinerẽ trans
11 mutatur. Gen. 3. Puluis es, & in puluerem reuerteris. ¶ Argẽ
tum in fornace a consumptione seruatur, qñ sibi plumbũ ad
iungitur, & ideo artifices argento purgando plumbum iun-
gunt, & sic plumbum ab igne côsumitur, & argentũ illæsum
permanet, & purgatur. Argentum est aĩa, plumbum qđ pon
derat, est peccatum, quod in tm̃ ponderat, ꝙ facit descende-
re in infernum. Argentum igitur. i. hõ qui in fornace tribula
tionis, & pœnitentiæ est purgandus, & vitiis, & peccatis, ne
forte ab isto Igne lædatur, & grauetur, adiũgat secũ plumbũ
. i. pondus & grauitatem suorum peccatorum, consideret in
quantum deliquit, & tunc vere, ista fornax non lędet eũ nec
grauabit, imo patienter oĩa sustinebit, & dicet cum Iob 33.
Peccaui, & vere deliqui, & vt eram dignus, non recepi. & Mi
cheæ 7. Iram domini portabo, qm̃ peccaui ei. Ipsum tñ plum
bum. i. sua vitia, & peccata destruẽtur, & consumentur, & ip-
se per pęnitẽtiam purgabitur, & emundabitur. Vel dic, quod
plumbum est peccator, argentum est iustus, qui qñ in forna-
ce tribulationis, & tentationis ponuntur, malus ibi consumi
tur per impatientiam, & desperationem, iustus autẽ ibi pur-
gatur per patientiam, & virtutem, & corrigitur, & emenda-
tur. Vel dic, ꝙ plumbũ molle, & tenerum est vir pius, & com
patiens, qui ꝓ certo sæpe se exponit ignĩ tribulationis, vt ar-
gentum. i. viri boni, & iusti non lædantur, & maximẽ bonus
plarus pro subditis, sicut Christus pro peccatoribus liberan
dis mortuus est. Exemplo Apostoli dicentis ad Rom. 9. Opta
bam ego ipse anathema esse a Christo ꝓ fratrib. meis. ¶ Plũ-
bum s̃m Hermetem, in sua ebulitione oĩa corpora quanqnã
solida penetrat, & soluit etiam duritiam adamantis. Talis est
cato qñ ebullit per carnalem concupiscentiã, & tentationẽ,
tunc corpore quanquam dura. i. corda hominum quanquã
13 firma, constantia & perfecta, soluit & penetrat, & emollit. Ec
cles. 24. Penetrabo inferiores partes terræ. ¶ Plumbum licet
sit nigri coloris, & vilis in igne tũ liquefactum apparet ru-
beum atq; pulchrum, sed qñ ignis cessat, & plumbum frige-
scit, tunc niger pristinus color redit. Sic vere multi, qui sunt,
nigri per uitia, & peccata, & vilis coloris per malã conuersa-
tionem, qñ ponuntur in igne tribulationum, tunc liquefiunt
per contritionem, & rubent per charitatem, & dilectionem,
sicut pater de diuitibus, qui qñ infirmantur, tunc pęnitent, &
conteruntur, faciunt testamenta, & proponuntur emendari.
ps. Cum occideret eos, quærebãt eũ. Sed vere qñ cessat ignis
infirmitatis vel tribulationis, qñ isti refrigescunt, & veniunt
ad statum prosperitatis vel sanitatis, tunc vere nigredo pec-
catorũ, & pristinus color redit, quia ita sunt mali sicut ante,
& aliqñ peiores. Exemplũ de Pharaone, qui in flagellis pro-
mittebat emendari, sed cessante flagello, nihil. Frustra pcussi
filios tuos disciplinam non receperunt. Hier. 2. ¶ Plumbũ est
14 frigidũ, & humidũ, s̃m Constant. nigrum & ponderosum, &
vtile est multis vsibus medicinæ. Talis est vir perfectus, quia
frigidus est per castitatem, humidus per pietatẽ, pôderosus
per humilitatẽ, grauis per maturitatẽ, niger ꝑ pęnitẽtiæ ma-
cerationem, utilis medicinæ per doctrinæ Christi, & vitæ ꝑ
fectionem. ¶ Si plumbi lamina super lumbos ponatur, vene-
15 ris impetũ restringit, ut dicit Const. Plumbũ est onus æterna
rũ pęnarũ, vel est ẽt pondus pęnitentiæ. Eccl. 22. Super plũ-
bum quid grauabitur? Qđ si pro certo super lũbos. i. in cor-
de super affectiones carnales posueris, statim venerẽ. i. appeti
tum luxuriæ refrenabit, & castitatem melius obseruabit. Vel
si vis, per plumbũ intellige castitatẽ, quæ habet restringere
16 venerem, vel ẽt abstinentiam. ¶ Puluis plumbi valet ad mul
tas passiones. s̃m Constan. quia valet contra apostemata cali
da, fluxum sanguinis sistit, oculos aũt abstergit, ictus etiam
scorpionum mitigat, & draconum. Plumbum sęcum est ca-
ro, puluis eius est memoria mortis, & suę pulverizationis,
quæ pro certo est homini medicinalis, quia exinde sanatur
apostema superbiæ, fluxus sanguinis luxuriæ, dolor oculorũ
inuidiæ, & ictus scorpionum. i. morsus detractionis, & mali-
tiæ exinde leuius sustinentur, quia secundum Hier. Facile cõ
temnit omnia, qui se semper cogitat moriturum. Vel expo-
ne de pœnitentia, vel de humilitate.

## *De Puluere.* *Cap. 113.*

PVluis dr̃ a pulsando, eo. s. ꝙ vero vndiq; pulsetur, & qñ
cum humore miscetur, tunc lutum ex eo generatur, & 1
post aliqñ in lapidem induratur. Talis est persona leuis
quia vere pp suam instabilitatem a vento tentationis,
vanitatis vel elationis discutitur, & pulsatur, vel etiam a ven
to malarum cogitationum, & affectionum, & qñ cum humo
re deliciarum, & carnalitatis miscetur, tunc vere efficitur lu
tum. i. vir lubricus, & luxuriosus, & deinde paulatim effici-
tur lapis durus. i. uir incorrigibilis, & obstinatus, qa vere ex
leuitate voluptas, ea voluptate luxuria, ex luxuria obstina-
tio generatur. Iob 38. In similitudinẽ lapidis durantur aquę.
¶ Ex puluere pes polluitur, oculus lęditur, aer inficitur, & ne
sol appareat impeditur, puluis faciliter dispergitur, non faci 2
liter congregatur, in puluere venenosa reptilia latitant, & ver-
santur, & in eo nutriuntur, vestis etiã puluere maculatur. Ta
les sunt diuitiæ, quia vere non facile, sed cum labore congre
gantur, facile tñ modico vento tribulationis auferuntur, ꝑ-
duntur, & disperguntur, & exinde (quando scilicet nimiũ di
liguntur) pus interioris affectionis, vestis exterioris conuer-
sationis inficitur, & fędatur. Ideo bene pcipit dominus Mat
thei 10. Excutite puluerem de pedibus vestris. Iste etiã ocu-
los intellectus excæcant, & visum spiritualis discretionis tur
bant, & aerem conscientiæ obnubilant, ita quod sol, id est
æterna paradisi claritas ibi non uidetur, nec a diuitibus co-
gitatur, quia vere amor diuitiarum ipsos intantum excęcat
quod non possunt nisi de præsentibus cogitare. Ioan. 12. Te-
nebræ excæcauerunt oculos eorum. Et ideo in isto puluere,
i. in amore diuitiarum versãntur, quantum. s. ad amorem &
affectiones vermes & reptilia venenosa. i. peccatores & aua-
ri, qui ibi nutriuntur & inueniuntur, & finaliter moriuntur. Esa.
65. Serpenti panis eius puluis. Vel puluerem intelligo pec-
catum, quia pedes, vestes, aerem, & oculos maculat vt est di-
ctum, & in eo pctõres mali viuunt & delectãtur, & versanẽ.
Esa. 66. Aĩa eorũ in abominationib. suis cõdelectata est. ¶ Pul 3
uis concussus naturam rei a qua resoluitẽ, manifestat odore,
vãlore & sapore, & ideo species aromaticæ teruntur & pul-
uerizanẽ, vt earũ virtus intrinseca se ostendat, & vt melius in
uicem misceanẽ compingantur & conficiantur, vt sic gustũ
comedentis sueuis afficiant & delectent, & cõtra morbos & 4
vulnera medicinæ. Puluis qui parum appreciatur significat
humilitatem, quæ pro certo parum vult reputari & apprecia
ri. Sed vere ista secundum naturam rei a qua resoluitur, i. se-
cũdum virtutem & perfectionem illius qui se humiliat, valo
rem contrahit et decorem, quia. s. plus debet humilitas no-
bilis & sapientis, quam alterius appreciari, nam melioris est
valoris, & meriti & suauiores famæ & odoris. Propter hoc
dicebat sapiens Ecclesiastici. 3. Quanto maior es, humilia te
in omnibus. Et ideo Deus terit per tribulationes in hoc mũ
do species aromaticas, i. viros iustos & perfectos, vt sic pul-
uerizentur per humilitatem, & vt sic sua virtus interior. i. per
fectio, & patientia declaretur, sicut patuit in Iob, & vt sic in-
uicem melius vniantur & coniungantur per concordiæ vni
tatem, & vt sic dulcius fragrent per bonam famam, & vt sic
sint suis exemplis et documentis aliis medicinæ. Ideo dice
bat Iob 7. capitul. Ecce nunc in puluere dormio. & Cantic.
4. Veni auster persla hortum meum, & fluent aromata illius.
¶ Ex pulueribus fiunt antidota & vnguenta carnis mortuæ
corrosiua, sanitatis inductiuæ, & infirmitatis præseruati-
ua. Puluis est memoria mortis & carnis pulverizationis,
ea qua pro certo anima ad sanitatem gratiæ reducitur, ca-
ro. superflua, id est carnalis voluptas abstergitur, & pecca
torum infirmitas præcauetur, quia in omnibus operibus
tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.
Ecclesiastici 7. Vel expone de humilitate vel pœnitentia.
¶ Myrrhã et thus ad hoc pulverizantur, vt cremata su-
per carbones Deo offerantur, et exinde fumus odoriferus

ad Dei

ad Dei gloriam eleuetur. Sic vere boni & iusti teruntur per aduersitatem, puluerizantur per humilitatem, super carbones incenduntur per charitatem, & sic Deo offeruntur & immolantur, & ex eis exit odor odoriferus. i. deuota oratio. quae s. in cōspectu Dei, & sanctorum redolet atq; fragrat. Ecc. 50.
6 quasi thus redolens in diebus aestatis. ¶ Ex pulueribus aromaticis confectis liniuntur corpora mortua, ne s. putrefiant, vel in terram ac cinerem resoluantur. Sic vere ex dictis, & verbis sacrae scripturę confectis expositis, & ordinatis, vnguntur & liniuntur per praedicationem mortui pctōres, ne s. putrescāt & dissoluuntur per damnationem ęternam, & ne putrescant per vitia & peccata. Vel si vis pulueres isti significāt virtutes vel exempla sanctorum mortuorum, quę per bonam famam redolent atque fragrant, & sunt peccatoribus medicina.

## De Lapide quirim. Cap. 114.

*Quirinus apud Vincentium legitur in speculo naturali. lib. 8 cap. 92*

Quirim sm Dios. est lapis qui in nidis Vpuparum inuenitur, qui suppositus capiti alicuius dormiētis, facit dicere & reuelare oīa pectoris sui secreta, & qd omnia, dicet dormiendo, & ideo magi diligunt istū lapidem, qm per eum multa maleficia operantur, auget. n. mirabiliter fantasias. Vpupa auis immūda est homo luxuriosus & deliciosus, nidus eius est taberna, lapis huius nidi est ebrietas, quā pro certo si quis sibi apposuerit, & dormierit in delicijs huius mundi, statim secreta sua pandet & reuelabit, quia sicut dr̄ Prou. 31. Nullum secretū est vbi regnat ebrietas. Et ad litteram auget somnia, & fantasmata. i. vanas affectiones, & aestimationes, & ideo magi. i. demones istum lapidem diligunt, quia multa maleficia. i. tentationes, & vitia per eū operantur. Constat. n. q̄ per ebrietatē diabolus inducit hoīem in multa vitia, & peccata. Vel dic q̄ vpupa auis immūda est diabolus, in cuius nido. i. in mundo inuenitur quirim. i. vana gloria, quae vere facit dici, & reuelari cordis secreta, quia. s. facit occulta bona si qua sint, dici iactari & dilatari, & fantasias vanarū praesumptionum auget, cōtra illud Sene. qui dicit. Esto occultator virtutum, sicut alij vitiorū. Vel dic q̄ hic lapis est timor Dei, qui facit reuelare s. in confessione sua secreta vitia & peccata. Discooperi humerum, reuela crura, denuda turpitudinem tuam Esa. 47. Et ideo valet magis. i. praedicatorib. qui incantant spiritualiter peccatores.

## De Quanidro lapide. Cap. 115.

*Quadras etiam dicitur hic lapis Alberto simili teri, & Quadratus ex horto sanitatis, vbi auctor Plinium allegat in hunc mundum. Quadratus in Aegypto inuenitur similiter & in aethiopia, & exalbidus est.*

Quanidros est lapis vilis coloris, sed eximiae est virtutis, sm Dios. & inuenitur in capite vulturis, & valet contra quaslibet cās nociuas, & vbera lacte replet. talis est sacra scriptura, quae valet cōtra oīa nociua, & vbera, i. labia replet lacte. i. scientia, & doctrina, quia. s. hominem eloquētem facit, & ideo in capite vulturis, q optime odorat. i. intentione hoim deuotorum, qui odorant aeternā suauitatem, debet inueniri, quia licet sit vilis coloris quantū ad apparentiā exteriorem, tñ eximię est virtutis quantū ad intelligentiā spūalem. Sed contra dr̄ Iob. 28. Nec intuitus est eū oculus vulturis. vel expone totum de cōtemplatione, & oratione. Vel dic q̄ hic lapis est elemosyna, quae pro certo valet contra oīa spiritualia & temporalia nocumenta. Elemosina. n. a morte liberat, Tho. 5. Etiam vbera. i. hoīes misericordes replet lacte, s. tēporalis prosperitatis Luc. 6. Date & dabitur vobis. Deus. n. plenius eis donat, qui alijs miserentur, quia foeneratur Deo qui miseretur pauperis. Prou. 19. Et ideo vultures. i. carnales peccatores istum lapidem, s. pietatem, & compassionem, & elemosynam semper debent in capite intentionis habere. Lu. 11. Date elemosynam, & ecce oīa munda sunt vobis. Vel dic q̄ iste lapis est oratio, q̄ tunc tpis est habenda quando lac temporalis subuentionis deficit, & bona temporalia destruuntur per pluuiam & ardorem, vt virtute eius lac bonorum temporalium augeatur.

## Capitulum: 116.

*Ramni legendum est, ex Vincentio. Tu vide Hermolaum in corellario. cap. 941.*

Ram. i. bolus Armenicus, vena est terrae quae virtutem habet constringendi sanguinem, vndecunque fluat, naturae. n. frigidae est & siccae. Talis est munditia, & abstinentia, in qua est frigus diuini timoris, & siccitas. i. carnis maceratio. Ista. n. habet potestatem restringendi ventrem, & sanguinem. i. oēs gulae, & luxuriae voluptates.

## Capitulum. 117.

*Vide num eadem sit hac gemma cum Astroite, quā Aristobolon Sudines apud Plinium oculis piscium similes esse dicit, nam nihil apud alios reperio.*

Raben est lapillus qui in capite cancri reperitur, & est rotondus et mollis sicut pupilla piscis, frigidus est & humidus, virtutemq; habet contra morsus scorpionum, & canis rabidi, & mundificat dentes, & est planus exterius & interius cōcauus. Talis est vir perfectus, quia planus est per simplicitatem, & veritatem, & deuotionem, rotundus per obedientiam, & subiectionem, & ideo talis suis verbis, & exemplis est alijs medicinalis, quia contra morsus venenosos tentationum interiorum, & tribulationum, & detractionum exteriorum, scit alios adiuuare, & dentes. i. detractores corrigere, & purgare. Ecclesiasti. 38. Altissimus de terra creauit medicinam.

## De Sapphiro. Cap. 118.

Sapphirus est lapis ceruleus, coelo sereno simillimus in 1
colore, cęteros excellit specie & valore, ideo gēma gemmarum in lapidario appellatur, stellam habet relucentē per cuius refulgentiam eius virtus, & efficacia declaratur. Aliquando autem habet quosdam pulueres aureos intermixtos. Hic multas & innumerabiles habet virtutes, quia virtutem habet discordiarū reconciliatiuam, caloris & ardoris interioris refrigeratiuā, si. s. iuxta cordis venas pulsatiles appendatur, quia sicut dr̄ in lapidario, hic membra vegetat, & integra membra reseruat, febris ardorem refrigerat interiorem. Talis est per oīa beata virgo, quia vere coelo. i. Deo fuit caeteris viuentib. similior quantum ad virtutes, & perfectiones. Nam ista oēs alias creaturas excellit, & in specie bonae conuersationis, & in valore virtutis & perfectionis, quia vere illum qui est stella candida, splendida & matutina, (Apo. 22.) i. Dei filium in seipsa continuit, & portauit, & virgo virginum dici potest, Nam ipsa habet pulueres aureos. i. occultas virtutes & perfectiones, per quas rutilat sicut aurum. Hęc ergo habet virtutem reconciliationis, quia vere per eam recōciliatus est Deus cū humano genere, & etiam ipsa cum Deo quotidie peccatores reconciliat, & concordat. Membra etiā. i. fideles qui membra sunt ecclesiae (vegetat per suam gratiā atq; nutrit, q̄ ea seruat integra & illaesa contra tentationes. Nam qñ circa cor suspenditur, tpe accessionis. i. tentationis, per deuotionem. s. & amorē, tunc ardorē interiorē. i. concupiscentiam carnalē, & temporalē refrigerat per suam gratiā atq; sedat. Eccl. 18. Ardorem refrigerabit ros. Vel dic q̄ sapphirus est virtus concordiae & benignitatis, quę pro certo qñ super cor alicuius ponitur, tunc ardorem iracundiae tēperat, & discordes recōciliat & concordat, quia verbū dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Eccl. 6. Vel dic de Christo qui tentationes sedat, & peccatores Deo patri recōciliat, & membra etiam temporaliter & spiritualiter vegetat p gratiam & humectat, si. s. circa cor per amorem, & deuotionē ponitur & ligatur. Ideo dicit ipse Can. 8. Pone me signaculū
super cor tuum. ¶ Inuenitur sapphirus aliqñ in mineris lazuly, & in ipsis venis & mineris sapphiri aliquando lapis reperitur qui carbunculus à plurib. nominatur, sm Diosc. eo. s. q̄ nasci venis ipsius perhibetur. Et ideo ex natura sapphiri creditur esse carbunculus quadam fauilla cerulea obumbratus. Carbunculus est Christus, propter ardorem charitatis. Sapphirus est beata virgo. In venis ergo sapphiri. i. in vtero virginis benedictae fuit inuentus carbunculus Dei filius per incarna-

nationem, & iò pro certo mater carbunculi.i.Dei mater,&
genitrix nuncupatur,quia vere ex natura & puris sanguinib.
istius sapphiri ipse carbunculus Christus coontraxit illas fauil
las ceruleas quas circa se habet.i. illam carnem humanā cui
est vnitus,quam.s.ex virgine maria Matre sua ibi sumpsit,vn
de ipse potest dicere.In vtero matris meę figuratus sum caro
3 Sapi.7.¶ Sapphirus virtutem habet confortatiuam,vnde va-
let contra tremorem cordis, virtutem etiam habet restricti-
uam,& lætificatiuam,vnde valet ad sanguinem , de narib.&
sudorem de corpore stringendū,sicut dr̄ in lapidario . Talis
est spes de æternis,quia vere iste est quæ tristitiam,& desperа
tionem tollit,& mundi desolationes, & tribulationes cōfor
tat,& timorem seruilem tollit.pla. Sperate ergo in eo omnis
congregatio populi. Sanguinem insuper mundanæ volupta
tis , sudorem etiam venarum affectionum habet penitus re-
frenare . Vel dic q̄ sapphirus est abstinentia vel pœnitentia,
quæ sanguinem , & sudorem.i. carnales affectiones eliminat
atq; tollit. Matth.9.Siccatus est fons sanguinis eius.¶ Sapphi
4 rus apostematum reprimit inflaturas, & maximè valet con-
tra anthracem,quod est apostema venenosum,quia eius vè-
nenositatem, & fumositatem ad cor ascendere nō permittit,
& hoc certum est s̄m Diosc.Talis est virtus humilitatis,quia
verè omnem inflatutam,& tumorem superbię reprimit atq;
sedat,anthracem etiā(qui pp ardorem maximum est vene-
nosus).i.furorem & ardorem iracundiæ & crudelitatis repri
mit,& eius fumū.i. ipsius malos motus & affectiones ad cor
ascendere non permittit,quia verè vir humilis(qui.s.confide
rat causas humilitatis suæ.s.natiuitatē,mortem,inferoū.&c.)
non faciliter dat cor suum nec in superbiam,nec in irā,iuxta
illud Eccl. 28.Memento nouissimorum,& desine inimicari.
5 ¶ Sapphirus vim habet veneno cōtrariatiuam,nam si araneā
in pyxide posueris , & verum sapphirum in eius orificio ali-
quādiu tenueris,aranea virtute eius victa quasi subito morie
tur.Talis est oratio vel cōfessio,quia vere si ipsam in ore tuo
tenueris,statim aranea.i.pctō mortale quod est in pyxide cō
scientiæ,destruetur.Vel dic q̄ hic est Christus vel beata vir-
go,vel etiam quilibet sanctus,qui qn̄ in ore tenetur per deuo
tionem,orationem & inuocationem,tunc araneam pyxidis.i.
tentationem & pctm̄ cordis, vel tentationem carnis interfi-
6 cit atq; necat. ¶ Sapphiros vim habet oculorum confortati-
uā , quia scriptum est in lapidario.Es oculis sordes tollit,de
frōte dolorem. Talis est fides quia vere de oculo intellectus
tollit sordes.i.hæreses & errores,& ipsum sanat per discretio
nem,illuminat & extergit.¶ Sapphirus tollit dolorē de fron
7 te,& vulnera sanat . Sic pœnitentia de fronte.i.de conscientia
(quæ Deo apparet,tollit dolorem remorsus, & vulnera quæ
occidūt animam.i.pctā sanat. A vulnerib.tuis sanabo te.Hie.
30 ¶ Sapphirus creditur valere, s̄m antiquos) ad responsa di
8 uina obtinenda,& ad gratiam a dijs impetrādā,qn̄.s.præsens
est qn̄ quid a dijs petitur.Et sicut dr̄ in lapidario. Hic lapis vt
perhibent,educit carcere vinctos.Obductasque fores & vin
cula tacta resoluit. Fertur & ad pacem bonus esse concilian
dam.Sed qui portat eum,castissimus esse iubetur. Nā pp im
munditiam portantis virtutem suam perdere consueuit.Iste
etiam oculos confortat,mentem lætificat,amorem ledat,vl-
cera sanat, venenosa necat, facit hoiem audacem & victorē,
animum in bonis firmat,tollit inuidiam,facit hominem hu-
milem & benignum. Talis est per oīa beata virgo,quia vere
si volumus a dijs.i.a Deo & angelis aliquid impetrare p ora
tionē pro certo nos debemus adhibere istum lapidem.s.virgi
nem Mariam,per eius memoriam deuotionem & orationē,
quia vere eius præsentia nobis Deū,& Angelos placat,& fa-
cit quod petimus obtinere.Figura de Hester,per cuius inter
uentionem Iudei Assueri gratiam habuerunt.Vinctos etiam
de carcere.i.illos qui sunt in carcere diaboli.i.in statu pcti,
& cathenis & vinculis malæ consuetudinis & complacentia
rum sunt ligati,extrahit & educit.s.per suam intercessionem
& orationem.Exemplū de Theophilo.Esai.45. Portas æreas
conteram,& vectes ferreos confringam. Hæc etiam oculos
confortat per suam bonam conuersationē,dulcorem & cō-
passionem,quia delectabile est oculis videre solem.Eccl.11.
Mentem etiam tristem & desolatam lætificat,tumorē super-
biæ,vlcera luxuriæ,venenum malitiæ & inuidiæ sanat,tollit,
& abstergit,facit hominem audacem ad bonum aggredien-
dum, victorem etiam contra tētationem & tribulationes hu
milem parites & benignum,quia vere beata virgo qn̄ deuo-
te requiritur,seruitur,& honoratur,hæc oīa beneficia suo tri
buit seruitori,si tn̄ castè,& puro corde,& corpore portetur,
& requiratur,quia si sit immundus , & luxuriosus, virtutem
eius non percipiet imo perdet.vnde ad Titum 1.Coinquina-
tis.n.& infidelibus nihil est mundum ¶ Sapphirus discordes 9
conciliat,ardorem sedat,sanguinem & sudorem stringit,cor
& mētem lætificat desolatam,tumorem apostematum sedat,
venenosa occidit,vinctos dr̄ de carcere educere & racta vin
cula dissipare.Talis est pęnitentia, quia per eā discordia Dei
& peccatorum tollitur , & inuicem reconciliantur , sanguis
etiam & sudor carnalis voluptatis per eā abstergitur , ardor
tentationis extinguitur,hæc etiam tumorem superbiæ, vene
num detractionis inuidiæ & malitiæ,& vlcera luxuriæ ad sa-
nitatem perducit, & vincula peccatorum per eam franguntur
tur & dissipantur,& peccatores de peccati carcere liberant,
& sic mentem desolatam, & desperatam merito lætificat,&
confortat,quia s.stimulos conscientię timorem mortis & de
sperationis pellit,& spem salutis & glorię introducit. Pœnitam
ergo agite,appropinquabit.n.regnum cęlorum.Mat.3. Luc.
30.Mar.1. Vel espone de Christo , qui vinctos peccatores de
carcere diaboli liberauit,& cathenas peccatorum dirupit &
confregit,& maximè in passione,vbi captiuos & vinctos qui
erant in cathenis inferni,liberauit penitus & absoluit. Iden
Zach.9 Tu autem in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos
tuos de lacu in quo non erat aqua. Et adiunge si vis.§.supra
de charitate.¶ Sapphirus est lapis pciosus,valens contra mul 10
tiplicia nocumenta , veruntamen oportet, q̄ ille qui portat
eum,sit castus,quia si immundæ & luxuriosæ sit vitæ,sapphi-
rus circa eum virtutē suā perdet,nec aliquid operabitur aut
valebit, sicut dr̄ in lapidario . Sapphirus iste significat bona
opera vel deuotionem ad Deum vel sanctos vel etiam scien
tiam diuinam,quæ pro certo omnia sunt preciosa apud deū
& virtuosa.Sed vere nisi homo qui habet ista, teneat castam
vitam,nihil sibi prodest,quia per infectionem, & immūditiā
luxurię quicquid habet de gratijs & virtutib.dissipatur,& ad
nihilum reputat.Vnde Hierony in epistola.Quacunq; virtu
te polleas,quibuscunq; bonis operibus nitcas,si cingulo cha
ritatis careas,omnia per terram trahes.

## De Smaragdo. Cap.117.

SMaragdus est lapis viridis coloris,ad virorem cuius ali 1
qua herba vel lapis non attingit Nam pre virore aerem
inuiridat contingentem,& viroris radios circum mittit,
ita q̄ nec ēt fulgore solis viror ipsius hebetatur,& qn̄ est
bene tersus & politus,tunc more speculi imagines repræsen
tat,vt dicit Isid.Nero cæsar(inquit idem)gladiatorū pugnas
in smaragdo spectare cōsueuit. Charissimi,per virorem qui
summe inter colores delectat visum,intelligo honestatem,q̄
visus aliorum,& aspectus reficit & delectat. Smaragdus est
vir perfectus, qui pro certo debet habere virorē honestatis,
& dato q̄ radijs solis.i.prosperitate mundana perfundatur,
nunquam tn̄ debet omittere istum virorem.s.virtutem hone
statis,imo debet tergi per pœnitentiam,vt sic efficiatur alio
rum speculum,& exemplum,vt sic imago cuiuslibet in eo re
luceat, hoc est dictu q̄ per comparationem ad vitam suam,
alij cognoscant quales sunt.s.mali vel boni,sibi similes vel dis
similes.Exemplificat de quolibet sancto.Sap.7.Candor.n.est
lucis ęternę.&c.Vel pes istum lapidem qui prę cęteris viret,
intelligo puritatem naturæ angelicę,ad quam.i.ad cuius simi
litudinem,alia herba vel lapis.i.alia quæcunque creatura nō
attingit.Isti.n.sunt specula polita & munda,s̄m Dionisiū,in
quibus imagines,& notitiæ,& species rerū naturalium relu-
cent , quia.s.ipsi cognoscunt res per species innatas , s̄m ali-
quos,vel imago.s.dei & trinitatis i eis relucet & apparet.Sūt
.n.speculum sine macula,& imago bonitatis Dei.Sap.7.¶ Me 2
liores smaragdi de Scythia veniunt,s̄m Isid. Nam ibi colli-
guntur & inueniuntur,& maximè in vento aquilonari , quia
tunc per ventum illum arenæ discooperiuntur , & sic appa-
rent lapides,& smaragdi.Scythia regio frigida significat sta-
tum aduersitatis , aquilo uentus durus,& frigidus significat
mundi tormēta & tribulationes.Illi ergo smaragdi.i.viri san
cti,& perfecti qui veniunt de Scythia.i.de statu aduersitatis,
sunt alijs meliores.Nā uentus aquilo.i.tribulationes mundi,
& aduersitates ab eis reijciunt arenam.i.mundi diuitias , &
prosperitatem,& ideo sunt alijs puriores , & meliores,sicut
patuit

patu't in martyribus, & patet quotidie in Chr.sti pauperib.
3 Ventus.n.aquilo dissipat pluuias.Prou.25.¶ In ægypto in fo dinis ærarijs inueninntur, qñq; smaragdi, qui tñ nunquam attingunt ad aliorum decorem, & boc quia semper quibusdã macnlis terreis sunt infecti.& æri vel plumbo vel sali similes notas habent. Aegyptus est mundus, qui ardore auaritiæ, & luxuriæ est perustus. Licet ergo in Aegypto.i. mundi prosperitate inneniantur smaragdi.i.aliqui virt iusti inter mundi diuitias & metalla, isti tñ pro certo semper sunt alijs deteriores.i.minus boni, quia.s.quasi impossibile est quin ex ære plũbo & sale.i.ex mundi diuitiis quas administrant, contrahant aliquas notas.i. aliqnas maculas vitiorum, qnia si diues fue-
4 ris, oon eris immunis a peccato. Eccl.11. ¶ Licet smaragdus sit naturaliter viridis, tunc tñ maaime fulget eius viriditas, qñ mero vel oleo abluitur, & lauatur ſm Isido. Sic verè licet oẽs boni naturaliter vireant per gratiã, & honestatem, illi tñ qui mero spũalis io cunditatis, qni oleo misericordiæ, & pietatis seipsos abluunt atq; lauent sunt meliores, & pulchrioris
5 etiam honestatis. Ge.49. Lauabit in vino stolam suam. ¶ Smaragdi pp suam præciositatem lunt hominib. vtiles, veruntñ in Scythia propter gryphorum immanitatem, ad eos rarus homioũ est accessus. Vide de gryphibus. Smaragdi sunt virtutes, quę pro certo sunt hoibus vtiles & valentes & spiritualiter & tẽporaliter, sed vere tanto est in mundo isto gryphorum.i. crudelium demonum immanitas, tentatio.s.& mali-
6 gnitas, q panci sunt hoẽs qui virtutem copiam valeant adipisci, quia.s.propter tentationes demonum prohibẽtur. ¶ Secundum Dios.& lapidarium, hic lapis anget opes, & sanat hemitriteum, & morbũ caducum, & dat in causis persuasoria verba, si ad collnm teneat eũ quis suspensum, visum confortat, memoriam acuit, lasciuos motus refrenat, contra illusiones demonum valet, sanguinem sistit, valet ad diuinandũ. Talis est per omnia gratia spiritussancti, quia re vera. ipsa auget opes virtutum & meritorum, & sanat hemitriteum.i. febrẽ peracutam auaritiæ, & morbũ caducũ suuperbiæ, & dat verba plàcentia.i.in oratione, & memoriam acuit.s. in gratiarũ actione, quia facit recordari beneficia a Deo uobis data, visum intellectus & cogitationem confortat per fidem, & discretionem, lasciuos motus luxuriæ reprimit per castitatem, illusiones.i.tentationes demonũ refrenat, & sanguinem crudelitatis compescit, & iuuat hominem diuinare.i. de futuris rebus.s.paradisi & inferni cogitare. Vel dic q smaragons est beata virgo, propter virorem suæ bonestæ conuersationis, vel etiam quilibet vir perfectus, qui pro certo suis verbis, & exemplis visum aliorum recreat, & delectat, & in eis vitium luxuriæ refrenat.

## *De Sardio.* *Cap.118.*

SArdius lapis est rubei coloris, similis terræ rubeæ, cuius virtus est ſm Dios.q in cõspectu eius & præsentia onyx qui habet aliquas proprietates nociuas, non potest nocere, pellit timorem, & facit hominem audacem, valet cootra incantationes. Talis est Christus, in Cruce sanguine rubricatus, quia veræ terræ rubræ, i. peccatoribus carnalib. fuit similis in colore, s.quantnm ad naturam carnis. Quia misit Deus filinm suum io similitudioem carnis peccati. ad Ro. 8. Si quis autem lapidem bunc babuerit.i. si quis roborem, & passionẽ deuote recordatus fuerit pro certo sibi onyx.i.mundus vel diabolus non nocebit, timorem etiam seruilem, tristitiam & desperationem pellet, & audax erit ad bonum aggrediendem, & malum tolerandum, & ab incantionib. demonũ, & carnis uel mundi tentationibus uon lædetur.

## *De Sardonice.* *Cap. 119.*

SArdonix ex duobus lapidibus nomen sumpsit.s. sardio, & onyphe, qnia istorum duorum colores repræsentat.
1 Nam iste tres babet colores.s.nigrum in imo, cãdidum in medio robeum vt minium in supremo. hic solus in signando de ceræ substantia nil abstrahit, ſm Isidor. Hic est Christus, qui nomen habet ex duobus lapidibus præciosis.i. ex duplici natura, diuina.s.& humana, ex quibus extitit compilatus, & tres habet colores.i.tres considerationes quia .s.in ipso est diuinitas, anima & corpus, vel tres colores sunt tres virtutes, quibus Christus priocipaliter splenduit.s. nigredo humilitatis, caodor innocentiæ & puritatis, & rubor feruentissimæ charitatis, & hic de cera cui appositus est.i. de mũdi diuitijs nibil penitus secum tulit, quia.s.per paupertatem volnntariam omnia dereliquit.s.quantum ad affectum, & relinqui docuit, & mandauit, dicens. Qui non renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Luc.14. Vel de cera.i.de beata Virgine nihil virginitatis abstulit vel corrupit. Vel potest dici de qnolibet sancto, qui est niger per humilitatem, candidus per castitatem, rubeus per charitatẽ, & nihil de cera.i. de bonis sibi commissis ad dispensandum, secnm aufert per cupiditatem, sed omnia dimittit per voluntariam paupertatẽ. Quod est contra auaros prælatos, qui bona ecclesiæ sibi, & suis tribuunt. &c. Ge.14. Non accipiam aliquid de oibus quę tua sunt. Vel dic q bic lapis est essentia diuina i qua sunt tres colores.i.tria supposita. ¶ Sardonyx quot a
habet colores, tot habet valores, & cõpescit luxuriam, & facit bominem humilem, & pudicum, ſm Isido. Talis est castitas, quæ plures habet colores bonestatis, & repntationis, & luxuriam compescit, & hominem pudicum, & maturum, & humilem reddit. Expone si vis de bonestate, in qua relucent plures colores bonorum exemplorum. Eccl.43. Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus.

## *De Gemma solis.* *Cap.120*

SOlis gemma est lapis candidus, sic dictus, eo qnòd ad similitudinem solis in orbe lucentis splendeat, & emicet, vt dicit Solinus. Hæc est beata virgo quia cũ sit candida per castimonię puritatem, radios tamen suæ gratiæ semper emittit, & continuè nobis mittit, & gemma solis iustitiæ dici potest. Vel expone de qualibet virgine, quæ candida est per castitatem, splendet per vitę sanctitatem, exemplũ & honestatem. Fulgebnot iusti sicut sol. Sap.3.

## *De Lapide selenite.* *Cap.121*

SElenites est lapis viridis sicut herba, in quo apparet ima
go lunæ, quæ candido colore depicta, crescẽte luna crescit, decrescente decrescit. Talis est amor mundi, in quo 1
semper est imago lunæ.i. quidam respectus ad lunam.i. ad mundi mutabilem prosperitatem, quia secundum, q lumen in luna crescit.i.secũdum q amicorum nostrorum plus abnodat prosperitas, tanto maior eorũ imago in corde aliorum presentatur. q si luna.i.amicus noster, & lumine prosperitatis defecerint, tunc vere io corde selenitis.i.falsi & mundani amici, imago eius.i.amor & reputatio imminuetur, q diuitiæ addũt amicos plurimos, à paupere antem, & hi quos habuerat, separantur. Prou.19. ¶ Selenites est lapis virens cõ a
tinens lunæ imaginem candidam, & valet ad reconciliandũ, & adiuuat phthisicos, & consumptos, secundum Diosc. Talis est beata virgo, quæ in se continuit imaginem lunæ.i. Dei patris imaginem, s.ipsum filium, culor eius fuit cãdidus per innocentiæ puritatem. Candor enim est lucis æternæ, & speculum sine macula, & imago booitatis ipsius Dei. Sapient.7. Ista igitur fuit viridis per honestatem, & Deo reconciliat peccatores, quibus etiam quia per vitia snot consumpti. summe valet, quia.s.suis precibus illis humorem gratiæ restituit & restaurat. Vel dic de viro perfecto vel prædicatore, qui debet esse viridis contiouè per deuotionem, & contemplationem, & lunæ id est Christo vel cuilibet viro sancto similis per obedientiam.& per suæ conuersationis imitationem, & sic poterit suis doctrinis reconciliare Deo peccatores. psalm. Veruntamen in imagine pertransit homo. Vel dic q luna significat malos, mutabiles atque vanos, quibus pro certo fatui libeoter se conformant, & eorum mores, & imaginem in se portant. Vel dic quod ista luna significat mundum, cui mali religiosi, & clerici student se totis viribus conformare, & imaginem eius, id est mores, & habitus sumere, figurati in illis qui acceperunt imaginem bestiæ, & ideo missi sunt in stagnum ignis. Sic vere qui mores, & imagines bestiarum, id est secularium in se accipiunt, finaliter igne inferni peribunt.

## De Stenno. Cap. 122.

1 STannum ẽm Isido. metalla mixta diuidit, & vnum ab alio
disgregat, & discernit, & candidi coloris atq; pulchri, &
cum eo specula temperantur, & cerusa qui est color can
didus, ex eo generatur, & per ipsum metalla a combustione
seruantur. Talis est bonus prælatus, quia vere ipse debet esse
candidus per castitatem, mollis per pietatem, & ideo cerus-
sam.i.candorem castitatis debet in se, & alijs generare.s. ver
bis, & exemplis. & debet esse tantæ discretionis, q sciat me-
talla mixta.i.suos subditos disgregare, quando per malam so
cietatem inuicem copulantur, & eos ab inuicem separare, &
inter eos debite distinguere & discernere, & quis, & qualis
sit quilibet indagare. Discretionem habeatis mundi, & im-
mundi. Leuit. 11. Et ideo ipsa specula.i.subditos, & religio-
sos qui sunt exemplar, & speculum aliorum, debet tempera-
re, & debitè gubernare, & eos á combustione ignis luxuriæ
vel auaritiæ præseruare. vnde Iudas in canonica. Saluate eos
2 de igne rapientes. ¶ Stanni substantia ẽm Aristotelem ex sul-
phure, & argento viuo componitur, & est album sicut argen
tum, argenti tñ non habet valorem, & quando duo metalla
sunt coniuncta, tunc si stannum misceatur, ipsa penitus sepa-
rat, diuidit & distinguit. Talis est hypochrita, quia in eo con
currit sulphur luxuriæ, & fœditatis, argentũ viuum vanæglo
riæ & leuitatis, & ideo habet candorem, & pulchritudinẽ ho
nestatis, ita q videtur esse argentum.i. bonus homo, licet nó
sit. Et quia tales sunt communiter reportatores verborum,
& bilingues, ideo metalla mixta.i. illos qui sunt mixti & con
iuncti per concordiam, & amorem. soluunt per discórdiam
& disiungunt, quia vir verbosus separat principes. Prou. 16.
¶ Stannum metalla quibus admiscetur, seruat a combustione
3 Sic bona persona. & casta illos qui sunt in societate sua, suis
verbis, & exemplis seruat ne comburantur per tentationes,
& peccata, & finaliter per tormenta ignis infernalis. Esai. 43.
Flamma non ardebit in te, quia ego tecum sum. ¶ Stanum li-
4 quefactum, & bulliens oia corpora frangit quibus admiscet,
quamquam solida seu dura. Sic vere illi qui sunt liquefacti p
luxuriam, inflammati per iracundiam, oẽs illos qui sibi mi-
scentur, & qui suam societatem frequentant, per mala verba
& exémpla destruũt, quia qui cum stultis graditur, similis effi
cietur. Vel expone si vis de carne sicut supra de plumbo. §. ca
ro. Vel dic q stannũ est luxuriosa mulier. &c. sicut supra. ¶ Se
5 cundum Hermetem, si stanno argentum viuum miscueris, fa
cit ipsum albescere, sed post denigrat, & condemnat. Sic mul
ti qñ eis adiungitur argentum viuum.i. correctio vel doctri-
na, albescunt per castitatem, & honestatem, quia aliqñ emen
dantur, sed vere postmodum destruuntur per vitia & pecca-
ta, & denigrantur per malam conuersationem. Et fiunt nouis
sima hominis illius peiora prioribus. Mat. 12. ¶ Ex stanno fit mi
6 nium quando comburitur igne forti. &c. sicut de plumbo. §.
tribulatio. ¶ Modico stanno mediante, diuersa inuicẽ iungũ
7 tur, & consolidantur, & maximè quando ei vnctuosum ali-
quid admiscetur. Sic vere mediante viro iusto, & perfecto di
scordes ad concordiam reuocantur, & maximè qñ ibi vn-
ctio.i. gratia sancti spiritus admiscetur. Vel stannum est vir-
tus benignitatis teneræ atque mollis, quæ omnia conciliat, &
concordat. Ideo de bonis dr̃ Zach. 4. Videbunt lapidem stan
neum in manu Zorobabel.

## De Sulphure. Cap. 123.

SVlphur est vena terræ, naturæ igneæ, & calidæ, cuius ardo
rem aqua quamquam frigida sentit, quia transiens venas
1 sulphureas, colorem contrahit á sulphure, & efficaciam,
& odorem, & ideo fontes calidi, qui de talibus subterraneis
meatibus scaturiunt, qualitates venę sulphureæ secum ferũt,
ẽm Isido. Sulphur significat bona mundi in quibus est ignei
tas auaritiæ & ardoris, quia vere licet quis sit aqueus per pie
tatem, frigidus per temperantiam, & maturitatem, si tamen
transeat per venas sulphuris.i. per administrationem bono-
rum temporalium (quæ.s. non sunt nisi venæ terræ) statim p
certo contrahit calorem auaritiæ, & odorem malæ famæ, &
ideo ratione istius sulphuris multi sunt hodie sicut fontes ca
lidi.i. multi sunt qui ardore auaritiæ sunt penitus inflamma-
ti. Nonne vestimẽta tua calida sunt cum perflata fuerit terra
austro? Iob 37. Vel dic q sulphur fętens est persona infamis,
& luxuriosa, quæ aquam frigidam.i. personam castam, lucidã
& honestam, quando sibi iungitur, & associatur, per sua ma-
la exempla inflammat per luxuriam & corrumpit, & valorẽ
suæ perfectionis, & odorem suæ famæ & conuersationis de-
struit, & immutat, quia qui tetigerit picem, inquinabitur ab
ea. Eccl. 13. Vide de fonte. ¶ Sulphur ẽm Isid. igneæ est natu- 2
ræ, & ideo super oia quæ sunt sulphurea, faciliter igne appo
sita inflammantur, & ideo insulæ Eoliæ quæ dicuntur esse sul
phureæ, perpetuis incendijs semper spirant. Talis est sulphu-
rea fœtida caro nostra, quia vere apposito igne tentationis,
faciliter inflãmatur, & ignitur per malos luxuriæ appetitus,
& ideo illæ insulæ.i. illi status in quibus est multũ de sulphu-
re.i. de viris carnalib. incendio luxuriæ cõtinuæ conflagrãt.
Vel dic q sulphur est voluntas humana, quæ veré apposito
igne.i. data occasione faciliter inflammatur per desiderium,
& mouetur, siue ad bonum, siue ad malũ. Vel dic q sulphur
est anima luxuriosa vel auara, quæ quia est igneæ naturæ per
luxuriam vel auaritiam, ideo faciliter inflãmatur.s. post mor
tẽ igne infernali, & propter hoc illa insula vbi est satis de illo
sulphure.s. infernus. vbi luxuriosi & auari descendunt, perpe
tuis incendiis semper flammat. Eze 15. de igne egredientur,
& ignis consumet eos ¶ Quatuor sunt genera sulphuris, sed 3
vnum solum genus a medicis acceptatur, quod.s. dr̃ sulphur
viuum, translucidum atque clarum. Alia autem impura sunt,
Et ideo ad alios vsus valent. Sulphur significat amorem, & af
fectionem, quæ vere igneæ est naturæ sicut sulphur, quia.s. in
se non sistit, sed ad alia semper tendit. Sed vere illius lapidis,
sunt multæ species quia.s. homines diuersimode se diligunt,
quia quidem fictè, quidam verè, quidam propter se, alij pro
pter sua, quidam ẽm mundum, alij ẽm Deum. Sed inter om-
nes istos amores nullus est medicinalis animæ, nisi viuus scili
cet amor secundum Deum, & charitatiuus, qui dr̃ sulphur vi
uum, quia.s. vita gratiæ informatur, omnes autem alij amato
res semper habent aliquid impuritatis, quia alij luxuria sunt
infecti, alij auaritia, & sic de alijs. Peccatores.n. diligentes se
diligunt Luc. 6. Et ideo tales animæ non tribuunt medicinã,
sed magis toxicum & venenum. ¶ Sulphur inflammatum fœ 4
torem emittit, & fumum, qui faciem quam contingit facit ap
parere horribilem, pallidam, & deformem, & colorem mor-
tui repræsentat. Talis est caro nostra, quia vere qñ igne luxu
riæ inflammatur tunc fœtorem infamiæ, & fumum mali exẽ
pli emittit, a quibus facies.i. exterior apparentia, & conuersa
tio inficitur, & mutatur. & adiunge supra si vis aliũ. § de car-
ne. Vel dic q sulphur est peccatum luxuriæ vel hypocrisis, q
quandoque conuiuatur fœtor luxuriæ quo cum aliquis infici
tur & corrũpitur, tunc facies eius per hypocrisim palliatur,
sicut patet de hypocritis, qui exterminant facies suas, vt ap
pareant hominib. ieiunantes. Matt. 6. ¶ Sulphur aliquãdo est 6
purum & grossum, & fœculentum, aliquando clarum lucidũ
& purum, & ẽm istam differentiam, ex sulphure, & argento
viuo diuersa metalla differentia generantur, ẽm Aristo. Sul-
phur significat homines, qui vere diuersimode variãtur, quia
quidam sunt puri, quidam impuri, quidam boni, quidam ma
li, & ideo ẽm istorum bonorum bonitatem, & prauitatem,
metalla quæ exinde generantur.i. filij qui a talibus procreã-
tur, differunt in specie, & valore, quia vt communiter secun-
dum qualitatem patrum variatur conditio filiorum, quia si
radix sancta, & rami. ad Ro. 11. ¶ Sulphur aliud viuum, aliud 5
mortuum artificialiter efficitur. Est autem calidum & siccũ,
& virtutem habet attrahendi, dissoluendi & consumendi, &
ideo tussim prohibet scabiem purgat, caducos iuuat, lethar
gicos excitat, venenis obuiat, arteticos, & podagricos, & pa
ralyticos iuuat, ẽm Auic. Dios. & Plat. Sulphur quod de ter-
ra nascitur, significat carnem, quæ quando cõburitur, & con
sumitur per calorem naturalem, tunc fętet ad litteram, & pu
trescit, & ista etiam aliquando viua, aliqñ mortua reperitur,
quia nemo est qui semper viuat. Eec. 9. Per sulphur aũt quod
fœtet, intelligo memoriam mortis, & fœtoris quam incurrit
mortua caro nostra, quia vere memoria mortis nostræ ha-
bet virtutem attrahendi.s. ad bonum, dissoluendi.s. cor per
contritionem, cõsumendi.s. vitia & peccata. Nam si bene sul
phur.i. mortem in corde nostro incorporauerimus, tũc pro
certo scabies luxuriæ, & pruritus inuidiæ minuitur, morbus
caducus superbiæ sanatur, & lethargus pigritię excitatur, ve
nenum malitiæ deponitur, & artetica parcitatis (quæ manus
contrahit)

cotrahit) laxatur & paralysis auaritiæ mitigatur. Memor ergo esto quoniam mors non tardabit. Ecclesi. 14. Vel sulphur est fœtor infernalis incendij, quia. s. ibi est stagnum ignis, & sulphuris. Apoc. 19. Cuius receptio, & memoria & timor potestatem habet attrahendi. &c. sicut supra. Vel per sulphur ca
7 lidum intelligo pœnitentiam, quæ vrit & affligit, quæ valet, per omnia sicut supra. ¶ Per sulphur quod horribiliter fętet, & faciliter ardet intelligitur ardor inferni, vbi est ardor inextinguibilis, & fœtor intolerabilis. &c. Vide Apocalypsis quartodecimo cap.

## *De Sale.* *Cap. 324.*

SAl à saliendo dr̄, eo q̄ ab igne exiliat. licet. n. sit igneæ na-
1 turæ ex igne tamen refugit & resultat. Sit autem sal de aquis maris in extremis littoribus calore solis induratis, aliquando etiam ex puteis salsis aqua hauritur, & per decoctionem fortem in sal conuertitur, & mutatur, vt dicit Isid. Sal quo cibi condiuntur, significat virum sapientem, & perfectum, qui alios moderatur per prudentiam atque condit. Licet ergo iste sit igneus per charitatem, ab igne tñ tentationis auaritiæ, luxuriæ, & malæ occasionis pro posse suo resilit, & recedit. Recedite de medio Babylonis. Hie. 50. Econtra multi non fugiunt ab igne, & similes sunt sali Siciliæ. &c. sicut supra. fac. §. de residuo. ¶ Sal sic efficitur. etc. sicut supra. Ma-
2 re significat mundum, propter fluctus tribulationum qui ibi sunt, puteus significat carnem, quia puteus profundus. &c. Prouer. 23. Aquę istorū sunt peccatores. Pctõr igitur à mari, & puteo, i. de statu peccati extrahitur per conuersionem & diuinam inspirationem, & tunc sol Christus feruore & calore suarum tribulationum ipsum vrget per correctionem, & omnem humorem carnalitatis in eo desiccat, & sic eum conuertit in sal. i. in virum iustum & perfectum aliis vtilem, & proficuum. Ideo viris perfectis sic conuersis dr̄ Mat. 5. Vos estis sal terræ. Et sicut sal ab igne resilit licet sit igne-
3 um. &c. sicut supra de tentatione. §. t. ¶ Aliquando inuenitur sal sub arenis. sunt etiam quidam montes de quibus fodiūtur duri, & salsi lapides, qui in sal post modum confringuntur, sicut in Pannonia, & sunt tantæ duritiæ lapides illi, q̄ domus de eis fabricantur, s̄m Isido. Arenæ sunt diuitiæ, montes sunt dignitates & eminentiæ, quia vere & in diuitiis & in honoribus aliquādo inuenitur sal, viri. s. iusti, & boni. & discreti. Nā licet isti primo sunt duri per parcitatem, & obstinationem, quando tñ à Deo franguntur per interiorem contritionem, vel exteriorem tribulationem, tunc fiunt sal aliorum. s. conditores directores & rectores suis exemplis & doctrinis. Arenam, & salem, & massam plumbi facilius est portare. Ecclesi.
4 22. ¶ Est in Sicilia quoddam genus salis quod contra naturā aliorum in igne fluit, nec ab eo resilit, in aqua aūt crepitat, & ab ea resilit, s̄m Isid. Ignis est ardor tentationis, aqua est humor deuotionis. Sunt igitur qui ignem tentationum non declināt, nec ab eo resiliunt, sed in eo per mala desideria liquefiunt, ab aqua autem deuotionis resiliunt, & qñ in ea ponūt .i. qñ aliquid quod ad deuotionem pertineat eis iniungitur, tunc vere per murmurationem, & impatientiam crepitant, & rixantur, & hoc est contra aliorum bonorum naturā quia boni ab igne tentationis, & mundani ardoris fugiunt, & in aquam deuotionis se mergunt, & ibi per contritionem penitus liquefiunt. Canti. 5. Anima mea liquefacta est, vt dilectus meus locutus est. Expone si vis e conuerso, & vide de Sicilia. & per ignem intelligo tribulationem, in qua boni debent liquefieri per contritionem, & compassionem, per aquam intelligo mundi voluptatē & prosperitatem, a qua debent continue resilire. Eccl. 21. Quasi a facie colubri fuge peccatum. Et hoc est contra naturam aliorum salium. i. peccatorum, q̄ .s. ab igne tribulationis, & pęnitentiæ resiliunt, & in aqua mū-
5 danæ prosperitatis per diuersa vitia liquefiunt. ¶ Sal variatur in colore, quia aliquando album, aliquando rufum, aliquādo rubeum, aliquando croceum s̄m Isid. Inuenitur etiam aliqñ ita splendidum, q̄ ibi virgines speculantur, s. in aliquib. partibus Siciliæ. Sic vere boni & iusti aliquando variantur quantum ad colorem perfectionis, & virtutis. quia quidam sunt rufi per pœnitentiam, quidam rubei per charitatem, alii albi per castitatem, alij splendidi per honestatem. Vel dic q̄ religiosi & homines, alii variantur quantum ad colorem & habitum exteriorem, quia quidam albi, alii rufi, alii varii. &c. qđ
etiam patet de religiosis. ¶ Sal variatur quātum ad saporem. 6
quia alicubi suaue, alicubi salsissimum, alibi amarum reperitur, & quanto salsius, & amarius, tanto calidius. Et generaliter sal habet virtutem dissoluendi, mundificandi, & consumendi. Nam ventositatem attenuat, humores superfluos consumit carnes putridas corrodit, & putrefactioni resistit. Talis est pœnitentia, quia vere in aliquibus inuenitur leuis, & suauis, in aliquibus autem acuta & fortis, quia diuersi diuersimode eam habent, sed quanto quis eam habet amariorem, & fortiorem, tanto calorē diuini amoris participat ampliorem. Sal etiam pœnitentiæ dissoluit per contritionē, mūdificat per confessionem, consumit & rodit per satisfactionē. Hæc. n. exterminat vētositatem superbiæ & vanitatis, humores deliciarum, & voluptatū carnes putridas luxuriæ & carnalitatis. Et sicut s̄m Isid. sale nihil vtilius reperitur, sic nihil est pœnitentia vtilius animæ peccatrici. Et sicut sal per se māducatum inuenitur salsum, & amarum, sed in aqua moderate sumptum. vel cibis dulcibus admixtum, eius acuties non sentitur, sic verè si pęnitentiam cum aqua diuinæ consolationis, gratiæ & deuotionis miscuerimus, ipsam nō grauem sed facilem inueniemus, alias autem amara, & importabilis inuenitur. Iudi. 5. Fontes amari obdulcati sunt. & Exo. 5. ¶ Sed summe est hominibus necessarium. Nam sale cibi condiun-
tur, & in eis sapor delectabilis inducitur, & sine sale omnis 7
cibus insipidus iudicatur. Nam pulmentis dat saporem, & prouocat appetitum. Sal istud est discretio, quæ pro certo habet summam virtutem, quia per eā oēs cibi. i. oia nostra opera moderantur, & vt debitum saporem, & valorem habeant, condiuntur. Nam sine sale discretionis, & prudentiæ omnis cibus vel actus quamquam de se bonus sit insipidus, & inutilis reperitur. Nam quia discretio considerat locum, tempus, modum, circunstantiam, conditionem, ideo saporem dat actibus & valorem, & omnium nostrorum actuū dr̄ condimentum. Nam res quæ indiscrete fiunt, licet de se sint bonæ, non habent tamen valoris efficaciam vel virtutem Marc. 9. Bonū est sal habere ergo in vobis sal, & pacem habete inter vos. ¶ Sale s̄m Isid. appetitus confortatur, & sale pecudes ad pa-
stum prouocantur & ad potum, & per sal melius impregnantur, & salis beneficio lacte, & caseo plus dotātur, sale carnes 8
à putredine seruantur, per sal humores in corpore dissoluūtur, stomachus mūdificatur, carnis putredo, & corruptio desiccatur. Talis est doctrina sacræ scripturæ, quia vere qñ pecudes. i. auditores istum sal sibi in prædicatione oblatum recipiunt, & sibi incorporant retinendo, tunc appetitus eorū .i. affectus & desiderium ad æterna amplius vigorantur, & cibum æternæ refectionis auidius desiderant, & potum gratię & deuotionis plenius sumūt, & sic per virtutes, et merita melius impinguantur, et lacte misericordiæ, et compassionis, caseo bonæ operationis ditius fœcundantur. Nam per sal bonę doctrinæ, et prædicationis, humores peccatorum dissoluuntur per contritionem, stomachus conscientiæ depuratur, et mundatur per confessionem, et caro superflua. i. carnalis voluptas desiccatur per satisfactionem, & pœnitentiæ macerationem, & sic caro a putredine vitiorum, & criminū doctrinæ beneficio præseruatur. Cætera salierunt. &c. Tho. 6. Ideo ad Colo. 4. Omnis sermo vester sale sit conditus. ¶ Sal qñ est 9
exustum, maiorem habet virtutem, quia tūc summe carnem putridam corrodit, loca saniosa mundificat. sal. n. vsq; ad interiora penetrat, & habet virtutem mollificandi, & mundificandi ventrem, & humores compactos soluendi, & finaliter exire cogendi. Talis est vir perfectus, & maximè pręlatus, q. a quando igne sancti spiritus & charitatis, igne etiam pœnitentiæ & aduersitatis est exustus, tunc maioris est virtutis & pfectionis, quia tunc carnem mortuam. i. carnales subditos vita gratiæ priuatos, corrodit per correctionem, & eos a sanie luxuriæ & carnalitatis mundificat & depurāt. ¶ Sal habet vir-
tutem penetrandi. &c. Sic contritio, quia vsq; ad intima cor 10
dis penetrat, & ventrem conscientiæ remollit per deuotionem, et mordicat per displicentiam et repręhensionem, et sic humores compactos. i. vitia et peccata inuicem conglobata dissoluit, diuidit, et distinguit per sciam discussionem, et exactionem, et sic eos repellit. s. a conscientia per cōfessionem. Eccl. 1. Timor domini expellit peccatum. ¶ Sal virtutem habet venenosis humoribus resistendi, quia cum oleo et aceto lichenas et scabiem sanat, faciei etiam maculas abstergit, et 11
pruriginem et serpiginem tollit, si saponi fuerit mixtum. humori-

morbus, carnalib. tentationibus & infectionibus resistit, fa-
ciem conscientiæ mundificat, & pruriginem malorũ deside-
riorum tollit, si cum melle grãæ & deuotionis. & cum sapone
12 dulcis consolationis fuerit intermixta. ¶ Sal in igne positũ ab
eo resilit, & ibi non resoluitur, in aqua aũt positum statim dis
1 COloquintida. i. cucurbita agrestis, est herba multum a-
mara, & tñ vtilis medicinæ, quia virtutem habet pene-
trandi, dissoluendi, diuidēdi, ventrē purgādi, &c. si de-
bite fuerit præparata. Talis est pnīa, vel tēporalis tribulatio,
vel correctio, quia vere licet sit amara, & grauis ad sustinen
dum, ē tñ medicinalis aīæ peccatrici. hæc. n. penetrat hoīem
per contritionē, dissoluit per compassionem, diuidit per ele
mosynarum largitionem, purgat per cōfessionem. Sed sicut
videmus, ꝙ cū medicina amara semper ponitur mel vel ali-
quid dulce, ne a patiente reijciatur, sic vere cum amaritudi-
ne istius coloquintidæ semper debet homo accipere, & cogi
tare mel æternæ recreationis, vt spe illius temperetur. Figu-
ra 4. Reg. 4. vbi seruus Helizei dedit comedere coloquinti-
dam filijs prophetarum, sed illi propter eius amaritudinē,
comedere nequiuerunt, sed dixerunt: Mors in olla uir Dei. Et
tunc Heliseus posuit in olla farinam, & sic dulcorata est eius
amaritudo, & ab eis est comesta. Sic verè seruus Helisei. i. sa-
cerdos uel prælatus seruus, & minister Christi aliqñ dat filiis
prophetarum. i. subditis christianis coloquintidam amarā,
comedere. i. amarā correctionem pniam vel tribulationem,
ita ꝙ præ amaritudine ipsam non possunt comedere vel su-
stinere, imo dicunt. Mors in olla &c. Et ideo tunc Heliseus. i.
Christus imponit farinā. i. spem & considerationem æternæ
dulcedinis, & gloriæ paradisi, & sic fiunt leuia ad sustinendū
quia ſm Apſm ad Ro. 8. Non sunt cōdignæ passiones huius
temporis ad æternā gloria &c. Vel dic, ꝙ Heliseus est præla-
tus vel sacerdos, qui semper debet miscere farinā dulcis cōso
lationis, & cōpassionis cum amaritudine correctionis, vt sic
sit cum tentatione prouētus. 1. ad Cor. 10. & cum dolore cō
solatio &c. ¶ Coloquintida aliqñ inuenitur sola, & illa semꝑ
est vt cōiter mortifera, & venenosa, sicut herba quæ dr̄ squil-
la. i. cępa marina. qñ tñ cum multis inuenitur, tūc ex toto nō
sic ē pestifera vel nociua, ſm Dios. Sic verè sunt, quidā inter
peccatores, qui semper volunt esse soli, & solitarij per singu-
laritatē, & partialitatem, & isti ꝑ certo sunt pessimi, qa per
detractionem, & mali dationē sunt alijs venenosi. Illi tñ qui
in societate sunt, qui. s. ducunt vitam cōmunē, & aliorū mori
bus se conformant, non sunt penitus sic nociui, quia ſm Se-
necā: Oīa mala docuit solitudo. Bona. n. societas etsi ex toto,
nō possit hoīem malū mutare, suā tñ solet malitiā tēperare,
& ipsum in multis a suis malis actibus refrenare. Ecce ergo,
q̄ bonū, & quā iocundū habitare fratres in vnū. Vel dic, ꝙ il-
li qui volunt esse solitarij, & societatē refugiunt aliorū, alijs
sunt peiores, quia ex societate aliorū sua prauitas tēperaret.
Vel dic, ꝙ illi qui soli sunt. s. diuites, & causidici, q nolunt ali-
quem habere sociū vel vicinū. imo totā patriam volunt occu
pare, vt soli in terra valeāt in gloria reperiri, sunt alijs nego-
res, figurati per leprosum. Leui. 3. qui solus extra castra habi-
tare iubebatur. Vel dic, ꝙ illi qui sunt soli per odium vel in-
uidiam, qui. s. comparitatem vnitatis, & societatem refugiūt
charitatis, alijs sunt peiores. Eccl. 4. Væ soli &c.

### *De Croco.* *Cap. 39.*

CRocus est herba floris cerulei, cuius maxima virtus est
in flore, odoris boni, cui inter alias eius virtutes duplex 1
inest proprietas, vna quia qñ cępa. i. radix ipsius matu-
ra est, in multas radices, & cępas diuiditur, & ex qualibet plā
ta generatur, & sic patet, ꝙ habet vim seminatiā in radice.
Alia est proprietas, qa tota hyeme viret maxima virtute, in
æstate aūt deficit, & siccatur, sed in medio autumni incipit,
iterum reuirere, nā tunc folia perdita recuperat, & resumit.
Fac de hoc plures. §. Crocus ergo est vir iustus, qui florem. i.
exteriorem conuersationem habet pulchram, odoriferam &
famosam. Ista ēt in hyeme. i. in tempore, tribulationis, pau-
pertatis & aduersitatis semper floret per gratię venustatem,
veruntamen aliqñ accidit, ꝙ qñ venit æstas, i. tempus ꝓsperi
tatis, tunc uere desiccatur ab humore deuotionis, & paupe-
ratur à vigore gratiæ, & bonæ conuersationis, veruntñ qñ ite-
rum venit autumnus vel hyems aduersitatis, tūc incipiunt ite-
rum reuirere, & flores uirtutis, & gratiæ rehabere, quia mul-
ti sunt quibus tēpus aduersitatis proficit, & status prosperita
tis officit, & q durante ꝓsperitate sunt mali, qui tñ in aduer-
sitate sunt boni. psal. Cum occideret eos, quærebant eū. Vel
dic generaliter de bonis, qui. s. in hyeme. i. in aduersitate sunt
fortes, in æstate uero. i. in ꝓsperitate sunt sicci. i. temperati, &, 2
humiles, ad Philip. 4. Scio abundare, & penuriam pati. ¶ Cę-
pa croci multas habet radices, qñ aūt maturatur, finditur, &
ex qualibet parte planta generatur, & sic patet, ꝙ virtus eius
seminaria sit in radice. Sic verē virtus charitatis habet mul-
tas radices. i. multas bonas affectiones, quibus mediantibus
in terra ecclesiæ est plantata, quando autem maturatur vel
antiquatur, tunc in multas particulas diuiditur, & multipli-
catur. De qualibet tamen eius parte. i. de qualibet eius bona
affectione vel desiderio exit planta, i. aliqua bona operatio 3
seu virtus. ¶ Croci flos resistit ebrietati si potetur, seitum ēt
de eo factum, ebrietati dicitur obuiare. Ista est abstinētia vel
virtus sobrietatis, quia vere ista est virtus quædam spiritua-
lis, quæ ebrietati, & voluptati carnali resistit. Nam si qs isto
flore, & virtute fuerit coronatus, nunquam ab ebrietate su-
perabitur vel lædetur. Ideo dicit Apostolus 1. ad Thessal. 5.
Non dormiamus sicut cæteri, sed vigilemus & sobrij simus.
Vel dic, ꝙ crocus est timor Dei, qui scilicet in hyeme tribu-
lationis valet, quia re vera iste est, qui potatus, & incorpo-
ratus, vel capiti mentis appositus, non sinit hominem ine-

briari, nec salutem propriam obliuisci, nec in mūdi volupta
tibus implicari. Dicitur.n.illod Apostoli ad Ephe.5. Noli-
te inebriari vino, in quo est luxuria.

### De Cœpa. Cap. 40.

COepa est herba cuius vis tota est in radice. Nam radix,
eius principalis grossa est, & carnosa, multas habet par-
1 uas radices, velut capillos, & multis tunicis est indura.
Talis debet esse vir perfectus, quia in radice cordis sui debet
esse præcipua uirtus sua, quia vere ista radix debet eē carno-
sa per piam compassionem, capillata per multiplicē affectio
2 nē, & multis tunicis.i. multis virtutibus supertecta &c. ¶ Cœ
pa malas habet conditiones, caput.n.lædit, maniam prouo-
cat, & lachrimas inducit, & visum turbat. Talis est mundi ꝓ
speritas, quia uere caput intentionis lædit, maniam.i. furorē
iracundiæ prouocat, lachrimas æterni luctus in fine inducit,
visum etiam discretionis lædit. Ideo fatui erant filij Israel, q
dicebant, Num.11. In mentē nobis veniunt porri, cœpę, & al
lia. ¶ Cœpa est herba lachrymosa, comedentem.n. facit facilē
3 ter lachrymari. Sic vere virtus feruētis contritionis si come-
sta, & bene incorporata fuerit, facit hominē faciliter lachry
mari, qñ.s. considerat mala quæ commisit. bona quæ amisit,
& quæ omisit, Deum quem offendit, pœnam incurrit. Ideo
dicebat Dauid. Lauabo per singulas noctes lectum meum, la
chrymis meis stratum meum rigabo.

### De Cœpa canina. Cap. 41.

COepa canina vel marina idē est quod squilla, crescit.n.
1 iuxta mare. inuenitur aūt qñq; sola, & tunc mortifera,
est & venenosa, nisi sua malitia reprimatur, & temperet.
Est aūt herba venenosa.s. exterius propter nimiam caliditatē
interius propter nimiam siccitatem, vt dicit Plat. Talis est re
cte peccator, iuxta mare.i. iuxta fluctus huius seculi semper
versatur ꝑ affectionem, & hic est alijs venenosus per sua ma
la opera, & exempla, & maximè qñ solus.i. in statu pcti mor-
talis sine societate charitatis inuenitur, vel solus quantū ad
partialitatem, & superbiam, vel aliorum dedignationem, si-
cut patet in superbis, & auaris, qui volunt esse soli in dignita
te vel prosperitate, quia vnus non quærit alium sibi parē in
sua patria reperire. Alter alterum non quæsiuit. Esa. 34. Soli
etiam sunt, quia bona sua soli comedunt. quia.s. alijs, & ma-
ximè pauperibus non cōicant bona sua. Nunc manducabo
de bōis meis solus. Eccl. 11. Et ideo isti sunt venenosi, & alijs
mortiferi, exterius.s. in cōuersatione & operatione propter
calorem auaritiæ, & crudelitatis, & interius in cogitatione,
& affectione propter siccitatem indeuotionis, & cupiditatis.
Nam quia carent interius humore deuotionis vel cōpassio-
nis, ideo habēt exterius feruorem crudelis operationis. Vn-
de Iob 37. Nonne vestimenta tua calida sunt cum perflata
2 fuerit terra Austro? ¶ Squilla venenosa ē, & mortifera, tamē
a medicis taliter præparatur, ꝙ vtilis est pluribus medicinis.
Nā qñ in vino, & oleo immergitur, & in multas partes scin-
ditur, & diuiditur, & in hortis seritur, & plantatur, tunc ve-
nenositas sua temperatur, ſm Plat. Sic verè licet peccator sit
in se venenosus per vitia, & peccata, & alijs mortiferus per
mala opera, & exempla, tamen aliqñ taliter a Christo medi-
co præparatur conuertitur, & emendatur, ꝙ alijs efficit me
dicina per bōitatem uitæ, doctrinæ & exempli, sicut patet in
Paulo. Nam qñ scinditur per exteriorem tribulatione, & per
interiorem contritionem, & in horto plantatur.i. in paradi-
so per contemplationem, vel in horto ecclesiæ, & religionis
per cōuersionem, per gratiam, & deuotionem, tunc vere tē-
peratur, & emendatur, & maximè qñ in vino spei, & conso-
lationis, & in oleo clementiæ, & compassionis immergitur,
quia.s. peccator non tm̄ debet scindi per tribulationem, imo
vere semper debet adhiberi oleum compassionis, & vinū cō
solationis. Vnde Tren.2. Consolabor te uirgo filia syon, ga
magna velut mare contritio tua. Vel dic, ꝙ qñ peccator au-
fertur, de litore maris, id est de mundo, & in horto religio-
nis plantatur, tunc efficitur medicinalis, & sua prauitas tem-
peratur, & maximè si contritione, & pœnitentia scissus fue-
3 rit, & lacatus, & oleo pietatis irrigatus &c. Secundum Plin.
omnis cœpa ante annum non facit semen postquam planta
tur, & est cœpa melior cocta, ꝗ cruda, alba quam rufa, acris
tamen est saporis, & odoris, & ante plenam maturitatem de
terra colligitur, & ut maturescat, ad fumum suspēditur, & a-
qua salsa aliquotiens irrigatur, & sic ad seruandum melior,
& ad comedendū efficitur, magnis sana. Sic verè cœpa, i. pec
cator qui est acris saporis per malam vitā, grauis odoris per
malam famā, debet primo de terra, i. de amore terreno era-
dicari per prædicationem, & conuersionem, & hoc ante ma
turitatem.i. ante tempus senectutis.s. dum est adhuc in viro-
re iuuentutis, & tunc debet poni ad fumum compunctionis,
& lauari aqua salsa dolorosæ pœnitentiæ, & confessionis, &
sic ad maturitatē perueniet perfectionis, & fiet moribus, & cō
ditionibus vtilis atq; sanus. Vnde Eccl.9. Veterascet, & cum
suauitate bibes illud. ¶ Cœpa sicut, & allium germinat etiā 4
extra terram, ex quo germine fructus, nullatenus ꝑcreatur,
& ideo debet cępa ad fumum suspendi, ne huiusmodi mala,
& inania germina producātur. Sic verè homo licet sit extra
terram, i. extra amorem terrenorum, producit tñ aliquando
inania germina, i. varias & inutiles affectiones, & inanem glo
riam, & cætera huiusmodi, & ideo ad inferni fumum, i. ad cō
siderationem tormenti, & incendij infernalis debet suspēdi,
per meditationem, vt sic a productione horum vanorū ger-
minum retrahatur. Impleta est dom' fumo. Esaiæ 6. Et sicut
cœpa, quando scinditur, plorat, sic boni scissi per tribulatio-
nem, plorant per cōtritionem, & lachrimationem, dicentes
cum psal. Lachrymis meis stratum meum rigabo. ¶ Cœpa si- 5
cut, & allium non facit semen in illo anno in quo seminatur
sed in sequenti, quòd si in primo anno semen faciat, nihil va
let, ſm Pli. In uita hominis sunt duo anni, s. tempus præsens,
& futurum, sed cœpa, i. homo non potest fructum seu semen
æternæ gloriæ producere in primo anno, i. in præsenti uita,
imo oportet, ꝙ expectetur secundus, vbi viuemus non defi-
cientes. Nam fructus, qui in vita præsenti inuenitur, s. munda
na prosperitas, penitus nihil ualet. Vel dic, ꝙ cœpa acerba,
significat pęnitentiā uel tribulationem, quæ pro certo in uita
ista non facit fructum, sed in futura, quia ois disciplina in præ
senti non vr̄ esse gaudij, sed mæroris, postea autem fructum
pacatissimum exercitatis per eam reddet. ad Heb.12.

### De Cucumere. Cap. 42.

CVcumer seu cucumis est fructus, herbæ eiusdem nomi 1
nis, qui frigidæ est naturæ, ardorem reprimit, ventrem
soluit, qui in iuuentute est conueniens, & bonus, & uti-
lis ad edendum, in maturitate autem parum aut nihil peni-
tus ualet, nec est delectabilis ad edendū. Sic uerè multi sunt,
qui in ortu suo.i. in iuuentute sunt boni, & utiles, & ad come
dendum per imitationem sapidi atq; dulces, & hoc quia sunt
frigidi per castitatem, ardorem luxuriæ in se, & in alijs repri
mentes. Sed verè processu temporis in maturitate senectutis
deteriorantur, ita ꝙ fiunt alijs importuni. Fructus eorum in
utiles, & acerbi ad manducandum. Sap.4. ¶ Aliqñ inueniun-
tur cucumeres amari, ſm Isid. sed si semen lacte mellito per- 2
fundatur, tunc fructus, qui de semine nascitur, dulcorat. Ar-
bor illa charissimi significat mundum. Illud autem semē est
hō, qui uere de natura sua facere habet fructus amaros.i. ope
ra praua, qñ tamen lacte doctrinæ, & gratiæ, & melle deuo-
tionis perfunditur, & rigatur, tūc fructus dulces.i. bona ope
ra generat, & producit. Vnde ad Hebre. 5. Facti estis quibus
lacte opus sit. & Cant.4. Mel & lac sub lingua tua.

### De Cucurbita. Cap. 43.

CVcurbita est herba quæ ad modum vineæ se diffundit,
& alijs herbis vel arboribus quibusdam ligaminibus se 1
connectit, flores albos facit, quos emittit præcipuè cir-
ca noctem, & licet sine appodiatione florere possit, fructus
tamen non potest facere, quòd si fructum non appodiata fa-
ciat vix aut nunquam plenariè maturescit, ut dicit Isidorus.
Sic verè vir iustus super terrā humilitatis se diffundit, & her
bis sibi adhærentibus, i. suis socijs, & vicinis cum charitatis
vinculis se connectit, floresque puræ, & honestæ conuersatio
nis emittit, & pręcipuè circa noctem.i. circa tempora sene-
ctutis. Florete flores, quasi lilium date odorē. Eccl. 39. Quia
tamen durat uita præsens, debilis est, & mollis, & fragilis ad
cadendum, ideo debet in palo firmo, id est in ligno Crucis
suspendi,

suspendi, vel Christo inniti per dilectionem, vel per spẽ cõfidentiam, & meditationem, & per contemplationem, & compassionem in eo sustentari, quia licet homo possit florere per bonam affectionem, & honestam conuersationem, nũquam tñ perfecte fructificare per bonam operationem, nisi ligno crucis per compassionem passionis, & per spem, & fiducia in nitatur. Vidi dominum meum in summitate scalę. Gen. ¶ Cucurbitæ semen proiectum in terrã, primo facit herbã, deinde florem album, deinde fructum medullosum qui, vtilis est cibo, & medicinæ. Sic verè qñ homo in terra ecclesiæ vel religionis seminaẽ, tunc primo efficitur herba. i. mollis & fragilis, deinde perficitur in moribus, & cõpletur, ita ꝙ flores bonarum affectionũ, fructus bonarũ operationum parturit, & emittit. Vel dic ꝙ qñ semen verbi Dei in terra cordis proijcitur, tunc primo ibi oritur herba cogitationis, deinde flos bonæ operationis, tandẽ fructus bonæ affectionis. ¶ Fructus cucurbitæ primo est mollis, plenus medulla & semine, sed in de duratur exterius sicut lignũ. Sic verè quidã in principio, & ingressu ad prælationem vel ẽt in suo principio iuuentutis sunt molles, & teneri per benignitatem, pleni semine verbi Dei & doctrinæ, & prædicationis, & medulla charitatis, grã & cõpassionis, sed verè sæpe accidit, ꝙ qñ siecanẽ. i. qñ senescunt, & antiquantur, tunc efficiuntur duri per crudelitatem & austeritatem, & sicci per auaritiæ parcitatẽ. Cor eius indurabitur quasi lapis. Iob 41. Istud patet in malis plątis, q̃ in principio sunt benigni, & pij, sed post iniq, & crudeles, similes Ioas regi, qui ante regnũ, & in principio regni bonus erat, postea malus, vt patet 4. Reg. 12. Patet ẽt in multis iuuenibus bonis, qui in senectute fiunt mali. Ideo talibus põt dici illud 1. ad Cor. 11. Non laudo ꝙ non in melius, sed in deterius cõuenitis. Vel dic ꝙ boni in iuuẽtute sunt molles per pietatem, in senectute autem duri per constantiæ, & perseuerantiæ firmitatem. Vnde Ezec. 3. Dedi frontem tuam duriorẽ frontibus eorum. ¶ Fructus cucurbitæ vtilis est ad cibum, & semen valet ad multiplicem medicinam &c.

*De Chelidonia* *Cap. 44.*

CHelidonia dr̃ a chelidon græcè, quod est hirundo latinè, eo. s. ꝙ in aduentu hirundinum renascatur, quia succo eius oculi pullorum hirundinum eruti sananẽ, & ad visum, & sanitatem pristinam reuertũtur. Et est herba multum medicinalis, quãquam amara. Habet. n. uirtutem dissoluendi, purgandi, consumendi, & contra multas ꝓficit passiones, vt dicit Isid. & Plat. hirundo quę certo tpe venit, signat prædicatorem, pulli aũt sunt pctõres, quos per euãgelium genuit, & quibus nutrimentum sacræ scripturæ tribuit, & ministrat. Herba ista est amara pœnitentia, quæ vere medicinalis est aiæ peccatrici, quia ista dissoluit per cõtritionẽ, purgat per confessionẽ, consumit per satisfactionẽ, & ista tunc debet summe reuirere, & renasci, qñ hirundines. i. prædicatores veniũt super terram. s. in quadragesima vel in tpe aduentus, qñ vadunt prædicare. Nam qñ pulli hirundinum . i. seculares pctõres sunt excæcati per pctm̃, & ignorantiam, tunc vere debent succo istius herbæ. i. amara pœnitentia se linire, & lumine gratiæ dotabuntur. Collyrio inunge oculos tuos, ut uideas Apoc. 3. Vel dic de aduentu Christi.

CEntaurea seu fel terræ est herba amarissima multum medicinalis &c.

*De Diptamo herba quam Plinius Dioscorides, & cæteri Dictamum vocant.* *Cap. 45.*

DIptamus est herba multũ medicinalis contra venenũ ipsum. n. attrahit, & consumit. Ista virtutẽ habet ferri expulsiuã, si in corpore sit insertum. Vnde secundum Pli. & Isid. Auic. & Basilium in exame. qñ cerua vult parere, istam comedere cõsueuit, ut facilius pariat, qñ ẽt ferrũ habet in corpore, istã depascitur, vt sic virtute herbæ ferrũ excutiat vel sagittã. Et iõ ſm Pli. virtutẽ huius herbæ ceruæ primitus prodiderunt. Talis herba est spes diuinæ miæ, quia uere ista repugnat veneno pcti, & ipsum destruit, & consumit, & iuuat ẽt ad pariendum, quia vere mediante spe de æternis, partum bonorum operũ facilius parturimus ferrum ẽt. i. duritiã desperationis vel tristitiæ, & sagittas acutas. i. tormentum infernalium timorem seu mortis excutit, & expellit, & ideo cerui, & ceruæ. i. illi q̃ sagittis talibus vulnerãtur, debẽt recurrere ad diptamum. i. ad spem misericordiæ saluatoris. Vel dic, ꝙ dipramus est contritio vel timor Dei, quæ facit ferrum peccati mortalis excuti per confessionem, & partum bonorum operũ produci. Eccl. 1. Timor dñi expellit pctm̃. Vel dic, ꝙ diptamus est charitas, quæ sagitas timoris expellit, quia perfecta charitas foras mittit timorẽ 1. Ioan. 4. Vel dic, ꝙ Christus vel Christi passio est diptamus, q̃ a de corpore cerui. i. diaboli, s. de mũdo vel inferno extrahit ferrũ. i. peccatores, ipsos de inferno liberando, vel eos ad pęnitentiã cõuertendo. Eccl. 1. Timor Dñi expellit peccatũ.

*De Dracontea seu dracuntio, Vt est apud Dioscoridem.* *Cap. 46.*

DRacontea del serpentina est herba sic dicta, eo ꝙ sua cuttis exterius maculis sit variata more colubrorum vel serpentum. Hanc viperę timent, & hęc multiplicis est virtutis. Virtutem. n. habet uulnera sanandi, & siccandi, & dilatandi, & si succo, eius fuerit, q̃s linitus, a serpentibus nõ mordetur. Florem habet purpureum, diuisum & apertum velut os serpentis, de cuius medio procedit quasi lingua serpentina acuta, & nigra, & rotunda, vt dicit Isid. & Dios. Herba ista est Christus, qui pro certo floridus erat per honestatem, linguatus per doctrinam & veritatem, medicinalis per oĩmodam sanctitatẽ, & iste pro certo exterius in cortice. i. quãtum ad humanitatem fuit similis serpentib. peccatoribus venenosis, venenum tñ pcti nullatenus habuit vel portauit. quantum ẽt ad naturam intellectualem, similis fuit serpentib. i. demonibus, sed vere eis & eorum machinationibus contrariatur, & resistit, & eorum venenis, & malitijs contradicit, & iõ ab istis serpẽtibus non diligitur, sed potius refugitur & timetur. Misit. n. Deus filium suum. in similitudinem carnis pcti. ad Ro. 8. Et iste fuit multum medicinalis quantũ ad sanctitatẽ uitæ, & doctrinæ, quia ipse vulnera peccatorum sanauit, corda hoĩm per charitatẽ dilatauit, & humorẽ carnalis voluptatis in pctõrib. desiccauit, sicut patet in Magdalena, & serpentib. i. tentationibus, & demonib. restitit, ipsos quoq; destruxit, & fugauit. Nã si quis succo ei⁹ fuerit delibutus per eius recordationem, & cõpassionẽ, ipse pro certo a serpentib. istis non poterit vulnerari Figura Numeri 21. vbi qñ populus post pctm̃ suum infestabat, & necabatur a serpentibus, ex iussu diuino suspensus est serpẽs æneus in palo, qui. s. erat serpens similitudine, nõ re, ad cuius intuitu morsi ab alijs serpentibus curabantur. Sic verè quia hoies dudum, & etiam nunc infestentur a tentationibus, & demonibus, ideo voluit Deus pater ꝙ Christus, qui fuit ęneus q̃rũ ad sonorã eloquentiã prædicationis), suspenderetur in palo . s. crucis, vt sic eum recordando, & videndo per cõpassionẽ suæ passionis, ab his possemus morsibus liberari. Sicut exaltauit Moyses serpẽtem in æremo &c. Io. 3. Vel dic, ꝙ tales sunt balliui, & officiales dñorum, quia vere dato, ꝙ ipsi sint similes serpentib. i. alijs pctõribus vsurariis, & raptoribus, tã in cortice, quam in lingua. i. tam in conuersatione, quam in loquutione, ipsi tñ tales serpentes impugnant, & ipsi mali contra alios malos certant. Luc. 11. Sathanas sathanã eijcit. Vel dic totũ de viro pfecto, q̃ q̃uis sit similis in apparentia alijs, nõ tñ in efficacia &c. Vel dic ꝙ ista herba significat hypocritã, q̃ q̃uis demonibus serpẽtibus sit similis, ipsos tñ bñ pdicãdo expugnat &c. Succus draconteæ potatus abortũ facit. Sic bona doctrina fętũ diabolicũ. i. malum propositũ abortiri.

*Dicitur hac herba dragagãtum, vt patet in horto sanitatis.*

DRagantum est gummi cuiusdam arboris, qđ per quadraginta annos seruari potest, & multum est medicinale, vt dicit Plat. vide si uis, quia transeo cũ nihil habeat insolitum.

*De Hebeno ligno.* *Cap. 47.*

EBenus est lignum Aethiopicum uel indicum, nigrum sene ponderosum, quia scilicet, in aqua petit fundũ, & propter pororum compactionem, statim submergitur, & descendit. In igne faciliter inflammatur, & odorem suauissimum tunc emittit, & secundum Isidorum, si cæsum diu fuerit, in lapidem indurátur. Talis est vir perfectus, quia vere color eius, idest exterior apparentia debet esse nigra. i. humilis, & contempta. planus etiam debet esse per veritatẽ, odorosus per famositatem, inflãmabilis per charitatẽ, & si in aqua mundanæ prosperitatis positus fuerit, statim debet

debet ad fundum descendere per humilitatē, & nō superna
tare per superbiæ vanitatē, & si cęsus fuerit per mūdanas tri
bulationes in lapidem induratur.i.per constantiæ, & pseue-
rātiæ firmitatē fortis efficitur atq; durus. In similitudinē lapi
2 dis durant aquæ. Iob 38. ¶ Secundum Pli. ebenus est lignū p̄
ciosissimum, auro & ebori apud Aethiopes cōparatum, & iō
solēt Aethiopes lignū istud cum auro, & ebore afferre impe
ratoribus pro tributo. Virtutē habet purgatiuā, & confortā
tiuā, & iō s̄m Diosc. vtiliter collyrijs admiscet̄. Talis ē crux,
quia vere apud Aethiopes.i.apud æstuātes, & desiccatos pę
nitentes, auro uel ebore preciosior iudicatur. Hæc.n. purgat
.s.a pc̄tis, & confortat per sp̄ē mixæ, & iō collyriis.i.medicinis
intellectus sp̄ūalibus admiscetur. Nam imperatori Chr̄o de-
bemus istud lignū.i.memoriā crucis semper offerre, & p̄sen-
tare cū auro sapientiæ vel exterioris honestatis, & cū ebore
interioris puritatis, & castitatis. Figura 3 Reg. 16. vbi regina
3 Saba attulit regi Salomoni talia ligna. Sic pc̄tōr &c. ¶ Scd̄m
Isid. Istud lignū crepūdijs alligatur, vt infantes visa nigra nō
terreant. Sic verè infantes.i.nouitij & imperfecti debent ha-
bere iuxta se ebenū lignum, i. memoriam crucis Christi, vt
sic nigra, quæ videbunt. i. demones qui eis apparebunt, non
possint eos terrere. psalm. Non timebis a timore nocturno.

## Pec Hædera. Cap. 48.

1 EDera est arbor semper uirens, & ei cui innititur forti
ter adhærens, & illi suis ligaminibus se connectens, &
ideo s̄m Isidorum ædera dr̄ ab hærēdo. Et licet sit in
se mollis, & tenera, durissima tñ p̄penetrat sua radix. Fo
lia eius raro cadunt, & semper virent, & caprarum sunt opti
ma nutrimenta, & lac in eis multiplicant, & augmentant. Ta
lis debet esse vir perfectus, & maximè prælatus, quia semper
debet virere per honestatem rebus sibi vicinis.s.suis subditis
vel socijs debet firmiter hærere, & connecti per charitatē, fo
lia eius.s.verba debent esse stabilia per veritatem, & non ca-
sualia per mendacium, & falsitatē. Viridia etiam debent esse
per venustatem, & maturitatem, & capras.i.simplices debēt
nutrire per prædicationē, & consolationē, & in eis lac deuo
tionis, & gratiæ generare. Mel & lac sub lingua tua. Cant. 4.
Et iste debet esse in se mollis, & tener per compassionem, &
benignitatem, & tñ durissima.i.duros & obstinatos pc̄tōres
debet penetrare, & findere per correctionē, & punitionē, q̄a
non debet aliorum potentiam formidare, sed oēs quorum
cunq; duros, & obstinatos corrigere, & punire. Eccl. 24. Pro
fundum abyssi penetraui. Vel expone de Christo, q̄ talis fuit
per oīa, vel de prædicatore per oīa, qui debet duros pc̄tōres
suis verbis, & doctrinis penetrare per contritionē, & cōuer-
sionem, quia sicut dr̄ ad Hebr. 4. Viuus est sermo Dei & effi-
caa, & penetrabilior oī gladio ancipiti. ¶ Duæ sunt species
2 æderæ.s.fœmina & mascula, alba & nigra, & discernūtur per
fructum, quia alba fructū facit album, nigra similiter nigrū.
Sic verè in mundo sunt duo genera hominum.s. alij albi per
innocentiæ vel castimoniæ puritatem, alij nigri per vitæ de-
formitatem, & prauitatem. Sed vere isti discernuntur p fru-
ctus.i.per opera, quia nigri.i.mali faciunt fructū nigrū i.ope
3 ra tenebrarū, & boni faciunt fructu albū.i.opera lucis. Matt.
7. Ex fructu arbor cognoscit̄, nō ē.n. arbor bona &c. ¶ Aede-
ra antiquitus in magnis honorib' habebatur, q̄a poetæ in si
gnum viuacis ingenij, ædera coronabātur, eo.s. quia semper
virent. Alexander etiam magnus suos milites ædera corona
uit q̄n de India triumphauit, ut dicit Plinius, exemplo.s. Li-
beri patris, qui galeas suorum militum thyrso ędere, s̄m Pli.
li. 16. c. 35. Et similiter coronati ædera incedebant illi, qui in
sacris Bacchi ministrabant, quia Deo vini suit ædera princi-
paliter consecrata, ut dicit idem. quod etiam bene supponi
tur. 2. Mach. 4. vbi dr̄ q̄ cum Liberi.i. Bacchi festa celebraren
tur, cogebantur Iudei coronati ædera Libero circuire. Per
æderam quæ semper viret intelligo immarcessibilem gloriā
paradisi, quia vere ista est præmium, & corona triū generum
hominum.s.poetarū.i.prophetarum & apostolorum, qui sa-
cræ scripturæ carmina prodiderūt. Item militum & pugna-
torum.i.martyrum, & victorū, illorū.s. qui pugnas cōtra mū-
di tribulationes, & tentationes vicerūt. Item illorum qui in
templo Dei vini ministrant.i.religiosorum prædicatorū, &
bonorum ecclesiasticorum, qui in tēplo religionis, & eccle-
siæ Deo seruiunt, vbi.s. vinum deuotionis & spiritualis cōso-
lationis affluit & abundat. Nam imperator Alexādri.i. Deus

milites suos.i.fideles sibi seruientes, & militātes ista ædera.i.
gloria paradisi coronat, & perfectissimè finaliter coronabit,
q̄n.s. in die iudicij de India.i. de isto prauo seculo triumpha- 4
bit. Psal. Gloria & honore coronasti eum domine. ¶ Aedera
est arbor in se debilis & fragilis, habēs folia concisa, & angu
losa, grauis odoris, exterius plana sed amara, frigidæ est na-
turæ, & sub folijs eius sæpe latent serpentes, & reptilia vene
nosa, illis quibus adiungitur fortiter se connectit, ita q̄ me-
diātibus arboribus seu muris altissimè se extollit, serpētis.n.
est naturæ, & ideo paulatim serpendo, extollit se superius, &
dilatat. Sic verè in ecclesia Dei multi sunt sicut ædera, quia.s.
sunt fragiles ad cadendum, & debiles ad resistendum, frigi-
di per indeuotionem, grauis odoris per infamiam. Folia ēt
eorum.i.uerba sunt diuisa per uarietatem, quia.s. nunc dicūt
vnum nunc aliud, & licet videantur plana per simplicitatem
& ueritatem, sunt tñ amara per falsitatē. & tales naturæ sunt
adhęrentis, & serpentis, quia vere circa muros, & arbores, i.
circa prælatos optimè adhærent, s. eis adulando, & alios fal
so accusando, quia.s. tales semper quærūt esse in officijs prin
cipum, & magnatum, & hoc vt possint serpere per ambitio-
nem, vt.s. istis mediantibus possint superius extolli, & eleua
ri ad aliquam altam dignitatem, & se dilatare per diuitias, &
temporalitatem, quia licet hodie sint multi positi in ecclesia
tamen mediantibus muris, & arboribus quibus adhærent.i.
mediantibus prælatis, & principibus quibus seruiunt, & adu
lantur, & maximè qō sunt de parentela eorum, alta scandūt
pinnacula dignitatum. Patet quia Episcopi & abbates, & af
fectuosi prælati parentes, & familiares & cōpatriotas quam-
quam indignos promouent, & dilatant. Vel expone de mū-
di diuitibus, & auaris officialibus, & balliuis, qui sunt debi-
les, & frigidi, sicut supra, qui faciliter adhærent, quia.s. statim
q̄ uident pratum vel vineam, adhærent ei per concupiscen-
tiam, & affectionem mediantibus etiā muris, quibus adhæ-
rent.i. principibus quorum exercent officia, exaltantur quo
ad dignitates, & dilatātur quo ad t̄pales facultates, sicut pa
ret in aduocatis. Folia ēt istorū.i.uerba quibus principibus
adulantur, sunt varia & diuisa, falsa & angulosa. Vel per ęde
ram intelligo hypocritas, qui licet exterius vireant per hone
statē, intus tñ latent vermes, & serpētes.i.uitia & pc̄tā. ¶ Ae- 5
dera folia habet pulchra, sed amara, q̄ caprarū sunt cibus, &
sub eis sæpe latent reptilia venenosa. Vmbra ēt eius nociua
est dormientibus, & dānosa, vt dicit idem. Talis est mundus
quia licet videat̄ pulcher, & delectabilis, sua tñ folia.i.tēpora
les diuitiæ vel delicie fœtidæ sunt, & amaræ, quia.s. difficiles
ad acquirendum, dolorosæ ad perdendum. &c. Capræ tñ.i.fę
tidi luxuriosi, serpentes.i. fallaces cupidi & auari, ista folia.i.
mundi diuitias, & delicias diligunt atq; quærunt, & in eis nu
triuntur, & delectant̄, & sub eis habitāt, & versantur. vmbra
etiam eius.i eminentia tēporalis vel p̄speritas mundana, est
hoībus eam diligentibus damnabilis, & nociua. Figura Ionę
4. vbi dr̄, q̄ data ē ei ædera sub qua lætatus est lętitia magna,
sed percussa ædera verme corrodente sole desiccante, vt vē
tū vrente, tūc tristatus est Ionas vsque ad mortem. Ionas qui
interpretatur colūba, significat simplicē hoīem, qui vere q̄n-
que æstuat per auaritiam, & tentationem, & ideo q̄n inuenit
vmbrā ędere.i. p̄speritatē mundanā, diuitias & delicias tunc
lætatur lætitia magna, quia.s. q̄n pōt venire ad statū prosperi
tatis, l. tatur & delectatur. Vnde Esa. 9. exultant victores ca
pta præda, q̄n diuidūt spolia. &c. Sed vere q̄n vermis mortis,
arborem mundanæ prosperitatis corroserit, q̄n ventus vrens
.i. extrema tribulatio eam consumpserit, & q̄n feruor solis.i.
Incendium tormentorum infernalium super Ionam.i. super
fatuum diuitem exarserit, tunc tristabitur, & deflebit, & sic
patebit, q̄ folia æderæ, & eius vmbra erant ei damnabiles, &
amaræ. Prouer. 5. Nouissima eius amara velut absynthium.
¶ Secundum Pli. li. 16. c. 35. si fiat vas de ædera, vtile erit ad vi
na experienda, quia.s. si vinum mixtum aqua infundatur, vi
nū defluet, & aqua remanebit. Talia vasa sunt hodie multi in
ecclesia, quia q̄n vinum vtilis doctrinæ, & prædicationis eis
offertur, pro certo si ibi sit mixta aqua.i. aliquod verbū iocu
latorium vel leue, quod dicat prædicator cā consolationis,
vel alias, istam aquam tantummodo retinebunt, sed vinum.i.
bonam doctrinā, & bona documēta defluere, & obliuisci di
mittent, quia vere multi sunt, qui de verbis prædicatorū nō
retinent nisi vana, vt de eis valeant garrulare. Ideo Ezec. 14.
audiunt verba tua, & non faciunt ea, in canticū oris sui ver-
tunt

tunt ea. Ideo Esa. 1. Vinum tuum mixtum est aqua. Vel dic ꝙ vinum est æterna consolatio vel deuotio, aqua aũt est tpalis prosperitas, quę à malis eligitur, & retinet, vinum aũt ęternę beatitudinis cõtemnitur & horretur. Vel dic ecõuerso ꝙ vinum calorem accendens, est prosperitas mundi, q̃ augẽdo ardorem auaritiæ, inebriat pctõres, aqua aũt quæ multũ abundat, & ardorẽ extinguit est æterna gloria, quę prę copia, & affluentia oẽm ardorem, & appetitum satiat & extinguit. Io. 4. Qui biberit de aqua q̃ ego dabo, non sitiet in æternum. Boni ergo viri qui sunt vasa spiritussancti, qñ Deus offert ista duo .s. vinum voluptatis præsentis, & aquã gloriæ futuræ, ipsi certo vinum istud reiiciunt, & aquam per spem in præsenti, & ꝑ adeptionem in futuro sibi retinent, & reseruant. ad Eph. 5. no
7 lite inebriari vino, in quo est luxuria. ¶ Hircus nutritus ædera, ſm Diosc. sanguinem habet acutiorem ad frangendum calculum in vesica. Sic sanguis Christi qui fuit nutritus ædera, q̃ semper viret. i. immarcessibili gloria paradisi, vel ædera sacrę scripturæ, habet sanguinem virtuosum ad calculum duræ desperationis in vesica conscientiæ cõfrigendũ. vide de hirco.
8 ¶ Folia æderæ licet sint amara, tñ sunt multum medicinalia, & ad multa valent. Sic verba iustorum, & maximè prælatorum, licet sint dura, & amara per correctionem, sunt tñ contra vitia medicina. Folia eius ad medicinam. Apoc. 22.

## *De Helloboro.* *Cap. 49.*

Lleborus est herba multum violenta, quia si indiscrete sumatur, faciliter interficit atq; necat & maximè qñ post eius comestionẽ patiens dormit, quia tunc ita for
1 titer soluit corpus, & spũs euaporãt, & sic hõ suffocaſ, si tñ debitè, & discretè ea quis vtatur, vtilis est medicinę, qa optimè purgat, & vacuat superfluos humores. Et est duplex eius spẽs. s. albus, & niger, vt dicunt Isid. & Plat. Secundũ aũt Hippocratẽ, si vis elleboro ducere, moue corpus. Herba ista est mundi prosperitas, quæ vere multum est violenta, & nociua, quia si vis indiscretè ea vsus fuerit, ipsum interficiet, & necabit, & maximè si postquã eam habuerit, & obtinuerit, dormierit. i. se delectauerit in carnalib. delicijs, & pctis, & dormiens. i. negligens, & indiscretus fuerit & incircũspectus, qa vere mundi prosperitas ita dissoluit mentem, & animũ, ꝙ spiritus. i. interiores bonæ affectiones euaporant, & sic homo ꝑ diuersa vitia suffocatur. Vnde Iud. 4. Et soporem mortis socians, defecit, & mortuus est. Pone si vis figuram de Sisara, sicut habes de aspide. Si tñ homo istam discretè acceperit, vt. s. ea non vtatur ad superfluitatem, sed ad necessitatẽ, & si corpus suum mouerit, s. per laborẽ pœnitentiæ, & bonam operationem, tunc erit sibi vtilis, nõ nociua. Expone si vis totũ de
2 amore, & applica per oia vt supra. ¶ Ellebori duplex est spẽs .s. albus & niger, herba est multũ violenta, & mirabiliter dissoluit corpus, si indiscretè sumatur, intantum ꝙ mortẽ inducit, si tñ discretè sumatur, tunc multũ est vtilis medicinę, qa corpus euacuat atq; purgat. Talis est mundana tribulatio vel paupertas, quia vere multum est violenta, & multum dissoluit mentem per tristitiam, & desperationem, intantum ꝙ qñque mortem desperationis inducit, si indiscretè sumatur, s. qñ sine spe futurę consolationis, & sine consideratione diuinę misericordiæ. &c. huiusmodi, si tñ ista cum discretione sumatur tunc vtilis est peccatori, quia. s. ipsum a corruptis humorib. . i. a vitiis, & peccatis euacuat atque mundat.

## *De Helitropio, seu elitropio potius secundũ Plinium & Dioscoridem.* *Cap. 50.*

Litropium. i. conuersio solis, sollequium, seu sponsa so
1 lis, idem sunt, & est herba multũ medicinalis, quæ sic dr̃, quia ſm motum solis se regulat, & mouetur. s. p. n. pendere vr̃, & versus illam partem in qua sol fuerit, inclinatur. Nam sole oriente, flores suos aperit, sole aũt occumbente, iterum se recludit, & ideo dr̃ sollequium, a solem sequendo, & se ſm eum conuertendo. Hæc etiam multum valet ad verrucas de manib. extirpandas, quapropter à multis verrucaria nuncupatur ſm Isid. & Plat. Talis debet esse aia fidelis, quia vere sponsa solis Christum per baptismum efficitur. Ose. 2. Spõsabo te mihi in fide. Hęc. n. debet apperire cor & mentem ad solem iustitiæ Christum per desiderium deuotionem, & affectionẽ, vt. s. radiis suæ gratiæ perfundatur, debet se recludere per humilitatẽ. & se à varis affectionib. coercere. Claude ostia tua super te. Esa. 26. Nunquam. n. se debet aperire per affectionẽ, & amorem, nisi soli Christo, & istum ẽt debet sequi per imitationem, & ad eum se cõuertere per deuotionẽ, & gratiarũ actionem. Nam ſm cursum solis. i. ſm vitam Christi se debet aĩa regulare, & per omnia puncta vitæ suæ debet eum sequi, & imitari, quia quãtum ad eius ortum & ingressum debet eum sequi per humilitatem, item quantum ad vitæ progressum sequatur eum & imitetur per pniæ asperitatem, quantum aũt ad occasum, & egressum sequatur eum per patientiam, & constantiæ firmitatem iuxta illud, Magister sequar te quocunque ieris. Matt. 8. Vel dic ꝙ ista fuit beata virgo, quia sponsa fuit solis Christi, & ante eius ortum & post ortum fuit clausa per pudicitiam virginalem. Vidi portam in domo clausam. Ezech. 44. Et eum semꝑ est secuta per imitationem, & affectionem, & ad eum se conuertit per deuotionem. Vel si vis expone totum de quolibet sancto, vel de qualibet virgine. Vel dic ꝙ mulier debet sponsum suum sequi, & ei obedire, & sole occumbente. i. mortuo & occumbente viro sponso suo debet se claudere per castã viduitatem, & se nulli alij aperire, quia ſm Apost. 1. ad Cor. 7. Beatior erit si permanserit.

## *De Esula.* *Cap. 51.*

*De hac herba habes apud auctorem horti sanitatis, quæ apud Vincentium et Plateariũ forsitam ea est quam eu ulam campanam dicant.*

Sula est quædam arbor cuius radix est medicinalis, & purgatiua, est calida & sicca in medio gradu, & valet ad purgandum phlegmaticos humores. Sic pœnitentia quando est calida per feruorem contritionis, sicca per austeritatem macerationis, tunc purgat malos humores per officium confessionis. &c.

## *De Eruca.* *Cap. 72.*

Ruca est herba vtilis in cibo, & medicinalis, & iõ flores eius solent apes præ cæteris frequẽtare. Herba est alba, apertiua, & cõfortatiua. Talis est beata virgo vel quilibet perfectus, alba. s. per castitatem, medicinalia per bonorum exemplorum sanctitatem, cõfortatiua per suę gratiæ impartitionẽ, & ideo ab apibus. i. a bonis personis debet frequentari per deuotionem, & dilectionem.

ENula herba est duplex, campestris & hortulana, quælibet est medicinalis. &c.

## *De Epithymo.* *Cap. 53.*

Pitimum flos est thymi. thymus. n. est herba cuius tota virtus est in flore, quia flos solum a medicinis colligitur & seruatur, Tales sunt hypocritæ, quia non habent aliquam virtutem, nisi in flore. i. in exteriori florida conuersatione, & ista tantummodo est ab aliis colligenda & imitanda.

## *De Ebulo.* *Cap. 54.*

Bulus est herba similis sambuco, fętida est, & amara, & tñ multum medicinalis. Nam si homo per casum cõ 1
cussus, & cõfractus, in eius decoctione foueatur, & inuoluatur, tumorem ipsius sedat, virtutẽ & robur neruis, & ossibus administrat, ad alia etiam multa valet vt dicũt Plat. Diosc. & Pli. Talis est pœnitentia, quia vere licet sit grauis & amara ad sustinendum, est tñ medicinalis aiæ peccatrici, quia si homo confractus, & concussus fuerit per diuersa pctã, virtute tñ pœnitentiæ in integrum reparatur. Idem de correctione. ¶ Ebulus est herba fętida, & amara, cuius fruct⁹ niger est, & contagiosus, quia foedat, & inficit contingentes. 2
vtilis est sutoribus, quia sotulares de succo eius liniunt atque tingunt. Et hæc herba in terra pingui, & fructifera pręcipuè reperitur. Talis est luxuriosus, quia verè fætidus per infamiam, & amarus aliis reperitur & fructus eius. i. opera & exẽpla nigra sunt ꝑ deformitatẽ, & obscuritatẽ, quia. s. opera talium præcipuè fiunt in nigredine. i. in obscuro caliginis vel occulto, quia oculus adulteri obseruat caliginem Iob. 24. Tales tñ fructus. i. talia sua opera & exempla alios cõtingentes; i. socios

cios,& viciaos inficiant & corrumpunt. Qui.n.tetigerit pi-
cem,inquinabitur ab ea. Eccl.13.Sutores tñ.i.demones istos
dibgunt,quia.i.per eorum verba & exempla sotulares.i.pec
catores qui sp sunt in luto pcti,tingunt,& denigrant per ma
lam conuersationem. Constat.n.q vna persona luxuriosa est
causa infectionis,& perditionis multorum. Bar.6. Nigræ fiút
facies eorum de fumo. Et sicut pellis tincta primo scinditur
deinde subulis consumitur,& perforatur, sic sutor diabolus
primo scindet per mortem tales denigratos peccatores,de-
inde eos in inferno aculeis perpetui remorsus, & tormentis
infernalib.perforabit. Apo.9. Aculei erant in caudis earum.

## De Ficu. Cap. 55.

1 Ficus dr à fœcunditate,quia ter vel quater in æstate p-
ferr fructum,humorem habet lacteum,& vnctuosum,
qui vim habet coaguli ad caseos faciendum pp vn-
ctuositatem multæ est fęcunditatis, quia.s.talis humor
trásit in fructus. Fructus aút eius dulces sunt,& nutriui,& iõ
tpe Pythagoræ athelete ficubus alebantur,vt dicit Isido.eo
q fortitudinem generant,& vigorem. Talis fuit Christus,&
debet esse quilibet vir perfectus,& maximè prelatus quia ve
re fęcundissimus debet esse quantum ad productionem,bo-
norum operum. Nã humor eius.i.interior affectio debet esse
lacteus per castitaté,vnctuosus per pietatem,coagulans per
charitatem. Charitas.n.coagulat,& coniungit,& pferas signi-
ficat,& inungit. Et ideo talis qui interius habet castitatem,fę
cundus est,& fertilis in fructu bonorum operum,& virtutú,
quia.s.humor interior affectionis transit in fructú bonæ ope
rationis, & ideo athelete.i.illi, qui pugnant contra vitia, &
pctá,talibus fructib.i.exemplo bonorum hominum,& perfe
ctorum debent ali.quia vere opera perfectorum,& prælato
rum talia esse debent, vt possint esse aliorum spúalia nutri-
menta Dan.4. Ecce arbor in medio terræ, & fructus eius ni
2 mius.& esca vniuersorú in ea. ¶ Ante tpa.Pythagoræ athle-
tæ ficubus nutriebantur,sm Isid.eo q fortitudiné generant,
& vigorem. Per ficus qui sunt dulces,intelligo dulcedinépie
tatis,vel dulcedinem deuotionis. Nam athletę Christi,qui.s.
pugnant contra vitia vel contra mundanas tribulationes,
illis debent ali,quia vere opera pietatis vel deuotionis aug-
mentant spúalem fortitudinem,& vigorem,& potestaté resi
stendi tribuunt,& pugnandi. ¶ Lignum ficus Aegyptiacæ in
3 aqua positum statim submergitur, cum aút madefactus fue-
rit,tunc contra naturam aliorum lignorum iterum reuenit,
& resurgit sm Pli.li.13.c.7. Talis est vir iust',quia qñ in aqua
mundanæ prosperitatis vel voluptatis ponitur,aliqñ ex ipsa
fragilitate humanæ conditionis radit vel submergitur per
pctm,veruntamen postq̃ madefactus fuerit.i. postquá fuerit
inebriatus & imbutus deliciis peccati, tunc per Dei grãm
qñq;,& etiam vt cóiter iterum releuatur,quia sicut dr Prou.
24. Septies in die cadit iustus,& resurgit. Et illud est contra
naturam aliorum,s.peccatorum,quia.s.qñ sunt inebriati, &
madefacti deliciis,& pctis,tunc difficiliter reuiuiscút, quia
vbicunq; ceciderit lignú,ibi erit. Eccl.11.quia sicut dr; Prou.
18. Impius cum in profundum peccatorum venerit contem
nit. Vel dic in malo q licet primo aliqui descendant per hu-
militatem,qñ.s.sunt sicci per paupertatem,qñ tñ vidét se ma
defactos per diuitias,& prosperitatem,tunc ascendút per su-
perbiæ vanitatem,& pompositatem ps. Ascendunt vsq; ad cę
los,& descendunt vsq; abissos. Vel dic si vis in bono q iustus
positos in aqua prosperitatis, ad fundum descendit per hu-
militatem,vel descendit.i.ad actiua negocia administranda,
& inde iterum resurgit per gratiarum actionem, & contem
plationem. Exemplo Moysi,qui aliqñ descendebat ad popu-
lum,& aliqñ descendebat ad dñm. Prælatus.n.de vna ad aliá
4 debet ascendere,& se vtriq; loco rpi conformare. Ficus fo
lia habet ampla,aspera, & diuersa humoris lactei cótentiua,
quorum succo genitali perlinita, ad libidinem inardescunt,
vt dicit Arist. Et inde est (sm magistrum historiarum) q Adá
& Eua fecerunt sibi periçomata de foliis ficus,sicut dr Gen.
& ipsi genitalia texerunt,postquam de fructu vetito gustaue
runt,in signum, q illæ partes iam contra rónem libidiné sen
tiebant. Sic veré folia.i. verba ficus.viri iusti debent esse lata
per charitatem,aspera per correctionem, & asperitatem,qa
verba sapientum quasi stimuli. Ecc.12. humorem tñ lacteum
debent continere.i.dulcem,& lacteam pietatem. Can.5. Mel
& lac sub lingua tua. Scissa tñ dét esse, & diuisa per discretá
varietatem quia s.sm loca,& tpa debét diuidere verba sua.
Si etiam aliorum membra generatiua.i.affectus desideria,ta
lib.verbis iustorum vngantur, & moueantur, tunc ad opus
generationis bonorú operum inardescút. Vel dic q ficus est
mundus folia eius sunt diuitiæ.succus quia talib.exprimitur,
sunt deliciæ,quibus pro certo si aliquis imbuatur, statim ad
libidinem,& luxuriam excitatur,quia deliciæ libidinem in-
citant,& inducunt,iuxta illud ps. Sedit populum manducare
& bibere,& surrexerunt ludere. Nam & iniquitas Sodomæ
erat saturitas panis,& abundantia,vt dr Eze 16 ¶ Ficus ali- 5
qñ sterilescit duplici cá,quia aliquado pp defectú humoris,
aliqñ pp humorem superabundantem, sed sibi agricola sub
uenit,quia qñ humor deficit,tunc per fimum,& aquam dul-
cem sibi succurritur,qñ aút superabundat,tunc clauis perfo-
ratur vt humor super uus vacuetur,vt dicit Aristo. Sic veré
sunt quidam hoíes qui sterilescunt a fructu bonorum operú
pp defectú humoris.i.diuitiarum vel tpalis substentationis,
sicut multi pauperes,qui ratione paupertatis delinquunt,qa
multi pp inopiam deliquerunt. Eccl.27. Alii ét steriles fiunt
pp superabundantiam,& superfluitatem illius humoris.s.di-
uitiarum & mundanæ prosperitatis sicut sunt diuites, quib
múdana prosperitas occasio est delinquédi.ps. Prodiit quasi
ex adipe iniquitas eorú. Sed vere vtroque casu dét remedia
adhiberi,quia agricolæ.i.prædicatores & plati dñt pauperes
cú aqua dulci benignæ consolationis & cú fimo bonorú tpa
liú & mundanæ sustentationis misericorditer fomentare, di
uites aút cú clauis duræ reprehésionis,diuini timoris,& com
minationis infernaliú tormétorú dñt pungere,& penetrare,
vt sic per elemosynas se euacuét ab isto humore diuitiarum,
& sic tam pauperes,q̃ diuites fęcunditaté bonorum operum
obtinebunt,& ipsam poterút rehabere. Figura Lu.13.vbi pa
terfamilias habens ficú sterilé in horto, pcepit eam succidi.
Vt qd inquit ét terrá occupat? Agricola aút dixit,Sine fodiá
circa eam,& mittam stercora. Sic veré qñ in horto Dei.i.in
ecclesia vel religione est ficus.i.homo sterilis per pctm,ita q
iam à Deo pręcipitur succidi per mortem spiritualé,& æter
nam,tunc vere agricola prædicator,vel prælatus debet cir-
ca eum fodere per correctioné, & stercora proprię vilitatis
ei immittere per sui status considerationem, vel etiam ster-
cora diuitiarum suarú apponere per temporalé subuétioné.
Fili hois fode parieté Eze.8.& 12. ¶ Ficus cypriæ sm Pli.li.
12.c.7. Similes sunt vimo in foliis, & quater in æstate profe- 7
runt fructú,sed grossus earum non maturescit, nisi primitus
incidatur,& lactis superfluitas emittatur. Idem auté de ficu.
Aegyptiaca dicit,q qñ vngulis ferreis scalpitur,tunc fructus
eius maturatur,qui fertilissimé tunc abundat.fructus autem
suos dulces,& suaues portat in radice.i.in ligno seu stipite,
nó in ramis.vno aút fructu collecto,solet alius succedere, &
sic solet fęcunditatem perpetuam custodire. Ficus est religio
vel ecclesia,quæ multos hodie profert fructus.i.hoíes, alios
maturos,alios immaturos, sed vere ad hoc q fructus eius.i.
hoíes possint maturescere per perfectionem,& mores,neces
se est q primo incidantur per contritionem, & emittant su-
perfluum humorem peccatorum per confessionem,vngulis
ferreis.i.asperitate pnæ scalpantur per satisfactionem, & sic
maturabuntur per morum perfectionem,opulentique erunt
per bonorum operum productionem,& per continuá eorú
successionem. Leu.26. Nouis superuenientib.vetera proiicie
tis.vel dic q necesse est eos incidi per cópassionem, & super
fluum humorem diuitiarum emittere per elemosynarú lar-
gitioné.vnde ps. Dirupit petram,& fluxerunt aquæ. ¶ Ficus 7
indica lata,& pelrea habet folia,ramos facit multos,qui suo
pódere inferius inclinantur, & circa stipitem in terra infigú
tur,& ad modú vnius siluæ circa parentem germinantes, tá
tam faciunt vmbram,q sub ea pastores ab æstu, & turbine p
tegantur,poma etia parua ad quantitaté fabæ facit.quæ pre
sui dulcedine digna miraculo reputantur,vt dicit Pli li.12.c.
5. Talis est Christus,cuius folia sunt verba,fructus sunt opera
& exépla,quæ pre pietate,& charitate benigna,& dulcia di-
ci pñt. Rami eius sunt fideles quorum quidam superius resi
dent circa matrem.s.contemplatiui,qui in sublimib.meditá-
tur,quidam ad terram.i. ad terrena, & temporalia inferius
inclinátur,s.actiui oés tñ fructificát,& circa matré.i. Christum
per charitaté,& grãm pseuerant,ita q sub eorú vmbra.i.sub
eorú exéplis alii delectantur. Volucres cœli habitabant sub
vmbra

vmbra eius.Dan.4.& Mar.4.Vel si vis per istam matrē intelli
ge religionum fundatores,& eorū contēplatiuos,& actiuoꝝ
successores,sub eorū vmbraculo.i.in eorū statib.conuersan-
8 tes.¶ Sunt quædam ficus silnestres quarum fructus nūqnam
maturescit,qui caprifici dicuntur.Si tñ tales iuxta locum do
mesticarum ficunm plantētur, ita ꝙ ventus per eas transiēs,
ad alias deuolnatur,tunc ficus domesticę melius fęcundanť,
ſm Pli.& sic ista arbor fęcunditatem ꝙ̄ ex se non habet,alijs
administrat. Charissimi,caprificus est malus prædicator,qui
licet sit sterilis à fructu bonorū operum , facit tñ bonos me-
lius fructificare ꝓ bona opera qñ aere ipsius.i.verbis & exē-
plis eius tales tangnntur,& informantur,qnia tales mali dāt
aliis quod non habent.¶ Ficus tenere est naturæ,& ideo fri-
9 gore faciliter lęditur,& maximè qñ est in frigida regione.vñ
in parte aquilonis paucę vel nullæ sunt ficus,quia frigiditate
talis venti humor lacteus earum consumitur,& sic arbor fa-
ciliter exsiccatur.In parte autem,& vento meridionali ficus
melius fęcundatur,vt dicit idem.Sic multi sunt hodie q̄ sunt
ita teneri,& molles,& debiles ad cadendum ꝙ statim ad mo
dicū frigus aduersitatis vel tribulationis læduntur,& ab hu-
more grē desiccantur, & maximè illi qui adhuc sunt in ger-
mine iuuētutis,& ideo pars aquilonaris id est status pauper
tatis vel aduersitatis non cōuenit talib. debilib. vel infirmis,
imo pars meridionalis.i.status sufficientis prosperitatis tali-
bus necessarius est,& conformis.Vnde Eccl.43. Frigidus vē
tus aquilo flault,& gelauit crystallus ab aquis.

## De Fraxino. Cap. 56.

FRaxinus est arbor alta,& procera,quæ ad hastas optima
1 est fabricandas,vnde etiam ſm Isi. ista arbor hasta achil
lis fuit nobilitata,& ꝙ ad hastas valeat,approbata. Hæc
arbor contrariatur serpentib.nam eius vmbram matutinam
vel vespertinam non attingunt. Nā si serpens inter folia eius
& ignem positus fuerit, facilius ignem intrat ꝙ̄ eius inter fo
lia se imponat.Fructus eius est vtilis medicinæ,& valet con-
tra multas passiones,ſm Pli,li.16.c.14. Prædicta aūt dicit idē
Pli.se expertum,vbi addit ꝙ mira est circa hoiem naturæ be
nignitas, quia priusquam serpentes prodeant floret fraxi-
nus,folia vero eius non prius deficiunt ꝙ̄ iterum serpētes in
terra condantur,vt sic dum sunt supersunt, e fraxino reme-
dium cum necesse fuerit habeatur. Talis est crux Christi,qa
vere ipsa est hasta vel lancea ad impugnandum hostes spūa-
les,nam serpentes.i.demones eam timent,quia vere facilius
in ignem inferni intrarent,ꝙ̄ in vmbram vel folia.i.in locum
vel personam vbi sit verbū vel memoria crucis.Vnde Achil
les.i.Christus,talis hasta.f.cruce fuit vsus, qñ hostes suos de-
mones superauit.Fructus.n.istius.i.Christus, vel Christi san-
guis qui in cruce pependit , vtilis est ad spūalem medicinam
contra oia vitia,& peccata.Vel dic ꝙ fraxinus est vir iustus,
cuius folia sunt verba,cuius vmbra sunt exempla.Nam serpē
tes.i.peccatores odiunt,& fugiunt folia.i.verba iustorum, &
vmbram exemplorum suorum,quia libentius in ignem luxu
riæ,& cupiditatis immerguntur,licet ibi spūaliter occidanť,
ꝙ̄ ad folia fraxini.i.ad verba iustorum,& exempla per imita-
tionem,& conformitatem conuertantur. Mali.n.de bonorū
documentis , & exemplis vel de eorum societate non curāt,
imo ipsos fugiunt,& declinant.Viri iniqui odiunt simplicem
& detestantur impii eos qui in recta sunt via.Prou.29.¶Fra-
2 xinus aūt prius facit flores ꝙ̄ folia.Sic vir iustus producit flo-
res honestæ conuersationis , vel sanæ affectionis, & fructum
bonæ operationis,antequam habeat folia doctrinæ vel eru-
ditionis,vel cuiuscunq; locutionis.Act.1.Cœpit Iesus facere
& docere.¶ In Græcia sunt fraxini quorum folia sunt iumē
3 tis venenosa,quæ tñ animalib.ruminantib. minime sunt noci
na,vt dicit Pli.vbi supra.Fraxinus est mundus,folia eius sunt
diuitiæ,quæ pro certo iumentis.i. carnalib. peccatorib.qui.s.
eis nesciunt vti discrerè,sunt mortiferę,& nociuæ.Illi tñ qui
ruminant per discretionem,qui.s.actus suos masticant , exa-
minant,& discernunt,de istis foliis non accipiunt nocumen
tum,quia diuitiæ non nocent bonis , sed tantum malis, quia
oia bonis in bona conuertuntur,similiter malis in mala.Ecc.
39.¶ Quædā sunt aliqnib.vtilia quæ aliis sunt venenosa. Co-
4 riandrum.n.hoies cibat canes necat,ferula hoibus est medi-
cina,murenis mors iusquiamus passerib.est cibus,hoibus ve
nenum,amygdalus vulpem occidit,quæ hoiem nutrit. Quæ
dam fraxinus est in græcia cuius folia iumenta interficiunt,
bestiis autem ruminant.b.non nocent.Sic vere in moralibus
diuersa diuersis conueniunt,quia sicut dr̄ Eccl.37 Non om-
nibus omnia expediunt,quia sicut dr̄ ab Eph.4.Vnicuiq; da
ta est gratia ſm mensurā donationis Christi.expone de quo-
libet per se in titulis suis.

## De Fago. Cap. 57.

FAgus est arbor glandifera,cuius glandes corticem hñt
1 asperum,fructum tñ interius multum mollem album,
suauem,delicatum,& triangularem,quē maxime mu-
res,& glires diligunt,& eo impinguātur,carnes etiam
animalium quæ eo nutriuntur, magis coctibiles inueniūtur,
vt dicit Pli.li.16.c.7.Et ideo fagus a phage in quod est come
dere dr̄,eo ꝙ antiquitus hoīes istis glandib.alebantur, vt di-
cit idem.Talis est sacra scriptura, quia hæc est rectè quasi fru
ctus fagi.i.Dei,à quo nobis immediate producitur,& hæc li
cet habeat corticem exteriorem, i. sensum historialem rudē
& asperum,tñ fructus.i.intellectus interior est dulcis,& sua-
uis,mollis,& delectabilis pio cordi,& hæc est triangularis.i.
triplex quantum ad expositionem,s.quantū ad sensum mora
lem,mysticum,& allegoricum,& ideo glires dormientes.i.vi
ri deuoti,& contēplatiui,istum fructum diligunt,& frequen
tant,quia.s.in sacræ scripturæ expositionib.se delectant,& nu
triti tali fructu.i.illi,qui in sacris literis occupantur faciliter
decoquuntur.s.per correctionē,& faciliter digeruntur ꝓ cō- 2
uersionem.Fructus eius dulcis gutturi meo Cān.2.¶ Fagus
est arbor cuius lignum interius est planū,& bene,& faciliter
scinditur,& dolatur.non durat tñ multū,quia faciliter a ver
mib.perforatur, & hoc lignum super oia alia valet ad artem
vitreæ præparandæ.&c.Expone si vis de fago quō fiunt ex ea
tabulæ,& diuersa vtēsilia seu vasa. Sic vere multi quamuis vi
deantur,plani,viri benigni,& sancti,sunt tamen nimis teneri
quia.s.per vitia & peccata faciliter computrescunt.

## De Faba. Cap. 58. 1

FAba ſm Diosc.genus est leguminis cuius hasta est angu-
losa,foliū pingue,& acutū flores albi,purpurei, & nigri,
thecas habet carnosas,& oblongas,in quib.fabæ sunt in
diuersis domiciliis ordinatæ,& flores eius sunt odoriferi , q
ab apib.pcipuè frequentantur.Talis est vir perfectus triangu
laris per triplicē virtutem theologicam,s.fidem spem,& cha
ritatem.Flores eius.i. honesta cōuersatio est alba per vastita
tem,nigra per humilitatē,purpurea per charitatem . Flores
eius.i.verba sunt pinguia per pietatem,carnosa , & mollia ꝓ 2
benignitatem,acuta tñ per correctionem,& austeritatē quā
tum ad malos.Fructus aūt eius.i.bona opera,& virtutes in q
busdam thecis reponuntur , & absconduntur per humilita-
tē,quia.s.boni semper occultant,& celant bona sua,ne forte
per vanā gloriam eam perdant.Seneca,Esto occultator vir- 3
tutum,sicut alij vitiorū.Fabę qñ sunt primo in theca,molles
sunt,& tenerę,& in quadā carnosa substantia ſm ordinē sunt
distinctæ,qñ tñ senescunt,tunc indurantur, & siccantur,& tā
dem cū flagello de theca excutiuntur,& ab aīalib.comedun
tur,& tunc inordinate vna super aliā ponuntur.Theca est re
ligio,fabæ quæ sunt ibi,sunt religiosi,qui vere in principio iu
uētutis sunt molles,& teneri per benignitatē,& obedientiā,
& pietatē,quia faciliter masticantur,corriguntur,& conuer-
tuntur,& hoc quia tunc inuoluuntur in carnosa humiditate
deuotionis,& tunc etiam ordinate sedent,quia quilibet con
tētus est loco,statu & dignitate sua, sed vere tandem indurā
tur per obstinationē,desiccanť per indeuotionē, & sic qñ fla
gello tentationis percutiuntur,tunc extra cōuentum,& ex-
tra thecā suam exeunt,ꝙ exire volunt,per ambitionē.s.ad ex
teriora officia , & beneficia, vt quia volunt fieri priores.&c.
hmōi,& tunc qnq; inordinatissimi sedent,quia.s.sępe accidit
ꝙ deteriores sunt in maiori,meliores in viliori dignitate, &
iō tales finaliter,& a bestiis, & porcis infernalib. deuorātur.
Deuorauit eā aper de silua.&c. Vel dic ꝙ theca est mundus,
in quo fabæ.i.pctōres primo in iuuētute sunt molles, & debi
les ad cadendū,& in carnositate luxuriæ inuoluntť,finaliter,
tñ a calore auaritiæ per parcitatem indurantur,& siccantur,
& tandem cum flagello mortis a theca.i.a mundo eiiciun-
tur,&

tur,& à bestijs demonib.comeduntur. Vel dic in bono q re
ligiosi primo sunt molles,& fragiles.in iuuentute, sed qn ca
lore charitatis sunt siccati,tunc efficiuntur duri, fortes & fir
3 mi ad resistẽdum. ¶ Faba est fructus inflatiuus,& grossum,&
malum gñat sanguinem,& humores, & tñ flos eius ab apib.
frequentatur. Talis est mundana sapiẽtia, quia licet sit inflati
ua per superbiam, licet grossos humores malarum affectio-
num generet(quia sm. Apost.1.ad Cor.8.Scientia inflat,cha
ritas ædificat)tñ apes.i.mundani seculares ipsam hodie præ
cipuè frequentant,sicut.n.patet,oẽs currunt ad leges,& sciẽ
tias seculares. Et sicut sm Varronem non licebat põtificem
flaminẽ vti faba,sic verè illi qui sunt dedicati flammæ.i. Deo
(qui ignis consumens dr Deut.4.)religiosi s.& clerici,nõ de-
bent vti faba.i.scientia legali vel mundiali,nisi forte inquan-
4 tum est necessarium ad regimen ecclesiæ Dei ¶ Fabatum co
latura faciẽ mdificat, & ad alia multa valet,& flores ei⁹ odo
riferi ab apib.frequentantur, & cum pane quidã admiscẽt fa
bas,vt ponderosior fiat. Talis est sciẽtia philosophiæ,quia ve
re ipsa mundificat faciem,i.intellectum,& ideo apes.i.theo-
logi eam frequentant,& eam cum pane vitæ.i.cum sacra scri
5 ptura miscent,vt magis põderet,& appareat eius valor. ¶ Se
cundum Plin.faba ẽt excisa,crescẽte luna crescit, & repletur
& in hoc sola est inter fruges vt dicit idem. In aqua aũt salsa
nunquam decoquitur. Tales sunt multi qui se regulant sm lu
nam.i.sm mutabilem prosperitatem mundanam , quia vere
licet excisi sint a terra.i. à temporalib.negocijs,vt quia sunt
facti religiosi, tñ sm lunam mundanæ prosperitatis crescũt,
per eam se regulant,& disponunt. Vel dic & melius, q sunt
quidam qui proficiunt,crescunt,& augmentantur crescente
mundana prosperitate , & plus valent in meritis, & virtute,
quia.s.ea sciũt bene vti,in aqua aũt salsa,i.amaritudine tribu
lationum nõ possunt coqui vel digeri,conuerti.s.corrigi vel
domari,quia viles sm Senecam, magis prosperis attrahunt,
q asperis terreantur,quia vere multi sunt quibus prosperitas
proficit & aduersitas nocet. Dicit.n. Seneca q generosus est
animus hois,& facilius ducitur quã trahitur. ¶ Faba sm Pli.
6 dum est in flore,diligit aquam,qn aũt effloruerit,diligit sicci
tatem. Sic verè homo qn primo floret per bonum desideriũ
propositum,& affectum tunc necesse est q habeat aquam,i.
doctrinam,& prædicationem,cum autem iam effloruerit,&
bonum propositum,& bonam operationem emiserit , tunc
indiget siccitati pœnitentiæ austeritate. Vel dic quod homi-
ni qui est in flore.i.in iuuentute,necessaria est aqua doctrinę
& eruditionis,sed cum iste flos transierit, tunc siccitatem re
quirit correctionis,& macerationis,quia iuuenes debẽt dul
citer tractari,vbi senes debent acriter macerari. Vnde Sap.11.
Hos quidem tanquam pater monens probasti, illos aũt tan-
7 quam durus rex interrogasti. ¶ Faba terram in qua seminat,
fœcundat stercorum vice,& ideo in aliquib.partib.tũc agri
euertuntur,qñ fabæ sunt in flore,vt dicit Pli. Sic verè boni fę
cundant per bona opera,& virtutes,terram.i.statũ vel socie-
tatem in qua fuerint seminati,positi,& plantati,fęcundãt ẽt,
& locupletant quo ad diuitias temporales,sicut patet de san
ctis,qui suis meritis,& virtutib ecclesiã,& religionẽ,& tem-
poraliter,& spiritualiter ditauerunt. Vnde Zach.14. Pax erit
cum venerit in terra nostra.&c. Vel dic q faba est Christus,
qui pro certo terram.i.humanam naturam fœcundauit quo
ad virtutes,qñ in ea per incarnationẽ fuit seminatus, q prius
sterilis habebatur,maximè qñ adhuc existens in flore iuuen-
tutis fuit per passionem euersus,quia.s.proprio sanguine ip-
sam irrigauit,& per consequens fœcundauit. Illa terra incul
ta facta est velut hortus voluptatis. Ezec.36. ¶ Faba nascitur
8 per se in aliquib. partib. & maximè in mauritania, in insulis
etiam septentrionis per se nascitur,sed ita dura est,q via põt
coqui,sm Pli.li.18.c.12. Sic vere quidam per seminationem
prædicationis nascuntur in fidem , & gratia vel religionem,
quia.s.ad instantiam aliorum ad bonum conuertuntur, qui-
dam autem sunt qui ex proprio instinctu,& voluntate nascũ
tur,& conuertuntur,& tales,qui ea diuina inspiratione boni
efficiuntur,ita sunt duri per cõstantiam,& firmitatem,q vix
à diabolo possunt coqui vel ad malum conuerti per tenta-
tionem. Frustra sufflauit conflator. Hiere 6.& illud est maxi-
mè in insulis.i.in religionib.quæ sunt in septentrione.i.in fri-
gore paupertatis,& mundanæ aduersitatis constitutę. Terra
9 .n.vltro fructificat. Mar.4. ¶ In Aegypto est faba decem cubi
torũ,quæ spinosa est,cuius folia ampla, fructus subamarus,
radix comestibilis cruda vel cocta, & habet caput simile pa-
pauerí cum capitello in quo sunt fabæ,& hęc a crocodilis re
fugitur,ne spinis suis visus eorum lædatur. Talis est vir perfe
ctus,qui decem cubitis.i.decem mandatis cõstat,& spinosus
est per pœnitentiam,& ideo a crocodilis.i.a demonib.refu-
gitur,& timetur, radicẽ cordis habet dulcem per pietatem,
folia verborum lata per charitatem ,fructus etiam portat.i.
bonorum operum multiplicitatem. ¶ Secundum Virg. vt di 10
cit Pli.faba si in amurca , & nitro madefiat,melius crescit. Si
etiam triduo in vrina,& aqua maceretur antequam semine-
tur,tunc crescit citius,& prorumpit,sm Plin. Si quando ho
mo in agro religionis debet seminari,tũc sit io vrina.i.in ama
ra pœnitentia sit maceratus,& hoc per tres dies.i.per cordis
contritionem,oris confessionem,operis satisfactionem,tũc
melius crescit per merita,& virtutes. Creuit semper,& abla
cturus est 1.Regum 2.

## De Frumento. Cap. 19.

FRumentum dr à fruẽdo,eo q fruentib.sit aptum ad nũ 1
trimentum,cũius spica quibusdam in summitate spiculis
& aristis munitur, granum etiã in theca recolligitur , nè
ab auibus spica suis fructib.spolietur,vt dicit Isido. Talis est
sacra scriptura,quia ab oĩbus debet sumi,& audiri , quia ipsa
est optima ad aiæ nutrimentum,& in hac est spica.i. exterior
apparentia,& historia,intra quam in proprijs thecis.i.in va-
rijs libris granum purum.i.doctrinę veritas occultatur. Sunt
.n.historia acutæ spicæ.i. difficultas intellectus , & sensus, &
hoc ne aues cœli.i.hæretici eam diripiant, & ne faciliter gra
num sani intellectus penetrent,& corrumpant. Vel dic q fru
mentum est vir perfectus,qui primo fuit herba.i.fragilis , &
imperfectus,s.in principio cõuersionis,deindẽ perficit,& au 2
getur. Grana aũt eius sunt grẽ,scientiæ,& virtutes,quæ sunt
aliorum nutrimenta. Sed vere illa sunt recondita in spicis.i.
in asperitate pœnitentiæ,& in thecis.i.in occultatione humi
litatis,quia.s.boni semper celant bona sua,ne ab auib. demõ
nib.eis per vanam gloriam spolientur. Seneca Esto occulta-
tor virtutum,sicut alij vitiorum. Relinque si vis primam ex-
positionem. ¶ In frumento non tñ est granum , sed ẽt paleæ. 3
Palearum aũt aliqua pars ad pastum ignis,alia pars ad pastũ
animaliũ reseruatur. Et hæc palea tñ est frigida,q niues sup
positas dissoluit vel defluere nõ permittit,& ita calida,q po
ma maturescere compellit,vt dicit Isid.li.17. Sic verè in fru-
mento.i.in numero fidelium in agro mundi religionis vel ec
clesiæ non tñ sunt grana.i.viri perfecti,sed ẽt paleæ.i.peccato
res,& imperfecti. & sicut palea est necessaria grano sic mali
bonis 2.ad Tim.2. In magna domo non tm sunt vasa aurea &
argentea,sed lignea,& fictilia. Et tales palea.i.peccatores,ita
sunt frigidi per indeuotionem,q niuẽ.i.sua vitia,& pctã non
deponunt nec dissoluunt per confessionem. Ita etiam sunt ca
lidi per ambitionem,& auaritiam,q poma.i.bona tempora
lia maturant,& sibi præparant per acquisitionem. Et tales pa
leæ finaliter qñ Deus in die iudicij triturauerit messem eccle
siæ,in pastum bestiarum infernalium , & ignis inextinguibi-
lis conuertentur. Matt.& Lu.3. Purgabit aream suam,& triti
cum congregabit in horreum paleas aũt extinguet igni inex
tinguibilis. Vel dic q palea alba,& leuis,& prædicator,qui
leuis & per paupertatem,albus per castitatem,qui quantum
ad vitam,& doctrinã cedit in pastum aliorum,& in nutrimẽ
rum ignis charitatis,& tenet niuem,i. malos ne dissoluantur
per vanas affectiones , & hoc cum frigiditate diuini timoris
quem immittit,poma aũt.i.bonos facit maturescere p perfe
ctionem,& hoc cum caliditate diuini amoris quem cotinet
& emittit. Idẽ si vis dic per oĩa de scriptura. Vel dic q palea
est mundi prosperitas,quæ faciliter dissipatur,& a bestijs.i.a
peccatorib.comeditur,& igni finaliter comburetur,s. in iu-
dicio. Hæc est.n.palea quã administrabat. Pharao filijs Israel,
qui ei in luto,& latere seruiebant , quia.s. Pharao.i.diabolus
paleas bonorum temporalium bonis offert,vt in luto vitio-
rum,& peccatorum eidem seruiant in hac vita. Istam autem
paleam mundanæ prosperitatis comitatur tñ frigus indeuo
tionis,q niues.i. peccatores non sinit liquescere per contri-
tionem,& confessionem,& tamẽ poma.i.viros iustos, qui eã
sciunt vti,maturat & meliorat per perfectionem . Mitte fal-
cem tuam,quoniam maturs est messis Apoc.14. ¶ Frumen- 3
tum dicitur etiam omne bladum,s.triticum,hordeum,siligo,

& cætera

& cætera oîa,sed quædam istorum in vna terra proficiunt,in
alia deficiũt.Nam ordeum in noualib.proficit, vbi triticum
deficit,& arescit,vt dicit Pli.& sic de aliis intelligẽdũ est.Per
ista blada intelligo varias,& diuersas scientias, & doctrinas.
Per noualem intelligo personã iuuenem,vel nouitium conuersum.Cum ergo sint plures scientiæ vel doctrinæ,debet tñ
quęlibet ẽm modum debitum seminari,& agricola.i.doctor
& prædicator debet in vnoquoque ẽm virtutem propriam
scientiarum spargere qualitatem,quia vere licet hordeum.i.
simplex,& rudis doctrina proficiat in noualib.i. in nouitijs,
& incipientib.vel iuuenib.si tñ triticum.i.subtilis scientia ibi
ponatur,ipsa pro certo deficit,& arescit,quia non oibus oîa
expediunt.&c.Eccl.37.Vel dic ꝙ per ordeum intelligo scientiam mundi per frumentum scientiam theologicam,quæ nõ
proficit sed deficit in noualib.i.in secularib. Animalis.n.homo non percipit ea quę sunt spiritus Dei. 1.ad Cor.2. ¶In se
4 minando blada tpa sunt seruanda,quia alia citius,alia tardi⁹
seminantur,quædam ante hyemem, quædam post , quædam
etiam in terra profundius seminantur,& quædam leuius pro
fundantur,quia ẽm seminum, qualitatem diuersimode sunt
serenda. Sic inter homines diuersi diuersimode seminantur
in agro fidei vel charitatis per conuersionem,quia quidã citius,quidam tardius.quidam.n.cito credunt,quidã tarde,quidam in iuuentute,quidam in senectute. Item quidam ꝓfundius,quidam leuius,quia quidam bene radicatur.quidam faciliter euelluntur Non.n.oîs caro eadẽ caro 1. ad Corin.15.
¶Blada tunc melius , & vtilius seminantur vel colliguntur,
5 qñ luna est interlunaris,nec plena.s.nec noua.Similiter hoîes
melius in charitate seminantur,conuertuntur,& emendãtur,
qñ luna.i.prosperitas mundana est intermedia.i.sufficiẽs,nec
plena.s.nec caua.i.nec caua.i.nec deficiens per nimiã paupertatem,nec abundãs per diuitiarum superfluitatem, quia nec
diuitias nec paupertates dederis mihi dñe.Prou.30.Vel dic
ꝙ luna mutabilis est vita humana. Seminãdi ergo sunt hoîes
.i.conuertendi,dum luna est intermedia.i. dum vita nr̃a non
est nimis iuuenis vel antiqua,quia oî negocio tempus est, &
6 opportunitas.Eccl.9.¶Frumẽto solent nocere multa,primo
ventus,& maximè qñ floret vel maturescit.Nam ex flatu noxio spica extinguitur,& euanescit,& da fructu suo patitur abortum.Sic vere bono viro nocent multa, & maximè ventus
vanitatis,& inanis gloriæ, quia qñ floret per bonam conuersationem,qñ maturescit per virtutem,& perfectionem,tũc si
flatu noxio inanis gloriæ feriatur , a fructu virtutum suarum
faciliter spoliatur. Vel per ventum intelligo tentationem vel
tribulationem,quæ tunc maximè nocet qñ homo est in flore
iuuentutis.Vel per flatum intelligo mala verba & suggestiones.&c.sicut supra.Aggei 2.Percussi vos vento vrente.¶Fru
7 mento nocet pluuia superflua,quia ꝑꝑ abundantiam humoris calor naturalis extinguitur,& corrodentes vermiculi generantur.Sic vere nocet hoî nimia abũdantia mundanę prosperitatis,quia per eam calor charitatis extinguitur , & vermiculi.i.vitia plurima generantur,quæ pungunt animam,&
corrodunt.Portæ fluuiorum apertæ sunt, & templũ ad solũ
dirutum est.Nau.2.Vel dic ꝙ pluuia est voluptas carnalium
deliciarum.¶Nocet frumento calor immoderatus, & tẽpus
8 siccum,quia.s.tunc depauperatur ab humore,& tunc ꝑꝑ defectum nutrimenti deperit atque cessat,& in eo quædã muscę generantur,quæ dñr cantharides,quæ frumenti substantiam deuorant,& corrodunt.Sic verè qñ in hoîe abundat calor auaritiæ,& cupiditatis,& siccitatis indeuotionis, tũc humor cõpassionis,deuotionis,& grãæ in nobis consumitur,&
arescit,& muscæ virides.i.motus iræ,& crudelitatis in nobis
generãtur,& sic a fructu bonorum operum retardamur, vñ
Esa.54.Subtus te sternetur tinea,& operimentum tuũ erunt
vermes.¶Nocet frumento abundantia vermiũ nociuorũ,qa
9 qñq; tñ abundant locustæ & bruci, ꝙ oẽm eius virorem dissipant,& eius substantiã sterilizãt.Sic verè bonis nocent vermes.i.mali,& peccatores,quia vere ꝑꝑ locustarum.i.ballinorum,& officialium abũdantiam,& brucorum.i. hęreticorũ,
sæpe fit ꝙ homo a fructu bonorum operum,& temporalis ꝓsperitatis penitus vacuat. Venit locusta,& brucus,cuius non
erat numerus.Figura Exo.10.de locusta quæ comedit omne
viride.&c.¶Semina frumenti si oleo pice vel adipe tangantur,
10 tunc illico corrumpuntur, & ideo oportet . ꝙ a talibus caueatur,sicut dicit Pli.Sic verè aîa corrũpitur, & a fructu bonorum operum impeditur,si pinguedine deliciarum vel carnalitatis,oleo adulationis,pice corruptę societatis fuerit superfusa.Figura Leu.11.vbi semen madefactum ad tactũ morticini polluebatur. Sic etiã luxuriosi madefacti per delicias,
polluuntur per peccatum qñ tanguntur per tentationem a
mortuo diabolo vel mala societate.ps.Prodiit quasi ex adipe
iniquitas eorũ.vnde Eccl.13.Qui tetigerit picem,inquinabitur ab ea. ¶ Frumento nocet malarum herbarum societas. 11
Nam qñq; cum eo lollium seu lappa inuenitur,ita ꝙ via vnũ
ab altero separatur,& ita per ea bladi substãtia suffocatur, nisi per agricolæ diligentiam extirpẽtur.Sic verè bonis nocet
malorum societas,quia hodie in omni gradu seu statu lolliũ
vel lappa.i.mali cum bonis pariter sunt commixti , ita ꝙ via
abinuicem distinguuntur.Nam per eos boni suffocantur, &
destruuntur per mala sua exempla,nisi forte per bonum agricolam pręlatum tales de agro religionis vel ecclesiæ extirpẽtur.Exortæ spinæ suffocauerunt triticum.Mat.13.Mar.4.Lu.
8.vel per lolliũ intelliguntur hæretici. ¶Nocet frumẽto cor 12
ruptus ros vel nebula,quia exinde aurugo à qua spica corrũpitur,generatur.Sic verè nocet hoî doctrina corrupta,& hęretica,quia aurugo vitiorum exinde generatur , a qua calor
bonæ conuersationis perdit.¶Frumento ergo nocet multa, 13
primo ventus dissipans florem,nimia pluuia extinguens calorem,omnis calor desiccãs humorem,vermis & locusta corrodens virorem,ros corruptus generans squalorem,mala societas suffocans valorem.Sic bonæ personæ nocet ventus vanitatis,qui tollit florem honestatis, item pluuia mundanæ ꝓsperitatis,quæ extinguit calorem charitatis, item calor cupiditatis,qui siccat humorem perfectionis,& sanctitatis.

## *De Farina.* *Cap.60.*

FArina a frumento vel a farre est dicta,nam far primo mo
la confringitur,deinde furfur separatur, tandem exinde 1
diuersa nutrimentorum genera præparantur. Exinde.n.
fiunt pultes pro pueris,medicinæ pro infirmis,panis solidus
pro prouectis,ẽm Isid.Far est sacra scriptura,quia primo frãgitur cum mola subtilis intellectus per expositionem,deinde furfur.i.oîs vana mẽdacitas exinde tollitur,& sic in cibos
doctrinæ,& prædicationis conuertitur,& sic exinde fit puls
.i.leue documẽtũ puerorũ.i.incipiẽtiũ,medicina infirmorũ,
& panis solidus perfectorum.Perfectorũ.n.solidus est panis.
ad Heb.4.¶Farina ergo primo molitur,& frangitur, deinde 2
a furfure diuidit,aqua calida aspergitur, & fermẽtum ei vt
sapidior adiungitur, melli etiam vel oleo aliqñ ãdmiscetur,
deinde in formam redigitur,in clibano, qñque decoquitur,
qñq; in cinere,& carbonibus vel in patella frigitur,& sic per
multos labores panis efficitur, & in vsus hoîm conuertitur,
& mutatur.Farina,est aîa seu homo,qui primo inter molam
superiorem timoris deprimentis , & molam inferiorem spei
subleuantis,molitur,& cassatur per contritionem,deinde a
furfure peccatorum segregatur per confessionem , tandem
a qua calida lachrymarum aspergitur per compũctionẽ,fermentum.i.mortis memoria acris , & amara ei adiungitur ꝑ
cõsiderationẽ,tandem per tribulationes pistatur,& in clibano charitatis,& in patella tpalis aduersitatis frigitur,& coquitur,tandem aspergitur melle deuotionis,& oleo pietatis, &
cõpassionis,& in clibano delectionis, & in patella tribulationis ponitur,& sic efficitur panis,& nutrimentum aliorũ , qa
.s.per doctrinam,& exemplũ alios reficit atq; nutrit.in mẽsa
etiam cęlesti superius in paradiso ponitur,vt exinde sancti &
angeli cõsolentur.Figura Leu.2.vbi farina primo oleo miscebatur,deinde in patella frigebatur tandem dño offerebatur,
& thus ei adiungebatur,& pars eius à sacerdotib.comedebatur Sic verè qñ in farina.i.in aîa vel in hoîe perfecto ponitur
oleum compassionis,& thus orationis , & in patella frigitur
tribulationis,tunc aptus efficitur vt Deo in paradiso offeratur,& vt ab aliis per exempli acceptionem comedatur.vnde
Eze.16.Similam,& mel,& oleum comedisti. ¶Ex farina fiũt 3
diuersa genera panum diuersimode præparata,& ei fermentum apponitur,vt panis sapidior habeatur.Omnis autem panis cor habet confortare,corpus nutrire,deperdita restaurare,& vires laborantib.ministrare. Sic ex sacra scriptura fiunt
panes.i.varii sermones,& doctrinæ quibus aliqñ fermentum
sciẽtiæ philosophicæ miscetur,vt apparentior habeatur. Oîs
autem panis doctrinæ vel prædicationis cor confortat & cõsolatur,animam nutrit virtutibus & impinguat vires, & fortitudi-

titudinem ad laborandam per pœnitentiam ministrat, & deperdita.s.gratias, & virtutes restaurat, Si vis iunge supra cũ. §.scriptura. Et sicut paterfamilias scindit panem filijs cuilibet ſm propriam exigentiam, sicut prædicator sacram scripturam debet vnicuique diuidere, secundum exigentiam sui status, quia aliter pauperibus, aliter diuitib. & aliter scientibus aliter ignorantibus. &c.

### *De Fermento.* *Cap. 61.*

1 FErmentum à feruore dr ſm Isid. Pastam.n.facit feruere, & eleuari, & eam in sui naturã conuertit. & ſm Diosco. humores de corpore extrahit, & mixtum cum sale apostemata diuidit, & maturat. Talis est charitas, quia vere qñ pastæ.i.aiæ adiũgitur, tunc eam facit feruere per bona desideria, & eam per contemplationem eleuat ad æterna, & in sui naturam eam mutat, & conuertit, & si sale amarę pœnitentię vel mortis memoria misceatur, tunc sanat apostema 2 ta superbiæ, & humores facit defluere peccatorum. ¶ Fermentum latinè, græcè zime dr, & est pasta calore corrupta, & in acetositatem conuersa, quæ vim habet conuersiuam, qui pastam coi adiũgitur, corrumpit, perforat, diuidit & eleuat, & feruere facit, & in sui naturam, & speciem cõuertit. Talis est malus amor, vel mala & corrupta doctrina, vel etiam malũ verbum, vel tentatio, quia.s.feruere facit per mala desideria, & eleuat per superbiam, diuidit per discordiam, penetrat p inuidiam, corrumpit per luxuriam, & licet modicum de ea insit, totam tamen massam aiæ vel ecclesiæ destruit & corrũpit. Non ergo in fermento nequitiæ, & malitię, sed in azimis sinceritatis, & veritatis 1.ad Corin.5. Vel dic q fermentũ est mala persona, per colorem luxuriæ vel auaritiæ corrupta, q pro certo si in pasta.i.in societate vel collegio fideliũ misceatur, licet sint puri, & azimi, tñ ipsos per mala exempla, & verba inficit & corrumpit, & diuidit per discordiam, & seiũgit, & in sui similitudinem eos mutat 1.ad Cor.6. Modicum fermẽtum totam massam corrompit. Quia qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Eccl.13.

### *De Fumo terræ.* *Cap. 62.*

FVmus terræ est herba amarissima, quæ est viridis, multũ est medicinalis. exsiccata autẽ nullius est valoris, grauis odoris, & horribilis est saporis, vt dicit Platearius. Tales sunt multi, quia dum sunt virides per iuuentutem, tunc sunt amari per contritionem, & alijs medicinales per doctrinã, vitam & perfectionem, tamen quando siccantur per senectutem, tunc suus valor, & efficacia adnullatur, quia multi qui in iuuentute proficiunt, in senectute deficiunt, & in malos homines conuertuntur, & fiunt nouissima illorum peiora prioribus. &c. Matth.12.

### *De Fœniculo.* *Cap. 63.*

FOeniculus est herba medicinalis, quæ valet contra venenum, & caliginem oculorum. Nam succo eius serpentes oculos liniunt, & herbã eius in pastu sumũt, & sic visum clarificant, & virtute eius pellem veterem deponentes se renouant, & immutant, & iterum iuuenescũt, vt dicit Pli.li.20. c.23. & Isido. Tale est verbũ Dei, vel sacra scriptura, quia vere ipsa repugnat veneno pctõrum & caliginẽ ignorantiæ abstergit. Nam qñ serpens.i.pctõr est excęcatus, & lumine fidei vel discretionis per ignorantiam priuatus, & in peccatis, & vitiis antiquatus, tunc debet sibi adiungere herbã sacræ scripturę, & verbi Dei, & sic excęcatus oculus intellectus sui clarificabitur per gratiam, & discretionem, & pellis malę conuersationis deponetur, & per conuersionem iuuentus perfectionis inducet, & sic renouari poterit, & mutari. vnde Apostolus, Exuamus veterem hominem, & induamus nouũ, qui ſm Deum creatus est. ad Eph.4. Vel per fęniculum intelligo contritionem, vel aliam virtutem quam volueris.

### *De herba ferula.* *Cap. 64.*

FErula est herba homini multum medicinalis, & contra multas valẽs passiones, muretis tñ est nociua, quia si de lacte eius comederint, statim moriuntur, vt dicit Pli. Et est ferula ex qua fluit galbani resina, & in Amano monte Syriæ reperitur, ſm Plin. Charissimi, per ferulam intelligo corpus Christi, per lac eius intelligo sanguinem in sacramento altaris, quia vere licet sit medicinale homini.i.cuilibet iusto & ratione vtenti, qui.s.est in statu gratiæ, est tñ murenis.i.fluxibilibus peccatorib. carnalibus, & voluptuosis damnabile, & nociuum, quia si tales indigni, qui sunt in peccato mortali, lac istud biberint, per mortis æternæ iudicium moriũtur, quia sicut dr 1.ad Cor.11. Qui corpus domini manducat indigne, iudicium sibi manducat, & bibit. Et sicut ferula cum aceto, & oleo sumitur, sic eucharistia debet sumi cum aceto.i.cum passionis memoria, & cum oleo.i. cum cõsideratione diuinæ misericordiæ. Vel ferula.i.aduersitas, vel etiam disciplina, vel correctionis seueritas (quia.s.ferula a feriendo potest dici) nam.s.ista sunt quæ bonos iuuant, malos autem occidunt spiritualiter, & induratant exemplo Pharaonis, qui fuit sub diuina ferula induratus. Vnde Esai.9. Populus nõ est reuersus ad percutientem se.

### *De Fœno.* *Cap. 65.*

FOenum cibus est propriè iumentorum. Fęnum.n.quãdiu viret, & frondet, montes, & prata vestit, & ornat, 1 & tã floris varietate quã viroris venustate ad sui aspectum oculos allicit, & inclinat. tñ propter suam rationem, & debilitatem faciliter ardore solis siccatur, & sua pulchritudine spoliatur, & finaliter in fimum, & puluerem conuertitur, aliqñ etiam ignis incendiis deputatur. Talis est per oia vita humana, quia primo in iuuentute vr virere per pulchritudinem, & decorem, ita q propter sui speciẽ ad sui aspectum attrahit intuentes. (quia delectabile est videre personã iuuenem speciosam) multum tñ est debilis, & fragilis naturæ, quia vere fallax gratia, & vana est pulchritudo. Prou.31. Nam per calorem naturalem continuè consumitur, & ad vltimum per senectutem desiccatur, & arescenti pulchritudine spoliatur, tandem per mortem exciditur, & falcatur, & in fimum, & pulnerem & putredinem commutatur. Exsiccatũ est fęnum, & cecidit flos. Esa.40. Omnis.n.caro fęnum, sicut dr ibidem, Primo in pastum animalium.i.vermium, & talparum, & qñque demonum infernalium deputatur, & qñque etiam igne purgatorij vel gehennæ comburitur, & crematur. Vnde Mat.6. Fenum quod hodie exciditur, & cras in clibanum mittitur. Vel dic q fœnũ est prosperitas, & gloria mundana, quæ vere est cibus & pastus animalium, & brutorum.i. hominum peccatorum, & ista dum viret, & durat in sui speciositate, mirabiliter delectat intuentes. Nam prata, & montes.i.mundi diuites, & potentes qui tali fęno sunt induti, & mundana gloria cooperti, pro certo delectabile est videre, sed vere ista facillime desiccatur, & consumitur, quia ardor paupertatis, & tribulationis, & maximè mortis, & finalis inferni vexationis, ipsam penitus destruit, & consumit, & ab ea montes.i.diuites exuit, & denudat. Vnde Prouer.27. Aperta sunt prata, & collecta sunt fœna de montib. ¶ Fœnum quãto 2 altior loco nascitur, & minus in terra figitur, tanto citius desiccatur. Vnde fęnum vel herba quæ super tecta nascitur, faciliter exarescit. Sic verè homo quanto altius per superbiã eleuatur, & in altiori dignitate ponitur, & locatur tanto ab humore grãæ, & ab humore ẽt temporalis substantiæ facilius desiccatur, sicut patet in multis qui super tecta.i. in altis officijs sunt locati, quos tñ fortuna destruit subito, & desiccat. Exemplum de Amon & holoferne. psal. Fiant sicut fęnũ tectorum, quod priusquam euellatur exaruit. Isti qñq; arescũt per paupertatem, & depressionem, antequam euellãtur per mortem. Vel ista dic cõtra illos qui de nobilitate generis gloriantur, quia pro certo qñque fit q illi qui altius, & nobilius oriuntur, a virore virtutũ facilius exsiccantur, & infortunijs 3 tpalib. & æternis facilius deputantur Allega vt supra ¶ Fœnum primo abscinditur, deinde soli exponitur, & ne pp superfluam humiditatem corrumpatur, furcis, & rastris sępius cõmouetur. Fęno aũt siccato, per aceruos recolligitur, & tandem ad domum in vehiculis deportatur, & in vsus necessarios reseruatur. Sic religiosus primo per votum, & perfectionem de terra.i.de mundo abscindit, deinde soli Christo per deuotionẽ.s.& contẽplationẽ ostendit, & exponit tandẽ per furcas, & castra.i.per platos sæpe p visitationẽ reuoluit, et sic humore carnalitatis siccato, in aceruos.i.in diuersis cõuentibus recolligitur, et tandem ad domum paradisi defertur, vt ibi ad vsus Dei perpetuos reseruet. Esa.40. Vere fęnũ ppłus.

Folia

*Cap. 66.*

1 FOlia arborem ornant, flores & fructus præseruant, ne
à vento, calore vel pluuia dissipentur. Folium exterius
virens significat bonam, & honestam conuersationem,
quæ pro certo est hoīs ornamentū, & flores bonarū af
fectionum, fructus bonarum operationū abscondunt, & ser
uant, ne.s.a vento superbiæ, pluuia luxuriæ, calore auaritiæ
destruātur. Vel per folia intelligo verba, q̄ hoiem ornāt. &c.
2 Erit folium eius viride. Hier. 17. ¶ Folia modico vento mo-
uentur, in vere virent & æstate, in hyeme pallent, & tandem
cadunt, & putrescunt. Arborū sunt paramentum, & ornamē
tum, & indumentum, & sub folijs fructus q̄q; maturescunt.
Folia sunt diuitiæ, quæ vere hoīs sunt paramentum, & orna-
mentum, & indumentum, & sub folijs fructus q̄q; mature-
scunt. Folia sunt diuitiæ, quæ vere hoīs sunt paramentum, &
indumentum. vnde Esa. 49. His oībus vestieris. Sed vere ista
faciliter mouentur, tolluntur, & perdūtur, quia vere, licet in
æstate p̄sentis vitæ vireant, & sint delectabiles, in hyeme tū
.i. in statu post mortē sunt detestabiles atq; viles. Et sicut vm
bra foliorū est delectabilis viatori, ipsum tñ retardat ab iti-
nere, sic verè status, & eminentia diuitiarū est nobis delecta
bilis in hac vita, a cursu tñ bonorū operū nos retardat. Iō de
malis diuitib. dr̄ Iob. 40. Sub vmbra dormit in secreto calami
in locis humentib. Vel dic q̄ folia sunt hoīes, qui in arbore
huius mundi dependent, qui vere licet in ęstate huius vitę vi
reat per prosperitatē, tñ faciliter vēto tribulationis mouenē
,s. de sanitate ad infirmitatē, de vita ad mortē, & tādē in hye-
me mortis cadunt de ista arbore, s. de mundo, & putrescūt,
& in terrā, & ad nihilū deducunē. Vel dic q̄ in autumno sene
ctutis, & pallescunt, licet vireant in iuuentute, & in hyeme
mortis cadūt Esa. 46. Cecidimus quasi foliū. &c. ¶ Folia arbo
3 rū aliqā sūt medicinalia, aliqā ēt ad nutriēdū aīalia ab agri-
colis ordinanē. Sic verba iustorū sunt alijs medicina & p do
ctrinā sunt eis spūalia nutrimēta. Vel p folia intelligo exem
pla iustorū, quæ sunt alijs vtilia &c. Adiunge superius de cō
uersatione. Folia eius ad medicinam gentium. Eze. 47.

## *De Flagellis.* *Cap. 67.*

FLagella dicuntur summitates arborum, & ramorū nodi
aūt oculi dñr, sic dicti, eo q̄ ventorum flatib. exponunē.
Flagella aūt apta sunt vt cū ipsis pueri flagellenē. Allega
q̄ illi qui alios habēt corrigere, & flagellare, s. iudices & præ
lati, solēt multorum flatib. i. murmuris, & oblocutionib sub
iacere, quia sicut dr̄ Prou. 15. Non amat pestilens eum qui se
corripit. Vel dic q̄ tales flatibus adulatorum vel ventis ina-
nis gloriæ præ cęteris ventilantur.

## *De Floribus in generali.* *Cap 68.*

FLos multiplicem habet virtutē, habent. n. flores colorē,
odorem, saporem, & lenitatem, odore delectant olfactū,
2 & sapore gustum, colore visum, lęnitate tactū. Flores. n.
arborē seu siluā, pratū vel locum in quo sunt, pulchrificāt, &
decorant, ex cęlesti ēt rore quē concipiunt flores, mel apib.
administrant, & ideo apes præcipuè flores visitant, & frequē
tant. Flores ēt sunt vtiles medicinę, & cōtra morbidas passio
nes hoīes adiuuant, & confortant. Tales sunt per oīa viri iu-
sti, & perfecti, q̄a vere iusti sunt virtutis magnę, & perfectio-
nis, quia in eis apparet odor famositatis, color exēplaris ho-
nestatis, sapor, & dulcor pietatis, & lænitas māsuetudinis, &
benignitatis, & ideo odoratu suæ deuotionis, visu suę cōtem
plationis, tactu suæ compassionis, gustu suæ dilectionis non
modice alios reficiunt, & delectāt. boni. n. recreantur qñ Chri-
sti, & sanctorū, & hoīm perfectorum merita meditantur, di-
centes, Can. 2. Flores apparuerunt in terra nr̄a. Et Sap. 2. Nō
prætereat nos flos rpis. Et ideo pro certo tales locū, pratum
vel siluam. i. statum religionē vel collegiū in quo morantur,
specificant, & decorant. ps. in atriis domus dñi Dei nr̄i flore-
bunt. Isti ēt ex rore cęlestia gr̄æ quem concipiunt, mel & dul
cem doctrinam apib. i. Christianis fidelib. administrant, quia
tales alios instruunt, & informant dum sunt in via, illi aūt, q.
sunt in patria, mel gratiæ & deuotionis impetrant, & procu-
rant, & ideo tales debent per amorē, & affectionē, per deuo-
tionē, & associationē, per orationē, & imitationē ab alijs fre-
quentari, & visitari. Tales. n. bonę vitę, exēpli & doctrinę, sūt
alijs medicina. Dicamus ergo illud Cant. 7. Egrediamur ad
agros videamus si vinea floruit. ¶ Flos s̄m Isid. dr̄ a fluendo,
eo q̄ faciliter defluit, & siccatur. Flos quādiu est in arbore ip
sam ornat, sed adueniente calore, incipit pallescere, & sicca-
ri, & finaliter vento deiicitur atq; cadit. tempestiuus etiā, &
nimis velox ortus floris signum est defectus, & carentiæ fru-
ctus exterioris consequentis, quia qñ arbor multum copio-
se, & cito floret, & cōiter fructum vlterius non producit, ac
si contenta esse debeat florida prima venustate, s̄m Plin. li. 11.
c. 1. Talis est mūdana prosperitas, quia vere pulchra est, & de
lectabilis ad videndū, & arbores quę eam hēt. i. diuites, & po
tētes ornat, & decorat, sed vere faciliter defluit, & siccatur,
quia qñ ventus tribulationis, & mortis flauerit, qñ calor, &
ardor tribulationū exarserit, tūc flos iste facilime dissipatur.
Exsiccatum est fœnum, & cecidit flos. Esa. 49. Qñ etia in ali-
qua arbore. i. in aliquo hoīe est abundantia, & velox copia ta
lis floris. i. prosperitatis mundanæ diuitiarum deliciarum, &
honorum. &c. hmōi pro certo signum est q̄ fructum æternę
beatitudinis non acquiret, ac si contentus esse debeat illa p̄-
senti floriditate, quia s̄m Amb. Continuus successus tempo-
ralium, æternæ damnationis est indiciū Prou. 20. Substantia
ad quam festinatur in principio, in fine benedictione care-
bit 1. Pet. 1. Gloria eius tanquam flos fęni. Vel dic q̄ flos est
vita humana, quæ verè licet in iuuentute pulchra, ridens, &
gratiosa videatur, tñ faciliter deperit, & arescit, q̄a qñ calor
naturalis vel mundanę tribulationis vel corporalis infirmita
tis eam exusserit, tunc vere statim pallescit, & deficit, & tan-
dem per mortē decidit, & in terrā putrescit, & descendit. vñ
Iob 14. Quasi flos egreditur, & conteritur. Vel per florem in
telligo pulchritudinem corporalē, quæ corpus ornat, & po-
lit. &c. sicut supra. Iac. 1. Exsiccatum est fęnum, & cecidit flos,
& decor vultus eius deperijt. ¶ Flos ad fructū ordinatur na- 3
turaliter. vnde vbi est flos, spes est fructus sequetur. Et est flos
arboris paramentum, faciliter tñ deperit, & vento vel ardo-
re vel pluuia faciliter dissipatur. Flos. n. semper præcedit fru-
ctum, de puro humore arboris originem contrahit, & erum
pēs de arbore, ipsam non violat, sed eam perficit, & decorat,
& aspicientes reficit, & delectat. Talis est gr̄a vel meritū, quia
vere ista præcedit, & ordinatur ad fructum æternæ beatitu-
dinis, quia vbi est flos gr̄ę & meriti, spes debet esse q̄ fructus
æternæ gloriæ subsequetur. Meritum. n. præcedit præmium,
non ecōuerso. Et iste flos, s. meritum, gratia seu virtus, de pu-
ro humore. i. de bona cordis affectione producitur, & arbor
.i. anima eo mirabiliter adornatur. Ideo dicebat sponsa. Cāt.
2. Stipate me floribus, fulcite me malis. Iste tñ flos in hac vita
faciliter deperit, & per pctm̄ penitus dissipatur. Nam frigo-
re inuidiæ, vento superbiæ, pluuia luxuriæ, calor auaritiæ fa
ciliter destruitur atq; cadit, & sic fructus non sequitur expe
ctatus. Iob. 8. Cum adhuc sit in flore, ante oēs herbas arescit.
Vel dic q̄ flos est bona affectio, quæ in arbore cordis crescit
ex humore gr̄æ vel charitatis, & ipsum perficit atque ornat.
Nam illa præcedit fructum boni operis, & eum significat af-
futurum, faciliter tñ deperit, & deficit per pctm̄, s. frigore vel
calore, pluuia seu vento. &c. sicut supra. Vel dic q̄ flos est ho
nesta conuersatio, quæ vere arborem. i. hoīem in quo est per
ficit atque ornat, & fructum interiorum virtutum significat
atque monstrat, aliosque reficit, & delectat, tñ finaliter per
pctm̄. &c. sicut supra. ¶ Flos sine arboris corruptione de ipsa 4
oritur, & cum ortus fuerit, arbor sua per eum decoratur. Et
pro certo sic est de Christo. Virga. n. ex qua oritur, flos est
beata virgo, ex qua Christus fuit natus, qui tñ in suo ortu vir
gam istam non corrupit vel violauit, sed eam perficit, & de-
corauit. Esa. 11. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de ra
dice eius ascendet. ¶ Flos ex rore cęlesti mel concipit, & id 5
apib. administrat, & ideo ab apib frequentatur. Sic beata vir
go ex cęlesti rore. i. gratis, mel. i. Christum dulcissimum mi-
nistrauit, & ideo à nobis debet per deuotionē summopere
frequentari. Vel per mel intelligo deuotionē vel gratiam, q̄
Dei genetris nobis præstat. Et abiunge si vis. §. 1. ¶ Flos in or
tu solis se aperit, & in eius occasu iterum se recludit. Quidā 6
sunt etiam flores qui solem s̄m omnia puncta sequuntur, s. sol
sequium. Sic vir perfectus se aperit per amorem ad solem. i.
ad æternam beatitudinem, quæ est incommutabilis, ad no-
ctem autem seu lunam. s. ad mundum, & eius mutabilē pro-
speritatem secludit, & ad eam nullatenus se expandit. Expo
ne si vis aliter sicut infra de solsequio. ¶ Flos campi est flos sti
pite gracilis, colore rubicundus, & sanguineus ad videndū
est ami-

### De Germine. Cap. 70.

1 GErmen est principium plantæ, floris, folij, & fructus,
illud. i. quod primo oritur a radice. Nã virtute calo-
ris cęlestis humor radicis attrahitur, & exteri⁹ in ger
men conuertitur, & quia radix sp humorem terrę cō
tiguè non cessat attrahere, & ad germen transmittere, idcir-
co germen continuè dilatatur, quousq; debitũ recipiat cō-
plementũ. Est aũt teneræ naturæ, & fragilis, & ideo facillimè
læditur, qñ vento vel grandine, corrupto aere vel rore infe-
cto tangitur, & fœdatur, & qñ germen corrumpitur, tũc, fru
ctus, & floris spes amplius non habetur. Et ideo sm Isid. Ger
men dr̃ a generando, eo q ab eo flos, & fructus generetur.
Charissimi, per germen intelligo statum iuuentutis, quæ pro
certo est principiũ bnis, & origo, & ẽt principale fundamen
tum floris honestæ conuersationis, folij bonæ loqutionis,
& fructus bonæ operationis, quia à iuuentute, & consuetudi
ne iouentutis dependent oĩa ista. Vnde Eccl. 25. Quæ in iu-
uentute congregasti, in senectute reperies. Nam qñ radix i.
prædicatores, & pręlati humorẽ deuotionis a terra. i. a Chri
sto continuè attrahunt, & tandem ad germen. i. ad filium iu
uenem ipsum transmittunt, s. per bona documenta, tunc ger
men istud perficitur, & scientia, & moribus cōpletur, quia si
cut dr̃ ad Ro. 11. Non tu radicem portas, sed radix te: talia tñ
germina, s. iuuenes hoies, sũt multũ debiles, & fragiles ad re
sistendũ, & faciles ad cadendum, & iõ aere corrupto. i. mala
societate, rore infecto. i. mala doctrina, & loquacitate, vento
vel frigore. i. in tpali aduersitate, calore vel pluuia. i. præsen-
ti prosperitate faciliter vitiantur. his. n. oib. causis pōt corrũ
pi iuuenis, & turbari, quia sicut dr̃ 1. ad co. 5. Modicũ fermẽ
tum totã massam corrũpit &c. Et qñ germen iuuentutis de-
struitur, tunc vix aut nunquã pōt fructus bonorum operum
expectari, quia sicut dr̃ Prou. 22. Adolescens iuxta viã suam
et cum senuerit, non recedet ab ea. Vel dic q radix est pater,
germen est filius, qui primo à radice. i. à patre, exterius. s. ad
scholas emittitur. & transmittitur, & humor qui à terra cō-
cipitur. i. tpalis substantia quæ a parentib. acquiritur, & à ter
ra. i. a suis terrenis puentib. recipitur, ei continuè deriuat,
& sic per doctrinã, & scientiam perficitur, & dilatatur. Dñt
. n. patres filijs thesaurizare, non filij patrib. 2. ad Cor. 12. Vel
dic q germen est bona affectio, cogitatio vel propositum, q
principiũ est floris, folij & fructus &c. sicut supra. Et hæc ex
humore grãæ, & deuotionis a radice cordis gñatur, & conti-
nuè nutritur. & cōpletur. Est tñ multum debilis, & tenerę na
turæ, quia vere faciliter corrumpitur, & destruitur per pec-
catum, s. ab aere, rore &c. sicut supra, & sic fructus boni ope-
ris impeditur, quia qñ bona cogitatio, propositũ, & affectio
destruitur, tunc fructus boni operis nõ amplius expectatur.
Vnde in psal. Iustus germinabit sicut Lilium, & florebit &c.
2 ¶ Germen licet sit modicæ quantitatis, tñ qñq; præcipuę est
virtutis. Nã tunc herbæ sunt magis vtiles medicinæ, qñ sunt
in germine vel flore, & sunt germina ornat⁹ terræ, principiũ
fructuum, sequentis æstatis indicium, finis hyemis, & æstatis
initium. Talis est gratia Dei, quia vere illi sunt medicinales. i.
boni, & virtuosi qui eam secũ portant. Ista. n. terrã. i. animam
ornat, & fructum æternæ gloriæ præcedit, & eũ expectandũ
sperare facit. Sed qñ germen istud a locustis. i. à tentationib.
& demonibus corroditur, tunc spes fructus istius eneruatur.
Vel germen significat virtutem vel etiam honestatem, quæ
humore gratiæ ab radice cordis exeũt, & virtute caloris cha
ritatis gignuntur &c. sicut supra.

### De Gramine. Cap. 71.

1 GRamen est herba minuta, quæ super terræ superficiẽ
est diffusa, & hoc qm per se nascitur, quia primo vir-
tute cęlestis caloris radix eius in terra producitur, tã
dem humorem terræ sibi incorporat ad nutrimentũ
& augmentum, & q superfluum est de humore, in folia con
uertitur, & sic per se in terra tales herbæ oriuntur, & multa
gramina se inuicem cōplectuntur, & terræ superficies ab eis
induitur, & vestitur. Terra est religio, gramina eius sunt reli
giosi, qui verè ibi virtute caloris cęlestis. i. per inspirationem
sancti spũs generantur, & ad spũale nutrimentũ sugũt humo
rem religionis, i. grãm, & deuotionem doctrinã, & lectionẽ,
& exinde causant folia. i. bonã locutionẽ, & pdicationẽ, & ho
nestã cōuersationẽ, florẽ & fructũ &c. & se inuicẽ cōnectunt
per charitatẽ, & dilectionẽ. Vna vni coniungitur. Iob. 41. sic
sic terrã. i. religionẽ vestiunt, & adornant per moralẽ perfe-
ctionẽ. ¶ Tã in herbis q̃ arborib. illud qđ est de humore sup- 2
fluũ, & de medulla ad pductionem mittitur foliorũ. Sic ve-
re tam in religiosis q̃ in secularibus qñ in medulla cordis est
abundantia humoris, i. bonarum vel malarũ affectionũ, tũc
exinde prorũpit foliorũ. i. verborũ exteriorũ affluẽtia, & na
tura. Mat. 12. Ex abundantia cordis os loquitur. ¶ Quãto ra 3
dix herbæ vel arboris in terra profundius se infigit, tãto her
ba altius se exaltat, & diffusius se dilatat. Sic verè quanto ra
dix cordis in terra. i. in statu infimo magis profundatur per
humilitatem, tanto latius dilatatur per charitatẽ, & finaliter
in cœlo altius eleuatur ad æternã dignitatẽ, quia qui se humi
liat, exaltabit. Mat 23. & Iob 5. Ponit humiles in sublime &c.
¶ Qñ gramen incipit germinare, tunc melius se multiplicat, 4
& fęcundat si cōpressum fuerit, & mediocriter cōculcatum,
si aũt pro libito crescere, & luxuriari permittitur tunc de fa
cili prorumpit in semen, & induratur, & suã perdit pulchri-
tudinẽ, & decorẽ, vt dicit Pli. Sic verè qñ homo primo in-
cipit germinare per bona opera, tunc vtile est ei vt ab alijs
deprimat per tribulationes, & conculcetur per contemptũ,
ne. s. superbiat aut psumat. Nã qñ pro libito voluntatis dimit
titur, tũc faciliter in semen pdicationis erumpit, & luxuriat
. s. ãte tps, quia nimis cito alios vult docere, nõ seipsum, & sic
qñq; per psumptionẽ vel alia pctã perdit decorem grãæ, & ho
nestatis pulchritudinẽ, & virorem. Egressus bestiæ saltus cō
culcauerũt carduum 4 Re. 14. Vel dic q qñ aliquis est in ger
mine iuuentutis, tunc verè vtile est q ab aliis cōculcetur, &
deprimatur per correctionem, & tribulationem, & q sub pe
de tencatur per subiectionẽ, quia alias de facili nimis cresce
ret per superbiã, desiccaretur per auaritiã, & semẽ emitteret
per luxuriã, & sic perderet virorem pulchritudinis, & virtu-
tis. ideo Thr. 3 Bonum est viro cum portauerit iugũ ab ado
lescentia sua. ¶ Herbæ exterius in suis qualitatib. variant sm
varietatẽ humorũ interiorũ, & in suis virtutib. diuersimode 5
distinguuntur. Sic vere opera exteriora sm naturam humo-
rum. i. affectionũ cordis variantur, quia sic q homo se gerit
interius, sm hoc operatur. & se disponit exterius. Vnde Ec
cle. 13. Cor hois immutat faciẽ eius, siue in bono, siue in ma
lo. ¶ Herbæ variantur sm situm. Nam illæ quæ nascuntur in 6
montib. & locis siccis, sunt breuiores, & graciliores, & sunt
simpliciter cæteris meliores, & ad esum animaliũ saniores.
Herbæ aũt quæ in paludib. & vallibus oriuntur, sunt maio
res, & grossiores, & longiores, tñ ad esum, & vsum animaliũ
minus sanæ, sicut dicit Isaac in dietis. Charissimi, mons est re
ligio vel ecclesia, vallis est mundus. Nam illi qui sunt in mon
te religionis, & statu perfectionis, licet sint minores et bre-
uiores quo ad delitias, et diuitias temporales, tñ sunt cęteris
meliores, et ad esum. i. ad imitationem aptiores. Illi aũt qui
in vallibus, et paludib. i. in mundo et mundana prosperitate
versantur, licet sint maiores quo ad diuitias, tñ sunt grossio-
res per superbiam, et sicciores per auaritiam, et sic quo ad
dandum nutrimentum bonorum exemplorum sunt alijs mi
nus apti. Vel dic q herbæ quæ sunt in monte religionis, sunt
paupertas, pęnitentia deuotio, lectio. Herbæ aũt quæ sunt in
valle. i. in mundo, sunt diuitiæ, delicię et cętera mundi bona,
quæ pro certo sunt aliis minus bona, et ad nutrimentum mi
nus apta. Vnde Eze. 34. In montib. Israel pascã eas, in herbis
virentib. ¶ Inter herbas sm Isaac in dietis, illa quæ vel cuius 7
radix nutrit, semen eius non est nutritiuum, sicut patet de ra
pa, cuius radix nutrit, non semen. Cuius autem semẽ nutrit,
eius herba vel radix non est nutritiua, sicut patet de faba, cu
ius semen et non herba nutrit. Sic vere multi sunt quorum
virtus nutritiua, i. virtus aliorum iuuatiua, et cōfortatiua est
in semine, non in rebus, sicut sunt multi, qui semen prædica-
tionis, consolationis et instructionis habẽt bonum, quorum
tñ reliquum corpus. i. quorum virtus, et vita non proficit ne
que nutrit, sicut sunt hypocritæ. Alii aũt sunt quorum cor-
pus et non semen. i. quorum facta et non verba sunt aliis nu-
trimenta, sicut sunt boni simplices, qui habent opera, et non
verba. ¶ Herba tempus austerum, ventosum et pluuiosum di- 8
ligit, et in eo fortius cōualescit, vt dicit Beda. Sic vere herbę
. i. vitia, et pctã, et malę affectiones tunc fortius inualescunt,
qñ tempus. i. status est ventosus per honorum vanitatem, et
pluuiosus per mundi prosperitatem. Sed vere qñ status ho-

minis est frigidus per paupertatẽ,& aduersitatẽ, & sicc⁹.s.ab humore tpalis prosperitatis, tunc herbæ.i.malæ affectiones, & pctã in eo minorant̃,extirpant̃,& desiccant̃. Iac. 1. Exsiccatũ est fęnũ &c. Vel per herbã intelligo fidẽ, q̃ pro certo plus proficit atq; valet, qñ cõculcatur ab infidelib. & qñ tempus per tribulationẽ est tẽpestuosum, sicut patet de tpe martyrum, vbi quanto tyranni magis seuiebãt, fides magis crescebat, quia sicut dr̃ Exo. 1. Quãto Pharao magis opprimebat filios Israel, tãto magis multiplicabant̃. Vel per herbã intelligo falsos amicos, qui abundãt in tpe,& pluuia prosperitatis, deficiunt aũt in tpe aduersitatis. Diuitiæ addunt amicos plurimos, a paupere aũt,& hi quos habuerat, recesserunt. Prou.
9 14.¶Gramen aũt s̃m Dios. est quædã herba specialis, multũ medicinalis, q̃ canis se purgaturus quærit, & comedit, & sic se purgat. sed s̃m Pli. hoc ita cautè facit, q̄ vix pōt ad humanã petitiã peruenire. Ista est sacra scriptura, q̃ facit vitã purgare & euacuare,& ideo canes.i.custodes.s. gregum prælati, istam debent præcipuè comedere, sed verè hoc ita raro fit, q̄ non percipitur nec videtur.
10 ¶Herbæ quæ magis sunt nutritiuæ,& dulces, sunt vt cõiter minus medicinales, illæ autẽ quæ sunt valde medicinales, non sunt vt communiter nutritiuæ, quia verè sunt insipidæ vel amaræ. Sic verè mundi bona quæ corpus nutriunt,& impinguant, nullam dant animę medicinam, bona autem spiritualia, quæ sunt animæ medicina, nullum dant corpori nutrimentum.

## *De Galbano.* *Cap. 72.*

1 GAlbanũ est gummi cuiusdã herbæ quæ dr̃ ferula. Nã illa herba in æstate inciditur,& galbanũ inde lachrymatur,& distillat. Gummi est odoriferũ,& igneæ naturæ,& mirabiliter medicinale,& cõtra multas proficit passiones, s̃m Pli. Plat. & Dios. Talis est elemosyna, virtus pietatis, lachrymarũ,& cõpassionis. Nã qñ arbos.i.hõ scinditur per contritionẽ vel tpalem tribulationem, seu ẽt per diuinam inspirationem, tunc emittit lachrymam per cõpunctionem, quia sicut dr̃ Ecc. 22. Qui pungit oculum, educet lachrymas. Vel etiam tũc exinde stillat gummi fluidæ pietatis, quod pro certo est odoriferum per famositatem,& valet cõtra morbos oĩm peccatorũ, quia elemosyna extinguit pctm̃. Eccl. 3. Virtutẽ etiam habet igneam, quia.s.oĩa peccata exurit & consumit. Et sicut galbanũ leuit, mitigat, menstrua prouocat, fętum mortuũ educit, venenosis resistit, sic pietas aliorum miserias mitigat atq; lenit, mẽstrua etiam, & fętus mortuos,.i.interiora vitia & peccata prouocat & educit.

## *De Gutta seu hammoniaco.* *Cap. 73.*

GVtta est gummi vnius arboris q̃ dr̃ hammoniacũ. Cuius arboris in æstate rami inciduntur, & lachryma q̃ inde defluit, medicinæ vsib. deputatur, odorẽ habet suauem sicut castoreum, virtutem etiam efficacẽ, & est candida,& pinguis sicut thus,& qñ frangitur, apparet interius candida,& gummosa. virtutem habet dissoluendi, & laxandi, calida est in tertio gradu, vt dicunt Isid. Pli. & Dios. Talis est charitas, quæ virtutem habet igneã,& ardentẽ. Dissoluit.n.mentem per compassionem,& eam laxat per elemosynarũ largitionẽ gũmosa est,& glutinosa,.s. inter discordes per concordiã,& amorẽ, medicinalis est cõtra vitia,& pctã, & odorẽ bonæ famę emittit &c. Oĩa delicta operit charitas. Prou. 10. Et hæc ab arbore Christo distillauit,& maximè qñ in æstate.i. In feruore passionis fuit fractus per mortẽ, & claui,& lancea perforatus, quia tũc apparuit p̃cipuè charitas inanita. Vel per guttam intelligo pietatẽ, & expone sicut supra de galbano &c. Vel per guttam intelligo sanguinẽ Christi vel lachrymas,& compunctionem. Ideo de ista gutta dicit Psal. Mirrha,& gutta,& casia a vestimentis tuis.

## *De Gariophylis.* *Cap. 74.*

1 GAriophili sunt fructus vnius arboris in India, calidi,& sicci in effecto, nigri coloris, suauis odoris, acuti saporis,& boni. Gariophylum qñ vngue premitur tunc sp aliquid emittit humiditatis, quia licet exterius sit siccũ, interius tñ est multum humidum subiectiuè, vt dicit Dios. Talis debet esse vir perfectus,& maximè prælatus, quia cũ iste sit fructus arboris ecclesiæ ideo debet esse calidus per charitatem, siccus per castitatẽ, niger per pniam,& exteriorẽ humilitatem, odorosus per famositatẽ, acuti saporis per correctionis asperitatem, verumtñ qñ vnguibus.i. aliorũ miseriis præmitur,& instigatur, tunc debet emittere humorem,& dulcorem.i. mellifluam pietatem, quia verè licet exterius sit sicc⁹, & austerus per iustitiã,& rigorẽ, intus tñ debet esse mollis, & humidus per clementiã,& dulcorẽ. Figura de arca testamenti, in qua non tñ erat virga, sed ẽt tabulæ cum manna. Sic ẽt in prælatis non tm̃ debet esse virga correctionis, tabulę discretionis, imo ẽt manna pietatis,& cõpassionis, vt dicat cũ
Ps. Miam & iudicium cantabo tibi.¶Gariophylum pressum 5
statim emittit humiditatẽ si sit bonum. debet seruari in loco temperato, nec nimis humido, nec nimis calido, quia in calido desiccat̃,& in humido cõputrescit, in sicco vero arescit, vt dicit Dios. Diu seruatur in tẽperato calore, nisi forte fuerit sophisticatũ.s. per quinq; annos, sed si sophisticatũ fuerit, vix vltra viginti dies durare poterit. Sic vere vir iustus statim, q̄ p̃mitur,& instigatur precib. afflictorum, debet emittere humorẽ cõpassionis,& elemosynarũ largitatẽ. Et iste dẽt seruari in loco.i. in statu tẽperato, vt.s. nõ sit nimis humidus, per prosperitatem, nec nimis sicc⁹ per paupertatem, quia faciliter corrumperetur per luxuriã in prosperitate,& p murmur,& desperationẽ,& impatientiã in paupertate. Iõ bene petebat sapiens, Prou. 30. Nec paupertatẽ, nec diuitias dederis mihi dñe. Qđ ẽt de subditis põt dici, quia si nimis humide.i. laxe teneantur, faciliter per insolentiã corrũpũtur, si vero in siccitate,& austeritate nimis arceant̃, tunc ẽt per impatientiã humore deuotionis penitus spoliant̃. Et breuiter, isti si boni sunt,& nõ ficti, sed veri, diu pñt in bono perseuerare, & in iustitia cõseruari, si vero sophisticati hypocritæ, & ficti fuerint, tũc nequeũt diu in bono manere, nec in sua ficta iustitia cõmorari. Sen. Qđ fictũ est, nõ põt esse diuturnũ. Vel dic, q̄ iste est pctõr, q̃ statim q̄ p̃mitur correctione vel tribulatione, p̃dicatione vel monitione, statim p̄ certo si sit bonus, dẽt emittere liquorẽ,& humorẽ lachrimarũ cõpũctionis,& deuotionis. Vnde Thren. 1. Oculus meus deducens aquam.

## *De Genesta.* *Cap. 75.*

GEnesta vel myrica est frutex crescẽs in terris desertis,&
incultis, cuius p̃sentia infęcunda terram esse indicat. in 1
qua crescit, saporem & odorem habet fœtidum,& amarum, in hyeme viret,& floret. Talis frutex est pctm̃, quia vere in terra inculta per pniam,& deserta a Deo & sanctis.i. in homine qui est impius,& pctõr, crescit, & gñatur,& sterilitatẽ spũalem in eo denotat,& declarat.& est fœtidũ in se,& amarum quantum ad remorsum conscientiæ,& in hyeme p̃sentis vitæ viret pręcipue,& abundat. Vnde Hie. 48. Eritis sicut
myricæ in deserto.¶Myrica omni tpe viret,& floret, hyeme 2
.s.& æstate, in sterili terra nascitur, verumtñ ipsam facit fertilem,& fęcundã qñ ibi remanet per tres annos,& iõ in patria mea & in plurib. aliis locis in terris plãtatur sicut segetes, vt sic per eã fęcundetur. Nam post triennium desiccatur,& sic humor eius ad terrã descẽdit vna cũ folijs,& superfluitatib. quæ cõputrescũt,& sunt ibi loco fimi,& sic terra fertilior efficitur. Recte charissimi talis est Christus, quia vere omni tẽpore fuit viridis per honestatẽ,& floridus per puritatem, & iste ẽt terram in qua plantatur.i. humanum genus fecit fertile quo ad bona opera,& virtutes. Nã post trienniũ decuplatum.i. post 30. Annos fuit desiccatus per mortem, & sic humor eius.i. sanguis vel eius gr̃a ad terram.i. ad humanum genus descendit,& sic illud bonis operib. fęcundauit. Vel dic q̄ genesta est vir iustus, qui omni tpe.i. hyeme tribulationis, & in æstate prosperitatis debet per gr̃am virere,& terram.i. societatẽ in qua est, suis exemplis fœcundare,& suis bonis verbis instruere,& docere. ¶Genesta valet cõtra multas passio
oes, quia eius elixatura mestrua restringit,& dẽtib. subuenit. 3
Sic verè vir iustus &c. Dic q̄ genesta est tribulatio,& pœnitentia, quæ licet sit amara, tñ medicinalis est, quia menstrua luxuriæ,& deliciarum stringit, & hæc in terra sterili.i. in viris pauperib. plus abundat. ¶Genesta amara est & fœtida, li-
cet viridis,& florida videatur,& ista terram in qua plãtatur, 4
fœcundat, et valet ad multam medicinã. post tres annos desiccatur, et quia ad nullum valet ædificium, ignis tantum incendiis deputatur. Talis est hypocrita, amarus per murmurationem, fętidus.s. coram Deo per interiorem corruptionem, vel per luxuriam, et infectionem, licet sit viridis per honestam

ftam conuerfationem. Hic.n.terram,& patriam in qua eft,fę
cundat per fuam bonam prædicationem,quia.f.alijs benè vi
uere præcipit,quamuis ipfe minimè bene viuat,cito tñ,& fa
ciliter ficcatur,& deftruitur per peccatum,& fic fua ficta ho
neftas deperit,& pulchritudo,& quia non conuenit ad ędifi
cium paradifi,idcirco infernalib. incendijs deputatur. Igni
datum eft in efcam.Eze.15.

## *De Grano in generali.* *Cap.76.*

1 GRanum eft minima pars diftincta, quæ fit in planta, fed
granũ quãuis modicum q̃titate, tñ maximum eft virtute,
nam in quolibet grano eft ratio feminalis, & virtus,qa
pôt educi de quolibet grano planta,& in quolibet eft cortex
& medulla. Talis eft vir perfectus,quia vere quantum ad fuã
reputationẽ,ipfe eft paruus,& minimus per humilitatẽ,cor-
ticem habet.i.exteriorem honeftatem, medullam habet.i.in
teriorem pietatem vel charitatem,& fic in ifto eft rõ femina
lis.i.principium virtutis,& doctrinæ vel prædicationis,p ꝙ
pôt producere plãtam.i.exteriorẽ bonã operationẽ, vel plã
tam producere.i.p q̃ pôt alios gñare in fide,& charitate. Per
euangelium ego vos genui. Vel per rõnẽ feminalẽ intelligo
2 charitatẽ,p q̃ planta.i.bona opera gñant. ¶ Grana fm Arift.
li.de plantis,diuerfimodè variantur,quia,quidã apparent in
arbore,& funt expofita,& aperta,vt in cumino, & fęniculo,
q̃dam aũt in thecis,& in folliculis includuntur,vt funt fabæ,
& fimilia,& q̃dã in fub̃a carnofa continentur,vt pifa, & fimi
lia. Sic verè inter herbas fpũales.i.hoĩes, quidam habẽt gra-
na.i.opera,& expofita per boni exempli dationẽ,quidam ea
habent occulta,& reclufa per humilitatẽ,& celationẽ,quidã
ẽt in fub̃a carnofa.i. in mollitie pietatis ea recludunt per be
nignitatem,& deuotionem &c. Vel dic ꝙ hoim, quidã funt
aperti,& expofiti,f.feculares,alij claufi, & inuoluti,f.religio
fi,& regulares,qui in thecis.& côuentib.funt inclufi fub clau
fura ftatutorũ. Vel inter religiofos quidã funt penitus inclu
fi,ficut eremitę vel reclufi,vel carthufienfes,alij autẽ non ex
toto,fed ex parte,ficut cæteri, qui q̃nque exterius exeunt ad
mundana,vt fuis bonis exemplis feculares alliciant ad virtu
3 tem. ¶ Grana inclufa variantur,quia licet oia fint debitè or-
dinata,funt tñ aliqua fine medio pariete côiuncta, alia autẽ
mediante pariete funt diftincta,alia aũt habent parietẽ ficcũ
& ligneũ,ficut patet in nuce,alia autẽ carnofum,ficut patet
in malogranato,cuius grana per carnofas partes diftinguun
tur,fm Arift.ibidẽ. Sic inter illos qui in côuentib. funt inclu
fi,quidam funt immediate coniuncti per charitatem,& de-
bitè ordinati. Alij aũt per partes funt diftincti,& diuifi p par
tialitatẽ. Nam quofdam diuidit abinuicẽ paries ficcus, & li
gneus.i.affectio diuitiarum,quofdã aũt paries carnofus.i. af
fectio carnalium deliciarũ feparat,& feiungit. Vide 1.Re.11.
Separati funt ita,& diuifi,vt non remanerẽt duo pariter. Bo
ni aũt fine aliquo medio fe côiungũt. Iuncti funt pariter &c.
Vel dic ꝙ quidam fe amant nullo intermedio,ficut boni, &
alij fe coniungunt,& diligunt aliquo intermedio,f.carnalita
te vel diuitijs &c. ficut fupra,quia ficut dr Luc.6. Peccatores
4 diligentes fe diligunt. ¶ Grana variantur fm formam,quia
alia rotunda,alia triangula,alia oblonga, alia quadrata, fed
omne granum longũ femper eft in vna parte acutum,fm Ari.
ibidem. Sic verè boni variantur, quia quidam funt rotundi
per obedientiæ velocitatem,alij oblongi per perfeuerantiæ
longanimitatem, alij quadrati per quatuor virtutes cardi-
nales, alij triangulares per tres virtutes theologicas. Adiun-
ge iftud fi vis fupra cum.§.1.

## *De Gith feu Nigella.* *Cap.77.*

1 GIth feu nigella eft herba nigra,quæ cum frumento na
fcitur,quæ virtutem habet diffoluendi, & confumen
di.eft.n.calida in tertio gradu,formã habet quafi triã
gularem,& in multa quantitate fumpta interficit co-
medentẽ,abortum etiam facit,& procurat, vt dicunt Diof.
Plin.& Arift. Sic verè cum tritico,i. cum viris iuftis in agro
ecclefiæ vel religionis eft q̃nq; mixta nigella.i.aliquis infolẽs
& peccator,qui nigri coloris dr quantum ad malam conuer
fationem, triãgularis quantum ad mutabilem côditionem,
quia nunc in vno latere,nunc in alio. Et ifte virtutem habet
diffoluendi,& disiungendi,f.per charitatem fœderatos, per
detractionem,& per verborum relationem,quia.f.verborũ
relatores,alios ab alijs feparant,& disiungunt,qa vir linguo
fus feparat principes. Prou.16. Confumit.n.& occidit per de
tractionem,& diffamationem. Ifte ẽt quo ad mala exẽpla eft
alijs mortiferus,fi fumatur per imitationẽ vel per fuæ focie-
tatis frequẽtationẽ,quia.f.per fua mala verba & exempla fa-
cit alios à fœtu boni côcepti propofiti abortire. Ideo dr Efa.
59. Qui comederit de ouis eorum morietur. Vel dic ꝙ gith
eft bonus religiofus,niger per humilitatem,calidus per cha
ritatem,triangulus per triplicem virtutẽ,& multum medici
nalis per vitæ,& doctrinæ,& exempli fanctitatem. ¶ Gith eft 2
genus leguminis quod dulcorationis gratia fpargitur in pa
ne,& eft herba calida,aperitiua,diffolutiua,virtutem habens
plurimam medicinæ. Talis eft pietas,quæ calefacit per chari
tatem diffoluit per compaffionem,aperit per affectionem,&
deuotionem,& valet in medicina,f.contra vitia,& peccata,
quia pietas ad omnia valet 1.ad Tim.4. Vel dic totum de cha
ritate vel humilitate.

## *De Ilice.* *Cap.78.*

ILex eft fpecies quercus glandifera, cuius fructus fm Pli. 1
multas reficit nationes. Nam(vt dicit idem)antiquitus vi
uebant hoĩes glande antequã vfus frumẽti effet inuẽtus.
Hic eft mũdus,cuius fructus,f.diuitiæ,& deliciæ,multos
nutriunt,& reficiunt,quia multi funt qui immodo bonis tpa
lib. nutriuntur,& maximè porci.i.deliciofi,& carnales. Anti
qui ẽt.i.patres veteris tefti,illos fructus diligebant, & acqui
rebant. Patet in Abraam,Dauid,Salomone,Iob & cęteris,q
fuerunt ditiffimi, & hoc quia adhuc non venerat vfus farris
.i.bonorum fpũalium,& æternorũ, vel vfus ẽt farris.i.facra-
menti altaris Chrifti. Sed verè quia modo poffumus inueni
re frumentũ.i.delicias vitæ æternę,& bona fpũalia, vel etiam
corpus dñi in altari,ideo tales glandes.i.bona tpalia amplꝰ
comedere nô debemus. Vel dic ꝙ far, & eucharistia &c. per
oia ficut fupra. Vel dic ꝙ glãdes funt fcientię legales vel phy
ficæ,far aũt eft fcientia diuina,qua modo debemus vti, quia
.f.quamuis nos alij dum effemus feculares, vteremur glãdib.
.i.fcientijs fecularib. modo tñ q̃n facti fumus religiofi, eccle-
fiaftici,& prælati, debemus vti fęrre.i. fcientia facrę fcriptu
ræ.pf. Adipe frumenti fatiat te &c. ficut fupra. Sapiẽtia.n.mo
do ædificauit fibi domum,f.ecclefiæ,pofuit menfam,mifcuit
vinum &c. Prou.9. ¶ Ilex eft arbor ꝓfundæ radicis, corticis 2
duri,& fpiffi,magnæ rotunditatis,famofitatis,& vmbrofita-
tis,magnę eft ẽt foliditatis,& imputribilis firmitatis,fm Pli.
Talis eft per oia vir perfectus,& maximè prelatus,quia radi
ces fidei dẽt habere profundas,& benè fixas,& firmas,corti
cem ẽt.i.exteriorẽ apparentiã debet habere groffam, & ru-
dẽ,quia nô debet effe in veftib. curiofus vltra q̃ deceat exigẽ
tiã fui ftatus. Debet ẽt effe ramofus per bonas affectiones,fę
cundus per bonas operationes,vmbrofus per bonorũ exem
plorum dationes,& per tpaliũ beneficiorũ cofolationes, qa
vmbra eius.i.eminentia fui ftatus debet viatores recreare,&
côfortare,vel vmbra.i.bonis fuis tpalib. debet pauperes cô-
fortare,vt dicatur illud Dan.4. ꝙ fub vmbra eius habitabãt
oẽs beftiæ terræ. Et hic debet effe folidus per conftantiæ fir
mitatẽ,& imputribilis p perfeuerantiæ longanimitatẽ, quia
nunq̃ debet putrefieri per pc̃tm.f. interrũpendo bonã vitã,&
fanctitatẽ. Vnde Amos.2. Altitudo cedrorũ altitudo eius,&
fortis ipfe quafi quercus &c. ¶ Ilex eft lignũ forte, durabile, 3
& quafi imputride. Nã truncus eius fub aqua,& terra defof-
fus,in folitudinẽ,lapidis induratẽ,& quãto lõgius ibi fteterit,
tãto efficit magis durus, & iõ de talib. lignis folebãt in tẽplis
deorũ,& in palatijs regũ fieri imagines,& columnę,vt dicit
Pli. Talis dẽt effe bonus Chriftianus,& maximè ecclefiafticꝰ
quia verè dẽt effe fortis p firmitatẽ,& côftantiã,durabilis,&
imputribilis p perfeuerantiã. Nã licet in aqua, & fluctu tribu
lationũ pofitus fuerit,nunquã tñ dẽt illi putrefieri p impatiẽ
tiã vel murmurationẽ,vel aliud pc̃tm, fed magis p firmitatẽ
côftãtię fortius indurari. Iob 38 In fimilitudinẽ lapidis durã
tur aquæ. Et ideo de talib. viris perfectis,fortib.& ad tribu-
tiones duratis, fiebant antiquitus in tẽplo Dei.i. in ecclefia,
imagines & columnæ.i.prælati,qui debent effe imagines re-
prę fentando vitã fanctorum per fuam bonam vitã,& debent
effe colũnæ.f. Chrifti ædificiũ fuftentãdo. Figura Exo 26. vbi
in tẽplo tabernaculi erant columnę de cedro &c. Vide & ex
pone. Vel vide de duabus columnis 3.Re.7.& 2.Paral.4.

*De Junipero.* *Cap. 79.*

1 IVniperus est arbor aspera, & pungitiua, in locis desertis, & incultis crescens, & dr̃ iuniperus s̃m Isid. quasi giguẽs ignẽ, a pyr græcè, quod est ignis latinè. Nã ignis qui sub eius cinere fuerit absconditus, sine extinctione durat q̃sque per annũ, vt dicit Isid. Talis arbor est mundus, cuius folia aculeata sunt diuitiæ, quæ mentem lacerant atq; pungũt. Vmbra eius est eminentia tp̃alis. Est ergo mũdus arbor aspera, q̃a verè suæ tribulatiões, & labores, timores pariter, & dolorea ipsum faciunt asperũ, & pungentẽ. Nã folia eius. i. diuitiæ mundi spinosæ sunt, quia. s. cor lacerant sicut spinæ, & iõ ista arbor. s. mũdus, & eius affectio, nõ crescit nisi in locis sterilib. & incultis. i. in corde, & desiderio hoim pctõrũ, vbi pro certo quotidie renouat̃, & crescit, & vbi radicaliter ꝑ amorem plantatur. i. in mundi pctõrib. & iniquis. Vnde de Helia dr̃ 3. Re. 19. ꝙ dormiebat sub vmbra vnius iuniperi. Quia verè mundani dormiunt, & quiescunt sub vmbra eminẽtię tẽporalis. Et pro certo ista arbor optime seruat ignẽ, s. cupiditatis, & carnalitatis, quia vere mũdus vel mundana prosperitas ignẽ auaritiæ, & luxuriæ diu nutrit, quia sicut, dr̃ Esa. vlt. Ignis eorũ non extinguetur. Vel dic ꝙ iuniperus est caro, q̃ pro certo spinosa est quo ad stimulos tentationũ, & hæc pro certo ignem luxuriæ g̃nat atq; nutrit. Ber. super Cantica Sermone 48. Spinæ in terra sunt, in aere sunt, in carne tua sunt. versari ergo in his, & non lædi, diuinæ est potentiæ non humanæ. Vel ista arbor significat diuitias, q̃ re vera ignẽ auaritiæ inextinguibilem sp̃ seruant. Spinosæ ẽt sunt, quia. s. ꝑ sollicitudines pungunt, & lacerant cor humanum. q̃n tñ hõ eia bene vtitur, vtiles sunt ad spũales medicinas, & ad fugandũ serpentes. i. demones & pctã. Dan. 4. Pctã tua elemosynis redime. De tali iunipero dr̃ in figura 3. Re. 19. ꝙ cũ Helias dormiret sub vmbra vnius iuniperi, venit quidã angelus qui excitauit eũ, & ostendit ei panẽ, & aquã, & misit eum ad montẽ Dei Oreb. i. ad paradisum, q̃a re vera Deus nolẽs, ꝙ nos dormiamus sub vmbra iuniperi. i. in amore tp̃aliũ, excitat nos quotidie per scripturẽ, & ꝙ comedamus panẽ, & aquã ꝓ corporalẽ abstinentiã, & ad montẽ Dei oreb. i. ad paradisum, q̃ citius properemus incitat, a quo vtiq; somno q̃idã nolunt excitari, sed in vmbra ista cõtinuẽ volunt delectari vnde Iob 30. Radix iuniperorũ erat cibus eorum, & esse sub sentib. delicias cõputabant.

2 ¶ Iuniperus est arbor spinosa, nunquã perdens virorem, multum calida, s. in tertio gradu, & iõ in cinere ignẽ per annum seruat inextinguibilẽ. Iõ iuniperus quasi gignens pyr. i. ignem dr̃, quia pyr græce, ignis latine nuncupatur. in desertis locis nascitur habens fructus seu baccas in medicinæ vsib. efficaces. vmbrã ẽt eius serpentes fugiunt, & declinant, s̃m Pli. Talis est crux, quia vere aspera est, & spinosa, viridis, & decora pio cordi, & eius vmbra. i. memoria fugiũt demones vel serpentes, & ignẽ charitatis seruat, & accendit, quia vere per cõsiderationẽ passionis, & crucis cordis charitas inflammatur. Scd̃m ligna siluæ exardescit ignis. Eccl. 28. Vel dic ꝙ iuniperus est vir perfectus, omni tp̃e virens ꝑ honestatẽ, calidus per charitatẽ. Nam qũ incineratur per humilitatem, s. q̃n in se cõsiderat cinerẽ, & puluerẽ, tunc ignẽ charitatis in se seruat diutius, & custodit. Humilitas. n. est custos charitatis. Hic ẽt est spinosus, & asper per pniç austeritatem, & fructus eius. i. bona opera sunt medicina. s. quãtum ad bona exempla q̃ aliis tribuunt, & serpentes. i. mali hoies fugiũt, & declinant vmbrã eius. i. exemplum, & societatem, quia sicut dr̃ Prouer. 29. Detestantur impij eos qui recta sunt via. Et isti in deserto pniæ, & paupertatis g̃uantur, & morãtur, & folia eorum. i. verba sunt acuta per correctionem &c. Vel dic, ꝙ iuniperus est status pniæ vel religionis, pungitiuus per austeritatem, virens per honestatem, calens per charitatem, & ignem charitatis seruans per perseuerantiæ longanimitatẽ, & hæc in sterili terra. i. in pauperib. cõsueuit abũdare, quia. s. mali non curant de pnĩa vel religione, imo serpentes. i. mundi pctõres ipsam refugiunt, & abhorrent. Vel per iuniperum intelligo asperam correctionem, q̃ serpentes. i. mali fugiunt, & declinant, quia nõ amat pestilens eum qui se corripit. Prouerb. 15. Vel dic ꝙ iuniperus est pctõr, qui in deserto mundi huius inuenitur virens per asperitatem, & folia eius. i. verba pungitiua sunt per detractionem, & iniuriam, & ignem carnalitatis, & crudelitatis, & cupiditatis seruat, & continet incessanter. Vel dic ꝙ iuniperus est detractor cui⁹ folia, & verba sunt pungitiua, & licet vireat per honestatem, tñ calidos per iram, crudelitatẽ vel cupiditatẽ &c. Vel dic ꝙ iuniperus est mala vetula, quæ cum iam sit quasi in cinerem redacta ꝑ antiquitatem, ignem tñ luxuriç in se & in alijs seruat, & accẽdit, s. in iuuenculis quas decipit, & ideo iuniperus dr̃ quasi gignens ignem, quia luxuriosi vel malç vetulç ignem concupiscentiæ suis malis dictis, & exemplis in alijs seruant, & inducunt, dicẽtes illud Lu. 12. Ignem veni mittere in terram. Vel applica contra senes luxuriosos, & auaros, incineratos, & desiccatos, quorum concupiscentia non potest extingui. Sap. vlt. Ignis in aqua valebat supra suam virtutem.

*De Jsopo, seu hyssopo, vt præcipiunt alij scribendum.* *Cap. 80.*

ISoppus est herba modico inter petras nascens, mundificatiua pectoris, & pulmonis. vnde apud veteres s̃m Pli. 1 non reputabant bene purificatos, nisi isopo aspergerentur q̃n in delubra intrabant. virtutis est magnæ in medicina, & põt isopus corripi vel produci. Talis est pnĩa vel humilitas, quia vere pectus, i. cõscientiã, & intellectum pulmonem. i. voluntatem & affectionem purificat, & depurat a cunctis sordib. peccatorum, & ideo si tẽplum vel delubrũ ęterni numinis volumus introire, pro certo necesse est, ꝙ isopo pniç vel humilitatis, & aqua lachrymarum, & aqua gratię, & pietatis primitus aspergamur Figura Le. 14. vbi dr̃ ꝙ ad hoc ꝙ leprosus de castris eiectus, ad societatẽ reuerteretur aliorũ, necesse erat ꝙ isopo, aqua & sanguine aspergeretur. Sic verè ad hoc ꝙ leprosus peccator de societate Dei, & angelorũ eiectus, possit ibi redire finaliter ad paradisum euolãdo, verè necesse est ꝙ aspergatur per deuotionẽ aqua fluidæ cõpassionis, & sanguine. i. memoria dñicę passionis, & isopo humilitatis, & subiectionis, vel pęnitentiæ, & afflictionis. ideo Psa. Asperges me dñe isopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor. Et hæc herba valet ad multiplicẽ medicinam, s. contra vitia, & peccata. Vel dic ꝙ isopus cuius vis precipua est in flore, est vir iustus, qui flore honestæ conuersationis pollere debet, & hic est modicus per humilitatẽ inter petras, i. in duritia pœnitentiæ nascens per austeritatem, & mundificatiuus est aliorum per vitæ doctrinæ, & exempli sanctitatem &. Expone si vis de Christo, & de quolibet sctõ.

*De Hyacintho, nam ita scribendum erat.* *Cap. 81.*

IAcinthus est herba coloris cęlestis, sed florẽ habet purpureum, & nomen accepit (s̃m Isido.) à quodam iuuene 1 sic dicto, qui colligendo flores purpureos, mortuus est. similia est aũt violæ in florib. & radice. Iacinthus est aĩa sancta, quę est cęlestis coloris quo ad conscientię puritatem, florem etiam affectionis habet paupertatem per charitatẽ, & ideo in colligendo tales flores, i. in congregando animas per prædicationem ad horreum paradisi, iuuenis gratiosissimus Christus mortuus est, & occisus. Figura Mat. 21. vbi dũ filius patrisfamilias veniret ad vineam ad colligendũ vuas, occisus est ab agricolis. Sic Christus Dei filius dum fructua vineæ ecclesię, i. animas in mũdo colligeret, ipsum, mali agricolæ, s. Iudæi occiderunt.

¶ Iacinthus est coloris cęlestis, purpura coloris sanguinei, coccus coloris ignei, byssus autẽ coloris est niuei, & de istis quattuor composita fuerunt oĩa sacerdotum vel tabernaculi vestimenta, sicut dr̃ Exo. 25. & deinceps. Re vera charissimi isti quattuor colores significant quattuor virtutes cardinales. Nam Iacinthus est prudentia, quæ magis pertinet ad cœlestem, & spiritualem naturam. Purpura est iustitia, quæ aliquando facit sanguinis effusionem. Coccus est fortitudo, quia ignis est fortissimum elemẽtum, ita quòd omnia alia vir, superat & consumit. Byssus est temperantia, quæ. s. continet albedinem innocentiæ, & castitatis. Vel dic quòd coccus est ardens charitas, purpura mollis, & sanguinea pietas, byssus est castitas, & iacinthus est honestas, quæ est coloris cęlestis, quia nostra conuersatio in cęlis est. ad Philip. 3. Istis omnibus virtutibus debent esse induti sacerdotes, & Christo seruientes. ideo Ezech. 16. Ornaui te purpura cinxi te bysso, calciaui te iacintho, vestiui te multis coloribus.

De

*De Iusquiamo seu hyoscyamo secundum peritio-
res.* *Cap. 82.*

1 IVsquiamos est herba pestifera & venenosa, somnū pro-
uocans, & mortē inducēs, si quis ea indebitē vsus fuerit.
Nam comesta vel bibita mētē alienat, & inducit insaniā
& furorē. semē eius est nigrum, mortiferū & pessimum.
somnum. n. inducit, & præ frigiditate calorem extinguit, vt
dicit Isid. & Dios. flores habēs purpureos seu albos. Talis est
per oia mūdus, quia verè ipse est pestifer, & venenosus licet
.n. habeat flores albos, & purpureos. i. licet videatur exterius
pulcher, & delectabilis, floridus & ornatus, illis tñ qui indi-
screté eo vtuntur, s. fatuis pctōrib qui ipsum diligunt, & affe
ctant, est mortiferus, & nocius. Inducit. n. infamiā iactātiæ,
& vanæ gloriæ, furorē ēt iracūdiæ, & somnum delectationis
carnalis, & luxuriæ, & tandem mortē æternā, quia verè mun
dus primo facit fatuos dormire in delicijs, demū eos interfi
cit, & occidit, & calorem charitatis extinguens, vita grē pri-
uat eos. Vnde Esa. 59 Qui comederit de ouis eorum, morie
tur. Semen aūt istius seu fructus. s. mundi diuitiæ, est pcipuè
venenosus, mortiferus & nocious. Vnde 1. ad Ti. 6. Admone
diuites huius seculi nō sperare in incerto diuitiarū, quæ mer
2 gunt hoiem in interitū. ¶ Licet iusquiam' sit venenosa, vt cōi
ter, tñ ipsa multū est medicinalis ei q ea debitē nouit vti. Sic
verè licet mundus sit malus, qui tñ vult eo bñ vti, vtilis & p
ficuus inuenitur. Vitiū. n. nō est in opib. sed in vsu, sm Hier.
¶ Iusquiam' est herba habēs folia pinguia, mollia lata, & ma
3 gna, flores purpureos, & albos, semen nigrū, & mortiferū, &
quasi oibus aialib. venenosum, sm Diosc. & Isid. Talis est lu-
xuriosus, quia folia eius. i. exterior conuersatio mollis est, &
delicata, pinguis, & carnalis. Flores ēt eius. i. exteriora vesti-
menta sunt purpurea vel alba. i. preciosa & curiosa, quia isti
cōsueuerunt esse curiosi. Semen aūt eius. i. sua mala verba, &
opera, & exempla quæ seminat vndequaq; alijs sunt veneno
sa per malum exemplū, & per malā suggestionē. Constat. n.
q per verba & exempla taliū multi spūaliter, & æternaliter
moriūtur. Vel dic q hic est hæreticus, qui licet habeat flores
conuersationis pulchros, folia ēt locutionis mollia & pia,
semē tñ ipsius. i. doctrina comedentib. i. credentib. est vene-
nū, quia comedentes. i. audiētes, per errores inuenenat, & oc
cidit, quia sicut dr 1. ad Cor. 15. Corrumpunt bonos mores
colloquia praua. ¶ Iusquiamus habet semen venenosum, &
4 herba est mortifera in Perside vel Aegypto, vt cōitet, verū-
tñ in Hierusalem vel Iudæa pōt innocuè mãducari, sm Ori.
Sic verè licet homo sit pctōr & vitiosus, & per mala verba &
exempla alijs venenosus, & perniciosus, tñ qñ est in Hierusa
lem (quæ interpretatur pacifica). i. in bona societate & pacifi
ca, tunc bonus & innocuus inuenitur. In terra bona plātata
est vt faciat fructū. Eze. 17. Vel dic q licet hō in mundo fue-
rit venenosus, tñ qñ conuertitur ad Hierusalē. i. ad religionē
vel statum ecclesiasticum, tunc ibi innocuus debet effici lea
bonus. ¶ Iusquiami semē cibus est passerum, tñ est mors oim
aialium aliorū, rō est, quia sm Arist. venæ passerum sunt stri-
ctæ, & ideo fumus iusquiami non pōt transire de stomacho
ad cor, per quas fumus ille mortiferus ad cor ascendit, & ita
cor mortificat, & occidit. Sic verè diuitiæ quis sint veneno-
sæ, & nociuæ aialib. i. illis qui habēt venas conscientiæ latas,
& qui conscientiā habent largā (& hoc quia in talib. fumus
iusquiami. i. amor diuitiarū ascendit ad cor, & ipsum p auari
tiā inficit & corrūpit) passerib. tñ. i. illis qui habent venas stri
ctas, i. conscientiam strictam, non nocet, & hoc quia fumus
iste, s. amor diuitiarum, ad cor eorum non ascēdit. Vnde isti
habent iusquiamum in stomacho non in corde. i. isti habent
diuitias non in animo sed in domo, iuxta illud Psal. Diuitiæ
si affluant, nolite cor apponere.

*De Castanea.* *Cap. 83.*

1 KAstanea est arbor multum vtilis, quia lignū valet ad
ædificiū, fructus eius ad cibum, & folia cum cortice
ad medicinam, & si Kastanea sit excisa, iterū reuenit,
& crescit, sm Isid. Talis est vir iustus, quia lignū. i. in-
terior aia valet ad ædificandum ciuitatē Hierusalem. i. para
disum, & fructus eius. i. opera, folia eius. i. verba, cortex eius
. i. conuersatio, & exempla valēt alijs ad eos spūaliter nutriē
dos, & medicandos. Erunt fructus eius in cibū &c. Ezec. 47
¶ Fructus Kastanæ in quadā theca exterius spinosa, & aspera 2
sunt inclusi, intus aūt iterum quadā pelle nigra sunt cooper
ti, calidi sunt, & sicci, dulces, & nutritiui, & maximè qñ sunt
in aqua vel igne cocti. Theca ista est religio, quæ exterius est
spinosa per poiæ asperitatē. fruct' sunt religiosi, q intus sunt
sub pelle nigra. i. sub humilitate, & sub nigra pelle. i. sub hu-
mili habitu, & conuersatione. q maxime expone de mona-
chis nigris sub ista dico pelle dnt esse albi per castitatē, cali-
di per charitatē, sicci per abstinentiæ austeritatē, dulces per
benignitatem, nutritiui per vitę, doctrinæ, & exēpli sanctita
tē, & maximè qñ in igne charitatis vel in camino tribulatio
nis, & paupertatis, vel in aqua deuotionis, & pietatis cocti
fuerint vel bulliti, qa tunc melius proficiunt comedētib. i. imi
tantib. Ps. Trāsiuimus per ignē & aq̄. Vel si vis expone de quo
libet iusto, & p exteriorē corticē intelligo asperā cōuersatio 3
nē &c. ¶ Qñ Kastanea in igne decoquit, sp est incidēda i vna
parte, & aliquid de cortice sibi mouēdū, vt sic fumus p ignē
gñat' valeat euaporare, alioquin ab igne resiliet, & tonitruū
faciet, & clamorē, & ita cōminuet, & constringet, q ad nihil
amplius vtilis erit. Sic verè qñ hō in igne paupertatis, & ad-
uersitatis coquit, & assat, oportet q sit apertus p cordis desi
deriū, & affectionē, & fumus orōnis exinde expiret, & exeat
per deuotionē, & sic nō franget p impatiētiā, & desperatio-
nē, sed coquet p correctionem, & cōuersionē, & emēdatio-
nē. nisi aūt taliter apertus fuerit, atq; taliter fumauerit, tunc
ignis iste, s. paupertatis vel aduersitatis violētiā abhorrebit,
& eū si pōt deseret, & dimittet, & ad psperitatē statim si pōt
trāsibit, sicut patet in multis mendicantib. qui ad religiones
diuites trāseunt, vt ignis tribulationis nō sentiant nocumen
tum. Iste ēt sic ignitus clamabit, & tonabit p impatientiā, &
murmurationē, & franget, & cōminuet per desperationem.
Nā qñ hō in tribulatione positus nō est apertus per spem, &
desideriū æternorū, & nō fumat per orōnē, faciliter dissipat
per murmur, & desperationē, & iō bonum est habere hmōi
fumum. Vnde Le. 16. Nō morietur operiente fumo oraculū.
Vel dic q ignis est religio vel fides, exitus aūt, & exilitio est
apostasia &c. sicut supra. ¶ Kastanea in igne posita, eius sub 4
dilatatur, rarefit, & elargatur, & iō pellis eius non pōt ea cō-
tinere, nec loci sui arctitudo ipsam includere vel tenere, &
ideo nisi fiat sibi via in pelle per apertionē, violenter exit pel
lem rompendo, & exterius prosilit, cōminuitur, frangitur at
que perit. Sic vere qūq; accidit q hō existens in pelle sua i. in
statu arcto religionis inflammatus igne cupiditatis vel car-
nalitatis, per mala desideria dilatatur, & iō abhorrēs esse in
tam arcto loco, & in tam humili statu, rumpit pellem. i. obser
uantiam regularem, & exterius exit apostatat, & recedit, &
ideo vtile est, q talib. aperiatur exitus, & via, & detur eis li-
centia transeundi ad alios status, vel q promoueātur ad ali-
qua beneficia exteriora, ne forte per apostasiam totum ruin
paot. Vel dic q Kastanea est ambitiosus, qui per appellatio-
nes, & rixas totum collegiū destruit, vt possit exterius pro-
moueri. Apo. 9. Exiuit fumus quasi fornacis magnæ.

*De Lauro.* *Cap. 84.*

LAurus, quę alio nomine dr daphne, est arbor multum 1
aromatica, q nunquā deponit viriditatem, qa æstate,
& hyeme sp viret, & hęc (vt credit vulgus) sola inter
arbores ictum fulminis nō incurrit, nec ab eo percu-
titur vel crematur. Folia eius, & fructus vtiles sunt medicinæ.
Nā de baccis eius elicitur oleum, qd valet cōtra multas, &
maxime frigidas passiones, vt dicunt Isid & Dios. Talis est p
oia vir perfectus, quia odoriferus est per famositatem, sp vi
ridis per honestatem, quia. s. nec in æstate prosperitatis, nec
in hyeme aduersitatis deponit virorem floridę venustatis, &
folia suæ loquutionis, fruct' suæ t palis possessionis sunt alijs
medicina, qa vere boni suis verbis sciunt tristes confortа-
re, & suis diuitijs pauperes sustentare. Nā de diuitijs, & bac-
cis suis oleum pietatis, & elemosynæ eliquat, a quo pauperū
calamitas medicatur, & iō tales sub fulmen sententiæ ęterni
iudicis non sentient, nec ab eo lædentur vel percutiētur, qa
soli misericordes à iudice æterno recipientur, sicut dr Mat.
25. Venite &c. Nam vt dr Mat. 5. Beati misericordes, quia ip
si miam consequentur. ¶ Laurus antiquitus vocabatur laud'
à laude, eo q victores lauro coronabantur, et cum laude re-
cipiebantur. hæc arbor non fulminatur, sm Plin. 15. cap 30.

Vnde terra vbi lauri sunt plantatę. vel domus vbi in ædificio
sunt insertę, a fulmine tuta manet, & iõ Cęsares manere sole
bant sub lauro tpe tẽpestatis, qđ bene supponit Ouid. lib. 1.
Met. vbi inducit Phæbum loquentẽ lauro, sic postib. augu-
stis ea dẽ fidissima custos, Ante fores stabis, mediamq; tuebe
re quercũ. ;Fuit ẽt laurus in tãto honore apud veteres, q eã
expendere non licebat in vsus inhonestos. Nã (vt dicit) ma-
gno Ioui, & Apollini fuit a principio cõsecrata. Talis est ar-
bor crucis, quia vere ista dr̃ a laude. quia. s. laudari dẽt, & ex-
tolli. Ista. n. est triumphus, & corona certamiũ cõtra vitia, &
tentatiunes, & tribulationes, q a nullus põt acquirere paradi
si gloriã, nisi per virtutẽ crucis. Ista. n. est Ioui magno. i. Deo
patri, & apollini seu soli. i. Christo spãliter dedicata, & ista
resistit fulmini. i. diabolicæ tentationi, vel æternæ tribulatio
ni, quia verè terra cordis, & domus cõscientiæ in qua arbor
ista fuerit seminata vel plantata per deuotionẽ, & fiduciã, &
passionis cõpassionẽ, nunq̃ a fulmine æternæ mortis, & futu-
ræ iudicis sniæ ferietur, nec ẽt e fulmine. i. ab hostis tẽtationib.
vel mundi tribulationib. destruetur, & iõ Cæsares, & reges. i.
viri iusti q se cedunt per pniam atq; regunt, dũ sua lauro. i.
sub crucis memoria pmanere, quotiens tẽpestatẽ tẽtationis
vel tribulationis viderint imminere, vt sic virtute ipsius libe
rentur, iuxta illud Ge. 18. Lauent pedes vestri, & requiescite
sub arbore. Sed de hoc vide inf. li. 14. c. 63. §. 17. & infra li. 15.
4 c. 2. §. 4 ¶ Laurus in viles vsus dudũ nõ expẽdebat, sed in ma
gnis honorib. habebat, & est arbor sp virens &c. Sic verè vir
iustus nõ debet se exponere vel occupare in vilib. vsib. i. in
administratione rerũ tpalium, & maximẽ religiosus, & quia
dudũ hoc nõ faciebant, iõ tunc honorabant a secularib. sed
nunc econuerso, cã cõtraria. & isti dẽt virere &c. sicut supra.
§ 1. ¶ Laurus fm opinionẽ antiquorũ valebat ad respõsa di-
uina accipienda. Vnde sine lauri psentia Apollo nullotiens
rñdebat, fm Pli. Sic verè qñ nos petimus aliquid ab Apolli-
ne. i. à sole, s. a Christo per orationẽ, si volumus q nõ bis rñ-
deat per pcum nostrarum exauditionem, & per suæ grẽ lar
gitionẽ, necesse est q laurũ. i. crucis & passionis memoriam
habeamus, & sic obtinebimus qd rogamus. Figura Ge. 25.
fm magistrum historiarũ, vbi dr̃ q Rebecca volens habere
diuinum responsum, accepit tripodem. i. laurũ, & supposuit
capiti suo, & agno casto incubuit, & sic visiones veras vidit.
Sic verè nos debemus laurum. i. memoriã crucis assumere,
& agno casto. i. virtuti castitatis incumbere, & sic a Deo im
petrabimus quod oramus. Ps. Habe fiduciã in dño, & dabit
5 tibi petitiones cordis tui. ¶ Narrat Pli. lib. 15. c. 30. q Cæsar
August⁹ semel sub lauro spatiabat. Aquila aũt de cęlo in gre
miũ eius dimisit cadere vnã gallinã albissimam, q in ore suo
portabat ramũ lauri onustũ baccis, q de cõsilio augurũ fuit
plantatus, & exinde venit laurorũ silua, de qua imperatores
Romani post triu nphũ sp fuerunt postmodũ coronati. Per
laurũ q̃ sp viret, de qua coronabantur dudũ victores, intelli
go sp virentẽ immarcessibilem gloriã paradisi, q̃ victorũ vi-
tiorum, & tribulationũ est sine dubio pmium & corona. Per
Cæsarem intelligo genus humanum, per gallinã Dei filiũ, p
aquilam Deũ patrem. Qñ ergo Cæsar. i. genus humanum cu
dum requiescebat sub lauro. i. sub spe gloriæ paradisi, tunc
aquila Deus pater misit gallinã albam. i. filium suum incarna
tũ, cãdore castitatis, & innocentiæ renitentẽ, q pro certo in
ore suo portabat grana lauri. i. verba, & doctrinã de gloria
paradisi, dicens Regnũ Dei appropinquabit. Mar 4. &c. simi
lia. & iõ talia grana. i. doctrina Xpi, hodie sunt platata in hor
to ecclesiæ, ita q iã multũ ibi inuenitur de lauro. i. de spe fu-
turæ gloriæ, ex qua victores finaliter coronant. Apo. 6. Data
est ei corona, & exiuit vincẽs vt vinceret data. i. pmissa. Vel
dic q laurus est crux imperator, q sub ea recubuit, est Chrs
ibi crucifixus, aquila est diabolus gremiũ Christi est religio
vel ecclesia vel eius protectio. gallina est vir iustus albus per
castitatẽ, ferens laurum. i. crucẽ in ore p deuotionẽ, & inuo-
cationẽ. Qñ ergo aquila. i. diabolus vel mundus inuenit ta-
les gallinas. i. viros perfectos, & cruci deuotos, ipse pro cer-
to nõ lædit eos, quia nõ põt, imo in gremio imperatoris Xpi
. i. in statu ecclesiæ vel religionis ipsos illæsos deserit, abijcit
& dimittit, vbi a Christo tuentur, & proteguntur. Vel dic,
q gallina est beata virgo, quę fuit albissima, & castissima, quę
verè ab aquila. i. a Deo patre ad Cæsarẽ fuit missa. i. ad huma
num genus, quæ pro certo ramũ lauri. i. Dei filiũ per beatam
incarnationẽ protulit, qui baccas. i. fructus, verba & opera
pietatis, & finaliter æternæ voluptatis hoïbus apportabit, &
sic victores. i. de mundi tribulationib. & vitiis triumphantes
honorauit. & eos finaliter coronauit. Et iõ ista gallina est fi-
gurata in columba quæ uenit ad arcã uespere. ramũ oliuæ
uiridis portãs secum. Sic uere charissimi colũba. i. mitissima
beata uirgo, uenit in mundi uespere ad arcã ecclesiæ militã
tis, & ramũ oliuæ viridis. i. sacrosãctũ corpus dei secũ tulit
Vel p arcã intelligo tẽplum, Per Noe Symeonẽ &c. Ista etiã
põt dici de beatissima virgine gallina, & matre nřa, q̃ nos cõ
tinuè sub alis suæ miæ fouet, quia pro certo illa hodie ad Cę
sarem. i. ad pctõrem sibi deuotum per aquilã. i. Christũ quo
tidie mittitur, s. ei grãm & virtutes impetrando, sibiq; per eã
laurus. i. victoria cõtra vitia, & baccæ. i. spũalia alia beneficia
6 conferunt. Lu. 19. Gallina cõgregat pullos suos sub alis. ¶ Se
cũdum Pli. li. 17. c. 6. propè pontũ iuxta tumulũ Amyci regis
Bebrycum interfecti est laurus q̃ dr̃ insana, & hoc iõ (vt ait)
quia si quis ramum de ea in nauem poneret, tẽpestas statim
insurgebat, quousq; eijceret. Si quid (inquit) ex ea decerptũ
inferatur nauib. iurgia fiunt donec eijciatur. Pro certo tales
lauri. i. insani sunt hodie in mundo multi. s. viri litigiosi, impa
tientes & brigosi, certatores, accusatores & seditiosi, quia. s.
tales in quacunq; naue. i. in quacũq; religione, societate, col
legio vel patria fuerint, solent tẽpestates, & iurgia suscitare,
charitatẽ turbare, lites & discordias generare. Prou. 17. Sem
per iurgia quærit malus angelus aũt crudelis mittet contra
eum. Necesse est ergo q tales eijciant & caueant, & q eorũ
societas declinetur, vt pax, & trãquillitas generetur. Figura-
ti in Iona, quo in naui manente tẽpestas, pax eiecto fiebat. Io
næ 2. Sed de hoc vide infra in loco suo li. 16. Vnde Prou. 22.
Eijce derisorẽ, & exibit cũ eo iurgiũ, cessabuntq; lites & cõ
tumeliæ. Vel dic q talis laurus est inuidus, q̃ vbicunq; fuerit,
est brigosus &c. vt supra. & sic de alijs vitiis. De ficu nata in
lauro vide de mirabilib. prodigiorũ, & arborum infra li. 14.

## De Lentisco. Cap. 81.

Lentiscus seu cinus arbor est medicinalis calida & sicca,
folia eius labiorum scissuras & alia vlcera cõglutinant, 1
& reiungunt fructus eius oleum desudat, & cortex eius
resinã quæ mastiche dr̃, quæ multas habet virtutes. Nam in
æstate cortex sciuditur, & sic mastiche distillat, & habet ma-
stiche virtutem consolidatiuam, & coniunctiuã, quia reso-
luta cõiungit, & cõsolidat quicquid tãgit, gẽmas fractas, vir
tutem habet purificãdi & cętera multa. Hæc arbor est Chri
stus, ramosus per bonas affectiones, medicinalis per bonas
operationes, calidus. n. est per charitatẽ, siccus per pęnitentiæ
austeritatẽ. Nam folia eius. i. verba habent vim cõiunctiuam
& cõsolidatiuã labiorum. i. verborum aliorum, quia si labia
nřa sunt vlcerosa per insolentiã, & leuitatẽ, adhibeamus fo-
lia cini. i. verba Christi, cogitãdo. s. qualiter, & quõ est locu-
tus, & sic poterimus sanare verba nřa. Folia eius ad sanitatẽ.
Eze. 47. Fructus eius. i. ipsius opera distillant pro certo oleũ
pietatis, quia oĩa Christi opera affluunt pietate. Patet de Za
cheo Lu. 19. de Magdalena Lu. 7. de adultera Ioan. 8. Manus
meæ distillauerunt Myrrhã. Can. 5. Cortex ẽt eius. i. sui cor-
poris humanitas mastichem. i. suum preciosum sanguinẽ no
bis fudit, qñ. s. in æstate & feruore passionis scissus, & apert⁹
fuit, lancea. s. & clauis. qui pro certo bene dr̃ mastiche, quia
. s. sp debet per deuotionẽ masticari, qui ẽt dr̃ esse gũmi me-
dicinale, & preciosum, quia, s. purificauit Adã à pctõ, & lapi-
des preciosos. i. sanctos patres factos, & oppressos in inferno
redintegrauit, & cõiunxit. Nos etiam si fracti fuerimus per
pctm, mastiche ista. s. sanguis Christi, reparat & reiungit. So-
lidabitq; &c. vide 1. Petr. 5. Vel dic q cinus est beata virgo,
cuius folia &c. sicut supra, & cuius fructus. i. Christus nobis
emanat oleum pietatis. Fructus eius dulcis. Cant. 2. Vel dic
q cinus est crux, quæ persorata stillat mastichem. Vel dic q
cinus est vir perfectus, & maximè prælatus, s. ramosus, cali-
dus, & medicinalis &c. sicut supra. cuius folia. i. verba de-
bent fessos, & vlcerosos peccatores sanare per prædicatio-
nem, & eruditionem, & fructus eius. i. diuitiæ debent emitte
re oleum piarum elemosynarum, & cortex eius. i. exterior
conuersatio, & operatio mastichem dulcissimæ pietatis vel
benignitatis, vel charitatis distillare, quæ fractos, diuisos, &
discordes consolidet atque vniat per concordiam & amorẽ.
¶ Secundum Plini. Cinus est arbor alta, & in multas partes 2
diuisa,

diuisa,spinosa, fructus eius mire rubeus est qñ est maturus, cuius succus sanat fluxus mulierũ. Talis est crux, quæ spinosa est & aspera. Per multas tñ mũdi partes hodie per fidẽ est diuisa,& ita alta, ꝙ cęlos tangit. Altitudo eius vsque ad cœlũ. Dan.4. Cuius fructus fuit Christus ibi pendens, rubicũdus, & sanguineus. Succus aũt eius.s.sanguis Christi, sanat fluxũ vitiorum a mulierib.i.à viris peccatorib.imperfectis. Vnde Chrysostomus in sermonib. Homelia 5. Crux inualidorum virtus,crux ægrotantium medicus,crux emundatio leprosorum,crux laborantium requies,crux esurientium panis.

## *De Lilio. Cap. 86.*

Lilium est herba viridis, florem habens candidum more lactis. Nam de radice procedit hasta interdũ triũ cubitorũ,& de summitate pendet flos superius se dilatãs,& inferius se inclinãs,more cãpanellæ resupinæ. Flos iste sex habet folia candida,pinguia & mollia,odorifera,medicinalia, intus aũt habet semẽ aureum, quod cõtinet septẽ grana. Radix aũt lilij,folia & flos,sunt multiplicis medicinæ, sicut dicunt Pli. Dios.& Isid. Charissimi,lilium sigõificat ecclesiam, cuius stipes sigõificat officia & dignitates. Flos aũt est prælatus,qui debet esse albus per castitatẽ, lenis per benignitatẽ, pinguis per pietatem, dilatatus per charitatẽ, superius apertus per cœlestium desiderium,& affectionem,inferius autẽ inclinatus per humilitatem & subiectionẽ, odorosus debet esse per bonæ famæ diffusionem. Florete flores, sicut lilium date odorẽ. Eccl.39. Et iste debet habere sex partes.i.sex opera pietatis,quæ in isto versu cõtinẽtur. Vestio,poto,cibo,redimo,tego,visito,condo. Et intra se debet continere colorẽ aureum charitatis,& septẽ grana.i.septem dona spũssancti, vel & septẽ virtutes quæ septẽ vitijs mortalib.opponuntur. Vñ Esa.4. Apprehendent septẽ mulieres virum vnũ. Et sicut flos lilij integri redolet,fractus aũt fœtet,sic vir iustus, & maxime prælatus,si sit integer per continentiã, tunc redolet per bonã famam,si aũt fractus fuerit per luxuriam,tunc valde fętet per infamiã. Vnde Exo.5. Fœtere fecistis odorem nostrũ coram Pharaone. Et sicut iste flos à parte inferiori est clausus,a parte vero superiori folia eius expandũtur,& inferius recuruatur,sic verè iustus quo ad inferiora,& terrena debet se claudere,& nihil terreorum diligere,nec ad aliquid mundanum se debet per desideriũ aperire. Matt.6. Claude ostiũ tuum super te. Superius vero,s.ad bona cęlestia,& æterna debet affectio dilatari,& ad Dei cognitionem, & amorẽ & dilectionem spiritualiter elargari 2.ad Cor.6. Os nostrum patet ad vos o Corinthij,cor nostrum dilatatũ est. Quia re vera mẽtis in Deum dilatatio facit oĩa inferiora parua videri, & quicquid creatum est,modicum reputari, sicut patet per Greg.2.dial. vbi ait ꝙ aiæ videnti Deum,angusta est oĩs creatura.qualibet etenim parum de luce creatoris aspexerit breue ei fit oẽ quod creatum est, quia ipsa luce visionis intimæ mentis laxatur sinus,tantũq; expanditur in Deo,vt superiòr fiat omni mũdo. Ad quod adducit idẽ exemplum de beato Benedicto,cui sub vno radio totus mundus ostensus est, qđ s.factum est dilatatione interiorũ, non coarctatione elemẽtorum,quo.s.modo cęli leguntur aperti fuisse Petro Stephano,Ioanni,& Ezechieli. Talis ẽt flos,s.hõ iustus, ex tali mẽtis dilatatione debet in seipsum reflecti, & p sui cõsiderationẽ in vtilitatẽ propriã incuruari, & per cõsiderationẽ cœlestiũ ad meditandum q̃ indignus existat, debet mẽtaliter inclinari. Esa.51. Incuruare vt transeamus. Vel ẽt si vis dic ꝙ isti particulares flosculi affectiones designat,q̃ modo prædicto sunt superius dilatandæ,inferius claudendę,& in posterius recuruandæ. Et sicut flos quanto altius est in stipite, tãto inferius inclinatur,sicut dicit idẽ,sic verè bonus hõ quanto altius eleuatur quo ad dignitatẽ,tanto inferius inclinatur per humilitatem. Quanto maior es,humilia te in omnib. Ecc.3. Vel dic ꝙ flores lilij significant viros iustos,& perfectos,qui sunt flores ecclesiæ,& expone per oĩa sicut supra. Vel dic de beata virgine,& adiunge.§. pe. ¶ Lilium quo ad oẽs partes sui est
2 medicinale. virtutẽ.n.habet apostematũ maturatiuã,doloris mitigatiuam,faciei mundificatiuam,duritiei remollitiuam, pororum apertiuã,compactorũ dissolutiuã,humorũ repercussiuam,& repressiuam,veneno contrariatiuam, & vulnerum sanatiuã,si vis lilio debitè vti,& eius diuersas partes diuersimode applicare. Talis est grã Dei,quia verè dolorẽ tribulationũ mitigat per spei cõsolationẽ,faciẽ intellectus mũdificat per puriæ ablutionẽ,poros cordis & oris aperit p laudem,& confessionẽ,apostemata.i.pctã maturat per cõtritionẽ,duros & crudeles remollit per cõpassionẽ,compactos,& obstinatos resoluit per cõpunctionem, tumorẽ superbiæ reprimit per humilitatẽ,& vlcera luxuriæ sanat p castitatẽ, & venenis pctõrum obuiat per charitatem.quæ.s.secum nõ cõpatitur aliquod pctm̃ mortale. Ista ergo põt dicere illud Cã.

2.Ego flos cãpi,& liliũ conualliũ. Et ideo Eccl.51. Sicut lilia 3
q̃ sunt in trãsitu aq. ¶ Liliũ aliud est domesticũ,aliud siluestre.
domesticorum aũt aliud habet flores cãdidos,aliud rubeos
vel purpureos. Oĩs ergo flos lilij odore est suauis,colore delectabilis
verũtñ q̃diu est integer,redolet,si aũt fractus fuerit,fętet.
flos aũt lilij sex habet folia. Talis est p oĩa virtus castitatis,
quia aut est mere candida quo ad statũ virginalẽ,aut
purpurea quo ad statũ vidualẽ, aut rubea quo ad statũ cõiugalẽ.
Prima est purissima,scđa purior,tertia pura. Oĩs tñ flos
lilij.i.oĩs castitas hoĩs qñ est integra, tunc redolet per bonã
famã,si aũt fracta fuerit per luxuriã, tunc fętet per infamiã.
Flos aũt iste lilij,s. castitas,distinguit̃ in sex folia vel sex partes,
quia.s.sex sunt partes castitatis,cõtra sex partes luxuriæ,
& fęditatis,vna cõtra fornicationẽ,alia cõtra incestũ, tertia
contra adulteriũ,quarta cõtra deflorationẽ,quinta cõtra sacrilegiũ,
sexta cõtra naturã,& sic diuersimode variat̃ flos castitatis.
Vel dic ꝙ iste flos castitatis habet sex folia.i. sex speciales
virtutes,q̃ semẽ suũ.i.virtutẽ suã, & meritũ custodiũt,
q̃ sunt abstinentia,occupatio,lectio,cõtemplatio,sensuũ custodia,
occasionũ fuga. Vel dic ꝙ semẽ aureũ est charitas vel
sapientia diuina,q̃ septẽ grana.i.septẽ dona spũssancti continet,
qa verè ista sp vult habere circa se sex folia alba pinguia
.i.sex opera pietatis,cũ albedine castitatis,nã vt dr̃ Sap.7. Cã
dor est lucis ęternę,& speculũ sine macula. ¶ Liliũ habet ra- 4
dicẽ cũ multis bulbis,sicut alliũ, in qualibet põt ãt costa est
vis seminaria,ita ꝙ de qualibet põt pduci plãta,vt dicit Ari.
Radix ista est ecclesia vel religio, vbi plures bulbi.i. plures
bonæ personæ vniunt̃,& iunguntur per charitatẽ & cõcordiã.
In quolibet tñ fideli est vis seminaria.i. grã vel charitas,
virtute cuius põt produci planta.i.aliquod bonũ opus,meritum
seu virtus &c. vide supra de allio. ¶ Si hasta lilij curuet̃ 5
& operiat̃ terra, ita tñ ꝙ hoc fit anteq̃ semẽ eius aperiatur,
& ꝙ radix eius nõ eradicet̃,infra paucos dies inuenies ꝙ quilibet
nodus hastę germinauerit,& ꝙ ex quolibet proruperit
vnus bulbus seu costa,qđ est mirũ valde vt dicit Arist. Hasta
ista est bonus hõ habẽs plures nodos.i. plures bonas affectiones,
& iõ si talis incuruet̃ p humilitatem,& terra i.memoria
mortis cooperiat̃, tũc ex quolibet nodo.i.ex qualibet bona
affectione crescit.& orit̃ vnus bulb.i. vnũ bonũ opus. Vnde
Io.12. Si granũ frumenti cadens in terrã mortuũ fuerit,multũ
fructũ affert. quia iustus germinabit sicut liliũ, & florebit
in æternũ ante dñm. ¶ Si stipes lilij à radice abscissus fuerit, 6
tũc flos eius digerit̃,quia humor se expandit ad superiorem
partẽ plantæ,& sic dilatatur flosculus,& albescit. Si aũt herbæ
argillosæ fuerit infixus,tũc diutius cõseruatur,quia glebæ
humore flos infixus diutius perseuerat,vt dicit Ari.li.de
plantis. Talis est bonus religiosus,& maximè quicunq; vir perfectus,
quia cũ fuerit abscissus,& separatus,abstractus,& seiunctus
a radice.i.a mũdo p eius contẽptũ,tũc vere flos eius
.i.interior affectio incipit dilatari per charitatẽ,& albescere
per castitatem,& maxime qñ in gleba humida.i in humore
pietatis,vel in gleba terræ.i.in memoria mortis fuerit inuolutus,
nã tunc perfectius germinat,& albescit. vnde Matt.6.
Considerate lilia agri quõ crescunt. ¶ Lilium non habet vim 7
seminariam in semine sed in radice,alliũ aũt & cœpe nõ tm̃
in radice,sed etiam in semine habent vim seminariam,vt dicit
Arist. Sic boni,& simplices,& perfecti intus in radice cordis
tm̃ habent semen charitatis & bonitatis.i.in corde & affectione,
perfecti autem hoĩes qui more aliũ sunt feruidi per
charitatem non tm̃ intus,sed etiam exterius in opere, & locutione.
¶ Flos lilii est aspectu delectabilis,odore suauis,in- 8
tus continens semen aureum,& est multum medicinalis cãdidus,
purus,& mollis. Sic est beata virgo,quæ semen aureũ
.i.Dei filium in se continuit & portauit,quę septem granis.i.
septem donis spiritus sancti est dotata,candida etiam per castitatem
&c. Vide per omnia sicut supra de prælato vel viro
perfecto. Et nota quomodo habuit sex folia,i. sex virtutes
quæ custodiunt castitatem.

## De Lactuca, Cap. 87.

1 LActuca est herba de facili digestibilis, bonũ generans
sanguinẽ, & ardorem stomachi refrigerans. in viris lu
xuriã reprimit in mulierib. lac augmentat, & ideo dr̃
lactuca, à lacte vt dicit Isid. humorẽ ẽt cõtinet lacteũ,
& frigida est, & humida, humorem venereũ congelat, & ma
ximè si sit antiqua. semẽ ẽt eius sępius in potu sumptum, idẽ
operat̃, vt dicit Dios. Charissimi, talis est bona doctrina sim-
plex, quia bonũ sanguinẽ .i. bonas affectiones gñat, ardorẽ cõ
cupiscentiæ refrenat, & in mulierib. i. in simplicib. secularib.
lac misericordiæ administrat, in viris aũt. i. in perfectis. & re-
ligiosis semen. i. actus luxuriæ refrenat. Vel idem dic totũ de
2 gratia. Esa. 55. Accipite sine argento vinum & lac. ¶ Lactuca
agrestis multum est amara, menstrua tñ prouocat, & humo-
res crudos expellit, vt dicit Diosc. Talis est contritio, quia li-
cet sit amara. & cõpungẽs, tñ humores crudos. i. vitia, & pctã
expellit facit per confessionem. vnde Exo. 12. Cum lactucis
agrestib. comedetis illud. Et sicut lactuca humorẽ lacteum
emittit, sic contritio pietatẽ, & Dei gratiã procurat. ¶ Est spe
3 cies lactucæ ẽm Pli. li. 10. c. 7. quam caprinã vocant, quæ spon
te nascitur, qua proiecta in mare, protinus necantur pisces q
sunt in vicino. Talis est peccator, & maximè hæreticus, q per
se corrũpitur, & in vitia generatur. Iob. 34. Qui quasi de in-
dustria recesserunt à Deo. Quia verè si talis in mari. i. in ali-
qua societate pronunciatur. statim quicquid eum tangit. i. oẽs
illi qui eius societatem frequentant, corrumpuntur, & mo-
riũtur, s. per eius mala verba, opera & exempla. Vnde Nu.
19. Quicquid tetigerit immundus, immundũ faciet. Hoc ẽt
patet maximè in luxuriosis &c. Vel per istã lactucam accipe
4 malã, & hæreticam doctrinam &c. sicut supra. ¶ Est quædam
spẽs lactucæ dicta Hieracia ẽm Pli. li. 10. c. 7 q̃ accipitres scal
punt, & de succo eius facta succosa oculos liniunt, & sic vi-
sum recuperant. Sic verè si visus fidei vel discretionis in no-
bis fuerit hebetatus, oculũ cordis succo sacræ scripturę inũ
gamus, & sic clare videbimus, & cernemus. Apo. 3. Collyrio
inunge oculos tuos, vt videas vel per lactucam intelligo pœ
5 nitentiam &c. ¶ Semen lactucæ domesticæ vel siluestris in ci
bo vel potu sumptũ, venerẽ reprimit, tñ oculos lædit si sępi⁹
assumatur. sua. n. frigiditate calorẽ mortificat, & semen con-
gelatur, & ideo generantib. est nociua, corpusq; pollui non
permittit, si in cibo sæpius assumatur. Lactuca est herba frigi
da, & significat Christum, qui fuit frigidus per castitatem, &
semen eius. i. Christi doctrina facit hominem castum, & ar-
dorem concupiscentiæ, luxuriæ, & auaritiæ refrenat. Vel dic
q lactuca est beata virgo, lactea per pietatem, frigida per ca
stitatem, humida per benignitatem, cuius semen, i. gratia fa-
cit hominem castum &c.

## De Lappa. Cap. 88.

LAppa est herba cum foliis magnis, & latis expansis circa
terrã, habens quædã capitella rotunda & spinosa, q̃ vesti
1 bus transeuntiũ faciliter adhærent, & iõ græcè dr̃ phila
thropos, quasi amans hoiem, quia. s. amare vr̃ hoiem, ex quo
faciliter sibi adhæret, ita q vix a vestibus eraditur. Folia eius
sunt horribilis saporis, & odoris, & nascitur circa muros, ẽm
Isid. li. 17. Talis est pctõr, quia folia. i. verba habet magna, &
lata per iracundiam, & loquacitatẽ, quia in ore fatui inenar-
rabilia verba. Eccl. 21. Amara tñ sunt per detractionem, pun
ctionem & iniuriam, fętida per inhonestatem, & luxuriam,
circa terram. i. circa bona mundi expãsa per auaritiam, quia
tales valde libenter loquuntur de terrenis delicijs vel diui-
tiis, de luxuria, & detractione, & de aliorum vitiis. vnde Io.
3. Qui de terra est, de terra loquitur. Et ideo. 1. Ioã. 4. Ipsi de
mundo sunt, ideo de mundo loquuntur, & mundus eos au-
dit. Isti etiam multa habent capitella. i. diuitias, quæ pro cer
to sunt spinosæ, & spinis a Christo comparatæ. Lucæ 8. quia
cor suis sollicitudinib. lacerant atq; pungunt, & de facili ad
hærent. i. ad hois desideriũ, & affectionem, quia faciliter dili
gũtur, & appetunt̃. Lappa, & tribulus in tabernaculis eorũ.
Ose. 10. Et tales circa muros, & domos, & circa mundi digni
tates, & officia cõmorantur. Vel dic q lappa est mundus, ca-
pitella eius sunt seculares & falsi, & mundani amici, q ꝓ cer
to videntur hoiem diligere, licet no diligãt, quia. s. q̃diu ip-
sum inueniunt vestitũ exterioꝛib. diuitiis, & ꝓsperitate ei ad
hæreut per fictũ, & falsum amorẽ multa promittẽtes, ipsum
frequentãtes, & ei obsequẽtes, & iõ tales Philãthropi pñt di
ci. Sed sicut lappa non adhæret hoĩ nudo, sic verè nec isti dili
gunt aliquẽ qui sit a ꝓ palib. denudatus. Ideo Prou. 14. Etiam
proximo suo pauper odiosus erit, amici verò diuitũ multi.
Et sicut ista vix pñt amoueri a vestib. sic vere falsi amici vix
possunt eradicari a diuitib. sicut patet de diuitib. & prelatis,
qui circa se statim habent tot adulatores, q mirũ est. Prou.
9. Multi colunt personam potentis &c. Vel si vis per istã lap
pam intellige peccata, quæ faciliter adhærent aiæ, sed non fa
ciliter amouentur. ¶ Lappatum duo sunt genera, vtrunque 2
tamen multum est medicinale, quanquam amarum, & vales
contra multa secundum Dios. & Plat. & Plin.

## De Lappathe. Cap. 89.

LAppathes est quidam cibus de quibusdam bonis herbis
domesticis confectus, vt dicit glo. super Iudith 10. cuius
virtus est singularis resistere ebrietati, si ante cibũ assu-
matur. Ideo dicit Alexander nequã, Lappathes cibus est, &
olua componit eundem. Fit. n. de olere albo dulci, cuius fo-
lia sunt inuoluta cum sinapi, & melle, & aceto, & si ante cibũ
sumatur, ab ebrietate præseruat, & crapulã ẽt cõpescit, vt di
cunt Isid. & Pli. valet ẽt contra multa alia, quia s. lactis vber-
tatem pręber, venenum depellit, serpentes fugat. Talis cibus
est prædicatio vel doctrina, quia primo oportet q ibi sit olus
.i. sacra scriptura, & scientia. Qui infirmus est, olus mãducet.
ad Ro. 14. Ibi etiam debent contineri sinapis asperæ corre-
ctionis, acetum. i. consideratio æternæ damnationis, mel. i. ꝓ
missio & allectio supernæ consolationis, & sic si homo oĩa
ista comederit, & per iugẽ eorum meditationẽm ea sibi in-
corporauerit, nunquam vino in quo est luxuria, i. mundanis
delicijs sopietur. Qui. n. bene cõsideraret qđ dicit sacra scri-
ptura, gustaret ẽt per meditationem qualis est sinapis. i. ama
ritudo iudicij & pęna æterna, & oleum. i. dulcedo gloriæ Pa
radisi, nunquã inebriaretur vel imbueretur mundi delicijs
vel pctis. vñ 1. ad The. 5. Qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt, nos
aũt qui diei sumus, ebrij non sumus. Ista ẽt lac misericordię
& grãæ confert, peccata venenosa pellit, serpentib i. demoni-
bus resistit. Vel expone de abstinentia, quæ resistit ebrietati.

## De Leguminibus. Cap. 90.

LEgumina ẽm Isid. dñr ab eligẽdo, & sunt legumina di 1
cta oĩa grana quæ in siliquis clausa esui deputantur, si
cut sunt fabæ, & similia. & sunt legumina naturaliter
compacta, dura & sicca tñ per decoctionem mollificã
tur, & esui coaptantur, ad decoquendũ tñ sunt dura, vnde in
aqua putcali nõ pñt perfectè coqui, imo pluuialis requiritur
vel fontana. Licet aũt difficile in stomacho digerãtur, qñ tñ
sunt digesta, bene nutriunt, & confortant. Tales sunt mundi
pctõres, quia vere duri sunt, & obstinati ad digerendũ, & co
quendũ per cõuersionẽ, & correctionẽ, veruntñ qñ in aqua
sacræ scripturæ, & ꝓdicationis ponunt̃, & igni. i. tribulationi
vel pniæ exponunt̃, tũc per cõpassionẽ & cõtritionẽ molliũ
tur, & sic digerunt̃ & cõuertunt̃, ita q alios sępe suis exẽplis,
doctrinis, & operib. elemosynis, & pietatib. nutriunt, & con-
fortãt. Vel dic q legumina sũt opera pniæ, q̃ dura sunt ad su
stinendũ, veruntñ si qs in igne æternæ tribulationis (q ꝑ ea
euadit) & in aqua supernæ cõsolationis (q̃ per ea acquirit) ea
posuerit, tũc sibi erũt mollia, & leuia, & eũ spũaliter nutriẽt
& cõfortabũt. Io (ẽm aliã lrãm) dr̃ Esa. 47. Habens carbones
ignis, sedebis sup eos, & erũt tibi in adiutoriũ. Figura Dan.
1. vbi pueri de semine Israel cibos de mẽsa regis Nabucho-
donosor noluerũt accipere, sed ibi legumina elegerũt, & tñ
pulchriores, & sapiẽtiores cęteris sunt reperti. Sic verè illi q
cibos, & delicias diaboli renuũt, & cõtẽnunt, & legumina. i.
bona opera pniæ eligũt, sunt sapiẽtiores i discretione, & pul
chriores in cõuersatione, & superiores in ꝓlatione. Dã. 1. Da
nobis legumina, & ꝓba nos ꝑ decẽ dies. ¶ Differũt legumi- 2
na quo ad colorẽ & q̃titatẽ, figurã & saporẽ. q̃dã. n. sunt ma-
gna, q̃dã parua, q̃dã alba, q̃dã nigra q̃dã rufa, q̃dã rotundã, q̃-
dã angulosa, q̃dã oblonga, q̃dã dulcia q̃dã subamata, ẽm Pli.
Sic verè inter Christi fideles est multiplex dña, quia quidã
sunt magni per charitatẽ, alii parui per paupertatem, quidã
nigri per humilitatem, quidam rufi per martyrij vel pnię au
steritatẽ, quidã rotundi per obedientiæ velocitatem, quidã
angulosi

angulosi per constantiæ firmitatem, quidã oblongi per perseuerantiæ longanimitatem, quidã amari per contritionem, quidam dulces per deuotionem,& sic patet, q̃ vař iě varian tur. Oia.n.membra non eundum actum habent.ad Rom.12.

*De Lente. Cap. 91.*

Lens est genus leguminis, & scribitur cum 1. ad differen-
2 tiam vermis capitis,frigidæ & siccæ est naturæ,grossum & melancholicum gignit sanguinem,& est cãhorribiliũ somniorum,tristitiam excitat,& timorem,& pessimum præstar corporibus nutrimentũ, multas & magnas generat passiones si ea continuè quis vtatur,vt dicit Isaac in dietis.corpus.n.desiccat,& oculos summe lædit.Talis naturæ sunt temporalia mundi bona, quia vere, quando eis quis indiscretè vtitur,grossum sanguinem.i malas affectiones in eis generant,& tristitiam & timorem,quia fm Sene. Quantũ accessimus ad successum,tm̃ accessimus ad metum. Vana ẽi somnia.i.vanas opiniones,& æstimationes inducũt, vtpotè quia faciunt præsumere de longa vita,&c. similia . Multas etiam generãt spirituales infirmitates peccatorũ, quia corpus.i.cõscientiam desiccans ab humore gratię,& deuotionis,& oculum intellectus summe lædunt. Et sicut lens (secundum eũ) aliquando proficit,quando.s.debitè,& non nimis quis ea vtitur,sic mundi bona bonis bene eis vtentibus proficiunt, malis autem nocent,quia hæc bonis in bona, malis autem in mala conuertentur: Eccl,39. Cerebrum autem.i.imaginationẽ & intellectum replent fumo superbiæ , & elationis &c. Vel expone totum de sapientia mundi &c.¶ Lens secundum Pli.
2 sicut & omnia alia legumina,diligit aquam ante florem,sed post siccitatem &c.sicut supra de faba.

*De Lino. Cap. 92.*

Linum est herba, quæ in locis planis, & humidis vult se-
2 minari.in vere serit,in æstate colligitur, flores habet flauos,& quædam in summitate capitella vbi semen ipsius continetur. Primo igitur dum est viride,colligitur ,& post a suo semine carpinatur, p̃ fasciculos colligitur,& in aqua ve maturetur diu tenetur,tandem ad solem desiccatur, & post multis tonsionibus,carpinationibus & locutionibus, & desiccationibus a suis superfluitatibus depuratur, & sic partes desiccatæ in fila extorquentur, tanuem in caldaria bullitur, & post iterum,& iterum in aquis variis lauatur, & sic p mul tos labores de virote ad albedinem deducitur, & mutatur. Linum est homo, qui in locis humidis.i. mundi delectationibus generatur,& ibi seminatur,& ponitur in vere,i.in tempore iuuentutis , & exinde colligitur per mortem in æstate, quod est tẽpus siccum,i.in tempore senectutis. Iste ergo dũ est viridis.i.iuuenis, a terra.i.a terrenis abstrahitur per eorũ cõtemptum,vel per votum religionis, & paupertatis, & tũc a semine.i.a diuitijs exuitur, quia qsi peccator colligitur vel conuertitur,statim & primo debet diuites dimittere, & pauperibus erogare, deinde debet vous cum alio colligari per concordiæ coniunctionem, & in aqua deuotionis immergi, & ibi maturari per discretionem , & perfectionem, deinde ad solem Christum debet exponi per cootemplationem,tandem debet tundi per tribulationem, & pęnitentiam, carpinari per correctionem, bulliri per contritionem , deinde in aqua lachrymarum,& in cinere.i. in memoria mortis tandẽ lauari per confessionem , & sic debet a suis superfluitatib.i. a vitijs,& peccatis expurgari, & sic per multos labores pœnitentiæ acquirere poterit albedinem.i. pulchritudinem honestatis,& candorem innocentię,puritatis & castitatis,& relinquet viriditatem carnalitatis. Vel per albedioẽ intelligo gloriã paradisi,quæ per multas tribulationes acquiritur,quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Act.14.¶ Byssus est genus lini,quod in ægypto gignitur, qđ
2 fm Pli.est cæteris nobilius,& melius,quia nun in cadore dicomparari.Et de isto fuerunt sacerdotalia vestimenta. Talis est castitas,quæ albissima est,& purissima inter oẽs virtutes, & maximè qsi crescit in ægypto,quæ ẽ regio feruida.i. in seruore pœnitentiæ,quia de tali bysso debent præcipuè vestiri, & ornari sacerdotes,illi.s.qui sunt in seruitio Dei. Byssus & purpura indumentum eius. Prouer.31.quia vere tales debẽt habere byssum castitatis, purpuram charitatis,& vestimentũ honestatis.Figura in lege Exo.28.& 29.vbi de bysso retorta fuerunt facta indumẽta sacerdotum, & vela templi, pulchra varietate distincta.Sic verè in ecclesia Dei sacerdotes, & ministri debent ornari præcipuè castitate,& pulchra varietate honestæ cõuersationis velari, vt sint sicut filiæ regis in simbrijs aureis circũamicti varietatib. ¶ Linum super oẽs herbas est bonum vsibus aptum,& necessarium,& in plures con uertitur vsus. Nam ex lino fiunt vestimenta ad induendum, vela ad nauigandum,retia ad venandum, & piscandum, fila ad consuendum, funes ad ligandum , chordulæ ad sagittandum,ligamina ad connectendum,lineæ ad mensurandũ, lintheamina ad quiescendum,cortinæ ad ornandum,sacculi & bursæ ad necessaria reponendum. unde nulla est herba, quæ tot,& tantis vsibus coaptetur.Vere ad omnia ista sunt necessaria merita,& virtutes,quia uere ista sunt suæ indumenta,& paramenta,quæ eam seruant a frigore indeuotionis, & a pluuia luxuriæ,& a ueoto superbiæ,& elationis,& a tempestate æternæ damnationis.Vnde dicitur in ps. Astitit regina a dextris tuis in uestitu &c.Ista etiam sunt vela ad nauigandum & transeundum sine periculo mare mundi. Retia sunt ad piscã dum,& venandum prædam.s.gloriæ paradisi.Ista sunt fila quibus debet aĩa esse suta per longanimitatem, funes quibus debet esse ligata per charitatem,chordæ quibus sagittę. i. animæ superius extolluntur, lintheamina in quibus anima requiescit,lineæ quibus opera nostra mensurantur, cortinæ quibus animæ inuoluuntur,sacculi vbi animæ reponuntur. Vel linum est sacra scriptura,ex qua fiunt retia prædicationis ad piscandũ aĩas, & funes vel ligamina mandatorum Dei, quæ ipsam vinciunt,chordæ ẽt quæ eã corrigunt,& sagittant &c.

*De arbore loto. Cap. 93.*

Lotus arbor est dulcis, cuius fructus comestus aduenis patriæ obliuionem inducit,& hic ante maturitatem sæpe colores variat.Taliter se habet pœnitẽtia respectu peccatoris noniter conuersi.Expone.

*De malo arbore. Cap. 94.*

Malus est arbor solida ligno, rugosa cortice, frondium densitate vmbrosa,fructus suauitate iocunda, florum amœnitate decora , vsui & gustui gratiosa , in diuersis medicinis efficax,& uirtuosa,& dicitur malum gręcę,qđ est pomum latine, eo.s. q̃ fructus eius sit rotũdus,ut dicit Isid. Malus vel pomus significat virum perfectum, qui est solidus per constantiæ firmitatem, cortice.i.conuersatione rugosus per vestium vilitatem,ramosus p bonas affectiones,umbrosus per bonorum exemplorum dationes, fructuosus per bonas operationes,floridus per bonam cõuersationem, gustui.i.amorialiorum gratiosus per suam benignam conditionẽ, medicinalis quo ad doctrinam,& eruditionẽ,& fructus eius .i.opera debent esse rotunda.i.pfecta & alijs suauia,& placetia per bonitatem,& perfectionẽ. Et fructus eius dulcis gut turi meo. Cant.2 ¶ Malus faciliter sterilescit,nisi putetur, & 2
a suis superfluitatibus emundetur, & hoc quia humor arboris qui deberet cedere in nutrimentum, & naturam fructus, cedit in ramorũ sterilium nutrimentũ,vt dicit cõmẽtator super primum vegeta. Malus est prælarus,rami eius sunt nepotes,& parentes,qui de eadem sunt natura,uel cęteri de familia,fructus eius sunt uirtutes,& merita . Qñ ergo malus hẽt multos superfluos,& steriles ramos.i.multos malos parẽtes, & cognatos uel familiares secum, tunc uere a fructu gratiarum,& virtutum efficitur sterilis,& infęcundus,& hoc quia humor suę affectionis vadit ad ramos istos nutriẽdos, nõ ad fructũ producendum, qa.s.mali ecclesiastici non vacant nec intendunt quo bona opera,& fructuosa faciant, sed quo ramos.i.parentes,compatriotas & familiares nutriant. Vtile ergo est homini,quod tales rami sibi auferantur.vnde Ezech. 17 .Summitatem frondium eius auulsit. Vel dic,quod nulli, qui secum habent multos huiusmodi ramos, faciliter fiunt pauperes, & steriles, & hoc quia rami huiusmodi attrahunt quanto plus possunt humorem suę substantię temporalis, quia scilicet bona temporalia talium transeunt in nutrimentum ramorum sterilium, id est suorum parentum, & famulorum, & nepotum, & sic efficitur sterilis atque pauper, inquantum scilicet de bonis pauperum suos ditat, & ideo necesse est, quod omnes tales abijciat, & abscindat . Abijce

eam

eam & proijce a te. Vel per ramos intelligo adulatores, & malam familiam eorundem &c. Vel dic q malus est bō, rami superflui sunt peccata, a quibus pro certo necesse est, q putetur, & mundetur per pœnitētiam, ad hoc q fructum bonorū operum possit emittere. Sex annis putabis vineam tuā, & septimo colliges fructus eius. Leuit. 25. Humor.n.i. interior affectio ad talia conuertitur nutrienda. Tempus putationis aduenit. Cantic. 2. Vel per malum intelligo parentes seculares, quibus non est vtile quantum.s. ad Deum, habere multos filios vel parentes, quia uere humor suæ affectionis, & cætera sicut supra. ¶ Malorum vel pomorum diuersa sunt genera, alia domestica, alia siluestria, alia fructum dulcem, alia acetosum habent, & diuersitas fructuum exteriorum procedit ex diuersitate humorum interiorum. Sic multa sunt genera hominum, quidam domestici, & boni, alij siluestres, i. mali qui diuersimode fructum operum suorum emittunt, quia alii fructus bonos, & dulces faciunt, alij malos. Ex fructu arbor cognoscitur Lucæ 6. Varietas enim fructuum, id est exteriorum operationum procedit ex varietate interiorum humorum, id est affectionum, quia radix si sancta, & rami. ad Romanos. 11. A corde enim exeunt (sicut dicitur Marci 7.) furta, homicidia & cætera similia.

*D. Malogranata.* *Cap. 95.*

2 MAlusgranata est arbor cuius fructus malogranatū vel malum punicum dicitur, & est arbor dura, & nodosa, plus in latum, q̄ in altum se protendens. Fructus autē durum habet corticem, & interius substātiam carnosam, in qua sunt multa grana. fruct⁹ aūt habet alios albos, alios purpureos, alios roseos, & cortex, & fructus, & flores competunt medicinæ, vt dicit Isidorus. lib. 17. Talis est vir iustus, & perfectus, durus per constantiæ firmitatem, latus per charitatē, non altus per superbiam, & vanitatem, sed breuis per humilitatē, cuius fructus, i. opera sunt inclusa in quodam duro, & rudi cortice, i. in virtute humilitatis, quæ ipsa velat, & occultat, ne exinde glorietur, quia s̄m Senecā. Est occultator virtutum sicut alij vitiorum. Et in istis fructibus est carnositas pietatis, & plura grana i. plura merita, & virtutes. Iste ēt habet flores.i. interiores affectiones, aliqn̄ albos per continentiæ puritatem, aliqn̄ rubeos per iustitiam vel charitatem. aliquando roseos per patientiam, & longanimitatem. Rosa.n. quæ fricata redolet, patientiam significat. Cant. 2. fulcite me floribus, stipate me malis. Et iste quo ad corticem conuersationis, quo ad flores affectionis, quo ad folia locutionis, quo ad fructus operationis, medicinalis & virtuosus inuenitur, quia sicut dr̄ 1 ad Tim. 4. Omnis creatura Dei bona est, q nihil reijciendum in ea. ¶ Malusgranata maximè est frigoris
3 impatiens, & flores coquuntur, & depereunt faciliter a pruina. Sic multi sunt ita debiles in bono, q frigus aduersitatis, tentationis vel pœnitentiæ nequeunt tolerare, imo ad modicū tale frigus flores suarum bonarum affectionum, propositorum, & uolitionum deficiunt, & siccantur. Vnde Iob 15. Lędetur quasi vinea in primo flore botrus eius. & ibidem 8. Cum adhuc sit in flores, nec carpatur manibus, ante oēs herbas arescit. Vel per florem intelligo iuuentutem, quę contra frigora tribulationum vel tentationum maximè est debilis, & inepta. ¶ Fructus maligranatæ sunt operti dura testa, & in
4 terius sunt carnosi, habentes multa grana, hæc licet parum nutriant, sunt tn̄ multum medicinalia. virtutem.n. habent cōfortandi, consolandi, fluxum sistendi, desiccandi, & sitim in febribus, & alias compescendi. huiusmodi etiam fructus valet contra multiplices passiones. s̄m Diosc. Talis est prędicator, quia in cortice exterioris apparentię debet esse clausus, & intus habere multa grana.i. multas virtutes, & merita, carnosus etiam, & humidus debet esse per pietatē, & deuotionē & licet parū nutriat alios.s. quo ad temporalem subuentionem, vtpotè quia pauper est, tamen eis est vtilis spiritualiter, & medicinalis, quia ipsos suis dictis, & informationibus cōfortat & consolatur, & consolidat in fide, & roborat, & fluxum in eis vitiorū compescit, & eos a voluptate carnali desiccat, & in febricitantibus. i. cupidis ardentibus, & auaris sitim auaritiæ refrenat atq; sedat, quia sicut ex istis pomis elicitur succus delectabilis gustui, & valens contra multas infirmitates, sic vere succus istorum. i. doctrina quæ ab eis emanat, ualet contra vitia, & peccata. Vel dic q pomum istud significat sacram scripturam, quæ licet sit exterius rudis, quo ad literam, interius tamen est granosa quo ad intellectū &c. sicut supra per omnia. ¶ Duo sunt genera malorum punicorum. quædam dulcia, quædam acetosa, vtraque tamen medicinalia. Nam licet illa poma sint exterius dura, rudia & discolorata, interi⁹ tn̄ sunt rubea, mollia, humida, sapida & iocunda, & miro naturæ artificio per cellulas sunt granula ordinata. Succus autem illorum appetitum prouocat, naturā & calorem deficientē reparat, & ad alia multa valet. Sic duo genera sunt bonorum, dulces. i. contemplatiui, acetosi. i. actiui, ambo tamen boni, & iusti, quia licet exterius in conuersatione inueniantur rudes quo ad humilitatē, & etiam aliqn̄ leues, & in aliquibus insolentes, & discolorati quo ad habitus vilitatem vel nimiam curiositatē, duri quo ad correctionis austeritatem, interius tamen in corde sunt rubei per charitatem, humidi per pietatem. molles per benignitatem, sapidi per vitæ sanctitatem, & grana eorum. i. interiores cordis affectiones optimè sunt ordinatæ per sapientiā, & maturitatem, & ideo tales sunt medicinales per vitæ, & doctrinæ bonitatem, & succus. i. eorum substantia temporalis deficientes pauperes reparat, & confortat per pietatem & largitatem. Cant. 4. Emissiones tuæ sicut malorum punicorum.

*De Moro.* *Cap. 96.*

MOrus est arbor quasi tota medicinalis fructum habēs 1
dulcem, primo viridem, tandem album, tandem rubeum, tandem nigrum, qui dentes, & manus comedētium tingit, & s̄m Pli. ventrem soluit. ad solem autem exsiccatus, ipsum stringit, folia etiam sunt medicinalia, quia folia mori siluestris s̄m Isid. superiecta serpenti, ipsum interimūt, & a uermibus libentissimè comeduntur, & ideo uermes qui sericum ex se egerunt, eo aptissimè nutriuntur. fructus etiā eius pastorum in deserto releuant famem. Quando etiā elephantes succum fructus eius, qui est rubeus vident, tunc ad prælium animantur, & ut dicit Raba. in gl. super 1. Macbab. 6. Morus est crux, quæ vere multum est medicinalis aiæ peccatrici. fructus istius arboris est Christus, qui in ea pependit & iste fuit primo albus per munditiam virginalis complexionis, tandem rubeus per sanguinem passionis, tandem niger, & pallidus amisso sanguine per deformitatem mortis Esa. 53. Vidimus eum, & non erat aspectus. Ibidem 63. Quare rubrum est vestimentum tuum? Folia eius significant crucis memoriam, quæ in corde nostro debent vmbram eius, & imaginem præsentare per compassionem, vt ab æstu tentationum nos refrigeret. Fructus igitur est Christus crucifixus rubeus & sanguineus, qui pro certo, qn̄ aliquis eum comedit & sibi incorporat per compassionem, & affectionē, & deuotionem tunc dētes eius. i. verba, manus. i. opera rubricat, colorat atq; pingit, quia. s. facit eum loqui modestè, & operari honestè, ipsum etiam soluit, & resoluit per pietatem, & deuotionem, & tandem eum stringit, & refrenat a fluxu malarum affectionum, & actionum, & hoc quia ad solem fuit expositus & siccatus, quia. s. extra ciuitatem fuit crucifixus. vnde dr̄ in ps. Aruit tāquam testa uirtus mea. Et Eccl. 38. Vapor ignis vrit carnes eius. vel etiam ventrem mentis soluit p fletum compassionis, tandem eum stringit per fortitudinē constantiæ, & perfectionis. Et hic fructus duo facit, quia vere pastores. i. prælatos & prædicatores in deserto huius mundi reficit, & elephantes. i. alios bonos, & simplices fideles ad repugnandum. s. per uirtutes & bona opera contra mundum, & carnem, & hostē acuit, & inducit, quia vere per aspectū succi huius fructus. i. per considerationem, & deuotionē sanguinis Christi, hō pugnat audacius atque vincit. 1. Mach. 6. Ostēderunt elephantibus sanguinem vuæ, & mori. Et per huiusmodi memoriam, & uirtutem serpentes. i. tentationes, & demones superantur, & exinde vermes sericū faciētes. i. boni & vtiles nutriunē. ¶ Fructus mori primo in flore albet, secūdo viret, tertio rubet, quarto nigrescit, & quāto maturior, tāto nigrior. & sunt mora immaturata frigida, & styptica, confortatiua & cōstrictiua, qn̄ aūt maturanē, tunc fiunt calida, & humida, & quanto plus, tāto plus, vt dicūt Diosc. & Plini. Sic homo primo in flore. i. in iuuentute debet albere per castitatem, deinde virere per honestatem tandem rubere per charitatem, vltimo nigrescere per humilitatem, & pœnitentiæ austeritatem, & sic semper debet procedere de virtute in virtutem, donec videat deum Deorum. Et quanto est maturior. i.

sapientior

sapientior vel antiquior, tanto nigrior & humilior debet esse, quia licet dum erat immaturus.i. dum esset iuuenis, insolens atq; leuis, esset frigidus per indeuotionem, siccus per incompassionem, tamen quando efficitur maturus.i. senex & prouectus, tunc debet esse calidus per feruorem charitatis, humidus per dulcorem pietatis. Mutatus est in virum alium 1.Reg.10. Vel dic quod fructus mori sicut, & cerasi est nouitius, qui quando est immaturus.i. in statu incipientis, & nouitiatus, tunc adhuc est viridis per carnalitatem, immaturus per insolentiæ leuitatem, siccus & durus & frigidus per incompassionem, obstinationem & indeuotionem, sed vere tandem quando fit professus, ipse debet, quasi totaliter immutari, quia debet maturari per discretionem, molliri per compassionem, nigrefieri per habitus vilitatem, & deiectionem, & debet fieri calidus per dilectionem, & humidus per deuotionem. Vel dic idem de quolibet iuuene
3 vel antiquo. ¶ Morus est arbor alta, quæ quasi tota est medicinalis, quia & fructus & radix & cortex & folium competunt medicinæ. Nam radix eius incisa gummi emittit, quod multum est medicinale, secundum Pli. li. 16. c. 26. vbi de moro inquit. Nouissima urbanarum arborum germinat, nec nisi exacto frigore, & ob hoc sapientissima arborum est dicta. sed cum cœperit, vniuersa germinatio ita erumpit, vt vna nocte etiam cum strepitu totum peragat. Sic vir perfectus medicinalis est, & virtuosus quo ad omnes sui partes, quia radix cordis vel affectionis, cortex conuersationis, folia locutiones, fructus operationis medicinalia sunt, folia enim.i. verba fugant, & eneruant serpentes.i. detractores, & vermes, i. simplices nutriunt per doctrinam. Radix etiam eius, i. cor quando finditur per compassionem, tunc emittit gummi, i. elemosynarum largitionem, quæ .s. est pauperibus medicina, & sic quo ad omnia est alijs fructuosus. Cuncta fecit bona in tempore suo. Eccl. 39. Et sicut fructus mori reficit atq; nutrit, sic exempla bonorum alios recreant, & delectant. Iste ergo sapientissimus arborum, i. hominum dicitur pro eo quod frigora, & pericula tribulationum transire permittit, vt liberius fructus suorum operum prosequatur. Vel ista possunt applicari ad quosdam qui fructificare per bona opera nouissimi incipiunt, & hoc quia frigore indeuotionis sunt pleni, sed tandem ad fructus bonorum operum taliter operantur, quod tarditatem temporis virtutum abundantia recompensant, sicut de Paulo apostolo apparuit, qui vltimus inter apostolos conuersus dicebat.1. ad Corint. 15. se abundantius alijs laborasse, quia sicut dicitur Matth. 20. Erunt nouissimi
4 primi &c. ¶ Succus mori seu vinum multum est vtile medicinæ, quia exinde fit vnum electuarium, quod dicitur diamorum seu panchestros, quod valet contra squinantiam seu anginam, quæ tollit respirationem, & hominem cito necat. Squinantia significat verecundiam confitendi, quæ interfecit sine remedio peccatorem, sed vere quando succus mori, id est gratia Christi uel memoria sanguinis eius adhibetur, tunc deponit verecundiam, & sic a periculo liberatur. Cantic. 2. Fructus eius dulcis gutturi meo.

## De Mirto. Cap. 97.

1 MYrtus est frutex crescens potissimè circa mare, cuius fructus, flores & frondes conueniunt medicinæ sed fructus magis. Fructus autem eius quanto recentiores, tanto simpliciter meliores, qui melius seruant, in calore solis, quam in vmbra, vt dicunt Isid. & Pli. Talis est vir perfectus, quia iuxta mare.i. iuxta amaritudinem contritionis vel pœnitentiæ debet esse, & flos eius.i. conuersatio, frondes eius.i. locutio, fructus eius.i. exempla vel operatio bona sunt, medicinalia & virtuosa, fructus tamen eius.i. operationes verba præcellunt. Et isti etiam fructus, quanto sunt recentiores per iuuentutem, tanto meliores, quia vere bona opera iuuentutis apud Deum præ cæteris sunt accepta. Ideo dicat quilibet Ambulauit pes meus iter rectum a iouentute mea. Eccl. 51. Et isti fructus.i. bona opera, melius conseruantur ad calorem solis.i. in feruore charitatis, uel in ardore tribulationis, & pau-
2 pertatis, quam in vmbra mundanæ prosperitatis. ps. In sole posuit tabernaculum suum ¶ Myrtus secundum Isid. iuxta mare nascitur, & secundum Plin. de baccis, & fructibus eius efficax oleum eliquatur. Secundum autem Hiero. in glo. Esa. 41. & 55. myrtus est imputribilis, & aromatica, & fessa membra consolidat, & confortat. mitigatiuæ enim, refrigeratiuæ & temperatiuæ est naturæ. Talis debet esse vir iustus, quia vere iuxta mare.i. iuxta miserias aliorum per compassionem debet morari, & ex fructib. eius.i. ex suis bonis temporalibus debet eliquari oleum pietatis, elemosynæ & largitatis, & sic per uirtutem pietatis, & misericordiæ efficietur aromaticus per famositatem, & imputribilis per bonæ vitæ, & perseuerantiæ longanimitatem. Nam tales pij, & misericordes fessa membra.i. pauperes desolatos consolidant, & confortant, & squinantiam, & dolores eorum, & desolationes mitigat, & æstus suarum paupertatum per elemosynas temperant, refrigerant & refrenant. Esa. 55. Pro saliunca ascendet abies, & pro vrtica crescet myrtus. Vrtica.n. quæ vrit, & rodit, signat auaritiam, loco cuius debet in nostris cordib. myrtus pietatis crescere. Vel si vis dic, quod myrtus est virtus spei, quæ semper habet locum circa mare.i. in statu amaritudinis, & tribulationis, & ista consolidat ne deficiant, .s. in tribulatione, eorumq; dolores temperat, mitigat, & confortat. Figura Zach. 1. vbi uir qui stabat inter myrteta, dixit angelo verba bona, & consolatoria &c. Vide & expone ¶ Myr- 3
tus est arbor iuxta mare crescens, multum medicinalis, & stypticæ seu restrictiuæ est naturæ, valet contra ictus scorpionis, & contra multas alias passiones. Talis est abstinentia vel pœnitentia, quæ pro certo semper debet esse iuxta mare.i. circa amaritudinem contritionis, & ista pro certo habet virtutem stypticam, & restrictiuam omnium superfluitatum vitiorum, & peccatorum, & morsus & ictus tentationum carnalium sanat &c.

## De Myrrha. Cap. 98.

MYrrha est arbor quinque cubitorum in altitudine, 1
cuius folia similia sunt oliuæ, sed magis crispa, spinosa & aculeata. & hæc quoddam gummi distillat, quando sciditur, quod licet sit amarum, est tamen summè medicinale, & virtuosum, quia omnia vlcera, & morbos sanat, si debitè apponatur. & hoc gummi viride est, & aromaticum, sed amarum. Sic est Christus, quia folia eius.i. verba similia sunt oliuæ, quod quo ad pietatem, aculeata tamen quo ad iustitiam, & austeritatem, & quando iste fuit incisus in passione, lancea.s. seu claui, tunc vere exinde stillauit myrrha .i. suus sanguis preciosissimus, qui licet sibi fuerit amarissimus nobis tamen est vtilissimus, & nos a peccatis liberat, & absoluit. Et sicut myrrha corpora seruat ne putrescat, sic sanguis Christi animam liberat peccatricem ab omni putredine peccatorum. Vel dic quod arbor est prælatus cum folijs &c. sicut supra. & ab isto debet distillare liquor amarus.i. amara correctio subditorum delinquentium, quæ ipsos liberet a peccato. Manus meæ distillauerunt myrrham. Can. 5. ¶ Plures autem sunt myrrhæ species.s. septem, colore & efficacia differentes. Vir- 2
tutem autem habet dissoluendi, confortandi, consumendi, & mortua corpora a putredine præseruandi, desiccandi, consolidandi, conglutinandi, roborandi, & carnem mortuam corrodendi. ut dicit Diosc. & Plin. Et est myrrha species amara, sed mirabiliter preciosa, quæ de arbore quandoque voluntariè stillat & tunc est preciosissima, & dicitur mirrha electa, seu stacte. Aliquando autem arbor inciditur, & sic inde emanat myrrha est pœnitentia, quæ multum est amara, & grauis ad sustinendum, uerumtamen multum vtilis, & medicinalis animæ peccatrici. Ipsam.n. dissoluit per compassionem vel contritionem, confortat & consolidat per spei consolationem, consumit & desiccat per carnis corporalem afflictionem, carnem superfluam rodit .i. carnalem delectationem, & sic corpus mortuum.i. peccatorem uita gratiæ priuatum seruat, & purificat, ne putrescat per æternam damnationem, & ne fœteat per infamiæ diuulgationem & in signum huius, Christus mortuus myrrha, & aloe fuit vnctus. Prouer. 7. Myrrha & aloe & cinamomo aspersi cubile meum. Et huius speciei.s. pœnitentiæ, sunt multa genera, & multimodi omnes tamen sunt boni, & vtiles animæ, una enim est vigilare, alia ieiunare, alia disciplinam accipere, alia corpus in peregrinationibus exercere, alia profunde conteri, & pœnitere, alia obedientiæ alicuius propter Deum se supponere, altera castitate se domare, & cruciare, & istæ possunt esse septem species myrrhæ pœ- 3
nitentiæ. multæ.n. tribulationes iustorum. ¶ Stacte vel myrrha est species suauissimi odoris, sed amari saporis, quæ de arbore &c. sicut supra §. præcedenti. Sic verè ab homine potest emanare duplex myrrha pœnitentiæ vel paupertatis, una sine coactione, quando scilicet, ex proprio motu aliquis intrat religionem, uel aggreditur bonum opus vel aliud simile. Alia inuoluntarie, & coacte, quando scilicet homo primo a Deo uel prælato incidit per mundi tribulationes, & correctiones, & quando compellitur emittere myrrham pœnitentiæ

vt quia in agnitione sui dicitur percussus à domino plaga, sicut dicitur de Anthiocho 2. Machab. 9. Sed verè illa prima est melior & Deo acceptior & odorosior & famosior, quam illa quam inuolunrariè aliquis perficit flagellatus, & iō ista dr̄ electa. Vnde Eccl. 24. Quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris. ¶ Septem sunt myrrhæ spēs, omnes tamen sunt animæ me
4 dicinales, licet amaræ. Sic tribulationes mundi sunt plures, s. fames, sitis, frigus, æstus, lassitudo, infirmitas, & mors. Istæ sunt septem sagittæ Madian &c. vide de pœnitentia supra. Vel dic q̄ myrrha est gratia Dei, quæ conglutinat per charitatem consolidat per constantiam firmitatem, consumit per pœnitentiæ asperitatem, dissoluit per pietatem &c.

*De Myrrho vnguento. · Cap. 99.*

Myrrbum est vnguentum de mirrha & alijs speciebus aromaticis confectum quod habet virtutē humores in iuncturis consumendi, & ex aromaticitate animales spiritus reparandi, & ex amaritudine vermes & pediculos interficiendi, sudores etiam per ipsum compescuntur, & inuncta corpora à putredine conseruantur. Talis est pœnitentia, quæ ex myrrha amaræ contritionis, & alijs speciebus. s. confessione & satisfactione componitur. Istud. n. vnguentum desiccat malos humores carnalis voluptatis, expellit vermes inuidiæ, & putredinem luxuriæ compescit, & quia est aromatica per bonam famam, ideo spiritus interiores. s. bonas affectiones reparat & restaurat. Impleta est domus ex odore vnguenti. Io. 12. Istud. n. vnguentum habuit Magdalena, quæ fuerat peccatrix. Luc. 7. ¶ Palmites arboris myrrhæ qñ comburuntur, ea fumo tali morbi mortiferi contrahuntur, nisi storacis beneficio liberentur. Sic verè quando prælatus comburitur in igne luxuriæ vel auaritiæ, tunc ea fumo suæ infamię, & malorum suorum exemplorum alij occiduntur. Apoc. 9. Obscuratus est sol, & aer de fumo putei.

*De Mandragora. Cap. 100.*

1 Mandragora est herba habens exterius mala vel poma super folia, & dr̄ s̄m Pythag. anthropomorphon, & sic vocatur, eo. s. quia habet radicem formæ hominis in multis similem. Folia habet expansa super terram, betæ vel lactucæ similia. Mala eius odorifera & colore crocea, gustui tamen sunt insipida, & ideo esui non sunt apta, secundum Isido. vim tamen habet somniferam, & somnum olfacientibus inducunt, & maximè cortex eius cum vino bibitus, sed si nimis quis eo vtitur mortem procurat, vt dicit Isid. lib. 17. Habet etiam virtutem mandragora dolorem mouendi, quia si quis eam potauerit, ita sopitur & obdormit, q̄ licet scindatur & secetur, non sentit, & ideo secandis offertur, vt nō sentiant incisuram. Mandragora est mundus cuius rami vel folia sunt mundani, cuius poma, & fructus sunt diuitiæ & deliciæ. Habet ergo mandragora id est, mundus folia sua. i. filios suos mundanos, expansa super terram, quia vere isti non curant nisi de terrenis, & circa ea iacent per affectum. Iudith 14. Ecce holofernes iacet in terra. Et ideo in talib. folijs sunt poma mandragoræ. i. diuitiæ mundi, quia mali & peccatores obtinent diuitias in hoc mundo. Vnde psal. Ecce ipsi peccatores in seculo obtinuerunt diuitias. Ista autem poma. s. mundi diuitię, & deliciæ sunt pulchræ & odoriferæ & delectabiles peccatori, sed vere gustui. a bonis viris & spiritualib. insipidæ sunt & amaræ. Ista tamen herba cum pomis suis. i. mundus cum bonis suis habent vim somniferam, quia vere quando per amorem, & affectionem aliquis ea potat, & sibi incorporat, statim dormit in peccato & delicijs, & in istis quiescit & delectatur, & hoc intm̄ q̄ licet scindatur, & secetur per labores & tribulationes, per diuitias correctiones & flagellationes, tn̄ nō sentit nec dolet. Istud patet, quia mundi diuites plus laborant ꝓ mūdo, q̄ boni pro Chr̄o, & tn̄ de hoc nō conqueruntur nec dolent, sed in hoc delectantur & gaudent. Ideo Hier. 5. Dn̄e percussisti eos, & nō doluerūt. Et Hie. 2. Frustra ꝑcussi filios vr̄os &c. Figura de Iona, q̄ in naui dormiēs, nō sentiebat periculum donec in mare esset ꝓiectus, & a ceto absorptus. Sic pc̄tór in mari mūdi dormiēs, nō ꝑsentit periculū maris & ceti. i. inferni & diaboli. Isti. n. in amore mūdi ita dormiunt, delectant & inoluūtur, q̄ tribulationes, labores & miserias quas eis immittit, Deus vilipēdūt, nec ꝑꝑ hoc corrigūtur. Verberauerūt me, sed nō doluí, traxerunt me, sed nō sensi Prouer. 23. Vel dic q̄ mādragorę sunt diuites, & isti sunt duplices, masculus. s. & fœmina ad literā, & similitudinē hn̄t hois, non virtutē, quorū folia. s. verba circa terram. i. circa tp̄alia sunt expansa, & illi sunt onerati pomis, i. tp̄alib. diuitijs, quæ pro certo vim hn̄t somniferā & mortificatiuam. s. malè eis vtentib. Vel dic q̄ mādragora significat mundi prosperitatē, quæ facit hoies in pc̄tis dormire: quare vera vim habet mortificatiuam, quia hō sopitus istis & imbutus, infrigidatur per indeuotionem, & mortificatur per æternam damnationem. & pone figuram, (quæ optimè ad hæc facit.) Iud. 4. de Sizara, qui potato lacte obdormiuit, & occisus est. vide eam ti. de aspide. Et ideo secandis & vulnerandis. i. illis quos diabolus vult perpetuo in inferno dānare & secare, offert ipse talem mandragorā. i. mundi bona, vt nō sentiant nec præuideant istas pœnas &c. Optima melius. Vel dic q̄ mādragora est amor Dei, vel etiam mundi, qui pro certo si bñ bibatur & incorporetur, ita facit hoiem dormire & delectari. q̄ non sentit q̄cquid ei inferatur, imo sustinet sine dolore tribulationes & vulnera patienter. patet in martyrib. qui isto potu ebrij, nō senserunt vulnera & tormenta. Allega sicut supra. De amore etiam mundi patet, quia qñ aliquid amatur, nullus labor difficilis reputatur. Nam s̄m Aug. Solus amor nomen difficultatis erubescit. Nā vt dicit idem, Labor amātibus est dulcis. Vel dic q̄ mandragora est vir perfectus cuius folia. i. verba sunt expāsa circa terrā. i. sunt humilia & depressa. oneratus est etiam pomis. i. bonis operibus odorosis, & virtuosis, & famosis Cant. 7. Mandragoræ dederunt odorē suum in portis nostris. Radix aūt eius. i. cor hois similitudinem repræsentat; q̄a sicut homo est aial rōnale, & benignum, sic iste est in corde rationabilis, & benignus Dan. 7. Super pedes quasi hō stetit, & cor eius datū est ei. Vel dic qd̄ mandragora est paradisus, cuius poma sunt æternæ diuitię, & deliciæ. Sed verè herba ista habet vim somniferam, quia qñ per spem bibitur, & incorporatur, tunc hō obdormit per deuotionem & contemplationem, & dolores, & mundi tribulationes nōn sentit, sicut patet in martyrib. Etiā medici. i. prælati, & prædicatores cum vino consolationis & ꝑdicationis debent illam offerre secandis, & vulnerandis. i. corrigendis, & puniendis, dicentes ad Ro. 8. q̄ non sunt cōdignæ passiones huius temporis ad ęternam gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Vel per mandragoram intelligo virtutem patiētiæ, quia facit oīa leuiter supportare &c. Vel dic q̄ mādragora est Christus, cuius cortex. i. conuersatio, folia. i. loquutio, fructus. i. operatio, faciunt nos dormire per deuotiōnē, & dilectionē, si. s. bene considerentur, & mala mundi non sentire per fortitudinem & perfectionem. Et sicut succus mandragoræ virtutē hēt infrigidandi, & ignē sacrū extinguēdi, & choleræ impetū mitigādi; sic succus. i. Christi gratia vel doctrina infrigidat ab ardore luxuriæ, & cholerā, & ignē auaritię mitigat & refrenat & maximè si cum lacte. i. cum gr̄a mulieris masculum nutrientis sumatur. i. beatæ virginis. ¶ Mādragora matricem disponit 2
ad cōceptionem, virtutem habet s̄m Pli. & Pla. infrigidandi, repercutiendi somnū prouocandi, oēm fluxum superius & inferius restringendi: Talis naturæ est doctrina vel prædicatio q̄a verè hęc disponit matricē. i. conscientiā audiētis & ad conceptionē boni propositi vel gr̄æ merui & virtutis, fluxū vitiorum stringit, somnū contemplationis inducit, malos cogitatus repercutit, & ad fęcunditatē virtutū disponit. Figura Gen. 30. vbi Rachel erat sterilis, nec poterat parere, sed filius Lię soror is suæ attulit sibi mandragoras de agro, quæ comedens cōcepit & peperit plus natos. Sic verè qñ Rachel. i. aliqua persōna est sterilis a fructu bonorum operum, tunc debet comedere & sibi incorporare mandragoras. i. doctrinā & ꝑdicationē, q̄ filius Liæ. i. ꝑdicator filius pniæ, in agro sacræ scripturæ colligit, & sic poterit imprægnari. Idem per oīa dic de gr̄a Dei, q̄ filius Liæ. i. Mariæ, Christus. s. nobis de agro paradisi attulit, & nos bonis operibus imprægnauit, & hæc somnū ꝓuocat, &c. sicut supra. Vel expone de spe cęlestis gloriæ, quæ omnia supradicta facit, & hoiem fęcūdat per virtutes &c. Figura sicut
3 supra, & expone. ¶ Mandragora disponit ad conceptionē mulieres calidas, & humidas, sed frigidas, & siccas impedit & retardat, vt dicit Plat. Sic diuitiæ illos, qui sunt per pietatem humidi, calidi per charitatem, disponunt ad bonorum operū fęcunditatem, illos tn̄ qui sunt sicci per incompassionem, frigidi per indeuotionem, impediunt, quia s. bonis diuitiæ proficiūt, malis obsunt. Eccl 39. Hæc oīa bonis in bona cōuertunt, similiter malis in malum. Nam sicut s̄m Plin. poma ista solo odore inferunt somnū, sic diuitiæ, & bona mūdi sola imaginatione, & cogitatione faciunt hoiem in ipsis dormire & delectari. Et

sicut si

sicut si quis mandragora indiscretè vsus fuerit, per eam mortem incurrit, sic mundi diuitiæ mortem æternam inducunt, si indiscretè eis, quis vtatur & male. Ideo 1.ad Thess.5. Non dor
4 miamus sicut cæteri, qui spem non habent. ¶ Secundum Plini. cauent fossores mandragoræ contrarium flatum venti in eius fossione, & tres circulos gladio circunferunt, & circa eam faciunt, & expectant fodere vsq; post occasum solis, & sic credũt eius præcipuas esse virtutes. Succus eius in sole desiccatur, & mala eius in umbra, & sic medicinæ vsibus deputãtur. Et sicut inueni in lapidario, ista herba qñ colligitur, clamat, & conqueritur, & si quis vocem eius audiat, moritur, & ideo necesse est vt cautè à fossoribus colligatur. Mandragora est homo, qui ꝑ certo qñ est in terra.i. in mundo radicatus per malam consuetudinem vel malam affectionem, si prælatus vult eum exinde auellere, & colligere per correctionem, tunc ipse clamat & cõqueritur per murmuratioẽ, & appellationem, quia nõ amat pestilens eum, qui se corripit. Prouer.15. Et etiam ipsum correctorem, & alios audientes, & astantes interficit per diffamationem, quia Qui arguit derisorem, ipse sibi iniuriã facit. Prouer.9. Et ideo necesse est vt tales inueterati in malis consuetudinibus & radicati, euellantur, & corrigantur cautè & sapienter a prædicantibus & prælatis, & ideo debẽt cauere ne ibi sit flatus venti.i. motus superbiæ, vel impetus iracundiæ vel furoris, imo primo debent circunfodere cum gladio verbi Dei, ipsum.s. per verba sacræ scripturæ circunducendo, & vocãdo, & concludendo, & ad bonum incitando, quia.s. circa tales nõ est austerè sed benigniter procedendum, & sic tandem poterunt colligi.i. corrigi, & ad vsus medicinę spiritualis seruari. quia.s. tales sic conuersi, quo ad vitam sunt alijs medicinales, & succ⁹.i. carnalitas istorum ad solem.i. ad ardorem pœnitentiæ desiccatur, & fructus seu poma.i. eorum opera in umbra humilitatis seruantur. Omnia ista patent in Paulo, qui primo fuit trib⁹ circulis.i. tribus diebus excæcatus, & tandem post occasum solis, id est, postquam fuerat lumine priuatus perfectè est correctus, baptizatus, & conuersus. Circundedi illud terminis meis. Iob 38. Vel dic ꝙ religiosus, quando de terra.i. de mundo tollitur à Deo per conuersionem, tribus circulis, id est tribus votis adstringitur, & sic post solis occubitum, id est post vitæ excessum a Deo colligitur, & in apotheca ponitur paradisi fructus autem eius & succus &c.

### D. Milio. Cap.101.

1 Milium est herba simil.s cannæ, cuius grana valde sunt minuta, & parua, concaua, sicca sine vnctuositate, & ideo paruum dant corpori nutrimentum, imo stomachum infrigidant, & desiccant, & eum cõstypãt, & constringunt. Milium est mundus, cuius fructus sunt auari, & peccatores, qui pro certo parui sunt quo ad merita, frigidi
4 per indeuotionem, sicci per incompassionem, & sine vnctuositate charitatis, & ideo tales paruum dant corpori.s. ecclesiæ, nutrimentum: quia isti alios suis elemosynis nõ nutriunt, imo per rapinam, & auaritiam ipsos infrigidant, & desiccant, & humore bonorum temporalium eos priuant. Milium significat diuitias, quæ pro certo animæ dant paruum spirituale nutrimentum, imo stomachum voluntatis, & conscientiæ infrigidant per indeuotionem, desiccant per crudelitatem, & constypant per auaritiæ parcitatem, & sanguinem bonarum affectionum non generant nec producunt. Nil proderunt diuitiæ in die perditionis, iustitia autem liberabit a morte. Prouerb.10.
2 ¶ Milium valet ad confortandum stomachum propter siccitatem, assatum autem virtutem habet, torsiones vẽtris sedandi.

### De Menta. Cap.102.

1 Menta est herba calida, & sicca, & stomacho proficit, & est duplex.s. domestica, & siluestris. sed siluestris est calidior, & dr̃ a latinis napita vel calamintha. Alia sunt eius genera, q̃ crescunt in palustribus, & in pratis, quæ non sunt tantę efficaciæ vel virtutis nec coloris, odoris autem sunt grauioris pariter & saporis. Menta est homo, sed istius sunt plures species s. domestici.i. boni seculares, item siluestres.i. boni religiosi, & hi calidiores sunt per charitatem, sicciores per castitatem, vtrique tamen valẽt, quo ad vitæ sanctitatem, & stomachum ecclesiæ roborant, & confortãt. Alij sunt palustres.i. deliciosi, & luxuriosi, & hi respectu aliorum
2 parum aut penitus nihil valent &c. ¶ Menta est herba calida & sicca, & stomachum iuuans, calefatiens, dissoluens, consumẽs, purgans, & appetitum prouocans, venenis obuians, & ad alia multa valens, hæc multum se multiplicat, quia si hasta eius in terram reflexa humo cooperiatur, cito se multiplicat, & ex se nouam radicem generat seu prolem. Talis est charitas, quia stomachum.i. conscientiam iuuat & confortat per spei consolationem, calefacit per desiderium, & bonam affectionem, dissoluit, per contritionem, purgat per confessionem, consumit per pœnitentiam, satisfactionem, & afflictionem, & appetitũ, id est, desiderium æternorum prouocat per deuotionem, & contemplationem, & venenis peccatorum obuiat & repugnat & valet contra multa vitia, & peccata, & hæc multiplicat seipsam, & augmentat, quia homo charitatiuus, & amans alios attrahit ad amorem. Senec. Ama si vis amari. Multiplicat etiam se per bonam operationem, quia si inclinetur per humilitatẽ, & terra, id est memoria mortis operiatur per consideratioẽ tunc statim emittet radicem, id est, bonam affectionem, & faciet plãtam, & nouam prolem, id est bonam operationem. Vel dic, quòd menta est bonus homo, qui inclinatus &c. sicut supra. Vel dic, ꝙ menta est virtus humilitatis &c.

### De Malua. Cap. 103.

Malua dicitur à molliendo ventrem, nam cum sit humida, & temperata, idcirco virtutem habet mollificatiuam, mundificatiuam, & maturatiuam. Si quis autem succo eius inũctus fuerit à scorpionibus vel aranea non mordetur. succo etiam eius & oleo linitus, puncturas apum non patitur neque sentit, vt dicit Isido. & Plat. Talis est virtus benignitatis, quia vere ventrem, id est, voluntatem mollificat, & humectat, & eam temperat, & maturat, quia beati mites &c. Matth.5. Omnem etiam duritiam ruditatis, crudelitatis, & obstinationis remollit, quia Responsio mollis frãgit irã. Prouer.15. Et ideo pro certo si quis ista inũctus fuerit, a scorpionib. id est, a detractoribus, & ab aranei, id est, à venenosis, & malitiosis non mordebitur, ab apibus etiam; id est ab adulatoribus, qui mel in ore gerunt, non lædetur, & maximè si oleum misericordiæ sibi iungat. Vel dic, quòd hæc est pœnitẽtia quæ mollificat per contritionem, mundificat, per confessionẽ, maturat per vitæ perfectionem, & a puncturis.i. a tentationibus, apum, id est carnis araneæ, id est, mundi scorpionis.i. hostis liberat, & maximè si oleo iuncta fuerit pietatis. 1

### De Nuce Iuglanda. Cap. 104.

Nux dicitur a nocendo, quia.s. vmbra eius, & stillicidia circunstantibus herbis, & arboribus sunt nociua, folia eius amara sunt & fœtida, fructus autem eius est dulcis, veruntamen amaro cortice circumtectus. vmbra ẽt eius sub ea dormientibus est nociua, & multarum infirmitatum generatiua, vt dicit Isid. Talis est mundus, quia vere folia eius, id est diuitiæ sunt amaræ, quia.s. in eis est labor in acquirendo, timor in possidendo, dolor in amittendo, & ideo stillicidia eius, id est deliciæ, vmbra eius, id est eminentia, arborib. circunstantibus, & hominibus ibi dormientibus, id est illis, q in talibus delectantur est nociua, & multos morbos generat, peccatorum, quia.s. exinde procedit ambitio honorum, cupiditas diuitiarum, voluptas deliciarum, &c. multa, quia radix oium malorum est cupiditas 1.ad Tim.6. Et ideo Esa. 30. Væ qui confiditis in vmbra ægypti. Et licet fructus huius arboris.i. mundi bona sint dulcia, & delicata, cortice tñ amaro.i. multis doloribus & amaritudinibus sunt operta, quia amarissima erunt peccatoribus quando propter ea damnabuntur Prou.5. Nouissima eius amara velut absynthium. Vel dic qđ nux est peccator, cuius vmbra idest status & eminentia cuius stillæ.i. mala doctrina aliis circunstantibus sunt nociua qoia scilicet arbores circunstantes.i. vicinos, item sub vmbra suę eminẽdie dormiẽtes.i. subditos damnificat per extorsiones fraudes & rapinas patet in aduocatis raptoribus. Vel expone de hæreticis, qui aliis nocent, & eos corrumpunt per stillas suæ corruptæ doctrinæ folia.n. eorum.i. verba sunt amara, & licet fructus eorum.i. opera videantur esse boni & dulces sunt tamen amaritudine & falsitate & hypocrisi & mala intentione inuoluti Sap.4. Fructus eorum inutiles & acerbi ad manducandũ. Vel dic de luxuriosis personis, quæ corrumpunt alios circunstantes & folia eorum.i. verba sunt fætida & inflammatiua & amara fructus aũt eorum.i. deliciæ quas frequentant semper amaritudine sunt resperfæ: quia uere plus est ibi de amaritudine q̃ de dulcedine, oibus computatis, quod ostenditur Prouer.7. vbi mala mulier cubile suum aspergerat vna specie fætida.s. aloe, alia amara.i. myrrha alia dulcis.s. cynamomo. Myr-

rha

rha inquit & aloe & cynamomo aspersi cubile meum. ¶ Nux
est arbor alta, & procera, habens ramos, & nodos diffusos, fo
lia lata, & numerosa, pyrã idalia & acuta, cuius radix, cortex
& fructus competunt medicinæ. valet. n. succus corticis & ra-
dicis ad vrinandum, & contra rigorem febris & multa alia. Fru
ctus eius est multum medicinalis, intãtũ q ea cibo cui admi
scetur oẽ venenosum, & virulentum effundit, & extrahit & ex
tinguit. Multum. n. valet contra venenum, & sp sub amaro cor
tice in dura testa seu capsula continetur. Et sicut dicit Isid. ista
arbor, quondam fuit Ioui specialiter dedicata. Talis est vir p-
fectus: quia altus per cõtemplationẽ, diffusus per charitatem,
follitus per eloquentiæ claritatem, medicinalis p vitæ & do-
ctrinæ sanctitatem, nam radix eius. s. affectio, cortex eius. i. con
uersatio, fructus. i. operatio, vsui conueniunt aliorũ, & eis sunt
vtilis medicina. Na succus suæ bonæ doctrinę, & eruditionis,
fructus sui boni exempli & operationis, alijs subuenit & me-
det, & eos facit vrinã. i. diuitias emittere per elemosynarũ lar-
gitionem, & rigorem seu frigus febris. i. frigiditatẽ ind unio
nis, & auaritiæ non sentire, & a veneno peccatorum mortaliũ
liberari. Item fructus, & opera bonorũ dñt sub duplici cortice
cõtineri. primus, & interior est humilitas, q dẽt esse alba p ca-
stitatẽ, dura p cõstãtiæ firmitatẽ. exterior aũt qui multum est
amarus, significat pniæ asperitatẽ, quia sub velamento pniæ, &
humilitatis dẽt velari & celari fructus bonorũ operũ & virtu
3 tis. Prouer. 31. Oẽs domestici eius vestiti sunt duplicib. ¶ Fru-
ctus nucis est interius dulcis, & vnctuosus, mollis & virtuosus,
calidus. s. & humidus, & triplex hẽt vestimẽtum, quia interius
immediate hẽt q̃dã albã pellẽ seu camisiã, tandẽ hẽt, quãdã du
rã testã, & rudẽ, tãdẽ habet corticẽ amarũ, & grossum, & quã-
to plus antiquat, & maturaẽ, tanto interius camisia sibi magis,
incorporatur, & vnitur. Talis dẽt esse bonus christianus, & ma
ximẽ religiosus, qui est fructus arboris ecclesiæ vel religionis,
q dẽt esse interius mollis p pietatẽ: quia. s. ex eo dẽt emanare,
oleum mix, & elemosynarum, mollis p benignitatem, vnctuo
sus p charitatem, albus p innocentiæ puritatem, & hic dẽt ha
bere triplex spũale vestimentũ, quia primo dẽt interius indui
camisia cãdida puræ castitatis: & quanto plus maturabit & se
nescet tanto talis camisia dẽt eidẽ firmius inhærere. Amictus
syndone super nudo. Mar. 14. Scdm indumentum est durũ &
rude, & significat duritiã, & firmitatem boni propositi & volũ
tatis, quod dẽt esse rude per humilitatem, quia. s. nõ dẽt de pro
prijs viribus cõfidere, quia magna est firmitas, p propriã infirmi
tatem cognoscere. Tertium indumentum significat amaritudinẽ
exterioris pniæ & asperitatis, in qua pro certo dẽt esse munitu
rus. & sic per ista tria poterit a nocumẽtis exteriorũ vitiorum
tueri. Ezec. 16. Sũpsisti vestimenta tua multicoloria. Et sicut
quãto nux plus maturat, tanto cortex ista ab ea plus elõgatur,
& finaliter ab ea cadit, & remanet pulchra & munda, sic homo
quãto plus antiquaẽ p perfectionis, & senectutis ætatẽ, tanto
cortex pniæ ab eo plus elongaẽ. i. quia ipsam leuiorem reputat
& inuenit, quia. s. eã non hẽt propẽ cor p grauitatẽ; & finaliter
in morte ab eo cadet, & cessabit, & mundus, & purus in æter-
na requie remanebit, quia tunc absterget Deus oẽm lachry-
mam &c. Apoc. 7. Et sicut cortex est amara & humida, sic pnia
dẽt esse amara per contritionẽ, & humida per lachrymationẽ.
4 ¶ Nux qñ est viridis, interius est mollis, & leuis, & exterius est
viridis. s. in cortice, amara tñ & fœtida, & tingit & inficit con-
tingentem. corticem etiam, & testã interiorẽ hẽt durã & nodo
sam, exinde tñ nucleus extrahitur, & a cornicibus sæpius de-
uorat. Sic verẽ, qñ hõ est viridis p suã vitam carnalitatem, &
immaturus per insolentiæ leuitatem, tunc interius est mollis,
& delicatus per voluptatem, & delectationem exterius autẽ
in cortice conuersationis est viridis per curiositatem. interius,
item hẽt duram testã. i. obstinationẽ, & incorrigibilitatem, &
cortex eius. i. exterior conuersatio fœtida est per infamiam &
contingentes. i. vicinos inficit, & corrumpit per mali exempli
dationem, & ideo de talium incorrigibilitate, duritia, & obsti
natione dr Eccles. 23. Homini fornicario omnis panis dulcis,
non fatigabitur transgrediens vsq; in finem. Finaliter tñ extra
hitur, & frangitur per mortem, & a cornicibus demonibus de
uoratur. Effodiant eum corui de torrentibus &c. Prouerb. 30.
5 ¶ Cornix nucẽ eleuat, vt dimittẽdo eam cadere, ipsam frãgat.
Sic verẽ diabolus videns, q non pot hominem frangere per
pctã, procurat eum eleuari ad dignitatẽ, & prosperitatem, &
sic facit eum per superbiã cadere, & sic per mortem corporis
frangitur, & per damnationem æternam finaliter deuoratur.

Iob 30. Eleuasti me, & quasi super ventum ponens elisisti me
valide. ¶ Licet nux dum est viridis, amarum, & fœtidam habeat 6
corticem, qñ tñ maturatur, cadit ab ea talis cortex, & remanet
munda, dura, & fortis exterius, et interius alba, vnctuosa, cali-
da, & sicca, et medicinalis, & oleum inde fit optimum. Sic ve-
rẽ licet hõ in sua viriditate, i. in sua iuuentute habeat fœtidam,
et vilem corticẽ. i. malam, et infamẽ exteriorẽ conuersationẽ,
quando tñ antiquatur & senescit, tũc dẽt talis cortex cadere,
& deficere. Exuite vos veterẽ hoiem. ad Ephe 4. Et debet effi-
ci exterius durus per pniæ austeritatem, mundus per conuer-
sationis honestatem, interius autem in conscientia albus p ca
stitatem, vnctuosus per benignitatem, mollis per pietatem, ca
lidus per charitatem, siccus per abstinentiæ maceratiõnẽ, emit
tens oleum i. elemosynarum largitionem, medicinale contra
venenum peccatorum per vitæ, et doctrinæ perfectionem. ps.
Senectus mea in mia vberi. Vel per statum viridẽ intelligo sta-
tum mundi, uel etiam statum nouitiatus, per statum autẽ ma-
turitatis intelligo statum religionis, vel statũ professionis. Vel
dic q viriditas est status peccati, maturitas status pniæ, et con
uersionis. etc. ¶ Nux arbor (sicut patet intuenti) in formã cru-
cis figuratur, ut cõiter. Fructus autem eius quasi in formã cru 7
cis inuenitur fissus, in fissuris etiam interioris nuclei est quod-
dam tenue lignum, quod similiter cõtinet formam crucis. Sic
verẽ hõ debet esse spiritualiter dispositus more crucis: qa de-
bet esse superius extensus ad cœlestia per contemplationem,
inferius ad infernum, et terram. i. ad mortem per timorem, et
mortis recordationem, a dextris autem, et sinistris. i. ad amicos
et inimicos debet extendi per charitatem, et dilectionẽ. Cor-
pus suum crucifigentes etc. ad Galat. 5. In fructibus etiã eius
. i. in operibus debet sp resultare lignum crucis. i. similitudo et
impressio crucis Christi, et passionis, vt. s. ibi appareat humili
tas, perseuerantia, pnia etc. similia. Christo confixus sum cru-
ci ad Galat. 2. ¶ Nucis fructus si temperatẽ sumantur, bene nu
triũt, et proficiunt comedenti, si autem immoderatẽ et nimis 8
lautẽ, quis eis vtatur, choleram, et malos humores generant,
et capitis causant grauedinem, et dolorem. Sic mundi diuitiæ
si debitẽ quis eis vtatur, et nõ nimis, sed tẽperatẽ ex eis habue
rit. s. ad sufficientiam, tunc conueniunt et proficiunt, et spiri-
tualiter, et temporaliter nutriunt, si quis autem nimis ex eis
comederit, et habuerit, et sine discretione eis vsus fuerit, tunc
choleram. i. ardorem auaritiæ, malosq; humores carnalitatis
et luxuriæ in eo generant, et dolorem capitis. i. laborem, et sol- 1
licitudinem in eo causant. Ideo bene poscebat sapiens, Prouer.
30. Nec diuitias nec paupertatem etc. Diuitiæ congregatæ in
malum domini sui. Eccles. 5. ¶ Nuces sunt calidæ, et siccæ, et 9
vnctuosæ, et valent contra venenum, et multa alia etc. Sic cha
ritas etc. ¶ Illud quod est bonum in nuce, nunquam fœdat con 10
tingentem; sed illud quod nihil valet. s. corium seu cortex. Sic
mali, et non boni fœdant alios, et corrumpunt, verbis. s. et exẽ
plis, quia sicut dr Eccl. 13. Qui tetigerit picẽ, inquinabitur ab ea. 11
¶ Nota q hoc agit de nuce magna, et gallicana. Ois. n. fructus
habens durum corticem, dr nux, sicut castanea, auellana etc.

### De Nuce auellana. Cap. 105.

NVx auellana dr ab aliquibus nux siluestris, et dicitur
ab auellere, eo quòd in loco publico crescens, a tran-
seuntibus auellatur, minus est calida et vnctuosa et nu
tritiua, quàm domestica. est dura ad frangendum, diffi
cilis ad digerendum, digesta tamen bene nutrit, et multum est
medicinalis, vt dicit Isaac et Constant. Cortex etiam eius va
let contra alopeciam, si melli misceatur, et capillos crescere,
facit. Tales sunt siluestres seculares, quia. s. alijs religiosis, et cle
ricis minus sunt calidi per charitatem, minus vnctuosi per pie
tatem, minus nutritiui per elemosynarum largitatem. Duri. n.
sunt per obstinationem, difficiles ad frangendum per corre-
ctionem, et ad digerendum per conuersionem, digesti tamen
et conuersi, emendati, et correcti, tunc bene nutriunt per ele-
mosynas. s. pauperes, et corpori ecclesiæ proficiunt atque pro
sunt. Cortex enim eorum. i. substantia temporalis, quãdo mel
li. i. dulcedini pietatis commiscetur, tunc medicinalis efficitur
illis, qui pilos. i. diuitias perdiderunt. s. pauperibus, quos suis
elemosynis reficiunt atque iuuant. Psalm. Adiuuit pauperem
de inopia. ¶ Auellana non ex toto cortice includitur, sed ex
parte, et dicitur auellana, ab auellẽdo etc. sicut lupia. Sic mul
ti sunt

ti funt, qui fe cortice pœnitentiæ penitus nooincludunt, quia corpus io choro, cor habent in loro, vt funt multi mali religiofi, & ideo quia infti in luco publico, id eft in muudo commorantur, vt quis mundi negocijse fexponuut, idcirco à diabolo faciliter auelluotur, vel alias remouentur. Efa. 7. Eamus ad Iudam, & auellamus eum ad oos.

NVx mufcata eft fructus cuiufdam arboris Indiæ, qui in tefta dura fub cortice detinetur, & tam cortex, quàm interior oucleus virtutem hsbet calefaciendi, coofortandi, cerebrum, & fpiritualia recreandi, ventofitatem extenuandi, vt dicit Plin. Diofcor. & Platea.

## De Nardo. Cap. 106.

1 NArdus eft herba modica, fpinofa, & odorifera, quæ mafticata linguam deficcat, uirtutem habet coofortādi, fpiritus odoratu reparsndi, oris fętorem tollendi, linguę paralyfim tollit, conceptionem adiuuat, opilationes fplenis aperit, epilepticos iuust, & ad alia multa valet, quę omnia etiā facit oleum quod ex ea eliquatur, ut dicit Ifido. li. 17. & Plsi. Nardus parua eft humilitas, fpioofa eft pęnirentia, calida eft charitss, omnes tamen funt odoriferæ per bonam famam, & ideo cor confortant per fpem de æternis, fpiritus. i. gratias, & virtutes reparant, & oris fœtorem. i. infamiam uerborum amputant, & eorum inhoneftatem, paralyfim linguæ. i. verecundiam confitendi, & loquendi fpiritualiter tollunt, cooceptiooem booi propofiti procuraut, & ad alia multa valēt. Idem dic de qualibet virtute, & maximè de Dei. Vel dic quod nsrdus eft perfona bona & perfecta, parua per humilitatem, calida per charitatem, fpinofa per pœoitentiæ aufteritatem, odorifera per famæ & vitæ fanctitatem. Et ideo de beata virgine canitur, Nsrdus odorifera, quæ fundit odorem. Cyprus cum oardo dederuot odorem fuum.

## De Olea. Cap. 107.

1 OLea eft srbor, oliua eft fructus, oleū fuccus. Et eft olea
srbor viridis, hsbeos folia fub alba, ęftate & hyeme vi
rentia, flores habet minutos & redolentes, fructus ei°
pingues funt, lapidi atque dulces, & radix eius amara
eft, & ex radice amara furgit oliua in nutrimētum igois, in me
dicameotum infirmi, & iopabulum efurientis, vt dicit Ifid. li.
17. Talis eft Chriftus vel vir perfectus; q a vere folia eius. i. ex
terior conuerfatio fp virer per honeftatē; quia. f. in hyeme tri-
bulationis, & in ęftate profperitatis debet durare viror fuus. i.
decor fuæ honeftatis & fuæ gratiæ & virtutis. Eccl. 24. Quafi
oliua fpeciofa in campis &c. Sunt etiam fubalbida per caftita
tem. Flores eius. i. interiores affectiones minuti funt per humi
litatem, odoriferi per famofitatē, fructus eius. i. operationes
pingues funt per pietatem, dulces per benignitatem. Canti. 2.
Et fructus eius dulcis gutturi meo. Radix eius. i. cor amarum
eft per contritionem, & ex eo furgit fructus bonæ operationis
qui ignem charitatis fuis exemplis accendit, infirmos in fide &
moribus corroborat atq; fanat, & efurientes. f. pauperes, pieta
tis operibus reficit atq; nutrit. Pfa. Satiauit animam inanem &
aiam efurieotem. Vel dic ꝙ oliua eft beata virgo, cuius origo
& radix eft populus Iudęorum, qui amarus eft ꝑ vitia & pec-
cata, & tñ ex eo proceffit ifta olea uel oliua, quæ fructus dul-
ces. i. opera mifericordiæ fp bēt &c. ficut fupra. Iō dr Hie. 11.
Oliuerā uberē, pulchrā, fructiferā, fpeciofam, vocauit dñs oo-
2 meo tuum. ¶ Oliua radicem habet amaram, & corticem fimili
ter, fructus tñ eius dulcis eft atq; pinguis, ex quo fit oleum, ci-
bus & medicina. Sic uerè qō hō eft amarus io radice cordis
per contritionem, in cortice conuerfatiooꝭ per exteriorē ma
cerationem, tuoc fructus dulces. i. opera bona profert, & oleū
mifericordiæ, & pietatis fundit. Petra fundebat mihi riuos o-
lei. Iob 29. dic ficut fupra. §. de virgine, ꝙ fructus huius oliuæ
eft Chriftus, dulcis, pius, & benignus, qui oleum mifericordiæ
nobis ftillauit. Infundēs oleum & uioum. Lu. 10. & igoē chari
tatis accendit. Ignem veoi mittere in terram. Lu. 12. & efurien
tes pabulo & etiam pane io deferto pauit. Mat. 12. & infirmos
pctōres fanauit. Figura de famaritano. Luc. 10. &c. ¶ Oliua mul
3 tę eft duritiæ & firmitatis, & quafi imputribilis, fed licet firma
gnę duritiei exterius in fubftantia, multę tamen eft humoro-
fitatis interius io medulla ex eius. o. fructu oleum eliquatur.
Sic uerè nos debemus effe duri et fortes contra omoia uitia
et tormenta per cooftantiam, fortitudinem et uirtutem, ita ꝙ
non debemus fuccumbere nec cedere oec putrefieri per pec-
catum, fed per perfeuerantiam imputribiles permanere. Seoe-
ca. Vtere officio quod femel fumpfifti, turpe eft ooeri cedere.
Iorerius tameo in medulla, id eft in corde debemus effe tene-
ri et humidi per fluidam pietatem (illi enim qui fciunt alijs cō
pati et mifereri, melius durar, et perfeuerant io charitate oleū
etiam, id eft abundantiam elemofynarum et operum pietatis
ex nobis iugiter diftillare. Eccle. 9. Oleum de capite noo defi-
ciat. Vel dic ꝙ licet pręlatus fit exterius in conuerfatione, et
cortice amarus, et durus per correctionem, iotus tamē debet
effe mitis et beniguus, et pius per compafsiooem. Exemplū de
Moyfe, qui pie Deum orauit pro populo delioquente in vitu-
lo, et tamen eos durè et feuerè puniuit, quia fecundum Senec.
Plus debet effe feuerus domious, pius pater, mādatorum cul
tor, virorum ultor. ¶ Secuodum Plioium arbores oliuarū fru 4
ctiferarum non volunt folum oimis pinguæ uel macrum, fed
temperatum, nec regionem feruentem nec frigidam, fed tem
peratam, uoluut enim effe io loco temperate calido, & ficco,
piogui, & macro, foli, expofito, rore cœli etiā humefacto. mul
tum enim eis confert cœlum, id eft cæleftis influentia tempe-
rata. Sic uerè illi qui funt fructiferi per bona opera, noo debēt
appetere folum, id eft ftatum qui fit nimis pinguis per diuitias
oec oimis macer per paupertatem, oec regionem ubi fit nimi°
calor auaritiæ, & cupiditatis, oec oimium frigus iodeuotiōis,
& tepiditatis, fed locum, & ftatum temperatum & fufficientē,
exemplo Salomonis (Prouerbior. 30.) qui à Deo petiuit fibi,
dari oec diuitias nec paupertatem, fed fufficientiam. Tales. n.
maximè debēt petere folum feu focietatem vel ftatum, qui fit
temperatus, quo ad vitæ fufficientem oecefsitatem, foli, id eft
Chrifto & bonis æternis expofitus per contemplatiooem, &
rore cœleftis doctrinæ humectatus, & fic erit fecundum illud
Eccle. 50. Quafi oliua pullulaos, & quafi cypreffus &c. ¶ Secū- 5
dum Plioium multum confert oliuæ temporis, & aeris fereni
tas. Nam fi imbrium fiat copia, quando oliuæ maturefcunt,
oleum faciliter vitiatur, nifi forte per fubfequentem ferenita-
tem temporis emendetur, per quam liquoris fuperfluitas de-
ficcetur. Sic etiam multis bonis confert ferenitas, id eft, pro-
fperitas; quia quando vehementes imbres, id eft fortes tribu-
lationes ingruunt, faciliter corrumpuntur, & vitiantur per im
patientiam, & defperationem, oifi fortè fubfequens ferenitas,
id eft fpes futurę fœlicitatis eis fubueniat, & fuccurrat. Nimia
enim tribulatio oocet nifi fpes remedietur. Naum. 2. Portæ flu
uiorum apertæ fuot, & templum ad folum dirutum eft. ¶ Se- 6
cundum Plin. oliua non indiget raftro vel falce vt putetur mo
re vitis, fed foli & rori committitur, veroo tempore gaudet,
& incipit tunc florere, fructus aotem eius circa hyemem col-
ligitur. & circa radices eius crefcunt, quædam falfæ, & adulte
rinę radices quas agricolæ terra aperta præcidun⁊ poft fruct°
collectionem; & fic mirabiliter emendaotur. Oliua eft vir per
fectus, qui pro certo nooindiget raftro vel falce, id eft afperi-
tate correctionis, & tribulationis, & hoc, quia oulla funt in eo
fuperflua, quæ debeant refecari, imo foli Chrifto per dilectio
nem, rori cœleftis gratiæ per deuotionem eft totaliter com-
mittendus. In verno enim tempore, id eft, in principio iuuen
tutis floret per bonas affectiones, & circa hyemem mortis (. f.
io fenectute) colliguotur fructus eius, id eft bonę operationes
quia. f. in fenectute fiunt maximè hooefti & apti ad alios ędifi
candum. Veruntamen, quaodo fructus talium funt collecti. i.
quando per booa opera fructificauerunt, tunc quia circa radi
ces cordis & affectionis crefcuot quandoque falfæ radices &
adulterinæ, id eft aliq motus inaois gloriæ & præfumptionis,
de meritis, vel malæ affectiones terreoorum &c. ideo agrico-
læ prædicatores vel prælati debent eis prædicando terram ape
rire, id eft fuam vilem & terrenam conditiooem, & naturam
oftendere, vt fic pofsiot radices huiufmodi extirpari, & omnis
vana gloria elimiuari, & fic meliores, & fœcundiores io boois
operibus fiunt. Luc. 13. Sine fodiam circa eam, & mittam fter
cora. Vel dic, quòd quando malæ radices, id eft, malæ affectio-
oes, et vitia, et peccata impediunt fructum bonorum operum
in aliquo, tunc debet prælatus fodere per correctionē, et ter-
ram aperire, et talia præfcindere, et auferre. Sex annis putabis
vineam tuam. Leui. 25. ¶ Quando fructus fuot io oliua, noode
bet oliuans eam cum virgis durè percutere, vt fructus excu- 7
tiat, quia anno fequenti fterilis fieret. minus. n. fructificat fic per
cuffa, vt dicit Plin. Sic verè quando in aliquo fubdito funt fru
ctus, diuitiarum, oliuans fuus. i. princeps, dominus vel præla-

sut

tua non debet eum cum virgis.i.cum fortibus tribulationibus & inuasionibus percutere, vt fructus diuitiarum extorqueat p rapinam, sicut faciunt tyranni, & hoc quia steriles eos faceret per paupertatem, ita q in anno sequenti inuenirent minus de fructibus ad suam necessitatem, sicut patet in impijs principibus, qui ita denudant subditos suos per rapinas, quod ipsi nec pro se nec pro eis nihil habent. Prouerb.28. Regnantibus impijs ruinę hominum. Vel dic q prælatus non debet nimis dure percutere & corrigere subditum, vt fructus bonorum operum ab eo extorqueat; quia multi sunt qui à bonis operibus ste rilescunt per obstinationem, inpatientiam, & etiam apostasiam, quando nimis durè corriguntur & tribulantur. Hier.15. Vulneraui, & destruxi populum meum, & tamen à vijs suis nō sunt reuersi. vnde Esa.9. Populus non est reuersus ad percutientem se ¶ Olea multos portat fructus, quosdam immaturos, &
8 virides, alios maturos & nigros, alios mediocres & rubeos, omnis tamen oliua quanto exterius nigrior, tanto interius pinguior, & vnctuosior, & ad exprimendum oleum aptior, (vt dicunt Isaac. Isid. & Diosc. Arbor ista est ecclesia vel religio, quæ pro certo multos fructus.i.multos subditos continet, & fideles, quia quidam sunt immaturi, & virides.s.nouitij & incipientes, qui adhuc sunt immaturi per insolentię leuitatem, virides per carnalem voluptatem. Alij sunt rubei & mediocres.s.proficientes, qui debent esse rubei per charitatem. Alij sunt maturi & nigri.s.perfecti, qui debent esse nigri per humilitatem, maturi per vitæ, & morum honestatem & sanctitatem. Ideo dicit psal. Ego quasi oliua fructifera in domo dñi. Et quanto qs est nigrior humilitate, tanto pro certo interius est vnctuosior pietate, & maturior sanctitate. Vnde exterior humilitas interiorem denotat sanctitatem; quia vbi humilitas, ibi est sapientia.
9 Proue.11. ¶ Secundum Arist. fructus oliuæ nunquam in arbore perfecte maturescunt, etiam si per multos annos ibi essent, & ideo oportet, q fructus collecti in vna congerie congregentur, & sic confortato calore per mutuam compressionem maturabuntur. Sic verè homines vix aut nunquam pñt maturari per vitæ sanctitatem, & morum, q̃ diu sunt in arbore vbi nascuntur.s.in mundo, imo verè necesse est, q inde auellantur per terrenorum contemptum, & q in congerie religionis vel ecclesiæ vna cum alijs congregentur, q inuicem per vnitatem & cōcordiam comprimantur, & sic calor charitatis in eis mutuo confortabitur, & ad perfectam morum peruenient maturitatē Gene.1. Congregentur aquæ quæ sub cœlo sunt, in vnum locum. Vel dic q homo non pōt fieri maturus per sapientiam & discretionem in arbore.i.in patria vbi nascitur, imo oportet q inde exeat, & q longè ad studia se conuertat, & q ibi vna cum alijs commoretur, & per plures dies ibi in studio in societate scholarium perseueret, & sic confortabitur, & conualescet calor.i.ingenium naturale, & ad maturitatem discretionis poterit peruenire. Io.& Lu.4. Nemo propheta acceptus est i patria sua. Ideo Abrahā dictū est. Gen.12. Egredere de terra tua &c.
10 ¶ Oliuæ rubeæ nec multum maturæ, nec multum vnctuosæ viliores sunt stomacho (secundum Isaac) q maturæ & nigræ: quamlicet maturæ plus nutriant, tñ pp vnctuositatem supernatant, nec ad locum decoctionis descendunt, & sic in humores superfluos & putridos conuertuntur. Sic vere quandoq; accidit, q illi, qui sunt mediocriter rubei per charitatem, maturi per sanctitatem, & honestatem, vnctuosi per pietatem, sunt meliores, q̃ illi qui sunt perfectè maturi per famæ, & vitæ honestatē, & hoc quia licet isti multum nutriant corpus ecclesiæ.i. pauperes suis elemosynis, peccatores suis doctrinis, & exemplis, tñ quia pp vnctuositatem pietatis, quam se vident habere, volunt supernatare per præsumptionem.i.alijs præeminere, ideo nō descē dunt per humilitatem, nec perfectè digeruntur vel ad bonū conuertunt, imo aliquando in humores putridos luxuriæ dissoluūtur, quia.s. Deus sępe tales dimittit cadere de suis viribus præsumentes. Ideo Eccl.7. Noli esse iustus multū. & Iudith 6. Humilias præsumentes de sua virtute. ¶ Secundum Pli. baccę oliuæ, q̃ diu sunt in arbore, non pereunt; sed q̃ diu ibi permittuntur, sunt meliores, semper.n. nouas vires recipiunt, & difficilius inde cadunt. Sic verè homo quā diu in arbore crucis re
11 sidet per eius recordationem & deuotionem, vel in Deo vel in ecclesia per fidē, gratiam & dilectionem, vel etiam in religione, nunquam perit per desperationem, vel etiam peccati consumptionem, imo quanto diutius ibi perseuerauerit, tanto magis nouas vires recipiet & virtutes, & melior efficietur, & ibi fortius & tenacius a .hærebit. vnde 1. ad Corint.6. Qui adhęret Deo, vnus spiritus est. ¶ Oliua ex triplici substātia cōstat.s. 12
ex osse duro, exteriori carne & cortice, & oleo seu succo. Sic homo constat ex duro osse, & ex oleo.i.ex sanguine liquido, & ex carne. Vel dic q oliua est Christus, qui habuit os durum.i. fortem diuinitatem. & carnem & oleum.i.animam. Vel dic q in anima debet esse oleū fluidæ pietatis, caro teneræ benignitatis, & os duræ, & solidæ firmitatis. Vel dic q oliua est ecclesia, vbi sunt, quidam ossei per duritiam, & obstinationem, quidam carnei per luxuriæ voluptatem, quidam sicut oleum per superbiæ vanitatem. Oleum.n. semper supernatat.i. sic multi volunt alijs eminere. Et sicut porci impinguantur ossibus oliuarum, & inde etiam ignis nutrit, sic verè ex ist s obstinatis ignis inferni, & porci.i. demones depascuntur. Erit in combustionē 13
& cibus ignis. Esa.9. ¶ Oliua nobis mittit & fundit oleū, quod vulnera lenit & sanat, & esurientes reficit, & est arbor pacis, & victoriæ. Nam sm Vale. maxim. legati Romanorum, qui p pace obtinenda vel concedenda mittebantur, sine ramis oliuæ non mittebantur. Victores sm Pli. apud Athenas oliua coronabantur. Talis est virtus pietatis; quia oleum dulcis consolationis & clementiæ nobis fundit, & ex quo esurientes & pauperes per elemosynas recreantur, & morbi peccatorum curātur, quia elemosyna extinguit peccatum. Eccle.3. Et ista pro certo est virtus pacis, & victoriæ, quia.s. Deum nobis pacificat & concordat, & nos facit de vitijs triumphare. Et ideo legatus pacis Christus cum ista oliua fuit a Deo missus.i.cū dulcore clementiæ, & pietatis, legata etiam pacis beata virgo oliuā clementię secum habet, victores etiam vitiorum, & tribulationum oliua.i. per opera misericordiæ coronantur. Patet Matt. 26. vbi in iudicio tantū fit mentio de operibus pietatis. Et hæc fuerunt figura ta Genes.8. vbi postquam Deus fuit conciliat⁹, & pacificatus cum humano genere, columba venit ad Noe in arcam cum ramo oliuæ viridis. Sic verè quando Deus fuit nobis concordatus, ipse misit in arcam, id est beatam virginem columbam, id est filium suum, cum oliua fluidæ pietatis. vnde Ozeæ.13. Erit quasi oliua gloria eius.

## De Oleo. Cap. 108.

Oleum est succus oliuæ, qui quanto recentior, tanto melior. Nam sm Plin. per senectutem, & antiquitatem, corrumpitur, & quanto oleū citius de torculari exit, tanto est laudabilius. Et est oleum liquor dulcis, lenis, pinguis, & suauis, cuius virtus est cibos condire, fessa mēbra recreare, ignem nutrire pannos induratos remollire, & apostemata maturare, & tanto melius, quanto terrenæ substātiæ minus est intermixtum, vt dicunt Isaac & Diosc. Per oleū intelligitur opus misericordiæ, quod est succus, & opus oliuæ, id est hominis pij & misericordis, quia talia sunt dulcia, & lenia, & alijs placentia, fessa enim mēbra, idest, homines depressos, pauperes, & afflictos iuuant, fouent, & pascūt.s. per elemosynas, & alia opera pia, ignem charitatis in nobis nutriunt, & accendunt, & morbos, & apostemata peccatorum curant, & sanant, & duritiem crudelitatis remolliunt, atque tollunt. Oleum ergo de capite tuo non deficiat. Eccles. 9. Sed ad hoc q istud oleum sit Deo bene acceptabile, tria requiruntur. Primū q sit recens.i.q fiat in nouitate vitæ.i.in statu iuuentutis, vel in nouitate gratiæ, & virtutis, quia quando homo est antiquatus per senectutem, vel etiam per malam vitam, & consuetudinē, vt quia est in statu peccati, tunc oleum elemosynarum, & pietatis, non est ita Deo acceptum, nec ita meritorium. Ideo Iob 31. Ab infantia creuit mecum miseratio. Aliud necessarium est, q cito debet exire de torculari.i.de arca vel bursa, quia.s. homo debet cito, & celeriter dare elemosynam, nec debet facere pauperes expectare. Prouer.3. Non dicas proximo tuo, vade, & cras dabo tibi, cum statim possis dare. Tertium est, q à terra.i.a terrenis glorijs, & affectionibus, debet esse depuratū, quia.s. non debet fieri elemosyna pro terrena gloria, sed æterna, sicut faciunt hypocritæ. Ideo Matth.6. Cum facis elemosynam, noli tuba canere. Vel dic, q oleum, quod per senectutem corrūpitur, significat, qui sunt qui in iuuentute sunt boni, in senectute autem corrumpuntur, de quibus ad Gal.3. Cū spiritu cęperitis, carne cōsummamini. Vel dic, q illi sunt quo ad Deū meliores, q minus cum terrena substantia.i.cū bonis temporalibus sunt mixti p affectionē & amorē, q de torculari.i. de mundo citius & libentius exeunt, & procedunt, qn à Deo inspirantur, & a prædicatore mouent. ¶ Baccę oleæ cū mola fortiter cōteruntur, deinde aqua feruentissima cōsperguntur. Nā per talē aquā 2
vnctuositas

vnctuositas ab amurca(q̄ est fex olei)& a nucleis diuidű,&
sic oleum leuiuseliquatur. Ipsa aűt aqua ab oleo postmodű
artificialiter separatur. Oleű est opus misericordiæ, quod ꝓ
certo qñ Deus ab aliquo auaro vult eatorquere, aliqñ teric
eum per tribulationem,& perfundit aqua grẽ per interiorẽ
inspirationem,& sic inde extrahit oleum.i. elemosynam, &
3 cõpassionem. ¶Oleum est naturæ lucidæ,& specularis. Vnde
ſm Pap. si quis in profundű maris immersus fuerit,& oleum
(& maximè oliuarű)in ore habuerit, tunc si ipsum emiserit,
respirabit, ita circuniacentia illuminabit, ꝙ se clarè videbit,
& gubernabit. Talis est pura,& vera sciẽtia,& doctrina, quia
vere si quis eam habuerit, dato ꝙ in profundo maris pecca-
torum immersus fuerit, tñ virtute eius illuminabitur per di
scretionem,& respirabit per orationem,& sic à periculo po
terit liberari. Vel dic ꝙ oleum est grã dei, vel virtus pietatis,
q̄ pro certo si quis habuerit, quanquam sit in profundo pec
catorum, tñ poterit liberari,& saluari. Ideo dicit Hie. ꝙ non
meminit se legisse hoiem male mortuum qui libenter exer-
4 cuit opera pietatis. ¶ Diuersa sunt gña oleorum, s. myrtinű,
nardinum,& cætera similia, quæ habent in se diuersas virtu
tes contra diuersas infirmitates. Nam sicut patet, vnum va-
let contra febriem, aliud contra paralysim,& sic de alijs, aliud
infrigidat, aliud calefacit, aliud restringit, aliud maturat, &
cætera similia. Sic verè variæ sunt grẽ,& virtutes, quæ varijs
infirmitatib. peccatorum opponuntur. Alia.n. calefacit, sicut
charitas, alia refrigerat, sicut castitas, alia maturat, sicut di-
scretio,& prudentia, alia restringit, sicut tẽperantia, & absti
nentia, alia soluit paralysim pigritiæ, sicut occupatio, alia fe-
brem auaritiæ, sicut pietas,& cõpassio, alia rumpit apostema
superbiæ, sicut humilitas, alia putredinẽ luxuriæ, sicut conti
nentia alia ẽt inducit somnű, sicut oleű papaueris, hoc est de
uotio,& cõtemplatio, alia insensibilitatẽ, sicut mandragora
.s. patientia vel benignitas. Idõ de tali oleo dr̃ Deu.33. Tingat
in oleo pedẽ suű. Et 1.ad Cori.12. Diuisiones gratiarű sunt.
5 ¶Oleum ſm qualitatem rei cui miscetur, suas mutat vel tẽpe
rat qualitates. Vnde(sicut dr̃ in compendio Salerni)si caro
leonis in oleo sit decocta, illud oleum ita efficitur calidű, ꝙ
si ea inde volæ manus,& venæ pulsatiles inűgantur, febrẽ in-
ducit. Oleum ẽt in quo poma mandragoræ sunt decocta, ita
efficitur frigidű, ꝙ si membrű aliquod eo inungatur, insensi-
bile,& stupidű efficit, ita ꝙ non sentiet si scindat. Oleű ẽt pa
paueris somnű prouocat,& inducit, vt dicit Plat. Oleű signi
ficat mundi prosperitatẽ, in qua caro leonű.i. principű tyrã
norű,& poma mandragoræ.i. műdi filij,& diuites sunt deco
cti per luxuriã,& auaritiã, quia vere tale oleű inducit somnű
pigritiæ,& tepiditatis, febrẽ auaritiæ,& cupiditatis, stuporẽ
malæ cõsuetudinis, obstinationis, & incorrigibilitatis, quia
statim ꝙ inde aliquis est inunctus, & ꝙ est in mundi prospe-
ritatib. inuolutus, efficitur dormiens per delicias, & luxuriã,
febricitans p auaritiã,& insensibilis, p obstinationẽ,& duri-
tiam, quia licet scindatur per correctiones,& tribulationes,
itaꝗ est tñ obstinatus ꝙ nõ sentit nec percipit nocumentű per
cõuersionẽ vel cõtritionẽ, aliorű ẽt miserias nõ sentit per cõ
passionẽ, nec eis in aliquo per pias elemosynas subuenit aut
succurrit 2.Re.19. Nõ vigent sensus mei ad discernendű. Vel
dic ꝙ leo est hõ, qui pro certo ſm qualitatẽ eorum qui adiű
guntur sibi.i. illorű quorű sectatur societatẽ, sua qualitas vel
conditio variatur, quia si caro leonis.i. aliqua crudelis perso
na ei adiuncta fuerit,& sociata, tunc efficitur ita calidus per
auaritiam,& crudelitatẽ, ꝙ etiã suis verbis & exemplis alios
facit febricitantes,& auaros, sicut patet de malis principib.
& iudicib. qui per societatem crudelium consiliariorum fiűt
crudeles,& tyranni,& subditos faciunt febricitare.i. treme-
re & ardere diuersis exactionib.& tormentis. Si autem man
dragora.i. aliqua persona frigida, & indeuota sibi societur,
tunc similiter efficitur frigidus,& indeuot⁹,& alios facit in-
sensibiles,& obstinatos, quia qui stultorű socius fuerit, con-
6 similis efficietur. Prou.13. ¶Oleum multum habet leuitatis,
& aereitatis. vnde omni liquori superfertur,& alijs liquorib.
subesse penitus dedignatur,& sp alijs supernatat. Sic vir iu-
stus multum est leuis per paupertatem, aereus per sanctitatẽ,
& ideo nõ vult residere per affectionẽ,& amorem in fundo
.i. inferius in mundo, sed in superficie, s. superius in paradiso
per cõtemplationem, spem & affectionem. Habitaculű eius
sursum. Iudith.8. Et sicut oleű ex eo ꝙ aquæ cedit super eam
eleuatur, sic homo ex hoc ꝙ aliorum verbis,& iniurijs cedit
per patientiam,& eo ꝙ alijs facit locum per humilitatẽ, sæ-
pe accidit ꝙ ipse eleuatur & crescit per temporale,& æternã
dignitatem, quia sicut dr̃ Iob 5. Deus ponit humiles in subli-
me,& merentes erigit sospitate. Vel dic ꝙ oleum est super-
bus, quia vere sp vult alijs superesse,& dnari, & sub alijs, s. in
statu infimo,& humili remanere penitus dedignatur, sed per
ambitionem semper quærit ascendere ad dignitates, & offi-
cia. Et sicut oleum incendit ignẽ, sic isti ignem iræ,& discor-
diæ in religione vel ecclẽsia nutriunt,& accendunt, ignis ẽt
inferni erunt finaliter nutrimentű. De igne.n. egredientur,&
ignis consumet eos. Eze.15. ¶Oleum est naturę penetratiuę, 7
quia vas ligneű in quo est, penetrat & subintrat, nisi forte fue
rit vitreű vel vitreatum. est ẽt naturę infectiuę,& cõtagiosæ,
quia oẽ quod tangit,& maximè vestẽ, ita inficit, ꝙ ibi quasi
perpetuo hmõi vestigium derelinquit, ignẽ aűt accendit, &
nutrit. Sic pro certo talis naturæ sunt deliciæ, quæ vere natu-
rã habent subintratiuã, quia si hõ eas habuerit & cõtinuerit,
ipsum intrant vsq; ad cor, quia.s. eas diligit,& pro eis est soli
citus. Naturã ẽt habent contagiosam, quia vere qñ per immo
deratum affectum tangunt aliqnã personam, ipsam per luxu
riam inficiunt,& corrumpunt,& vestes.i. exteriorẽ conuersa
tionem per infamiã quasi inseparabiliter maculant.& inqui
nant. Ideo de bonis dr̃ Apoc.3. Hi sunt qui non inquinaue-
runt vestimenta sua,& Apo.7. Hi qui amicti sunt stolis albis,
qui sunt? &c. Tales ẽt nutriunt ignem.i. carnalem cõcupiscen
tiam, quia vere mundi deliciæ semper luxuriam excitant, &
inducunt. Eccl.28. Scd'm ligna siluæ exardescet ignis. Vel dic
ꝙ oleum est peccator, qui pinguis est per carnalitatem, super
natans per superbiæ vanitatem, lucidus per vestium curiosi-
tatem, quia vere talis est contagiosus per suã malam conuer
sationem,& maximè luxuriosus, qui exemplis,& dictis alios
inficit. Est ẽt nutrimentum ignis.s. auaritiæ, & cupiditatis in
præsenti,& ignis æterni infernalis in futuro. Eze.21. Igni eris
cibus,& nõ eris in perpetuű. Est ẽt naturæ penetratiuæ, quia
sp volunt subintrare.s. ad nouas dignitates,& officia sicut pa
tet de ambitiosis, qui se ingerunt in curijs, & officiis dignita
tib. beneficiis,& præbendis. Patet etiam in luxuriosis, qui ẽt
fortissimas personas subintrant,& seducunt. Ideo dr̃ Ecc.28.
Lingua tertia mulieres viratas deiecit &c. Vel dic ꝙ oleum
est tentatio vel peccatum, quod faciliter animam penetrat,
vel subintrat, nisi forte fuerit vitrea, s. lucida per honestatem
& puritatem, solida per constantia firmitatem ipsam etiam
inficit per malas affectiones,& post se vestigium,i. conscien
tiæ remorsum vel etiam malam consuetudinẽ derelinquit.
Iob 41. Post eum lucebit semita. Vel dic ꝙ oleű est vir perfe
ctus, pinguis per pietatem, nutriens in alijs(.s. exemplis & di
ctis)ignem.i. charitatem, & eos penetrãs per contritionem,
& lucens per bonam conuersationem, supernatans per con-
templationem. Patet de bonis prædicatoribus. Et eris sem-
per supra,& non subtus. Deute.28. Vel dic ꝙ oleum est dia-
bolus, qui suis suggestionibus,& tentationibus penetrat om
nem mentem,& eam inficit, & corrumpit per peccatum, &
hic est supernatans,& cibus ignis &c. sicut supra de peccato
re. ¶Oleum est lene & suaue,& vulnera mitigat,& dolorem 8
apes & cętera annulosa extiguit. Talis est adulatio vel verbű
adulatoria, s. blandum & lene, quia semper dicit placentia,&
sic dolorem adulati, i. remorsus conscientiæ,& vulnera sua.i.
malos suos actus mitigat atq; lenit, inquantű. s. iustificat ope-
ra eius,& eum palpat & lenit. Ezec. 22. Prophetæ eorum li-
niebant eos absque temperamento. Et tales sermones extin
guunt, & exanimant apes.i. mundanos diuites, & potentes,
quia constat ꝙ verba adulatorum multa iniqua committűt.
Sed sicut ſm Arist. talia extincta oleo, si aceto super aspergã-
tur, reuiuiscunt, sicut verè necesse est ꝙ tales sic extincti per
adulationem reuiuiscunt per acetum i. duram et acrem præ
dicatorum correctionem. Ideo psal. Corripiet me iustus in
misericordia, et increpabit me, oleum aűt peccatoris nõ im
pinguet caput meum. ¶Oleum purum et sapidum, et odoro 9
sum cibos condit, et ferrum politű à rubigine seruat, si autẽ
impurum, et corruptum fuerit, mali saporis, grauis odoris
tunc ad cibos non conuenit, et ferrum etiã rubiginat, et cor
rodit ſm Pli. Sic vere doctrina pura vera, et sana cibus est et
nutrimentum pctõrum, et iustorű, et ferrű politű.i. aiam iustã
& sanctam seruat, et rubigine vitiorum. si autẽ corrupta fue
rit per hæresim, et errorem, tunc econtrario non nutrit, imo
occidit.& rubiginem ignorantiæ intro ducit, & aiam per pec

catum,& hæresim corrumpit. Vel dic ꝙ oleum purũ est scia
theologica, oleũ impurum,& corruptũ mundana. Vel dic ꝙ
oleum purum est gr̃a Dei, q̃ aiam nutrit seruat, oleũ impurũ
deliciæ mundi, vel mundi prosperitas, q̃ ipsam inficit,& cor
10 rumpit, et q̃ ẽt apes necat, sicut supra. ¶ Pli.li.2.c.106.in fine
dicit ꝙ oẽ salsum oleo tẽperatur,& inde est (vt ait) ꝙ vrinan
tes.i.natantes, et nauigantes in mari, solent oleum in ore po
nere, vt possint naturã salsam et asperã mitigare, lucemq; in
maris profundo deportare. Tale oleum est spes futurorũ bo
norum. ista est.n.quæ oẽm salsedinẽ tribulationis, et contri-
tionis lenit, et temperat, et quæ lucem gr̃æ cordi procurat, et
ideo sine ea fatuus est qui salsedinem maris tentat.i. qui tri-
bulationem. et correctionẽ, et amaritudinem potat, et por-
tat. vnde Greg. ait ꝙ consideratio præmii minuit vim flagel
li. Vel oleum est diuina gr̃a vel consolatio, et pietas prælati,
quæ semper debet in correctionib. et salsis punitionibus in-
teresse, vt omnem possit rigoris amaritudinem temperare.

## *De Oleastro.* *Cap. 109.*

OLeaster est siluestris olea, sterilis, inculta, et amara, cui⁹.
1 folia sunt cęteris latiora styptica, et amara, qñ tñ inserit
ei ramus oleæ bonæ, tunc in natiuam rami cõuertitur.
Talis est pctór, siluestris, et sterilis a fructu bonorum ope-
rum, incultus quo ad pniam, et amarus per pct̃m, quia vere
folia.i.verba taliũ latiora sunt i.plura, et maiora q̃ folia olęę
.i.q̃ verba iustorum. et bonorum, qñ tñ ramus bonæ oliuæ.i.
gr̃a Dei vel doctrina prædicatorum ei inseritur per inspira-
tionem,& prædicationem tunc q̃q; efficitur fructuosus, et
bonus. Patet de Paulo, et alijs. Vel dic ꝙ oleaster, est natura
humana, q̃ quondã fuit sterilis, et inculta, plena vitiis, et pec-
catis, sed qñ ramus bonę oliuę.s.Dei filius qui est vnus de tri
bus ramis trinitatis, fuit huic oleastro insertus per incarna-
tionem, tunc factus est fertilis, et fecundus per bonam ope-
rationem, quia ea tunc incæperunt in humano genere virtu
tes, et gr̃æ abundare. Et ideo humano gñi pót dici illud ad
Ro.11. Ex naturali excisus oleastro, contra naturã insertus es
in oliuam bonam. ¶ Oleaster licet sit sterilis et amarus, est tñ
2 multũ medicinalis quo ad frõdes, corticem, et gummi. Duo
.n.gñ͂a gummi destillat, q̃ valent ad medicinã, folia etiã sunt
styptica, et restrictiua etc. Talis vir perfectus, qui sterilis est
per paupertatem, viridis per honestatem, et duo gñ͂a produ-
cit lachrymarum, et gummorum, quia cum sit amarus ꝓ cõ-
tritionem, ideo lachrymatur, et suspirat, s. pro incolatu p̃sen-
tis miseriæ, et pro dilatione patriæ. Figura Iud.1. vbi Caleph
dedit Axæ filiæ suæ irriguum superius, et irriguum inferius.
Axa furibunda significat aiam pęnitentem, quæ ex amaritu-
dine contritionis tota vertitur in furorẽ, & ideo pater suus
Deus sibi dat irriguum superius.i. lachrymas pro dilatione
patriæ, ſm Greg.& inferius.i. lachrymas pro incolatu p̃sen-
tis miseriæ tota tñ arbor illa,& quo ad corticem cõuersatio-
nis,& quo ad folia locutionis,& quo ad gummi suæ lachry-
mationis medicinalis est,& sctã.& quo ad se,& alios cõgrua
atq; sana. Vel dic ꝙ oleaster est vir pęnitens,& amarus,& cõ
tritus. Esa. 38 Recogitabo tibi oẽs annos meos &c. Duæ la-
chrymæ sunt vna pro omissis, altera pro commissis, vel vna
pro pœna.s.inferni adepta, alia pro gloria amissa. ps. Lachry-
mis meis stratum meum rigabo.

## *De Olere seu brassica.* *Cap. 110*

OLus dr̃ ab alendo, eo.s.ꝙ olerib. hoĩes alerent̃ anteq̃ pi
sces,& carnes ad vsus hoim cõcederent̃, pomis.n.& ole
1 rib. hoĩes ante diluuiũ nutriebant̃. Et est olus vtile quo
ad cibũ,& medicinã,& multæ sunt ei⁹ spẽs. corpus.n.nutrit,
ventrẽ aliqñ mollit, aliqñ stringit, ebrietati resistit, lactis abũ
dantiã præstat, veneno cõtrariat̃,& ad cętera multa valet, vt
dicit Pli.li.20.c.9. Talis est sacra doctrina, quia vere vtilis est
ad nutriendum aiam,& eam impinguandum per gr̃as,& vir
tutes,& ideo illi quib. carnes,& fruges.i.mundi diuitię,& de
liciæ non sunt concessæ, talib. debent vti, s. mundi pauperes,
& maximè religiosi. Valet ẽt ad medicinã, s. contra infirmita
tes peccatorum, ventrem.n.i.conscientiam mollit per cõtri-
tionẽ, aliqñ etiã eam stringit qñ nimis est lata, ebrietati.i.mũ
di delicijs resistit,& lactis.i.pietatis,& mĩæ, vel ẽt diuinæ grę
affluentiã administrat,& veneno pcti mortalis obuiat,& resi
stit. Qui infirmus est, olus manducet, ad Ro. 14. Vel dic ꝙ ol⁹
2 est gr̃a Dei &c. per uia sicut supra. ¶ Subã caulis grossa est,&
dura ad digerendũ, grossum & melancholicũ sanguinẽ gene
bus p̄p spinarũ suarũ densitatem tutissimum est cãporũ, &
hortorum munimentum,quia intrare volẽtes & nocere, vul
nerat atque pungit.Sic asperitas pœnitentiæ vel correctiõis
optima sunt munimenta bonorum & iustorum, religionum
etiam & claustrorum,quia aues.i.superbiam, bestias i. luxu-
riã non permittunt ibi subintrare.Ideo Eccle.28. Sepi aures
tuas spinis. Vel per rubum intelligo prælatum aculeatum, 3
& austerum,qui munit alios atque seruat.¶ Rubus multos ha
bet aculeos recuruos,quibus vestes tangentium & lanã ouiũ
transeuntium lacerat,& sp retinet sibi partem,& p̄p sui dẽsi
tatẽ serpẽtib.est amicus,q̃ sub vmbra eius latitant,et iõ iux-
ta eũ dormire nõ est tutũ.Tales sunt raptores,q̃ habent acu-
leos recuruos.i.punctiones rapinarum, ad vestes & lanam.i.
possessiones aliorum, & maxime simplicium, rapiendum &
retinendum.Ipsi.n.& etiã rami sui.i.filij & famuli habent ma
nus aculeatas.i.manus acutas & curuas,acutas ad rapiendũ,
& curuas ad retinendũ,& ideo sub vmbra iurisdictionis, &
eminẽtiæ taliũ habitãt buffones venenosi & superbi adulato
res,& serpentes.i.malitiosi detractores. quod maxime patet
in malis principib.& prælatis, qui tales habent in familia sua
Vel isti rubi sunt detractores,qui vestes.i.conuersationem,&
famam destruunt alienam. Vide & expone sicut de carduo.

*De Rosa. Cap. 133.*

Rosa est arbor parua & spinosa,quæ tota est medicina
lis,quo ad florẽ,quo ad folia.quo ad semen. duæ sunt 2
eius spẽs,domestica & siluestris.Siluestris flores & fo-
lia hẽt subalbida pauca & plana,& parum rubea,do-
mestica autem flores habet oĩno rubeos, vel omnino albos,
habentes folia multa inuicem cohærentia & connexa. Talis
est vir perfectus,et iustus,quia cum sint duæ eius species, sil-
uestres.i.seculares,domestici.i.regulares omnes tñ sunt me-
dicinales.i.boni et virtuosi,parui per humilitatem,spinosi p
pœnitẽtiæ asperitatem.Nam semen suæ doctrinæ et prædica-
tionis,et flores suæ bonæ cõuersationis sunt alijs medicina-
les,et ẽt folia suæ honestæ locutionis.Folia eius ad medicinã
gentium.Eze.47.¶ Rosarum florũ duæ sunt species etc. sicut
supra.Sic verè fideliũ duæ sunt species,i.boni et mali,sed ve- 3
rè siluestres peccatores nec sunt plenè albi per castitatẽ,nec
plenè rubei per charitatem,nec multi inuicẽ connexi p cõ-
cordiæ vnitatem.Econuerso autem boni et domestici sunt ex
toto

toto albi per innocentiæ puritatem, aut ex toto rubei p charitatem, & multa folia sunt in flore. i. multi sunt inuicem coniglobati & connexi per concordiæ vnitatem, & ideo illi sunt alijs meliores, quo ad vitæ bonitatem, odoriferiores quo ad famositatem, pulchriores, quo ad honestatem, & sic illorum q libet dicitur (iuxta illud Eccl. 51.) quasi rosarum flos in diebus ve
3 ris. ¶ Est rosa siluestris & domestica. sed domestica si more vineæ culta non fuerit & putata, & à superfluis purgata, degenerat: in siluestrem siluestris vero per frequentem mutationem & culturam efficitur vera rosa. Sic verè duo sunt hominum genera. s. siluestres. i. peccatores, & domestici. i. boni & iusti. Sed vere si isti domestici tugiter non excolantur per pœnitentiam, non purgentur per confessionem, ipsi fiunt degeneres, siluestres. i. mali & peccatores. Lu. 13. Nisi puiam egeritis, oes simul peribitis. Siluestres autem. i. peccatores, si culti per pœnitentiam fuerint, & de statu peccati mutati, vel de mundo ad religionem conuersi, vel ad paradisum per spem plantati, efficiuntur veræ rosæ. i. viri boni & iusti, & fiunt (secundum illud Eccl. 24.) quasi oliua speciosa in campis, & quasi plantatio rosæ in hierico. Et ad hoc facit illud Pauli. 11. ad Ro. vbi
4 loquitur de olea & oleastro. ¶ Rosa domestica, aut alba est peonus aut rubea, summè odorifera & medicinalis, de spina dura nascitur, tamen naturam ipsius nullatenus imitat, imo odore & decore nobilitat spinam suam, mullis est & tenera, multa habens folia, exterius autem sunt quinque folia viridia, dura, & acuta, qbus flos interior est munitus, & suot illorum duo sine barba, alia duo cum barba, & quintum in vna parte barbatum, in alia. vnde versus. Fratres sunt quinq;, medius patitur vtrioque. Sunt duo barbati, sine barba sunt duo nati. Et in medio floris est semen aureum, odoriferum & minutum. Talis est per omnia beata virgo, qa pro certo est flos putus, & ex multis folliculis. i. ex multis gratijs & virtutibus composita & formata. Ista n. licet de spina. i. de duro populo Iudæorum fuerit nata ipsorum tñ naturam nullatenus est secuta, quia vere non fuit spinosa per ruditatem & crudelitatem, sed lenis & mollis per pietatem & benignitatem. alba fuit per castitatem, rubea per charitatem, odorosa per famositatem, decora per conuersationis decentissima honestatē, & ideo spina sua. i. totam humanam progeniem & etiam totum humanū genus nobilitauit & penitus decorauit, semen aureum. i. Dei filium in se continuit, genuit & portauit, quia semē cecidit in terra. Mat. 4. Ideo Ecc. 39. Quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate. Et in ista fuerunt quinq; folliculi. i. quinque principales virtutes in quibus ipsa fuit cōtenta & situata. s. humilitas, castitas, benignitas, pietas, & charitas, & istæ sunt barbatæ per puræ austeritatem & huiusm. Vel dic q ille flos significat ecclesiam, cuius. s. folia significāt ecclesiasticos vel fideles. Illi. n. sunt in tripliei dña, qa. l. quidam ex toto sunt barbati per prudentiam & veritatem. i. interius in corde, & exterius in opere. Quidā verò ex toto sunt nudi. i. peccatores publici, qui. s. nihil virtutis sibi vendicant nec intus in consciētia, nec exterius in apparentia. Quidam vero tenent medium, qui. s. exterius sunt boni, intus mali, & q pro parte sunt virtuosi, & in alio dimidiati, sicut sunt hypocritæ, figurati 2. Re. 10. in seruis Dauid, o edia barba rasis, vel in miphiboseth, cuius fuit hæreditas dimidiata. 2. Reg. 19. Luc. 19. Dimidium bonorum meorum do pauperib. Vel expone de qualibet virgine, & per semen intellige interiores grās,
5 & virtutes & bonas affectiones. &c. ¶ Rosa qñ terit & fricatur, tunc odor eius & valor melius percipitur & sentitur. Sic verè boni & iusti quando teruntur per tribulationes, tūc fiūt in oib. meliores, na per bonā patientia suam, odorem bonæ famæ diffusius circunfundunt Ideo dr alibi. Sicut odor rosarum, & sicut dies veris circūdabant eā flores rosarum, li-
6 lia conuallium. ¶ Rosa ante facit fructū, q flores eius exterius ostendantur, & ille hoīb. propalētur. Nam flores rosæ primo sunt inclusi, deinde exterius expanduntur & aperiuntur. & p fieri rosa per incisionē & transplantationem, vt dicit Pli. Sic vir iustus & perfectus primo facit fructus bonæ operationis q emittat flores doctrinæ & prædicationis, vel etiā flores honestæ conuersationis & bonorum exemplorum. Nam primo se tenet clausum per humilitatem, deinde se dilatat per bonā affectionē, & expandit & exponit per bonorum exemplorū ostensionem, & talis proficit spiritualiter per incisionem pœnitentiæ, & tribulationis, & per transplantationem imitatio-
7 nis. ¶ Rosa inter oēs flores obtinet principatum, & hoc ratione virtutis lenitatis, odoris & coloris. Nam suo odore olfactum afficit, suo decore aspectum reficit, sua lenitate tactū demulcet, sua virtute infirmis subuenit & succurrit. ex rosis. n. per decoctionē ignis extrahitur aqua rosacea, vtilis in medicina. ex eis etiā fit saccarum rosaceum, & multa alia antidota, quæ valent contra multiplices passiones. Virtutem. n. habet confortandi, & mundandi, sm Platea. Talis est p oia beata virgo, q inter alios sanctos obtinet principatum rōne virtutis & bonitatis, coloris & honestatis, odoris & famositatis lenitatis, & benignitatis. Col. n. & decor suæ honestæ cōuersationis aliorum aspectum reficit, & delectat, odor suæ bonæ famæ alios recreat & confortat. In odorem vnguentorū tuorum &c. Cant. 1. Virtus autem suæ sanctitatis et efficaciæ infirmos. i. peccatores releuat et supportat. Nam quia ista rosa calefacta est igne feruentissimæ charitatis, ideo nobis stillat aquam fluidę pietatis, per quā ab infirmitatibus oium crimi num subleuamur. Expone h vis de Christo, vel de quolibet sancto. Et ideo sicut propter rosæ nobilior pars hominis. s. de auornatur. s. caput, sic vere anima semper debet habere in capite. s. intentione et corde, sic affectione rosam. i. virginē gloriosam per affectionem et deuotionem. Coronemus nos rosis antequam marcescant. Sap. 2. Vel dic q rosa est charitas, q super cæteras virtutes obtinet principatum, et ideo debemus eam nobis circundare, et ea principaliter adornari. Et sicut rosa trita plus redolet, sic charitas in tribulationibus magis feruet. Et hæc et valet contra multas infirmitates peccatorū. Vnde. Circundabat eam flores rosarum. et lilia conuallium Vel rosa est honesta conuersatio, quæ circunstantes afficit et delectat, et ideo ea debem' adornari. etc. ¶ Qñ rosa ponitur super ignem in capella, tunc inde virtute ignis euaporat fu- 8
mus, qui superius inspissatus conuertitur in aquam, quæ inde defluit et distillat. Sic verè qñ homo ponitur in capella, pœnitentiæ super ignem feruentis contritionis, tunc ex eo ascendit fumus compunctionis, ex quo tandem aqua producitur lachrymarum. ¶ Rosa in quinq; folliculis continetur. Sic ro- 9
sa charitatis in quinque operibus satisfactionis custoditur, q sunt disciplina, vigilia, ieiunium, elemosyna, oratio. vnde versus. Verberor, et vigilo ieiuno, largior, oro.

## De Radice. Cap. 134.

Radix est principium arboris siue plantæ. et est radix mollis, porosa, humorosa, & facilis plicabilis, tenera, 1
tortuosa villosa, terræ fortiter inhærēs, et inde humorem recipiens ad totius corporis nutrimentum. Talis est vir perfectus, et maximè bonus prælatus, quia aliorum debet esse principium et origo, quia virtus, et perfectio aliorum a prælatis et clericis derivatur, et ideo illi debent esse, molles per benignitatem, humidi, et teneri per pietatem, de facili plicabiles, per obedientiæ ductibilitatem, villosi etiam per bonorum operum multiplicitatem, quia. i. plures villos .i plures bonas affectiones debet habere, qbus terræ. s. Christo inhæreat fortiter per charitatem, vt inde humorē deuotionis attrahat, humorem etiam dilectionis, vel et humorē tpalis possessionis, quibus corpus arboris reliquum. i. fideles alios reficiat & sustentet. quod maximè pertinet ad prælatos & prædicatores, qui more radicis quāto plus in terram sigūtur per humilitatem, & quanto inferius inclinatur tanto alios solidius, & firmius sustinent & sustentant. Vel dic quod radix est beata virgo, quæ illa est humida per pietatem, quod statim inclinatur ad quicquid concedendum. ¶ Secūdū Ari 
stot. radix est tortuosa, vt fortius terræ adhæreat. Et est radix 2
in arbore sicut os in animali, quia mediante radice quādo radix a calore cœlesti penetratur, tunc humorem a terra attrahit, & inde procreantur, & nutriuntur stipes & rami & flores, folia atque fructus, & secundum variam dispositionem radicis totius plantæ qualitas variatur. Tale est cor & interior affectio, quæ terræ, id est Deo debet inhærere per dilectionem, & more oris eā inde attrahere & sugere humorem id est gratiam, & deuotionem, quando penetratur calore cęlesti, id per diuinam inspirationem, & sic ex radice procedit stipes bonæ operationis, flos bonæ conuersationis, foliū bonæ locutionis. Matth. 12. Ex abundantia cordis os loquitur. Nam secundum cordis & interioris affectionis dispositionem, tota exterioris conuersationis dispositio variat, qa sicut dicitur. Eccl. 13. Cor hominis immutat faciem eius, siue in bono siue in malo. ¶ Radix aliqñ est dura, al qñ mollis, 3
aliquando

aliquando leuiter radicata, aliquãdo profundè, aliquãdo hu
midè, aliquando sicca. sed istę varietates proueniunt ſm cõ-
mentatorem de vege. ſm varietatem caloris agentis, cœli in
fluentis, materiæ obedientis, & terræ suscipientis. Nam radi-
ces in terra dulci & sicca sitæ, & aqua dulci mediocriter irri
gatæ, sunt meliores illis, quæ in terra palustri generãtur, & in
cibo, & in medicina vtiliores. Sic verè inter hoies quidam
sunt sicci per indeuotionem, quidam molles per compassio
nem, quidam duri per obstinationẽ, quidã boni, quidam ma-
li. &c. Sed vere istam diuersitatem acquirũt multipliciter ſm
calorem charitatis, quæ in eis abundat, ſm influentiam diui-
næ inspirationis, & ſm materiam temporalis possessionis, &
ſm terram in qua sunt. i. ſm veritatem suæ societatis. Cõstat
.n. q̃ mores hominum variantur per oĩa ista. Si.n. terra. i. socie
tas in qua sunt, sit dulcis & irrigata pluuia grãrum, tunc me-
liores sunt q̃ illi, qui in palustrib. i. mundi diuitijs & delicijs
4 conuersantur. ¶ Radix sub terra latitat ab aspectu, & suã vir
tutem manifestat in frõde & flore & fructu, in terra occulta-
ta viuit & proficit, à terra aũt extracta deficit & siccatur. Ter
ra significat memoriã mortis, vel ẽt asperitatem poĩæ, vel vi
litatem humilitatis, sub qua quilibet debet abscondi, vt sic vi
uat per grãm, & fructificet per bonam operationem, quia ve
re si inde quis extrahitur, statim ab humore gratiæ desiccatur,
& a fructificatione bonorum operum induratur, quia ꝓ cer
to qñ dimittit humilitatem, pñiam & mortis memoriam, nũ
quam põt in statu grãæ perdurare. Vnde Ionæ 4. Vermis cor-
5 rosit radicem hæderæ, & statim exaruit. ¶ Pars totius arboris
despectior & vilior est radix, & tñ pars est vtilior, & mater é
arboris [illegible] matrix. & est radix in arbore pars inferior, & q̃-
[illegible] terra profundius infigitur, tanto est arboris solidius, &
firmius firmamentum, & tanto arbor exinde melior genera-
tur. Sic verè sunt multi in ecclesia, qui licet sint viles & despe
cti, humiles & depressi, tñ sunt arboris ecclesiæ fundamentũ
.s. boni pauperes & humiles & iusti, qui corpus ecclesiæ suis
meritis sustinent atq; fouent, & suis doctrinis nutriunt & su-
stentant. Et tales quanto magis inferius in memoria mortis,
& etiam in statu depressionis infiguntur, & profundantur p
humilitatem, tanto sunt virtuosiores in se, & tanto melius in
alijs influunt, & eos suis meritis plus supportãt. Vnde ad Ro.
11. Non tu radicem portas, sed radix te. Vel dic q̃ radix est
cor, quod quanto inferius infigitur per humilitatem, vel quã
to in terra. i. in Deo magis infigitur per spem & charitatẽ, tã
to arborem. i. aĩam & cõgeriem virtutum melius sustinet &
sustentat. Vel dic, q̃ radix est prælatus, qui quanto humilior,
& in Deo radicatior, tanto arbor sui collegij est firmior, fœ
6 cundior & melior. vnde ad Rom. 11. Si radix sancta, & rami.
¶ Radix in se est nobilissimæ naturæ, & tñ durissimas petras
perforat & subintrat, & subtilitate innati caloris lapides du-
rissimos penetrat atq; findit. Sic debet esse prælatus vel præ
dicator, vel vir perfectus, quia vere in se dẽt esse mollis p be
nignitatem, & humidus per pietatem, & sic lapides duros. i.
obstinatos & lapideos peccatores melius subintrahit & pe-
netrabit, conuertet, corriget & domabit, quia tales melius,
corriguntur per benignitatẽ, q̃ per austeritatem. Eccl. 6. Ver
bum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Vel dic
q̃ prælatus in se licet sit mollis & mitis, debet tamen lapides
7 .i. duros peccatores penetrare, corrigere & punire. ¶ Tẽpo-
re hyemali fugiens humor & calor frigiditatem aeris, ad inte
riora radicis se recolligit, & ibi multiplicatur, & a ramis re-
trahitur, & ramorum humor ad radicem reuertitur, & sic for-
tior efficitur, vt iterum in vere valeat germinare. Vnde radix
in vere renouat plantam suam, quæ in hyeme mortua & ari-
da videbatur. Radix est cor, rami eius sunt exteriores sensus
& operationes vel etiam exterior substantia temporalis. Hu
mor & calor significãt exteriores affectiones. Sed in hyeme
.i. in tpe aduersitatis p p frigus paupertatis, & tribulationũ,
quæ ibi vigent, iste calor & humor. i. affectio & amor ab exte
rioribus retrahitur, & ad cor interius reuertitur, quia. s. ho-
mo nõ inueniẽs exterius prosperitatem, sed aduersitatem, re
trahit affectum suũ & amorẽ ab exteriorib. bonis, & cõuertit
eũ ad radicẽ cordis examinando cõsciam propriam, & se ad
Deũ conuertendo, & sic efficit cor forte & habile per grãm,
& charitatẽ, ita q̃ tandẽ adueniente tpe veris. i. ꝓsperitatis,
fructificat per bonam operationem. Constat. n. q̃ in tribula
tione homo corrigit & emendatur, ita q̃ qñ Deus sibi resti-
tuit prosperitatem, fœcundior & melior efficitur. ad Hebr.
5. Didicit ex his quæ passus est, obedientiam. Vel radix est p-
latus, qui pro certo in hyeme huius vitæ debet humorem di
uitiarũ attrahere, & moderate cõgregare, vt sic qñ venerit ę
stas. i. tps feruentis aduersitatis, vel alicuius ariditatis, vel ca
ristiæ, vel paupertatis, ipsum possit ramis suis. i. subditis indi-
gentibus dispensare. Est. n. vtile q̃ prælatus diuitias habeat,
vt necessitatis tpe inueniat quid impendat. Exemplum de Io
seph Gen. 41. qui annis fertilitatis congregauit victualia ꝓ-
sequenti tempore sterilitatis. Vnde Eccl. 11. In die bonorum
ne immemor sis malorum. Et Eccl. 18. Memento pauperta-
tis in die abundantiæ. Vel dic q̃ radix significat parentes vel
prælatos, qui ad ramos. i. ad filios nutriendos & promouen-
dos continuè mittunt humorem suum. i. diuitias tẽporales,
& ideo qñ venit tps hyemis. i. status aduersitatis, & paupertа
tis, tunc vere vice reciproca rami. i. filij debent humorem tẽ
poralis subuentionis radici. i. prælatis & pauperib. ministra
re Eccl. 7. Memento quoniam nisi per illos non fuisses, & re-
tribue illis, quomodo & illi tibi. ¶ Secundum radicis qualita 8
tem flos & fructus exterius variatur siue in bono siue in ma-
lo, & sæpe accidit q̃ in fructu apparet quicquid latest in ra-
dice. qñq; tñ accidit q̃ ex radice amara nascitur fructus dul
cis, sicut patet in oliua & in vite, quia amaritudo humoris di
geritur bñficio caloris & aeris subintrãtis, vt dicit Isaac in die
tis. Radix est prælatus vel parentes, quia vere vt cõiter secun
dum bonitatem vel prauitatem eorum, fructus. i. filij & subdi
ti bñ vel male disponuntur, & morigerantur, quia si radix san-
cta, et rami ad Rom. 11. Nam virum radicis. i. mala exempla
& opera prælati vel parentis in fructu. i. in filiis & subditis re
uelatur. quia filij parentes, subditi prælatos faciliter imitantur.
Act. 7. Quales patres vestri, ita vos. Et Io. 5. Quæcunque vide
rit patrem filius facere, hæc & filius facit. & Eccle. 11. In filiis
suis agnoscitur vir. Veruntamen aliquando accidit, q̃ licet
radix ista sit amara. i. licet parens vel prælatus sit peccator, &
iniquus, fructus tamen eius. i. filij & subditi dulces & boni re
periuntur. Exẽplum de iusto Ezechia filio nequissimi Achaz
4. Regum. 18. Et hoc quia virtute caloris & aeris. i. virtute di
uinæ gratiæ & inspirationis humor eorum. i. sua affectio di-
geritur, conuertitur & mutatur. Vnde quando ex malis parẽ
tibus videntur boni filij, signum est diuinæ gratiæ & virtutis.
Vnde Iob 14. Quis potest facere mundum de immundo, cõ-
ceptum semine. Nonne tu qui solus es? Quãdo arbor est ste- 9
rilis & infirma solet sibi medicari in radice, quia radix findi-
tur, & in fissura lapillus ponit & sic velut decoctura defluit,
grossus humor, & sic attracto nouo humore, virtute aeris,
subintrantis fit arbor illa fertilis & fœcunda, ſm Isaac in die
tis. Sic vere, qñ homo per peccatum efficitur sterilis a fructu
bonorum operum, tunc põt medicari & sanari p pñiam, q̃a
primo debet radix. i. cor scindi & perforari per cõtritionem,
debet etiam imponi lapis. i. memoria mortis, & duritia tor-
mentorum infernalium per recordationem, & sic emittet,
grossum humorem, id est vitia & peccata per confessionem
sic attracto nouo aere, id est bona & sana doctrina audita,
subintrabit nouus humor, id est diuina gratia, quæ ipsum in
bonis operibus fœcundabit. Canticorum. 4. Veni auster, per
fla hortum meum, & fluent aromata illius. Et sic arbor, id est
peccator renouabitur per gratiam & sanabitur. ad Romano
rum 12. Renouamini spiritu mentis vestræ.

### *De Rapa. Cap. 135*

Rapa ad cibum valet, raphanus autem ad medicinam, 1
& sunt radices similes. Et est rapa calidæ & humidæ,
naturæ, mollis & dulcis, corpus præ cæteris radicibus
melius nutrit, inflationem tñ generat, & maximè cru
das comesta. Talia sunt mundi bona, quæ licet sint dulciã, &
licet nutriant corpus, inflationem tamen superbiæ generant
& inducunt. ¶ Herba cuius radix nutrit, semen non, & econ- 2
uerso. etc. Vide supra de gramine.

### *De Ramno. Cap. 136.*

Ramnus est arbor parua & nodosa, dura, ramosa et spi
nosa, folia habet multa, spinis acutissimis circunsepta, 1
& ideo manum solet lædere cõtingentis, et pedes pũ
gere conculcantis. Ramos habet multos, in quibus
sunt aculei eiscunquaque, in suo principio folia habet mol-
lia, & spinas parum pungitiuas, sed quanto plus crescit et se-
nescit, tãto in acutiorẽ aculeum induresċit, secundum Plin.

Tales

Tales sunt multi mundi principes, et prelati, quia vere parui
sunt quantum ad virtutem & perfectionem, nodosi per pec-
catorum multiplicationem, duri per pertinaciam & incōpas
sionem, vel per incorrigibilitatem & obstinationem, spinosi
per crudelitatem & excoriationem, multa habent, folia. i. ver
ba per iactantiam & elationem, quæ tñ sunt aculeis rapinarū
vndique circūsepta, quia vere oīa verba talium semper cōi-
tatur excoriatio vel rapina, quia s. ipsas defendūt, augmētat.
acquirūt & multiplicant per rapinam, & ideo, tāgentes eos &
conculcaotes. i. vicinos suos qui eorum fines & possessiones
tangunt, pungunt & lacerant & corrodunt. s. rapiendo, exhę
redando, & alias quōlibet inuadendo. & pp hoc de istis loq
tur Iob 24. In fortitudine manus suæ præparant panem libe-
ris, agrum non suum demetūt, de ciuitatib. fecerunt viros ge
mere &c. Isti ēt hñt ramos. i. filios vel officiales balliuos & se
neschalos multos, quia multi colunt personā potentis. Prou.
19. Sed pro certo in omnibus istis ramis vigent aculei. i. pun
ctiones & stimuli rapinarum, quia & seneschali & balliui, q̃
tum ad principes, & clerici, q̃tum ad prælatos, & vxor & filij
quantum ad diuites seculares nituntur ad rapiendū, & alios
pungendum & inuadendum. Iob 39. Pulli aquilæ lābunt san
guinem. Vel dic ꝙ ramnus significat murmuratores & impa
tiētes, qui duri sunt per obstinationem, ramosi per multipli-
cem malam affectionē, multum folliti per multiplicē locu-
tionem & garrulationem, quia tales volūt sp habere oīa ver
ba quæ per folia designantur, & circa ista folia. i. [circa] ver
ba sua illi sp inueniuntur spinosi & aculeati pr murmuratio
nem, detractionem, iniuriam & impatientiā, quia vere statim
ꝙ tanguntur modica occasione vel iniuria, contingentē pū-
gunt verbis iniuriosis, & murmuratorijs & cruentant, illos
et qui eos calcant per correctionem. s. prælatos pungunt per
murmurationem & diffamationem, & per infamiæ laceratio
2 nem, quia qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Eccles. 13.
¶ Ramnus principio habet ramos molles & teneros, sed quā
to plus antiquantur, tanto amplius indurantur, & tanto pun
gentibus aculeis plus vndiq̧ muniuntur. Tales sunt multi p̄-
lati, & alij, quia vere in principio. i. in iuuentute & ingressu
folia. i. exemplum & conuersatio eorū mollis est & benigna,
spinas ēt. i. rapinas vel duras correctiones tūc tp̄is nōdū hñt,
sed vere, quāto plus viuunt & antiquant, quāto plus crescūt
in diuitijs, & honorib. & augmētantur, tāto aculei duritiei,
& rapinæ in eis plus durantur, qa multi sunt, qui in iuuentu-
te boni, q̧ in senectute sunt iniqui. Exēplū de Saule, q̧ primo
. s. ante regnū erat optimus de toto Israel, sicut dr̄ 1. Re. 9 sed
post in senectute factus est pessimus. Sic multi sunt in iuuen-
tute boni, & maximè anteq̃ promoueantur. i. ad aliquā digni
tatem, sed post qñ sunt dignitate promoti, & ætate prouecti,
spinosi & duri & crudelissimi fiunt. Iste hō cœpit ædificare,
& non potuit cousumare. Luc. 14. Vel expone contra illos q
in principio qñ veniunt ad religionē, sunt mites & mansue-
ti, sed post efficiuntur duri & obstinati, pungitiui murmura-
tiui, iniuriantes, & impatientes, & tales in ardore tentationis
faciliter per luxuriā inflāmantē. Adiunge si vis vt supra §. de
3 detractione. ¶ Ramnus habet naturam igneā, sicut tāgit ma
gister hist. super Iudi. 9. sm Iosephum. Nam pp nimiam eius
siccitatē, folia & rami ipsius, qñ cadunt & desiccantur in cali
dis regionibus, ad fortem repercussionem solis ignē pariunt
& emittunt, ex quo iā ipsi q̃ proximæ siluæ, sæpius mirabili-
ter accenduntur, dissipātur penitus & vruntur. Sic verè sunt
furibundi, iracundi & impatientes, quia vere ignē iracūdiæ,
impatientiæ, crudelitatis & rapinæ de facili pariunt & emit-
tunt, quia qñ sunt in calida regione. i. in statu pspéritatis, &
æstu. i. feruore auaritiæ instigantur, tunc vere ex se emittunt
ignem. i. verba & opera crudelia, raptoria atque dura, intan-
tum ꝙ pro certo arbores circunstantes i. sui socij & vicini p
eos exuruntur & destruūtur per iniurias, exhæredationes, &
similia, de quib. Psa. Priusquam intelligerent spinæ vestræ rā
num, sicut viuentes, sic in ira absorbet eos. Istud patet etiam
de luxuriosis, q̧ ignē luxuriæ in se continent, ita ꝙ ad calorē
solis. ad ardorem tentationis inflammantur per mala desíde
ria, & comburunt per mala opera. Leuit. 10. Cumque quære-
ret hircū. i. fœtidū luxuriosum, cōbustū reperit. Et iō siluæ cir
cunstātes. i. bonæ personæ & castæ p tales malos, vicinos ac
cēduntur igne luxuriæ & peccati. Coltat. 11. ꝙ luxuriosi & luxu
riosæ, alios vicinos destruunt & corrumpunt verbis, operib.
& exemplis. Vel dic ꝙ ramnus est ambitiosus religiosus, qui

licet dum est in religione vel ecclesia, videatur esse ficcus p
castitatem, paruus per humilitatem, spinosus per pœniten-
tiæ austeritatem, intus tamen in corde continet ignem. i. ap-
petitum ambitionis & ardorem dominandi, & ideo quando
talis potest obtinere prælationem, tunc quando ardor aua-
ritiæ inspiratur & instigatur, ignem crudelitatis ex se emittit
& oīa ligna siluæ in qua est. i. omnes bonas personas suæ reli
gionis vel sui status vel patriæ destruit, psequitur, adnihilat
& consumit, quia regnantibus impijs ruinæ hominum. Pro-
uer. 28. Istud patet tam in mundo quam in religione. Figura
ad hoc Iudi 9. vbi parabolicè dicitur, ꝙ ligna siluæ volentia
eligere regem, venerunt ad oliuā, ad vitem & ad ficum, & ro
gauerūt quamlibet illarum per se, vt regina arborum fieret,
& plantarum, illæ autem arbores penitus respuerunt, & hoc
(sicut ibidem supponitur) quia pinguedinē suam oliua, fru-
ctus suos ficus, vinum suum vitis, si regnarēt, perdere timue
runt. Finaliter autem venerunt ad ramnum, rogantes vt sup
eos regnaret, qui statim acquiescens, dixit eis, ꝙ omnes veni
rent, & sub vmbra eius quiescerent & dormirent, tunc autē
quando vidit alias arbores sub se, egressus est ignis de eo, &
oēs ipsas etiam cedros libani deuorauit. Sic verè aliquando
accidit ꝙ ligna vnius siluæ. i. homines vnius collegij volunt
ꝙ regnet super eos oliua. i. vir misericors, vitis. i. vir discre-
tus, q̧ vinum sacræ doctrinæ eis propinet ficus. i. vir in bonis
operibus fœcundus, isti tamen regnum refugiunt. & repel-
lunt, quia vere boni & iusti non quærunt alijs dominari. qđ
si quærant, hoc non vt præsint, sed vt prosint. timent. n. si alijs
dominarentur, perdere dulcedinem compassionis & deuo-
tionis, fructus bonæ operationis, & vinum doctrinæ & læ-
tificæ eruditionis, quia re vera ista faciliter perdunt, quan
do homines ad dignitates seculi promouentur, & ideo se de
bent excusare, & non se ingerere vel inferre, dicentes illud.
Esa. 3. Non sum medicus, & in domo mea non est panis, neq;
vestimentum, nolite me constituere principem populi. Ista
potissime debent esse quando ligna siluæ. i. seculares eligunt
arbores domesticas. i. viros spirituales, & regulares. Sed vera
quandoque veniunt ad ramnum. i. quandoque eligūt, aliquā
malam vilemque personam, prius mollem & teneram tracta
bilem, postea uero duram & mordacem, pungentem & cru-
delem, & tunc vere talis non recusat, imo gaudenter recipit
& acceptat, quia tales gaudent dominari, non vt habeant o-
nus, sed honorem nō vt prosint, sed præsint, & ideo finaliter
accidit, ꝙ quando tales habent sub se arbores siluæ. i. suos so
cios, & cedros libani. i. viros iustos & pfectos, altos vel quo
ad mores vel quo ad dignitatem. s. priores & decanos, tūc ve
re ex eis prodit ignis crudelitatis, excoriationis, auaritiæ, in-
uidiæ & extorsionis, rapinæ & excoriationis, per quem silua
. i. religio vel ecclesia consumitur & destruitur, & ligna siluæ
. i. bonæ personæ ab eo persequuntur, deponuntur & depri-
muntur, mali autem & indigni ab eo promouentur, quia cū
impij sumpserint principatum, gemet populus. Prou. 29. Ap
plica si vis de malis iudicibus & principibus idem. ¶ Ramn⁹
est arbor parua, nodosa, dura, spinosa, ramosa de facili inflam 4
mabilis. Sic vir perfectus est paruus per humilitatem, spino-
sus per pœnitentiæ austeritatem, durus per constantiæ firmi
tatem, ramosus per bonarum affectionum multiplicitatē, &
de facili inflammatur per bonum desiderium & charitatem.
Vel ramnus est caro, quæ quia spinas. i. carnales motus in se
continet, ideo per feruorem concupiscentiæ & luxuriæ faci-
liter inflammatur, quando ardore tentationis aliquantulum
instigatur. ¶ Ramnus propter multitudinem ramorum non 5
potest sursum alte crescere, & ratio est, quia vere humor, qui
deberet sursum ascendere, & arborem eleuare, vadit ad ra-
mos circunquaq;, & sic incrementum arboris impeditur.
Charissimi, per ramnum intelligo diuitem auarum, per ra-
mos eius intelligo filios, vxorem & hæredes. Nam pro certo
humor eorum. id est amor & affectio cordis qui deberet sur
sum ascendere ad Deum, declinat ad ramos. i. ad filios & pa
rentes, qa vere oīs istorum amor, affectio, cogitatio vel attē-
tio est in filijs suis. s. eis acquirendo quō post se possint esse di
uites in hac vita, & fiunt pro eis auari, vsurarij ec dolosi rapto
res & balliui, & totū pro eis circa temporalia occupantur,
ꝙ ad contemplationem, & desiderium cœlestium non leuan
tur. Ideo de istis dicitur Iob 24. Vigilantes inquit ad prædā
præparant panem liberis, agrum non suum demetunt &c.

## *De Resina.* *Cap. 137.*

Resina dicitur omnis liquor qui de arboribus defluit & distillat, sicut balsamū, mastiche, galbanū & cætera similia quorum quædam remanēt liquida, quędā autē calore aut frigore indurantur, licet inprincipio mollia & liquida videantur ab arbore distillare. Omnis autem resina vtilis est & medicinalis. Virtutes singularum vide in suis locis. Resina significat gratias & virtutes, q̄ ab arbore Christo nobis stillant. quæ variæ sunt & diuersæ, omnes tamē vtiles & medicinales sunt cōtra infirmitates peccatorū. s. ad Corint. 12. Diuisiones gratiarum sunt. ideo consulitur Hiere. 51. Tollite resinam ad dolorem eius, si forte sanetur.

## *De Ruta.* *Cap. 138.*

1 Ruta est herba feruentis naturæ, virtutis multæ, secun-
dum Isido. & Pli. qui eam præ cunctis herbis extollit
veneno. n. repugnat, & ideo mustellā post eius esum
inuadit & interficit basiliscum. fœtum mortuum ex-
pellit, matricem mūdificat, & castitatē generat & inducit, quod
ei cōpetit secundum medicos, a tota specie & natura & occulta p-
prietate, cum sit calida & sicca, oculos clarificat, & eorū ru-
borem mixta cum aqua rosacea mūdat mirabiliter cōtinuo
atque sanat. Talis est pęnitentia: quæ licet sit amara & grauis
ad sustinendum, est tamē super omnes alias herbas medicina
lis. i. super omnes alias virtutes contra vitia & pctā. venis. o.
malarum tētationū repugnat, & ea pasti & nutriti, more mu
stellæ de basilisco. i. de carne vel diabolo triūphat. Hæc est igi
tur feruida per contritionem, fœtum mortuū. i. peccatū mor
tale educit per confessionē, & sic matricem. i. conscientiam
mundificat & depurat per peccatorū abstersionē. Ps. Lauabis
me hyssopo, & mundabor. Ad litteram autem castitatē ani-
mæ & corporis introducit, quia opera pœnitentiæ carnē ma
cerant atque domant. Oculos etiam intellectus mūdificat, &
clarificat per discretionem, & omnē ruborem carnalis volu-
ptatis inde diluit atq; tollit, & maximè quando cum aqua ro
facea. i. cum aqua lachrymarū permixta fuerit & adiuncta. &
sic poterit dicere pœnitens illud Esa. 38. Ecce in pace amari-
tudo mea amarissima. Expone oia si vis de cōsideratiōe mor
2 tis vel inferni, quæ eadem operatur. ¶ Solus odor rutæ fugat
de horto bufones & alia venenosa. Sic memoria & & odor
mortis, q̄ amara est & aspera, de horto cōsciæ fugat bufones
. i. omnes tētationes venenosas animæ peccatricis. Et sicut ru
ta comesta facit hominem castum, sic mors comesta p recor-
dationem, & incorporata per iugem meditationem, facit ho
minem castum & corporaliter & spiritualiter. ¶ Ruta vult se
3 ri in æquinoctio autumnali, odit hyemem frigidā & humidā,
siccis gaudet temporib. secundum Isido. lib. 17. cap. vltimo. &
secundum Pli. li. 19. c. 8. Talis est vir perfectus: quia debet esse
amarus per contritionem, viridis per honestā conuersationē,
& iste nunquā debet desiccari ab humore gratiæ p bonæ vitę
discontinuationem, sed semper esse virens per gratiæ perse-
uerantiam & durationem. Iste debet odire hyemem. i. statum
peccati, in quo est frig⁹ indeuotionis, & humor carnalis infe-
ctionis & sicco tempore. i. statu abstinētiæ vel castitatis debet
gaudere, vel etiā de siccitate paupertatis & aduersitatis, iuxta
illud Prouer. 12. Non contristabit iustum quicquid ei accide
4 rit. ¶ Ruta diligit terrā lateritiā, & in tali terra & cinere vult
nutriri. Vnde secundum Plin. cum semine eius debet adiungi
cinis, quando seminatur, vt careat erucis. Reuera talis est vir
perfectus: quia verè in terra lateritia & cineritia. i. in statu pę
nitentiæ (qui per asperos lateres intelligitur) & humilitatis,
(q̄ per cinerem designatur, vult, seminari & locari. Nam cum
semine eius. i. cū interiori bona affectione semp debet misce-
ri cinis. id est memoria amara nostræ mortis & incineratio-
nis, & etiam cinis. i. virtus humilitatis, vt sic ab erucis. i. a tēta-
tionibus & demonibus nullatenus comedatur. ¶ Ruta habet
5 conuenientiam cum ficu, nam sub ficu lætior atque vireotior
inuenit secundum Pli. Sic verè iustus habet conuenientiam & amici
tiam cum ficu, i. cum arbore crucis: quia quando sub ea plan-
tatur per compassionem & deuotionem, tunc melius viget p
bonam operationem, & sanctam conuersationē. Sub vmbra
illius quem desiderabam sedi, & fructus eius dulcis gutturi
6 meo. Cant. 2. ¶ Ruta in quolibet ramo sui habet vim semina-
tiuam: quia ramo eius in terram curuato statim oritur ibi ra-
dices, & in terra radicatur. Ista etiā herba difficilimè arescit,
secundum Pl. Ruta est Christus, cui⁹ rami sunt fideles christiani, sed
verè in quolibet debet esse vis seminatiua. i. virtus charitatis,
& bonum propositum, & semen gratiæ & virtutis, & ideo qn̄
inclinant per humilitatē, & in terra. i. in memoria passiōis
& mortis figuntur, & tunc radicem bonarū affectionū & co-
gitationum producunt, & tandem fructum bonorū operum
faciunt & emittūt. Eze. 17. Posuit de germine eius &c. ¶ Scul
ptores rutam comedunt, vt visus eorū acuatur: & ideo errauit 7
Pythagoras, qui putauit rutam oculis nocere. Musto ēt ruta-
ceo solebant uti antiqui Romani contra venenum, & contra
alias passiones. Illi etiam qui succo rutæ liniūtur, ab araneis,
scorpionibus, vespis & apibus, non punguntur. ruta tamē mu
lieribus prægantibus est nociua, quia fœtum interficit & oc-
cidit, vt dicit Pli. li. 20. c. 13. Talis est sacra scriptura: quia verè
visum. i. intellectum hominis acuit per fidem & discretionē,
licet Pythagoras. i. mundani sapientes contrarium arbitrenē.
sculptores. n. i. sancti prædicatores, qui in duris cordib. pecca
torum sculpunt mandata diuina per correctionem & prædi-
cationem, ista rota vtuntur, & in sacra scriptura occupanē, q̄a
secundum Apost. 2. ad Timot. 3. Ois scriptura diuinitus inspirata vti
lis est ad docendum, & arguendum &c. Romani etiam anti-
qui. i. sancti patres cōfessores & æremitæ, mustum. i. doctrinā,
rutaceū. i. sacram scripturā cōpositā bibebant cōtra venenum
hæresis & erroris, & contra infirmitates oim peccatorū. Bi-
bebant aūt de spūali 1. ad Corin. 10. Caueant tamē mulieres
. i. simplices & idiotæ ne rutam comedāt. i. ne de sacra scriptu
ra inquirant & disputent, i. de secretis eius: q̄a faciliter fętus,
cōceptus. i. suum bonū ppositū necaretē: quia multa scripturæ,
verba essent eis occasio delinquendi. Proue. 25. Qui perscru-
tator est maiestatis, opprimetē a gloria. Valet aūt succus eius
. i. doctrina cōtra muscas & araneas. i. cōtra carnis & mūdi tē
tationes & peccata. Vel dic q̄ ruta est poia vel considera: 10.

## *De Saltibus in generali.* *Cap. 139.*

Saltus sunt loci alti in nemoribus, paucis arboribus, circū septi. Saltus. n. altus locus est & incultus, ab accessibus hominum separatus, versus cœlum eleuatus, & in istis castra fortissima situantur, quæ sunt contra aduersa omnia munimenta, secundum Isido. libr. 17. Sic est status perfectionis vel religionis: quia vere iste est altus per contemplationem, & à terra, id est a terrenis eleuatus per eorum contemptum, & abdicationem, incultus est per pœnitentiæ macerationem: quia . i. non cultus per curiosam hoim conuersationem. & iste paucis arboribus. i. paucis personis hodie est circūseptus. quia verè pauci sunt hodie qui viam perfectionis aggrediantur. talia loca tamen sunt fortissima & tutissima bonis & iustis ibi habitantibus contra omnes impetus tentationum tam hostilium quam mundanum. ideo dicitur 3. Reg. 7. Vasa domus saltus libani erant ex auro purissimo.

## *De Siluis in generali.* *Cap. 140.*

Silua, lucus & nemus idem sunt, sed silua dicitur a silendo: 1
quia propter raram hominum accessum ibi non est tumul
tus, sed silentium. Lucus dicitur a lucēdo, per antiphrasim
quasi lucus. i. luce carens: quia ibi solis claritas nō videtur
Nemus dicitur a numinibus, quia numina, & idola dudū in
nemoribus colebantur, vt dicit Isidor. Vel potest dici nemus
a nemine, eo q̄ a nemine frequentaē. Talis est mundus. Iste. n.
dicitur silua a silendo, quia verè ibi sunt pauci homines, id est
viri & rationales, & iusti, & ideo ibi non est vox laudis, cōfes-
sionis, & orationis, sed silentium, oium istorum. Vnde Amos
8. In omni loco proijcietur silentium. Iste etiam dicitur luc⁹,
quasi luce carens: quia verè luce. i. claritate gratiæ & veritatis
caret, & vmbra falsitatis & obscuritatis abundat. Apocal. 18.
Lux lucernæ non lucebit tibi. Dicitur etiā nemus, a nemine,
quia verè idola. i. mundi diuites & potentes ibi sicut numina
coluntur, & a latus honorantur, quia multi colūt personam
potentis Prou. 19. ¶ Silua est locus vastus & incultus, vbi sunt 2
plures arbores infructiferę quam fructiferę vt communiter
& in fructiferę maiores sunt & altiores qua fructuosæ. Silua
est mūdus qui est locus incultus: quia caret cultu a pœniten-
tiæ & disciplinæ Item locus vastus: quia. s. ibi non est abūdā-
tia virtutū & gratiarum, & ibi pro certo plures sunt arbores
infructuosæ. i. peccatores homines q fructu bonorū oprū &

gratiæ carent quam fructuosæ. plures. n. sunt mali quam boni.
qa stultorū infinitus est numerus. Eccl. 1. Et isti infructuosi, s.
mali & peccatores, pro certo sunt alijs altiores. i. in diuitijs &
honoribus potentiores: quia impij hodie prosperant, & bene
3 est hominibus qui præuaricant. Hie. 12. ¶ Silua a feris & sæuis
bestijs incolitur, & a latronibus qui ibi latitāt habitatur: qui. s.
transeuntibus insidiantur, & eos ibi spoliāt, perierunt & occi
dunt. in siluis etiam est locus seductionis & deceptionis: quia
propter aues & bestias cupiendas silua ab aucupibus & vena
toribus frequentat. Arbores ibi. de æstate virent & florent, in
hyeme pallidæ sunt atq; siccæ: sicut hæc omnia patent diligē
tius intuenti. Talis est mūdus, qui a seuis bestijs. i. diuersis pec
catoribus habitat. In siluis. n. sunt lupi & leones. i. tyranni ra
ptores: qui carnes comedūt. ibi sunt apri & cerui, qui fructus
diuitiarum quærunt. i. vsurarij, & auari &c. Item glires & heri
cij, qui arbores scandunt. i. superbi & ambitiosi qui arbori-
bus eminentiarum delectantur. Psal. In ipsa pertransibūt oēs
bestiæ siluæ. Itē ibi sunt latrones: quia verè silua huius mūdi
a demonibus & a falsis mundi raptoribus & secularibus habi
tatur, a quibus transeuntes. i. pauperes & simplices spoliant,
s. a gratijs & virtutibus per demones, a bonis aūt tēporalibus
per tyrrānos & raptores denudantur, & spoliantur. Ideo Iob
24. Nudos dimittunt homines vestimenta tollētes. Locus ēt
iste locus est deceptionis: quia vere ibi decipiūtur boni & in
sti temporaliter fraudulosis auaris, & spiritualiter a demoni-
bus. Nam quia ibi sunt aliquæ aues. i. aliqui viri cōtemplatiui
aliquæ bestiæ. i. aliqui boni actiui, idcirco pro eis capiendis &
ad æternum periculum deducendis, silua huius mundi a vena
toribus. i. a demonibus frequētatur, qui bonos laqueis suarū
tentationum capiunt & seducunt. Aucupes etiā. i. mūdi auari
& vsurarij alios simplices in reti suorum falsorum cōtractuū
irretiunt & inuoluunt. Hier. 5. Inuēti sunt in populo meo im
pij insidiantes velut aucupes, laqueos ponentes ad capiēdos
viros. Arbores autem huius siluæ. i. mundi diuites & potētes
in æstate mundanæ prosperitatis rutilant atq; fulgent p mū
di diuitias & honores, sed verè in tēpore hyemis. i. in statu ad
uersitatis, s. post mortem, erūt nudi & siccati ab oī virore pul
chritudinis & ab omni humore voluptatis, quando. s. erunt in
ferius in inferno. Iaco. 1. & Esa. 40. Exsiccatū est fœnū, & ce-
cidit flos. Nota quomodo decipiūtur trāsituri nemus per fal
sos latrones quos inueniūt in specie bonorum &c. vide alibi.
4 ¶ Silua dicitur a silendo, quia ibi non est tumultus hominū.
silua etiam auibus cantantibus iocundatur, ab arboribus vi-
rentibus venustatur, in silua herbæ medicinales inueniūtur,
ad siluam aues fugiunt vt nidificent, & ab aucupe protegant,
apes etiam vt ibi mella faciant & cōponāt, viatores etiam in
siluis ardoris tempore delectātur, & ibi sub vmbra arborum
quam plurimū recreātur. Talis est religio: quia dr silua a silē-
do: q ibi nō est tumult⁹ litiū & discordiarū, multiloquij vel
garrulationis, sed ibi silētiū, pax & cōcordia debet esse. Apo.
12. Factum est silentium in cœlo. Ibi etiā dēt esse cantus auiū
. i. laus, confessio & oratio contemplatiuorum Esa. 51. Gau-
dium inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis. Ibi de-
bet esse cursus aquarum & fontium. i. lachrymarum vt de-
uotionis, gratiæ & lectionis, miæ & compassionis. Fluminis
. n. impetus lætificat ciuitatem Dei. Ibi debent esse herbæ me
dicinales. i. bona exempla & documenta, q sunt alijs medici-
na, & iō aues. i. viri spirituales & cōtemplatiui ad istam siluā
refugiunt, vt ibi nidificent, & morentur, & ab aucupe diabo
lo tueantur. Apes ēt. i. viri pij & misericordes ibi inueniunt,
qui mel. i. dulcorem elemosynarū alijs administrāt, vel apes
. i. humiles & pdicatores, qui mel sacræ doctrinæ ibi alijs in-
fluunt. Can. 4. Mel & lac sub lingua tua. Et idcirco viatores. i.
mundi pctōres, qui sunt in æstu tentationum & tribulatio-
num positi, qū ad istam siluam diuertunt, tunc sub vmbracu
lis arborū. i. sub exēplis bonorū a suorum desideriorum æsti
bus temperātur. Multi tn̄ sunt ibi. aucupes & venenatores. i.
multi demones & tentatores, qui auibus. i. viris cōtemplati-
uis insidiantur, vt eos per pctm̄ capiant & pdentur, sicut dr
Hie. 5. Decipula auib. plena, sic domus eorum plenæ sunt do
lo. Inuehe cōtra oīa, quia hodie pro cātu auiū est ibi cantus
murmurationis, & dissensionis &c. pro fonte est ibi gula, ga
strimargia & luxuria. pro virore honestatis est ibi insolētia &
infamis cōuersatio, &c. similia. p auib. sunt ibi luxuriosi &c.
Vel dic q silua est paradisus, vbi sunt angeli velut aues. Aesta
te perpetua erūt volucres super eam. Esai. 18. vbi sunt sancti
velut apes, vbi sunt fontes æternæ voluptatis. s. ipse Deus, qo i
est oia in oib. 1. ad Cor. 15. Psal. Sicut ceruus desiderat ad fon
tes &c. Ibi sunt herbæ & gramina. i. satietas voluntatis. In mō
tibus Israel pascā eas in locis virentibus. Ezec. 34. Et ibi est
refrigeriū ois æstus aduersitatis: qui nos qui sumus viatores
in æstu tentationum & tribulationum huius mundi, ibi per-
fectè recreabimur, delectabimur & viuemus: quia tunc aufe
ret Deus oēm lachrymā &c. Nec cadet super eos sol, neque
vllus æstus. Apoc. 7. ¶ In siluis propter viarum multitudinē 5
& incertitudinem sępius deuiatur, & quia aliqū via incerta
& incognita eligitur ideo sæpe ad latronum latibula nō sine
periculo deuenitur, & iō in talibus vijs publicis solent fieri
nodi & poni cruces, vt viatores recto itinere dirigantur. La
trones tn̄ quandoque tales nodos immutant, & sic per signorum
falsitatem multi deuiāt, & oberrant, & a latronibus seducū-
tur. Sic verè in silua huius mundi sunt multæ viæ. i. multi sta-
tus & multi modi viuendi, s. via mercatorum, via clericorū,
via agricolarum &c. Sed verè multæ sunt periculosæ homini
& incertæ: quia per multas deuenitur ad latibulum latronū
demonum, s. inferius ad infernum, vbi peccator occiditur &
necatur, & a ciuitate paradisi quo tēdebat deuiat & oberrat
& oberrat, & iō Deus qui nō vult q oberremus a semita ve
ritatis, posuit in silua ista signa, nodos & cruces, quæ debe-
mus sequi per imitationem, bonos, scilicet, viros & perfe-
ctos, quos & quorum vitam sequendo & imitando, a verita-
tis semita non erramus. Es. 30. Hæc est via, ambulate in ea, nō
declinetis neque ad dexteram neque ad sinistram. Sed hic
pro certo modo accidit deceptio: quia latrones, id est demo
nes posuerūt multos falsos nodos in ista silua, idest multos
falsos hypochritas, quos diaboli loco bonorū in mūdo & ec
clesia vel religione substituerunt, & ideo p eos decipiuntur,
quia eos & eorum viam sequendo & imitando, ad æternum
periculum deducuntur. 2. ad Corint. 11. Periculum in falsis
fratribus. ¶ Latrones in siluis sic decipiūt viatores: quia vna 6
pars latronū i nemore se occultat, alia aūt sub spē bonæ socie
tatis in itinere viatoribus se adiungit, & tunc quando sunt in
siluæ profundo, exeunt occulti latrones & eos occidunt, &
illi qui videbātur esse socij, ad eos spoliādū se cōuertūt Sic ve
rè in silua huius mūdi sunt duo genera deceptorū. qdā sunt
occulti, s. diabolus & mors: qui dā sunt publici, scilicet vxor,
filij & falsi amici. Isti enim in principio homini se adiūgūt, &
in silua huius mundi fingunt se esse veros socios & amicos:
sed vere quando homo intrauit vsque ad profundum siluæ,
quando. s. bn̄ est intricatus in mundi negocijs, & delitijs, tunc
subito inuadunt eū & occidunt occulti latrones, scilicet mors
& diabolus, & tunc etiam isti latrones qui videbantur esse
amici, s. vxor & filij executores & amici, conuertuntur ad eum
spoliandum, & ad quicquid possunt furandum & rapiendū.
Vnde Iob. 24. Nudos dimittunt homines, vestimēta tollētes

## De salice. Cap. 141.

SAlia est arbor sic dicta a saliendo, eo q plantata celeriter 1
saliat atque crescat. Arbor est lēta & mollis, de facili plica
bilis, & ideo de eius ramis fiunt ligamina ad ligandum
palmites vinearum. Hæc quo ad fructum est sterilis, verum ta
men in ramorum multitudine nunquam est infœcunda. Est
etiam sm Plate. vtilis medicinę quia calorem febrilem repri
mit & ad alia multa valet, & iō circa febricitātes vtile est ra-
mos salicum circundare. Per salicē quæ in loco humido cre
scit, intelligo virū perfectum & maximè religiosū: qui in hu-
more gratiæ & deuotionis debet nutri: quia verè quādo iste
fuerit plātatus in ecclesia religione vel penitētia celeriter de
bet per profectum bonorū operum crescere in virtutibus &
salice. Et hic debet esse lentus per maturitatem, mollis p pie
tatem, tener per benignitatem, exterius viridis per honesta-
tem, interius alb⁹ per castitatem, de facili plicabilis per obe
dientiæ promptam voluntatem, sterilis per voluntariā pau-
pertatem, ramosus per bonarum affectionū multiplicitatē,
& ideo tales debent esse vimina suis dictis & exēplis, p quos
alii debent ligari & cōiungi inuicē per charitatē, & suis exē
plis debent esse alijs medicinales, s. febricitantibus peccatori
bus huius mūdi: quia febrem & ardorē malorū desideriorū
debēt in esse & in alijs mitigare, & ideo peccatores febricitā
tes debent adiūgere sibi tales, & societatē eorū diligere & se
ctari, vt dicāt cū Dauid, Sup flumina babylonis &c. in salici
bus in

2 bus i medio eius suspēdimus organa nostra.i.desideria. ¶ Salix qñ multum antiquatus, processu temporis cōputrescit, & inficit putrefactio interius in medula, & tūc licet sit pulchra & viridis exterius, est tñ interius cōcaua, ita q̃ i ea sæpe latēt reptilia venenosa, & ideo dormire iuxta salices non est tutū. Sic verè multi sunt qui licet iuuentute sint boni, solidi atq; iusti, qñq; tñ in senectute putrefiunt per vitia & peccata. Nā interius in medulla.i.in corde corrumpuntur p hypocrisim & per malum intentionem, & ideo licet exterius videaōt virides & boni per fictam cōuersationē, interius tñ in corde a gratijs & virtutibus sunt vacui & inanes, pleni reptilibus venenosis.i.malis affectionibus, desiderijs & ꝓpositis & vitijs & peccatis, & ideo non est tutū q̃ homo circa tales & in eorum societate dormiat & quiescat, quia verè per eorū verba, opera & exempla faciliter deperitet. Cum stultis nō habeas
3 consilium. Eccle. 8. ¶ Teste Isid. semē salicis talis est virtutis, q̃ in potu sumptum, hominem facit sterilē, ita q̃ nec mulier cōcipere, nec vir poterit amplius generare. In cauernis etiā salicum sæpe latēt reptilia venenosa & ista valet ſm Pli. ad febricitantes mitigādū. Salix est mūdus, semē eius sunt mundi bona, s. diuitiæ, deliciæ, & sciētiæ seculares, quæ p certo suos potatores, amatores, auditores & possessores a fructu bonorū operū faciūt steriles & inanes, sicut patet in mūdi sapiētibus & diuitibus. Lu. 1. Diuites dimisit inanes. Salix etiā.i.mūdus facit febricitantes dormire.i.auaros q̃escere in peccatis, & ideo in ista salice.i. in amore mundi nō latent nec habitāt nisi reptilia venenosa.i.homines peccatores, q̃ dictis & factis alios itoxicāt & occidunt, s. vsurarij, detractores inuidi & raptores &c. ideo dormire, delectari & quiescere sub salice.i. in mundo, non est bonum nec tutum, propter venenosos peccatores qui habitant in eodem. 1. ad Thess. 5. nō dormiamus
4 sicut cæteri, sed sobrij simus & vigiles. ¶ Inter salices quāto aliqua est iunior & gracilior, tanto est dulcior & plicabilior. Sic inter homines illi qui sunt dulciores per benignitatē, graciliores per humilitatem, sunt præ cæteris plicabiliores per obedientiæ velocitatem. Esa. 11. Filij Amon obedientes erūt.
petuo triſtitia nulla erit Eccl.40. Vinum & muſica lętificant 8
cor ¶ Vinum quandoque propter aeris calorem corrumpi
tur, & ſic perdit odorem, colorem, & ſaporem, efficitur.n.
nigrum, fætidum, groſſum, turbidum & ponticum vel ama-
rum, & illud non generat humores in corpore laudabiles,
ſed corruptos, ſecundum Iſaac. Sic vere quando homo cor-
rumpitur ex calore concupiſcentiæ carnalis vel temporalis
per luxuriam vel auaritiam & cætera ſimilia, tũc perdit odo
rem bonæ famæ, colorẽ cõuerſationis, ſaporẽ bonæ vitæ &
perfectionis, & efficit niger & vilis per inſolentem conuerſa
tionẽ, fętidus per infamiam vel luxuriam, groſſus per ſuper-
biam, turbidus per iracundiam, quæ.ſ.mentem turbat, & ideo
tales non nutriunt ſuis exemplis alios, ſed corrumpunt. De
illis Mich. 2. Propter peccata ſua corrumpetur putredine
peſſima. ¶ Vinum licet moderate ſumptum proficiat, ſi tamẽ
immoderate ſumitur, nullum pernicioſius eſt venenum. mẽ 9
tem.n.mutat in furorem, in mali impetum, in obliuionẽ bo-
ni, linguã facit ligatam, manus tremulas, & de ore facit eru
ctationes fędas exire, ſitim etiam puocat, quia ebrietatis &
vini talis eſt conſuetudo vt aſſiduitas bibendi, auiditatem pa
riat rebibendi, vt dicit. Pli.li.14. Vinum eſt mũdi proſperitas
q̃ pro certo ſi ea moderate quis vtatur, vtilis eſt & proficua
ad ſalutẽ, ſed vere ſi ſuperflua fuerit, & indebitẽ & indiſcre-
tẽ quis ea vtatur, tunc vere animæ eſt venenum, nã iſta facit
hominem iracundum, & ſic mentem mutare dicit in furorẽ
& in mali impetũ. Ozeæ.7. Cœperunt principes furere a vi-
no. Item efficit hominem ingratum, & ſic in eo cauſare dr̃
obliuionẽ boni.i.beneficiorum a Deo & ab aliis perceptorũ.
Succedentibus proſperis oblitus eſt interpretis ſui. Ge. 40.
Item linguam ligat, quia.ſ.tollit rectitudiõẽ loquelę, ſ.cõfeſ
ſionem, orationem, gratiarum actiõem. Conſtat.n.q diuites
neſciunt aliquid de tali loquela. Neem. vlt. Neſciebant loq
iudaicẽ, ſed azotice. Item facit manus tremulas.i.debiles ad
bene operandum, & de ore etiam talium facit fędas eructa
tiones.i.fęda & inhoneſta verba ſæpius emanare, quia ſagit
ta vulnerans lingua eorũ. Hier.9. Ite.n iſta ſitim puocat.ſ.ar
dorẽ & deſiderũ mũdanorũ, quia vere quãto qs plus vſus
fuerit vino mundanæ pſperitatis, ſ.diuitiis deliciis &c. tato
talẽ potu magis appetit iterari, quia ſomniat ſitiẽs q bibat
& cũ expergefactus fuerit, laſſus adhuc ſitiet. Eſã.29. Vel dic,
ſi vis omnia hiſtorialiter de ebrietate. ¶ Secundum Iſaac au 10
tem, ebrietas lumen rationis extinguit, vſque brutales con-
fortat, & ſic remanet corpus ſicut nauis ſine rectore, & ſicut
militia ſine duce. Ebrietas item caput lædit, oculos turbat,
& de ſapientibus facit ſtultos de benignis peruerſos, de
caſtis impudicos, nam ebrietas eſt omnium vitiorum
fomes & cauſa. Incidunt enim ebrii in multa crimina,
de quibus tandem pœnitent atque dolent, & vt breuius

concludatur, omnium malorum causa est ebrietas atq; fames. Sic per oia mundi prosperitas tollit vsum debitè rõnis, & lædit oculos prudentiæ & discretionis, sicut patet de mũdi sapientib. & diuitibus, qui vnr sine ratione esse & penitus excæcati, quia nec se nec sua, nec mortem, nec infernũ considerant & attendunt. Non est.n. populus sapiens, iõ non miserebitur eius qui fecit illum Esa. 27. Ideo dicitur Esa. 28. Nescierunt præ ebrietate absorpti sunt a vino. Ista etiam caput, i. intentionem lædit conscientiæ remorsum vel alias, & virtutem brutalem, i. motus carnales & carnis voluptatem & luxuriæ fœditatem excitat & inducit, quia saturaui eos, & mæchati sunt. Hie. 5. Et ideo io mundi prospetis inuolutus, est recte sicut uauis sine remige, sicut militia sine duce, quę.s. cito submergitur vel dissipatur. Sic homo qui per prosperitatem perdiderit rationẽ, io aquis voluptatis submergitur, & per diuersa vitia dissipatur. Vbi non est gubernator, populus corruet. Prou. 11. Ista etiam facit de sapientibus, secundũ Deum stultos. i. de bonis peccatores, de beniuolis peruersos ad literam, & de castis incastos. Constat. n. qđ multi sunt in statu paupertatis & aduersitatis boni, qui in pꝓsperitate fiũt pessimi & iniqui. Exemplum de Dauid, quæ in guerris & pꝛęlijs fuit bonus, sed data sibi pace in Hierusalem iniquè peccauit, s. in Vriã & eius vxorem. Nã ex ebrietate illa pueniũt cuncta vitia, s. adulteria homicidia &c. sicut patuit in eodem Prou. s. Prosperitas stultorum perdet eos. & Eccle. 31. Multos. n. exterminauit vinum. Et ideo bene dẽ. a. Mach. 6. Non sinere peccatoribus ex sententia agere, magni beneficij est indicium. Vel dic historialiter de ebrietate. ¶ Vinum corruptũ corpus destruit, humores malos generat & corruptos, et
25 morbos varios inducit. Sic doctrina corrupta p hæresim & errorem, aiam destruit, & humores .i. affectiones interiores corrumpit, & morbos etiam diuersorum generat pctõrum. Idem dic de sapientia mundi si vis. Esa. 28. Super verticẽ vallis pinguissimè errantes a vino. ¶ Antiquitus Romæ non lice
22 bat mulieribus vinum bibere, & hoc sm Pli. li. 14. c. 13. ne forte inebriatæ aliquid aut dicerent aut facerent inhonesti. Vñ inuenimus (ait) inter exempla, Egnati metentini vxorem eo quod vinum bibisset è dolio, a marito infectam fuisse, eumque cedis a Romulo absolutum. Ibidem etiam dicitur qđ quædam pro eo quod claues cellæ vinariæ resignasset a suis in edia mori fuisse coactam. De quadam etiam alia ponitur ibi, quę quia vinũ biberat, ipsam dicit a iudice dote sua fuisse mulctatam. Cato etiam aiebat introductum fuisse qđ fœminabus osculum a suis parentibus daretur, vt si vinum olerent, osculo sentiretur. Ad hoc autẽ facit quod dicit Hippocrates, mulieres & adolescentes non caluescere, nec podagram incurrere, eo. s. quia non bibunt vinum. Ista omnia possunt applicari exemplariter ad temperantiam mulierũ, quia si ebrietas est in viro vituperabilis, in fœmina tamen summe est detestabilis. Veruntñ si illæ quę bibunt vinum morte plecterentur, paucæ remanerent hodie quæ non cã huius morerentur. quia (quod horrendum est) multæ sunt fœminæ viris violentiores, & ebrietatis vitio pleniores. Apo. 17. Vidi mulierem ebriam. Regula etiam Hippocratis euanuit, qa mulieres lautissima vina potãt, & ideo ad literam podagrizãt, sicut de pluribus experitur, quod. s. non fieret si ipsarum cõditio a vini poculis abstineret.

## *De Vino nouo seu musto. Cap. 183.*

1 Vinum nouum dicitur mustum, a mos quod est terra, & teneo tenes, quasi teneus & habens mus idest terram, quia. s. vinum in principio est terreis paruus admixtum, quãdo. s. nouum de torculari extrahitur, sed quia post magna fit in eo ebullitio, ideo partibus calidis & aereis sursum tẽdentibus, terrestribus autem inferius descendentibus, fit puri ab impuro separatio, & sic efficitur vinum verum. Talis est hõ, quia in principio qñ de torculari. i. de statu peccati vel mundi exprimitur, & ad pniam vel religionem conuertitur, adhuc est terræ mistus. i. terrenis affectionibus & delectationibus implicatus, sed qñ fit in eo fortis ebullitio contritionis, tunc calor charitatis in eo separat purum ab impuro. i. impuritatem vitiorum a puritate aiæ, & spumam. i. vitia & peccata per confessionem emittit, & sic efficitur bonus, purus & sanctus & iustus. Faciet dominus cõuiuium vindemiæ defæcatæ. Esa. 25. ¶ Vinum nouum quan- 2
diu est impurum, ita feruens est q nunquam cessat ab ebullitione, donec pænitus depuretur, quinimmo dolia in quib. est dirumpit, nisi spiraculũ habeat per quod suus vapor igneus emittatur. sed quando est bene purum, tunc ab ebullitione cessat pænitus & quiescit. Sic vere homo nouus & iuuenis nunquã debet cessare ab ebullitione contritionis, a spiratione confessionis & a spirituali purgatione, quandiu impuritatẽ peccati habeat aliqualem, quia. s. dolium quantumcũque forte, i. consciam quantũcũq; obstinatã & induratã debet semper dirumpere & aperire per confessionem, & oẽm malam spumam vitiorum continue emittere & purgare, qa venter meus quasi mustum absq; spiraculo, qđ lagenas nouas dirumpit. Iob 32. Quando autem purgatus fuerit, iustus s. factus & perfectus, tunc (& maxime qñ erit in patria) cessabit ebullitio & spiratio, quia pfecti, & maxime in patria, nõ indigent feruore contritionis, nec clamore confessionis, sed tm̃ requie contẽplationis. Requiesces, & non erit qui te exterreat &c. Iob. 11. Vel dic q illi qui sunt noui & iuuenes, impuri & carnales, & fæcib. carnalis voluptatis vel terrena cupiditatis admixti, nunquam cessat ad ebullitione ipatientiæ, rixæ & discordiæ, & a spumatione malorũ verborũ, qa os fatui ebullit stultitiam Prou. 14. Quinimmo etiam dolia in quibus sunt. i. status suos per rixas & discordias dissipant & dirumpunt, nisi libertatẽ habuerint respirãdi. i. verba sua insolẽtia proferẽdi. Sed vere illi qui sunt puri & defecati. i. boni iusti & scti hmõi ebullitionem & tumultus non faciunt, imo in dolio religionis ecclesiæ pacifice requiescunt. Malac. 2. In pace & æquitate ambulauit mecum. Vel dic q tunc in dolio religionis vel ecclesiæ cessat ebullitio discordiæ, & fit pax cõcordiæ & vnitatis, qñ virtute caloris. i. boni prælati, partes terrestres .i. peccatores, ab igneis. i. a viris sanctis & lucidis diuiduntur & distinguuntur, & quando ipsi mali inferius descendunt, & ad statũ depressionis & subiectionis incuruant, boni autem & sancti superius in dignitatibus & officijs eleuant & promouent. Et istud maxime fiet in iudicio, vbi mali a bonis perpetuo separabuntur, & illi in fundo. i. inferno retrudentur, isti aũt in dignitate paradisi superius leuabunt. & iõ tunc cessabit omnis ebullitio rixarum & discordiarũ q modo est inter bonos & malos, & erit tunc bonis tranquillitas restituta. Deu. 28. Ipse descendet, & erit inferior, tu autẽ
ascendes, & erit superior. ¶ Vinum nouum & adhuc impu- 3
rum non competit ad corporis nutrimentum, sed qñ defæcatum est & purgatum, tunc efficitur corporis nutrimentũ, & quanto plus antiquatur, tanto calidius, purius, odorosius & saporosius efficitur, nisi forte ex accidenti aliquo corrũpatur. Sic vere qñ homo de nouo extrahitur de torculari, i. de mundo vel de peccato, & ad pniam vel religionem conuertitur, tunc statim non est bonus nec perfectus, imo adhuc est impurus, carnalis & fragilis, & ideo non est aptus ad nutriẽdum alios, s. doctrina & exemplo, sed vere quanto plus antiquatur in bono per perseuerantiã tanto fit calidior per charitatem, purior per castitatẽ, odorosior per famositatem, et ideo tunc dat bonum alijs nutrimentum, nisi forte per peccatum aliquod corrumpatur. Ideo ecclesiastici 9 Vinum no
uum amicus nouus. veterascet, et cum suauitate bibes illud. 4
¶ Vinum quandoque corrumpitur duplici causa. s. quandoque ex calore exterius abundante, et ex malitia vasis in quo est, quia secundum corruptionẽ vasis, vinum nouum sapieis contrahit corruptelam, corruptum autem vinũ homini est nociuum, et quandoque deterius quam venenum. Sic vere vinum nouum, i. psona iuuenis dupliciter corrumpitur, et per peccatum inficitur, quandoq; ex calore aeris, i. ex feruore concupiscentiæ iuuenilis. Item quandoque ex corruptione dolij in quo est. i. ex prauitatẽ societatis in qua est et moratur, quia ex mala societate cito corrumpitur vnus puer. sic autem corruptus et peccatum infectus, alijs est venenũ quia suis verbis et exemplis alios inficit et corrumpit, sicut patet in iuuenib. luxuriosis. Et sic vinum in nouitate corruptum nunquam potest perfecte emẽdari, sic vere nec homo qui in iuuentute inficitur amplius emendatur. Vinum nouum in vtres nouos mitti debet. i. in bona societate nutriri.
Luc. 5. ¶ Vinum multum antiquum excedit in caliditate et
siccitate, et ideo suo acumine caput lędit, corpus inflammat 5
humiditatem consumit. Sic mali senes et in vitiis antiquati excedunt in calore auaritiæ, et iõ corpus ecclesiæ inflãmant

et lædunt

& lædunt per crudelitatem,auaritiam & vſuram, & humo-
rem.i.bona temporalia diſsipiunt & conſumunt.Patet etiā in
malis leuib:in religione,qui lædunt caput.i.prælatum &c.

*De Vino condito.* *Cap. 184.*

VInum conditum fit artificialiter, qñ,ſ.herbæ vel ſpēs
vino incorporantur, quarum virtute vinum immu-
tatur,& ſapidius,& ſalubrius efficitur tam in cibo q̄
in medicina,vt patet in vino malnatico.Tale vinum
eſt bona doctrina,qa verè ibi ſunt plures herbæ.i.plura exē-
pla ſanctorum,plures ſpecies.i.plures auctoritates ſanctorū
& ſacræ ſcripturæ,& ideo talis eſt vtilis ad animam nutrien-
dam,& impinguandam per merita,& virtutes.Can.8.Dabo
tibi poculum ex vino condito. Vel dic q̄ tale vinum eſt ani
ma,in qua debēt eſſe aromata.i.gratiæ & virtutes,bona ope
ra & exempla,& ſic melior fiet & perfectior.

*De Aceto.* *Cap.185.*

1 VInum acetum fit ex vino dulci corrupto, namqñ vi-
num bonum aeri calido exponitur tūc per calorem
innaturalem calor naturalis ipſius corrūpitur , & ſic
vinum quod erat naturaliter calidum.efficitur natu-
raliter frigidū,ſm Iſaac. Sic verè aliqñ accidit q̄ homo dul-
cis bonus & iuſtus calorem naturalem.i. charitatem conti-
nens in ſeipſo,corrumpitur per pctm̄ , & hoc qñ aeri calido
.i.mundanæ proſperitatis,& colori auaritię,& luxurię expo
nitur,quia tūc per iſtos malos calores calor charitatis deper-
it,& frigus indeuotionis,pigritiæ , & tepiditatis ſubintrat,
& ita fit ille qui prius erat dulcis & deuotus,calidus,& chari
tatiuus frigidus,indeuotus,incompatiens,obſtinatus,& ace
tolus,i.amarus,iracundus &c.In igne conſumptum eſt plū-
2 bum.Hier.6.¶ Acetum magnæ efficacię in medicina.virtutē
.n.habet mordificatiuam,diſſolutiuam,penetratiuam, infri-
gidatiuam,& deſiccatiuam,& ideo valet contra multiplices
paſſiones,carnem.n.ſuperfluā in vlcerib.corrodit, & ad alia
multa valet,ſm Iſaac in dietis.Talis eſt pęnitentia,quia mor
dicat per conſcientiæ remorſionem,penetrat per conſciētiæ
examinationem.& timoris incuſſionem,diſſoluit per contri
tionem,mundificat per cōfeſſionem, deſiccat per carnis ma
cerationem,infrigidat per caloris auaritię vel luxurię repreſ
ſionem , & ideo valet contra multas paſſiones peccatorum,
& carnem ſuperfluam.i. voluptatem carnalem adnihilat , &
conſumit.Ideo bene dr̄ Ruth.2.Accede huc, & intinge bu-
cellam tuam in aceto. Vel ſi vis per acetum potes intelligere
ſacram doctrinam,vel cōſiderationem mortis,& inferni,vel
amaræ mortis Chriſti,& expone de quolibet per oīa ſicut ſu
pra. ¶ Acetum fortiſſimum ſuper terram,ferrum vel lapidē
3 proiectum,ſtatim ebullit.Sic pęnitens & perfectus homo ſta
tim quòd ſuper terram, & ferrum,i.ſuper duritiam tribula-
tionum proijcitur.i.quādo mundi tribulationib.exponitur,
tunc ſtatim ebullit per bona deſideria,& affectus. Vel dic q̄
acetum eſt peccator,qui qñ proijcitur in terram.i.in ſtatum
humilem,qñ.ſ.ab officio ſuo deponitur vel ab alijs contem-
nitur,tunc ſtatim ebullit per iram,indignationem,rixam,&
appellationem. Vel terra eſt terrena proſperitas,in qua ſi hō
ſitus,& expoſitus fuerit,ſtatim per auaritiam,luxuriā,& ma
la deſideria ebullit. Allega vt ſupra. Vir prudens,& diſcipli-
natus non murmurabit correctus.Eccl.10.¶ Acetum oculos
4 clarificat,ſanguinem ſtringit,metalla dura corrodit,& in eis
multos colores gñat,ſ.cerullam ex plumbo , viride græcum
ex cupro,Lazurum de argento . ouum etiam ſi in aceto per
plures dies teneatur,ita mollificat,q̄ teſtam durā facit quaſi
pelleam deuenire , venenis etiam ceraſte , & canis rabidi,&
crocodili ſex aceti dr̄ obuiare,ſm Pli.lib.23.c.2. Talis virtu
tis eſt mortis conſideratio,quia oculos intellectus clarificat
per diſcretionem,quia vexatio dabit intellectū.Eſa.28. San-
guinem,i.carnis voluptatem ſtringit per caſtitatem, vel pœ
nitentiæ macerationem, metalla dura.i.induratos peccato-
res corrodit per contritionem,& in eis multos ſæpe colores
generat,i.multiplicem perfectionem.Nā licet ouum,i.pctōr
albus,& curioſus exterius mollis & luxurioſus interius ha-
beat teſtam.i.conuerſationem duram,& obſtinatam,ſi tñ in
aceto.i.in mortis conſideratione diutius ſe immerſerit , ſua
pro certo teſta dura,& obſtinatio mollificabitur . & mollis,
tener,obediens,contritus,pœnitens & compatiens efficie-
tur.Iſtud etiam acetum contrariatur morſib.venenatis.i.ten
tationib.quæ animam inuenenant,& occidunt.Ideo per oīa
bene dr̄ Eccl.7.In omnibus operibus tuis memorare nouiſſi
ma tua &c.Expone ſi vis totum de pœnitentia,vel de contri
tione,vel de doctrina & prædicatione.

*De Vinaceis.* *Cap. 186.*

VInaceum ſm Ebrardum, eſt pellis vuæ quæ poſt eli- 1
quationem vini remanet in torculari,vino de eo de-
fluente,& in dolis repoſito,& iſtud licet parū valeat,
& nullum præbeat corpori nutrimētum,quia.ſ.plus
inflat quam nutriat , tñ a ſuibus delectabiliter manducatur.
Torcular eſt mundus,vbi vinum.i.boni iuſtis præmuntur tri
bulationibus atq; penis,& inde eijciūtur, & expelluntur,ſed
tñ ab angelis ſuſcipiuntur,& dolijs bene ligatis.i.in bonis re
ligionibus in præſenti,& in æternis manſionibus in futuro re
colliguntur. Vinacea iſta ſunt mundi bona quæ pro certo li
cet vina.i.homines de mundo eijciantur per mortem,iſta tñ
ſemper ibi remanent quia cum diues mortuus fuerit,nihil ſe
cum afferet.Iob.27. Et vere licet iſta parum aut nihil valeāt,
& licet inflet per ſuperbiam,tamen a ſuibus.i.a carnalibus &
mundanis præcipuè diliguntur. Vel dic q̄ iſtæ pelles ſignifi-
cant mundanos peccatores,qui in mundo iſto remanent, bo-
nis inde exeuntibus , & iſti a torculari mundi huius finaliter
eijciuntur per mortem, non vt in dolio paradiſi reponātur,
ſicut vinum, ſed vt a ſuibus.i.demonibus deuorentur,& vt 1
igni perpetuo comburantur , quia paleas comburet igni in-
extinguibili.Matt.3.¶ Torcular eſt inſtrumentum quo præ- 2
muntur racemi,& vinum emittere compelluntur , & eſt ibi
prælum lignum quoddam magnum & ponderoſum,per cu-
ius deſcenſum racemi præmuntur. Veruntamē eſt ibi q̄dam
vectis,mediāte qua dictum lignum eleuatur,& deprimitur,
ſm q̄ magis vel minus racemi debent ſtringi . Torcular eſt
mundus,vbi racemi,i.hoīes diuerſimode præmuntur, & tri
bulantur.Lignum graue ſignificat mundi tribulationes,quæ
graues ſunt & difficiles ad ſuſtinendum.Graue plumbum &
importabilis arena.Prou.27.Vectis eſt occulta Dei prouidē
tia,mediante qua lignum,i.grauitas tribulationum aliqñ in-
tenditur,aliqñ laxatur, quia non eſt malum in ciuitate quod
non faciat dn̄s.Amos 3.Qñ ergo Deus vult q̄ racemus,i.ho
mo emittat vinum,i. bona temporalia pauperibus largien-
do,vel etiam lachrymas doloroſas,tunc vere ponit eum ſub
ligno torcularis,i.mundi tribulationibus , & infirmitatibus,
& conſtringit eum,& compellit corrigi & emēdari . In agni
tionem ſui ductus eſt percuſſus a domino plaga 2. Macha.9.
Veruntamen in iſto torculari tribulationum ſemper eſt ve-
ctis voluens.i.occulta Dei prouidentia,quia ipſe Deus ope-
ratur omnia in omnibus 1.ad Corin. 12. Quæ,ſ.iſtud relaxat
vel ſtringit temperat vel intendit, ſemper faciens cum tenta
tione prouentum 1.ad Corin. 10. Et ſicut aliquando ex toto
lignum relaxatur,vt ſecundo veniēs fortius ab eo vindemia
comprimatur , ſic aliquando Deus ex toto temperat pon-
dus,vt fortius homo alias tribuletur vel hic vel in futuro.Sil
ui,patiens fui,ſed quaſi parturiens loquar,diſſipabo & abſor
bebo ſimul.Eſa.42.Quia quanto diutius expectat, tanto ra-
diens acrius ferit.Et ſicut in torculari ripa ſecuribus incidi-
tur,ſic in actu tribulationis homo debet ſcindi gladijs con-
tritionis.¶ Vinaceum dr̄ vinum rappatum,quod aqua in vin
demia eliquatur,quod parum aut nihil valet.Tales ſunt mū
di ſcientiæ reſpectu ſcientiæ diuinæ &c.Allega. Ozeæ.3.Di-
ligunt vinacea vuarum.

*De Vinaria cella.* *Cap. 187.*

VInaria cella dr̄ locus vbi reponuntur vina.quanto au
tem eſt frigidior & ſiccior , tanto ad vinum ſeruādū
eſt aptior, & ideo ſolēt loca lapidoſa & ſubterranea
cauari,vt ibi vina ſecurius recondantur. Talis eſt ec-
cleſia vel religio,vbi vina.i.bonæ animæ reponūtur, & a cor
ruptione pcti ſeruantur. Sed quanto iſta plus eſt ſicca p pau
pertatē.frigida per aduerſitatem, baſſa & profunda per hu-
militatem,tanto vinum,i.bona perſona ibidem melius con-

seruatur à vitijs, & petis, & ideo vtiliores sunt ad salutem status, & religionis pauperes quàm diuites. Vel dic ꝙ cellā vinaria est paradisus, vbi est vinum æternę voluptatis & iocūditatis, Ideo Can. 1. Introduxit me rex in cellam vinariā &c. Vel cella vinaria est vir perfectus, in quo vinum doctrinæ, & gratiæ continetur, qui quanto frigidior, siccior & profuodior &c. sicut supra, tanto melior.

## De Viola. Cap. 188.

Viola est herba parua, in terra depressa, cuius triplex est spēs, quædam cum flore albo, quædā cum purpureo, alia mellino. oēs tñ flores sunt multum odoriferi, & medicinales, & quanto virtuosiores, tanto magis versus terram inferius inclinantur, vt dicit Diosc. Et ista herba melior est recens q̄ antiqua, & multum valet in medicina. Talis est vir perfectus, qui debet esse per humilitatē circa terram inclinatus, virtualis & medicinalis per vitæ, & exēpli, & doctrinæ sanctitatem, & hic habet florem. i. exteriorē conuersationem, odoriferat per famositatem, & quanto ista est recentior, & iunior, tāto melior, quia. s. acceptius est Deo ꝙ homo sit bonus in iuuentute, q̄ in senectute, & istorum. s. virorum perfectorum, sunt plures spēs, quidam sunt rubei ꝑ charitatem, quidam albi per castitatem, quidam mellini per mellifluā pietatem, omnes tñ quanto sunt virtuosiores per sanctitatem, tanto plus sunt inclinati per humilitatem.

## De Vlmo. Cap. 189.

Vlmus est arbor mollis, tenera & humida, quæ plicatur faciliter, & torquetur, & ideo dr̄ fm Isid. vlmus ab humore, eo ꝙ in locis humidis, & vallestrib. proficit plus q̄ montuosis. radices in terra profunde figit, & inde humorem sugat ad nutrimentum frondium ramorū foliorum densitate gratissimam vmbrā æstuantib. facit. Flores habet odoriferos, qui ab apib. frequentantur. exterius in cortice rudis est & dura, tñ interius multum est mollis, & tenera, ad sculpendum multum apta sicut tiliæ, fm Isid. Talis debet esse quilibet bonus secularis, qui. s. in valle mundi habitat, & radices suas. i. affectiones in terra. i. in terrenis negocijs figit, & inde humorem bonorum temporalium sugit. Sed hoc debet esse vt ramos. i. bonos pauperes per elemosynas nutriat, & sustentet, nam ex foliorum suorum dēsitate. i. diuitiarum suarum multitudine debet æstuantibus transeuntib. i. mūdi pauperib. & depressis vmbrā, & refrigerium ministrare, & mollis & humidus. i. dulcis, benignus & pius debet ab oīb. reperiri. Sub vmbra eius habitabant oēs bestię terrę. Dan. 4. Et ideo vlmus plus in valle proficit quā in monte, quia boni actiui plus proficiunt in valle mundi, q̄ facerent in monte religionis. Vlmus igitur est vir perfectus, qui tener est & humidus per pietatem, mollis per benignitatē, de facili plicabilis, & inclinabilis per obedientiam, & humilitatem. Ad quod quisq; volebat, conuertebatur. Sap. 16. Radix insuper eius, s. cor debet esse in terra profundum per mortis meditationē. Vmbrosus etiam debet esse per bonam conuersationem, sollitus per honestam locutionem, floridus per scientiam, & discretionem, & odorosus per bonæ famæ diffusionem, exterius in cortice. i. in apparentia rudis, & durus per pniæ macerationem, interius aūt in conscientia mollis, & tenellus ꝑ clementiam, & cōpassionem, & ēt de facili sculptibilis per correptionē, quia. s. non est durus vel obstinatus. Et ideo ista est vna de arborib. q̄ in solitudine debebāt esse. Esa. 41. Dabo in solitudinem myrtum, cedrum, pinum, lignum oliuæ, buxum & abietem, & vlmum simul. ¶ Vltimus est arbor nullum fructum bonum portans, radices in terra profunda figens, est tñ vtilis vineæ circunstanti, quia per eam sustentatur. Sic mūdi peccatores nullum fructum bonorum operum in se portāt, veruntamen vineæ propinquæ. i. bonis viris sunt qñque vtiles, quia eos suis elemosynis sustinent, & supportant.

## De Vrtica. Cap. 190

Vrtica dr̄ ab vrendo. est. n. herba igneæ naturæ, cū hasta & folijs villosis, & tangentem se adurit, & pungit, ita etiam ꝙ post eius recessum remanet vstio vel pruritus. Folia habet aspera, & acuta, semē autem habet ꝙ dr̄ venerē excitare, fm Plin. & hęc herba per se nascitur, & vbi semen eius fuerit, via inde extirpatur. cito crescit, sed cito ēt post arescit. Tales sunt hodie luxuriosi, quia verę sunt naturæ igneæ, quia suis verbis, & exemplis vrunt alios, & inflammant, s. malis suggestionib. gestibus, & nutibus, ita ꝙ etiam post recessum suum remanet vstio. i. mala suggestio & impressio in animo audientis & ideo bene dr̄ ꝙ semē eius venerem excitat, quia vere semen. i. verba & doctrina talium venerem incitant & incēdunt. Eloquium eius quasi ignis exardescit. Eccl. 9 Et isti per se nascuntur quia vere aliquando homo per se sine alterius adminiculo potest fieri vrtica, i. luxuriosus. Et sicut vrtica interdum ita multiplicatur quòd extirpari non potest, sic etiam hodie luxuriosi ita seipsos dilatant, & diffundunt, quòd via possunt extirpari, si alicubi fuerunt seminati. Stultorum. n. infinitus est numerus. Ecclesi. 1. Vel dic quòd vrtica est detractor, impatiens, quærulosus, vel etiam raptor, & auarus, qui pro certo igneę sunt naturę, quia omnes contingentes, i. socios, & vicinos vrunt, & mordent suis detractionibus, iniurijs & murmurationibus vel rapinis. Folia. n. id est verba talium sunt acuta. i. pūgitiua, & ideo etiam post recessum suum, vstionem & arsuram suæ iniuriæ vel rapinæ vel detractionis relinquunt, s. in cordib. aliorum, qui læduntur, & inuaduntur. Vnum tamen est solatium, quia quamuis isti cito crescant, & augmententur quo ad dignitates, & temporales diuitias, cito tamen rursum deficiunt, & decrescunt. Istud patet in raptoribus, & auaris in mundo, q non dimidiant dies suos. imo iuuenes, & subito moriuntur. Patet de detractorib. in religione, qui quoniam vt communiter sunt hypocritæ, ideo sæpe & cito deficiunt aliquando per apostasiam, & sic sua paruitas declaratur. Ideo psal. Vidi impium super exaltatum, & eleuatum sicut cædros libani, transiui, & ecce non erat &c.

## De Zizania. Cap. 191.

Zizania herba quædam est fm Isid. quæ a poetis infelix lollium nuncupatur, & est herba crescēs cum tritico, quæ dum est in herba, via distinguitur a tritico, imo qui eam tunc vellet eradere, simul propter similitudinem posset triticum extirpare, & ideo dimittenda est quousque in messe vnum ad alio cognoscatur, & tunc triticum in horreo reconditur, zizania autem alligata per fasciculos comburitur. Habet autem vim vinosam, inebriatiuam, & mortiferam, si multum de ea sit assumptum. Ager est ecclesia, triticum sunt boni, zizania sunt mali & iniqui. Sed isti modo sunt in herba. i. in initio, & probatione dum sumus in vita ista, & ideo vero modo tanta est similitudo quantum ad exteriorem conuersationem, inter vtrosq; i. inter bonos, & malos, ꝙ vix alter ab altero cognoscitur. qđ maxime verū est de hypocritis, & hæreticis, qui videntur esse boni, & ideo prælatus vel iudex non debet modo tales publice extirpare vel punire, cum eorū facta sint occulta, sed in messe. i. in die iudicii qñ boni merent manipulum gloriæ sempiternæ, tunc quia tales publice cognoscentur, & discernentur ab alijs per fructus, & mala opera quæ tunc oībus patebunt, ideo a tritico & a consortio bonorū separabuntur, quia tunc separabit eos Christus sicut pastor, q separat agnos ab hædis. Mat. 25. & triticum. i. boni in horreo paradisi reponentur. Triticū cōgregabit in horreū suum. Lu. 3. Zizania aūt. i. mali cōburent. s. in igne æterno per fasciculos. i. per varias distinctiones, q luxuriosi cū luxuriosis, auari cum auaris cōiungentur. 34. Ibi congregati sunt milui alter ad alterū. Figura Mat. 13. vbi paterfamilias bonū semen seminauit in agro suo, inimicus aūt suus seminauit zizania cum tritico. cum aūt paterfamilias videret in agro vtrunq; natū noluit ꝙ serui sui eradicarent zizaniā, ne forte triticū læderet, imo ꝑcepit ꝙ vsq; ad messem inuicē ꝑmitterent, & ꝙ tunc diuisa per fasciculos vrent, triticū aūt in borreum conderet. Sic vere paterfamilias Deus in agro ecclesiæ seiauit bonum semen. i. multos bonos viros, sed vere inimicus eius diabolus introducit, & seiauit ibidē multos malos, non vult tñ hodie Deus ꝙ serui. i. prælati vel angeli ipsos ab inuicem segregent, sed ꝙ vsq; ad diem iudicij expectent, & mittet tunc seruos. i. angelos, qui eos ab alijs separabunt, & in igne æterno cōburent pariter & cremabūt tunc. n. dicet christus illud Apoc. 14. Mitte falcē tuā, quoniā maturauit messis. ¶ Zizania est herba q̄ i multis proficit exterius apposita, & ad multa valet, i medicina. si autē exterius apponatur

ponatur, tunc inflat, & inebriat, & omne malum g͠n͠at in edente, & tandem mortificat comedentem. Sic est mundi prosperitas, quia exterius debitè administrata proficit atq; iuuat, s. debitè ea vtenti, sed si interius sumatur. s. in corde, & affectione. i. si homo ponat in ea cor suum & affectionem, tūc summè nocet, quia inflat per superbiam, inebriat per spiritualē stultitiam, quia. s. priuat hominem sensu & debita ratione, & facit hominem ebrium. i. malum peccatorem. Psal. Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius &c. Et finaliter hominem occidit, s. morte æterna. Patet in mundi sapientib. & diuitib. &c. inebriabo eos absynthio &c. Hier. 9.

## De Zinzibere. Cap. 142.

ZInziber est radix herbæ multū efficax, & virtuosa in medicina, calida est, & humida, sed pp nimiā humiditatem q͠n͠q; q͠n͠ antiquatur corrumpitur, & à vermibus perforatur, & ideo qui eam vult bene seruare, necesse est vt cum pipere teneatur, vt sic piperis siccitate sua humiditas superflua temperatur. Sic sunt multi, qui licet sint calidi per charitatem, & multum medicinales per vitæ, & doctrinæ sanctitatem, sunt t͠n͠ quandoque multum humidi per carnalem voluptatem, & ideo tales finaliter putrescūt per luxuriam, & perforantur per auaritiam, nisi forte piperi .i. bonæ calidæ, & perfectæ personæ sunt adiuncti, & sociati, quia tunc alterius bonitas suam temperat prauitatem, quia cum sancto sanctus eris &c.

## De Zaccaro. Cap. 143.

ZAccarum est succus quarūdam cannarum quę sunt in littore Nili, nam piscatæ cannæ ponuntur in lebete & decoquuntur ad lentum ignem, & tunc totum vr̄ euanescere in spumam, sed tandem illud quod est spissius & melius fundū petit, quod aūt deterius, sursum manet, & illud non est ita virtuosum sicut illud quod est in fundo &c. Et est zaccarum dulce, calidum & humidum &c. Nilus est mundus vel vita p̄ns, quæ semper fluit, cannę eius sunt hoies. succus cannarum sunt aīæ, Q͠n͠ igitur cannę Nili i. hoies huius vitæ ponuntur in lebete mundanæ prosperitatis, tunc uere omnes vidētur primo bullire & spumare per mala desideria auaritiæ, & sursum ascendere per vanitatē, veruntā illi qui sunt meliores descendūt inferius per humilitatem, & ab ebullitione auaritię quiescunt descēde, sede in puluere. Esa. 47. Illi aūt qui praui sunt & peccatores superius per superbiā remanent, & per vanitatem nec inferius descendunt per humilitatem. Eris semper supra, & non subtus. Deut. 28.

# LIBER DECIMVSTERTIVS

## de naturæ accidentibus, & primo quidem ponitur prologus.



QVoniam illa quę ad rerū substantias & proprietates pertinēt, deo opitulante moralizaui, restat vltimo dicere de quibusdam accidentib. rerum substantias concomitantibus, vel dependentibus ab eisdem. Intendo igitur hic aliquid inserere de proprietatibus colorum odorum, saporum, liquorum, & ouorum, necnō mensurarum, numerorum, ponderum, instrumentorum, casorum, & sonorum.

## De Colore. Cap. 1.



COlor s͠m Arist. in sensu, & sensibili. cap. 3. Est ex-
1 tremitas perspicui in corpore terminato. Color
.n. in superficie rei terminatæ naturaliter hēt sedem. Aer. n. & alia corpora interminata, nō sunt propriè colorata, licet per resplendentiam corporum aliorum in eis appareat aliqualis figura colorum. Quāuis aūt color naturaliter, & essentialiter sit in rebus, non pōt t͠n͠ manifestari vel uideri nisi per lucem super eius superficiem radiantem. Color. n. indiget lumine manifestante, & ipsum eius ad visus organum deferente. lux vero colore non indiget, quia vbicunq; lucet, per se patet. Per colorem moraliter loquendo, pōt intelligi conuersatio virtuosa. Ista est. n. color qui propriè est obiectū visuum, & aspectuū aliorum, iuxta illud Eccl. 43. Pulchritudinem coloris admirabitur oculus. Quia. s. color conuersationis exterioris est illud in quod intuentium oculus p fertur. Sed procul dubio adhoc q aliquod corpus. i. aliqua persona possit propriè virtutib. colorari necesse est q sit corpus terminatum. i. q hēat sensus & affectus ordinatos, & limitatos, & inter rationis terminos quietatos, quia pro certo illi, qui non sunt terminati, disciplinati, & ordinati, sed magis more aeris p hypocrisim & vanitatem interminati & vagationib. sensuum & affectuū expositi, non sunt vt cōiter virtutib. colorati, nec per cōuersationem ēt picturati. vnde de terminatione obediētiæ, sufficientiæ, prudentiæ & disciplinæ qua viri colorati, & iusti termināt semetipsos pōt dici illud ps. Terminū posuisti eis, quē non transgredientur. Sed quid? Pro certo illud est verū, q ad colorē honestę apparentiæ requiritur lux diuinæ g͠r͠æ. Color. n. cōuersationis quāuis regulariter existat in hoie, nunq̄ t͠n͠ a Deo vr̄ vel inspicitur, nec ipsius aspectib. acceptatur, nisi ad ipsum per lucē cōcomitantis g͠r͠æ deferatur, quia breuiter color cōuersationis nihil valet sine g͠r͠æ lumine, lux vero g͠r͠ę per se apparet & valent ēt sine exterioris conuersationis colore. Bene ergo dr̄ Mat. 5. Luceat lux vestra corā hoib. vt videant opera vestra boni. Vel dic q color significat pulchritudinē corporalem, q̄. s. more coloris faciliter deturpatur, q̄ sicut dr̄ Prou. 31. Fallax g͠r͠a, & vana est pulchritudo. Ista igr̄ quāuis naturaliter existat, t͠n͠ sine luce g͠r͠æ nō placet nec apparet apud Deum, nec ad salutem proficit seu iuuat. Vel dic q color qui accidens valde defectibile, significat humanā naturam. defectibilem atq; vanam. Ista est. n. quę non valet sine luce g͠r͠æ, quia. s. natura non valet sine g͠r͠a, lux aūt g͠r͠æ per se valet, nec dependet virtus ipsius a natura Ioan. 1. Lux in tene-
bris lucet &c. ¶ Color realiter existit ēt in tenebris. vnde si 2
color semper non appareat, non est defectus ipsius, sed potius oculi intuentis, & carentiæ lucis, colorem non ostendētis. Vnde cum a doctorib. dr̄ q color non est actualiter nisi p lucem, istud intelligendum est de actu manifestandi, non existendi, sicut dicit hic magister. Per colorem intelligo virtutes, quæ. s. animam colorant atq; pingunt. per lucem vero intelligo splendorem conuersationis honestæ, quia pro certo possibile est q aliquis realiter habeat colores virtutū, & existentiam perfectionis, quamuis q̄nque non appareat pp defectum lucis exterioris bonæ cōuersationis, sicut apparet de multis, qui in ipsis tenebris. i. in abscondito cordis habent multos colores virtutum, sed quia lux exterioris conuersationis eis deficit, iō ipsos tales esse non videt populus neque credit. Ideo dominus docet habere talē lucem, dicens. Sint lucernæ ardentes in manibus vestris. Vel dic q color est vir iustus, qui in tenebris. i. in abscondito humilitatis solet existere, & dato, q in luce. i. in publico non videatur ad hominib. non pp hoc cessat in statu g͠r͠æ permanere, Non est ergo defectus talium colorum. i. talium hoim coloratorum, & perfectorum si ab alijs non videntur vel cognoscuntur, sed potius defectus est cęcitatis intuentium peccatorum, qui pp defectum lucis gratiæ, & scientiæ quibus carent, talium virtutes non percipiunt neq; vident, nec ipsas reputāt aut approbāt, sed potius cōtemnunt, fugiunt & deuitāt, quia breuiter istud est verum, q virtutes perfectorum mali non vident nec cognoscunt, quia luce verę scientiæ vel g͠r͠æ non splendescunt. Io. 1. Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. ¶ Ad colorem est necessaria duplex lux, s. lux coele-
stis, quæ est coloris causatiua, & lux solaris, quæ est coloris 3
ostensiua. Virtus. n. lucis coelestis inuisibiliter in corporum superficie colores procreat, lux vero solaris illos visibiliter manifestat. Sic vere colores. i. virtutes & pfectiones nr̄ę duplici luce diuina indigere noscuntur, videlicet luce celesti. i. g͠r͠a diuina, ipsarum constitutiua, & luce solari. i. honesta conuersatione & apparentia, ipsarum virtutū declaratiua. G͠r͠a .n. diuina sicut lux coelestis colores virtutum solet in mente inuisibiliter procreare, honesta vero cōuersatio sicut lux solaris solet colores nostrarum virtutum per bona exempla & opera alijs visibiliter demonstrare, & sic loquitur Apostolus ad Eph. 5. Omne quod manifestat, lumen est. ¶ Secundum di-
4 uersitatem actiuorum, & passiuorum generatur diuersitas accidentium, & colorum, & inde est, quod si frigiditas in materia humida dominetur, & agat, albedinem in-

troducit, & generat, sicut patet in niue, si vero in sicca materia dominetur, tunc ecôuerso nigrediné operatur. Econtra aût calor pdominans solet in materia humida nigrediné introducere, sicut patet in igne lignum humidum côburente, qui carboni nigredinem introducit, sicca vero materia solet albedinē generare, sicut patet de igne olla, & calcem inflammantem, qui ipsa in albediné commutat, & conuertit, qa breuiter frigiditas est mater albedinis in materia humida, & nigredinis in sicca, caliditas vere mater est in humida materia nigredinis, in sicca vero albedinis, sicut exemplificat hic magister, allegans Aristo. & Auicen. Per frigiditatem quæ contrahit, intelligo tribulationem, quæ per timorem menté côtrahit, & ipsam a malo retrahit, & reducit. Per caliditatem aût possum intelligere prosperitaté, quæ solet mentem dissoluere, & eam ad vitia relaxare. Istod est igitur generale, q frigus tribulationum si inuenit materiã humidam. i. si agit in personam flebilem & deuotam, solet albedinem & puritaté innocentiæ, & continentiæ gñare, si vero materiã sicca. i. psona cruda, & obstinata, & indeuota fuerit, tunc solet vitiorũ nigredinem inducere, & menté per vitia offuscare, quia breuiter hoc est verum, q tribulatio in bonis proficit, & albediné puritatis, & innocentiæ in eis introducit, siccis vero, & malis officit, & eos per desperationem & impatientiã nigros facit. Sed pro certo caliditas prosperitatis facit contrarium; quia .s. ista est q̃ de humidis. i. de carnalib. solet nigros, & pôtures facere de siccis vero. i. de abstinētib. & tēperatis solet albos, innocentes, & continentes hoïes procreare, quia. s. prosperitas solet nocere humidis. i. intemperatis, & carnalib. proficere vero siccis. i. moderatis, & abstinentib. Vel dic q caliditas significat charitatiuum platum; qui pro certo in humidis. i. in carnalib. subditis debet nigrediné tribulationum inducere, in siccis, i. in pauperib. & depressis debet albediné consolationum, & claritatem promotionû causare, quia s. ad bonũ prælatum pertinet q peccatores deprimendo, & corrigêdo denigret, & q humiles, & depressos dealbet promoueat, & honoret. Sed pro certo frigiditas, i. malus prælatus solet contrarium facere, quia. s. humidos, i. fragiles peccatores solet p mundi prospera dealbare. Matth. 23. Similes estis sepulchris dealbatis. Siccos vero. i. abstinentes, & pauperes solet tribulationibus denigrare. Esaiæ 13. Facies eorum sicut nigredo ollæ. Vel potest dici de Deo, qui more caloris, humidos, i. carnales, & diuites in inferno denigrabit, siccos vero. id est pauperes, & abstinentes in gloria dealbabit. Psal. Niue dealbabuntur in selmon. i. in paradiso. Econtra autem diabolus more frigoris, humidos. i. carnales, & diuites in præsenti per prosperitaté dealbat, siccus vero. i. pauperes deprimit tribu-
5 lationibus & denigrat. ¶ Quidam videntes quòd color non habet apparentiam siue lucé, voluerût dicere, quòd lux erat de essentia coloris, quod tamen falsum est, quia. s. color etiam in tenebris veraciter manet, & esse suum nisi solum pro manifestatione, a lumine non dependet. Sic veré fatui mundani videntur hodie credere, quòd nullus color, i. nulla virtus aliquid, nisi sit ibi lux publicæ manifestationis, non enim reputant virtutem esse, nisi in luce, & manifesto, s. ante faciem hominum ipsam viderint apparere. De virtutis enim essentia dicunt esse quòd videatur, & quòd ab hominibus cognoscatur. quod tamen falsum est, quia. s. in tenebris conscientiæ potest color virtutum latere, dato quòd in hominum præsen-
6 tia non videatur lucere. Ideo pulchrè dicit Seneca libro de moribus. Esto occultator virtutum sicut alij vitiorum. ¶ Quãuis calor agens in humidum, vt communiter nigredinem introducat, illud tamen fallit quando illud in quod agit aliquo medio tangitur, ita quòd caloris impetus impeditur, sicut patet de ouo cocto, cuius albumen album efficitur, quando a calore mediante testa vel aqua tangitur dum coquitur. Sic veré licet color concupiscentiæ in materia humida, i. in debili, & flexibili persona nigredinem luxuriæ, & malæ conuersationis fugiendum introducat; illud tamen fallit quando calor concupiscentiæ inuenit medium residens, s. testã, & clausuram custodiæ, & humilitatis, & aquam etiam clementiæ, & pietatis, vel lachrymosæ voluntatis, quia pro certo si ouum, i. homo humiliter se custodiat, & recludat, & in aqua lachrymarum deuotionis compunctionis vel compassionis se teneat, nunquam albumen carnis suæ color concupiscentiæ per luxuriã inficit aut denigeat, quinimmo per maiorem conatum virtutis, ipsum accidentaliter per maiorem castitaté decorat, &

dealbat. Ps. Lauabis me, & super niuem dealbabor. ¶ Aliqui 7
sunt colores principales, aliqui medij, & collaterales, nam secundum subiecti, & agentis dispositionem, necesse est fieri in colore variationum, & mutationum, & secundum quòd materia diuersimode, color principalis vel medius generatur. Sunt igitur duo extremi, & principales colores, s. albedo, & nigredo. Quinq; vero sunt colores inter medij, qui inter ista duo extrema sunt cõstituti, s. color glaucus, mineus, rubeus, purpureus & viridis. Rubeus enim stat in medio istorum duorũ extremorum, & ideo inter album, & rubeum sunt duo colores, s. glaucus, qui magis appropinquat albo, qualis color est in fulijs cadētib. & mineus qui magis appropinquat rubeo. Item inter rubeum, & nigrum sunt alij duo colores, s. purpureus a parte rubei, & viridis a parte nigri. Sic ergo secundum Philosophum non est dare colores, nisi septem tam medios, quàm extremos, s. album, glaucum, mineum, rubeum, purpureum, viridem, & nigrum. Ista possunt applicari ad septem principales virtutes, quarum. s. tres sunt principales, & quatuor subalternæ. Sunt enim ibi duæ extremæ, & vna media, quæ. s. significant tres virtutes theologicas, quæ sunt præ omnibus principales. Albedo enim significat fidem cuius claritas, & veritas magis splendet. Media autem rubedo significat chiaritatem, cujus caliditas magis ardet, & more igneo magis rubet. Extrema vero, s. nigredo, est spes, quę in aduersitatum nigredine magis viget, quia pro certo secundũ Apostolum 1. ad Corinth. 13. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc. Quatuor vero intermedia significant quatuor virtutes cardinales. Glaucedo enim quæ magis declinat album, & ad clarum significat prudentiam, in qua viget claritas intellectus. Mineitas vero quæ magis declinat ad colorem igneum significat iustitiam, quæ. s. comburit, & corripit sicut ignis. Purpura vero quæ ad roseitatem declinat, significat fortitudinem, quæ. s. more rosæ quanto plus teritur, magis valet, iuxta illud 2. ad Cor. 12. Cum autem infirmor, tunc fortis sum. Viridis vero quæ magis delectat visum significat temperãtiam, quæ inter virtutes alias magis placet. Ideo de istis potest dici figuraliter illud 3. Regum 7. vbi dr̃ quod Salomon fecit domum saltus super tres ordines columnarum, & quatuor deambulatoria inter columnas cedrinas. Domus. n. saltus est ecclesia, de qua saltatur in cœlum. vel etiam anima, quę. s. finaliter saltat, & euolat in paradisum. Ista est. n. quæ tribus ordinibus columnarum. i. tribus virtutibus theologicis fulcitur, & quæ quatuor deambulatorijs. i. quatuor virtutibus cardinalibus spaciatur, vt sic animæ vel ecclesiæ tot coloribus picturatæ dicatur illud Ezec. 16. Vestita es bysso & polymito & multis coloribus. ¶ Colores medij bene
proportionati delectant visum, extremi vero lædunt, & de- 8
bilitant, ipsum, secundum Aristo. Albedo enim intensa disgregando spiritum, visum confundit, & oculum lachrymare facit. Nigredo vero spiritum aggregando, visum obtũdit, & obscuritatem gignit, & etiam si perseueret, cæcitatem generat, & inducit, sicut patet de diu incarceratis, & in tenebris inclusis, qui extracti ad lucem parum aut nihil possunt videre. Sic veré oculus voluntaris, & cordis spiritualiter delectatur, & proficit, quando ad medios colores. s. medios status, & gradus affectum suum conuertit, & quando mediocritatem rerum considerat, desiderat & attendit. Intensa. n. albedo, & claritas prosperitatis spiritum, & affectum mentis disgregat, & eum per multa mala desideria dissoluit, & ad vitia multa laxat, & sic lympiditatem visus. i. claritatem cognitionis impedit, & retardat. Excessiua etiam nigredo aduersitatis solet per tristitiam mentem obtundere, & claritaté prudentiæ tollere, & per peccatum, & desperationem oculum mentis aliquotiens excæcare, iuxta illud Eccl. 31. Nõ est sensus vbi est amaritudo. Non est. n. albedo prosperitatis, & mũdanæ claritatis attendēda, nec nigredo tribulationum est ēt appetēda, sed medios colores. i. mediocritatem status debemus appetere, in qua sine periculo se pôt mentis oculus delectare. quod bene figuratum est Dan. 3. vbi dr̃ q Deus fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem, ita q tres pueri ibi positi nullatenus sunt combusti, illi vero qui extra medium fornacis erant, s. ministri regis babylonis, qui in extremitate ipsius fornacis fuerunt, flammis erumpentib. sunt consumpti. Ad denotandum q sancti viri, qui in fornace huius mundi medium mediocritatis, & tēperantię statuerent, ventum roris. i. mentis refrigerium semper habent, ministri vero regis

ro regis

ro regis babylonis.i.diaboli,regis cõfusionis,s.mali hoĩes,q
in extremitate huius fornacis.i.in summitate & excessu ꝓspe
ritatis vel ẽt aduersitatis cõstituunt,& flãmis diuersorũ desi-
deriorũ vrunt,& flãmis infernalib.finaliter absument, vt sic
de populo mediũ diligente dicai a dño illud Mich.2.Ponã il
9 lũ quasi gregẽ in ouili.quasi pecus in medio caularũ,¶ Scdm
aliquos,color est in oĩb.rebus in potentia, sed non educit ad
actũ,nisi per lumen.Ignis.n.q de se est lucidus,in oĩb.reb.est
& ꝑ cõsequens & color, cũ nihil aliud sit color q̃ lux incor-
porata corpori terminato.velatur tñ iste ignis & iste color a
partib.tenebrosis, & iõ nõ educitur ad actũ nisi mediante ali
quo eiusdem gñis actualiter existente,s.ꝑ lucẽ actualẽ,& po
nunt exemplũ de sulphure,vbi est calor potentialis innatus,
q tñ ad actũ non egredit,nisi per actualẽ exteriorẽ calorẽ de
potentia educat.Sic vere illud est verum ꝙ in oĩ hoĩe est lux
grã,ignis charitatis,& color virtutis in potentia,quia.s.nul-
lus est quin possit facere bonũ,& esse bonus. Io.1. Dedit eis
ptãtem filios Dei fieri,his qui credũt in nomine eius. Verũ-
tñ quidã sunt q tot obscuritatib malarũ consuetudinũ,& vi
tiorũ operti sunt, ꝙ colorẽ virtutũ q̃uis habeant in potẽtia,
nunq̃ ad actum educunt. Necesse est ergo ꝙ cooperet eis lux
exterioris doctrinæ,& exemplaris regulę,& disciplinæ,q̃ lu-
cẽ & colorẽ virtutũ de potentia ad actum educat,& bonita-
tẽ mortalem,q̃ interius latitabat,exterius aperiat & ostẽdat.
Quia breuiter multi sunt qui nunq̃ boni efficiunt,virtusque
eorum nunq̃ de potentia ad actũ educit,nisi de foris ab aliis
adiuuent,& nisi ꝑdicator, rector aut corrector ad hoc coo-
peret. Iõ quilibet talis põt de tali eductione dicere illud Esa.
49.Eduxit me de lacu miseriæ,& de luto fœcis. Vel dic ꝙ co
lor in potẽtia est grã gratis data,q̃ pro certo ad actũ nõ edu-
citur,nisi per lucẽ actualẽ.i.per grãm gratũ facientẽ iuuetur.
10 ¶ Color proportionalis varietatis est aspectus intuentiũ at-
tractiuus,& multipliciter allectiuus. Vñ dicit Pli.ꝙ oĩa aĩa-
lia pantherã videre desiderãt,ꝑꝑ colorũ varietatẽ,& decorẽ
pellis suæ.Itẽ color si fuerit ẽt mẽbris & corpori correspon
dens,si pulcher fuerit & suauis, summẽ est corporis pulchri
ficatiuus,si vero incõpositus & confusus fuerit,ecõuerso tur
pitudinis est in corpore inductiuus,ſm Auic. Vñ dicit Aug.
ꝙ pulchritudo est elegans corporis habitudo cũ coloris sua
uitate.Itẽ color est passionũ aĩę manifestatiuus,sicut patet ꝙ
color pallidus significat mentis timorem, rubicundus vero
designat verecundiæ ruborem,vel iracundiæ furorẽ.In timo
re.n.interiora cordis læduntur,ad quæ dum sanguis pro ad-
iutorio læsi cordis mittitur,color pallidus ꝑꝑ sanguinis de-
fectum in exteriorib.gñatur.Econtra aũt in ira, & in iracun
dia læduntur exteriora,& tñ sanguis eo missus colorat,& ru
bificat vniuersa.Itẽ color est materię in qua est ostẽsiuus,q a
s.oculus subãm nõ cognosceret,nisi qualis esset,color exte-
rior declararet.Itẽ color est materiæ in qua est ornatiuus,&
oĩs deformitatis ipsius velatiuus.In multis.n.reb. deformita
tes variæ viderent,nisi picturis & colorib.tegerent, ſm Aui.
Item color est luci sui ipsius cõformatiuus.color.n.( sicut fi-
lia matri)lucis actui se configurat, ita ꝙ cum intensa luce co
lor intensior apparet,cũ remissa vero remissior elucescit.Per
colorẽ qui est accidens exterius adiacẽs rebus, põt intelligi
exterior cõuersatio,quia pro certo ista est q̃ si bona, & hone
sta,& proportionata fuerit,solet intuentes delectare, totum
hoĩem pulchrificare,& in eo decorẽ, & pulchritudinẽ gña-
re,si vero inhonesta fuerit,tunc solet totũ hoĩem deturpare.
nihil.n.est pulchrius persona honesta, & nihil turpius inho-
nesta.Et breuiter ꝑ colorẽ cõuersationis cognoscit animus,
& significatur interioris,& exterioris hoĩs tota virtus. Vñ 2.
Mach,3.Color immutatus declarabat internum animi dolo
rem.Igitur per calorẽ, & picturã exterioris bonæ conuersa-
tionis solet multotiens turpitudo morũ celari, & quicquid
vitiosum est occultari,sicut patet in hypocritis,q(Matt.23.)
dñr similes sepulchris dealbatis,intus pleni spurcitia,& ossi-
bus mortuorum.Fit.n.tñ vt cõiter ꝙ color sequitur lucem.i.
ꝙ conuersatio sequitur voluntatẽ,sicut filia sequit matrẽ,q a
gñaliter,& cõiter color luci, & conuersatio voluntati se so-
let conformare, & siue intensa siue remissa.i. siue bona siue
mala fuerit,se ſm eam regulare,quia sicut dr Ecclesi.13.Cor
11 hoĩs immutat faciẽ eius siue in bono siue in malo.¶ Color in
rebus mutatur multis modis,aliqñ ab exteriorib.sicut patet
in fructib.qui ſm maiorem, & minorem caloris solaris ope-
rationis,& caloris naturalis confortationem, & humoris di
gestionem,primo virides de inde rubei, tãdẽ nigri efficiunt,
sicut patet in morib.&c.Sic verẽ ſm ꝙ calor charitatis inte
rius,& calor correctionis exterius nos digerit,ſm hoc colo
res variarũ virtutũ in nr̃is mentib introducit, inquãtum.s.ꝑ
honestatẽ virides,per charitatẽ rubentes, & per humilitatẽ
nos nigros efficit & pallentes.Vel ecõtra dic de calore cõcu
piscentiæ malæ,quia.s.ſm ꝙ intus in hoĩb. plus abundat,ſm
hoc ipsos facit per carnalitatẽ rubere, per infamiã denigra-
ri,vel per inuidiã,& tristitiã pallere.Thr.4.Quõ obscuratum
est aurum,mutatus est color optimus? ¶ Exteriores tempo- 12
rum & regionum qualitates solẽt colores corporũ variare,
& inde est ꝙ septẽtrionales ꝑꝑ excessum frigoris fiunt albi,
meridionales vero ꝑꝑ caloris præ dñium fiũt nigri sicut pa
tet in ęthiopib.qui ꝑꝑ continuã solis adustionem nigri sunt,
& qui nascuntur ab eis,ab adustione cõtinua solaris radij ni
gri fiũt.Primus.n.habitator illarũ regionũ ex adustione san-
guinis intercutanei niger factus est,qui.s. nigredinem trans-
fudit in posteros,& maximẽ in illos q in illis feruidis regio-
nib.perseuerant.si.n.æthiops in regione frigida gñaret,fętus
eius paulatim a nigredine deuiaret.Sic verẽ moraliter loquẽ
do,frig⁹ timoris diuini & exterioris tribulationis solet illos
quos perflat.albos,& puros,innocẽtes,& castos facere,& ab
eis oẽm pc̃ti nigredinẽ tollere vel fugare,, ecõtra vero calor
cõcupiscẽtiæ nigredinẽ malæ cõuersationis,& vitiorũ gñat,
& mentem interius per ignorantiã obnubilat, & cõuersatio
nẽ eius offuscat.Et inde est ꝙ in æthiopia mundi huius hoĩes
per pc̃ta sunt nigri, quia per excessiuũ cõcupiscentiæ calorẽ
humores suorũ interiorũ affectuũ sunt cõbusti.Thr.4.Deni-
grata est facies eorũ sup carbones.Primus.n.hõ istius ęthio-
piæ,s.Adã,q primo calore cõcupiscentiæ fuit adustus & de-
nigratus filios nigros,& pc̃tõres genuit,& nigredinẽ suã, &
adustionẽ.i.cõcupiscentiã,& pc̃tm̃ in posteros deriuauit, &
inde est ꝙ ã nigro p̃re nigri filij nascunt,& maximẽ, q a cõti
nuo ardore auaritiæ,& concupiscentiæ inflãmantur.ad Ro.
5.Per vnũ hoiem pc̃tõres cõstituti sunt multi. Necesse est.n.
ꝙ ęthiopes gñet,& ꝙ malus pater,ꝑdicator vel ꝑlatus malis
exẽplis,& dictis suis nigros, & malos filios ꝓcreet atq; for-
met,quia.s.patrẽ sequit sua proles. Verũtñ qñq; fit cõtrariũ,
qñ tales mutant regionẽ.i.qñ fugiunt malã societatẽ,& con-
gregationẽ,quia.s.tunc fit ꝙ filij æthiopũ.i.filij & subditi, &
successores malorum, tũc frigoris diuini timoris quẽ cõci
piunt,albi & boni efficiuntur,& a paterna nigridine tempe-
rantur.¶ Scdm dispositionem humorũ in corpore,varij co-
lores generant in cute, & inde est ꝙ humor sanguineus cau-
sat ruborẽ,cholericus citrinitatẽ, melancholicus liuiditatẽ,
phlegmaticus albedinẽ,& similia.Ista ẽt eadẽ rõ est de diuer
sitate coloris vnguium, & pilorum , quia ſm ꝙ fumi cordis
qui sunt materia eorũ,diuersificant interius , ſm hoc, & vn-
gues,& pili inueniunt in diuersis,& nunc albi,nũc nigri,nũc
rubei seu flaui.Sic vere gñaliter ſm naturã,& cõditionẽ inte
riorũ humorũ,& fumorum.i.interiorũ affectuũ,& aĩorũ,ne
cesse est ꝙ in hoĩe disponat cõditio exteriorũ colorũ.i.exte
riorum actuũ atq; morũ,quia.s.exterior cõuersatio solet ab
internis affectib.dependere, & ſm ipsos deficere vel vigere,
iuxta illud ꝑdictũ Eccl.13.Cor hoĩs immutat faciẽ eius.Ex-
pone magis particulariter si vis sicut supra.c.de fumo,de pi-
lis,de cõplexionib.c.de humore.¶ Ex interiore infectione &
corruptione corporis vitiat exterius color cutis,sicut patet 13
in hydropicis & leprosis.vide supra i titulis suis. Sic vere qñ
mens interior ꝑ mala intentionẽ,& affectionẽ inficit,neces
se est ꝙ cutis cõuersationis discoloret, & ꝙ color inhonestæ
vitæ,& cõuersationis immundæ in hoĩe gñet.¶ Color canus
accidit in capillis aliqñ ex defectu caloris,sicut fit in senib.ali 14
qñ ex abũdãtia phlegmatis,sicut in iuuenib. caput phlegma
ticũ habentib.Sed istud est gñale ꝙ qñ canities venit ex defe-
ctu caloris,capilli primo incipiunt canescere ab extremita-
te,qñ vero ex phlegmate accidit,tunc canescere incipiunt a
radice.Per colorẽ canũ intelligo defectum virtutum mora-
lium,ꝑ eo.s.ꝙ canities signum est antiquitatis,& defect⁹ vir
tutum naturalium.Sed pro certo illũ colorẽ.i. illã defectuo
sam cõuersationẽ duo principaliter introducunt.s. defectus
caloris charitatis,& abundantia phlegmatis carnalitatis. di-
scernit tñ differentia inter istos,quia.s. si phlegma carnalita-
tis abundat,facit capillos virtutum canescere, & deficere a
radice cogitationis.defectus vero caloris charitatis ab extre
mitate operationis,quia.s.carnalitas sup oĩa malas cogitatio

nes immittit,charitatis vero carentia bonas operationes cō
fundit.& breuiter,carnalitas corrumpit radicē cogitationū,
& carentia charitatis enernat virtutē exteriorū extremitatū
.i.operationum.¶ De colorib.aūt oculorum omitto,quia su-
14 pra satis de oculis est tractatū. Dicendum est igitur de colo
rib.in particulari,& primo de albedine, & eius collateralib.

## *De Albedine. Cap.2.*

1 ALbedo est color ex luce clara,& multa gñatus,origo
& fundamentum oim mediorum colorum, q quanto in materia magis pura,& perspicua ponitur,tanto
clarior,intensior in nigro & permianior innenit.Co
lor.n.medius in nullo ita bene fundatur,sicut in albo. Albe-
do.n.est colorū incremetum,& pcipuum fundamentū,qui
nimmo quanto albedo intensior fuerit tanto color superpo
situs,& superpictus fortius adhærebit, & pulchrior appare-
bit.Talis est innocentia,quia pro certo ista ex luce grē clara
& lympida cōponitur,& in materia.i. mēte pura atq; perspi
cua gñatur.Et ideo ista est colorū.i. virtutum oim fundamē
tum,quia pro certo nullus medius color.i. nulla moralis vir
tus(q̄.s.in medio consistit)ita vtiliter alicubi fundatur, sicut
qñ cum innocentiæ albedine situatur,q.a.l.quanto ista fuerit
intensior,tanto erit virtus adiuncta firmior atq; maior.Et iō
2 bene dicit Hugo q puritas innocentiæ cōseruata fons est &
origo ois sciæ,& virtutis.¶ Albedo est color cæteris purior,
& tū est ad maculandum facilior.Res.n.alba faciliter inficit,
& macula in ea plus apparet,& difficilius amouet. Talis est
puritas castitatis,quia pro certo cum ista sit virtus inter cæ-
teras purissima,& pulcherrima,& oculis oim gratissima,faci
liter tū solet p luxuriā infici, & vix aut nūquā amplius depu
tari.In albedine.n.castitatis solet macula valde male sedere,
& ita solet ibi p infamiā adhærere, & quicquid ibi vitiosum
fuerit,ita solet aliorū aspectib.se offerre , q vix pōt illud ali-
quis amplius amouere,sicut patet ad literā de quacūq; ma-
cula vel infamia luxuriæ,q̄ via amplius tollit,& quæ inter cę
teros defectus notabilior,infamior, & apparentior inuenit.
3 ¶ Albedo licet oculis placeat,ipsos tū lædit mirabiliter atq;
grauat.solet.n.albedo p p claritatē & lucē incorporatā visū
seu visualē spūm dispergere, & actū videndi mirabiliter im-
pedire.Sic verè sua splendor, & albedo mundanæ psperita-
tis nō prodest intuētib. imo nocet. q̄uis.n.cuiusculo affectis pla
cet,ipsumq; recreet,& delectet,solet tū ipsum dissoluere , &
visum discretionis disgregare,& p mūdi delectabilia disper
gere,& totā mentis faciē offuscare.Stultū est ergo talē albe-
4 dinē aspicere,& ad mundi psperitatē mentales oculos eleua
re.Prou.23.Ne erigas oculos tuos ad opes. ¶ Cādor est illa
portio albedinis q̄ est in illo primo,& pcipuo gradu,q̄ sine lę
sione,& corruptione sensus,pōt sensui subiacere. Sicut.n.dī
in libro de sensu & sensato,colores in sua extremitate videri
non pñt.Sensus.n.noster(cuius virtus est in medio colorē in
sua extremitate videre nō pōt,& iō candor ,p priē dī illa albe
do q̄ ab extremo recedens visui contēperat, & in qua sensus
organi delectatur.Significare ergo pōt candor puritatē cō-
scientiæ,virtutemq; innocentiæ,& continentiæ humanę.illā
dico,ad q̄ pōt sensus & virtus humana ptingere, q̄.s.oculos,
intuitus aliorū solet nō lædere,sed iuuare,& ipsos mirabili-
ter recreare. Nō.n.loquor de albedine puritatis in suo extre
mo,& summo,qualis fuit in beata virgine,& in Christo. Ta
lis.n.albedo castitatis seu puritatis nō pōt humano sensu vi-
deri,nec humana indagine perscrutari, sicut admirando ca-
nit ecclesia dicēs,Sancta,& immaculata virginitas,q b.tē lau
dib.efferā nescio, qa quē cęli capere nō poterāt,tuo gremio
cōtulisti. Et iō de illa puritate, & iō de illa candida castitate
ad q̄ pōt humana virtus,& human⁹ sensus attingere, dī Sap.
7.Candor est lucis æternæ,& speculū sine macula.&c.¶ Co-
5 lor flauus,& color pallidus nō differunt nisi p maiorē,& mi
norem intensionē.Sunt.n.colores ab albedine in nigredinē
declinantes.Accidit.n.interdū q timore vel solicitudine in-
teriori,labore vel frigore exteriori,sanguis,& calor ad inte
riora repercutit , & sic superficies corporis flaua vel pallida
reperit,sicut patet in timorosis,& in amorosis.timore.n.cor
cōstrictione lędit,& amore vltra debitū aperit,& spiritib.va
cuat.Natura.n.calorē & sanguinē ad supplēdū vtrunq; defe
ctū ad cor mittit,& sic corporis supficiē flauā vel pallidā de-
relinquit. Et sic gñaliter loquendo pallor defectū virtutis so
lent innuere,& caloris,& sanguinis pauperiē designare. Per
talē pallorē designare possum moraliter loquendo,statū &
cōditionē pcti,in quo hō ab albedine innocētię recedit,& ad
mortis æternæ obscuritatē,& nigredinē accedit, iuxta illud
Apoc 6.Ecce equus pallidus,& q sedebat sup eū , nomē illi
mors.Multa.n.sunt q̄ istū pallorē pcti , & istū malæ conuersa-
tionis liuorem efficiūt,& pcurāt,videlicet timor male deij-
ciēs,amor male inflāmans,frigus.i.tribulatio male afficiens,
& affligens.Ista sunt.n.q̄ calorē charitatis tollunt,& q̄ sangui
nē diuinæ grā repercutiunt,& q̄ pallorē tristitiæ, & despera
tionis,& ēt pallorē vilis, & inhonestæ conuersationis inducūt.
Et talis pallor figurat,Le.14.vbi dī q lapides parietis,q erāt
pallore vel rubore deformes,leprosi iudicabantur , & iō de
domo proiiciebantur.In quo notatur, q nos qui lapides san
ctuarij debemus esse, si per virtutū mortificationē fuerimos
pallidi,& per carnalitatē,& luxoriā rubicundi,apud Deū le
prosi,& corrupti iudicabimur,& de domo ecclesiæ & para-
disi finaliter expellemur. Vel dic q pallor significat abstinen-
tiā.& pniam,quę ad litterā faciunt hoiem pallere,quia pro
certo amor Dei & timor supplicij talem pallorem solent in-
ducere,& hoiem ad abstinentiam,et pniam incitare et sic de
persona abstinente,et pœnitente dī in psal. Posteriora dorsi
eius in pallore auri. Pallor.n.dī aureus , quia.s.nullus est ita
preciosus color in pœnitentibus,sicut pallor.

## *De Rubeo colore. Cap.3.*

RVbeus color medius est inter album,et nigrum,et ab 1
vtroq; ē æque distat.resultat.n.iste color ex incorpo
ratione luminis ignei in materia perspicua,concor-
di medioctitate inter album , et nigrum.gnaliter.n.
iste color sp denotat pdominium caloris in materia in qua
manet.Talis calor vī esse charitas,q̄ s.igneum lumen.i.spūm
sanctum continet,quia s.vbi charitas et amor,ibi Deus est,si
cut canit ecclesia.Materiam ēt perspicua.i.conscientiā purā
inhabitat, et inter album et nigrum.i. inter personas cōtra-
rias mediū ēt concordiā seruat,quia pro certo proprium est
charitatis,igne spūssancti et feruorem bonorū desideriorū
habere,purū cor inhabitare,et mediū concordiæ iugiter ob
seruare.Vel dic q rubor significat verecundiam , q̄ ad litte-
ram facit rubere.Ista.n.solent tā pulchrā facere,et causare,s.
ignis charitatis,perspicuitas innocētiæ,et puritatis, medio-
critas tēperantiæ et æquitatis.Can.5.Dilectus meus candid⁹
et rubicondus . ¶ Rubedo sp significat caliditatē in suba in 2
qua manet et quamuis rosa sit frigida , rubedo tñ, q̄ ibi est,a
caliditate procedit. Calor.n.naturalis frigiditatē pdominan-
tem fugiēs,exteriora solet petere, et ibidē rubedinē gñare.
Sic verè dico q rubedo verecundiæ sp a calore cōtritionis,
et dilectionis procedit . In rosa.i.in bona persona frigus di-
uini timoris calorem feruoris et contritionis solet vsq; ad sua
perficiē,i.vsq; ad faciē expellere,et ibi ruborem verecundię
gñarę.Lu.14 Incipies cum rubore locum nouissimum tene
re.¶ Licet rubedo sit media inter albedinē,et nigredinē,ma 3
gis tñ vī sapere naturam albedinis q̄ nigredinis translucen-
do.Intense.n.rubeum,sicut & album, solet visum disgrega-
re,& visus iudicium deludere & turbare , & inde est q mer
catores pannorum pannos rubeos ante locem solent suspen
dere,vt sic possint emptorum oculos deludere,ne de colore
pannorū possint veraciter iudicare. Talis rubedo est carnis,
& sanguinis carnalitas.Ista n.sin aīo dñatur,visum discretio
nis taliter disgregat,& dispergit p varios cogitatus, q verū
iudicium sibi tollit,& iō mercatores inferni, qui pctōrib.vo
lunt vendere pannos suos.s. mondi bona & ipsos cōmutare
cum pcio valde caro,i.cū gloria paradisi,summe studēt in se
nestra mētis humanæ rubedinē carnalitatis ponere,vt sic hō
deceptus,de veritate,& de colore, & valore rerū mundialiū
nō valeat iudicare,sed vnū colorē ,p alio,malū ,p bono possit
recipere & habere.qd̄ figuratū est 4.Re.3.vbi dī q Moabitę
videntes rubeas aquas fluminis,crediderūt esse sanguinē ini
micorū suorū,q se inuicē occidissent,& currentes ad pdā oc
cisi sunt.Sic vere Moabitæ.i.mūdi pctōres rubedine aquarū
carnalitatis decepti,sæpe nituntur pdam bonorū terrenorū q̄-
rere,loco cuius solēt mortē perpetuā reportare.Mat.16.Ho
die est tēpestas.rutilat.n.triste cęlū.Vel dic q iste color rube⁹
significat affectionē carnalē,q̄ qui in fenestra cordis, p q̄ lux
verè sciæ,& notitiæ intrare debet,habuerint,& ēm ipsā lucē
suæ cogitationis impresserint & tinxerint,nunq̄ de reb.vera
citer iudicabūt,sicut patet, q illos quos p carnis affectionē
diligi-

nliligim⁹,meliores q̃ ſint eſſe credim⁹,defectusq; ipſorũ mino
res quam fuerint extimamus,quia pro certo ille qui aliũ mẽ
te carnali & affectione cõſiderat , in eius noritia ſemp errat.
Lux.n.conſiderationis quæ tali affectione immutaẽ,in iudicã
do faciliter delodirur & fraudaẽ,& per ipſam viſus veri iudi
cij perturbatur.Ideo Petro verc iudicãti de Chriſto dictũ eſt
Mat.16.Beatus es Simõ bariona,quia caro & ſanguis nõ re-
nelauit tibi.¶ Crocietas & citrinitas & pũiceitas nõ differũt
4 niſi ẽm maiorẽ vel minorẽ rubedinis intẽſionẽ. Sũt.n.colo-
res rubedinis ſubalterni.Omitto aũt hic quod hic ponit ma
giſter de colorib⁹ vrinarũ.Hoc ſolũ addo qđ dicit ꝙ crocei
tas colericã paſſionẽ deſignat, cuius ſignũ eſt q̃a aues pdę ro
ſtra & vngues habẽt crocea, qnod accidit ex abũdãtia fumi
cholerici,quẽ natura proiecit ad extrema.Sic vere aues pdæ.
ſ.raptores officiales,aduocati & balliui,q̃ p cęteris ſunt cho
lerici & crudeles,habẽt hodie & roſtra & vngues.i. & verba
& opera crocea.i.aurea,eloqoẽtia & boneſta,qnia.ſ.bodie ta
lium dicta & facta aurea & ſolemoia reputantur,& hoc quia
quicquid dicũt vel agũt,ſub ficta aureitate inſtitiæ & prudẽ
tiæ operãtur,quod tamẽ totum facit fumus cbolericus.i.ma
la & fallax intentio , quæ de corde talium generaẽ.Vel dic ꝙ
iſti ſunt prædicatores, q prædanẽ a diabolo peccatores, quo
rum.ſ.& dicta & opera debent eſſe aurea & boneſta . Color
mineus qui fit de terra rubea,idẽ eſt quod vermiculus,color
ſcilicet,igneus quo vtunẽ ſcriptores & pictores. Eſt ergo ver
miculus mina ſeu vena terrę rubeæ ignei & ſplẽdẽtis coloris,
in rubri maris litoribus inuenitur,qoę primo a terrę fœculẽ
tia depuratur , tandem inter lapides ſubtiliſſime cõmolitur,
& cum claro oui diſtemperatur,& ſic pictorũ , & ſcriptorũ
vſibus deputatur.Scriptores.n inde libros ſuos illuminãt,&
principia capitulorum & verſuũ inde ornant,ſententiaſque
verſuum eainde diſtinguunt,diuidũt atque ſignant . Iſte aũt
color cocus dicitur,a quadam berba ſic dicta,cum qua aliqñ
acoitur,dicitur etiã vermiculus,pro eo ꝙ cum cuiusdam ver
miculi ſanguine ſolebat acni,ſicut in purpura ſanguis cõchy
lis,pro acumine ſolet poni.Mare rubrum ſignificat mariã , q̃
interpretatur mare , & quæ p charitatẽ eatitit rubricata.Ve
na huius maris ſeu minium ſignificat Cbriſtũ, qni realiter vi
ſcerum virginis fuit vena. Iſta.n.ab omoi cõtagio terræ.i.ab
oi vitio humanę naturæ fuit liber & eapeditus,inter lapides
.ĩ.in duritia paſsionis fuit trit⁹,& cũ glarea oni.i.ſputis indeo
rum diſtẽperatns,& ſic in colorẽ rubeum per effuſiooem ſan
gninis cõmutatus.Eſa.63.Quare ergo rubrum eſt veſtimen-
tum tuum?Iſte ergo dictus eſt coccus,propter herbã cocci-
neæ & igneæ charitatis,qua fuit exacutus . Fuit ẽt dictus ver
miculus propter eacellẽtiam deiectiuæ humilitatis, qua fuit
exinanitus,iuxta illnd pſalmi.Ego autẽ ſum vermis & nõ ho
mo.Igiẽ tali minio.i.memoria ſanguinis & paſsionis Chriſti
debemus librum conſciẽtiæ noſtræ diſtinguere,& inde capi
tales literas cordis.ſ.intellectum,memoriã & voluntatẽ pin-
gere & totam mentis paginam adornare,nec nõ corporis pa
rieres per exteriorem conuerſationem cum diligẽtia pictura
re.Sapien.13.Liniens rubrica,& rubicũdo faciẽs fuco colo-
rem.&c.Et breuiter iſte eſt color optimus, dum tamẽ cocco
charitatis & vermiculo humilitatis ſit miatus.¶ Color puni
5 ceus & purpureus quaſi ijdẽ ſunt excepto ꝙ purpureus ma-
gis appropinquat & rubedinũ , puniceus vero ad nigredinẽ
Eſt autem purpureus color quaſi roſeus,& acuitur cum ſan
guine conchularum.Sũt.n.in mari oſtreę ſeu cõcbulę admo
dom paruę,quæ in extremitaribns præciſæ,qnaſdam emittũt
guttas ſanguineas,quæ recollectæ ſericum,tingũt, omnesq;
colores rubors acuũt. Ex iſto ergo ſanguine pannus purpu-
reus tingitur,in quo regũ gloria declaratur,vt dicit gl . ſup
cantica.c.7.Per purpureum autem colorem põt intelligi pa
tientiæ virtus quę rectẽ dicitur roſea,pro eo ꝙ more roſę q̃
to plus teritur ,magis fragrat.Iſta eſt .n. veſtis regia,de qua.ſ.
rex noſter Chriſtus in paſsione fuit indutus,inquantum ſum
ma patientia ibidem fuit armatus.in cuius etiam ſignũ,veſti
bus ibidem purpureis,ad litterã eſt veſtitus.Ioã.19. Exijt Ie
ſus portans ſpineam coronam, & purpureum veſtimẽtũ.Ta
li etiam veſte,ſ.patientia,debẽt indui illi qui volunt ſpiritua
liter eſſe reges.i.qui diſcretẽ volunt regere ſemetipſos.Cãti.
7.Comę tuę ſicut purpura regis.Sed pro certo ad iſtã acuẽ-
dum & perficiendum multum proficit ſanguis cõchularũ &
oſtrearum.i.ſanguis et paſsio Chriſti martyrũ et ſanctorũ,
qui.ſ.in mari amaritudinis vixerunt,& gladijs trũcati & in ei
ſi fuerunt,& ſanguineas lachrimas de ſuis corporibus effude
runt.Talem ergo ſanguinem.i.Chriſti & martyrũ paſsiones
debemus recolligere,& in noſtris corporibus reſeruare.pur
pura enim noſtræ patientiæ exinde acuiẽ, & ex tali conſide-
ratione ad ſuſtinendum pro Cbriſto animum excitaẽ & ſic
dicetur de nobis illud Prouerb. 31 . Biſſus & purpura indu-
mentum eius.

## *De Viriditate. Cap. 4.*

Viriditas eſt color medius inter rubeum et nigrum.Ca
lor enim non valens materiam ex toto adurere,& ni 1
gredinem inducere,materiam indigeſtam relinquit
& virorẽ introducit,ſicut patet in foliis & recẽtibus
fructibus,qui ratione crudi & indigeſti bumoris,virides in-
ueniuntur, & ideo viriditas cruditatem materiæ pſtatur.
Et ſic etiam quandoque ſumitur viriditas non pro colore,
ſed etiam pro plantæ recentia vel bumore . Planta . n.quam
diu terræ adhæret, viridis dicitur, & etiam quamdiu mate-
ria indigeſta,terrena & bumida vegetatur.Per virorem paſ-
ſum intelligere carnalitatem,& carnalis vitæ volũtatem.Ca
lor.n.Cbaritatis quandoque non poteſt hominem perfectẽ
digerere vel connertere, nec etiam ipſum in bumilitatis ni-
gredinẽ cõmutare,& ideo propter inobedientiam materiæ
.i.voluntatis ipſius,quæ. ſ.calori ſpiritusſancti vel correctio
ni prælati reſiſtit,crudus & indeuotus & moribus incõpoſi-
tus dimittitur,& viriditas carnalis vitę in eo generatur,& ſi
cut herba viridis finaliter ad comedendum beſtijs,id eſt de-
monibus applicatur. Et ſicut videmus,quòd res viridis mul
tum habet de humore,quapropter faciliter putreſcit,& fa-
ciliter,plicatur.& in ſoliditate aliqua põ pſiſtit ſic vere pec-
cator carnalis qni adbuc eſt recẽs in moribus, & viridis,&
in mente indeuotus,& crudus,faciliter per luxuriã ſolet cor
rumpi,& per inconſtantiam plicari, & in quodcunque pec-
catum tentationis impulſibus commutari. Eccle. 14. Omnis
caro ſicut fœnum veteraſcet,& ſicut folium fructificans in
arbore viridi.Vel ꝙ viror ſignificat gratiam Dei . Res enim
quamdiu viret,ſemper habet vitam vegetatiuam , & virtu-
tem oculorum delectatiuam.ad denotandum ꝙ ille viridis
dicitur,quia vita gratiæ vegetatur &per eius honeſtam cõ
uerſationem aſpectus intuentium delectatur.Calor .n,cõcu
piſcentiæ non poſt talium mentes eautere, nec in eis vitio-
rum nigredinẽ inducere,& iõ neceſſe eſt in illis virorẽ ho-
neſtatis & gratię apparere. Et ſicut res ſunt virides & virẽtes
q̃diu in terra radicantur,ſtatim vero ꝙ eradicatæ fuerint,de
ſiccantur,ſic verẽ homo tandiu viret per gratiam, quamdiu
in terra.i.in Chriſto adhæret & radicaẽ per fidem & chari-
tatis perſeuerantiam.Si.n.per peccatum eradicaẽ, ſtatim vi
ror ſuæ boneſtatis & gratiæ deſiccatur. Viror.n. valde tene-
ræ eſt naturæ,& ideo neceſſe eſt qnod bumore cõpũctionis,
cõpaſsionis & deuotionis continuẽ vegeretur, & ꝙ ipſa ter
ra.i.in Deo per fidẽ & charitatem radiceẽ ne per peccatũ &
per ardorẽ concupiſcentiæ deſiccetur.Apo.8.Omne fœnum
viride combuſtum eſt.vel dic ꝙ viror ſignificat pulchritudi
nem iouentutis,quæ.ſ.faciliime perditur , quia ſicut ſcriptũ
eſt Prouer.vlti. Fallax gratia & vana eſt pulchritudo.¶ Viri-
ditas eſt calor inter rubedinem & nigredinẽ medius . qui ſu 2
per omnes colores aſpectũ attrahit & delectat viſumq;acuit
& confortat,& iõ cerui & animalia ſilueſtria loca viridia di
ligunt, & non ſolum ppter paſtum, imo etiã propter viſum
ipſa frequentant & quærunt,quapropter venatores ſe ſolẽt
veſtimentis viridibus induere, vt propter aſpectum viroris,
quẽ beſtiæ naturaliter diligunt,minus poſsint inſidias præca
uere:talis color eſt virtus honeſtatis. Iſta eſt.n.inter rubedi-
nẽ charitatis & nigredinẽ humilitatis ita media ꝙ p cunctis
coloribus virtutum iſta ſolet aſpectus bominũ magis allice-
re,& eiſdẽ p cæteris complacere . Nihil.n.eſt placentius vel
delectabilius aſpectui bene ordinato,quàm videre virũ bone
ſtum bene morigeratum,compoſitum & digeſtum.Eccl.40.
Gratiam & ſpeciem deſiderabit oculus tuus,&ſup hoc viri-
des ſatiões.Venator ergo diaboli.ſ.hypochrita, ſolet veſtes
virides.i.honeſtam conuerſationem induere,vt pretextu ex
terioris honeſtatis poſsit beſtias.i.ſimplices ad ſe attrahere,
& dum inſidias maliriarum ſuarum non præcauent ipſos de
cipere & fraudare.Ideo bene dicitur Mat.7.Attẽdite vobis
a falſis prophetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ouiũ, in-
trinſecus aũt ſunt lupi rapaces.¶ Color liuidus ſeu plũbens 3
generatur

generatur in corpore ea totali defectu caloris naturalis, ali
quando ex cõcussione casus, & ictus, sanguinẽ intercutaneũ,
corrumpentis, & exterius colorem subnigrũ vel liuidũ indu
cẽtis. aliquãdo ex angustia doloris, colorẽ & sanguinẽ ad in-
teriora reuocantis & exteriorem liuedinẽ propter sanguinis
pauperiẽ in facie inducẽtis, sicut patet in inuidis & alijs con-
tristatis. aliquando etiam contingit propter abundantiã cor
rupti & melancholici seu cholerici sanguinis, sub cute se inte
rius aggregantis. per liuorem loquendo moraliter, potest in
telligi cõuersatio, quæ tũc pro certo solet accidere, qñ calor
charitatis solet deficere, & ex ictu tẽtatiõis sanguis affectio
nis se interius congelare, qñ etiam cor per inuidiã angustia
tur, & qñ sanguinis corupti. i. malarum affectionũ copia in-
terius congregatur, vt sic de tali liuore intelligatur illud Esai.
1. Vulnus & liuor & plaga tumens. &c. Vulnus. n. est qñ exte
rius congregatur, vt sic de tali liuore intelligatur illuc Esai.
1. Vulnus & liuor & plaga tumens. &c. Vulnus. n. est qñ exte
rius est apertum, liuor vero est qñ sub cute caro est læsa, &
malum est absconditum & opertũ: & ideo liuor illud pctin
pprie significat, quod nõ ex toto se exterius manifestat, sed
solum per signa & cõiecturas varias se declarat. Vel dic q̃ p
liuorẽ potest quæcũque tribulatio designari, & maximẽ il-
la q̃ sub cute. i. sub pallio. iustitiæ inferatur, & quæ non aper-
tè, sed quasi sub quodã velamine perpetrat̃, & ẽm hoc Chri
sti passio dicta est liuor, pro eo. s. q̃ iudæi sub figmẽto iustitię
p transgressione legis ipsam fecerũt, & Christum sub fictis
accusationibus occiderũt, & ideo Es. 53. de Christi passione
dicitur q̃ disciplina pacis nostrę super eum, & liuore eius sa
nati sumus. ¶ Color indicus, venetus, & blauius, sunt colores
4 medij inter liuidum & nigrum. Sunt autẽ ad celestem colo-
rem pertinentes, sicut est lazur iũ & hyacinthus & similes. Si
gnificant igitur conuersationem cœlestẽ, qua nos debemus
colorari vel pingi, quia debẽt cęlestes virtutes in nostris mo
ribus inueniri, iuxta illud Philip. 3. Conuersatio nostra in cœ
lis est. Vide de hyacintho supra libro de lapidibus, & libro
de arboribus.

## *De Nigredine. Cap. 1.*

Nigredo seu color niger est priuatio albedinis in perspi
1 cuo, sicut amaritudo est priuatio dulcedinis in corpore
humido. & est nigredo spũs visibilis aggregatiua, reper
cussiua, & eiusdẽ nisi excesserit cõfortatiua. Significat ergo
nigredo tribulationẽ, q̃ albedinẽ psperitatis priuat visum di
scretionis cõfortat & aggregat, & ipsum ne dispergatur ad
mũdi d'lectabilia, repcutit & refrenat. Cõstat. n. q̃ tribulatio
si non excedat, sensum & discretionem acuit & visum men-
tis ab exterioribus retrahit & custodit, iuxta illud Esa. 28.
Vexatio dabit intellectum. Vel per nigredinẽ intellige deie-
ctionem humilitatis, vel obscurationem pœnitentiæ, quæ. s.
facit omnia supradicta. de quo sponsa in canticis dicit. Ni-
gra sum, sed formosa filia Hierusalem, Sicut. n. nigredinem &
obscuritatem introducit calor in materia humida, frigus ve
ro in sicca, sic humilitatem, quandoque introducit calor &
feruor dilectionis, & quandoque frigus & algor tribulatio-
2 nis. &c. Baruch. 6. Nigræ fiunt facies eorum de fumo, qui in
domo fit. ¶ Nigredo est priuatio albedinis. & claritatis, quã
nunc caliditas, nunc frigiditas introducit, & est nigredo co-
lor visus hebetatiuus, & repercussus & aggregatiuus, & quã
do excedit vitra debitum, tunc est visus totaliter ablatiuus, si
cut patet, in incarceratis, qui ex obscuritate, & nigredine diu
turna aliquotiens visum perdunt. Niger etiam color in vri-
nis signum est mortis, maximẽ in febre acuta, secundum Egi
dium. Sic verè nigredo peccati & obscuritas ignorantię nec
non malæ conuersationis fuscositas, quam. s. nunc introducit
calor concupiscentiæ, & malæ inflammationis, nunc vero fri
gus indeuotionis, albedinem, & claritatem diuinæ gratię pri
uat, & visum discretionis obnubilat & obumbrat, qui. n. diu
in nigra obscuritate carceris peccati manserit, veræ discre-
tionis necessario visum perdit. Talis. n. color mortem infer-
nalem significat, & ipsam affuturã prædicat & designat Nau.
2. Delectio in cunctis renibus, & facies omnium quasi nigre-
do ollæ. Vel dic quòd nigro significat obscuritatem tribula-
tionis, quæ pro certo si excesserit, visum mentis obnubilat,
& confundit, & faciem cõuersationis deturpat, inficit et cor
rumpit. Threnorum 4. Denigrata est facies eorum super car
bones, et non sunt agniti in plateis.

## *De Pictura. Cap. 6.*

Pictura non fit sine coloribus varijs et distinctis sunt au
tem varia et diuersa pigmenta, quibus pictores vtuntur, 1
sicut sunt sinopis, rubrica, minium, cinobrium, purpu-
ra, quæ omnia colorem habent rubeum, licet inter se
varium et diuersum, sicut etiam prasium, mina viridis, sicut
portum, syricum, mina violacea, atramentum nigrum arse-
nicum, seu auripigmentum, croceum, et alia similia. Sed de
his omnibus supersedeo, pro eo vel quòd modicæ sint vtilita
tis, vel quia alibi sunt tractata. de purpura. n supra. c. de rube
dine. §. viij. dictum est, et etiam alibi multis locis de arseni-
co seu auripigmento, supra tit. de lapidibus, de minio supra
de rubedine, et sic de alijs. hic solum dicã de cinobrio, atra-
mento, et stibio. ¶ Cinobrium, quod dicitur græcè cinnaba-
ris, dicitur esse vena terræ sanguine draconis, et elephantis, 2
rubefacta. contingit. n. ẽm Auicen. q̃ dum draco, et elephas,
confligunt, vtroque cadente vel mortuo, ex effusione sui san
guis terra rubefit et inficitur, fitq; pigmentum coloris rubei,
quicquid de terra draconis sanguine humectatur, quæ qui-
dem terra sic tincta pictoribus est vtilis, et exinde parietes,
colorantur. Sic verè quando elephantes, et dracones. i. mun
di potentes inuicem solent confligere, sæpe fit, q̃ ipsi simul uel
sigillatim solent per diuersas clades perire et deficere, ita q̃
sanguis suus. i. infamia suæ mortis, sanguinis, et cladis solet,
terram, & circumiacentem patriam inficere, tingere, & riga-
re. Quid ergo? Pro certo pictores. i. viri iusti solent per con-
siderationem accipere, talem sanguinem. i. mortem, & uindi
ctam talium cogitando, & inde animas suas pingere, exẽpla
talium, memoriæ commendando, & præ timore similis pœ-
næ se ad bona opera conuertendo, & sic loquitur psa. ubi di-
cit, q̃ lætabitur iustus, cum uiderit uindictam, manus suas la
uabit in sanguine peccatoris. ¶ Stibium est color fictitius ex 3
cerussa, & quibusdam alijs mixtis compositus, qui ad tem-
pus, faciei rugas distẽdit, & faciẽ albedine resplẽdere facit. ci
to tñ talis fictitia pulchritudo deficit, & modico flatu vel an-
helitu totũ perit. & sic sæpe fit q̃ mulier q̃ pulchra & ornata
venerat, turpis & discolorata recedit. Talis color significat
hypocrisim. Ista est. n. quę ad tps faciẽ cõuersationis pulchri
ficat & decorat, cito tñ flatu tentationis uel tribulationis de
struitur, & rugis vitiorum apparentib. quicquid in ipsis pul-
chrum, & virtuosum apparuerat, deturpatur. Figuratur in Ie-
zabele pessima regina, q̃ stibio pinxerat oculos suos, vt pul-
chrior appareret, quibus tñ nõ obstantibus, Iehu regi nõ le-
git placuisse, sed ab ipso pcipitata, & finaliter à canibus de-
uorata fuisse, sicut dr 4. Regum. 9. Sic verè tales vt mũdo pla
ceant, stibio hypocrisis, se solẽt pingere, propter quod tamẽ
constat eos regi Israel Deo aliqualiter nõ placere, & ideo de
arce fictarum virtutum solent cadere, & præcipitari, & canũ
infernalium morsibus finaliter subiacere. Hier. 4. Si pinxeris
stibio oculos tuos frustra componeris. ¶ Generaliter igitur 4
pictura et imago primo quibusdam lineis protrahitur, tan-
dem coloribus depingitur, colores vero vt firmius adhæreãt
& maneãt, oleo temperãtur, & sic talibus imaginibus res ve-
re absentes & præteritæ repræsentãtur, & de ipsis rẽ sancto-
rum superficialiter adornãtur. Sic verè vir iustus imago pro
prie potest dici, quia. s. primo solet per pictores. i. per platos
& prædicatores bonis documentis protrahi, & sic virtutib.
colorari, necnõ in cõpositione ipsius solet oleum misericor-
diæ apponi, vt in statu uirtutũ possit melius & tenacius con
firmari. Prouer. 21. Oleum in habitaculo iusti. Et sic talis ue-
ras res. i. Deũ & sanctos per imitationem repræsentat, & tem
plum ecclesiæ nobilitat & adornat, ut sic de tali imagine pos
sit dici illud Sap. 7. Splendor. n. est lucis æternæ, & speculũ si-
ne macula, & imago bonitatis Dei. Vel dic q̃ imago quę nõ
est res vera, sed potius ficta, quæ. s. apparentia nõ essentiam
habet, & quæ non põt se mouere imo ẽm motum rei cui ad-
hæret sole, discurrere uel moueri, significat uiros hypochri-
tas, uanas, uarios atque fictos, qui non habent existẽtia in ve-
ritatis, sed solum apparentiam vanitatis, qui. s. quantũ ad bo
num sunt immobiles, licet alijs se superficialiter conforman-
do videantur esse mobiles. Non mouentur. n. per se bñ ope-
rãdo, sed mouentur motu alterius, se alijs fictitiẽ cõforman-
do, q̃a hr̃ tales vita gratiæ & operatione solẽt carere, licet vi
deant̃ motu alieno non proprio, ficto nõ vero per bona ope
ra se mouere. Sap. 13. Imago. n. est & opus est illi adiutoriũ
Vel

Vel dic quod per imagines possunt intelligi quidā q. s. per se nesciūt aliquid boni facere vel dicere, & ideo illis quibus adhærent, s. suis consiliarijs & balliuis se solēt in omnibus cōformare, & motu & consilio eorū in oībus se mouere. Quod et de adulatoribus post dici, qui rectè sunt sicut imagines pictæ & fictę, qui in omnibus solent alijs placere, & aliorum motibus & volūtatibus se mouere, & illorum volūtatibus quibus adhærēt, se in omnibus coaptare, imago.n. quę relucet in speculo, si riseris, ridet, si appropinquaueris approquinquat, si fugeris, fugit, si accesseris, accedit. Sic verè adulatores semper sentant se alijs conformare, & mores suos alijs coaptare. 3. Esdre. 4. si arriserit ei, ridet. & si indignata fuerit ei, blādītur. Vel dic de Deo, qui more talis imaginis hominibus se cōformat, & ipsis arridentibus arridet, recedētibus recedit, & appropinquantibus appropinquat, diligentes diligit, fugientes se fugit vnde Iaco. 3. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Vel talis est bonus prælatus, qui mores suos subditis conformat, & secūdū q ipsos ridere vel flere, bñ vel male facere videt se eis diuersimodè manifestat, exēplū Apostoli, q dicit. 1. ad Corint. 8. Oībus oīa factus sum, vt oēs lucri facerem. & ad Ro. 13. dicitur. Gaudere cum gaudētibus, flere cum flētibus.

## *De Odoribus. Cap. 1.*

1 Post colores de odoribus est dicendū. Est.n. odor fumosus vapor a rei substantia resolutus, mediāte aere ad cerebrum delatus, qui olfactus organum immutat, ipsumque sm q aromaticus vel fœtidus fuerit, tristificat aut delectat. Quatuor igitur requiruntur ad perceptionem odoris. s. calor resoluens, fumus de substantia euaporans, aer deferens, & neruus vel cerebrum delatum fumum percipiens, & de eo iudicium faciens. Odor potest mihi significare famam, quæ scilicet de substantia. i. de vita & de moribus hominum dissoluitur, & mediāte aere. i. vicina circunstante ad nares aliorum defertur. olfactusq; idest discretio bonorum si odor bonæ famæ fuerit, delectat, si nō cōtristatur, iuxta illud Prouer. 27. Vnguētis & varijs odoribus delectatur, cor. Igitur ad odorem bonæ famæ quatuor requiruntur. s. calor charitatis quæ hominem inflāmet, vapor virtutum, qui extensius exhalet, aer bonæ viciniæ quæ odorem famæ ad alios portet, & neruus cordis aliorum bene dispositus, qui odorem istū recepet, & de eo discretè iudicet. Quatuor.n. istis odor famę percipitur, & sine istis odor verus. i. fama odorifera non habetur. Can. 1. Nardus mea dedit odorē suauitatis. ¶ Ad hoc q odor, 2 siue bonus fuerit, siue malus, exterius sentiatur, necesse est q substātia sit subtilis, quia scilicet de substātia grossa frigida & compacta, sicut sunt lapides & metalla, non potest fumus euaporare ne aliquid quod ipsius manifestet substantiam, exhalaret. Per substātiā subtilē intelligo personas sufficiētes & notabiles, per substātiā vero grossam intelligo personas rusticas atq; viles. dico igitur q vt cōiter verum est q odor famæ seu fœtor infamiæ tunc summè emittet & apparet, quādo de substantia subtili. i. de persona notabili & solēni emanat ad alios atque resplendet, de substātia.n. grossa. i. de personis vilibus & rudibus non euaporat odor vel fœtor. i. fama vel infamia, quia s. de virtutibus vel de vitijs talium vt communiter non curatur, quorum status & cōditio apud hoīes minime reputatur. 3 ¶ Odor in aere subtili & puro faciliter recipitur, sed faciliter dispergitur in aere vero grosso difficilius recipit, verumtamē diutius retinetur. Sic verè fit de aere puro & impuro id est de nobilibus, & de rusticis vel de clericis & de laicis. Tales.n. puri. s. clerici, nobiles & subtiles, faciliter recipiūt odorē bonorū documentorum, veruntamen nūquam diutius ipsum seruāt, impuri vero. i. rudes & laici licet tardius credant vel obediāt & licet cum difficultate odore paradisi per deuotionem recipiant, postquam tñ susceperint, diutius ipsum seruant, & in susceptis virtutibus stabilius perseuerant. Constat.n. q hodie rustici magis quàm nobiles, & laici magis quā clerici solent in bono perseuerare, licet difficilius possint odorem spiritualium intelligere, sapere vel habere. Hiere. 48. Permansit gustus eius in eo, & odor eius nō est immutat⁹. Vel dic q in sciētijs illi q sunt magis puri & subtilis intellectus, facilius recipiunt & intelligunt. quæ dicuntur, veruntamen de eorum memoria facilius elabitur & aufertur, econtra vero illi qui aerē intellectus habent impurum & grossum, solent scientias tardius recipere, & difficilius retinere, veruntamen cum retinuerint, solent diutius obseruare, & memoriæ fortius commendare. Ad quod etiā facit exemplū de ferro & ligno. Ferrū.n. difficilius ignitur, sed diutius ignem seruat, lignū uero ignitur facilius, sed ignem & calorē perdit velocius. ¶ Ad odorē 4 percipiendum requiritur q sensus olfactus sit bene dispositus & ordinatus. Nam si neru⁹ odorabilis sit male complexionatur, vel casu aliquo læsus, vel corruptis humorib⁹ oppilatus, tunc vel omnino peruertitur, vel omnino corrumpitur iudicium odoratus, & inde est q melancholici corrupti in qbus mala complexio dominatur, solent in odoriferis cōtristari, & in fœtidis delectari. Mutilati etiā vbi neruus iste est præcisus solent aliquotiens nihil sentire, & de odoribus vel de fœtoribus non iudicare. leprosi item & chatarrizati, quorū olfactus plenus est corruptis humoribus, parū aut nihil sentiūt, & inter odores debitè non discernunt. Re vera sic est loquēdo spiritualiter, quia p certo nullus olfactus. i. nullus sensus potest bene de odore vel fœtore. i. de virtutib. & vitijs, seu de gloria paradisi & pœna inferni, seu etiam de fama & infamia aliorū iudicare, nisi fuerit bene dispositus, & a vitijs alienus. Quando.n. olfactus imaginationis nostræ per inuidiā inficit, vel per tristitiam scinditur, vel etiam per luxuriam corruptis humoribus carnalitatis obstruitur, tūc vera discretio ipsius impeditur, & verum iudiciū peruertitur & aufertur. Melancholici.n. i. detractores tristes & inuidi, propter vitiosam suam complexionem & conditionem ita habent olfactū discretionis peruersum, q odorem bonæ famæ aliorum odiūt, fœtorem vero infamiæ diligunt, nā in odore prosperitatis et famæ aliorū tristantur, in infamia autem fętida delectantur. Esa. 66. anima eorum in abominationibus delectata. Esaię. 3. & erit pro suaui odore fętor. Quòd etiam de alijs peccatoribus potest dici, qui magis amant fœtorem carnalium deliciarum, quam odorem spiritualium virtutum, magisq; videntur diligere fœtidum seculum vel infernum, quā odoriferū paradisum. Illi etiam quorum olfactus discretionis per ignorātiam scinditur, vel per hęresim mutilatur, vel etiā per lepram luxuriæ oppilatur, odorē suauitatis æternæ, fętorēq; infernalis miseriæ, etiam vel odorem virtutum, & fętorem vitiorū, odorare non possunt, nec de ipsis iudicant atque discernūt, nec ad ipsa respiciunt aut attendunt, dicentes illud Amos 5. Non capiam odorem cętuum vestrorū. ¶ Odoratus non per- 5 cipit medios odores, sicut nec uisus piscium medios colores sm Isaac in diet. Pisces.n. inter medios colores non iudicāt, pro eo q oculi eorum semper sunt aperti, & sic spiritus visibiles continuè discerpuntur, & ideo magis sunt debiles & inepti. Sic etiam olfactus semper est patulus, & ideo spūs odorabilis continuè dispergit, quapropter ad iudicandū de medijs odoribus insufficiēs & debilis inuenitur. Ista possunt applicari contra illos, quorū olfactus & visus. i. cor & desideriū semper est patulū & apertum. s. ad delectabilia mundi huius, quia pro certo tales sunt insufficientes ad iudicandū de medijs coloribus & odoribus. i. de magnis & secretis negocijs, atq; rebus. Extrema.n. vident & odorant, non media, & manifesta percipiunt non occulta. Spiritus.n. suorum affectuū pp continuam apertionem, & vagabilitatē suorum sensuū continuè disperguntur, & ad mundi negocia, & delectabilia diffunduntur, & ideo fit q visus & olfactus suæ discretionis in spūalib. debilis est. i. ad rectè iudicandum inutilis & inanis, iuxta illud 1. ad Cor. 2. Animalis hō non percipit, q sunt spiritus dei stultitia. est.n. in illi, & non pōt intelligere. ¶ Dato q 6 de duobus extremis odoribus possit fieri odor medius sm rōnem & intellectum, nunquam tñ potest pcipi sm sensum: Dato.n. q duæ substantiæ, vna odorifera & alia fętida æqualiter misceantur, odor tñ ille nūquam a sensu medius iudicatur: cuius rō est, quia sensus olfactus citius naturaliter fert in odorem suauem, quam in fœtētē, odorq; suauis propter hoc q emanat, à substantia subtiliori, solet se sensui citius psentare, & sensum citius informare, quapropter nunquā pōt de odore & fętore aliqualiter iudicare, q.a.n. in odore suaui delectatur amplius, quam fętēti, ideo ipsum citius recipit, & in eo delectabilius se infigit. Sic verè videt facere malus iudex seu mali iudicis odoratus. Iste.n. nunquam inter partes bñ iudicat de medio odore. i. de iustitiæ æquitate; & hoc quia affectione deceptus, libentius recipit illud q est suauius, & placētius, quàm illud qđ est fętentius & grauius, quia pro certo iudices acceptores personarū nolunt hodie recipere nec admittere allegationem nisi placidā & suauē, adulatoriam

atque

atque lenem. quicquid.n. fœtidum.i. quicquid suo appetitui cõ
trariũ proponitur, totum ab eis refutatur & respuitur. Et iõ
de negocijs nõ possunt æqualiter iudicare, qui merita partiũ
non possunt æqualiter audire, nec æqualiter ponderare. Isti.n.
sunt qui videntur dicere illud Esa. 30. Loquimini nobis placé
tia. &c. Vel dic q secõ olfactus significat sensum & discretio
nẽ viri iusti, quia pro certo iste multo plus debet delectari in
odore bonæ famæ quã in fœtore infamiæ aliorũ, & ideo mul
to citius & facilius quãdo simul de fama & infamia alicuius
agitur, debet odorem suauis & bonæ famæ recipere & audi-
re, quam fœtorem detractionis & infamiæ admittere vel suf
ferre. quod maximè ptinet ad plātos & alios viros magnos,
qui.s. bonas opiniones subditorum debent libenter recipere,
malas vero & fœtidas abhorrere, iuxta illud Ecc. 29. Sepi au
7 res tuas spinis, & noli audire verbum nequã. ¶ Est itaq; odor
sc.i. subiecti manifestatiuus, aeris p incorporationem sui im-
mutatiuus spiritus animalis recreatiuus, vsque ad pfundita-
tem cerebri p flatũ aeris penetratiuus, suo, calore nociui hu
moris consumptiuus, & fluxus superflui constrictiu⁹, cordia
cõfortati⁹, fœtoris repercussiuus, & putredinis palliatiuus,
delectationis animalium sicut & hominũ causatiuus, quia.s.
pisces, formicæ & apes solẽt aromatica diligere, fœtida vero
fugere & horrere. sola.n. venenosa & immũda alia odorifera
fugiunt, fœtida vero diligũt atque volunt, sicut patet de ser-
pentibus, qui odorem rutæ abhorrent, de robetis quæ odorẽ
florentis vineæ non sustinẽt, & de porcis, quibus fœtẽtia ster
cora summè placent. Talis odor est suauitas deuotionis, cõtẽ
platio æternæ cõsolationis. Ista est.n. quæ subiectum suum a
quo procedit.s. ipsam gloriam paradisi manifestat, aerẽ con
scientiæ immutat: spiritum affectionis recreat, cerebrum di
scretionis penetrat ipsumque refocillat & cõfortat. calore ẽt
sui feruoris solet humores carnalitatis siccare, fluxus vitiorũ
restringere, cor & dilectionem confortare, fœtorem tẽtatio
num repercutere, & ipsa animalia.i. ipsos sanctos viros p gra
tiã animatos solet summopere delectare, quia breuiter odor
deuotionis & fragrãtia æternæ gloriæ & spiritualium bono
rum deuotis cordibus perficit, & nocumenta oĩa inde tol-
lit. Prouer. 27. Vnguẽtis & varijs odoribus delectaĩ cor. Ve-
nenosis tamẽ.i. peccatoribus & inuidis nõ placet, sed eos cõ
tristat potius & deterret.

## De Fœtore. Cap. 8.

FOetor est vapor resolutus ex re corrupta. aerem infici-
1 ens & corrumpens, spiritum aĩalem eiiciens & contri-
stans, sicut.n. sensus bonis odoribus delectatur, sic gra-
uib. fœtoribus contristatur. Quando.n. humores rei corru-
ptæ naturales exeunt qualitates, fiuntque corrupti, & hu-
manæ complexioni contrarij, tunc fumi exinde resoluuntur
corrupti & fœtidi, qui aeri se incorporant, & ad odoratum
delati, ipsum suo horrore tristificant atque grauant. & sic ge
neraliter fœtor solet qualitatem subiecti sui manifestare, &
rem cuius est, solet corruptam, & infectam declarare, quia ve.
communiter res corrupta nunquam suauem fundit odorẽ,
res vero sana raro corruptum fundit fœtorem. Per fœtorem
potest mala fama seu infamis, & immunda conuersatio desi-
gnari, quia procul dubio ista est, quæ solet a re corrupta.i. a
mala vita procedere, & se in aerem.i. in viciniam diffunde-
re, & vsque ad nares.i. ad præsentiam, & auditum aliorum at-
tingere, & olfactum opinionis suæ offendere & grauare. Si-
cut.n. odor bonæ famæ, & virtutum redolentia bonos dele-
ctat, sic fœtor ipsos contristat, & manifestat qualis est substã
tia.i. persona de qua manat, quia.s. personæ viles vitiosæ, &
corruptæ solent fœtorem infamiæ fundere, & sic mala fama
solet malæ vitæ, & improbæ signum esse. Humores.n.i. affe-
ctiones, quando in anima corrumpuntur, tunc tota substan-
tia vitæ putrescit, & inficitur, & sic necessario exhalat fœtidus
infamiæ fumus, quo grauatur aliorum olfactus & auditus,
sicut de pessimo Antiocho legitur 2. Mach. 9. q intantũ erat
putridus, & corruptus, q fœtorem eius etiam proprius exer-
citus sustinere nequibat. Vnde Esa. 3. Erit pro suaui odore
fœtor. Et breuiter raro fit, quin res corruptæ.i. personæ vitio-
sæ exhalent infamiæ fœtorem, & contra naturam est q bonæ
famæ habeant odorem, & econtra personæ sanæ, & sanctæ nũ
quam vt cõiter per infamiam solent fœtere, sed p bonã famã
2 potius redolere. ¶ Quamuis res corrupta vt cõiter fœteãt, po
test tamen actualiter fieri, q non fœtebit, & q ad tempus ali-
qualiter redolebit. qñ.n. res corrupta forti frigore congelat,
ita q clausis & constrictis poris fumi exhalare non permittũ
tur, tunc fit, q vapor eius fœtidus non sentitur, quinimo si ta-
lis res etiã rebus aromaticis inuoluatur. fieri poterit, q redo
lere & habere fragrantiam videatur, veruntamen qñ talis cõ
strictio per calorẽ superuenientem dissoluĩ, tunc fœtor q lat
tat, aperitur. Sic verè licet generale sit, & cõe q illi, qui vitijs
corrupti sunt, per infamiam fœteant, potest tñ corruptio vi-
tiorũ aliq̃ per hypocrisim palliari, q talis fœtor non sentia
tur, sed potius sanctus, & odoriferus æstimabitur & credet.
Isti.n. per coactam abstinentiam se constringunt, & forti fri-
gore pniæ se affligunt, & poros sensuum suorum taliter pẽ
violentiam obturant, & claudunt q aliquem fœtidum vapo
rem.i. aliquod fœdum, & inhonestum dictum vel factum ex-
terius egredi non permittunt. In rebus etiam odoriferis, id-
est in fictis bonis verbis, & virtutibus, & io odoriferæ cõuer
sationis operibus taliter se inuoluunt; q fœtor suæ infamiæ
vitæ non percipitur nec sentitur, quinimo odor & redolẽtia
bonæ famæ in eis inuenitur, ita q multis talibus dicitur illud
Cant. 4. Odor vestimẽtorũ tuorũ super oĩa aromata. Sed q dẽ
Pro certo talis odor famæ non solet diu durare, & talis fœ-
tor infamiæ non solet diutius latitare, nam statim q calor cõ
cupiscẽtiæ solet insurgere, isti per mali desideria resoluunt,
ita q pori affectuum aperiũtur, corrupti fumi.i. corrupta di
cta & facta euaporantur, & sic odor famæ, qui apparuerat, p
ditur, & fœtor infamiæ, qui latuerat sub constrictione absti-
nentiæ, omnibus declaratur. Tales.n. in tali constrictione nõ
diu perseuerant, imo vel per luxuriam vel alias fœtidam vi-
tam suam alijs cito monstrant. Esa. 34. De cadaueribus eorũ
ascendet fœtor. ¶ Quamuis odor odori non contrarietur, fœ- 3
tor tñ fœtori contrarius inuenitur, & inde fit, q fœtor stercq
linij ex fœtore al ij effugatur. homines etiam fœtentes fœto
res non sentire dicuntur; eo q fœtor a fœtore sorbetur. Sic
verè in moralibus fit, q vnus fœtor alium tollit, quia.s. ille q
per peccatum est fœtidus, fœtorem sui pcti, & etiã fœtorem
tormẽtorũ infernĩ nõ percipit neq; sentit, & iõ diabolus dat
pctõrib. allium, & res fœtidas, s. carnales delicias comedere,
vt fœtorem luxuriæ suæ, fœtorem ẽt suæ miseriæ vel ẽt carnis
moriturae non valeãt præsentire. Et ideo talibus vĩ loqui dñs
illud Amos 4. Ascendere feci putredinem castrorum vestru
rum in nares vestras, & non redistis ad me. Vel põt dici quõd
vnus fœtor contrariatur alteri, quia pro certo, qui fœtorem
allij.i. acredinem futuri iudicij vel fœtorem futuræ mortis
comederit, & sibi per considerationem incorporauerit, pro
cul dubio fœtorẽ vitiorũ nõ sentiet in præsenti, nec fœtore
tormentorũ grauabitur in sequenti. ¶ Fœtor multas hẽt il- 4
laudabiles pprietates. Est.n. corruptionis pstatiuus, aeris
infectiuus, & spũs odorabilis corruptiuus, vomitus prouo-
catiuus, doloris capitis generatiuus, complexionis distẽpe-
ratiuus, horroris, & tristitiæ sensibus animalium inductiuus,
& ideo pisces fugiunt sportulas fœtidas, & antiquas, libẽter
verò subintrãt nouas. Apes etiam fœtorem fugiunt, & taxi fo
ueam suam fœdatã fœtentibus vulpis stercoribus deserunt,
& dimittunt. Hæc omnia facit fœtor infamiæ hominũ pec-
catorum, quia pro certo illa est quæ multum nocet alijs, &
complacentiam inficit, & corrumpit. Igitur fœtor iste corru
ptionem subiecti in quo est, solet ostendere, aerem circunstã-
tem, i. viciniam solet inficere, & spiritum animalem & odo-
rabilem, i. auditum aliorum solet offendere, vomitum displi-
centiæ gignere, & in bonis personis dolorem & horrorem &
tristitiam generare, quia pro certo viri iusti, qui sunt sicut pi-
sces in aquis scripturarum natantes, sicut apes mel pietatis,
habentes, sicut taxi vellus conuersationis per humilitatẽ hi-
spidum possidentes, debent fœtorem alienæ infamiæ fuge-
re, fœtidasq; sportulas, & alia loca.i. fœdas infames & inho-
nestas societates horrere, & ipsas p virib. declinare. Vel dic
per oĩa q fœtor significat peccatum luxuriæ, quod.s. p oĩbus
magis fœtet, quod facit omnia supradicta, quapropter est me
rito fugiendum. ¶ Fœtor est totius complexionis aliquotiẽs 5
corruptiuus vt patet de fœtido anhelitu leprosorum. Est ẽt
fœtus animalium in vtero perẽptiuus, vt patet de fœtu equa
qui fœtore extinctæ candelæ necaĩ, sm Arist. Est insuper vi-
tæ odorãtium aliquotiens destructiuus, vt patet de quodam
serpente cuius fœtor horribilis interficit odorantẽ, sicut vi-
sus basilisci interficit videntem, vt dicit Auicen. Sic verè fœ-
tor luxuriæ, & infamiæ, necnon exẽpla & verba fœtida & im-
munda

munda alijs mirabiliter sunt nociua. Leprosi. n. i. luxuriosi, cã
delæ lucentes. i. superbi & ambitiosi, serpentes terrę adhærē-
tes. i. cupidi & malitiosi, solent quandoque anhelitum & flatũ
fętidorum verborum emittere, fumũ vanarum ostentationũ
ostēdere, & fœtorem luxuriosæ vitæ & infamiæ taliter diffun
dere, ꝙ omnes alios circunstantes solent corrumpere, & ad
peccatum inducere, & mortem culpæ & pœnæ in eis genera
re, quia pro certo qñ fama, verba & opera sunt fœtētia, neces
se est ꝙ alijs sunt periculosa & nocentia. Vnde cuilibet perso-
næ sic infami dicitur Eze. 32. Implebo valles sanie tua, & irri-
gabo terram fœtore sanguinis tui. ¶ Quamuis fœtor per se &
6 principaliter noceat, contingit tñ ꝙ aliquando iuuet & profi
ciat, multa sunt. n. medicamina magni fœtoris, quæ tamē sunt
magni præcipue valoris, sicut est aloe caballinum, sulphur, &
aſa fœtida, & similia. Natura. n. abhorret naturaliter humo-
res corruptos & fętidos, verũtñ quia tales humores ĩ corpe
abundantes necdũ actualiter sunt corrupti, licet corruptioni
sint dispositi, ideo quasi sopita ipsos nõ nititur capellere, nec
suam fortitudinem contra eos demonstrare, veruntamen qñ
fœtor fœtori adiungitur, & fœtor medicinæ ad humores fœ
tidos adhibetur, tũc natura quę prius erat cõtra fœtores hu-
iusmodi sopita, stimulatur, & contra ipsos totis viribus nitit,
& sic ad eorum expulsionem conualescit, sic vnus fœtor per
alium euanescit. Ista possunt applicari ad vnum quod diuina
prouidentia aliquotiens operatur, inquantum de peccato sa
nat peccatum, & de vitio vitium medicatur. Constat. n. ꝙ ali-
quando in corpore mentis nostræ sunt aliqui fętidi humores
& corrupti. i. aliqua vitia communia, quæ quia non videntur
esse grauia, ideo natura. i. voluntas quasi sopita & pigra nõ la
borat ipsa ꝑ confessionem capellere, imo permittit ipsa secũ
quasi habitare. Vidēs ergo cœlestis medicus ꝙ homo tales fę
tidos humores parum reputat, & ꝙ se de eis expedire nõ cu-
rat, adhibet exterius fœtidam medicinam. i. fęditatem alicu-
ius enormis peccati, in quod permittit hominē cadere, & tũc
multiplicato fętore scelerum, videns natura seu voluntas cri
minum pondere se grauatam, statim adhorret, & de peccatis
pœnitet atque dolet, & sic de totis viribus contritionis cõtra
enormitatem criminũ nititur, ꝙ & de primis & de vltimis li
beratur. Et sic fœtor est accidentaliter cõtra fœtorem reme
dium, & malum medicina est contra malum. ad Roma. 8. De
peccato damnauit peccatum in carne, vt impleretur iustifica
tio legis in nobis. Ista potissimè vidētur in illis qui de virtuti
bus superbiunt, & qui de se pręsumendo, fœtorē superbiæ in-
duunt, quos Deus aliquando permittit cadere, vt cõcepta ab
eis humilitate, & cognita ꝓpria fragilitate, ille fœtor cõmissi
peccati possit remediũ eis esse. ¶ Res fętidæ multũ proficiũt,
7 ad medelam contra aliqua genera passionũ. Nam dum vnũ
fœtidum assumitur, cum illo aliud fœtidũ expellitur, & ideo
ſm medicos, cõtra soporē lethargicũ valet lanę vstę & alio-
rum fœtidorum ad nares appositio, quia. s. dũ animales spũs
fœtorem refugiũt, ad interiora cerebri se recludunt, & ubidē
humores qui causa morbi sunt, digerunt & cõsumunt, & sic
accidentaliter fœtores perficiunt, & soporem excitãt atq; tol
lũt. De matrice etiam planum est ꝙ fœtor vel res fœtida si na
ribus apponatur, facit matricem nimis elatam ad locũ suum
descendere, & dum fœtorem refugit, solet ad locum suũ vn-
de exierat reuenire. Illud potest applicari ad considerationē
mortis & tormentorum inferni, quia pro certo si cõtingat ꝙ
homo sopiat, & dormiat in vitijs & peccatis, & ꝙ lethargus
peccati mortalis & malæ consuetudinis ipsum per obstinatio
nem comprimat, si etiam accidat ꝙ matrix voluntatis per su
perbiam eleuetur, & ꝙ a loco humilitatis per superbię vitiũ
erigatur, pro certo valde proficit ad nares cordis lanã vstam
. i. vstionem, & cõcremationem inferni, fœtoremque mortu
ræ carnis & horrorem miserię infernalis per cõsiderationē
apponere, & de futuris miserijs cogitare. Spiritus. n. affectio-
nis per timorem repercutit, & humores carnalitatis qui cau
sa sunt morbi peccati, per contritionem digeruntur, & sic
sopor pigritiæ & obstinationis tollit, & homo ad bona ope-
ra excitatur, Actuum. 12. Excitauit eum, dicens, surge veloci
ter. Matrix etiam voluntatis quę per superbiam metas humi-
litatis transierat, tunc solet ad locum suum redire, & fœto-
rem huiusmodi refugere & horrere, & per timorem seipsam
deprimere & arcere, iuxta illud Ecclesiastic. 2. Deprime cor
8 tuum, & sustine. ¶ Hæc igitur quæ dicta sunt, sufficiant de odo
ribus, & consequenter tractandum de saporibus.

### *De Sapore. Cap. 9.*

SApor est rei proprietas qæ gustus, & proprium obiectum
quæ secundum suam qualitatem sensum gustus tristificat
vel delectat. Sapores igitur in rebus inueniuntur diuersi,
secundum quòd substantiæ sunt subtiles, mediocres vel gros-
sæ, & qualitates contrarię, & distinctæ. Omissis ergo diui-
sionibus quas hic ponit magister, quæ parum videntur habe-
re de mistyco intellectu, procedendum est ad particulares sa
pores, qui scilicet a philosophis nouem vel octo sunt depre-
hensi scilicet sapor dulcis, vnctuosus, salsus, amarus, acutus,
acetosus, ponticus, & insipidus, Et de his omnibus est ali-
quid extrahendum, & ad intellectum mysticum reducendũ,
& sic; de dulcedine ante omnia est tractandum.

### *De Dulcedine. Cap. 10.*

DVlcedo est sapor qui ex calore tēperata in grossa sub-
stantia generatur. Est igitur dulcedo præ alijs sapori- 1
bus naturæ socia & amica, deperditorum in corpore
reparatiua, virtutum & spirituum & spiritum debili-
um confortatiua, omnium membrorum præcipuè nutritiua,
vocis clarificatiua, & omnis asperitatis lenitiua, canalium
gutturis & pectoris apertiua, & omnium immunditiarũ
vuæ & gutturis abstersiua, catharri & humoris superflui dis
solutiua, & omnium organorum vitalis spiritus ad debitam
consistentiam reductiua. Et breuiter, dulces sapores ad mul
ta solent proficere, & ad medicinam iuuare, & ad nutrimen
ta valere. Per dulcedinem quæ est amica gustui, possunt in-
telligi oĩa illa quæ placent menti vel intellectui. Et sic dico
ꝙ in bono significato dulcedo potest significare virtutē cle-
mentiæ & benignitatis, & maximè illam quam habent supe-
riores & pręlati, quia pro certo ista est toti naturæ. i. toti col
legio subditorũ cõlona & amica, & bonorũ innumerabiliũ
effectiua, quia pro certo nihil est amicabilius collegio subdi
torum, quam dulcedo benignitatis & clemētiæ magistrorũ.
Per istam. n. deperdita bona spiritualia restaurãtur, & corda
debilia & eneruia confortantur, & ꝑ istã omnia bona & vti
lia nutriuntur vnde dulcis & pius ꝑlatus dicit illud Eze. 34.
quod confractum fuerat alligabo, quòd infirmum erat cõso
lidabo, quod pingue & forte, custodiam & pascã. Ista est etiã
quæ voces aliorum clarificat, inquantum solet eos ad oratio
nem & gratiarum actionē prouocare. asperitates lenit, inq̃-
tum solet tribulatos & desolatos cõfortare. Canales pecto-
ris & gutturis aperit, inquantum corda & ora aliorum facit
per confessionē reserare, immũditias vitiorũ tollere, & totã
moralem consistentiam in alijs reformare, quia pro certo vt
communiter plus proficit ad correctionē subditorum, & ad
reformationem malorum dulcor quã rigor, plus benignitas
quam seueritas, plus consolatio quã obiurgatio. Vnde de ꝑ-
latis & subditis dicitur, Iohe. 3. Stillabunt montes dulcedinē
& colles fluent lac & mel. Vel ista possunt dici de dulcedine
gratiæ & misericordiæ diuinæ, quę causa est omnium prædi-
ctorũ, iuxta illud psa. Dulcis & rectus dominus, propter hoc
legem dabit dominus delinquentibus in via. Vel dic ꝙ dulce
do significat suauitatem gloriæ paradisi, quæ amica, & cõlo-
na est naturæ humanæ, q. a. s. ista est quæ nutrit, reparat, clarifi
cat, & delectat. Ideo in psa. dicitur. Quàm magna multitudo
dulcedinis tuæ domine, quã abscõdisti timentibus te. ¶ Quã
uis res dulces per se & principaliter cõsueuerint proficere, 2
solent tñ quandoque accidentaliter nocere & officere. dul-
cia. n. sunt naturaliter inflatiua, & grossitie sua substantiæ va
cuitatum impletiua, & meatuum opilatiua, choleræ rubeę ge
neratiua, & putredinis inductiua, calculi ĩ vesica & in renib⁹
gignitiua. Talia vitia videntur esse generaliter bona mundi,
quia pro certo dulcedo mundanæ prosperitatis licet quãtũ
est de se sit vtilis, accidentaliter tamen. s. propter abusum dã
nosa est & inutilis, quia pro certo talis dulcedo si abundet,
solet inflaturam superbiæ inducere, meatus oris per verecũ-
diã confitēti obstruere, & vacuitatē cordis malis affectib. re
plere, choleram iracundiæ facere, & putredinem luxuriæ ꝓ-
creare, & calculũ obstinationis & malitiæ in vesica conscie
generare. Et breuiter, vix est dare aliquod vitium quod non
a prosperitate rerum generet, qñ ipsa quis abutitur, & qñ se
ipsum per temperantiam & prudētiam minime moderatur.
Ideo de tali dulcedine dicitur Iob 21. vbi de quodã flumio di
citur qđ dulcis fuit glareis cocyti, & post se oēm hoiem tra-
hit, &c.

hit.&c. Vel dic omnia de dulcedine carnalium deliciarũ, de quibus dicitur Eccle. a 3. Homini fornicario oĩs panis dulcis. Quia .s. talis dulcedo facit omnia ma'a prædicta. Vel etiã potest dici de dulcedine verborum, & de adulatione & verbali deceptione, q̃ quãdoque est causa oĩm prædicatorũ, sicut de mala muliere dicit. Prouer. 7. ꝙ verba sua dulcia facit.
3 ¶ Licet dulcedo de se sit bona, tñ qua sub dulcedine latẽt aliquotiens venenosa, ideo sunt cũcta dulcia periculosa. Illi. n. q vosunt alios intoxicare, solent veneno aliquam dulcedinem immiscere Natura. n q̃ dulcia diligit, ipsa auidè ad se trahit, & sic dum haurit dulcia, venenum immixtum pariter secum ducit, quod .s. ipsam sub dulcedine perimit & occidit, & iõ fm Plr. Natura in multis herbis & floribus venenũ posuit, vt auiditatem nostrã timore periculi posset aliqualiter cohibere. Sic vere vt cõmuniter omnia quæ hic i hoc mũdo inueniuntur, viris prudentibus sunt suspecta. vt cõ. ter. n. illi qui volũt decipere, solent venenũ intentionis suæ sub aliqua dulcedine palliare. vt patet de diabolo, qui venenũ peti mortalis vel venenũ pœnæ infernalis homini non presentat, quin ipsum sub alicuius delectationis dulcedine inuoluit. Patet etiã de mũdo & de mundana fortuna, quæ qñ vult venenũ tribulationũ infundere, semper solet dulcedinem prosperitatum præcedẽtium adhibere, & vt homo ad futuras aduersitates nõ possit attẽdere, prosperorum dulcedinẽ immiscere. Patet etiã de carne .i. de carnalibus & luxuriosis & etiã adulatoribus & ꝓditoribus. qui dũ verbo dulcedinẽ ostendunt. semper ad venenum deceptionis intendũt. Simplex n. est natura volũtatis q̃ tales dulcedines diligit, ipsas libẽter admittit & recipit, et sic dum non aduertit, periculum incurrit. Es. 5. Væ qui diligitis malum, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.

## *De Sapore Vnctuoso. Cap. 11.*

1 VNctuosus sapor subalternat dulcedini, & causatur ex calido & humido in substantia subtili. Generaliter ergo vnctuosa aliquando inueniuntur vtilia. Habent. n. dolorem exteriorem mitigare, asperitatem lenitẽ, apostemata dissoluere, & saniem maturare magis. n. solent dissoluere quàm consumere, & ideo solent putredinem generare, quia calor debilis & humiditas multa solent putredinis causa esse. Talis vnctuositas significat benignitatem verborũ prędicatoris, qui .s. dolorem disperantium mitigat per consolationem, asperitatem tribulatorum lenit per spei promissionem, apostema superbiæ dissoluit per contritionem, saniem vitiorum maturat & educit per confessionem Vel dic oĩa de vnctione spiritussancti & diuinæ gratiæ, quia .s. sicut vnctuosa sunt ignis nutritiua & inflammatiua, sic vnctiones calorem & ignem charitatis nutriũt & accẽdũt, quia proculdubio talis vnctio lenit & mitigat cõsolando, dissoluit & maturat scilicet, interiora peccata contritionem inspirando, & emissionem sanici peccati procurat, ipsum per
2 confessionem educendo. ¶ Vnctuosa cibaria. solent appetitum debilitare & fastidium generare. super natant enim & resoluunt in fumũ aereum, & replẽt os stomachi vbi est sedes appetitus, et sic fastidium generant, et minorant appetitum. Ista enim solẽt digestionem aliorum ciborũ impedire, quia .s. sua viscositate replẽt villos stomachi, ita ꝙ cibi recepti non possunt retineri nec decoqui. & ideo indigesti consueuerunt emitti. Item parum solent proficere & nutrire. cito. n. replẽt venas, & ideo parum de eis assumitur, & propter subtilitatẽ illud quod assumptum est, cito consumitur. Item ignem & calorem solẽt inflammare, & ideo carnes prohibentur in febre acuta, quia timetur vnctuositas inflammata. Item poros splenis & hepatis solent opilare, nam propter suam dulcedinem cito a natura attrahuntur, & propter suam actualẽ grossitiẽ poros opilare. nocentur. Item dolorem capitis solẽt ꝓcreare. cito. n. resoluuntur in fumum, qui sursum rendens lędit animalem spiritum. Et breuiter, magis solẽt vnctuosa cibaria nocere quàm proficere, quapropter bonum est talibus abstinere. Cibaria vnctuosa possunt optime significare delicias corporales, vel etiam prosperitatem seu substantiam temporalem, quia proculdubio ista sunt quæ spiritualiter nocẽt, & sanitatem gratiæ destruunt atque turbat, & primo quidẽ quia appetitum bonorum spiritualium solẽt tollere, & ipsorum fastidium excitare, & hoc quia hominis ma'arũ complacẽtiarum quæ resoluuntur ex illis, solent stomachum volũtatis implere, & sic peccator solet bona cibaria .i. bona spũalia abhorrere psal. Omnem escam abominata est anima eorum Quia ꝓ certo illud est generale, ꝙ illi spiritualia & cœlestia detestatur, qui vnctuositate carnalium, & temporalium impinguantur. Et ideo bene sequit, ꝙ talia cibaria digestionẽ impediũt, quia pro certo villos affectionũ taliter inuoluunt, ꝙ cibum verborum Dei non retinent, nec per considerationem decoquunt, sed cruda, & indigesta fluere prætermittunt, & retinere vel incorporare de ipsis aliquid sibi nolunt. Iõ. 7. Verbum eius non habetis in vobis manens. Item ista bona parum dicuntur nutrire, quia constat ea cito deficere vel perire, & mẽtem non reficere nec replere. Item ista dicuntur ignem & calorem inflammare, quia pro certo deliciæ & diuitiæ ignem auaritiæ nutriunt, & febrem luxuriæ introducunt, & ideo infirmis & inconstantibus simplicibus carnes .i. deliciæ carnales non debẽt cõcedi, ne forte ipsos contingat per mala desideria inflãmari. Psal. Inflammabit in circuitu inimicos eius. Item ista solent poros cordis, & oris per obstinationem opilare, dolorem capitis .i. remorsum consciæ inducere, & morbos diuersorũ vitiorũ in aĩa generare. Natura. n. .i. voluntas, dum dulcedinẽ prosperitatis diligit & attrahit, poros cordis & oris ne hõ confiteri valeat, per obstinatiõ ẽ oppilat atque claudit, & sic finaliter consciæ caput lædit. Et breuiter tales vnctuositates .i. tales deliciæ vel prosperitates, viæ non proficiunt, sed potius ipsam inficiunt, & occidunt, & mortẽ æternã finaliter introducunt Hester. 14. Pro vnguentis variis stercore impleuit caput. Vide de pinguedine supra in loco suo.

## *De Salsedine. Cap. 12.*

SAlsedo seu salsus sapor fit ex caliditate seu siccitate in substantia mediocri. Salsedo. n. ex adustione, & siccatione sub 1
stantiæ gignitur, ex quibus acredo sequitur, & creatur. Licet igitur salsa sint aliquantulum acria, & aspera, quo ad gustum, sunt tñ sana, & vtilia, quo ad effectũ, quia .s. salsedo est, mũdificatiua, & propter acredinem, quæ intestina ad expulsionem stimulat, est ſęciũ a corpore expulsiua. Item ista substantiæ duræ remollitiua & dissolutiua, & tandem per maiorem humiditatis consumptionem desiccatiua & induratiua, sicut patet in carnibus, quæ primo ꝓpter salsedinẽ dissoluuntur, & mollificantur, & tandem per consumptionẽ humidarum partium indurantur. Item salsedo est rei conseruatiua, & omnis corruptionis, & putredinis consumptiua, & sic est per consequens humores intercutanei eductiua, & scabiei & serpiginis ablatiua, est etiam hydropisis repressiua, & morsus canis rabidi curatiua, & venenositatis cuiuslibet extractiua, si .s. cito post morsum vulnus in aqua salsa & marina lauetur, vt venenum extrahatur, & consumatur. Per salsedinem possum intelligere acredinem contritionis interioris, vel ẽe morsuram correctionis seu tribulationis exterioris, quia ꝓcul dubio licet ista salsedo non sit gustui, appetitui delectabilis, est tñ aĩæ salubris atq; vtilis, quia ꝓ certo salsedo, acredo seu asperitas contritionis, correctionis seu tribulationis hẽt dissoluere per cõpunctionem, mollire per compassionẽ, mundificare per confessionẽ, siccare & consumere ꝑ satisfactionẽ, & mentis substantiã indurare per perseuerantiæ stabilitionem, & sic pro certo omnem scabiem malæ cõuersationis solet abstergere, & hydropisim .i. inflaturã superbiæ deprimere, morsumq; rabidi canis .i. tentationẽ diaboli remouere, quia pro certo vulnus tentationis tollitur, quãdo aqua salsa .i. acris contritio correctio vel tribulatio adhibetur, vt sic de vtilitate huius salsedinis dicatur illud Psalm. terram fructiferam in salsugine. ¶ Caro multum salsa ad tempera- 2
mentum reducitur, quando in aqua multum salsa ponitur, & ibidem aliquo tempore temperatur. Salsedo enim aquæ, carnis salsedinem ratione similitudinis attrahit, & sic carnem a sua salsedine liberat, & eam ad dulcedinem disponit. Charissimi moraliter loquendo, per salsedinem intelligitur tribulatio, sed quia multiplex est tribulatio, scilicet temporalis, & æterna, ideo procul dubio si caro nostra, id est vita, nostra fragilis, & carnalis, tribulationum, & desolationum, salsedine sit repleta, ad ipsam tolerandam, & temperandam summè proficit salsedinem, aquæ tribulationem miserię ęternæ adhibere, & ipsam considerare & cogitare, quia pro certo salsedo desolationis temporalis tollitur, & in mundo nihil asperum reputatur, quando salsedo futura, scilicet pœna & tribulatio mortis, inferni & iudicij meditatur. Vel dic, ꝙ salsedo aquæ significat acredinem passionis Christi, quæ pro

certo

certo si consideratur, tunc omnis salsedo tẽporalis miseriæ temperatur, quia sicut dicit Gregorius: Pauca sunt quæ toleramus, si cogitamus quæ ꝑ nobis sustinuit Christus &c. Vel dic ꝙ salsedo aquæ significat acredinẽ cõpunctionis lachrymosæ, quæ ꝑ certo a carne. i. a carnali conscientia salsedinẽ peccati tollit, & eam ad sanitatem gratiæ retrahit & reducit reliqua vide. c. de sale supra li. de lapidibus.

## *De Sapore amaro. Cap. 13.*

1 SApor amarus fit ex caliditate & siccitate in tertio gradu, Habet. n. multum igneitatis, & ideo multũ solet linguæ substantiam penetrare, & gustum lædere vel grauare, veruntamen licet omnia amara sint gustui desolabilia, sunt tñ quandoque proficua & vtilia, quia. s. amara sunt choleræ purgatiua appetitus excitatiua, lubricorum & vermium in corpore interfectiua, paralysis & arteticæ curatiua, scabiei desiccatiua, meatuum corpis apertiua & exoppilatiua, calculi dissolutiua, matricis cõfortatiua, & menstruorum prouocatiua. Et breuiter, magis solent amara quã dulcia ad medicinam proficere, & cõtra infirmitatum discrimina plus valere. Per talem amaritudinem seu per res amaras potest intelligi amaritudo contritionis, correctionis vel tribulationis, quia pro certo tales amaritudines vel toleratæ vel consideratæ licet gustum appetitus nostri tristificare soleant, aiam tamen sanant liberant atque iuuant, quia ꝑ certo si talis amaritudo in præsenti tempore sentiatur, dulcedo perpetua finaliter reportat. Iudith. 5. Fontes amari obdulcati sunt. Per talem. n. amaritudinem cholera iracundię purgatur, appetitus cælestium excitat, vermes remorsus conscientiæ necantur, paralysis & arctetica pigritiæ curatur, meatus cordis & oris per confessionem aperitur & oppilationes obstinationis tolluntur, calculus mentalis duritię mollitur, matrix conscientiæ confortatur, menstrua luxuriæ purgant, & scabies exterioris immunditiæ & inhonestæ apparentiæ expurgatur. Et breuiter, magis proficit contritionis, correctionis, tribulationis vel futurorum considerationis amaritudo, q̃ mundanę prosperitatis dulcedo, quia sicut dicit Prouer. 14. Cor nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius
2 non miscebitur extraneus. ¶ Amara quando nimis excedũt gustum vltra debitum exasperant atque lædunt, spiritualia grauant, & aspera faciunt vocemq; rarificant & confundũt. Sic vere excessiua correctio & tribulatio per impatientiam & desperationem solet animam lædere, & asperitatẽ tristitię inducere, & vocem lætitiæ confundere, & iubilationis lętitiam inraucare. Ideo bene dicitur Eccl. 21. Nõ est sensus vbi est amaritudo. Vel per amaritudinem intelligo inuidiã, quæ gustum voluntatis peruertit, & vocem per detractionẽ exasperat & confundit. Ideo illi Symoni mago dixit Petrus, Act. 9. In felle. n. amaritudinis & obligatione iniquitatis video te esse. Vel per amaritudinem intelligo mortem, quæ ꝑ certo non est delectabilis ad gustandum, sed magis aspera ad sentiendum, & vocis asperatiua ad fletum & tristitiam infligendum. Ideo bene dicitur Eccl. 41. O mors quam amara est memoria tua. Vel dic qđ amaritudo significat miseriam infernalem, qua nihil potest amarius cogitari, nec gustui voluntatis detestabilius inueniri, quia. s. ista est quæ omnẽ mundi dulcedinem destruit, & gustum appetitus ita amaricat & peruertit, quod nihil dulce inuenit atque sentit. Vnde de aia damnata dicitur Thre. 1. Omnes portæ eius destructæ, & ipsa repleta amaritudine.

## *De Sapore acuto. Cap. 14.*

1 SApor acutus multum habet de ignea caliditate iõ suo acumine sensum habet pungere & penetrare, partem a parte diuidere & segregare, substantiam in quam agit, corrodere & molestare, appetitum stimulare & excitare. Talis acuties potest significare acutiem contritionis, quę pro certo per compunctionem pũgit, partem a parte. i. peccatum a peccato per discussionem diuidit, appetitum bonorum æternorum & spiritualium inducit, & per carnis macerationem hominem stimulat & corrodit. Vel ista possunt dici de acutie verbi Dei, de qua Esa. 66. Posuit os meum dominus quasi gladium acutum. Vel dic de correctione aspera & acuta, vel etiam de tribulatione, quæ facit omnia supradicta. Psal. Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs. Vel dic ꝙ sapor iste acutiem pœnæ infernalis significat, quæ. s. pungit & penetrat, & animam a Deo diuidit & separat, ipsamq; per perpetuum remorsum corrodit, & stimulat. Vel potest dici de peccato, quod. s. aiam a Deo diuidit & eam per remorsum corrodit, stimulat atque pungit. Vñ Prouer. 5. Nouissima eius amara velut absynthium, & acuta velut gladius biceps. Vel dic ꝙ talis acuties significat acuta & pungitiua verba detractorum, quæ. s. aliorum famam pũgũt
2 & lacerant, & homines per discordias scindunt & separant, & omnes homines rodunt & lacerant. ps. Lingua eorum gladius acutus. ¶ Sapor acetosus venit post acutum. & fit iste sapor ea frigiditate constringente, & subtili substantia aperiente & subintrante, & sic res acetosæ quia ex contrariis cõstant, contrariè operantur, quia. s. ex frigiditate & siccitate constringunt, ea substantiæ vero subtilitate penetrant, diuidunt & dissoluunt, & inde est ꝙ acetosa solent ventrem plenum soluere, ventrem, vero vacuum constringere. Qñ. n. inueniunt ventrẽ plenũ ipsum ea subtilitate subæ scindunt & laxant, si vero ipsum vacuum inuenerint, tunc non inueniẽtes qđ scindant, ipsum sua frigiditate & siccitate constringũt & oppilant. Istud potest applicari ad rigorẽ seueritatis bonorũ prælatorũ, qa pro certo illi qui sunt acetosi. i. iusti, rigidi & seueri debent in diuersis materijs. i. in diuersis subditis actus & effectus suos diuersimode variare, quia ꝑ certo talis acuties plenos. i. diuites terrenis humoribus & opibus constipatos debet per clementiam & compassionem laxare, et per elemosynã vacuare, ieiunos vero & paupes debet ad pniam constringere, & per abstinentiãm coarctare. Istud potissime pertinet ad confessores & prædicatores, quæ ꝑ certo potissime pertinet ad confessores & prædicatores, q̃ pro certo ſm conditionem personarum debent variare modũ & iniunctionem pęnitentiarum, vt. s. diuites qui ieiunare nesciũt moneant ad pietatem, pauperes vero qui non habent qđ tribuant, excitent ad pœnitentiæ asperitatẽ, & sic spũaliter plenos laxabunt, & ieiunos & pauperes coarctabunt, qa. s. exẽplo Christi prælatus diuersis infirmis debet adhibere diuersa medicamenta &c. ſm Gre. De alijs proprietatibus saporis acetosi vide superius de aceto. Vel dic ꝙ talis acutus sapor significat consideratiõẽ acutiei & rigoris futuri iudicij, q̃ pro certo plenos i. diuites facit ꝑ elemosynas laxari, vacuos autem. i. pauperes facit per diuinum timorem constringi.

## *De Pontico sapore. Cap. 15.*

POnticus sapor fit ex frigido & sicco, & ſm Isaac ponticus sapor hoc habet proprium quia coniunctus cum sapore delectante magis delectat, & cum sapore cõtristante coniunctus magis cõtristat, cuius ratio est, quia ratione ponticę siccitatis magis constringit, & sic illud cui admixtus est, ita cito transire non permittit, & sic magis morari & perseuerare saporem hmôi facit, & ita vel maiorẽ tristitiam vel maiorẽ delectationem inducit. & inde est ꝙ agresta quæ ponticum habet saporem, in salsamẽtis apponit, qa saporem spẽrum acuit & custodit talis sapor. Per talem põticitatem potest intelligi deliberatio, q̃ pro certo hoc habet proprium, quia vbicunq; addatur facit illud magis vtile vel inutile, quia pro certo bona & vtilia tunc magis delectãt & valent, qñ põticitatẽ deliberationis hñt. amara. ẽt. i. opera vitiosa & mala tunc temporis magis amara & vitiosa sunt, qñ in ipsis agendis põticitas. i. deliberatio & intentio simul adsunt, quia breuiter ex intentione & deliberatione fiunt oĩa opa deteriora vel ẽt meliora. Ista. n. superaddita faciũt opa moraliter supercrescere, & in suis qualitatib, abundare. iuxta illud Mat. 13. habenti, dabitur & abundabit. Vnde videt, quod intentio seu deliberatio fit ille calathus Hieremiæ qui facit ficus bonas valde bonas, & malas similiter valde malas, sicut dicitur Hiere. 24. ¶ Res ponticę (sicut sunt fructus immaturi) sumptæ ante prandium, solent stringere, post prãdium vero laxare, quia. s. si venter sit vacuus, stringit, & oppilatis meatibus coarctatur, si vero venter sit plenus cibis, inferius comprimitur, & quasi compulsus ad exitum relaxat. Tales res ponticę sunt mundi bona, quę pro certo sunt immatura & insipida gustui sanæ voluntatis. Ista. n. solent proficere vel nocere secundum quod vẽter mentis interioris hominis plenus fuerit gratia vel ieiunus. bona enim terrena si ab homine ieiuno & gratijs & virtutibus vacuo assumantur & acquirantur, tunc solent ipsum per cupiditatem stringere, & per auaritiam coarctare, si vero ventrem, i. voluntatem homi-

hominis pransam, & gratia spiritussancti plenam inuenerint, tūc solent eum per elemosynas relaxare & per largitates ad pauperes vacuare, quia breuiter istud est verum quod mundi bona malis nocent, bonis vero & eis bene vtē
3 tib. multū valent. Sicut enim dicit Sē. li. de paupertate, Nō est in rebus vitium, sed in animo. ¶ Res ponticæ sua grossitie splenem oppilant calculum generant vomitū sedant, guttur exasperāt dentes percutiunt & acerbant. Sic vere faciūt mundi bona, quia pro certo ita splenem consciæ per nō confitendi propositum faciunt opilari, vomitum cōfessionis faciunt sedari, & retardari calculum duritiæ & obstinationis faciunt in aīo generari, guttur deuotionis faciunt exasperari, et dentes masticatiuæ & deliberatiuę discretionis faciunt exacerbari & cōturbari. Hie. 31. Qui comedit vuā acerbā, obstupescēt dētes eius. ¶ De styptico sapore (qui octauus est in ordine) qualem habent coctana & surba & similes fruct⁹, nihil pono hic, quia subalternat sapori pontico, de quo actū est, quia etiam Constantinus qui non ponit nisi octo sapores ponticum & stypticum ponit vnum saporem.

1 *De Sapore insipido.* *Cap. 16.*

Sapor insipidus. i. sine sapore, siue dicatur priuatiuè, eo φ careat oī sapore, sicut aqua, vel positiuè, eo φ sapor eius ita est remissus φ non pōt sensus iudicare ad quem pertineat saporem, sicut est dare in albugine oui, in cucurbitis, cucumerib. & similibus, semper habet fieri in substātia frigida & fluxibili, & iō talia naturaliter parū habent nutriue, modicam delectationem solent facere, phlegma generare, sitim tollere, & passiones frigidas ꝑcreare. Sic vere pōt dici de rebus temporalibus & mundanis, quæ. s. insipidæ possunt dici, eo φ sano appetitui & ꝑfecto cordi parum debet sapere vel placere. Ista. n. parum sunt aīæ munitiua, parū delectatiua, sed potius phlegmatis carnalis immunditiæ sunt generatiua, sitis. i. appetitus verbi Dei sublatiua, & frigidarum passionū. s. indeuotionis & pigritiæ productiua. ¶ Hæc igitur excerpta & extracta de ꝓprietatibus saporum sufficiāt ad præsens & subiongamus seu extrahamus aliquid de proprietatibus liquorum, inquantum. s. sunt applicabiles ad proprietates conditionum & morum.

*De Liquoribus.* *Cap 17.*

1 Liquor est liquidus humor de plantis seu fructib. seu etc de aīalium corporibus per digestionem generatur, & naturæ vel artis violentia exterius eliquatus, sicut est lac & vrina de aīalibus, oleum & vinum de arborib. mel de floribus, sicera de fructibus, ceruisia de granis siccis,
2 & exsiccata de pomis agrestibus. ¶ Liquores ergo ſm suas varias qualitates varios contrahunt sapores & odores, nam illi liquores in quibus dominatur calidum cu humido, sunt dulciores, illi in quibus calidum cum sicco, sunt acutiores, illi in quibus dominatur frigidum cum sicco, sunt acetosiores, illi in quibus dñatur frigidum cum humido, sunt stypticiores, sicut patet in ptisana, quia breuiter illud est verum φ ſm qualitatum prædominium in liquoribus diuersitas fit saporum. Sic vere ſm φ qualitates. i. virtutes in liquoribus. i. in hoībus dominantur, ſm hoc in ipsis sapores & conditiones variæ generantur, & inde est φ calor charitatis & humor lachrymosæ compunctionis dulcedinem contemplationis efficit, calor vero iustitiæ & siccitas paupertatis voluntariè acutiem seueritatis inducit, frigiditas vero diuini timoris & siccitas pœnalis laboris saporem acetosum. i. tristitiam meditationis & considerationis solet inducere. Frigiditas autem tribulationis & humiditas cōpassionis & flebilis miserationis stypticitatem. i. restrictionem vitiorum solet causare. Expo
3 ne si vis melius, quia non bene placet, ¶ Liquores de quibusdam arboribus incisis corticibus solaris attractionis beneficio educuntur, sicut est balsamum & terebinthina. Quidam aūt per combustionē ignis de quorundam lignorum extremitatibus distillare coguntur, vt est colophonia, pix liquida, oleū iuniperi &c. Quidam de fructibus arborum per expressionē colliguntur, vt est vinum & oleum. Quidam de succis herbarū exprimunt, & igni postea decoquuntur, vt est aloe. Quidā in florū superficie ex rore cęlesti gignūt, vt est mel & manna. Quidā autē in venis terræ inueniuntur, vt est aqua salnacida, nitrosa & aluminosa, & similia, quæ de terræ abditis hauriunt. Per istas diuersitates liquorum possunt intelligi diuersitates lachrimarū, quia sicut varij liquores inueniūtur; sic varię spūales lachrymæ a fidelium mētibus eliquant. Et primæ quidē sunt per radius solares. i. per diuinæ gratiæ inspirationē. Aliæ sunt per combustionem ignis. i. per præsentem tribulationem & afflictiōem. Aliæ sunt de fructib. arborum. i. de Christo pendente in arbore crucis per suæ passionis compassiōem. Aliæ sunt quæ exprimuntur de succis herbarū. i. de dictis sacrarū scripturarū, per cōceptam exinde cōpunctionē. Aliæ inueniunt in florum. i. in sanctorum, superficie, per suæ flebilis & amaræ vitę imitationē. Aliæ inueniunt in venis terræ. i. in memoria mortis & inferni, & ēt in vena consciæ nostræ per ipsarum iugem recordationem & examinationem. Constat. n. φ in omnibus istis locis rebus & negociis potest inueniri materia lachrymādi. & liquorem fletus & lachrymarum spiritualiter hauriendi. Et ideo mūdus iste vallis lachrymarū dr̄, eo φ ipsis iustis lachrymandi materia ibidē multiplex inuenitur. Et breuiter, liquor lachrymarum bonarum aut ꝓuenit a superiori inspiratiōe, & a solis Christi gratiæ attractione, aut a mundanæ miseriæ combustione & pro incolatus prolongatione, aut ex Christi in cruce pendentis compassione, & supernæ miseriæ cōsideratione, aut ēt ex scripturarū lectione & inuestigatione: sicut patet Apo. 10. vbi liber comestus fecit amaricari ventrē. aut ex sctorū imitatione, aut ex mortis & inferni necnon cordis & pctōrum nostrorum meditatione. ex istis. n. causis omnib. iusti lachrymantur, & in hoc mundo spūaliter desolantur. quæ quidē lachrymę liquores preciosi dicuntur, ex quibus sanctitate animę medicantur. psal. Fuerunt mihi lachrymæ meę pa-
nes die ac nocte. & alibi. Lachrymis meis stratum meū rigabo. 4
¶ Incipiamus igitur dicere de liquoribus in spāli, & primo dicendum est de melle.

*De Melle.* *Cap. 18.*

Mel secundum Isi. li. 20. dr̄ a mellesa græcè, qua sunt 1
apes latiōe, eo. s. φ mel ex apum solertia miro naturæ artificio componatur qđ in primis ea rore cælesti in florū & foliorū superficie distillatur, & exinde ab apibus recolligitur & paratur. Et ideo virgilius vocat mel, cæleste donum, dicens sic. Protinus aerei mellis cęlestia dona. Vnde etiam ſm ipsum, in Arabia & india mella inueniuntur ad modum salis in arboribus dependentia, ibi coelesti munere præparata, Quod etiam in anno isto 1342. in Auinione gallię Narbonensis ciuitate, in magna quantitate cecidit, & super folia & ramos arborum more gummi descēdit, sicut alibi recolo me dixisse. Tale mel spiritualiter loquēdo, potest significare diuinam gratiam, quam. s. Deus ex suo coelesti dono bonis solet concedere, & super flores & folia arborum. i. super floridas conscientias iustorum inuisibiliter distillare, ad cuius etiam compositionem solent apes. i. sancti & angeli suis intercessionibus adiuuare, quia. s. dato qđ mel diuinæ gratiæ cælesti munere propinetur, sic tñ fit φ apum i. sanctorum & angelorum intercessio ibidē mirabiliter operetur. Vel dic φ mel significat Christum, quem nobis cęlestis gratia misit, apis tamen. i. beata virgo ipsum, quātum ad humanitatem suo ministerio mirabiliter procreauit, & in aluear proprij corporis ipsum recipit & sanctissime sine virī copula collocauit & ideo ipse est qui dicit Io. 6. Ego sum pa-
nis viuus, qui de cęlo descendi. ¶ Quanuis omne mel generaliter debeat esse dulce illud tamen deficit in Sardinię regione, vbi quia abundat herba quę dicitur absynthium, iō apes quę vt communiter de ipsis floribus nutriuntur, faciunt illis partibus mel amarum, sicut dicit Isi. li. 20. Illud potest applicari contra illos qui male nutriti & informati, quia pro certo dato φ aliquę apes. i. aliquę personę de sui conditione & natura, & quantum est ex suis naturalibus, vel suorum propagatione parentum, habeant & debeant facere mella dulcia. i. opera bona vtilia & honesta, cōtingit tñ in regione Sardinię. i. in hoc mundo φ ratione nutrimenti & documenti ipsi faciunt mella amara. i. opera inutilia atq; mala. Nam quia herbę absynthiales. i. homines mali in isto mundo abundat, & isti de talium floribus. i. exemplis & dictis malorum seipsos nutriunt & impinguant, inquātū. s. eorum malis morib. se conformant, ideo necesse est φ virtutū dulcedinē priuent, & φ mel amarū. i. mala opera faciant & componant. φ etiam de here-

de hæreticis pōt dici : quia.s. illi qui ipsorum amaris floribus
.i. ipsorū corruptis doctrinis & operib⁹ nutriti sunt, mel ama
rum.i.doctrinam & vitam amaram & corruptam faciunt, &
ea alijs derelinquunt. Constat.n. φ hæretici & schismatici cor
ruptioné doctrinæ suæ ab alijs primis hæreticis acceperunt,
& sic totum mundum melle amaræ & corruptæ doctrię hæ
reticæ repleuerunt, quod bene figuratur Apoc.8 vbi dicit φ
stella magna ardēs sicut facula, cecidit de cœlo, & nomē stel
læ absynthiū, & cecidit in aquas, & amaræ factæ sunt, & mor
tui sunt multi homines ex aquis. Quia ꝑ certo quādo stella
.i. ille qui videtur splendere per doctrina & cōuersatioñe, ca
dit de cœlo ecclesiæ per hæreticam corruptionem, tūc aquæ
scripturæ per ipsum amaricantur per corruptam interꝑtatio
nem, & sic moriuntur potantes.i. audiētes, ꝑ malæ credulita
tis obstinationē. vt sic diabolus dicat de talibus illud Hier. 9.
Cibabo populum illum absynthio, & potū dabo eis aquā fel
3 lis ¶ Secūdum Isid. Ibidem Galienus aiebat mel esse nociuū
iuuenibus & puris, & illis qui nimia caliditate abundāt, seni
bus verò & frigore senili confectis dicebat mel cū vino vete
ri bibitum conuenire, & eorū passionibus subuenire. Mel ēt
licet in multis possit proficere, solet tamē quādoque decipe
re & nocere: quia.s. venefici solent venenum sub mellis dulce
dine abscondere, & sic per mel solēt comedētē decipere vel
fraudare. Mel etiam nouum & nō bene despumatū s̄m Isaac
in dietis, inflat, rugitum generat, malos humores ꝑcreat, sple
nis & hepatis meatus opilat, choleram inflammat, febrē exci
tat, & coliens & iliacos valde grauat. Tale mel pōt significa-
re dulcedinem mundanæ prosperitatis: quia ꝑ certo dato φ
ista senibus.i. viris maturis & prudentibus & ea vti sciētibus
ꝑficiat, iuuenes.th.i. minus discretos & ꝑ mala desideria. fer-
uidos, & cupiditatū caloribus inflammatos, nō adiuuat, imo
grauat. Cōstat.n. φ prosperitatis dulcedo insipiētibus nō ꝑ
ficit, sed eos potius decipit & occidit. Prou.1. Prosperitas stul
torum perdet eos. Venefici.n.i. demones, venenū peccati sub
tali dulcedine fatuis offerunt, & dū huiusmodi mellis dulce
dinem appetunt, venenis vitiorum quæ nō præcauēt, se occi
dunt: quia ꝑculdubio mel mūdanæ prosperitatis solet indu
cere inflationem superbiæ, rugitum iactātiæ humores corru
ptos luxuriæ inflammationem & febrem auaritiæ, colicā &
torsionē inuidiæ, & opilationē obstinationis & malitiæ. Et
ideo breuiter bene videtur loq de tali melle scriptura Prou.
25. vbi dicitur φ comedere mel multum, nō est bonū. Et ista
bene apparē: q illi qui sunt deteriores, sunt hodie melle pro
speritatis pleniores quod figuratum fuit i leone quē occide
rat Sanson, i cuius ore mel copiosum inuenit, quia.s. illi q sunt
hodie crudeles & leonini, & a Sālone.i.a Christo occisi spiri
tualiter & reprobati, melle temporalis opulētiæ præ cæteris
sunt repleti. Vel dic φ tale mel significat sciētias seculares, q̄
magis nocent animę quam valeāt, nisi fortè senes.i. prudēter
eis vtentes exist̄ant. Istę n. inflāt decipiūt &c. sicut supra.1. ad
Corint.8. Scientia inflat &c. Vel dic φ mel significat dulcedi
nem adulationis, sub qua q̄nque latet venenum proditio-
nis, quæ.s. animæ est nociua. Et ideo sicut scripiū est Leuit.2.
in sacrificio Dei mel nulloriēs ponebatur. in quo adulationis
fallacia in omni diuino opere damnabatur: quia sicut dicit
Prou.5. Fauus distillās labia meretricis, & nitidius oleo gut
tur eius, nouissima vero illius amara velut absynthiū. Et no
4 ta si vis quomodo adulator dic tur meretrix, quæ nō q̄rit ni-
si proprium lucrū. ¶ Mel multas habet laudabiles ꝑprieta-
tes, nam quia de diuersis florū substantijs cōponitur, satis ve-
ri simile est φ varijs virtutibus prædotatur. Est igit̄ mel ma-
ximè dulcedinis continuum, aliqualis tamen acuminis effe-
ctiuum, intestinorum pungitiuum, fœcium & grossorū hu-
morum incisiuum & expulsiuū, vulnerum mundificatiuum,
membrorum debilium confortatiuum, oīs amaritudinis tē-
peratiuum, fluxus humorum interceptiuum, & pororū lati-
tudinis constrictiuū, naturæ bene institutæ custoditiuū, & ni
hilominus (vt dictum est) mel est nociuorum humorū relaxa
tiuum. contrarias.n. habet qualitates, & ideo cōtrarias habet
virtutes, s̄m φ inuenit materiæ cōtrarias diuersitates, sicut di
cit Isaac in diet. vbi agit de mellis conditionibus & naturis.
Ista omnia possunt applicari & dici de melle sacræ sciētiæ &
scripturæ, quæ.s. de diuersis apū floribus.i. de diuersis docto
rū & prophetarum auctoritatibus est composita, & ideo nō
mirum si contra infirmitates diuersorū vitiorū ūtr vtilis atq;
sana. Contrarias.n. videtur habere efficacias & virtutes, vt sic
diuersorū hominū sanet spirituales infirmitates. & ideo ista
nunc dulcis, nunc acuta & pungitiua dicitur, eo quòd ꝑ pro
missiones & consolationes dulcescat, & ꝑ cōminationes fe
riat atque pungat. Igitur dico φ illa habet dulcedinē.s. con-
solando, veniam promittendo, & ad cęlestia inuitando. Itē
illa habet puncturam & acutam, s. peccata arguēdo, & pęnas
temporales & perpetuas comminando. Iac.3 Ex eodē fonte
ꝑcedit dulcis & amara aqua. Ista ergo incidit humores vitio
rum per contritionem, expellit eos per cōfessionem, mūdifi
cat mentem per lachrymarum ablutionē, restaurat perditas
virtutes per plenam satisfactionē, debiles & infirmos cōfor-
tat per excitationem, amaritudinem tribulationum tēperat
per consolationem, fluxus humorum.i. carnalitatē intercipit
per continentiæ iniunctionem, poros appetituū constringit
per cordium & sensuum refrenationē, naturā sanā custodit
per virtutū conseruationē, noxios humores.i. malas affectio
nes eijcit per diuini timoris immissionem. Ad hæc.n. omnia
mel diuinæ scientiæ & scripturę & spūalis eruditionis & do
ctrinæ. Et ideo Dauid in psal. congaudendo dicebat φ māda
ta Dei sunt desiderabilia super aurum & lapidem preciosum
multum, & dulciora super mel & fauum. Vel dic φ mel pōt
significare bonum prælatum, dulcem simul & acutū, mitem
pariter & seuerum: quia.s. iste ad omnia ꝑdicta proficit, & tā
verbis quē exemplis alijs benefacit. Vel dic quòd mel est ipse
Christ⁹ &c. sicut supra. Vel dic φ mel est gloria æterna, cuius
dulcedo omnem amaritudinem superat & temperat, & oēs
languores animę eijcit & sanat. Ecclesiast.24. Spirit⁹ meus su-
per mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauū. ¶ Fauus 5
dicitur cera dum adhuc est cum melle, qui secundū Isido. di
citur a fouendo, eo φ mel foueat, itē quia ratione mellis. val
de est lambentibus saporosus. Significat igitur prędicatorē
vel etiā verbum eius in quo dulcedo doctrinę lambitur, q̄n
tamen placēter & patiēter auditur, iuxta illud Can.4. Fauus
distillans labia tua, mel & lac sub lingua tua. Sed tā de melle
quā de fauo vide supra de apibus in multis. §. sicut inuenies
in tabula annotatum. ¶ Secundum Isidor. apes fugūt suꝑflua 6
fauorum suorum, & dicitur φ si hoc non facerent, corrumpe
rent, & aranea exinde generaretur, ipsę verò apes postea mo
rerentur. Cauent igitur (vt ait idem) & sollicitè custodiunt
fauos suos, ne talis aranea inualescat. Oīa alia q̄ ponit hic ma
gister de fauis, posita sunt supra de apibus in locis suis. Sic ve
rè si nos sumus bonæ apes.i. viri iusti, necesse est quòd cū oī
solertia caueamus ne in fauis.i. in bonis operibus nostris ara
nea.i. aliquod vitium, vt pote inanis gloria vel aliud oriat̄, ꝑ
pter quod ipse fauus boni operis corrūpatur, & mors culpæ
sequat̄. Fit.n. φ in bonis operibus nostris inanis gloria facili
ter gignitur, nisi superfluitas eorū tollatur, & omnis vanitas
caueatur. Nam dicit Gregorius. Valde cauendum est vitium
quod ex victoria nascit̄ vitiorū, s. vana gloria, quæ nascit̄ ex
virtutibus. Vel dic φ fatui significāt dicta scripturarū, vbi ꝑ
certo aranea.i. intellectus hæreticus faciliter se immiscet, nisi
homo desuper sedeat studendo & meditando & intelligēdo:
quia alias si aranea.i. hæreticus intellectus suboriri potuerit,
totus fauus scripturæ corrūpit̄, & mors culpæ & pœnę malè
credentibus reseruatur. 4. Regū.4 Mors in olla vir Dei. ¶ De 7
diuersis potibus qui fiunt & condiuntur ex melle, tractat hic
magister, sicut est mulsum, medo, claretum, pigmētum, sed ip
sa moralizare inutile reputaui, excepto de oxymelle, de quo
posui quæ sequūtur. ¶ Oxymel est pot⁹ seu syrupus laxatiuus 8
& dissolutiuus: qui ꝑ eo oxymel dicitur, q̄a ex aceto & mel-
le cōponitur. Acetum.n. primo cum herbis & radicibus diu-
reticis diu bullitur & coquitur, & tandē addito melle desęca
to iterum per decoctionem ad spissitudinē deducitur, & cū
albumine oui cum aceto distēperato, & cū oxymelle mixto
tota ipsius oxymellis substantia depuratur, albumen enim
omnes immunditias extrahit, & tandem pigmentarius cum
penna ipsas extrahit, & sic oxymel ad medicinas custodit, &
duras & compactas materias cum ipso digerit & dissoluit.
Talis medicina videtur est bonus prælatus, quia pro certo in
compositione ipsius debent concurrere acetum; & mel.i.
correctio & compassio: quia.s. aceto acris correctionis de-
bet mordicare & punire proteruos, melle verò dulcis com-
passionis & consolationis debet confortare & delinire deuo
tos. Iste igitur debet decoqui per contritionem debet per
confessionem, & debet aliorum vsibus reseruari per patien-
tiam & durationem.

## De Cera. Cap. 19.

1 CEra est fœx mellis, intra cuius substantiam liquor melleus ab apibus colligitur ibidem tamen ſm Arist. li. 9. c. 40. faciliter vitiatur, & corrumpitur, nisi inde cum diligentia separetur. Qui. n. vult mel in sua puritate seruare, debet ipsum a ceræ substantia segregare. Per mel pôt intelligi dulcedo intellectus moralis, & spūalis, per ceram verò intelligitur ruditas intellectus litteralis, & historialis. Quia pro certo apes. i. sancti, mel spiritualis doctrinæ in cera rudis, & litteralis apparentiæ abscōderunt, & ipsum ibi mirabiliter confecerunt. Veruntamen mel doctrinæ non proficit neq; valet, quandiu cera. i. litteralis ruditas ipsum tenet. Cera igitur litteralis apparentiæ subtrahatur, vt mel spiritualis intelligentiæ purum, & nitidum habeatur, iuxta illud Prouer. 25. Aufer rubiginē de argento, & egredietur vas purissimum. Vel dic ꝙ cera significat fœces inanis gloriæ, vel spem lucri temporalis & terrenæ substātiæ, in quibus. s. mel. i. sacræ doctrinæ veritas aliquotiens est admixta: quia. s. multi sunt, qui mel doctrinæ, & prædicationis non habent nisi cum cera. i. ex causa inanis gloriæ vel temporalis vtilitatis, & ab ipsis nihil prædicať aut dicitur, quin cū cera. i. cum spe lucri vel inanis gloriæ misceatur. Esa. 1. Vinum tuum mixtum est aqua, argentum tuum versum est in scoriā. Tale igitur mel. i. talis doctrina spiritualiter corrumpitur, & quantum ad vtilitatem animæ destruitur nisi a ceræ. i. ab inanis gloriæ, & auaritiæ, & fœcibus separetur. Vel dic, ꝙ cera significat malam societatem, quæ ꝓ certo mel. i. bonos corrūpit, & maculat, nisi exinde quis sollicitè se subtrahat atq; tollat. Num. 16. Separamini a tabernaculis hominum impiorum. Hie. 15. Si separaueris preciosum a vili, quasi os meum eris. Vel dic, ꝙ cera significat bona tēporalia, quę. s. mel. i. dulcedinem deuotionis solent corrumpere, nisi homo sciat alterum ab altero, spiritualia a temporalibus segregare.
2 Allega vt supra. ¶ Cera licet dicatur fœx mellis, habet tamen hoc proprium, ꝙ semꝑ vult supernatare. cum n. alijs liquoribus fuerit mixta, & in aqua feruida liquefacta; nunquā solet fundum petere, sed se sursum ad superficiem eleuare. Item cera faciliter est liquefactibilis, & secundum formam sigilli cui apponitur, in diuersas figuras conuertibilis, vel si perseueret calefactio, ex toto fluxibilis, & defectibilis. Igitur istud est verum, ꝙ ceræ magis proficit frigus, quam calor: quia. s. in calore dissoluitur, & ꝑditur, in frigore verò coagulatur & seruatur. Per ceram potest intelligi vir peccator, qui quāuis sit fęx & sterquilinium aliorum, & quamuis respectu mellis. i. respectu bonorum parum habeat efficaciæ vel virtutis, sp tamen vult per superbiā se erigere, & in gradu, & statu alijs su pesse. Habet. n. partes aereas. i. ventositatē superbiæ, quæ ipsum erigit, & quæ mentē eius eleuat, & extollit. Iob 11. Vir vanus in superbiam erigitur. Liquefactus. n. per mala desideria, nūquā vult fundum humilitatis petere, sed magis superficiē vanitatis. Igitur talis per calorem concupiscentiæ, & per feruorē ꝓsperitatis, & opulentiæ faciliter dissoluitur, & per mentis mollitiem totaliter eneruatur, & tunc in diuersas vitiorum formas conuertitur, ſm ꝙ diuersis characteribus. i. diuersis tentationū generibus informatur, & secundum ꝙ ad diuersa sigilla. i. ad diuersos malos homines per imitationem applicať. psa. Factum est cor meum tanq̄ cera liquescens in medio ventris mei. Talibus ergo ceris liquefactibilibus, & debilibus, & in peccata conuertibilibus magis proficit frigus aduersitatis, quam calor prosperitatis: quia solet eos per tētationes dissoluere, frigus verò aduersitatis solet eos per timorem coagulare & recolligere, & a vitiorum fluxibus cohibere. Ps. Coagulatum est sicut lac cor eorum. Vel dic ꝙ cera est vir iustus: q naturaliter sursum tendit per cœlestium affectionē, faciliter igne sancti spiritus liquescit per deuotionē, & dilectionem, & cito mollescit per clementiam, & compassionē, & in diuersas bonas virtutum formas transit per bonam conuersationem, & conuersionem, & per aliorum sanctā imitationem, & per sigillorū. i. per hoium bene formatorum conformationem. ad
3 Ro. 8. Conformes imaginis filij Dei. ¶ Cera quanto nouior & recentior, tanto albior, odoratior, dulcior, & purior, & tanto ad suscipiēdas diuersas formas est aptior, & in forma suscepta durabilior, & tāto ēt in medicinis est vtilior, sicut patet de cera virginea. Valet ergo cera ad corporis medicamentū, ad luminis nutrimentū, ad scripturæ documētū, & ad pannorum lineorum lenimentum, necnō ad sigillorū formulas, & ad secretorum iuramentum, & velamentum. Ista possunt applicari ad statum iuuentutis, quia pro certo quāto cera. i. humana natura (quæ naturaliter est fragilis, & cerea) est nouior, & recentior (vt est in pueris, & iuuenibus) tanto dēt esse albior ꝑ innocentiā, odoratior per famæ redolentiā, dulcior ꝑ clemētiam, purior per cōtinētiam, & in medicinis spūalibus efficacior per vitæ, & morum sanctimoniam, necnon ad suscipiendas impressiones bonorum morū, exemplorū, & documentorum aptior per disciplinæ obedientiam, & ad eas retinēdū durabilior per perseuerantiam, in multis non durat innocentia nisi dum noui sunt. i. iuuenes, teste Seneca. Quia breuiter istud est verum, ꝙ cera virginea, & recens. i. persona iuuenis, virginalis, & casta, ad oia bona est habilis, & ad omne bonum magis conuertibilis, quā antiqua. magis est etiam naturaliter innocens, & munda, & ad virtutum impressarum custodiam, magis apta, iuxta illud. Quod noua testa capit, inueterata sapit. Et sic igitur talis erit vtilis ad alios medicandum per prædicationem, ad alios illuminandū per honestā cōuersationē, ad alios leniendū per clemētiā & cōpassionē, ad scripturā recipiendum per docilitatis dispositionē, & ad formas virtutū, in se suscipiendū per imitationē, necnon ad secreta claudēdū, & sigillādum per prudētiā, & discretionē. Ad oia. n. ista valet cera virginea. i. ꝑsona virgo, pura & sancta. Vel dic totum de virgine gloriosa, vel de qualibet virgine. Vnde bene caniť de eadem. Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus, efferam nescio. Et Sap. 4. O quā pulchra est casta ḡnatio cum claritate. ¶ Cera valet ad luminis nutrimentū, & ideo cera seruit Dei templis, & aris, & dñorum cameris, & mensis, & ideo 4
a cera dicuntur cerimoniæ. i. obseruantiæ templorum cereophori. i. portitores luminū, & cereorū, & primicerij in curijs, dominorum. De cera ēt induuntur tabulæ, vt ibi fiant lineæ, vel scripturæ. Pannos ēt lineos cū cera imbuunt, & liniunt, & sic quicquid intus est, ab aquæ periculo custodiunt. Aqua. o. pānos cereatos non penetrat: quia cera humida fugit, & frigida, siccis verò, & calidis se associat, & eis adhærendo se cōiungit, & ligat. Charissimi per cerā significať diuina gratia, quā. s. in alueari cordis nostri apis. i. beata virgo ꝓcurat. Ista est. o. quæ nutrit lumen bonorū exemplorū, & sic causat splendorem in templis hoium, & deorum. Tandiu. o. lux honestæ vitę & scientiæ in nobis splēdet, quādiu cera diuinæ gratiæ ignem charitatis nutrit, & promouet. psa. Accedite ad eū, & illuminamini. Quia. s. ille, qui accedit per gratiā illuminatur ꝑ scientiam. Itē ista cera diuinæ gratiæ mediante, tabulas cordis nostri diuinis mandatis describimus, & ibi illa, quæ ad salutē ꝑtinent, per memoriā exaramus. Prouer. 7. Liga legem in digitis tuis, & scribe eam in tabulis cordis tui. Item si pannos interiorum affectionum ista cera linierimus, tunc aquam prosperitatis mūdanæ & fluxum carnalitatis humanæ interius non timeamus: quia pro certo mens illa talium aquarū diluuijs nō submergitur, quæ cera diuinæ gratiæ perlinitur & merces virtutū tādiu sunt sine periculo, quandiu inuolutę sunt in cereo panniculo. i. in diuinę gratiæ tabernaculo. Esa. 34. Cum trāsieris per aquas, tecū ero, & flumina non operient te. ¶ Cera nō 5
quā adhęret humidis, sed tenaciter adhęret siccis, ipsam. n. indurant humida, sed eam mollificāt sicca & calida. Sic verè debet esse de cereo. i. de fluxibili mente nostra: quia ꝓ certo ista nunquam debet humidis. i. delicijs carnalibus adhærere, cum siccis verò. i. cum pœnitentijs & abstinentijs debet efficaciter se tenere: quia. s. mens viri iusti carnalitates odit & refugit, & cū ipsis nullatenus se coniūgit, tribulationes vero & paupertates & alias siccitates amat & diligit, & cū eis se copulat & connectit: quia proculdubio ista est quæ a calore tribulationum mollitur & resoluitur, ab humore vero deliciarū duratur obstinatur & peruertitur. tribulatio enim mollit mentem per contritionem, prosperitas vero & carnalitas ipsam durat per obstinationem. Psalm. Montes sicut cera fluxerūt a facie domini. Montes enim sunt corda tumida & superba, quæ túc temporis solent per contritionem fluere, quādo dominus ipsa solet tribulationibus calefacere. Michez. 1. Montes consumētur, subtus eum, & valles scindētur sicut cera a facie ignis.
¶ Cereolus diminutiuē a cereo est dictus, & est cereus cādela longa de cera facta, a lato i strictum pyramidaliter ordinata, & ad illuminandum & tenebras nocturnas fugādum principaliter instituta. Ad ipsius ergo compositionem tria cōcurrunt, quæ ipsum constituunt & componunt, s. ellychniū vel filum stupeum, quod est propriū cerei fundamētū, cera qua 6
inuoluitur,

innolnitur, quæ est proprium luminis nutrimētum, ignis quo
accenditur. qui est proprium cerei complementū. Sic igitur
formatus cereus super candelabrum constituitur, & ad lucē
dum super aut circa altaria vel etiā mensas collocatur. Talis
cereus est Christus, qui. s. perseuerando fuit longus, & semp
quanto plus durauit & vixit, fuit per abstinentiam & pœnitē
tiam coarctatus. Iste. n. tres habuit partes seu substantias quæ
ipsum composuerunt. s. ellychnium interius, hoc est animam,
quæ interius latitabat, ceram exteriorem, hoc est carnē quæ
circunstabat, ignem superiorē, hoc est diuinitatē, quæ vtrūq;
se cōiūgebat, & se corpori & animæ copulabat. Iste igitur sic
formatus, in candelabro ecclesiæ collocatur, & ad illuminan
dum seculū corā hominibus ordinatur, quia sicut scriptū est,
Lucerna non ponitur sub modio, sed super candelabrū, vt lu-
ceat omnibus q in domo sunt. Vel dic q cereus est vir iustus
qui. s. est per cōtemplationem erectus, per iustitiam rectus, p
simplicitatem planus, per perseuerantiā lōgus: per charitatē
inferius latus: per abstinentiam in hoc strictus, per prudētiā
moderatus, per scientiam illuminatus, & ad illuminadū alios
præparatus, ex triplici substantia. s. spe fide & charitate mora
liter cōpositus & formatus, quia. s. in cereo. i. in viro iusto de
bet esse ellychnium. i. fides quæ est occultior, & est ipsius fun
damentum. cera quæ supernatat. i. spes, quæ est apparētior, &
est ipsius indumentum ignis. i. charitas, quæ est perfectior, &
est ipsius moralis hominis complementū. Sic ergo formatus
& compositus cereus dignus est benedici, thure orationis in
censari, cruce signari, & in aqua baptismatis, id est, in lachry-
marum lauacro balneari, nec non in cādelabro alti regis col
locari, & ad lumen exemplorum & documentorum præben
dum omnibus deputari Matth. 5. Vos estis lux mundi. Esaiæ
49 Dedi te in lucem gētium, vt sis salus mea vsque in extre
mum terræ

## *De Lacte. Cap. 30.*

1 LAc est liquor dulcis & candidus, in mamillis anima-
lium actione caloris ex sanguine genitus, & ea glan-
dularum albedine dealbatus, ibidem digestus atque
decoctus, & pro nutriendo fetu in dulcedinem com-
mutatus. Cibus enim omnium animalium nihil est nisi dul-
ce & valde degestum, vt dicit Aristo. Et ideo natura, post-
quam fœtum qui in vtero per vmbilicum nutriri solebat san
guine menstruali, exterius in lucem perdit & producit, pro
eius nutrimento lac ordinat & componit, & in mamillarum
glandulis ipsum ponit. Per lac potest intelligi scientia & do-
ctrina. seu verbum lacteum & proficuū ad salutem: quia. s. in
mamillis. i. in prædicatoribus & doctoribus digeritur & de
coquitur, componitur & disponitur, & pro nutrimento ani-
marum & spirituali refectione auditorum exterius distilla-
tur. Fetus enim id est infirmus homo qui in vtero carnalita-
tis mēstruo vitiorū fuerat enutritus, postquā in gratiam per
pœnitētiā est parturitus & natus, & ab vmbilico peccati ori
ginalis separatus, necesse habet lacte doctrinæ nutriri, vt sic
possit in virtutibus proficere & augeri. Eccl. 39. Initiū neces
sariæ rei vitę hominum lac, & sal & panis similagineus. Igitē
tale lac. i. lacteum documentum & verbū, debet habere can
dorem castitatis, calorem charitatis, dulcorē benignitatis, de
corem honestatis digestionem deliberatæ maturitatis, iuxta
illud Psal. Eloquia domini eloquia casta, argentū igne exami
2 natum, probatum terrę, purgatum septuplu. ¶ Lac primo est
sanguis mēstrualis & vilis, veruntamen quia sanguis ille per
mamillas quę albæ & glādulosæ sunt, colatur. ideo de sua car
nea rubedine in lacteam albedinem cōmutatur. Sic verè da
to q res de qua agitur, sit mēstrualis. i. fœtida & i honesta &
vilis, nihilominus tamen quando per mamillas & p glandu-
las albas. i. per labia honesta & casta transit, tunc formam al-
bā induit, & per honesta verba inde procedit & trāsit quia. s.
nō est res tam inhonesta, quin honeste in honestis hominibus
possit dici, & nihil ita rubeum quin possit in ore honestorū
hominū candidari: quia. s. iusti sciunt de rebus immundis mū
da verba formare, & naturalem immunditiam quadā verba
li pulchritudine palliare, & in cādorem lacteum cōmutare.
Cantic. 4. Fauus distillās labia tua, mel & lac sub lingua tua.
3 ¶ Nullum animal ouans vt cōmuniter habet lac: volatilia ēt
lacte carent, excepto tamen vespertilione. Masculorum etiā
animalium mamillæ vt communiter lac non habēt, quinimo
etiam mammas homo solus ē maribus habet, sicut dicit Plin.
libr. 11. cap. 39. Per lac potest intelligi dulcedo gratiæ clemē
tiæ & doctrinæ: quia pro certo tria inueniūtur genera, psona
rum quæ tale lac non consueuerūt habere, nec se nec alios ta
li dulcedine refouere. Primi sunt aues & volatilia. i. viri sup
bi & eminentes. Secundi sunt ouantes. i. diuites & auari: q. s.
ouis diuitiarum sunt pleni. Tertij sunt masculi. i. viri carnales
& luxuriosi, generationis operibus assueti: quia procul dubio
luxuriosi & carnales, auari seu diuites temporales, supbi vo
lables, & inanes, lacte gratiæ, clementiæ, & doctrinæ no abū-
dant, nec alios dulcificat aut humectāt. Vel dic q masculi, &
volatiles significant illos q statu & gradu sunt altiores, s. mū
di diuites, nobiles clericos & potētes. Fęminæ verò significāt
infirmos, simplices, pauperes, & impotētes: quia p certo ho
die isti masculi & volucres pennatę. i. isti maiores plati & di-
tiores, non habent lac scientiæ & doctrinæ: quia. s. nesciūt præ
dicare, vel nolunt. Feminæ vero. i. simpliciores magis solent
lacte doctrinæ, scientiæ & elemosinæ abondare, & alios tem
poraliter & spiritualiter lautius educare. 1. Regum. 6. Accepe
runt duas vaccas quæ lactabāt vitulos. ¶ Cum lac induresclt 4
in mamillis, pessimam generat passionē, nec sanatur quousq;
mollescat & stillet. Sic verè cum lac misericordiæ coagulaē
to mamilla cordis, vt pote quādo homo ad pauperes & mise
ros induratur, & lac bonorum suorum tēporaliū constrictio
ne auaritiæ emittere prohibetur, tunc dolor tristitiæ & sollici
tudinis in eo gignitur: qui tādiu perseuerat, quousq; auaritiæ
durities molliatur. Cōstat. n. q auari diuites semp sunt in do
lore, & vt acquirant seu perdāt diuitias, semper sunt in sollici
tudine & timore. Vnde Iob 20. de diuite dicit, Cum satiatus
fuerit, arctabitur, & æstuabit, & ois dolor irruet in eū ¶ Nul 5
lum animal vt communiter habet lac ante conceptū & par-
tum, pręter capras, quæ secūdum Arist. in aliquibus regioni
bus habēt lac sine impręgnatione & partu. Sic verè genera'e
est q null9 homo habet lac sanæ doctrinæ, nisi primo habeat
partū boni operis & gratiæ: q videlicet partus boni operis
debet pcedere antequā lac bonæ doctrinæ possit exterius ap
parere, iuxta illud Act. 1. Cœpit Ies9 facere & docere. Istud tñ
fallit in capris. i. in hypocritis hispidis & fictis: qui. s. quādoq;
lac sanæ doctrinæ diffundunt, & tamen constat q nūquā per
gratiā imprægnantur, & ideo nec per bona opera pariūt. Vn
de talis potest dicere illud Esa. 66. Qui alios parere facio, ipse
nō pariam. Vide titu. de capra §. 6. Supra lib. 10 ¶ Multitudo 6
lactis nocet lactātibus, nisi fuerit q sugat, si. n. plus debito re-
tinetur, morbus nō modicus generatur. Sic verè multitudo
substantiæ tēporalis nocet diuitibus: quia p certo nisi affue-
rint pauperes qui p elemosynas ipsum sugat, passiones vitio
rum protinus appropinquāt, quia. s. si lac diuitiarum plus de
bito retinet, tūc tumor superbiæ, durities auaritiæ dolor tri
stitiæ finaliter sanies luxuriæ in homine producitur & creat.
Eccl. 5. Diuitiæ cōgregatæ i malum domini sui. ¶ In lacte in 7
ueniuntur tres substantiæ inter se contrariæ & distinctæ, scili
cet vnctuositas, butyrositas, caseitas & cerositas. Butyrosa
enim substantia calida est & humida, & ideo mollificatiua.
Caseitas autē frigida est grossa, & ideo opilatiua. Cerositas
verò acetosa est & acuta, & ideo subtiliatiua & mūdificatiua.
Igitur lac in suis tribus substantijs temperatum, est grossorū
humorum incisiuum, viscerum lauatiuum, intestinorū mor-
dicatiuum, ventris solutiuum, fęcium expulsiuū; opilationis
splenis aperitiuum, hydropisis curatiuū, carnis augmētatiuū,
& pulchritudinis in corpore causatiuū. Tale lac pōt significa
re doctrinā sacræ scripturæ, quæ p certo q̄uis sit vna, tres tñ
habet substantias seu partes. habet. n. vnctuositatē pmissorū,
habet cerositatē seu acredinem cōminationis tormētorū, ha
bet etiam caseitatē. i. grossitiē historiarū & documētorum,
Cōstat. n. q tota intētio scripturarū in his tribus versatur, aut
. n. promittit, cōsolaē, & lenit, aut ēt incidit, increpat, cōminaē
& arguit, aut ista p nutrit spūaliter & instruit, iuxta illud. 2. ad
Timot. 4. Argue, obsecra, increpa in omni patiētia & doctri-
na. Igitur dic quòd lac sacrę scripturæ & doctrinę habet inci
dere per contritionem, lauare mētis intestina per lachrymo
sam compūctionem, mordicare per vitiorum recordationē,
soluere & expellere per cōfessionē, opilationē duri cordis. i.
obstinationem mentis aperire per plenam ad Deū conuer-
sionem, carnes etiā. i. virtutū substantiam reparare & augmē
tare per morum vegetationē, & pulchritudinē conuersatio
nis causare p honestorum operum compositionē & ordina
tionē. Et ideo de animalibus q̄ tā i lacte imbutæ fuerint atq;

lotę, dicitur Cant. 5. q ipsę sunt sicut columbæ, quæ sunt sup riuos aquarū, quæ lacte sunt lotę, & resident super fluenta plenissima. Vel dic quod lac significat dulcedinem pietatis, q.s. tres præcipuas habet partes, inquantum.s. homo miseretur sibi, amico, & inimico, quæ.s. cooperatur ad omnia supradicta quia secundum apostolum. 1. ad Timot. 4. Pietas ad omnia valet. ¶ Lac non solet corpori proficere, nisi mundatū fuerit & purgatum, & nisi tempus fuerit opportunū. si.n. lac a corpore non mūdato sumitur, faciliter in humores corruptos quos invenit cōuertitur, & in fumos cholericos resoluit, & in phlegma putridum commutatur, solet etiā dolorem capitis causare, calorem febrilem inflammare, & acetositatē in stomacho generare. Lac igitur comedere nō cōuenit, nisi fuerit corpus vacuum & ieiunum, & a malis humoribus liberum atque mūdū, secundū Isaac in dietis. Per lac pōt intelligi potus scientiæ & prosperitatis secularis: quo.s. lactantur a diabolo peccatores. Oseæ. 2. Ego lactabo eam. & ducam in solitudinē. Quia pro certo tale lac non est vtile nisi personis quæ sunt vitijs vacuæ & ieiunæ, & ab omni fœculentia depuratæ. Nam ille qui tale lac bibit, corruptis vitiorum humoribus fit repletus, tūc non proficit, imo nocet. generat enim phlegma putridum luxuriæ, fumos cholericos superbiæ, calorē febrilem auaritię, dolorem tristitiæ & inuidiæ. Et breuiter illud est verū quòd lac prosperitatis & sapientiæ mundanæ valde solet malis esse nociuum & infirmatum, & multorum criminum inductiuū. & sic loquitur Apostolus: qui dicit ad Hebreo. 5. quòd omnis q lactis est particeps, expertis est sermonū iustitiæ. Vel dic generaliter q lac prædicationis & doctrinæ non est dādum nisi ieiunis.i. animis feruentibus & auidis, ad recipiendum sitiētibus & paratis, & non fastidientibus & indignis: quia.s. istud solet pficere bonis viris, nocere verò desideriorib⁹, fastidiētib⁹ atque vanis. Prouer. 27. Anima saturata calcabit fauum. Et iō bene dicitur Matth. 15. q non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. ¶ Nullum lac est ita bonum & tēperatum, sicut fœmineum. natura.n. lactis variatur secundū naturam complexionis & nutrimēti, & quia natura humana est complexionis purioris & tēperatioris, nutritur etiā cibis substantiæ dulcioris, ideo tale lac est naturaliter efficaciæ melioris. Talis fœmina significat virginem gloriosam, de qua.s. scriptum est Hie. 31. Fœmina circumdabit virum. Per lac verò intelligitur clemētia sua misericordiæ dulcissimę: quia p certo non est dare aliquod lac.i. aliquam misericordiam ita dulcē, sicut est huiusmodi fœminæ benedictæ. quod vtiq; facit humanitas q̄ in ea Christus suscepit, & suauitas quam in pascuis æternæ gloriæ sursum cū angelis recipit & recepit. Ideo ipsa est quæ dicit. Eccl. 24. Spiritus meus sup mel dulcis. ¶ Lac corruptū vel plus debito sumptum, varias generat passiones, & maximè in pueris qui de eo nutriuntur. Sic verè sciētia corrupta hæretica & damnata, vel etiam adulatiua vel eloquentia lectica, & mala itētione infecta solet potatores.i. auditores suos per errores corrūpere, & in ipsis multos vitiorū morbos diuersimodè generare. 1. ad Corin. 15. Corrūpunt bonos mores colloqa praua. ¶ Lac est liquor dulcissimus, albissimus, & ad nutriēdū corpus aptissimus. Sic verè gloria æterna habet dulcorem suauitatis, cādorem claritatis, valorem æternitatis, & nutribilitatem perpetuæ voluptatis. Ioh. 3. Colles fluēt lac & mel. ¶ Aliquæ sunt lactis species quæ plus debito potatę in stomacho coagulantur, sicut est lac caprinū, & sic coagulata aliquandò stupiditatem inducunt. Sic verè quandoq; fit q lacteū & mulcebre verbum auditum in coagulū malę retētionis cōuertitur, de quo tandem vitia plurima generantur & Sufficit de lacte i genere. vide supra de mamilla, de puero, de animalibus & in alijs similibus titulis. ¶ Asinæ prægnantes cōtinuo lactescūt, pulli tamē si in primo biduo quo nati sunt, lac matrem non biberint, letale est, sicut dicit Pli. 11. c. 41. Istud etiam lac creditur cutem extendere, & candorem & pulchritudinē generare Vnde Pompeia coniunx Neronis quingētas asinas p loca omnia secum ducebat, & se in lacte earum quotidie balneabat, vt dicat idē ibidem. Asinæ possunt significare iuuenes prædicatores: qui.s. continuo q sunt prægnantes.i. cōtinuo q aliquid de scientia concepisse se credunt, statim lactescere.i. prædicare volunt, lac tamen.i. doctrina taliū est inutilis, quapropter pulli.i. auditores aliquando per peccatum pereūt, dū id bibunt, inquantum.s. tales q̄q̄ in suis prædicationibus fatua verba dicunt, & inquantum cutē extendere.i. auditoribus placere quærunt. Istud est ergo lac de quo dicitur ad Hebre. 5. q omnis q lactis est particeps, expers est sermonū iustitiæ. Vel dic q lac asinarū sunt verba carnalia, vel etiam delitię carnales, q pullis.i. simplicibus sunt periculosæ &c. Expone ¶ Quædam sunt animalia quæ longo tēpore lactāt pullos, sicut equa alia quę statim post sex mēses arcēt eos, sicut asinæ: quia.s. ista grauari dicitur in lactando, sm Pli. ibidē. c. 40. Sic verè inter parētes.i. inter prælatos quidam sunt puri & boni: qui.s. lōgo tempore volunt pullos.i. subditos tēporaliter, & spiritualiter lactare, & lacte doctrinæ & elemosinæ enutrire. Alij verò sunt mali & impij: qui de lactatione subditorū nō curāt, sed ipsos despiciunt atq; fugant, & lac doctrinæ & tpalis substātiæ ipsis denegant atq; vetant. Lu. 23. Vbera quæ non lactauerunt.

## De Butyro. Cap. 21.

BVtirū est flos lactis: q.s. dū lac bullierit, & post aliquātulū refrigeratū fuerit, in supficie p modū cuiusdā telæ recolligit, & in vase mūdo repositū, atq; tritū & salitū, ad cibū & medicinā seruatur. Est igit butirum vnctuosa lactis substantia, naturaliter calida & humida, humanæ complexioni vicina, corporis humectatiua, apostemarum remollitiua, pectoris mundificatiua, venenis contrariatiua, morsuræ renum & intestinorum mitigatiua, neruorum contractorū relaxatiua, sicut per loia dicit Isaac in dietis. Secundum etiam Auicennam, cōtra venenum interius sumptum singulare remedium est butyrum in lacte resolutum, in magna quantitate bibitum & hoc quia sua vnctuositate poros habet opilare & claudere, & sic venenum non permittit ad cor transire. Venenum etiā habet ad se attrahere, & ipsum per vomitum expellere. Tale butyrum videtur esse mīa saluatoris: quam scilicet de lacte suæ gratiæ recipimus & haurimus. mīam.n. domini quando cum bullitione charitatis ipsam extrahimus, & sal discretionis adiungimus, & ad omnia necessariam inuenimus, & sentimus: quia pro certo ista solet corpus mentis humectare per deuotionem, apostema superbię mollificare p humilem subiectionem, pectus & cor mundificare p confessionem, neruos contractos.i. virtutem perditam relaxare ad bonā operationem, & sic morsuram intestinorum.i. remorsum conscientiæ tollere per oimoda satisfactionem, & venenis vitiorum obuiare p suæ vnctuositatis.i. per suæ gratiæ repletionē. q pcul dubio si quis venenum pcti mortalis per tētationē hauserit, & in se per mali complacētiā receperit, statim debet ad butyrum diuinæ miæ per orationē recurrere, ipsumq; per feruorē contritionis resoluere, & cum lacte.i. cū cōsideratione lacteæ diuinæ sciētiæ recipere, & sic pro certo pori & vię affectionū clauduntur, ita q venenum tentationū ad cor per consensum nullatenus deferetur. Vel dic q butyrum significat charitatē, vel etiam pietatem: qua qui inūctus fuerit, venenū tētationis vitabit, & vitiorum infirmitates curabit. Esa. 7. butyrū & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.

## De Caseo. Cap. 22.

CAseus est, quasi fęx lactis. Grossior enim materia lactis, illa scilicet pars quæ frigida est sicca, in caseum conuertitur, qui secundum Isidor. a carendo, secundum Hugo. verò a cadendo caseus nuncupatur, pro eo scilicet q tandiu præmitur, quousque sero, & humiditate careat & pro eo q dum præmitur, faciliter inter manus collabitur, & cadit. Fit ergo caseus de fluxibili lactis substantia, quæ præ virtute caloris coagulatur, tandē in fiscella seu in formula pressa inter manus induratur, & sic in caseum transformatur: qui.s. quanto recentior, tanto melior, & quāto antiquior & siccior tanto deterior ad sanitatem corporis inuenitur. Talis case⁹ est hō. constat.n. quod iste de lacte.i. de sanguine lacteo compingitur in corpore, & sicut in fiscella coagulatur, & formatur in ventre, & ille pro culdubio a carendo & a cadendo dicitur, eo.s. quòd virtutibus careat, cum sit naturaliter filius iræ, & eo quòd per mortem pressus, a vita cadere compellatur. Iob. 10. Sicut caseum me coagulasti, pelle & carnibus vestisti me. Iste igitur quandiu recentior est & iunior, tādiu est vt communiter sanctior atque melior, quia hodie ad hoc delapsa est humana natura, quanto homo amplius antiquatur, tanto in vitijs induratur, & deterior in omnibus inuenitur. ideo dicit Bernard. med. Cur inquit tanto desiderio appetimus vitam istam, in qua quanto plus viuimus, tanto plus peccamus? Caseus nimis antiquus ad comedendum non est congruus, sed nociuus, difficiliter enim digeritur, & oppilationes

tiones

tiones inducere cōprobatur. Recēs verò & lacti vicinus me-
lior est & maximè si fuerit sine sale. salsedo.n. quando excedit
in caseo siccitatem ipsius augmentat, & sic comedentē (vt p-
dictum est) magis grauat. Cum ergo oīs caseus malus sit, sm
Isaac, antiquus tñ deterior est quam recens, & salsus pericu-
losior quam dulcis. Ad hoc ergo solum caseus proficit: quia
sumptus post prandium, suo pondere cibum pręmit, & ad lo-
cum digestionis descendere ipsum cogit. Sic vere dato qđ
omnis caseus) qui a cadendo dr̄, vt dictum est. i. omnis pctūr
malus sit, illi tñ qui sunt in ætate & vitijs antiquati, sunt vt cō
muniter magis mali: illi ēt qui minus sunt salsi. i. qui minus p
sumunt se habere de sale sapientiæ vt cōiter meliores quam
illi qui se reputant doctiores: quia generaliter inter malos
minus mali sunt recentes, quam veteres, iuuenes quā senes,
& illi qui se reputant insciētes, quam illi qui se extimant sa-
pientes. Ideo bene dicitur Iob. 13. Vtinam taceretis, vt puta-
remini esse sapientes. Et Prou. 3. dicitur. Ne sis sapiens apud
temetipsum. Igitur tales mali ad hoc solum boni sunt, quia
sunt ad exercitium aliorum vtiles. pondere .n. tribulationū
quas inferunt, faciunt bonos cibos. i. bonos viros ad locū de
coctionis & digestionis. i. conuersionis. s. ad fundum humilita
tis descendere, & sic solent per accidens salutis ipsorum cau
sa esse: quia secundum Greg. Veritati bonorum militat neq
tia reproborum. ¶ Caseus cōtrariatur veneno, sm Dioscor.
3 Vnde si caseus recens supra morsum canis rabidi vel serpen
tis apponatur, venenū ad se attrahit. Patet: quia cādor eius in
nigredinem commutatur. Igitur valet caseus contra morsus
canum, & apostemata venenosa, & hoc vel superpositus vel
comestus. Istud potest applicari contra quosdam malos iudi
ces vel plātos, qui s. cum alios bonos faciūt, seipsos corrum
punt & inficiunt. Nam qñ contingit aliquod membrū .i. ali-
quem subditum esse aliquo crimine venenoso deprauatū &
morsum, isti pro certo statim volunt se ad corrigendum &
puniendum apponere, & se ad examinandum negotiū appli-
care, & sic fit q ab alijs sua correctiōe venenum pcti tollūt,
sed quia zelo auaritiæ non iustitiæ hoc faciunt, ideo alijs li-
beratis nigri & peccatores fiunt. Vel hoc pōt dici de illis qui
iustificant impium pro munerib. qui. s. dum alium liberant, se
occidunt & dum illum immunem iudicant, peccatum suum
in se recipiunt & transfundunt, exemplo giezi 4. Re. 5. qui a
leproso curato salariū accepit, & iō lepram eius in se & suos
ipso liberato recepit. Ideo bene dr̄ Esai. 5. Væ qui iustificatis
impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo.

## De Coagulo. Cap. 23.

1 COagulum est lac quorundam animalium stomacho in-
spissatum, cuius virtute lac aliorū animalium coagula
tur, & lactis caseitas a serosa substantia sequestratur.
Animalia.n. ruminantia quandiu lactant, habent coagulum,
quod de eorum stomacho extrahitur, & sale admixto ad fu-
mum suspenditur & siccatur, & eius modica portione, lactis
tepidi magna quantitas coagulatur. Vnde secundum Arist.
quod facit semen masculi in infantis generatione, hoc facit
coagulum in lactis coagulatione, & casei factiōe: quia sicut
per semen masculi sanguis menstruus & semen fœminę indu
rantur, & in carnis substantiam commutantur, sic per coagu
lum lac fluxibile compingitur & in grossiorem substantiam
commutatur, quod bene viderat Iob, qui dicebat Iob 10. Nō
ne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? & cæ.
Per coagulum potest intelligi sapiā, prædicatio & doctrina,
quæ. s. in stomacho. i. in corde & interiori conscientia aīalū
ruminantiū & lactātium. i. ipsorum doctorum & sanctorum
reperitur: qui. s. per studium & inuestigationē ruminauerūt,
& ab vberib. sacræ scripturæ matris suæ lac sapientiæ extra-
xerūt, sicut. s. fuerunt Augustinus, Paulus & alij sancti docto
res. Talis.n. doctrina sanctorum proprie coagulum dicit̄, qa
. s. virtute ipsius, etiam lac aliorum aīalium. i. sapientia philo-
sophorū coagulat̄, & in diuinæ sapientiæ coagulum cōmu
tatur, inquantum. s. per expositiones sctōrū ad ædificationē
ecclesiæ applicatur. Talis.n. sanctorum doctrina potest dici
coagulū atq; semen, q. s. lac & scientias poetarum & philoso
phorum in vtilitatē ecclesiæ habet conuertere, & exinde ca
seos facere. i. fideles in gratiā generare. Vel dic q lac est flui
bilis affectio peccatorum: quæ. s. per coagulum gratiæ vel do
ctrinæ duratur, & in stabilitatē cōstantiæ commutatur. Sap.
7. Decē mensium spatio coagulatus sum car. Vel dic quod
istud coagulū significat mala verba & mollia vetularū, q. s.
lac. i. lacteā & benigna affectionem iuuencularū solent co-
agulare & conuertere, & a puritate sui ppositi imutare. Qđ
ēt de quibuscunq; verbis adulatorijs & blandientib. & ma-
xime luxuriosis sermonib. potest dici qui. s. mētes auditorū
coagulant, & eos in malū conuertunt & mutant. Psa. Coa-
gulatum est sicut lac cor eorum. ¶ Nō inuenit̄ coagulum in 2
aliquo aīali nisi sugente & ruminante. Sic vere scia nō inue-
nitur nisi in studente. Qui.n. a mamillis scripturæ lac sapien
tiæ non suxerit, & per studium & recordationē nō rumina-
uerit, coagulum doctrinæ & scientiæ nō habebit. Vel dic q
coagulū est diuina gratia, q. s. non inuenitur nisi in illis qui p
considerationē mortis iudicij & inferni, ruminare, & per de
uotionem sugere dinoscuntur. Ioh. 2. Congregate paruulos
& sugentes vbera. ¶ Inter omnia aīalia quæ dentes habent
in vtraq; mandibula, soli lepores hñt coagulum, sicut dicit 3
Plin. Sic vere inter aīalia spiritualia & intelligibilia illi soli
possunt coagulū diuinæ gratiæ habere, q lepores. s. fugitiui
occasionum malarum student esse, quia pro certo vir iperfe
ctus nisi efficiat̄ lepus, & nisi fugiat morsus & latratus canū
i. tentationum, & nisi vitet impetus malarū occasionū, nun-
quam poterit habere coagulū diuinæ gratiæ & spūalis con
solationis. in Can. 4. dicitur, Fuge dilecte mi, similis esto ca-
preæ hinnuloq; ceruorum. ¶ Aliquæ herbæ hñt vim coagu- 4
latiuā, sicut patet de flore illius herbæ q vulgo dr̄ caille done-
ta. Lac ēt ficuum aliud lac solet coagulare, nam qñ lana la-
cte ficuum intingitur, & tandem illa siccata modico lacte im
buitur, si illud lac in alio lacte ponitur, coagulari procul du
bio cōprobatur. Lana in scriptura significat conuersationē
exteriorem, quæ. s. mores interiores operit sicut lana. Igit̄ si
ista lana. i. nostra cōuersatio imbuatur lacte ficuum. i. diuinæ
gratiæ dulcedine, & adhibeat̄ aliud lac. i. dulcedo ppriç be-
nignitatis & clemētiæ tunc verè sufficiens efficiet̄ ad coagu
landum & conuertendū ad bonū lac alterius fluibilis con-
scientiæ, quia pro nihil magis ad coagulatiōem & cōuersio
nem hoīum proficit, quam quando prædicator vel prælatus
dulcem benignitatem & clementiā, lacteamq; eloquētia in
exteriorib. moribus ostendit, ita q ei possit dici illud Cā. 4.
Mel & lac sub lingua tua. &c. Vel dic q talis lana significat
mulierū conuersationē, lac vero primū significat earum dul
cem & lacteā loquutionem, quia pro certo quodcunq; lac. i.
quæcunq; carnalis persona tali lana & lacte. i. talib. mulierū
verbis & conuersatione tangitur, de facili per malū consen
sum coagulatur, & in malum propositum cōmutatur. Vnde
cuilibet tali potest dici illud prædictū Iob 10. Sicut lac mul
sisti me, & sicut caseum me coagulasti. ¶ Coagulū de ventre 5
animalis lactantis extrahit̄, sal eidem apponitur, & sic sicca
ri ad fumum permittitur, & ita ad coagulationē lactis dispo
nitur & paratur. Sic vere illi qui de lactante aīali sunt extra
cti. i. q a lacte carnalitatis sunt abstracti, & cū sale discretio-
nis admixti, & ad fumum inferni per cōsiderationē suspēsi,
isti dico ad coagulandum & conuertendum alios disponun
tur, & per ipsos alii conuertuntur.

## De Diuersis rerum virtutibus & quali- tatibus. Cap. 24.

SVnt aūt aliquæ virtutes liquorib. et humorib. inhæren 1
tes, de quib. aliquid est dicedū. Est igitur in reb. qdā vir
tus quæ dr̄ apertiua, q operatur per calidum et siccū in
subtili substantia, sicut patet in porris et cepis et alumi
ne, quorum confectione venæ aperiuntur, et Hemmorroi-
des sanantur. Sic vere in nobis debent esse multæ particula
res et spūales virtutes, et maxime virtus apertiua q nihil est
aliud q̃ veritas, q. s. habet aperire cor per confessionē, et sen
sus p discretionē, ad q. s. facit calor charitatis, siccitas timo
ris, et subtilis substantia scientiæ et splendoris. Ista.n. tria so-
lent oīa aperire et quicquid latet, alijs declarare, s. charitas
et amicitia, timor et reuerentia, subtilitas et sapientia. Iō de
tali apertione cordis et oris dr̄ Apo. 11. Apertum est tēplū
Dei in cælo, et visa est arca testamenti. ¶ Virtus rarefactiua
seu dissolutiua operatur, per calidum et humidum calor.n.
subam penetrat, et dissoluendo humiditatē sibi obedientē,
ipsam aperit et dilatat, vt patet in malua et sambuci cortice,
q cutē rarefaciūt et extēdūt. Econtra aūt opilatiua virt⁹ ope

rai p frigidũ & siccũ in obtusa subba.patet in albumine oui
& similibus:quæ obtusitate subæ poros replent,& sua frigi-
ditate constringunt.Talis virtus vr̃ esse contritio:quam.s.ca
lor dilectionis,& humor lachrymosæ cõpunctionis introdu
cere solent:quia p certo qñ calor charitatis ad interiora pe-
netrat,humiditas compunctionis obedit & obtemperat,tũc
conscia rarefit & per contritionem se discutit,& per cõfes-
sionem & dilatat.Econtra aũt facit virtus opilatiua.i. obsti-
natio:quia.s qñ frigiditas indeuotionis,& obtusitas ignorã
tiæ abundant,tunc poros cordis & oris per obstinationẽ opi
lant,& apertionẽ confessionis & rarefactionem contritiõis
3 retardant.¶ Item in rebus inuenitur virtus induratiua, quã.
s.aliquando inducit frigiditas partes constringendo,& a cir
cunferentia ad centrum mouendo, aliqñ ipsam introducit
caliditas,partes humidas consumendo,grossas vero partes
& terrestres desiccando. Talis virtus loquendo moraliter,
est patientia:quæ pro certo induratiua dr̃,pro eo quod mẽs
per eam in soliditatem constantiæ induratur:quã.s.qñq; in-
troducit & causat caliditas feruentis amoris,& quandoque
frigiditas stringentis timoris.calor.n.charitatis humiditatẽ
carnalis fluxibilitatis consumit,& sic a mente omnem volu
ptatem desiccat & tollit,& ita duritiam constantiæ & patiẽ
tiæ introducit Frigus etiam diuini timoris vel etiam frigus
tribulationis solet mẽtem & partes mentis,i.affectus restrin
gere,& ad centrum.i.ad cõsiderationem suipsius,mortis ẽt
& inferni reducere,& sic solet duritiam patientiæ generare,
& ipsam mentem per constantiam indurare. Constat enim
quod mens ad sustinendum labores fortis & dura efficitur,
quando amore præmiorum inflammatur , & quando
timore tormentorum terretur . Patuit in martyribus: q
durissimi ad labores sustinendum fuerunt,& hoc quia ipsos
accendebat charitas amoris,& ipsos præmebat frigiditas ti
moris.Et ideo cuilibet sic durato dicitur Eze.3.Dedi fron-
tem tuam duriorem frontibus eorum,& faciem tuã valẽtio
rem facieb.eorũ,quasi silicẽ & adamãtẽ dedi faciẽ tuã. Vel
dic q calor & algor significãt mundi tribulationes:q̃ p cer
to animum eis assuefactum durum faciunt, & ad toleranda
terribilia fortem reddunt.exemplo incudis,quæ ex percus-
sione malleorum efficitur magis dura.Iob 41.Cor eius indu
rabitur quasi lapis,& stringetur quasi malleatoris incus.Hõ
.n.qui mundi tribulationibus est assuetus efficitur vt cõiter
contra eas magis durus.Vnde etiam in aliquibus partibus
aquilonis solent infantes suos in aquis frigidissimis balnea-
re,vt assuefacti frigorib.possint ea melius & fortius tolera-
re.Vnde etiam in historia tripertita li.1.c.11.dr̃ quod cũ qua-
re æremitæ & monachi in desertis in tanta asperitate viuere
potuerunt,erat quia a principio coacti tribulationibus illuc
fugerunt,& sic paulatim ibidem viuere in talibus penurijs
assueuerunt,Sicut.n.dicit Seneca,Nihil miserum q in natu
ram consuetudo perduxit.Vel dic in malo q induratio men
tis & obstinatio habet fieri quandoque a frigore & calore
mundi tribulationum,quia pro certo multi sunt qui quanto
plus a Deo vel a prælato frigoribus & caloribus,, i. mundi
tribulationibus feriuntur , tanto duriores & obstinatiores
efficiuntur,Exemplo Pharaonis:qui qnãto magis tribulaba
tur,tanto magis cor eius in malitia durabatur.Allega . Vel
dic q calor significat mundanæ cupiditatis inflãmationem,
frigiditas vero designat mẽtalis ĩdeuotiõis mortificationẽ,
quia pro certo mens qñq; ex istis duabus causis durat, & p
parcitatẽ stringitur,& per obstinationis duritiam in mali-
tia solidatur.Calor.n.cupiditatis humiditatem gratiæ,de-
uotionis & compassionis desiccat,& terrestreitatẽ auaritiæ
accumulat atq; firmat.Frigus ẽt indeuotionis mentem so-
let ad centrum.i.ad mundũ & ad terrena reducere,& ipsam
per obstinationem & parcitatem indurare,& ad mũdana p
auaritiã inclinare.Esa.48.Sciui.n.quia durus es tu,& neruus
4 ferreus ceruix tua,& frons tua ærea.¶ Item in rebus est vir
tus maturatiua & mollitiua,quæ.s.operatur per calidum &
humidum,quibus substantia dilatatur & dissoluitur,& pars
parte separatur & disiungitur,& sic generata mollitie matu
rat,sicut patet in dialtea & similibus . Sic vere quandoq; est
in homine virtus & gratia alios mollendi,& a sua duritia &
malitia immutandi,& eos maturandi & tẽperandi,& hoc p
certo fit qñ in eo abundat calor & humor.calor.s.feruentis
dilectionis,humor vero compassionis & deuotionis. Viri.n.
pii & charitatiui quadam sua naturali dulcedine solẽt pter
vos mollire,& p verba benigna,& dulcia tẽperare,& ab ob-
stinatiõis duritia immutare. Vel dic in malo de pditoribus
& adulatoribus,qui alios blãdiẽdo molliũt,& mediante ca
lore cupiditatis quem intendũt, & humore carnalitatis quã
ostendunt,ipsos sæpe decipiunt,& peruertunt,.psal. Molliti
sunt sermones,eius sup oleum, & ipsi sunt iacula. ¶ Item in 5
rebus quandoque est virtus asperatiua,quæ.s. p calidum, &
siccum operatur. Calor.n.substantiam vel substantiæ partes
eleuat,siccitas verò ipsas deprimit,& incuruat, & ideo ex ta
li duplici cõtrario motu in superficiẽ inæqualitas gignit,&
vna parte depressa,alia aũt eleuata tota superficies asperat.
Talis virtus põt significare acceptionẽ psonarũ:q̃.s.inæquali
tatẽ gñrat inter partes:quia.s.alios eleuat promouẽdo,alios
aũt deprimit submittendo, Qñ.n.in iudice vel prælato abun
dat calor & inflãmatiu cupiditatis,& siccitas indeuotiõis &
crudelitatis,tunc solet alios per cupiditatem munerũ erige-
re,alios verò per odia & crudelitates deprimere, & sic solet
inæqualitatem acceptionis inducere,& inter suos subditos
asperitatẽ & discordiam generare. Discordia.n. & asperitas
tristitiæ & inuidiæ inter homines gignitur,quando per iudi-
cem vel prælatum personarum vel munerũ acceptorẽ vnus
plus debito deprimitur,& alius plus debito sublimatur. Vel
dic in bono quod ista virtus potest iustitiã denotare: qua.s.
fit vt inæqualitas inter homines obseruetur:quia.s.bonos ha
bet per promotionẽ erigere,malos verò punire & deprime
re. Superbos eñi de sede debet deponere, iustos verò & hu-
miles exaltare.Lu.1.Deposuit potentes de sede,& exaltauit
6 humiles. ¶ Itẽ in reb. inuenitur virtus attractiua,corrosiua,
retentiua,expulsiua,mollitiua, laxatiua, & aliæ similes: quia
breuiter res secundũ quod in diuersis qualitatibus remittun
tur vel intenduntur,secundum hoc in diuersis virtutibus au
gẽtur vel minuuntur. Sic verẽ variæ morales virtutes debẽt
in hoĩe reperiri,sm̃ quod bonis qualitatibus ipsum contige
rit insigniri.& sic in ipso debet esse virtus attractiua benigni
tatis,virtus corrosiua seueritatis, virtus retentiua grauarũ
actionis,virtus expulsiua cõfessionis,virtus laxatiua & mol
litiua misericordiæ & compassionis . ¶ Putrefactiua virtus
operatur per calidum & humidum . Calor .n. innaturalis
7 agens in humidũ tantum superabundans quod non regitur
a natura putrefactionis est causa.dissoluit.n.magis quam di
gerere possit,& ideo illud quod superest ad digerẽdũ, cum
a natura pp sui malas qualitates regi non possit .necesse est
quod putrefactionem incurrat. Sic verẽ moraliter loquẽdo,
generat putrefactio vitiorum. Qñ.n.humores .i. interiores
affectiones vel exteriores passiones intantum abundant in
hoie,q a natura.i.a ratione gubernari non possunt,tunc ca
lor innaturalis.i.concupiscentia vel mentalis auaritia disso
lutionem malorum desideriorum generat,& putrefactio-
nem vitiorum causat. Nulla.n.putrefactio vitiorum gignit,
nisi quando humor a calore,i.quando affectio a concupiscẽ
tia lacessitur. Micheæ 2. Propter malitiam suam corrũpetur
8 potredine pessima. ¶ Quatuor sunt quæ putrefactiõi resistũt
.s.motus , frigus , partium congregatio,& caloris intensio.
Res.n.quæ sunt in continuo motu,non putrescunt. patet in
mari. Res etiam q̃ maximo frigore stringuntur, putrefactio
nẽ non patiuntur,sicut patet de crystallo intenso frigore cõ
gelato. Res insuper cuius partes simul perseuerant, putrefa
ctionem non percipiunt patet in ligno quod non vermescit
aut corrumpitur , quousque partes a partibus diuidantur.
Mare etiam simul aggregatum non putrefit:quod tamen p
particulas diuisum calor innaturalis corrumpit. Res nihilo
minus quæ valde sunt calidæ,non putrescunt,sicut patet de
igne & de venenosis serpentibus , qui secundum Senecam
non vermescunt . Sic vere dico quod quattuor possunt esse
causæ quæ faciunt hominem moraliter imputribilem,& in
virtutibus immortalem,videlicet motus bonæ occupatio
nis,frigus paupertatis & tribulationis,integritas cõcordiæ
& communionis,& calor amicitiæ & dilectionis. Ista enim
quatuor hominem per peccatum putrefieri non permittũt:
quia scilicet ille qui continue mouetur, & in bonis operib.
se occupat,ille quem frigus tribulationis coarctat , ille qui
per concordiam alijs se copulat,& in fidei vnitate perseue-
rat, ille etiam quem feruor charitatis inflammat nunquam
solet per peccatum putrescere , nec vitiorum corruptio-
nem sentire . Psalmus. Non dabis sanctum tuum videre cor
ruptionem,notas mihi fecisti vias vitæ . Econuerso au-
tem qui

tem qui a motu laborum per accidiam torpescunt, qui frigo-
re tribulationum non algescunt, qui per inuidiam & discor
diam & singularitatem & parcialitatem se diuidunt, qui per
odium & maleuolentiam ab amicitia refrigescunt faciliter,
proculdubio in vitijs computrescũt. Ideo Iohelis. 1. dicitur,
9 Computruerunt iumẽta in stercore suo. ¶ In re putrida gene
rantur vermes. calor enim innaturalis partes a partibus sepa
rat, & sic corruptione inducta, virtus cœlestis vermes generat
atque causat. Sic verè quando quis per peccatũ putrescit, ver
mis, id est remorsus cõsciẽtiæ protinus ipsum rodit. Fit. n.
ex virtute celesti, id est ex ordinatione diuina, vt in illo q per
peccatum calore concupiscẽtiæ corrumpitur, vermis remor
sus cõsciẽtiæ protinus generetur. & inde est quòd in inferno
vbi est vitiorum & tormentorum corruptio, nunquã cessat
vermium conscientiæ remorsio: quia sicut dicitur Iudith. 16
Dabit enim dominus ignẽ & vermes in carnes impiorũ. Ac
10 si diceret quòd vbi datur ignis concupiscentiæ, semper sequi
tur vermis remursus cõsciẽtiæ. ¶ Res igitur putridæ sunt aspe
ctu horribiles, gustui detestabiles, & stomacho abhominabi
les, mali sunt saporis, grauis sunt odoris, defectiuoi coloris.
Et breuiter illa q sunt corrupta, & putrida solẽt manus cõtin
gentis inficere, & illa quæ sunt sana, corrumpere, solent ta-
men serpentibus, & vermibus cibus esse. Tales sunt per om-
nia peccatores: quia pro certo vitiorum corruptio ipsos fa-
cit apud Deum & homines abominabiles, & fœtentes. psal.
Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis. Isti
enim deficiunt in sapore gratiæ, & virtutis, in odore redolẽ
tiæ, & famositatis, & in calore amicitiæ, & charitatis, & ideo
stomachus rationis benè dispositæ tales abominatur, ipsos-
que iustorum oculos detestatur. Isti enim sanos, & iustos con
tactu suæ malæ societatis, aliquando corrumpunt, serpentib.
verò, id est demonib. & alijs peccatoribus cibus, & delecta-
mentum sunt, inquantum suis malis operibus ipsos delectãt
& reficiunt. potissimè autem istud erit post mortem, quãdo
serpentes, id est demones in inferno, & vermes in sepulchro
malos deuorant, & corrodunt. Ecclesiast. 10. Cum enim mo-
rietur homo, hæreditabit bestias, & vermes.

## De Virtute Ouatiua. Cap. 25.

1 OVatiua virtus est in quibusdam animalibus, s. in aui-
bus, piscibus, & serpentibus seu vermibus. Omnia. o-
uita animalia faciunt oua, quæ tamen inter se sunt va
ria, & diuersa. Sunt enim aliqua alba, alia viridia, alia
glauca, alia rotunda, alia oblonga, alia sana, alia venenosa. Ge
nerale est ergo q animalia sana oua sana, & vtilia faciunt, ani
malia verò venenosa oua etiã venenosa ponunt. Per oua pos-
sunt intelligi opera, quæ s. mens primo per cogitationem cõ
cipit, & post per executionem statim exterius ea ponit. Oua
ergo. i. opera ponunt, & faciunt tria genera personarum, s. vo
lucres, i. boni, pisces. i. mediocres, & minus perfecti, serpentes
verò. i. peccatores, & iniqui. omnes enim isti per operationẽ
solent ouare, & oua operum suorũ diuersimodè variare. Ge
nerale est igitur, quòd ouum operis conditionem sequitur
sui progenitoris: quia si animal ouans, id est homo operans,
sanus, & bonus fuerit, tunc ouum sui operis similiter bonum
erit. Econtra autem illi, qui per peccatum venenosi sunt, oua
& opera venenosa producunt. Esaiæ. 59. Qui comederit de
ouis eorum, morietur &c. ¶ Ouorum variæ sunt virtutes. in-
2 ter cætera autem, secundum Isidor. auium ouorum tantam,
vim esse aliqui dicunt, quod lignum aut vestis si talibus ouis
persusa, & humefacta fuerint, non ardebunt, fragmenta etiã
ouorum si calcis glutino linita fuerint, adhærebunt. Per oua
auium possum intelligere opera, & exempla iustorum, quæ
pro certo si lignum ardoris nostræ affectionis, & vestem nostræ
exterioris conuersationis linixerint, & se per eorum imitatio
nem nobis applicuerint, ardorem tentationis, & futuræ tri-
bulationis impedient, & fracturam seu diuisionem inter nos
& Deum reunient, & reiungent. ¶ Generaliter omnes aues
3 ouant in fine veris, & principio æstatis, præter auem, quæ di-
citur halcyone, quæ secundum Ambrosiũ, & Basilium, & Isi-
dor. ouat in principio hyemis. Sed de hac vide supra de auib.
in littera a. Sic verè commune, & generale est, quod omnes
homines oua bonorum operum faciunt, quãdo tempora tẽ
perata accedunt. Finis. n. veris, & principium æstatis tempo-
ra temperata, & ideo statum temperatæ prosperitatis deno-
tant, & ostendunt, in quo boni fructificant, qui nec prospera,
nec aduersa cupiũt. Istud tamen fallit in halcyone. i. in homi-
ne peccatore, qui. s. oua bonorum operum non emittit, nisi
quando hyemem tribulationis sentit: quia pro certo pecca-
tor bene operando non pullificat, nisi hyems. i. tribulatio ip-
sum cogat, iuxta illud psal. Cum occideret eos, quærebãt eũ.
¶ Aliquæ sunt aues, quæ ouant bis vel pluries, vt sunt hirun- 4
dines. sed prima oua corrumpuntur propter hyemem, poste
riora verò complentur. Sic verè sæpe fit q prima opera iu-
uentutis sunt inania, & corrupta, posteriora verò senectutis,
sunt vtilia, & cõpleta: quia multi sunt, qui in principio, & iu-
uentute propter hyemem indeuotionis imperfecta opera fa
ciunt, in fine verò bona, & vtilia pducunt, iuxta illud Apoc.
2. Posteriora sua plura priorib. Et Eccl. 7 Melior est finis ora- 5
tionis, quam principiũ. ¶ Aues paruæ, & domesticæ sunt ma
ioris ouationis, quam rapaces, & magnæ. Aues. n. vncorum,
vnguium pauca oua solẽt producere, & paucos filios gñare.
Sic verè generale est, q aues. i. personæ paruæ. i. pauperes, hu-
miles, & deiectæ, plus ouant bene operãdo, quam nobiles, di
uites, & excelsæ: quia pro certo aues. i. homines nobiles, & ra
paces faciunt hodie pauca oua. i. pauca bona opera, & honẽ
sta: quia. s. (sicut patet ad sensum) plura bona opera faciunt,
subditi, q̃ magistri, pauperes quã diuites, simplices q̃ sagaces.
Vel dic de rapacib. i. de multis pdicatorib. qui alios rapiunt,
prædicando: qui tñ minus ouant, quam alij vtiliter operãdo:
quia sicut dicit Aug. in persona ipsorum. Simplices, & idiotæ
rapiunt cœlos, & nos cum litteris nostris mergimur in pfun
dum. ¶ Auium, quædam ponunt oua sua in muris, aliæ in palu 6
stribus, & in iuncis, aliæ in marium arenis, aliæ in arborũ ra-
mis. Sic verè hoies diuersimodè ponunt, & ordinãt oua. i. af-
fectus, & desideria, seu etiam opera sua, & facta, quia. s. quidã
ponunt, & ordinant ea in gleba, & arena diuitiarũ, quidam in
palustribus deliciarum, quidam verò in arboribus eminẽtia
rum. In istis. n. tribus locis ponuntur oua affectuum munda-
norum: quia sicut dr̃ Io. 2. Omne quod in mundo est, aut est
concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut su
perbia vitæ. Vel dic, q nos debemus oua affectionum, & ope
rationum nostrarum ponere, & constituere in arena humili-
tatis, in palustribus flebilis pietatis, & in frondibus contem- 7
platiuæ sublimitatis. ¶ Oua auium, quæ nutriuntur in sicco,
plus habent, quasi in duplo de rubeo, quam de albo. Econtra
autẽ oua auiũ fluuialiũ, & palustriũ plus hñt de albumine quã
vitello. Sic verè cum in mundo sint duo genera auiũ. i. hoim.
s. terrestres, & fluuiales. i. penuriosi, & deliciosi, pauperes, &
diuites, constat q oua. i. affectus & opera ipsorum diuersimo
dè variantur, & in albumine vel vitello. i. in prauitate vel me
rito minuuntur, & augentur, quia pro certo in ouis fluuialiũ
. i. in operibus, & affectibus mundanorum diuitumque & de
liciosorum plus abundat albumen, quam vitellus. i. vitium q̃
virtus, & defectio, quam profectus. Econtra autem in ouis,
& operib. terrestrium. i. pauperum, & simpliciũ, qui. s. in sicco
paupertatis aluntur, plus abundant gratia quam culpa, & ibi
amplior est vitellus charitatis, quam albumẽ vanitatis: quia
bi plus abundant opera deliciosorum, & diuitũ in malo, q̃
in bono, pauperum, verò opera in bono potius quam in ma- 8
lo. ¶ Ex ouis quandoq; gñatur pullus virtute solari vel cœle-
sti sine cubatione, & fomento parentũ, in calidis. n. regionib.
ponunt in fimo vel ad solẽ, vel in plumis calidis, vel in vase ca
lefacto, & complentur ibi pulli, secundum Arist. lib. 6. de ani
mali. c. 2. Vnde quidã potator posuit ouũ sub puluinari, & tã
diu continuauit potum, quousque exinde nasceretur pullus,
sicut dicit Pli. li. 10. c. 54 quod dicit accidisse Syracusis in Si
cilia, vbi ẽt de multis alijs exemplificat idem. Cuius etiam si
mile dicit ille in suo libello de dispositionib. terræ sanctæ, q
ipse in Cayro ciuitate Babylonis Egyptiacæ vidit furnũ arti
ficialiter fctm, vbi oua ĩ diuersis interstitijs ponebant, & igne
tẽperato caloreq; solis ibi fouebantur, ita q pulli perfecte ge
nerabant, & sic terra illa (vt ait) in gallinis, & caponib. opulẽ
ta habet, & sic ẽ generatur pullus ex ouo struthionis in sabu
lo derelicto. Sic verè quãq; fit, q hõ concipit pullũ boni pro-
positi vel operis ex sola virtute cœlesti, & solari. i. ex sola in-
spiratione, & gratia saluatoris sine incubatione, & instructio
ne plati vel prædicatoris. Quando. n. secunda est regio cordis
sui p charitatem, & qñ ponitur in fimo per consideratiã pro-
priam vilitatem, seu sub puluinari per mollitiem & benigni
tatẽ, seu etiã in sabulo per pœnitentiam, & paupertatẽ, tunc
si q pullum boni propositi procreat, & q etiã per se sine in-

ſtructora vel cõpulſore bona opera producit & generat.pſa.
Volũtariè ſacrificabo tibi. Et Mar.4. Vltro.n.terra fructificat
9 ¶ Vnum poſſum hic adiũgere quod dicit Pli.lib.10.ca.54. q
.ſ.oua quæ in aqua fluitant, nihil valẽt ad pulliſicandũ, illa aũt
q ad fundum deſcendunt, ſic. Sic verè ſupernatantes & fluitan
tes per ſuperbiam & ambitionem, non poſſunt per bona opè
ra pulliſicare, illi verò qui per humilitatem fundum petunt,
poſſunt pullos bonorum operum procreare. Benè ergo dicit
10 Eccl.3. Quãto magnus es, humilia te. ¶ Oua quãdiu ſunt in
ventre & incompleta, ſunt rubea & mollia, extracta verò &
cõpleta efficiũtur alba, & quadam teſta dura inuoluta. Sic
verè iuuenes qui adhuc ſunt imperfecti & in vẽtre carnalita
tis mundanæ, p inconſtantiam ſunt molles, & per luxuriam
rubei & carnales, tandem verò quãdo perfecti fuerint & com
pleti & de vẽtre proſperitatis & carnalitatis extracti, tũc ſiũt
per caſtitatem candidi, per cõſtantiam ſolidi atque duri. Vti
la aſt ergo hoĩ q de vẽtre proſperitatis & voluptatis extraha
tur, vt ſic in fide & moribus ſolidet, vt ſic dicat dño illud pſal.
Quoniam tu es, qui extraxiſti me de vẽtre, ſpes mea ab vberi-
bus matris meæ. ¶ Oua impediuntur a pulliſicatione multis mo
11 dis, videlicet quando ipſa ſunt oua vẽti, ſeu ſubuentanea quæ
ſunt quando humor ſeminalis in corpore fœminæ ſuperabũ
dat. talia enim oua p incubationem non alterãtur, nec in pul
li ſubſtantiam transformantur. Item impeditur pulliſicatio
quando hora incubationis fit tonitruum, & quando etiã plus
debito palpantur tactu manuum. Item impeditur quando ho
ra incubationis audit vox accipitrum, ſicut de tonitruo & ac
cipitre dicit Plin.lib.10.c.54. Iſta quatuor chariſsimi morali-
ter intellecta ſunt cauſa quare oua operũ noſtrorum pullos
meritorum & præmiorum non proferũt, & quare fructũ gra
tiæ vel gloriæ non producunt, videlicet quãdo per inanẽ glo
riam ventoſa efficiuntur, ſicut ſunt opera hypocritarum, quæ
ſunt ad ventum vanæ laudis. Oſee 12. Effraim paſcit ventum
& ſequitur æſtum. Item quando dum incubantur, tonitruo ia
ctantiæ perſonatur: quia.ſ. dato q quis bona oua.i. bona opè
ra fecerit, ſi tamen tonitruum iactantiæ ſuperueniat, totũ de-
ſtruit & corrumpit. Eccl.43. Vox tonitrui eius verberauit ter
ram. Item quando dum adhuc ſunt incõpleta, plus debito ma
nu tanguntur, & ab hominibus palpãtur, & aſpectibus homi
num propalantur. quia ſcilicet qui ex ouis operum ſuorũ pul
lum præmiorum vult recipere, nõ debet ea propalare, ſed po-
tius occultare, iuxta illud Matth.5. Attendite ne iuſtitiam ve
ſtram faciatis coram hominibus &c. Item quando vox accipi
tris, id eſt adulatorum laus ſuperuenit & auditur, tũc enim ho-
mo inanem gloriam cõcipit, & oua.i. opera vt per multa pul
liſicet perdit. Eſa.3. Popule meus, qui beatũ te dicunt, ipſi te
decipiunt. Vel dic quòd ouum eſt bonum propoſitũ, quod.ſ.
per bona opera non proficitur, quando tonitruum diabolicæ
tentationis, vel vox accipitris, id eſt vox hæreticæ vel malę ſug
geſtionis auditur. Ideo bene dicitur Eccleſiaſt.28. Sepi aures
tuas ſpinis, & noli audire verbum nequã. Vel dic q quatuor
genera perſonarum impediũt a pulliſicatione bonorum ope
rum & virtutum, ſcilicet illi qui inanis gloriæ habent ventoſi
tatem, item illi q tonitrui diſcordiæ vel tentationis diabolicæ
ſentiunt peruerſitatem, itẽ illi qui palpationis & adulationis
recipiũt tactũ & verboſitatem, vel etiam qui accipitris, id eſt
hæretici vel mali ſuggeſtoris audiunt & attendunt loquacita
tem. quod potiſsime verum eſt de ouis quæ adhuc fouent, id
eſt de nouitijs qui adhuc imperfecti iudicantur, quia ſcilicet
tales citius per peccata pereunt, quando talia impedimenta
concurrunt. Iob.15. Lędet quaſi vinea in primo flore botrus
eius. Tales enim dato quòd prædicator vel prælatus prædicã
do vel corrigendo incubet ſuper ipſos, nunquam tamen fa-
ciunt ſpirituales pullos, videlicet actus bonos. Hiere. 17. per
dix fouit quæ non peperit. Vnum tamen aduerte, quod dicit
Plinius ibidem, quòd ſi clauus vel terra de aratro ponatur ſub
ſtramine ouorum dum incubantur, remedium eſt cõtra toni
truum, quod eſt nocumentum. Sic verò ſi clauus diuinæ iuſti
tiæ, & terra humani aratri, id eſt cõſideratio mortis, quæ cor
pus noſtrum arat in medio cordis ponitur, tunc tonitruũ ten-
tationis diabolicæ non nocet, nec eius periculum tunc time-
tur. Eccleſiaſt.7. Memorare nouiſsima tua, & in æternũ non
peccabis. Miror autem quomodo tantus doctor illud in tam
ingẽti volumine, poſuit cum non videatur aliqua ratione ſul
12 citum ¶ Oua in quibus ſunt duo vitelli, producunt vt com-
muniter duos pullos. vide ſupra de auibus in generali. Aues
quæ comedunt carnes, non ouant nec pulliſicant bis in anno,
præter hirundinem. Vide ſupra de hirũdine. ¶ Aues quæ ſunt 13
multæ generationis et carnoſitatis, faciunt ſæpius oua ſubuen
tanea ſeu vẽti, ſicut patet de gallinis, anſeribus, pauonibus, et
columbis, aues autem nobiles et vncorum vnguium, et quæ
ſunt boni volatus, nunquam faciunt oua vẽti. ſuperfluitas n.
iſtarum auium tranſit in plumas & vngues & alas, & ideo ma
cilentæ ſunt; & pauci coitus, & raræ ouationis, & ideo oua ſua
non ſunt vt communiter imperfecta. Sic verè aues.i. homines
qui ſunt multæ generationis.i. multæ acquiſitionis, ſcilicet di
uites huius mundi faciunt oua, id eſt opera imperfecta, ven
toſa.i. & inepta. Sed pro certo illi qui ſunt aues nobiles.i. ple
næ bonæ, ſanctę & honeſtæ, quæ ſcilicet ſunt paucæ carnoſi-
tatis per abſtinentiam, & ſiccæ cõditionis per paupertatis in
digentiam, & pauci coitus per continentiam, & fortis vola-
tus per contemplationis eminentiam; non faciunt oua venti
id eſt opera inania & ventoſa. ſuperfluitates enim cogitatuũ
& affectuum ſuorum conuertunt eis in plumas, id eſt virtu
tes & ſcientias, quibus ſcilicet per contemplationem volitant
& ſic oua venti, id eſt opera imperfecta non faciunt ſeu gene-
rãt. quia breuiter nullus virtuoſus homo debet facere oua ſua,
id eſt dicta & opera ſua ad ventum & gloriam mundanã, ſed
potius ad fructum & vtilitatem bonam. Vnde Iob.15. Nũqd
ſapiens reſpondebit quaſi in ventum loquens? Quod vtique
eſt contra multos, qui in diſputationibus & alijs ſuis factis nõ
quærunt niſi ventum. ¶ Aues magnæ corpulentiæ faciũt pau 14
ca oua. aues verò parui corporis faciunt oua multa. cibus.n.
iſtarum in oua conuertitur, cibus verò grãdium auium in nu-
trimentum ſui corporis cõmutatur. Sic vere homines magni
& diuites, & maximè illi qui ſunt p carnalitatem corpulenti,
pauca oua bonorum operum faciunt, parui verò & humiles
plura fœtificãt, & producũtur. Vel dic quòd hodie illi q ſunt
maiores & ſtatu & genere, paruuli ſunt in ouis diuitiarũ tem
poraliũ, ecõtra verò illi qui ſtatu & genere paruuli ſunt, in
ouis diuitiarum magis abundant & creſcunt. quia vt cõmu-
niter plus abundant hodie in ouis, id eſt in diuitijs burgẽſes
quam nobiles, & magis ſimplices quã potẽtes. Vel dic quòd
parui, ſcilicet quãtum ad merita, vt peccatores, plus abundãt
hodie in ouis diuitiarum, quam illi qui ſunt magni, id eſt qui
ſunt in virtutibus augmentati: quia ſicut dicitur in pſalm. Ec
ce ipſi peccatores in ſeculo obtinuerunt diuitias. ¶ Aliquæ 15
ſunt aues quæ olfaciendo mares, & audiendo eorum voces,
ponunt & concipiunt oua ſua, mouentur enim ad amorẽ, &
ſic ſuperfluitas ſeminalis in oua cõuertitur vi caloris, ſicut de
perdice dicit Plinius, & ſicut de columba dicitur, quæ quan-
doque cõcipit oſculando. Sic verè multi ſunt qui oua bono-
rum propoſitorum & operum cõcipiunt quãdo mares, id eſt
viros perfectos & eorum documenta audiunt, & odore fa-
mæ ſuæ ſentiunt & attendunt. Vel dic ecõuerſo quòd ſolo au
ditu, & olfactu malorum concipiunt quandoque malæ mu
lieres oua malorum propoſitorum, Hierem. 11. Ad vocẽ lo-
quelæ grandis exarſit ignis in ea. ¶ Oua valdè conuertibilis 16
ſunt naturæ, conuertuntur enim in complexionẽ quam inue
niunt, ſiue bona fuerit ſiue mala, & ideo illa ſunt ſana ſanis &
econuerſo inutilia ſunt infirmis. Talia ſunt bona mũdi: quia
pro certo ſi a ſano ſtomacho, id eſt a diſcreta & mũda con-
ſcientia comeduntur, & ſi a iuſto homine poſsidentur, ſibi in
bonum conuertuntur, econtra verò ſi homo iniquus & ma-
rus ipſa acquiſierit, deterius quam antea ſibi erit. quia breui
ter illud eſt verum quòd mũdi bona, bona ſunt bonis, q ſci-
licet ipſis ſciunt bene vti, mala autem & inutilia ſunt malis
Eccleſiaſt.39. Hæc omnia ſanctis in bona, ſic impijs & pecca-
toribus in mala conuertuntur. Vel dic de euchariſtia, q bo-
nis proficit, malis nocet. ¶ Oua quando generãtur ſine copu
la carnali, & dicuntur hyponemia, & fiunt ex mutua fœmina 17
rum inter ſe oſculatione, & ea ſola libidinis imaginatione, &
hoc non ſolum cõtingit columbis, immo etiam anſeribus &
gallinis & perdicibus & pauonibus & multis alijs, & talia
oua, oua vẽti dicuntur: quia propter maſculi carentiam ex eo
rum generatione nunquam inde pulli producuntur, ſicut di
cit Plinius libro 10.ca.58. Oua ſunt opera, maſculus eſt Chri
ſtus vel bonus prælatus, fœminæ verò ſunt ſubditi, vel gene-
raliter omnes homines, qui pro eo fœminæ poſſunt dici, quia
natura ſunt debiles & exortes. Igitur ſi fœmina, id eſt ſi aliqua
perſona perfectum ouũ.i. perfectũ opus vult parere, de quo
ſcilicet poſsit pullus.i. fructus & vtilitas debita naſci, neceſ-
ſe eſt

se est q interueniat masculus, i. Christus suam gratiam infondendo, vel etiam prælatus vel vir iustus auxilium & consilium impendendo. Nam qñ solæ fœminę, i. simplices & subditi sine deliberatione vel sine maiorum cosilio & auctoritate, ex sola. s. libidine & voluntate aliquod ouum pariunt, i. aliquod opus faciunt, quod. s. tanquam ouum venti ad solum ventum inanis gloriæ constituunt, non solent eainde pullum, i. vtilitatem, & fructum reportare, imo finaliter oia talia opera vana & inutilia solent esse. Illud patet in moribus vbi hypocritæ, & indiscreti sine Christo faciūt opera sua vana, quę fructu ęterni præmij nullatenus sunt fœcunda. Patet etiam in agibilib. vbi quæ ex libidine sine consilio & interuentu maiorū fatnia fiunt, inutilia sunt & vana: quia sicut dicitur Esa. 59. Oua aspidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt. Sequitur. Opera eorum opera inutilis. Oua ergo nostra sine masculis nō ponamus, & opera nostra sine fortiū & prudentium virorū cōsilio non agamus, quia alias diceretur de nobis illud Sapien. 3. Superuacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia opera illorum. ¶ Oua non solum valent in cibū, sed etiā

18 competunt medicinæ. habent enim virtutem restauratiuam pectoris & gutturis mitigatiuam, virtutis generatiuæ iuuatiuam, combustionis sanatiuā, & anthracis & venenosi apostematis curatiuā. de vitellis. n. ouorū coctis extrahitur oleū vtile combusturis. Crudus etiam vitellus cū sale mixtus anthraci impositus, sanat ipsum. Albumen etiam oui calorem mitigat, tumorem reprimit, fluxum restringit & podagricis subuenit & succurrit. Per oua possunt intelligi verba prædicatorum, & etiam dicta sanctorum, quæ. s. in diuersis libris posuerunt & digesserunt: quia pro certo ista sunt quæ mēte nutriunt, & quæ etiam contra morbos vitiorum medicina & remedia fiunt. Per ista. n. virtutes perditæ restaurantur, corda arida per deuotionem humectantur, generatio bonorum operum iuuatur & vstura tribulationum consolationis oleo mitigatur, & anthrax qđ est apostema calidissimum & venenosum. i. feruor auaritię rēperatur. Item ista sunt quę calorem concupiscentiæ reprimunt, tumorem superbiæ deprimunt, fluxum carnalitatis restringunt. & podagram pigritiæ auferunt atq; tollunt. Ad ista enim omnia valent oua. i. dicta & exempla Christi & sanctorum, & verba & opera sapien-

19 tium doctorum. ¶ Oua aspidū venenosa sunt, fœtida, liuida, saniosa, simul iuncta & pariter conglobata. Cōtingit autē (vt dicit Pli.) q aliquis alius vermis venenosus, sicut est rubeta vel bufo, inuenit ouā aspidis, & fouet ea tanquam propria, & cubat etiam super ea, & exinde procreatur vermis, qui statu & visu more basilisci vel reguli interficit vniuersa. Malitiam tñ vermis taliter procreati primo sentit qui fouit. Nā in primo eius ortu qñ se fouentem aspicit, ipsum se fouentē occidit. & ad hoc vr alludere scriptura. Esa. 59. vbi dr: Qui comederit de ouis aspidis, morietur, & quod confotū est erumpet in regulum. vbi dicit gl. q de ouis aspidis gñatur regul', & ex Iudæis nascetur antichristus. Ista pñt applicari contra quosdam venenosos & malos, qui alios malos fouent, vt ipsos habeāt fidos, & amicos, & tñ iusto Dei iudicio sæpe fit q ipsos tandem sentiunt inimicos. Accidit. n. q vermis venenosus. i. peccator malitiosus inuenit ouum aspidis, i. aliquem filium diaboli per vitia saniosum, & per malitiā venenosum, quem quia videt sibi similem, ipsumq; reputat sibi, & suis futurum vtilem, statim nititur ipsum fouere, & in sua malitijs sustinere, & sic fit q in esse producit, & suis malitiosis fomentis ipsum vermem venenosum, i. vsurarium vel aduocatum, balliuum vel officialem vel etiam beneficiatum, & diuitem facit, qui. s. flatu & visu, i. verbo, & sensu alios afficit atq; lædit. Sed pro certo sæpe sit quod illi ildem qui tales fouerat & promouerant, vel in se vel in suis filijs, & nepotib, & amicis primo ab eis perturbantur, & visu suæ malitiæ ad paupertatem, & infortunium deducuntur. Commune est. n. q ille qui malos promouet, ipsos primo & ante omnes aduersarios habet. Malus. n. regulus. i. homo venenosus, infidelis ingratus, & iniquus statim q se videt procreatum, & promotū, & ad statum prosperitatis primogenitum, & exortum, nō veretur contra proprium benefactorem insurgere, & genitorem proprium impugnare. vnde illud sæpe dictum Esa. 59. Oua aspidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt. Vel dic generaliter de ma'is & ingratis filijs, & infidelib. qui suos parētes impugnant, & suos progenitores exasperāt atque grauant. Vel dic de infidelib. & ingratis, qui foti, erecti, & ad statum pro-

ducti, proprios genitores & benafactores despiciunt, & contra ipsos insurgunt. Et ideo sunt vermis, & de christo verme spirituali, qui dicit Psal. Ego sum vermis, & non homo opprobrium hominum, & abiectio plebis. qui oua aspidis, i. iudæos fouerat, & promonerat, & filios suos speciales secerat, qui tō ipsum occiderunt, & visu suæ inuidiæ peremerunt. Thob. r. Occiderunt regem filii eius. ¶ Oua araneæ modica sunt, & mul- 20
ta, quæ si casu fuerint perdita vel dispersa, statim aranea solet ea quærere, & ipsa in loco proprio congregare. Sic vere si aranea diabolus perdit aliquod ouum suum. i. aliquem peccatorem, vtpotè qñ conuertitur ad pœnitentiam, vel ad fidē, non cessabit ipsum per tentationes quærere, quousque eum possit per peccatum sibi iterum aggregare. Vel dic q sic nos debemus facere, quia. s. si oua virtutum nostrarum perdiderimus, ipsa debemus per pœnitentiā quærere, vt ea possimus integraliter rehabere. Figura de dragma perdita Lu. 15. &c. Vide ibi infra lib. 16. Ideo dicitur Matth. 7. Quærite & inuenietis. ¶ Ex vno ouo nascuntur araneæ infinitæ, quæ statim quòd natæ sunt, texere incipiunt, & hoc ita subtiliter. q sensus humani ad faciendum simile non attingunt. Ouū est visu rarius primus, pater. s. aliorum, ex quo pro certo multæ araneæ, i. multi vsurarij generātur. Patet, quia si vnus vsurarius haberet centum filios, omnes vellet esse vsurarios, & ideo tales vsurariorum mali filij, & successores statim, quòd nati sunt, solēt telam maliciarum texere, & se in perpetuum in patrum operibus exercere, iuxta illud: Patrē sequitur sua proles. Et telam suam, i. negocia vsuraria iam subtiliter, & sagaciter facere, quòd vix potest aliquis fraudes eorum cognoscere vel uidere, quia sicut scriptum est Luc. 16. Filij huius sæculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. ¶ Oua aquilæ non sunt vltra tria, quorum etiam dr aliqua eijcere, 22
ne ipsam grauari incubando contingat. Sed de hoc vide supra de aquila. Hic tamen dic quod dicit Plin. quòd aquila in nido suo ideo ponit ouum lapidem preciolum, ne oua sua per tonitruum corrumpantur. Sic uere si timemus q per tonitruum tentationis oua bonorum cogitatuum, & propositi sancti quæ Deus in nido cordis nostri posuit, corrumpātur, lapidem preciosum, i. orationem adhibere debemus, & sic corruptelam & casum peccati nullatenus seoriemus. Nihil . n. adeo liberat a tentationis tonitruo, sicut feruens oratio & deuotio, quia pro certo tentatio faciliter non corrumpit illum qui per orationem deuotam domino se committit, & q eam in nido & sinu cordis sui collocat & reponit. Ps. Oratio mea in sinu meo conuertetur. ¶ Quomodo bubo furet oua 23
monedulæ de nocte, & ecōuerso monedula oua bubonis de die, uide supra de monedula & bubone. Quomodo coruus ouat in mediis æstatis feruoribus uide supra de coruo. Quomodo columbarum mas cubat super oua de nocte, & fœmina de die, uide supra de columba. Quomodo perdix furatur oua aliarum perdicum, &c. uide supra de perdice. Quomodo oua formicarū sunt medicinalia, uide supra de urso. De ouis autem gallinarum, upupæ & aliarum auium uide in titulis suis supra in libro de auibus quia illa quæ de diuersis generibus ouorum ponit hic magister, non uidentur multum notabilia ad moralizādū, & ideo ipsa ad præsens omisi. ¶ Quiscula est auis dicta a loco, cuius ouis insidiat mustela sub gle- 24
bis, ubi quiscula ponit ea: & ideo docente natura, quiscula solet in diuersis locis oua sua ponere, & ne mustela oia deprædetur, in uarijs locis occultare, & sic masculus in uno loco, fœmina uero in alio solēt dicta oua calefacere & fouere. Ista possunt applicari ad uiros pronidos & discretos, qui pro certo contra insidias mustelæ, i. diaboli, se solent debitè præmunire, & ipsius malitias præcauere, & ideo oua uirtutū, & bonorum operum debēt facere, & ipsa in locis uarijs a uisu hominum abscōdere, ut si forte mustela diabolus aliqua destruxerit, & per tentationem rapuerit, alia ualeant superesse. Figura de Iacob Gen. 32. qui timens Esau, diuisit oues suas in tres turmas, ad finem quòd si Esau unam turmam percuteret, alia remaneret. ad denotandum quòd plures turmas uirtutum debemus habere, ad finem quòd si aliquas per malitiam Esau diaboli cōtingat perdere, nobis possint aliæ remanere. Vel idem dic de amicis, qui habendi sunt plures, & in pluribus locis, ad finē quòd si per mustelam, i. per detractores, & inuidos aliqui subtrahantur, a'ij in amicitia conseruentur. Pone figuram de Iacob sicut supra. Vnde Sene. libro de remedijs fortui inuehit contra illos, qui unicum habent ami-

amicum. Amicum inquit perdidisti? fortem animum habe si vnum, erubesce si vestrum. Quid (inquit) in tanta tempestate ad vnam anchoram stabas? Vel dic de diuitibus sapientibus, qui timentes mustelas, i. infortunia vel latrones, non tenent res suas in vno loco, sed in plurib. & occultis, nec habent diuitias suas in vno solo genere rerum, sed in plurib. nec totum custodit maritus, imo & vxor, ad finem quod si latrones vel exactores vel infortunia, illa quae sunt in vno loco subtrahant, alia quae sunt alibi, remaneat. Pone & e ponc figuram de Iacob, & tribus turmis, qui in plures partes diuitias suas voluit diuidere, ne simul oia possit perdere. ¶ Oua crocodilis tanta sunt quanta oua anserum, & mirum est quod de tam paruo ouo crescit animal ad quantitatem viginti cubitorum. vnum etiam aliud valde mirabile inueni de isto animali in speculo historiali Vincentij, vbi agitur de captione Damniatae per beatum Ludouicum, quod alibi non inueni. Dr. n. ibi quod in ciuitate capta fuit inuentus quidam crocodilus ligatus, & dr ibi quod, istud aial ponit, & solo aspectu ea fouet, & pullum generat, & producit. pullus tn statim, vt natus fuerit, patrem suum tanquam hostem solet fugere, & se ab ipsius consortio absentare. Ipsa possunt applicari contra ingratos, qui pro certo sicut filij degeneres, illosque eos de ouo. i. de humili statu, aspectu suae clementiae educunt, & ad gradum & statum promouent, statim quod se vident extra ouum. i. extra paupertatis, & humilitatis ambitum, & fugiunt, i. eos qui amplius videre nolunt, sed potius ipsos despiciunt, & contemnunt, iuxta illud Esa. 1. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Ista est. n. pestis humanae ingratitudinis, quia homo nunquam vellet amplius videre illum a quo beneficium se nouerit recepisse, ne forte gratias iure naturae compellatur referre. Vel dic ingratis peccatorib. quo ad Deum, quia. s. dato quod ipse pater Deus ipsos aspectu suae misericordia foueat, & ad statum gratiae per baptismum educat, ipsi tn ipsum fugiunt, & ab eius dnio per peccatum recedunt. Iob 34. Qui ex industria recesserunt a Deo, & quasi nihil posset facere omnipotens, aestimabant eum. Vel dic contra ingratos filios, qui proprios parentes fugiunt & contemnunt. Vel dic econtra quod crocodilus est diabolus, qui in ouo carnalitatis fouet fatuum peccatorem, verumtamen statim quod peccator eum videt & cognoscit, & eius fomenta, & figmenta percipit, ipse debet eum fugere, & ipsius malitias euitare, & tanquam hostem nequissimum declinare, quia pro certo peccator qui talem patrem suum diabolum bene cognoscit, ipsum nequaquam diligit, imo fugit quia sicut scriptum est: qui non odit patrem & matrem suam, non potest Christi esse discipulus. Deuteronomio 33. Qui dicit patri suo, nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos. Haec igitur sufficiant de ouis & virtute etiam ouarina. Nunc igitur dicendum de numeris, & mensuris, & etiam de instrumentis musicis atque sonis.

## De Numeris. Cap. 16.

NVmerus (sicut dr in principio arithmeticae) est multitudo ex vnitatib. aggregata. & est numerus sm Isidorum lib. 3. illud quo vnum ab altero distinguitur, & per quod omnia quae sunt, tam sint substantiae sive accidentia, in ordine componuntur. Super oia. n. necessaria est mortalibus scientia numerandi, quia homo a pecude non videtur differre, qui nescit res, & negocia numerare, Sola. n. ratio res numerat, & inter numeri partes diiudicat, & dispensat. Per numerationem spiritualiter loquendo, possum intelligere considerationem, & perfectam rerum notitiam, & cognitionem, quia pro certo ista est scientia valde ad salutem necessaria, & vtilitati hominum opportuna, quia procul dubio vir discretus debet omnia, quae sunt, s. virtutes, & vitia, merita & praemia, opera & supplicia numerare, & in corde suo discutere & videre, quia sicut non est dare rem quin sistat sub aliquo numero, (cum scriptum sit Sapie. 11. quod Deus fecit omnia in pondere, numero, & mensura) sic vere de omnib. quae omittimus, committimus, vel amittimus, nihil debet esse quin consistat sub nostrae numerationis, & considerationis officio. Eccl 42, Quodcunque trades, numera & appende, datum vero, & acceptum omne describe. Vel dic quod nihil est quod apud Deum consistat sub aliquo numero, s. vel saluandorum vel damnandorum, quia sicut videmus quod campsores pecunias bonas, & malas numerat, vt sciat quantum de qualibet habeat sic Deus sua occulta distinctione numerat bonos, & malos, ut sciat vbi finaliter ponat ipsos. Mat. 10. Capilli capitis vestri omnes numerati sunt. ¶ Numeratio praecipue se extendit ad res proficuas & honestas. sicut. n. patet ad sensum, homo solet numerare illud quod praecipue diligit, & affectat, & illud quod bonum & preciosum reputat, illud autem quod vile, & reprobum est, in numero suo non computat, quinimo illud vilipendit, & numerare non curat. Talis numerus videtur esse computus praedestinationis diuinae. constat. n. quod illos solos solet in tali numero ponere quos bonos, & sibi vtiles nouit esse, illos vero tali numeratione indignos, quos viles fore cognoscit, & reprobos, & quos extra proprium thesaurum decreuit ponendos, Vnde de bonis di in psal. Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur. De malis dicitur item in psal. Circundederunt me mala, quorum non est numerus. Campsores solent pecunias ponderare antequam numerare, & sm quod plus habent de bono pondere solent eas bursis, & loculis assignare. Illam. n. pecuniam quae legitime ponderat, ponunt ad partem, ipsamque numerant in thesauro reponendam, illam vero quae deficit in pondere, ad aliam partem ponunt, ipsamque expendendam vel in igne etiam refundendam ordinant, & disponunt. Igitur pondus videtur numerum praecedere, quia prius campsor ponderat quam incipiat numerare. Per numerationem intelligo praedestinationem vel reprobationem diuinam, qua. s. aeterna prouidentia oes animas numerat, & compensat Psal. Numerat multitudinem stellarum, & omnib. eis nomina vocat. Per pondus vero intelligo sufficientiam vel insufficientiam meritorum. Igitur dico quod ponderatio numerationem praecedit, quia. s. diuina sapientia in ipsa sua immensa aeternitate prius rationis ordine, quamuis non prius re vel tempore, pondus meritorum quam numerum praemiorum vel tormentorum attendit, quia. s. Deus ab aeterno videt quae sunt futura in hominib. meritorum pondera, & sm hoc ab aeterno ordinat, & numerat quae sunt futura ipsorum tormenta vel munera. Ordo. n. diuinae sapientiae quanquam simul omnia videat, prius tamen attendit quanta est futura virtutum vel vitiorum ponderatio, antequam sequatur praedestinationis vel reprobationis numeratio. Et secundum quod in meritorum pondere variantur, secundum hoc ad vnam partem vel aliam numerantur, vt. s. in paradisi thesauro reponantur, vel in inferni incendio refundantur. Bene ergo dicitur Sapi. 11. quod Deus omnia disposuit in mensura numero, & pondere.

## De Vnitate. Cap. 17.

VNitas est radix & principium numerorum. Nihil. n. est numerus, nisi collectio vnitatum. ab vnitate. n. procedunt, & oriuntur numeri vniuersi, sicut a principio radicali, ipsa vero vnitas a nullo oritur, nec ab alio perficitur aut causatur. Nam licet vnitas summam, & indiuisibilem habeat simplicitatem, causat tn & principiat omnem multitudinem, & vniuersitatem, & ideo ois multitudo seu numerus ab vnitate oritur, & in vnitatem resoluitur, & reducitur, & in vnitate sicut in suo principio potentialiter continetur. Proprietas. n. vnitatis est multitudinem efficere, & eam retinere & perficere, & in omnibus multitudinis partib. existere, & manere, sicut dicit Auic. li. 4. c. 2. & c. 30. Sicut etiam dicit Arist. 8. Phys. totalitas, & perfectio debetur vni, & perfectum sufficit esse vnum. Et ideo cum vnitas sit rerum principium & origo, quanto plus res appropinquat vnitati, tanto magis appropinquat veritati & simplicitati, & quanto res plus ab vnitate recedit, tanto magis ad diuersitatem, & ad corruptionem accedit, per talem simplicitatem potest intelligi illa simplicissima vnitas diuinae essentiae, & naturae. de qua dr Deut 6. Audi Israel, dominus Deus vnus est. Quia procul dubio ista est omnium numerorum, i. omnium creaturarum numerabilium principium, & origo, & tamen ab aliquo non progreditur nec manat, quia. s. omnis multitudo creaturarum ab ista sicut a suo principio originaliter deducitur; & in ista sicut in suum finem resoluitur, & in eam sicut in suum terminum terminatur, & in ista sicut in sua causa virtualiter continetur ad Coloss. 1. Omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Illa etiam vnitas deus

tas Deus est in omnibus numeris.i.in oib.creaturis, & in ip
sis principaliter & potentialiter & ẽt intrinsecè & essentiali
ter habitat atq; manet.Vnde Apostolus dicit ꝙ ipse est oia
in oib.Igit sine tali vnitate.i.sine Deo nullus numerus.i.nul
la creatura potest consistere,nec in esse reali vel etiam mo-
rali aliqualiter permanere,& quanto plus ad ipsum per cha
ritatem accedimus,tanto simplicitatem,innocentiam & ve
ritatem amplius acquirimus,& quanto per terrenos af
fectus & p peccatum ab eodem recedimus,tanto ad diuer
sitatem,discordiam & contrarietatem malorum appetituũ
& habituũ amplius appropinquamus,cum procul dubio isti
vnitati sit omnis perfectio tribuenda,& omnis totalitas as-
scribenda.Bonum est ergo ad talem vnitatem accedere, &
in ea per affectum consistere,& cum ipsa per deuotionẽ ęe
scere & manere,dicendo cum vxore Thobiæ,illud Tho.10.
Omnia in te vno simul habentes,non te debuimus dimitte
re.Nã sicut vnitas inter cæteros numeros habet dignitatẽ,
quia primus est numerus,indiuisibilitatem,quia simplex sin
gularitatem,quia solus,sic verè Deus est vnus primus,indi-
uisibilis,& etiam in omnibus solus & singularis,iuxta illud
Eccl.1.Vnus est altissimus creator omnium.Allega August.
infra eo.§.6.Vel dic ꝙ ista vnitas significat prælatum, qui in
eodem genere prælaturæ vnus & vnicus esse debet, quia.s.
alij numeri,i.subditi ab eodem dependent,& in ipso ipsius-
que regimine residere atque maneat,ipse etiam in ipsis sub
ditis per charitatem debet manere,& esse pfectionis & grę,
suis exemplis & verbis ipsis omnibus debet dare.Ipsi etiam
numeri & subditi sicut ab ipso oriuntur dependendo, sic &
in ipsum resolui debent eum diligendo,ei obediendo, & se
ei conformando,vt sic de tali vnitate dicatur illud 1.Mach.
8.Omnes obediũt vni,& zelus & inuidia nõ est inter ipsos.
Et quia perfectio,totalitas,primitas,singularitas & simplici
tas,& productiua bonitas,sui etiam communicatiua diffusi
bilitas attribuitur vni(sicut dictum est)restat quod prælatus
qui in collegio est vnicus,vel etiam quilibet vir iustus,qui in
se residet sicut vnus,nec ad mundana diuiditur debet esse p
fectus.integer & totus,ad omnia bona opera sẽp p primus.
debet etiam esse singularis in bonitate,simplex in humilita
te,sui p charitatẽ communicatiuus,& bonorum operum p
2 ductiuus.Sap.7.Cum sit vna,omnia potest.¶Vnitas summè
est necessaria in rebus cõpositis atque mixtis.sine ista.n.ni-
hil potest consistere,quia nisi partes in vnum maneãt, neces
se est quod deficiãt & pereant.Homo.n.qui ex anima & cor
pore componitur,& etiam lignum & lapis quũd ex diuersis
elementis compingitur,nunquam in esse suo persisteret,nisi
in vnitate integra permaneret sicut patet in pariete,vbi sta-
tim quod vnitas deficit,pars a parte recedit.statim esse etiã
virtus & perfectio parietis destruitur atque perit.Igitur vir
tus cælestis occultè operatur in rebus,quæ in mixtis vnita-
tem custodit,& diuersitatem elementorum conciliat & cõ
iungit.in aggregatis etiam cementum ponitur,quo median
te vnitas conseruatur.Per vnitatem possunt intelligere vir-
tutem concordiæ seu pacis.Ista est enim quædam virtus quę
esse virtuosum & morale in hominibus constituit & custo-
dit.quando.n.mediante cælesti, i. diuina gratia & cemento
etiam charitatis illa quæ diuersa sunt,fiunt vnũ,i. vnanimes
& concordes,vtpotè quando homo vnitur cum Deo per fi-
dem & deuotionem,& etiam cum proximo per concordiã
& pacis communionem,tunc procul dubio talis homo per
seuerat in esse gratiæ & virtutis,vt sic tandem perueniat ad
fælicitatem gloriæ & salutis.Vnitas.n.charitatis & pacis cu
stodit virtutũ integritatem,si autem ista deficit, necesse est
quod homo perdat moralem gratiæ entitatem.Nã si a Deo
& ab vnitate fidei & charitatis nos disiungimus,& a frater-
na communitate & charitate nos diuidimus,statim pro cer-
to quantum ad esse gratiæ destruimur & perimus.& sic lo-
quitur Boetius de consolatione prosa 12.vbi dicit sic: No-
sti ne omne quod est tandiu manere,atque subsistere,quam-
diu vnum est,sed interire vero & desistere,vbi vnum esse destite
rit?Vel dic quod homo quamdiu est vnus,i.simplex,integer
& perfectus,& ad se solum redactus,& in vno & solo Deo fi
xus,tamdiu perseuerat integer & perfectus,quam citò vero
vnitatẽ perdiderit,& ad mundana diuisus per desideria sue
rit,statim esse virtutum amittet,& corruptioni diuersorum
criminum subiacebit.Talis ergo vnitas simplicitatis perfe-
ctum hominem facit,& perseuerãtiam perficit & custodit.
Vnde Boetius ibidem.Patebit vnumquodque subsistere, dũ
est vnum.¶Multis modis secundum Bernar.dicitur aliquid 3
esse vnum,s.collectiue,sicut multi lapides faciũt vnum acer
uum.constitutiuè,sicut multa membra faciunt corpus vnũ.
coniugatiuè sicut vir & mulier vna caro efficiuntur.supposi
tiuè,sicut anima & corpus vnum hominem constituunt imi
tatiuè,sicut duo homines vnum dicuntur quando se inuicẽ
imitantur.Sic verè licet nos alij diuersi conditione & gene
re simus,vnum tamen per charitatem & cõcordiam esse de-
bemus.Sit igitur in nobis concors vnitas collectiua, & ista
est vnitas religiõis,quia scilicet religiosi & clerici sunt par
tes quæ aceruũ religionis constituunt,& vnum collegiũ fa
ciunt & componunt.Item sit ibi vnitas constitutiua, & ista
est vnitas intentionis,quia dato quod psonæ quæ sunt in cõi
tate,diuisæ sint,& inter se aliquoties inimicæ,vnum tamen
debent esse in suo corpore constituendo,& in vtilitatem suę
reipublicæ procurando.Item sit in nobis vnitas coniugati-
ua:& ista est vnitas societatis: qua.s.vnus alteri coniungitur
& p amicitiam vnitur.Item sit ibi vnitas suppositiua, & ista
est charitas,qua.s.homo & proximus vnum efficiuntur . Itẽ
sit ibi vnitas imitatiua , & ista vnitas imitationis,qua scili-
cet Deum & viros iustos imitamur, & eos imitando vnum
cum eis efficimur,inquantum suis moribus conformamur.
Vnitatem igitur collectiuam facit fides,quæ de diuersis se-
ctis & personis facit vnum aceruum ecclesiæ vel religio-
nis.Psalm.Congregati sunt in vnum . Vnitatem constituti-
uam facit iustitia & amor reipublicæ,qua.s.omnes canonici
vel ciues sunt vnius voluntatis pro corpore constituendo,
& pro negocio publico vtiliter procurando ; De quo ad
Romanos 12. Vnum corpus multi sumus in Christo. Vnita
tem coniugatiuam facit societas,quæ.s.quadam familiarita
te diuersas psonas vnit & iungit,& maxime ad literam vni
tas coniugalis,quæ de viro & muliere facere debet vnum,
iuxta illud Gen.2.Erunt duo in carne una.Vnitatem perso-
nalem facit perfecta charitas,quæ de diuersis naturis.i.de di
uersis cordibus facit vnum.Act.4.Multitudinis credentium
erat cor vnum & anima vna.Vnitatem autem conuersatiuã
seu imitatiuam facit humilis conformitas,qua.s.Deum & p̃
latos & alios viros perfectos imitamur,& vnum per imita-
tionem efficimur cum eisdem,vt sic dicat quilibet illud Io-
annis 10.Ego & pater vnum sumus.¶Illud propriè & simpli
citer dicitur esse vnum,quod nec actu nec intellectu potest 4
diuidi vel partiri,sicut est punctus.Est.n.ista proprietas vni
tatis,quod quamuis alijs vnitatibus coniungatur,in se tamẽ
semper vna indiuisibilis permanet,& in se simplex & inte-
gra custoditur.Talis est vir perfectus,qui.s.per vana deside
ria non debet diuidi,nec per duplicitatem huc & illuc parti
ri quinimmo ille debet esse simplex,indiuisibilis & vnicus,
& perseuerantia & constantia mentis integer & plectus vbi
cunq; enim coniungatur & ponatur,vel in quocunque col-
legio,consortio vel negocio inseratur,semper debet mens
ipsius vna manere,& nunquam ad mundi appetibilia se diui
dere nec extendere, nec per mundi delectabilia ab vnitatis
suæ constantiæ tramite se mouere,nec quacunque occasiõe
firmitate amicitiæ & fidelitatis se duplicare,sed in omnibus
& p omnia vnus esse Io.6.Est puer vnus hic.Vel dic ꝙ vni-
tas significat malam singularitatem quorundam,qui.s.seip
sos nolunt ad alios per charitatem diuidere vel partiri, sed
per partialitatem & singularitatem volunt indiuisibiles &
incommunicabiles inueniri.Eccles 4.Vnus est, & secundũ
non habet,nec tamen satiantur oculi eius diuitiis.Qui dato
quod alijs hominibus coniungantur , & quod in collegio
vel societate alijs copulentur in se tamen partiales & singu
lares permanent,& nulli alij intrinsecè per charitatem mi-
scentur,nec per beneficentiam diuiduntur.Ideo bene dici
tur ibidem.Vnus quomodo calefiet?scilicet per charitatem.
Quasi diceret nunquam.¶Multos modos vnitatis secundũ
quid,ponit hic magister.Dicit enim quod est vnum genere, 5
vt bos homo vnum specie,vt Sortes & Plato vnum acciden
te,vt vernix & cerussa,vnum proportione,vt auriga & nau-
ta vnum subiecto,vt album & dulce &c.Sed de his omnibus
nihil ad præsent.¶Quamuis sm philosophos ex duob. actu
existentibus non fiat vnum,potest tamen vnum fieri ex dua
bus substantijs quando vna se habet ad aliam per modũ de
pendentis & accidentis,& quando per vnã alteri datur esse,
sicut patet in corpore & anima,quæ duæ substantiæ sunt, &
tamen

tamen vnus hō sunt, pro eo quod aīa corpori dat esse, & ab
aīa dependeat ipsum corpus. Sic vere dato quod humanitas
& diuinitas in Christo duæ sint substantiæ, quia tñ humani-
tas per modum dependentis & quasi accidentis se habuit,
idcirco de ipsis duobus vnus Christus Deus & homo fieri
potuit qui vnus & vnicus sp̄ fuit, quia s̄m Anastasium, iste
est vnus nō confusione substantiæ: sed vnitate personæ. vnus
aūt non conuersione diuinitatis in carnem, sed assumptione
humanitatis in Deum. Nam sicut anima rōnalis & caro vnꝰ
est homo, ita Deus & homo vnus est Christus. Vnus est. n.
Christus, quo ad diuinitatē, vnus ēt quo ad humanitatem,
vnus & vnicus quo ad personæ singularitatem. Vnde Aug.
li. 4. de Trin. c. 7. dicit sic oportebat inquit vt multi ventuꝫ
clamarent vnum, & a multis conclamatus veniret vnus; &
vt multa constituerentur venisse vnum, & a multis exonera-
ti veniremus ad vnum, & vt peccatis mortui, amaremus pro
multis mortuum vnum, & credentes iustificaremur, in vno
iusto facti vnum. ¶ Vnitas hoc habet proprium, quia si
7 paritati additur, facit imparitatem, si vero imparitati addit,
generat paritatem, sicut patet: quia vnitas addita binario (q
est par) generat ternarium, qui est impar, & econuerso si ter
nario impari additur quaternarius, qui est par numerus gñā
tur. Per pares possum intelligere illos qui in æqualitate, pa-
ratur. Per pares possum intelligere illos qui in æqualitate, pa
ce & amore & prospera tranquillitate perseuerant, p impa-
res vero illos qui in æqualitate morum, paupertate, & tribu
latione & discordia a se inuicem dissonant & discordāt. Per
vnitatem autem intelligo illos qui sunt singulares & partia
les; & aliorum communitate diuertuntur: quia pro certo tā
les si paribus, i. illis q̄ sunt in prosperitate & pace iūgunt, inę
qualitatem discordiæ & inuidiæ statim inducere comproba
tur, si vero imparib. i. miseris desolatis & discordibus se iun
gunt, tunc æqualitatem pacis & amoris inter eos inducunt,
inquantum: s. se eis conformant, & vna cum eis concorditer
viuunt. Et breuiter istud est verum quod mali & partiales cū
paribus, i. cum bonis adiuncti inæqualitatem discordiam fa
ciunt, alijs vero malis imparibus associati, æqualiter & con
corditer similes fiunt: quia. s. ille qui est vnus. i. sine charita-
tis binario & ab alijs diuisus, viuit discorditer inæqualiter,
cum alijs vero viuit æqualiter & concorditer. Vel dic quod
vnitas concordiæ societatis & cōiunctionis si illis qui pares
sunt in diuitijs & honoribus additur, statim inæqualitas &
imparitas inuidiæ inter eos generatur, quia. s. facile est quod
pares per inuidiam diuidantur, quando simul in eodem col-
legio villa vel ciuitate vniuntur, veruntamen si personę quā
tum ad statum & gradum sunt impares. tunc adiuncta vni-
tas cohabitationis facit eos per concordiam esse pares. Cō-
cordius. n. solent inuicem viuere illi qui sunt statu & gradu
impares, & hoc quia. s. minores non dedignantur obsequi
maioribus, quam illi qui per omnia sunt pares: quia. s. pares
dedignantur obedire æqualibus. Et ideo bene dicitur commu
ne prouerbium quod semper regnat inuidia inter pares. Vn
de bene dicit alter quod facile est pares paribus inuidere.

## De Dualitate. Cap. 28.

Valitas ex vnitate combinata consurgit. est. n. nume
rus post vnitatem secundus, & ei immediatè coniun
1 D ctus, & inter vnitatem & trinitatem medius, & vtriq;
contiguus & vicinus. Sic vere est dualitas charitatis:
quia. s. ista est quæ ex combinatione oritur animorum duo-
rum, quia teste Greg. Charitas minus quam inter duos ha-
beri non potest. Ista est. n. virtus quæ media est inter essen-
tiæ diuinæ vnitatem, & personarum trinitatem, quia pro cer
to perfecta charitas ab vnitate. i. a Deo immediatè oritur, &
in ternario, i. in fide trinitatis terminatur & perficitur. Vel
dic quod illi qui sub binario charitatis sunt positi, ipsi Deo
vni & trino sunt contigui & vicini. quod bene figurat̄ in di-
scipulis quos Christus secum habuit, & quos ad prædicādū
mittendos binos & binos inuicem copulauit. Ideo bene dr̄.
Eccles. 4. quod melius est esse duos quam vnum, quia si duo
sint, simul fouebuntur mutuo, vnus autem quomodo cale-
2 fiet? ¶ Dualitas est numerus infamis, pro eo quod primus ab
vnitate recedit. Sic vere dualitas dissensionis & discordiæ in
famis merito potest dici, quæ. s. vnitatem & pacem fugit, &
ab ea se elongat & recedit, quia procul dubio illi qui duo sunt
& non vnus, i. illi qui diuisi sunt & non vniti, s. discordes, ma
leuoli & inuidi, ab vnitate pacis & concordiæ & etiam ab
vnitate, i. a Deo recedunt, & ad ternarium. i. ad triplicem cō
cupiscentiam mundi accedunt, & ideo infames sunt quia
vnitatem amoris frangunt. Eccl. 33. Duo contra duo, vnum
contra vnum. Ideo Eccl. 26. dicitur. In duobus contristatū
est cor meum. ¶ Ternarius numerus ex vnitate addita dua 3
litati consurgit, & est numerus in natura sacratus pro eo q̄d
omnia quæ sunt in quadam trinitate consistunt, inquantum
scilicet in numero, pondere & mensura facta sunt. Iste nume
rus in bono significato beatam trinitatem designat, in qua. s.
summe manet dualitas charitatis & veritas deitatis, & ideo
iste sacratus numerus debet dici, quia ratione trinitatis de-
bet præcipue benedici. Vnde etiā Arist. li. de cælo & mūdo,
in ternario numero Deum sublimem & gloriosum magnifi-
care adhibuit, in quo s. beatæ trinitatis fidem dilucide decla
rauit, quia. s. tria sunt quæ testimonium dant in cœlo: pater,
verbum, & spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt, sicut dicitur
1. Io. 5. Vel dic quod iste numerus signat tres virtutes theo-
logicas, s. fidem, spem, charitatem: de quibus dicit 1. ad Cor.
13. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc. Vel si-
gnat tres potentias vel tres partes pniæ, s. contritionem, con
fessionem, confessionem, satisfactionem, vel tres hierarchias
angelorum, vel tres status saluandorum, vel tres dotes glo-
riæ paradisi, s. visionem, fruitionem, tentionem, & cætera si-
milia. Vnde Eccl. 25. In trib. beneplacitum est spiritui meo.
Vel dic quod ternarius in malo significat tres concupiscen-
tias, scilicet concupiscentiam oculorum, concupiscentiam
carnis, & superbiam vitæ, quæ figurata sunt Apocalip. 16. in
spiritibus immundis, qui de ore bestiæ, i. a suggestione
diabolica perhibentur exire. ¶ Quaternarius numerus est so
lidus, ex quatuor. n. vnitatibus, vel ex duabus dualitatibus, 4
vel ex ternario & vnitate constat, & inter ternarium & qui-
narium medius perseuerat. Iste igitur numerus virum perfe
ctum significare potest, qui solidus est & constans in morib.
& in fide, & qui quatuor vnitates, i. quatuor cardinales vir
tutes vel doctrinam quatuor euangeliorum continet, & bi
narium charitatis, ternarium fidei trinitatis, & vnitatem, i. fi
dem vnius deitatis continue secum habet, ita quod inter ter
narium trinitatis, & quinarium quinq; librorum legis Dei
residet atque manet quod bene figuratur Ezechiel. 1. vbi san
cta animalia quatuor alas & quatuor facies habere dicun-
tur pro eo quod sancti viri & in alijs, id est in volando per
contemplationem, & in facie, idest in cognoscendo per di-
scretionem, quaternarium virtutum & soliditatem mentis
habuisse noscuntur, Ezechiel. 42. Per quatuor ventos men-
sus est murum. Vel dic quod iste numerus soliditatem ec-
clesiæ significat quæ omnia supradicta continet atque por-
tat. Vel dic in malo significat quod per quatuor mala affe-
ctiones regnant, qui scilicet soliditatem obstinationis, bina
rium dissensionis, ternarium concupiscentiarum (quibus. s.
concupiscuntur diuitiæ, deliciæ, & honores) & vnitatem
partialitatis & diuisionis habent. 4. Regum 7. Quatuor erāt
viri leprosi iuxta introitum portæ. ¶ Quinarius numerus ex
quaternario & vnitate consistit, & in bono signat illos qui 5
quinque libros Moysi spiritualiter obseruant, & qui quinq;
sensus suos ab illicitis appetitibus custodiunt & preseruant:
Figurati in quinque prudentibus virginibus, quæ obuiam
exitura sponso, lampades exemplorum cum oleo meritorū
secum portauerunt, propter quod ad nuptias intrauerunt.
Potest etiam iste numerus significare legē Moysi, qua in q̄n
que libris continetur, vel etiam passionem Christi, quę in q̄n
que vulneribus terminatur, vt lex figuretur in probatica pi
scina, quæ habebat quinque porticus. Io. 5. passio vero Chri
sti figuretur in pera Dauid cū quinq; lapidibus. 1. Regu. 17.
Vel dic quod quinarius significat viros carnales, qui a quin
que sensuum illecebris detinetur, & qui in quinq; fatuis vir
ginib. in quinq; fuga bonū emittentib. figurant̄. Mart. 25. &
Luc. 14. ¶ Senarius numerus (qui dr̄ numerus perfectus, p eo 6
q̄ constat ex suis partibus aliquotis, qui secūdum Boetium,
nihil habet superfluum, nihilq; diminutum,) signat viros iu
stos, qui p sex ætates præsentis vitę ad septimam mortis cus
stant, & octauam resurrectionis expectant, & nihil diminu-
tum aut superfluum secum portant, figurati in Cherubin, q̄
sex alas habebant, & sanctus, sanctus, domino decātabant.
Esa. 6. Vel dic quod iste numerus significat laborem præsen
tis mise-

tis miseriæ, pro eo scilicet q dominus sex diebus laborauit.
& in septima requiescere decreuit. vnde Lu. 13. Sex dies sunt
in quibus operari oportet. ¶ Septenarius est numerus q cre
scit vltra senariũ, & est tertius numerus inter impares, & po
test significare tempus præsentis vitæ, quæ septem dierũ cur
riculo voluitur 4. Regum 3. Circuierunt p viam septem die
rum. Vel potest significare septenarium virtutũ, scilicet quat
tuor cardinales, & tres theologicas, vel etiã septem dona san
cti spiritus, vel etiam illos qui in tali septenario consistunt,
de quibus dr Zach. 4. Ecce candelabrum aureum totum, &
septem lucernę super illud. Vel pôt designare vniuersitatem
bonorum terrenorum, quia. s. secundum Greg. Septenarius
numerus vniuersitatem designat. Omnia aũt terrena in se-
ptem climatibus mundi, & sub septem planetis cõsistunt. Vn
de de bonis terrenis potest dici illud Mar. 8. Quot panes ha
betis? dicunt ei septem. Vel potest significare vniuersitatem
futurorum gaudiorum. Istæ sunt septem stellæ quas habebat
filius hominis in dextera sua. Apocal. 1. quia. s. filius hominis
Christus septem stellas, i. vniuersitatem gaudiorum, & præ-
miorum. & præcipuè septem dotes, quattuor. s. corporis, &
tres animæ distribuit animabus. Vel pôt significare vniuersi-
tatem sanctorum, & iustorum. Apoc. 8. Vide septem angelos
stantes in conspectu Dñi. Vel potest significare vniuersitatẽ
vitiorum, & sic dr quòd Christus de Magdalena eiecit septẽ
demonia. Luc. 7. Vel potest significare vniuersitatem homi-
num malignorum, & etiam demoniorum. vnde Matt. 12. As-
sumit septem spiritus nequiores se. Vel potest significare vni
uersitatem infernalium tormentorum. Deuterono. 15. Septẽ
diebus comedes afflictionis panem. & Leu. 26. Percutiã vos
septies propter peccata vestra. Et breuiter omnis vniuersi-
tas & generalitas siue bona fuerit siue mala, potest per se-
ptenarium designari. ¶ Octonarius numerus qui ex octo vni
tatibus, duobus quaternarijs, & quattuor dualitatib. consi-
stit, multa potest significare: significat. n. viros perfectos, qui
. s. iam sunt mente in octaua ętate futurę resurrectionis, quia
pro certo isti habẽt octo beatitudines, duas charitatis parita
tes, & quattuor cardinales virtutes. Istæ autem quattuor vir
tutes duplicatæ sunt, inquantum in dualitate charitatis exi-
stunt. Dualitas autem charitatis in eis quadruplicatur inquã
tum cum quattuor virtutibus, & quattuor euãgeliorum do
ctrina istorum charitas replicatur. Vnde 4. Reg. 22. Octo an-
norum erat Iosias cum regnare cepisset. Vel dic. quòd octo
narius signat beatitudinem, & tempus futuræ resurrectionis
quantum ad bonos, quæ in octaua fiet ætate. Numeri 29 Die
octauo offeretis munus vestrum. quia sicut octonarius succe
dit septenario, & appropinquat ad nouenarium, & cõstat ex
duabus paritatibus, s. ex bis quattuor, vel ex duabus impari-
tatib. s. tribus & quinque, sic verè resurrectio futura, & beati
tudo æterna septenaria temporum, & dierum, donorum, vir
tutum vel sacramentorũ dr succedere, & illis qui in tali sunt
septenario, prouenire. Nouenario autem, i. nouem angelorũ
ordinibus appropinquat, & ipsis homines sociat atque ligat.
Veruntamen ista octaua resurrectionis in duplici est differẽ
tia, quia. s. quantum ad bonos duplicem continet paritatem,
inquantum. s. paritati meritorum respondet paritas præmio
rum. Quãtum ad malos vero duplicem habet imparitatem,
inquantum. s. meritorum imparitati inæqualitati, & dissonã
tiæ respondet imparitas, & dissonatiã pœnæ q miseriæ. Ideo
de ista octaua beatitudine potest intelligi illud Ioã. 20. Post
octo dies iterum erant discipuli Iesu intus, i. in paradiso. Et
sequitur quòd venit Iesus ianuis clausis, & dixit eis pax vo-
bis. Vel per octonarium intellige tempus legis antiquæ, vbi
die octaua pueri circuncidebantur. Gen. 17. Infans octo die-
rum circuncidetur. ¶ Nouenarius numerus constat ex terna
rio ter ducto, & potest significare statum angelorum, qui no
uem constat ordinibus, & tres habet ternarios, i. tres hierar-
chias, in quarum. s. qualibet tres ordines continentur, vt sic
ipsi beati spiritus sub triplicitate triplici constituti, beatę tri
nitati propriè conformentur. Et ideo dr Act. 10. quòd hora
nona angelus Cornelio apparuit, pro eo quòd angelica na-
tura sub nouenario cõsistit. Numerus autem iste denario im
mediatè coniungitur, inquantum. s. ipsum Deum angelica
natura immediatius cõtemplatur. ¶ Nota autem quomodo
numerus nouenarius videtur esse humanæ naturæ appropria
tus. Homo. n. sine cibo dr nouem diebus posse viuere, pedi-
culus etiam qui de homine nascitur. totidem dieb. viuit. Ali-
quæ etiam sunt infirmitates humanæ quæ vsque ad nouena-
rium numerũ semper crescunt. Homo etiam dr nouem die-
bus in aqua vbi submersus est, latere, & postea enatare. Ho-
mo etiam qui morsus a leopardo vel vncia, a murib. ad cor-
rodendum inuenitur, liber remanet, si nouem dieb ab ipso-
rum murium impetu defendatur. Vide de vncia. Multę sunt
etiam infirmitates sanctorum, de quibus in ipsis sanctorum
oraculis infirmus nouem diebus aut moritur, aut sanatur, si-
cut de Sancto Antonio & Maentio & multis aliis est exper-
tum. In hoc igitur potest moraliter intelligi, q nouenarius
numerus, i. nouem ordines angelorum, habent quandam na
turalem amicitiam ad humanam naturam, & quandam con
federationem specialem, & hoc quia homo particeps est ra-
tionis sicut ipsi, creatus ad beatitudinem sicut ipsi, & cum ip
sis ad reformationem suorum ordinum assumendus, & ipsis
in præsenti commissus ab eis defendendus & custodiẽdus.
In signum cuius dr Act. 10. q Symon coriarius vidit quasi ho
ra nona angelum dñi introeuntem ad se. ¶ Denarius nume- 12
rus super nouenarium per vnitatem excrescit, & simpliciũ
numerorum finis, compositorum vero principium existit. si
ne replicatione. n. denarij, nullus numerus vlterius genera-
tur, ipso autẽ replicato, in infinitum numerus propagatur.
Talis est Deus, qui. s. omnium numerorum, i. omnium crea-
turarum numerabilium principium est & finis, quia. s. ab isto
& per istum cõtinuatur, & propagatur omnis creaturarum
numeratio, & sine isto nulla fit creaturarum numeratio, & si
ne isto nulla fit creaturarum multiplicatio. Ioan. 1. Sine ipso
factum est nihil. Vel dic quòd denarius significat complemẽ
tum legis, quæ. s. continet denarium mandatorum. Vnde lex
diuina figuratur in psalterio Dauid, quod dicebatur psalte-
rium decachordum, pro eo quód decem chordas, i. decem
mandata specialia continebat. Vel dic quòd denarius qui est
finis simpliciũ numerorum, significat gloriam paradisi, quæ
finis est & complementum omnium numerorum. Iste est. n.
denarius diuinus quem pro labore vineæ beati recipiũt vni
uersi. Matt. 20. Nonne ex denario conuenisti mecum? Vel dic
quòd in malo iste numerus significat transgressionem decẽ
mandatorum, & sic bestia abyssi dicitur decem cornua ha-
buisse. Apo. 13. De aliis autem numeris potes per teipsum ex
ponere per replicationem simplicium ad denarium, sicut vn
denarius potest significare illos qui vltra decem mandata su
perexcrescunt, & superaddunt consilia. Vel potest significa-
re decalogi transgressores. Duodenarius vero potest signifi-
care duodecim fidei articulos, vel illos qui cum denario de-
calogi duo charitatis mandata seruant. Tertiusdecimus si-
gnificat illos, qui cum fide trinitatis decem mandata custo-
diunt, vel etiam illos qui duodenarium articulorum per hæ
resim transgrediuntur & prætereunt. Et sic potes in omni-
bus numeris aliquod intelligere secretum, vel secundum q
ad præmissa replicantur, vel secundum etiam q ex vsu scri-
pturæ diuersimodè accipiuntur, sicut est quadragenarius, q
significat laborem vitę præsentis, pro eo quòd filij Israel 40.
annis per desertum circuierunt, quinquagenarius vero figni
ficat gloriam paradisi, pro eo quòd illum annum pro iubi-
leo & pro perfecta requie filij Israel habuerũt, & sic de alijs,
quæ omitto gratia breuitatis.

## *De Mensuris.* *Cap. 29.*

De mensuris autem geometricis multa inserit hic ma 1
gister, quæ omnia omitto, excepto q de circulo, an-
gulo, triangulo, & quadrangulo aliquid superaddam.
Est ergo circulus figura simplicissima, capacissima,
ab angulositate remotissima, exterius conuexa & gibbosa, inte
rius concaua & concaua, motui apta, & reuolutioni con-
gruissima, oĩm figurarum perfectissima, suipsius circa cen-
trum æqualiter extensiua, omnium potestatiuè contentiua,
& ad ambitum omnium cõpetentissima, & ideo sagax natu
ra cęlo, & cęlestib. ordinib. dedit circularem dimensionẽ, cir
cularem reuolutionẽ, & circularẽ in idem reductionem. &
oia inferiora. s. anni, menses & tpa circulariter transeunt, &
circulariter reuertuntur. in quib. oibus cõmendatur circuli
figura, & super omnes figuras reputatur igneus & nobilis in
natura. Talis circulus videtur esse Deus, qui. s. sã intelligen-
do, & amando, more circuli reflectitur in seipsum, & etiam
ad

ad modum circuli caret principio atq; fine. Vnde etiam phy
losophus quidam legitur Deum sic descripsisse. s. q Deus est
circulus incircumscriptibilis, cuius centrum vbiq; est circun
ferentia nusquam. pro certo iste est omni perfectione maior
& capacior, & ab omni angulositate. i. ab oi defectu remo-
tior. omnia. n. quæ sunt, sua infinita capacitate ambit, & conti
net, oia possidet atq; tenet, & ideo omnia debent istum cir-
culum æmulari, & ipsum pro virib. imitari, quia. s. oes debẽt
per sui considerationem in seipsos reflecti, & continuè per
considerationem natiuitatis, mortis, iudicij, inferni & para-
disi circulariter circumuerti. Eccl. 1. Oritur sol & occidit, &
in circulos suos reuertitur. Vel dic q circulus est vir iustus,
qui angulositate falsitatis carens, circa centrum. i. circa Deũ
per affectionem & contemplationem cõtinuè circumfertur.
Iste igitur per charitatem est capacissimus, quia. s. bonos, &
malos comprehendit diligendo, per obedientiam est volubilis, qa
s. de facili mouetur bene operando, & maiorib. obtemperã-
1 do, & obedientiam frequentado. Interius etiam est cõcauus
per humilitatem, exterius vero rotũdus & eleuatus per ele
uatam ad Deum voluntatem, & in puncto tangens terrã per
volũtariam paupertatem, & per assumptam de reb. terrenis
strictã necessitatem. Et sic tales figurabantur in circulis au-
reis qui in arcæ lateribus inserebantur. Exo. 25. quib. mediãtib.
portabatur. quia pro certo iusti qui sunt spũales circuli, in
arcæ. i. in ecclesiæ laterib. sunt inserti, & ad eam deferendum,
& sustinendum sunt spũaliter deputati. Vel dic q circulus q
cum re recta non potest coniungi, nisi in modico vel in pun
cto, significat peccatores, qui cum iustitiæ rectitudine nũquã
volunt aliqualiter applicari, nec alicui societati iustè & rectè
socialiter copulari, quia. s. fm Apost. Non est conuentio iu-
stitiæ cum iniquitate 2. ad Cor. 6. Talis igitur per superbiam
est gibbosus, per auaritiã capax, per instabilitatem mobilis
atq; leuis. Tales. n. ita sunt capaces per auaritiam, q vellent
quicquid habent alij continere. Ita et sunt volubiles per in-
constantiam, q in eodem statu nunquam põt sistere vel ma-
nere, sed potius impetuosè volubiliter & circulariter se ha-
bere. vnde 1. Re. 25. Impij rotabuntur quasi in impetu, & cir
culo fundæ. Et in psa. In circuitu impij ambulant. ¶ Angulus
2 est duarum linearum mutuus & alternus contactus. Est autẽ
angul⁹ præ cæteris domus partib. maioris fortitudinis & vir
tutis. Virtus. n. duarum linearũ in angulo coniungitur, & for
titudo duorum parietum, in angulo copulatur, & ideo an-
gulus est naturaliter fortior, & ad coniungendum lineas vel
parietes aptior, & fortib. lapidib. cõpactior. Talis angulus est
Christus, qui de duab. lineis. i. de duabus naturis est composi-
tus, & ad cõiungendum in fidei vnitate duos parietes. i. duas
hominum sectas. s. Iudæos & Gentiles, specialiter deputatus,
& ideo iste lapis angularis dr̃, pro eo q pro stabiliendo do-
mum ecclesiæ fortissimus reperitur, & pro eo etiam q ad co
pulandum diuersos aptissimus inuenitur ad Eph 2. Ipso sum
mo angulari lapide Christo Iesu, in quo ois ædificatio con-
structa crescit in templum sanctum in dño. Vel dic q angu-
lus est prælatus, vel et quilibet vir perfectus, qui ex duab. li-
neis. i. ex duob. charitatis mandatis cõstituitur, & iõ ad con-
iungendũ diuersos per concordiã, habilis inuenitur, ipsosq;
mediante partes diuersæ ad concordia reducuntur, & totũ
ecclesiæ ædificium stabilitur. Esa. 28. Mittam in Sion lapidem
angularem. Vel si vis dic q angulus qui est locus in quo faci
lius adunantur sordes, significat peccatorem, in quo. s. adunã
tur, & aggregantur fæces, & immunditiæ vitiorum, & in quo
2 plus abundat vmbra falsitatis, & minus splendet lũmen, &
splendor veritatis, ideo bene dr̃ q veritas non quærit angu-
los. Angulus. n. falsitatem significat, vbi mala intentio se oc-
cultat. Vel dic q angulus qui. s. est locus immũdus, locus ob
scurus, locus strictus & arctus, significat mundũ, vbi. s. regnat
immunditia vitiorum, obscuritas ignorantiæ, arctitudo seu
pressura tribulationum & pœnæ. Vel dic q anguli sunt virtu-
3 tes, vel etiam cordis affectiones &c. ¶ Triangulus est figura
trium angulorum, & habet triangulus vnicã superficiem, &
tres angulos. Illa aũt superficies cum sit vna, tribus angulis
est cõis, & tñ in quolibet angulo manet tota, & etiam quili-
bet angulus trianguli vẽ alios duos angulos continere. quod
patet sic, quia. s. angulus est contactus duarum linearum, qui
incipit ab vno termino, & terminatur ad duas bases, & sic p
consequẽs necesse est concludere q in triãgulo semper duo
anguli sunt bases, & sic tota superficies cõtinetur a quolibet
angulo, & etiam quilibet angulus est in quolibet angulo. Ta
lis triangulus est beata trinitas, q. s. vnica habet superficiẽ. i.
vnicã diuinitatẽ, q̃ trib. angulis. i. trib. personis est cõis, & in
qualibet est tota, & tñ non est oib. nisi vna, & quod plus est,
in isto dato triangulo trinitatis tres anguli. i. tres personæ ad
inuicem sunt distinctæ, vna tñ ab alia continetur. Vna vero
superficies. i. vna tota essentia a singulis angulis. i. a personis
singulis possidetur: iuxta illud quod canitur. Totus in patre
filius, totus in verbo pater. Ideo bene dr̃ 1. Io. 5. q pater ver-
bum & spiritussanctus hi tres vnum sunt. Vel dic q triangu-
lus est aia rõnalis, quæ vnã habet essentiam, & tres potentias,
vel et tres virtutes theologicas, quia. s. tres sunt qui testi mo-
nium dant in terra, spũs, aqua, & sanguis. s. spũs fidei, aqua ba
ptismatis & sanguis diuinæ passionis. Vel dic q triãgulus põt
significare in malo hoiem peccatorem, qui tres habet angu-
los. i. tres cõcupiscẽtias carnales. Prou. 30. Tria sunt mihi dif
ficilia. ¶ Quadrangulus est figura solidissima quatuor. n. ha 4
bet angulos, & in qualibet parte sui est recta, & ideo vbicun
que voluatur, sp est solida atq; firma, & iõ res quadrangulæ
firmissimæ sunt, & ad sustinendũ oia sunt solidissimum fun-
damentum. Talis figura moraliter loquendo debet esse quili
bet hõ, quia pro certo iste debet habere quatuor angulos. i.
doctrinam quatuor euangeliorum, vel et quatuor cardina
les virtutes, & sic pro certo iste erit per constantiã solidus, &
in fide & morib. sp firmus, & vbicunq; voluatur, siue ad pro
spera siue ad aduersa, stabilis & immotus debet esse, figurat⁹
in altari Ezec 43. vbi dr̃ q Ariel i. altare. erat duodecim cu-
bitorum quadrangulorum, æquis laterib. ad denotandum q
illi qui altare deo efficiuntur, & in quib. Deo sacrificia bono
rum operũ immolantur duodecim cubitos debet habere. i.
duodecim articulos fidei credere, & per cõstantia esse qua-
dranguli tenentur, inquantum. s. in quatuor euangelijs, &
quatuor virtutib. solidantur, æquis tñ laterib. inquantũ per
æquitatem & iustitiam mensurantur. Apo. 21. Ciuitas erat in
quadro posita. Et ibidem dr̃ q latera ciuitatis erant æqualia.
¶ Hic subiungit magister de mensuris quib. mensurantur tã 5
liquida q̃ arida, & sic ponit hic proprietates & nomina eim
vasorũ & instrumentorũ quib. vtuntur hoies, & quorum ad-
iutorio trãsigitur vita pñs, sicut est cyathus, cotyla, hemina,
sextarius, modius, amphora, vrna, corus, cophinus, calathus,
& alia similia infinita. Subiungit et de mensuris spatiorũ, si-
cut est digitus, pes, passus, pertica, stadiũ, miliare, & similia.
Subiungit insuper de ponderib. & ponderũ instrumentis, &
nominib. s. de statera, obolo, vncia, dragma & similib. De his
. n. oibus summatim loquitur magister, sed gr̃a breuitatis, &
pro eo q moralizatio & expositio taliũ impoficua, & steri-
lis videbatur, omissis, & solum de modio, thuribulo, via, termi
no, pondere & statera aliqua subiungit. ¶ Modius igitur fm 6
Isid. erat in lege mensura quadragintaquatuor librarum. i.
viginti duorum sextariorum. & ordinata fuit ista mensura in
typum viginti duorum generum rerum, quæ Deus fecit primis
sex dieb. quia. s. prima die fecit septẽ. s. materiã informem, an
gelos, lucem siue ignem, cælos superiores, aquam, terram, &
aerem, secunda vero die fecit firmamentum solum, tertia die
fecit quatuor. s. maria, semina, sarmẽta, & plãtaria, quarta die
fecit tria. s. solem, lunam, stellas, quinta die fecit tria. s. pisces,
reptilia aquarum, & volucres: sexta vero die fecit quatuor
. s. bestias, reptilia terræ, iumenta, & hoiem, & sic facta sunt vi
ginti duo gña rerum sex dieb. Vigintiduæ generationes sunt
ab Adam vsq; ad Iacob, vigintiduæ litteræ sunt in alphabe-
to, & viginti duo sunt libri veteris testã. In typum ergo isto-
rum Moyses modium viginti duorum sextariorum mensu-
ram ordinauit, ad denotandum q ille modio diuinæ mensu
ræ mensurari meretur, qui vniuersitatem creaturarum reco
lit, & qui libros legis custodit, & qui ad Christi generationẽ
attendit. ¶ Thuribulum est vas metallinum duplum, inferius 7
clausum, superius vero perforatum, cõcremãdo thuri aptũ,
& ad thurificandum circa altaria deputatum, trib. cathenis
concathenatum, & sursum cum eis positũ, & suspensum. Ta-
le debet esse cor & conscientia viri iusti, quod pro certo infe
rius ad terrena clauditur, & sursum ad cælestia per desideriũ
aperitur, vbi ignis charitatis accenditur, & a quo thus ora-
tionis ad altare paradisi euaporare cogitur, a cuius. s. fragrã
tia tota ecclesia iocundatur. Figura Apo. 8. vbi angelus habe
bat thuribulum aureum in manu sua, & data sunt ei incensa
multa. Istud ergo thuribulum cordis nostri tres debet habe
re ca-

re cathenas,s.fidem,spem & charitatem,quæ ipsum.s.habent
constringere,ad contemplationem suspendere,& per cœle-
stia desideria subleuare.Iob.7.Elegit suspédium aia mea.Vel
dic q thuribulum diaboli est adulator, qui igne côcupiscen
8 tis plenus non cessat alios incésare.¶ Lampas est vas vitreű,
tenuë,fragile,planum & perspicuű,rotundum . latum supe-
rius & apertum,inferius vero strictum & clausum, côtinen-
tiæ olei,& nutrimento luminis præparatum, & ad illuminá
dum in tenebris deputatum,& in alto loco positum & suspé
sum.Talis lampas pôt dici quilibet vir perfectus , qui.s.in sui
conditione est fragilis & tenellus, & per honestam connersa
tionem splédidus,non obscurus, quia.s.talis est perspicuus,
& lucis veritatis peruius per discretjonem,rotundus,& sine
angulo per simplicem intentionem, planus per veram,& be
nignam côditioné,sursum a parte cęlestium latus & apertus
per superiorum desideriorum,& cordis affectioné, inferius
vero à parte terrenorű clausus, & strictű per bonorű vsum,
& per contemptum eorum,& detestationem,ignis charita-
tis & olei pietatis contentiuus per amorem,& côpassionem,
& ad illuminádum alios deputatus per exempli & doctrinæ
illustrationem,sursum in ecclesia suspensus per contempla-
tionem,& sp ante altare positus per orationem,& deuotio-
nem,& ideo viri iusti bene figurantur ie sanctis aialib.Ezec.
1.de quibus dr q similitudo, & aspectus eorum quasi carbo
num,ignis ardentium,& quasi aspectus lampadarum.Vel dic
q lampas est peccator fragilis & facilis ad cadédum, quis.s.
in ipso est splendor curiositatis,oleum carnalitatis, ignis cu
piditatis. Ipse.n.sursum aperitur ad mundi honores p affe-
ctionem ,inferius vero ad pauperes stringitur, & clauditur
per parcitatem,& incompassionem,sursum vero suspéditur
per superbiam,& elationem.Vnde Naum.2 .de peccatorib.
dr q aspectus eorű quasi lampades,& quasi fulgura discur-
rentia.Vel per lampadem intelligo conuersationé honestá,
quæ si oleum diuinæ grĩæ habeat,solet illuminare,si vero ip-
so careat non solet proficere vel valere.& inde est q prudé-
tes virgines lampades & oleum habuerunt,pp quod ad nu
ptias intrauerunt,fatuæ vero lampades habebát,sed oleo ea
ruerunt , pp quod nuptiarum introitum perdiderunt, sicut
dr Matt.25.Quia pro certo lampas, & claritas honestæ con
uersationis hypocritis non sufficit,qñ oleum diuinæ grĩæ defi
cit,sed tunc bonorum operum,& exemplorum lampades in
troitum regni cęlorum mętentur,qñ ipsas oleum grĩæ,& me
9 riti co.nitatur. ¶ Laterna est instrumentum ad deferendű lu
cernam ne extinguatur à venti flatibus ordinatum. & est la-
terna dicta a latendo,eo q intus lumen latenter côtineatur.
Et fit laterna de cornu lucido vel de vitro, vt.s.lumen exteri⁹
illuminet,ventus vero interius non subintret. Talis laterna
fuit beata virgo,quæ ignem.i.Dei filium continuit,& per san
ctitatem,& merita semper luxit , & tñ ventus inanis gloriæ
nűquá in eam subintrauit.Talis etiam debet esse quilibet hő
iustus,quia.s.igné charitatis & lumen honestatis debet con-
tinere, & tñ ventum alicuius inanis gloriæ nunquá debet re
cipere vel habere, quod lumen suæ perfectionis possit extin
guere vel vrgere.Prou.vlt. Non extinguetur in nocte lucer-
10 na eius.¶ Via est spacium per quod vehicula trasuenrum , &
vehuntur,& iden dr via quasi vechia.ergo accipiendo viam
pro publico itinere,per quod de loco ad locum pertrásitur,
notandum est sm Lucre. q via debet esse műda,solida,recta,pa
cifica,& secura,hnibus côis & publica,cunctis aperta,& ex-
posita,nulliq; clausa vel interdicta.Talis via vr esse status pę
nitentiæ,vel etiam status.s.lucis,& locus ecclesiæ, quia.s.ista
est via per q itur ad ciuitatem paradisi, & per q iusti tráseűt
& discurrunt.Ista.n.habet munditism continentiæ,solidita-
tem patientiæ,pauimentum iacentis humilitatis vel honestę
apparentiæ,rectitudinem iustitiæ,latitudinem amicitię,seeu
ritatem pacis,& concordiæ.Tali.n.via est ambulàdum, & ad
paradisi domicilium propersndum.Esa.30. Hæc est via,am
bulate in ea, non declinetis ex ea neque ad dexteram neque
11 ad sinistram.¶ Via publica differt à via priuata, seu a semita.
Via.n.publica est vt côiter magis immunda,& lutosa,mon-
tuosa,& puluerosa,magis prolixa,& dispendiosa , & quáuis
sit vt côiter magis lata, non est tñ ad ambulandum magis p
ficua seu tuta.Semita aűt vt côiter est tutior,est mundior,&
est secretior,est breuior,est securior. In viis aűt publicis so-
lent latrones insidiari, & ibi ẽt multa solent biuia inueniri,
ita q qui per talem viam ambulat semper est in periculo,vel
quod ab insidiantibus occidatur, vel q per viá qua non dét
ingrediatur,quæ.s.cessaut in semita,quia pp paucitatem via
torum pauci ibi insidiantur,& pauca ibi sunt biuia, per quæ
ambulantes errare vel deficere compellantur.Via publica si
gnificat mundum,priuata vero vel semita denotat pniæ vel
religionis statum. Differunt igitur ista duo,quia.s.via publi-
ca,i.mundus,est via per carnalitatem luctosa,per superbiam
montuosa,& per auaritiam puluerosa, per insidiátes, demo
nes periculosa,& pp biniorum,i.pp statuum diuersitaté ma
gis est dubia,& amplius tædiosa.& quáuis sit lata & spatio-
sa,est tñ pp causas iam dictas multotiens inutilis,& damno
sa.Mar.7.Lata est via quæ ducit ad mortem, & multi ingre-
diuntur per eam.Semita aűt religionis est mundior per cô-
tinétiam,& rectior,& iustior, secretior, per solitudiné bre-
uior per morum rectitudiné,& offendiculis carentior p ter
renorű,& per occasioné mali paucitudiné.Esa.26.Semita iu
sti recta est,rectus callis iusti.¶ Vestigium est signű plantarű 12
pedum in terra vel in puluere impressum, & ẽt largo modo
sumédo,vestigium dr omne signum quod post recessum rei
cuiuscunq; remanet. Manifestat ergo vestigium illud cuius
est vestigium. Vnde ẽt in vestigiis ferarum remanet aliquod
odoris indicium,quo a canib.venaticis deprehenduntur, &
aliquotiens capiuntur. Per vestigia ergo pñt intelligi exem-
pla siue bona fuerint siue mala,quę.s.in locis in quib.sumus,
imprimimus,ipsaque post nos relinquimus,pp.quod quales
sumus qui pręcessimus,odorantib.& intuentib.declaramus.
Dan.14.Animaduerte cuius vestigia sunt hæc. Vel dic q ve
stigia Dei sunt eius creaturæ,in quibus pro certo clare appa
ret qualis est virtus & bonitas creatoris.Sap.3.A magnitudi
ne creaturæ poterit creator cognosci. Vel dic quòd vestigia
Christi & sanctorű sunt eorum dicta & opera,in quibus ap-
paret odor,& redolentia suæ famæ . Nos autem si boni ca-
nés fuerimus,istorum odorem,& vestigia,i.istorum famam
& exempla debemus sentire,& eadem sequi,& imitari,quos
que possimus quod petimus comprehendere,& habere.Iob
23. Vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodiui,
& non declinaui ex ea.

## *De Ponderibus.* *Cap. 30.*

POndus dr a ponendo,eo q oia collocat atq; ponit.vn
de nihil est aliud pondus quàm impetus rei tendentis 1
ad locum suum.Et sic dico q pondus est in duplici dif
ferentia,s.pondus quod est leuitas,& pondus quod est
grauitas.Leuitas.n.est pondus elementorum nobilium,quæ
motum suum habent a centro ad circunferentiam sicut est
ignis & aer.naturaliter.n.mouẽtur sursum,quia pondus suæ
inclinationis ipsa naturaliter portat sursum.Grauitas autem
pondus est eleméforum ignobilium,sicut est terra, & aqua.
Ista.n.suo pondere mouentur deorsum, & descendunt natu
raliter de superius & de sursum. Per tale pondus potest intel
ligi amor.quia pro certo iste est qui voluntatem & animam
portat & collocat,& vbicunq; vadat,eam situat atq; pausat.
Veruntñ quia sicut duo gña rerum & personarum.s.elemẽta
grossa.i.pctôres , qui sunt sicut terra per frigiditaté indeuo-
tionis,& sicut aqua per labilitatem inconstantiæ,& defectio
nis,& elementa subtilia,i.viri iusti,qui sunt sicut ignis p cha
ritatis feruorem & sicut aer per veritatis splédoré,ideo duæ
spés ponderis & amoris inueniuntur,quo.s.mentes istorum
diuersimodè mouentur & inclinantur. Est igitur pondus le
uitatis,& istud est amor spũalis,& sanctus, qui est amor viro
rum iustorum, qui portat mẽtes eorum superius ad æterna.
Est ẽt pondus grauitatis.i.amor carnalis , & mundialis, qui
mentem mouet inferius ad terrena, quia pro certo istud est
verum,q amor,& affectio bonorű qui per paupertaté volű-
tariã alleniantur,ipsos superius in cœlis collocat, dicens ad
Col.3.Quæ sursum sunt quærite,non quę super terrá.Amor
vero & affectio malorum ipsos inferius in terris , & terrena
deprimit & supprimit,qui per vitia aggrauatur,quia sicut dr
Eccl.3.Spiritus filiorum hoim ascendit sursum,& spũs iumẽ 2
torum descendit deorsum. ¶ Statera est instrumentű ad pon
derandum deputatum.& dr statera a stando , eo q lancibus
æqualiter ponderantib.statera stare vr.Lances.n.dñr illi duo
cybri ærei,in quorum vno ponitur pondus,& in alio ponde
randa.Momentum vero steteræ dr illa lingua recta quę facil
lime

lingua se vertit ad partem amplius ponderantem, quæ quidē lingua in medio vnius regulæ fixa, & in medio per longū perforatæ ponitur, & q̄ diu adæquata sunt pondera, lingua illa recta & conformis regulæ reperitur, si vero inæqualitas ibi fuerit, & vna pars alteri præ ponderauerit, statim lingua illa se ad partem q̄ magis ponderat, inclinabit, & a conformitate regulæ se cōtinuē separabit. Per staterā pōt intelligi conscientia, vbi.s. sunt duæ lances.i. intellectus, & voluntas, & vna lingua .s. spiculi seu synteresis rōnis, & vna recta regula.s. iustitia, q̄ in duo est diuisa, inquantum.s. docet declinare a malo, & facere bonū. Igitur dico q̄ statera cōscientiæ debet dici à stando, stare.n. debet, nec se magis ad vnam partem q̄ ad aliā inclinare, q̄ diu.n. in lancib. intellectus & voluntatis non est aliquod inæquale pondus peccati, tandiu statera cōscientiæ est pacifica, & econtra, & synteresis stat recta & certa, & regulæ veritatis, & iustitiæ conformata, statim vero q̄ virtuti & medio pondus peccati in lance voluntatis vel intellectus pponderat, lingua synteresis se excitat, & dolens a iustitia se separat, & versus illā partem vbi est pondus pcti, per remorsum conscientiæ cōtinuē se inclinat. Leu. 19 Stateræ iusta, & æqua sint pondera. Vel dic q̄ statera est iustus iudex vel platus, cuius lingua & affectio sp debet inclinari, & pendere ad illam partem seu personā vbi videt de virtutum, & meritorū pondere magis esse, exēplo iustitiæ diuinæ, quæ sp inclinatur magis ad meliores, quia sicut dr̄ Prou. 17. Pondus & statera iudicia dñi. Vel dic q̄ statera significat iudices, & aduocatos, qui quamuis debeant esse stabiles atq; iusti, lingua tñ ipsorū inuenitur instabilis & incerta. Non stat.n. in vno proposito, quinimo vbicunq; magis est de pondere pecuniæ, se solet amplius inclinare, & pro illa parte loqui vel etiam iudicare. Vnde de multis linguis & linguatis hoībus videmus q̄ dato q̄ ad vnam partem ponderant pp pondus & pp lucrum quod ibi sperant, si tñ in parte opposita plus de pondere ponitur, & si a parte cōtraria plus offertur, statim lingua talis dimissa prima parte, ad oppositā inclinatur, & ad ipsam cōuertitur, & mutatur sicut patet in proditorib. iudicib. & aduocatis, q̄ munerib. corrupti ab vtraque parte accipiunt, vel de vna ad aliam se conuertunt. & ideo illis qui minus offerunt, pōt optime dici illud Dan. 5. Appensus es in statera, & inuētus es minus habens. & sequitur. Diuisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis. Quia pro certo regna.i. causa & iustitia illorum qui minus habent, & qui minus dant, hodie a iudicib. & aduocatis diuiditur, & trūcatur, & Medis & Persis.i. eorū aduersarijs conceditur atq; datur, iuxta illud Mat. 25. Habēti dabitur, & abundabit, ei aūt qui non habet, & id quod habere vr̄, auferet ab eo. Vel dic q̄ statera est homo, cuius duæ lances sunt corpus, & aīa, quæ.s. contrario modo se habent, quia.s. quotiens vna deprimitur, alia eleuatur, & econtra, quia reuera si corpus ad mūdi honores, & felicitates eleuaueris, animam tunc temporis per peccata deprimes, & grauabis, si vero corpus per pœnitentiā. & tribulationem deprimitur, tunc aīa per virtutes spiritualiter eleuatur. Vel dic q̄ statera est mundus, cuius.s. duæ lances sunt diuites, & pauperes, & quia diuites in præsenti plus ponderant, ideo alios per violētiā secum portant, in fine tñ pauperes magis ponderabūt, & amplius reputabuntur, & diuites econtrario a suo pondere minuetur. Vel dic q̄ statera est diuina iustitia &c. sicut supra. Allega vt supra. Nunc.n. diuina iustitia non ponderat merita, sed temporalia bona, non gratiam, sed fortunam, & nunc videntur diuites pauperibus præponderare, in fine, s. in iudicio, ponderabit merita, non fortunam, & ideo tūc pauperes præponderabunt, & diuites minus habebunt. Figura Dan. 5. 
3 sicut supra. ¶ Quandoq; inuenitur statera dolosa, cuius brachia transuersalia interius sunt concaua, & intus est aliqua quantitas argenti viui inclusa, quæ occultē per illum canalē discurrit, & illam partem ad q̄ flectitur, amplius ponderare facit, dato q̄ in veritate res quæ est in lance, tñ ponderare nequeat. Tales stateræ dolosæ sunt mali iudices, personarum, & munerum acceptores, quia.s. isti sunt per falsitatem concaui, & ad recipiendum argentum viuum.i. pecunia semper prōpti, & ideo dum illud argentum occultē per eos colatur, statim pars illa in qua fuerit, i. quæ argentum obtulerit, magis ponderare, & plus de iustitia habere iudicabitur, pro eo q̄ ista statera dolosa, i. ipse iudex iniquus argenti pondere aggrauatus, ad partē ipsius inclinatur. Vnde quod causa illius partis præponderet alteri, non est propter pondus, i. propter iustitiam illius partis, sed propter falsitatem stateræ seu iudicis, se ad eam inclinantis, ipsamque fouentis, & sustinentis, & partem oppositam renuentis. psal. Mendaces filij hominum in stateris, vt decipiant &c. vnde Ozeæ. 12. Canaan in manu eius statera dolosa. Et tamen scriptum est Prou. 21. quod statera dolosa abominatio est apud Deum. ¶ De alijs autem speciebus ponderum, sicut est libra, vncia, dragma & similia, nihil ad præsens, quia non inuenit in illis circa quod debeam immorari.

## De Sonis. Cap. 31.

Soni & sonorū instrumenta inter rerū proprietates continentur noscuntur, musicæq; disciplinæ necessaria cōprobantur. 1
Habet igitur musica seu harmonica disciplina quandā latentē & spūalē virtutē, qua solet animos mulcere, & a suis ineptis affectib. & motib. temperare, ipsosque consolari, & lætificare, & nō solū hoīes, imo etiam volucres, serpētes & delphinos mirabiliter delectare. Debet tñ inesse melodia, soni debita suauitas, & vocum diuersarum concordia & proportionata cōitas, alioqnin si inter sonos, & voces sit discordia, potius est clamor q̄ melodia. Vna.n. vox seu vna chorda si sit dissona multarum aliarum melodiam turbat, & quantū aliæ audientes delectant, ista illos attædiat, & contristat. Per melodiā pōt intelligi laus diuina, actio gratiarū, vel ēt prædicatio vel admonitio salutaris. In instrumēto ergo.i. in religione, vel ecclesia conueniunt multæ chordæ, id est multæ personæ ad prædictam melodiam faciēdam, quæ.s. auditores lætificat, animos malè motos sedat, & immutat, & ad Dei laudem mentem sollicitat, & inuitat. Veruntñ ad hoc q̄ plures chordæ.i. plures personæ faciant gratam melodiam coram Deo, & laudis, orationis, & gratiarum actionis lætificū sonum reddunt, necesse est q̄ inter se debitē concordentur, & q̄ per virtutes & merita proportionentur pariter, & tendantur, quia pro certo in collegio ecclesiæ vna chorda.i. vna persona praua, dissona & dyscola, solet harmoniæ, & concordiam aliorū turbare, & corā Deo. & hoībus totam eorum melodia, amicitiam & concordiam discordare, & totum aliorū cōsortium diffamare, quia.s. vnus malus totum vnū collegiū turbat, & pp vitam suam dissonam oēs grauat, sicut ad litteram videmus de religiosis modernis, quorum cantus, & cultus est hoīb. odibilis.i. pp dissonantiam suæ vitæ abominabilis, ita q̄ multi ait illud Amos 5. Aufer a me tumultum carminū tuorum, cantica lyræ tuæ non audiā. ¶ Organum est in- 
strumentum musicum ex multis fistulis cōpositum, & cum 2
duobus follibus insufflatum, cæteris instrumentis repudiatis ab ecclesia acceptatum, & ecclesiasticis officijs deputatū. Per organum pōt intelligi sacra scriptura, quam ecclesia sola recipit, alia vero instrumēta musica histrionum.i. alias sciētias poetarum, & philosophorum non recipit neq; legit. In illa igitur sunt plures fistulæ bonorum documentorum.s. cōsiliorum, sacramentorum, & mandatorum, quib.s. mediantib. sonus prædicationis, & diuinæ laudis gratus, & acceptus Deo redditur, qū diuino insufflāte spiritu, prædicator tāgit, pdicat & loquitur. 2. Paral. 19. Steteruntq; leuitæ tenentes organa Dauid. Ad hoc.n. q̄ sonus debitæ melodiæ de scripturæ organo extrahatur, duo hoīes requirūtur, vnus a parte post spūs.s. sanctus, qui occultē duos folles.i. intellectum & volūtatem insufflet, & inspiret, & vnus a parte ante.i. in aperto, videlicet prædicator, qui manifestē tangat, loquatur & prædicet 2. Re. 6. Dauid percutiebat in organis. ¶ Tuba est instru- 
mentum musicum æreum, corneum vel testeum, ad fortiorē 3
sonum faciendum ordinatum, & in bellicis negocijs necessarium, & in festis & conuiuiis opportunum. Est aūt tuba interius concaua, exterius plana, & rotunda, circa tubantis orificium valde stricta, in parte vero anteriori quæ audientes respicit, valde ampla. Ista igitur manu clāgentis ad os ponitur, erigitur, & tenetur, & prius a clangente tangit̄, q̄ ab alijs audiatur. Est aūt vsus tubæ, & in pl̄ijs, & in cōuiuijs. Vtuntur.n. hoīes in bellis ipsis tubis ad hostium terrorem, ad cōmilitonum conuocationem, ad pugnantium animationē, ad equorum bellicorum excitationem ad bellorum intendorum cōgressionem, ad fugitiuorum reuocationem, & ad victoriæ habitæ significationem. In festis vero, & conuiuijs vtuntur tuba ad conuocationem, & lætificationem populi, ad laudem. Dei, & ad pronunciationem præsentis vel futuri solennij Vñ

etiam

etiam apud Iudeos Neomen a.i.solennitas nouæ lunæ cũ tu
barum clangore celebratur, & annus ẽt iubileus cũ tubarũ
sonitu pronunciabatur. Per tubã põt intelligi ꝑdicatio q.s.&
tpe belli & tpe cõuiuij seu festi est necessaria, dum tñ modo
sit debito fabricata. Tuba ergo ꝑdicationis debet esse plana
non vltra modum subtilis, longa, & non vltra modũ breuis,
rotunda, & distincta, & non vltra modum consula, concaua,
& nõ vltra modum solida seu rigida, vacua & ab oi spe lucri
tpalis penitus aliena, a parte tñ tubantis seu prædicantis dẽt
esse arcta & stricta, a parte aũt auditorum debet amplius es-
se lata. Sibi.n. debet arctitudinem pniæ prædicator retinere,
alijs vero debet latitudiné miæ præsentare. Cum.n. prædica
tio duas habeat partes, s. iustitiam & misericordiã, ꝑdicator
sp debet strictitatem iustitiæ, & pœnitẽtiæ a parte sua sume
re, alijs vero debet clementiæ latitudiné præofferre. Manu.n.
propriè operationis debet tubam ꝑdicationis ad os locutio
nis applicare, & quod docet & loquitur, manu executionis
debet tangere & palpare, & prius tangere q̃ tubare, priusq;
manualiter facere q̃ docere 3. Esdr.5. Steterunt sacerdotes
habentes stolas cum tubis. Igitur tuba sacræ doctrinæ & ꝑ-
dicationis ad multa valet, & proficit, quia in bello tentatio
num, & tribulationũ huius mundi, ista est q̃ hostes nostros
demones terret, quæ milites & equos.i. bonos & malos fide-
les & infideles ad pugnandum contra vitia conuocat, & exci
tat, q̃ congressum contra vitia ordinat, & q̃ fugitiuos, & pniẽ
cedentes reuocat, & q̃ modum & signũ victoriæ manifestat.
Ista est per q̃ tristes & desperantes per spẽ lætificantur, per q̃
Deus laudatur per q̃ mandata regis Christi edicunt, & per
q̃ æternæ gloriæ futura solennitas ꝑdicatur. Et sic dr̃ Iohel.2.
Canite tuba, congregate senes &c. Iubileus.n. & Neomenia
.i. remissio & nouitas paradisi, cum tuba ꝑdicationis dẽt edi
ci, & illa quæ ad salutem pertinent, constitui & indici, & so-
nus diuinæ laudis turbari, effici seu dici. ps. Buccinate in neo
menia tuba. Vel dic ꝙ tuba est prędicator, per abstinentiam
strictus, per charitatem latus, per benignitaté planus, ꝑ pau
pertatem vacuus cuius vox, & sonus est prædicatio vel do-
ctrina, q.s. valet ad oĩa supradicta. Iõ sibi dr̃ Esa. 58. Clama,
ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, annuncia populo
meo scelera eorũ. Vel dic ꝙ tuba significat iactatores, & cõ-
minatores, qui bona sua tubicinant, & promulgant, aliosq;
terrificant & conturbant. quod est contra illud Mat.6. Cum
4 facis elemosynam, noli tuba canere. ¶ Figura est instrumẽtũ
musicum, quod alio modo calamus nominatur, qua.s. vtunẽ
auceps & venatores, vigiles & pastores. Mediante.n. dulci so
nitu fistularum aucupes aues decipiunt, venatores ceruos a
cursu suo retrahunt, pastores oues leniunt, & vigiles sese ad
vigilandum excitãt, & inducunt. Talis fistula est laus diuina,
vel etiam sacræ scripturæ prędicatio vel doctrina. Ista.n. de-
bent vti aucupes, & venatores.i. prædicatores ad hoies spiri
tualiter decipiendum, & cautè ad laqueum pniæ conducen
dum, dicentes cum Apostolo illud, Cum essem astutus, dolo
cepi vos. Ista ẽt debent vti pastores.i. prælati ad oues.i. subdi
tos leniendum, & docendum & cõsolandum. Vigiles etiã, i.
contemplatiui debent vti fistula sacræ scripturæ ad se inuicẽ
ad bonum exhortandum, & ad suæ salutis vigilias prosequẽ
dum. Vel dic ꝙ fistula est adulatio, qua pro certo hodie vtũ-
tur quasi oĩa genera personarum, & prædicatores & præla-
ti & religiosi & contẽplatiui, oẽs.n. suo modo blande & sua-
uiter fistulant, & alios decipiũt & delectant. vnde Catho. Fi
stula dulce canit, volucrem dum decipit auceps. Pone figu-
ra de fistula Dan.3. cuius audito sonitu populus statuã ado-
rabat. quia.s. dum adulator fistulat populus subditorum ꝑla
tos iudices & hoĩes statuales necessario venerat, & laudat.
5 ¶ Tympanum est lignum aridum, in quo pellis extẽsa, & sic
cata sonum habet facere. Cithara aũt & lira, & psalterium li
gna sunt in quibus per extensionem chordarum solet homo
cantus, & modulos (dum tñ tãgat cum digitis) resonare. Ta
lia.n. instrumenta totam melodiam suam reddunt per tactũ,
quia in istis nisi tactus digitorum interueniat, nulla fit melo-
dia cantuum vel sonorum. Tales videntur esse religiosi viri,
qui rectè sunt sicut lignum aridum per abstinentię siccitaté,
in quibus pellis, & chordæ.i. venæ sunt extensæ per pniæ ma
cerationem, quia pro certo tales sunt qui per appositioné,
& tactum manualis operationis reddunt sonum, & cantum
confessionis, & gratiarum actionis, quia breuiter nullus est,
qui coram Deo canticum dulce reddat, vel qui melodiã lau-
dis diuinæ debitè faciat nisi manum per bonã operationem
apponat & oisi instrumentũ corporis proprij per pniam fe-
siat atq; tangat. quod bene figuratũ est in Iacob Gen.32. vbi
postquam angelus dñi tetigit fœmur eius emarcuit, & post
in sonum diuinæ laudis prorupit, dicendo, Vidi Deum facie
ad faciem, & salua facta est aĩa mea. Quia procul dubio post
quam quis per pniam corpus proprium tetigerit ipsumque
marcescere per pniam fecerit, mox facilius in sonum diuinæ
laudis prorumpit. Iob 1. Tange os eius & carnem, nisi in fa-
ciem benedixerit tibi, vel si vis dic, ꝙ multa sunt instrumẽta
musica.i. multæ personæ, quæ nullum sonum diuinæ laudis,
confessionis, orationis, & gratiarum actionis modulantur, ni
si a Deo prælato per tribulationem vel correctionem tãgan
tur ps. Tangit montes, & fumigant. ¶ Ista est omni melodiæ
mira proprietas, quia lætum reddit lætiorem, & tristem effi 6
cit tristiorem, cuius rationem reddit Aug. dicens ꝙ hoc acci
dit ex quadam proprietate occulta q̃ habet aĩa rationalis cũ
armonia, ꝑ quam passiones ipsius aĩæ intenduntur, & ad lę
titiam seu tristitiam fortius conuertuntur. Talis est melodia
verbi Dei. Siue.n. anima sit læta per spiritualem consolatio-
nem, siue tristis per pniam, & contritionem, talis ipsius bona
passio in suis qualitatib. intenditur, qñ in cordis aurib verbi
Dei symphonia modulatur. Tristis.n.i. vir pœnitens, & contri
tus magis tristificatur ex verbi Dei sonitu, lætus vero & spi-
ritualiter cõsolatus lætior efficitur ex auditu, quia ſm ꝙ ver
bum Dei nunc terrendo, nunc consolando diuersimode in-
tonat, ſm hoc animam lætificat aut contristat. Vel dic ꝙ illi
qui sunt tristes, & desperati & obstinati, ex auditu melodiæ
verbi Dei fiunt aliquãdo tristiores, & desperationis vitio ple
niores, illi vero qui sunt læti, & spe veniæ consolati, fiunt ex
tali auditu lætiores, & spe veniæ, & misericordiæ gaudentio
res, iuxta illud Apo.22. Qui audit audiat, & qui quiescit qe-
scat, & qui in sordibus est, sordescat adhuc, & qui iustus est,
iustificetur adhuc. ac si dicat, ex tali auditu fiunt peccatores,
& sordidi deteriores, iusti vero, & prouidi meliores. Quod
etiam de mundi lætitia dici potest, quæ. s. lætos.i. bonos & iu
stos (qui.s. oĩa mundi gaudia sciunt in Deum reducere) lætifi
cat, & facit meliores, tristes vero.i. peccatores, qui omnia ad
malum reducunt facit deteriores. Allega vt supra.

# *LIBER DECIMVSQVARTVS IN QVO AGITVR de Naturæ mirabilibus.*

## PROLOGVS.



Quia Deus quottidie facit magnalia in Aegypto,
mirabilia in terra Cham, terribilia in mari Ru-
bro, ita ꝙ illi qui nauigãt mare in nauib. facien-
tes operationes in aquis multis, ipsi viderunt
opera dñi, & mirabilia ei⁹ in profundo, hinc est
ꝙ mundi mirabilib. intẽdo aliqua dicere, ipsaq;
ad mores ad spiritualem intelligentiã reducere, vt sic quãto
ipsæ res magis nouæ, mirabiles, & insolitæ prædicantur, tan
to possint animum plus mouere, vt & sic natura hominum
(quæ ſm Plin.li.12.c.1. nouitatis est auida) de inauditis reb.
& insolitis admiretur, & tandem morali expositione perce-
pta, in Dei laudem amplius eleuetur. Moralizare ergo inten
do secundum titulos regionum, quibus ascribentur ipsa mi
rabilia. Sed quia multa sunt de quibus nescio in quib. regio-
nib. fiunt, cum nomina regionum quæ ponuntur a doctorib.
nunc, vt communiter sint mutata, ideo post titulos regio-
num ipsa mirabilia sub particularibus rerum titulis finali-
ter distinguere dignum duxi. Ista igitur quo hic ponæ, vna
cum infinitis alijs, quæ supra in titulis diuersis de rerum pro
prietatibus assignaui, inueni in Plinio, Solino, & Geruasio,
in libris & voluminibus eorundem. Notandum tamẽ quòd
non intendo moralizare mirabilia fantastica, sed realiter
in natura existentia, atque vera. Veruntamen dicerem,
& moralizarem aliqua de phantasijs, de quibus mirabilia
ponit Geruasius, nisi quia nescio an sint res in natura exi-
stens, vel demones hominibus illudentes. Ponit enim idem
de dracis sub aquis habitantibus, & ibi catulos suos nu-

trientibus, in varias formas se transformantib. lactantes mulieres pro nutriendis filijs rapientib. & tandem adultis filijs ipsas cum salario reducentib. viros vero cum rapiunt comedentib. sicut exemplificat de quadam muliere in Rodano circa Tarraconem rapta & in domo draci sub aqua per septennium ad nutriendum draci filium occupata, & postea reducta, quæ. s. dominum suum postea in foro de Bellicadro cognouit, & de domina, & alumno suo interrogans, mirante draco quomodo ipsum cognouerat, respondit quod cum in domo sua quadam die pastillum anguillarũ comederet, & oculum suum eum pingui digito tetigisset, ex tũc clarum visum ad videndum sub aquis habuerat, asserens quod non illos oculo ipsum viderat. Quo audito digitũ oculo eius draco impressit, & sic eum amplius non cognouit. Addit etiam quod iuxta Arelaten. ciuitatem sub domo militiæ ad portam borealem in quadam voragine Rhodani vox quædam per triduum audita est, tam de die quam de nocte, ac si esset vox humana, per ripam fluminis discurriens & dicẽs Hora præterijt, & homo non venit. Die vero tertia circa horam nonam, ecce iuuenis celeri cursu ad ripam adueniens, totus immergitur, & vox illa amplius non auditur. Audiui etiam ego in campaniæ partibus, non diu est, puellam sato similiter raptam esse, & cum per septennium fuisset perdita, & in quodam puteo in quadam crypta ad latus putei a draco nutrita, accidit (sicut postea referebat) quod dum quadam die dracus & vxor sua transformari exterius exissent, & pueri quasi ludendo de illo puteo cum situla aquam extraherent, ipsa se in situla posuit, & foris extracta omnia quę contigerant, enarrauit. Tandem vero in illo puteo puella nõ reperta, tumultus maximus est auditus. Ponit etiam de Delphinis, quos dicũt milites esse maris, sicut exemplo cuiusdam narrat dicens quod cum nautæ quidam multitudinẽ delphinorum circa se vidissent, vnum cũ lancea vulnerauerunt, & statim facta tempestate horribili, affuit quidam miles ambulans super aquas, qui illum qui socium suum delphinum percusserat, requisiuit, quo statim super equum suum rapto, ipsum sub aqua in palatium grande portauit, vbi quendam militem vulneratum in lecto reperiens, illum esse delphinum quem percusserat asseruit. pręcepit ergo nautæ quod telum quod immiserat extraheret, quodque perpetuo delphinum non læderet, cum re vera ipsos esse sub aquis homines seu milites certum esset, quo facto hominẽ apprehẽdit, & ipsum tãdem ad socios sautium reduxit. Si. n. ista sint illusiones demonum, nulli dubium est quin possint illa facere. Si vero sint aliquæ occultæ generationes in natura realiter existentes, mirum videtur quod talium notitia ad hominem non peruenerit, & quod de istis in sacra pagina nihil habeatur. Est tamẽ possibile (sicut posset ab aliquibus opinari) quod sicut in igne. i. in splendida cœlesti natura habitant creaturę rationales, s. angeli, in aere demones, in terra homines, sic & in aqua sint aliquæ rationales effigies habitantes. Ad qđ etiam videtur alludere scriptura dicens Iob 26. Ecce gigantes gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis. Poetæ etiam videntur ista sensisse, qui. s. ista numina, Neptunum, Glaucũ, Protheum, & Nereides videntur in aquis posuisse, & ibidẽ dominium accepisse. Seneca etiam ad hoc videtur facere de naturalibus quæstionibus li. 6. dicit quòd in natura sunt multa quæ nondum ad hominum notitiam peruenerunt, quę tñ finaliter peruenient, ita quòd posteri qui tunc erunt, mirabuntur nos ea ignorasse. Veniet (inquit) tempus quando illa quæ nunc latent, in lucem dies extrahat, & longioris æui diligentia. Multa. n. sunt quæ esse concedimus, qualia autẽ sint, ignoramus. & exemplificat de anima. Dicit etiã quòd in natura præter illa quæ cognita sunt, multa per secretum eunt, nunquam humanis oculis orientia, neque. n. omnia Deus humanis oculis nota fecit. sequitur. Rerum natura sacra sua nõ simul omnia tradit. Scriptura etiam sacra postquam de mirabilib. Dei operibus mentionem fecisset. Eccle. 43. finaliter addit, Multa inquit abscondita sunt maiora his, pauca. n. vidimus operum eius. Posset ergo concedi fm istos, fore possibile quod prędicti draci, & milites & alia similia sint quędã portio naturę, quę adhuc hoib. est ignota. Iudicia. n. Dei abyssus multa, & Dei mirabilia sunt opera. Addit & Geruasius idem de Lamijs & Strygib. quas dicimus de nocte incedere, per clausa ostia intrare, pueros de cunis educere, ipsosque aliquando comburere, vinum de dolijs bibere, & bibitum integrum restituere. Addit & de portuuis, qui erant phãtasiæ, quę de nocte facit rugam, statura pusilla solebant apparere, & negocia domus cũ quadã sollicitudinis apparẽtia tractare, & in nullo solebant hominem lædere. Ego autem senẽ vidi, qui multitudinem talium se asserebat vidisse. Addit etiã de Fadis, quæ pulcherrimæ mulieris videbantur, amplexus maritales cum hominibus quærentes, quæ fœminæ esse credebantur, quas quam diu viri celabant, secretaque sua non reuelabant, prosperitate maxima perfruebantur. si vero ipsa prodebant, vel pacta quę erãt inter eos violabant, ipsę in serpentes conuertebantur, & ab eorum oculis euanescentes, nunquam ab ipsis amplius videbantur, ipsos vero maritos mox infortunia sequebantur, sicut exemplificat de Raimundo domino castri de Ruseto in prouincia Aquen. qui inuentã Fadam pulcherrimam cum tali pacto in vxorem duxit, quod eam nudam nullo pacto videre præsumeret, quia sic in coniugio perseuerante, & marito in omnibus prosperante, post multa tandem temporum curricula ipsam in balneo nudam videre voluit, qđ vt factum est, statim ipsa in serpentem mutata, immisso sub aquã capite, recessit & euanuit, simulque tota militis prosperitas abijt & defecit. In mea vero patria Pictania fama est castrum illud fortissimum de Lisiniaco eadem fortuna per quendam militem cum fada coniuge fundatum fuisse, & de fada ipsa copiosam nobilium & magnatum originem sustepisse, & exinde reges Hierusalẽ, & Cypri, nec non comites Marchiæ, & illo de Pertiniacho originaliter processisse. Fada tamen visa nuda a marito, in serpentẽ mutata esse fertur. Et adhuc fama est quòd quando castrum istud mutat dominum, serpens in castro videtur. De alijs phantasijs multa posuit idem Geruasius, quod. s. in monte qui dicitur Equa, qui est in terra Delphinatie Viẽnen. qui ita est altus & vndique lateraliter ita pręruptus, quod nunquam ad ipsum est homini accessus, visi sunt ab alio monte alto illi propinquo in eius summitate, vbi semper apparet herba viridis, panni extensi, & ad solem vt siccarentur expositi. In prouincia etiam Aquẽ. dicit esse rupem in cuius summitate est quasi paries intercisus, vbi duæ fenestræ esse videntur, in quibus si a lõgè respexeris, quasi duas pulcherrimas dominas videbis simul colloquentes, si vero ad rupem appropinquaueris euanescit spectaculum, nihilque de dominab. videri potest. Narrat ẽt quod in Anglia erat locus vbi quicunque clamabat, Veniat miles contra militem, statim alius miles aderat ad instandum. De quodam etiam monte narrat, vbi quicunque sitibat, si petebat bibere, vsque ad eius os cornu plenum vino offerebatur, minister vero nõ videbatur, quod cornu quidam retinuit, nec ministro restituit, quod a pluribus postea visum fuit. Audiui ẽt ego in prouincia iuxta ripã cuiusdam fluminis apud castrũ de Ibricis quandam ignotam mulierem visam a pastoribus pannos lauare, & appropinquantib. illis fugere & euanescere, quæ tandem iterum prodiens, quendam puerum secũ duxit, cui pastores insidiantes, ipsum rapuerunt, & ad castrum portauerunt, qui per tres annos nutritus nequaquam loquebatur. quadam vero die dum illi sui nutritores essent ad mẽsam, puer vero sederet ad ignem, subito audita est quædam vox existens in platea, quæ vocauit bis Gabitte, gabitte, quo audito puer in semetipso cõsurgens, & ad darreriam fugiẽs, nunquam amplius fuit visus. Quod dicam de mirabilib. quæ in historiis Galuagni, & Arturi ponũtur, quorum vnum de omnib. recito, s. de palatio quod Galuagnus sub aquam casu captus reperit, vbi mensam refertam epulis, & sedem positã inuenit, ostium vero per quod exire valeret, nõ vidit, qui cũ famescere & comedere vellet, statim caput hominis mortui positum in lãce affuit, & gigas in feretro iuxta ignem iacuit, giganteque surgente, & palatium capite cõcutiente, capite vero sibilante, & cibos interdicente, nunquam de cibis comedere ausus fuit quousque post multa miracula exiit, sed nesciuit qualiter exiuit. Ista stupenda & mirabilia videntur & moralizatione digna, nisi quia ignotum est vtrum sint demonum illusiones, vel aliquarum rerum nobis incognitarum generationes, vel aliquæ friuolæ hominum fictiones. Melius ergo arbitror de istis tacere, quàm de ipsis aliqua narratiue asserere, ne forte videar fabulas hominum, vel etiam opera demonũ pro naturali veritate narrare. Ista ergo ad præsens omnino tam, nisi forte quando de fabulis poetarum tractabo, inserã aliquid de præmissis. Dicendum ergo puto de mirabilibus, & primo secundum ordinem regionum.

## De Aphrica Cap. 1.

1 APHRICA gñaliter est tertia pars orbis, ad meri-
2 diem constituta, in qua sunt multæ latissimę re-
giones. Est.n.ibi Lyba, Numidia, Mauritania, & ꝓ
uincia Pœnorum, in qua fuit Carthago maxima
sita, quæ alterum post vrbem Romam, orbis terrarũ decus,
a Solino extitit nuncupata. Igitur in Aphrica est mós Atlas,
ꝙ versus meridiē e medijs arenis combustis consurgens por
rigitur, diuersis feris repletur, & in quibusdam sui partibus
syluis & nemoribus obumbratur. Huius cacumina Herculi,
& Perseo fuerunt peruia, cæteris verò hoĩbus inaccessa. In
hoc ergo duo esse notabilia Solin. recitat. Alterum, quia di-
cit, ꝙ mons iste silet per diem vniuersus, & mirabiliter est so
litarius, & secretus, de nocte vero ignibus illuminatur, & ibi
dem tibijs, & cymbalis personatur, hoc tamen quis faciat
ignoratur. Alterum etiam notabile est, quia ibi crescunt quę
dam arbores ad similitudinem cupressorum, quæ quadam la
nugine vestiuntur, & sericis velleribus induuntur, ex quib⁹.
quidem velleribus vestes bombecynæ vel sericæ præparant,
sicut etiam dicit Plin. cum Solino. Dicit etiam idem Solin. ꝙ
fruges sponte nascuntur ibidem. Per illum montem intelligo
paradisum, qui procul dubio arenis pœnitentiæ circundatur,
cum ibi nullus intret, quin illuc per pœnitentiam transferat,
& iste est locus, qui in die præsentis vitæ nobis est incognit⁹,
& multũ solitarius, & secretus, in nocte vero mortis ibi ignis
charitatis videtur, lumen veritatis emicat, & cantus æternæ,
laudis & iucunditatis auditur. psalm. in die mandauit domi-
nus misericordiam suam, & nocte canticum eius. Ita ꝙ ipsi
sancti possunt dicere illud. Psal. Nox illuminatio mea in deli
cijs meis. Ibi etiam sunt fruges satietatis æternæ. s. fruitio dei
tatis, q̃ sponte singulis ministratur. Ibi etiã sunt arbores. i. ipsi
sancti, de quorum lanugine. i. de quorum scientijs, & exēplis
pfecti, qui sunt in hoc seculo, vestiuntur. Vel dic ꝙ istę velles
arborum significant dotes corporum beatorũ. Vnde de isto
triplici bono btõrum dr̃ in psa. Induti sunt arietes ouiũ. ecce
vestiũ honestas. & valles abundabunt frumento. ecce victuũ
fertilitas. clamabunt, etenim hymnũ dicēt. ecce mētiũ iocũ-
ditas. ¶ Hic ponit Solinus de natura elephantũ, vrsorũ, leonũ
hyenarũ, sed omitto, qa de ipsis in tractatu de aialib. extitit
satis dictu. De onagris ēt hic & de anguib. meminit, de quib.
dr̃ suo loco. ¶ Syrtes maiores, & minores sunt in Aphrica, &
2 sunt syrtes, quædam pericula arenarum. Sunt.n. arenæ in de-
sertis lōgissimis circa mare, quæ ad modum aquæ fluctuāt nō
ora, & propter ventũ ex interioribus terræ continuè vaporã
tem, ipsæ arenæ perpetuo sunt in motu. Vñ (sicut dicit hic So
li.) si qs inter syrtes maiores, & minores, q̃ ducentis millibus
passuum a se distāt, iter facere voluerit, necesse est ꝙ syderib.
dirigatur. non pōt.n. ibi apparere vestigium semitæ suæ viæ,
quia ad modicum flatum venti situs locorum mutatur, & qui
montes fuerant, valles efficiuntur, & econtra montes in val-
les transeunt, ita, ne agnitioni vlla locorum indicia relinquã
tur. Fundus etiam maris contigui a profundo arenis ebullit,
ita ꝙ ibi nauis sine periculo nulla transit, quãuis classem Ro
manam sub Cn. Seruilio. & C. Sempronio consulibus per ista
loca vadosa impune fortuna perduxit. Et breuiter sic fit ꝭm
Soli. ꝙ ad exitium viatorum in terris ventus, in mari terra se
uiat. Et credo, ꝙ istud periculum sit mare arenosum, de quo
faciunt simplices mentionem. Illæ etiam sunt arenæ sub qui-
bus (sicut alibi dixi) perijt exercitus Cambisis regis, quē mit
tebat ad spolia templi Iouis hammonis, vt refert Sen. de na-
turalib. quæstionib. li. 2. Charissimi ꝑ ista loca periculosa po-
test intelligi præsens mundus, qui pro certo syrtis dicit a syre
in, quod est trahere, eo ꝙ ad periculum gentes trahit. Iob 25.
Post se oēm hoiem trahit, & ante se innumerabiles. In isto.n.
sunt arenæ bullientes. i mundi diuitiæ, quæ propriè bulliunt,
& fluctuant, quia nunquam in eodem statu permanent, imo
vento, & spiramine fortunæ flāte nūc cumulantur, nunc spar
guntur, nunc acquiruntur, nunc perduntur, ita ꝙ sicut i mul-
tis videmus) nihil de præcedentibus cumulis inueniẽ. psa. Ni
hil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis, & bñ, nulla est
& repellit. Hier.7. Eiicient ossa eorũ qui habitauerũt in Hie
rusalẽ de sepulchris suis. Sed q̃d? Pro certo si istos mortuos
velit retinere.i.de morte cogitare,necesse ẽ q̃ ante oĩa me-
diãtę Helena Cõstãtini matre.i.Maria Christi gñtrice crucẽ
latronis.i.cruciatũ malorũ & pœnas infernales per conside
rationẽ habeat,& q̃ dãnationẽ reproborũ diligenter intelli

ga,&

gat & perpendat. Qđ si fecerit mortuos.i.mortis memoriã non amplius reijciet, sed ipsam in corde suo recipiet & inuoluet, quia proculdubio ille nunquã memoriã mortis euomit. qui crucẽ latronis habet.i.qui malorũ cruciatum & damnationem attendit. Gen.23. Sepeli mortuum tuum. Vel dic ꝙ ista terra significet vaniloquos iactatores, qui.s. aliqđ sepultũ.i.aliquod secretum retinere non possunt, sed totum quicquid auditu receperunt, exterius euomere, & reuelatione in publicũ declarare nituntur. Crux ergo & cruciatus talibus debentur, quib. ad celandum commissa secretius coercẽatur. Quod potissimè verum est de sacerdotibus, qui mortuos sepultos.i.peccata eis confessa euomũt & reuelãdo. Crux itaque talibus.i.cruciatus & pœna dari debet. Ideo bene consulitur talib.& Eccl.16. Audisti verbum aduersus proximũ tuum, commoriatur in te, fidens, qñ te non dirumpet. A facie.n. verbi parturit fatuus. Vel dic ꝙ iustus debet esse sicut ista terra, quia nullum peccatum debet in corde sepultũ siue occultum retinere, sed statim per confessionem euomere & auferre, dicendo cum Christo Lazaro mortuo illud Io

2 an.11. Lazare veni foras. Et resedit qui erat mortuus. ¶ De cruce boni latronis dr̃ Gerna aliud mirabile, videlicet ꝙ in cypro ab Helena (sicut dictum est) fuerit dimissa, & in quadam ecclesia collocata, vbi sine aliquo firmamẽto in aere pẽdula manet, & se ad osculum & non ad contactum manuũ præbet. Si.n. ipsam osculari volueris sine motu in aere stabit, si vero manu tractare tentaueris, statim vel ad latus fugiet, vel sursum attolletur. Per istã crucem intelligo sacram scripturam, quæ crux dicitur, quia in ea intelligenda aius cruciatur. Et dr̃ crux boni latronis.i. cuiuslibet boni prælati & prædicatoris, animas.s. diabolo surripientis & furantis, iuxta illud Apostol. 2.ad Cor.12. Cum essem astutus, dolo cepi vos. Per se etiã dicitur stare, quia non contingit eam deficere vel perire, sicut iusq; fulcimento non indiget, quia.s. diuino munere per se viget. Ista est ergo veritas, ꝙ si ad istam crucem.i. ad sacram paginam veneris, & cum humilitate eam quæsieris, & osculum reuerentiæ & amoris eidem impenderis, ipsam procul dubio se tibi præsentantem, & verum sui intellectum manifestantẽ, & tibi applaudentẽ videbis. Sap.6. Præoccupat.n. quærentes se. Quod si forte manu tractare.i. cum pręsumptione discutere curaueris, statim a te refugiet, ita ꝙ verum intellectũ apprehendere nõ valebis. Vñ legi ꝙ quidam magnus doctor semel multũ laborauit pro intellectu ...nius ...næ habendo, & nunquam ipsum poterat inuenire. In crastino vero voluit adire quendam aliũ, vt ab ipso peteret illum intentũ, & in via sibi reuelatũ est per angelũ, qui dixit sibi ꝙ magis meruerat sua humilitas quam habuerat ab alio illam difficultatẽ inuestigare volundo, quam tota subtilitas quam adhibuerat in inquirendo & studẽdo. Ista potissime de Deo

3 vel de secretis quæ ad diuinitatem pertinent, possumus dicere, quia pro certo plus inde nouit & cognoscit humilitas osculatrix, quã curiositas inuestigatrix. Deus.n. hoib. sibi osculũ charitatis porrigentib. se præsentat, ipsum vero manu tractãtibus.i. curiose inuestigantib. & quasi cum sua subtilitate in sua manu habere præsumentibus se occultat, & ab ipsis se eleuat & elongat iuxta illud psal. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Ista etiam est crux latronis eo ꝙ latrones & pctõres cruciat in inferno. Ista p se stat, & nulli rei innititur sed sine alio fundamẽto perpetuo perseuerat, & mortuos etiam impedit euomi inquantum mortẽ non vult abscondi a memoria vel ab aio inferioris. Exo.12. Neq;.n. erat domꝰ in qua non iaceret mortuus. Vel dic ꝙ crux latronis est mulier pulchra, quia etiam ista est ad modum crucis facta, ex ipsa sua humana forma. Et etiam ipsa est cruciatus ipsorum fatuorũ, qui pro eo latrones dicuntur, quia Deo ꝓprias aias subtrahunt & furantur, & quia per fatuum amorẽ in tales cruciatus mẽtaliter suspenduntur. Istę ergo cruces sunt in aere suspensæ.i. in pendulo positæ, & nulla firmitate boni propositi stabilitę. Et breuiter istę sunt q licet manuum attractionem.i. carnalẽ copulã refugiant, osculũ tñ libenter porrigunt atque præstant. Vel dic in bono ꝙ ista est bona mulier, quæ quamuis illis de genere suo soleat osculum porrigere, nunquam tñ debet illis manum, tactũ, attractatioẽmve impudicam ac dissolutam permittere, quinimo bonæ mulieres dñt talibus dicere illud Thr.4. Recedite polluti clamauerunt eis, recedite, abite, nolite tãgere. ¶ In Cypro intellexi esse arborem cu

4 ius fructum seu pomum quotcunq; partes incideris, semper in qualibet particula crucifixi imaginẽ videbis. Talis debet esse voluntas & consciẽtia viri iusti, quia.s. quotcunque tribulationibus scindatur, vel in quæcunq; particularia negocia diuidatur, necesse est ꝙ sp crucifixi memoria & suæ passionis deuota imaginatio in eo inueniatur, exemplo illius qui dum in passione sua semper Iesum nominaret, dixit sibi tyrãnus ꝙ nomen Iesus ab ore suo cessare faceret. Sanctus vero rñdit ꝙ si ex ore recederet, nunquã tñ a corde cessaret. quod & factũ est quia post mortem eius cor ipsius est incisum, & nomẽ Iesus in medio est inuentũ. De alio ẽt legi ꝙ cum omnia loca in quibus Christus personaliter fuerat visitasset, & vltimo esset in monte oliueti, vnde dominus ascendit in cęlũ nec amplius sequi eũ valeret, nisi post ipsum in cælũ ascenderet summo successus gaudio, & summo amoris desiderio expirauit ibidem. Medicis ergo prodentib. quod amor seu gaudiũ fuerat causa mortis, apertum est cor ipsius, & in medio scriptũ erat Amor meꝰ Iesus. Poterat.n. ille dicere illud psal. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.

*De Creta insula. Cap. 13.*

Creta est insula nobilissima, quæ quondam fuit centũ vrbibus decorata, quæ inter Aegyptũ & Græciã situatur. Hæc prima remis & armis claruit & sagittis. Prima melodiam inuenit, prima docuit vias equestres, prima literis iura iunxit. Hic capræ & oues multę, cęrui & capreæ valde paucæ. Lupos & vulpes & alia ferarum genera nunquam gignit, & serpentes & venenosa non habet præter quasdam araneas, quæ ibi nascuntur, quæ ab Isidoro phalangia nominantur. Hic nulla auis clamosa nycticorax, & si aliũde venerit, statim perit. Hæc gemmis & herbis medicinalib. est referta, & cunctis bonis & diuitiis opulenta, sicut dicunt Plin. & Isi. Ibi ẽt ſm Solinum est herba alimos quæ admorsa diurnę prohibet famẽ. Sic paradisus vel etiam ecclesia ẽ cum vrbibus.i. diuersis diuersorum statuum mansionibus est decorata, quia in domo patris mei mãsiones multæ sunt. Io.14. Ipsa insuper ecclesia multarum dignitatum distinctionib. est diuisa. Ibi sunt remi.i. ecclesiæ cõfessores, arma.i. ecclesiæ defensores, sagittæ.i. sacrorũ eloquiorũ prædicatores. Ezec.27. In aquis multis adduxerunt remiges tui. Ibi est melodia angelorum, equitatura martyrum & apostolorum, literatura doctorum & prædicatorũ. Vel exinde prodijt melodia deuotionis, equitatura prædicationis, literatura sacræ scripturæ & eruditionis. Ibi sunt capræ & oues, quia ſm Augu. Surgunt indocti, & rapiunt cęlum, & nos cum literis nostris mergimur in profundum. Cerui tamẽ.i. cornuti superbi, capreæ.i. instabiles vel immundi luxuriosi, lupi.i. raptores & vsurarii, qui prædam.i. bladum abscõdunt donec putrescat, vulpes.i. malitiosi & ficti ibi nullatenus apparent, nec aliqua genera venenosorum.i. peccatorum, quia sicut dr̃ Apoc.22. Foris canes & venefici. &c. Ibi tñ generata sunt & nata phalagia venenosa i. mali Angeli, qui statim exinde repulsi sunt. Ibi non est nycticorax.i. aduocati, qui litigando & clamando cibum suum, hoc est diuitias acquirunt, & clarius vident in nocte temporalium, quam in die spiritualium. Ideo Esa.35. Non erit ibi leo nec mala bestia. &c. Herbis etiam medicinalibus.i. sanctis hominib, & lapidib. preciosis.i. angelis, vel virtutibus hæc insula est repleta. Ibi etiam est herba alimos.i. satietas glorię, quã qui semel admorserit, famẽ nequaquam amplius sustinebit. Apo.7. Non esurient neq; sitiẽt amplius

&c. ¶ Item Plinius li.21.c.14. ꝙ in Creta est aliud miraculum. 2
est.n. ibi quidam mons dictus Carina, circa quem per nouẽ milia passuum muscæ non reperiuntur, & quod mirabilius est, mella quæ in isto spatio nata sunt nunquam a muscis tanguntur, dato ꝙ alio transferantur. Sic vere in creta.i. in insula ecclesiæ sunt montes.i. viri alti, contemplatiui & perfecti quos proculdubio & quorum societatem muscæ.i. hoies immundi & luxuriosi, qui cadauerib. & lacte mundi deliciarũ sunt satiati, nolunt tangere vel frequentare, quinimo ẽt mella.i. verba, documenta & exempla talium nunquam volunt recipere vel gustare, quia mali nunquam libenter frequẽtãt consortia bonorum, nec ẽt gustant mella suorum exemplorum & verborum. Ideo dicitur Prou.27. Anima saturata calcabit fauũ. Illi.n. qui mundi deliciis satiantur, fauum.i. dulcedinẽ sanctorum verborum & exemplorum abominantur. Amos.5. Loquentẽ perfecte abominati sunt. Vel dic ꝙ mõs est sacra scriptura, cuius mella.i. dulcia verba, muscę.i. pctõ

tes tangere vel audire nolunt, nec et ibi frequentare vel stu
dere quærunt. Vel dic quod mons significat paradisum quo mu
scæ .i. peccatores non intrant, qui et mella .i. bona spiritualia
& virtutes & sacramenta, quæ eis inde ad illum mundū translata
sunt, non recipiunt neq; gustant. Eccl. 10. Muscæ morientes
perdunt vnguenti suauitatē. De Dedalo & labyrintho Cre-
tę vide iusta li. 10. c. 8. §. 4.

## *De aegypto. Cap. 14.*

1 AEgyptus est regio duas habens partes superiorē, s. et
inferiorem, quarum vna fructibus, frugibus, fontib.
& fluminibus repleta est, in qua duorum monstrorū
genera habitant, s. hippopotami & crocodili. Sed in
alia ægypto versus ortum solis sunt pardi & tigrides, satyri
& basilisci aspides & serpentes, s̄m Pli. & maxime circa flu-
uium Nigrim, qui creditur esse Nilus, vbi est quædam parua
bestia, quæ dicitur catoblepas, corpore quidem modica, mē
bris iners & pigra, caput habentes magni aue, quod ipsum sp de-
fert ad terræ superficiem inclinatum. Quod a natura morta
liū saluti est prouisum, quia tantæ venenositatis est, qd' nihil
eam in facie videre pōt, quin continuo expiret. Istud aūt aial
apud hesperios æthiopes inuenitur, s̄m Pli. sed s̄m Solinum
iuxta Nigrim, seu Tigrim fluuiū inuenitur. Sic vere terra ha-
bet duas partes mundum. s. qui fluminibus deliciarum, fon
tibus, scientiarum, fructibus diuitiarum multipliciter est re
fertus, in quo hippopotami equi fluuiales .i. homines luxurio
si, & crocodili superbi & tumidi conuersantur. Alia autem
pars istius ægypti. s. terræ est inferius intra terra .i. infernus,
vbi damnati ardore igneo comburuntur, vbi circa fontē Ni
grin .i. in puteo abyssi, nigerrima bestia, & venenosissima lu-
cifer est inclusus. Quod ipsa natura naturans .i. Christus ipsi
ad salutem mortaliū procurauit, quia nullus poterat sibi vel
tentationibus suis resistere, dum hic erat Iob 41. Non est po
testas super terram quæ comparetur ei. Ibi sunt etiam basili-
sci, & multa alia monstra .i. diuersa dæmoniorum genera, q
sagacitate & venenositate malitiæ differentes cruciant aias
quæ sunt ibi. Vel expone de diuersis peccatoribus, qui sunt
ibi, sicut infra c. de Aethiopia. Ideo Hier. 8. Mittam eis serpē
tes regulos, quibus non est incantatio. De ibidib fugantibus
serpentes ab ægypto vide li. de auibus ti. suo, similiter de Ni
lo, crocodillo, hippopotamo, ficu ægyptia & palma, vide in
tit. suis. De Api vero boue quem colebant ægyptij, qui tamen
de petentibus, pabulum de suis manib. accipiebat, & rñsum
eis dabat quod si nollet, malum illis portendebat, sicut appa
ruit de Cæsare Germanico, cui non respōdere, nec ab eo su
mere cibum voluit, qui cito post occisus fuit, de ritu etiā hu
ius bonis de quo meminerūt Plinius & Sol. nolui aliqua mo
ralizare, propterea quod diabolicus omni ex parte erat. Allega
tū hic si vis, quod tales boues sunt magni tyranni, qui si nolunt
hominibus loqui, vel respōdere, vel sacrificia & munera capere,
satis possūt ab eis indignationē & periculū expectare. ¶ Pha
ros est turris altissima in portu Alexandriæ, in cuius summi-
tate lumen ponit, vt de nocte dirigat nauigantes. ¶ Sic in por
tu huius mundi viri s̄cti positi sunt, vt per lumen scientię &
bonorum exemplorum ad portum salutis trahuntur ij qui p
mare huius seculi currunt. Et sicut secūdum Solinum isti py
ramides propter suam altitudinem vmbras non faciunt, sic
nec sancti vmbras malorum exemplorum alijs præbuerunt.
Vel dic quod talis est Christus, qui vmbrā alicuius peccati non
habuit, sed altissimæ vitæ fuit in laterna humanitatis conti-
nens lumen diuinitatis, quo iter salutis & portus ostenditur.

## *De Ægypti mirabilibus. Cap. 11.*

AEgyptus in suis desertibus superiorib. multa habet no
1 tabilia. Refert. n. Postumianus, quod circa Syrtes quæ sunt
inter Lybyam & ægyptum, quæ terra est arenosa, & ad
flatum venti ad similitudinem aquæ mobilis, ita quod modico
venti flatu maius in illis terris quam in vllo mari naufragiū
fit, incolæ aliqui in locis aliquantulum solidis cōmorantur.
ibi tñ nulla seges pter hordeum nascitur, quod a die iacti su
minis, die 30. maturatur, & propter maturitatem præcipitē
a ventorum impetu liberatur. Ibi ēt (vt idem ait) inuenitur
herba quædam dulcissima similis mente, quæ saporem mel-
lis prætendens, ab incolis manducatur. Vnde ipse Postumia
nus se dicit circa syrtes vnū senem in vno tugurio reperisse,
qui sibi talē herbam obtulit ad edendum. ¶ Dicit etiam Ger 2
uasius quod quidā miles prouincialis dominus castri delphini,
p ducēda vita ęremitica deserta ægypti perijt, cui post lōga
ieiunia coruus astuit, qui ereptam radicē cuiusdā herbæ ad
pedes eius posuit, qua omni plenam dulcedine reperiens vi
tam in æremo eum ea sustentauit. ¶ Istu possunt applicari, quod
nō est dare ita malam patriam seu terram in qua bonum ali 3
quod non reperiatur, nec aliquam tribulationem ita asperā
vbi dulce aliquid & consolatorium non inueniatur. Qd' etiā
non solum est verum temporaliter, sed etiam spiritualiter.
Dato .n. qd' mundus more Syrtium sit mobilis & instabilis,
arenosus & ruinosus, sterilis & nō fertilis, ibi tñ inuenit hor
deū sacræ scripturæ, in qua. s. sub palea, literæ iacet medulla
scientiæ. Herbæ ēt dulces .i. virtutes & gratiæ, & ecclesiasti-
cu sacramenta, q. s. a corius .i. a. s̄ctis patribus pœnitentia deni
gratis nobis sunt osa & tradita, quib. s. istius deserti .i. istius
vitæ miseræ spiritualis penuria releuatur, & quibus mens de
uota reficitur & nutritur. Psa. Nunquid poterit Deus para-
re mensam in deserto? ¶ Dicit idem Postumianus quod ipse vi- 4
dit in desertis ægypti cœnā q a viro Deo parabat, sine igne
feruere. tāta quippe vis solis illic est, quod quibuslibet coctis, ēt
ad gallorū pulmenta sufficiat. Sic vere olla cordis nostri sine
igne concupiscentiæ, per virtutem solis iustitiæ, & luæ mu-
su gratię, debet feruere per bona desideria & non ab infero
ri imo de sursum debet quærere spūalia incendia. Actuū. 18.
Feruens spū loquebatur quæ sunt Iesu. ¶ Dicit idē Postumia
nus se vidisse in quoda ægypti monasterio vnam arbusculā 5
in claustro, quæ da virga sicca fuerat generata. Volens. n. qui
dam abbas probare vnius nouitij obedientiam, præcepit ei
quod quandam virgam siccam acciperet, & in terram figeret, &
tandiu irrigaret, donec lignum aridum in solo arido reuiui
sceret. Nouitius ergo omni die a flumine Nilo per duo mil-
liaria aquam vehebat, & virgam sicut pater iniunxerat irriga
bat, quod cum duobus annis fecisset, nec aliquid profecisset,
tandem continuans in tertium annū virga floruit & in arba
sculam tandem creuit. Hæc possunt applicari exemplariter
ad virtutem obediētiæ. Vel dic quod dato quod aliquis pctōr ari
dus & indeuotus, & humore gratiæ spoliatus non debet in
prædicator vel prælatus ab irrigatione seu pdicatione cessa
re, quia dato q diu in sua arida indeuotione permanet, po
terit tñ fieri quod finalr per gratiā reuiuescat, & quod in arborem
.i. in virum iustū & fructiferū diuino munere se conuertat.
iō dicebat Apostolus 1. ad Cor. 3. Ego plantaui, Apollo riga
uit, Deus aūt incrementum dedit. quia sicut ibidem
dr, Neque qui plantat, neque qui rigat, est aliquid, sed qui in
crementum dat Deus. ¶ In desertis ægypti beatus Antonius
dum iret videre Paulum primum eremitam, inuenit vnu ho 6
minem equo mixtum, cuius quamuis verba non intellexerit
manu tñ dextra eidam iter ostendit, & statim veloci fuga ab
oculis mirātis euanuit. Satis cito post inuenit paruum homū
cionē, narib. aduncis, fronte cornuta, & pedibus caprinis, q
sibi dactylos porrigebat, a quo cum peteret quisnā esset in-
dit: Mortalis ego sum, vnus ex accolis eremi, quos varijs er
roribus delusa gentilitas, Faunos satyrosq; colit & incubos,
Legatione fungor gregis mei, precamur vt communē Deū
pro nobis deprecaeris. Salutem mundo olim venisse cogno-
uimus & in vniuersam terram sonus eius exiuit. Quibus di-
ctis aufugit & recessit. Vnum vero tale animal sub rege Cō
stantino ad Alexandriam fuit adductum & magnum popu-
lo spectaculum præbuit, & tandem mortuum, & sale condi-
tū, vt ab Imperatore videri posset, ad Anthiochiā delatū est,
sicut recitat Geruasius. Ex hoc ergo pōt concludi quod bestiæ
Christum prædicabant, quē tñ homines credere contemnebat.
Vel si vis moraliza, & dic quod ille homūcio significat mundi
simplices, qui parua habent cornua .i. modicam potentiam
secularem, qui in caprum desinunt per simplicitatem bestia
lem. Homines vero significant rōnales homines, vt clericos
& religiosos quia pro certo homines simplices & seculares
Christum melius recognoscunt q clerici, & orationib. sancto-
rum deuotionis se committunt, & ipsis religiosis & Christi
pauperibus dactylos .i. bona sua tpalia per elemosynas plus
impendunt. Figurati in asina Balaam, quæ melius vidit ange
lū quam propheta. vnde Aug. Surgunt indocti, & rapiunt ca
lum, & nos cum literis nostris mergimur in profundum.
¶ Sicut ponit Pomponius. c. de ægypto, ægyptiorum sunt ept 7
mo quod ipsi erant vetustissimi populorum, dicentes quod a tēpo

re quo

te, quo inceperat regnum eorum, stellæ quater mutauerant cursus suos, fueratq; solis ortus vbi nunc est occasus, & occasus vbi nunc ortus, ita quod regnum suum per 13. millia annorũ processisse dicebant. Illud ergo ad fatuitatem, quorundã alle gari potest, qui de antiquitate generis gloriantur, & qui sydera, & stellas. i. alios nobiles, & eorum status mutabiles asserũt suos veró status, & genera, vt stabiles mentiuntur. Vel dic, quod ista falsa opinio de ortu, & occasu solis reciproco, potest verificari de gentilibus, & Iudæis. cõstat. n. quod dudum ortus solis, iustitiæ Christi. i. fides incarnationis eius, saltem futuræ, & lumen sequens gratiæ resplenduit in iudæis, occasus verò, & errorũ obscuritas gentiles, tunc temporis occupabat. Sed vere nunc versa vice Iudei habent occasum, & gentiles credentes ortũ, quia ipsi fidem negauerunt, & errores conceperunt: Gentiles verò crediderunt, & lumen fidei receperunt, & sic occasum suũ in ortum mutauerunt. Vnde de Iudeis dr̃ illud Hie. 5. Occidit eis sol, dum adhuc esset dies. Quod etiam de clericis, & secularibus potest exponi, quia verè clerici antiquitus fuerũt boni, & sancti, & orientales, & eorum respectu laici erant occidentales, nunc verò ita cõuersi sunt in arcum prauum, quod laici sunt eis meliores. ¶ De illis ægyptijs, qui mortuos suos non cremant nec sepeliunt, sed potius speciebus, & aromatib. cõdiunt, & in penetralib. custodiunt, omitto, sed credo, quod de tã lium cadauere fit mumia i. caro humana confecta, qua medici vtuntur. ¶ In superiori ægypto refert Pomponius esse lacũ qui Chennis dr̃, in quo erat quædam insula natatilis, quæ lucos, & syluas portabat, & quæ Apollinis. i. solis grande tẽplũ gestabat. hæc per lacum natando vagatur, & quocunque vẽti impulerint, agitatur. Templũ solis iustitiæ Christi, est quilibet christianus, & maximè ecclesiasticus, Deo præcipuè dedicatus 1. ad Cor. 3. Templum Dei sanctum est, quod estis vos. Lacus iste mundum significat, insula verò religionem vel ecclesiam designant, quæ s. & syluas & lucos. i. bonos simplices, & laicos, & templum solis. i. religiosos, & clericos in se portat. Ista est ergo veritas, quod ista insula ecclesia cum suis fidelib. debet esse natatilis in hoc lacu, quia. s. in hoc mundo non debet sistere, nec spatia quærere, nec terræ seu terrenis bonis adhærere, sed potius, quasi natando transcurrere, & per temporalia ad venti. i. ad spiritussancti flatũ, tanq̃ peregrina libere pertrãsire, dicens cum filijs suis illud Heb. 13. Nõ habemus hic manẽtem ciuitatem, sed futuram inquirimus. ¶ In ægypto solebat coli Apis, & erat Apis bos niger maculis certis insignis, cauda & lingua dissimilis alijs, quem ex coitu natum nõ credebat, sed diuinitus igne cœlesti diesq; quo gignebatur, erat maximè festus, vt ponit Pomp. c. de ægypto. Igitur dico, quod si isti tantos honores exhibebant boui corporeo, quãto fortius nos debemus boui ethereo. i. Christo, (cũ ipse sit bos pro peccatoribus immolatus, & niger, & decolor pro nobis factus, maculis tñ. i. varietatibus virtutum insignitus, ex carnali coitu non genitus, sed diuinitus datus, & ex cœlesti igne scilicet, ex spiritussancto natus) honorem, & laudem offerre, & diem natiuitatis eius vel conceptionis solenniter festiuare?

## De Hellesponto. Cap. 16.

Ellespontus est prouincia in Græcia, de qua dicit Crates ibi esse genus hominũ, qui solo contactu sanat morsus serpentum, & sola manu extrahunt, quæq; mortifera, & venena. Et etiam Varro ibi quosdã homines esse dicit, quorum saliuæ sanaui a morsibus anguium & serpentũ. hæc autem a Plinio dicuntur. c. de India, & etiam li. 7. in principio, qui allegat Varronem. Sic verè in regione ecclesiæ, iuxta pontum, & mare pœnitentiæ sunt homines. i. sacerdotes, qui sola manu apposita per absolutionem, & saliua boni documẽti exposita, morsus serpentum, hoc est demonum, & diuersa peccatorum genera, & venena, virtute clauium extrahunt, & educunt 4. Reg. 5. Putabam, quod egrederetur ad me, & manu sua tangeret locum lepræ. Vel per tactum intelligo correctionẽ, & visitationem, qua mediante prælatus venena extrahit de cordibus subditorum, mediante saliua verborum. Vel dic quod saliua est confessio, qua ex ore emissa, mentem a morsibus, & tentationibus demonum sanamus. ¶ Prope regionem Hellespõti a parte Assyriæ fuerunt antiquitus populi Mossini, sm̃ Põpon. quorum mos erat in patulo vesci, & promiscue concumbere, reges pro voto eligere, & electos, vinculis astringere, & in arctissima custodia, detinere, atque vbi aliquã praue imperando commiserant, solebant eos vnius diei ieiunio & inedia castigare. Istud potest allegari, quomodo mũdi reges proprie non sunt liberi, sed potius multis compedibus allegati, quia re vera vbi quis in regem, & superiorem eligitur, eo ipso vinculis legum, & statutorum præ ceteris obligatur, & a subditis etiam custoditur, inquantum ad eius facta oculi omnium ac opera diriguntur. Iste etiam si male imperando delinquit, vnius diei. i. totius futuri temporis ieiunio in inferno punitur. psalm. Ad alligandum reges eorum in compedibus.

## De Eolijs insulis. Cap. 17.

Eoliæ sunt nouem insulæ in mari mediterraneo, sic dictæ sm̃ Isido. ab Eolo; quem poetæ finxerunt regẽ fuisse ventorum, eo quòd secũdum quod videbat vapores eleuari secundum hoc ventos prædicebat. Sunt etiam dictæ vulcaniæ, eo quod ex ipsis exeat ignis, sicut dicitur de monte, Ethna. Sic in mari mediterraneo. i. in medio terræ, & maris, circa centrum sunt Eoliæ insulæ. s. infernus, de quo ignis perpetuus emanat, quæ a rege ventorum. i. ipso rege suo lucifero (qui rex est ventorum tribulationum, & vanitatũ) taliter possunt dici. De ipsis egredietur ignis. &c. Ezec. 10. Ideo Deute. 32. Ignis succensus est in furore meo. Vel dic quòd istæ insulæ sunt peccatores, qui insulæ dicuntur eo, quòd mari, id est tribulationum amaritudine cinguntur. psal. Multa flagella peccatoris. In istis enim ignis iræ, auaritiæ, & luxuriæ ardet. fumus superbiæ eminet, & ventus æternæ damnationis imminet, quia absque dubio fumus, & elatio superborum, signum est suorum imminentium tormentorum.

## De Æthiopia. Cap. 18.

Ethiopia est regio in meridie, quæ serpentibus, basiliscis, draconibus, vnicornibus, ceterisque bestijs crudelibus est repleta, & quia solis ardoribus continuè aduritur, ideo illius incola niger est, horribilis ac deformis, ibique sunt multi homines monstruosi, quia. s. alij solem quotidie diris imprecatione propter eius ardorem maledicunt, quorum aliqui troglodytæ vocãtur, ita celeres, quòd bestias cursu superant, qui loco domorum cauernas inhabitant, & serpentes comedunt venenosos alij more pecudum sine lege passim cum mulieribus dormientes matrimonij sunt expertes, qui garamantes ab Isido. nominantur, quos solæ matres recognoscunt, nam paterni nominis nulla reuerẽtia apud eos, sicut dicit Sol. c. Aethiopia. alij incedũt nudi, & nullo exercitio occupantur, hicq; Gamphalantes dicũtur. Alios qui Blẽmeij dicuntur, fama est capite carere, sed os & oculos habere peccatoribus infixos ac infixos. Sunt ibi etiam satyri, qui figuram habentes humanam, sunt penitus inhumani. Apud Sambros autem omnes bestiæ quadrupedes sine auribus nascuntur, etiam elephanti, Alij sunt qui canem pro rege habent, & de eius motibus augurantur quidam imperiet. Aliqui Agriophagi dicuntur, leones & pantheras venantur, & eis etiam vescuntur. Alij locustis sale & fumo induratis viuunt. Alij draconibus nutriuntur. In Aethiopia etiam in aliquorum draconum cerebro inueniuntur lapides preciosi scilicet hyacinthus, chrysolitus, & topatius, ibi etiam & cinamomum medicinale reperitur. Hæc omnia Isido. & Sol. Aethiopia mũdus est, vbi feruore auaritiæ & luxuriæ populi taliter aduruntur, quod pellis conuersationis per violentiam multipliciter denigratur. Ibi sunt serpentes id est malitiosi, ibi basilisci, qui visu interficiũt. i. luxuriosi, ibi rhinoceron, qui cornu petit. i. superbi, ibi draco, qui flatu adurit, & ignem vomit. i. auari, qui flatu verborum suorum fallaciũ, & ardore auaritiæ sua bona pauperum dissipant & comburunt. Ibi etiam sunt homines monstruosi, quia ibi sunt inuidi, qui solem prosperitatis alienæ nequeunt sustinere, & ei quã obuiare nequeunt, saltem detractionibus maledicũt. Ibi sunt troglodytæ cursu celeres. i. leues & intestabiles, qui vno statu vel officio, præbenda vel beneficio non sunt contenti, sed ab vno ad aliud se conuertunt, & ideo venenosa. i peccata comedunt & committunt. Prouer. 1. Pedes eorum ad malum currunt. Figura. 2. Paralip. 12. vbi cũ Sesach rege ægipti venerũt Troglodytæ & Aethiopes ad regem Israel impugnandum. Sic isti sunt de exercitu diaboli. &c. Expone. Item ibi sunt Garamantes adulteri, more pecudum matrimonium non seruantes, & suam adulterinam sobolem solis matribus nutriendam relinquentes. Ibi sunt Gãphalantes

phasante .i. otiosi, q nullo exercitio boni operis occupantur,
ab omnique veste & ornatu virtutum nō abhorrent neq; me
tuunt esse nudi. Mich. 1. Vadā discalciatus & nudus. Ibi sunt
Blemmij .i. hypocritæ qui caput rectæ intentionis nō habēt
licet oculos discretionis, os pulchræ locutionis habeāt in pe-
ctore .i. in apparentia, & cōspectu aliorū. Vel hi sunt mali prę
lati, qui non habent oculos intentionis i capite Christo .i. sur-
sum ad deum eleuatos, & hoc quia cum sint ī peccato morta
li, caput Christum secum non habent, sed oculos habent in pe
ctore circa cor, i ad illos quos habent cordi .s. ad carnalem pa
rentelam, per acceptionem personarum. Ideo Iudith 14. Ecce
Holophernes iacet in terra, & caput eius nō est in ipso. Item
ibi sunt pilosi, hoc est, crudeles excoriatores, q licet sint homi
nes a natura, tñ quo ad mores sunt īhumani. Esa. 13. Pilosi sal
tabunt ibi. Item ibi sunt bestiæ quadrupedes sine auribus, hi
sunt religiosi inobedientes, qui sine auribus cum quatuor pe
dibus propriarum affectionum vndique se inflectūt. Eze 23.
Nasum tuum & aures tuas præcident. Alij sunt gulosi, qui de
cane insatiabili .i. de ventre proprio faciunt Deum & regē,
cuius motu & instigatione faciunt quodcunq;. Philip. 3. Quo
rum Deus venter est &c. Vel per canē intellige auaritiā, cui
obediūt cupidi & auari. Esa. 56. Canes impudētissimi nescie
runt saturitatem. Itē sunt ibi Agriophagi .i. principes & baro
nes qui pantheras, & leones .i. ipsos suos balliuos & bedelloa
deuorant & denudant. Iob. 9. conterebam molas leonum, &
dentibus eorum auferebam prædam. Alij .n. principes ipsis si
tibundis draconibus .i. auaris & vsurarijs terræ suæ vescūtur,
de quorum cerebro .i. abscōdito extrahūt lapides preciosos
.s. munera & emendas per extorsiones & hmoi. psal. Dedisti
eum escam populis Aethiopum. Vel si vis per Aethiopiā acci
pe infernum, vbi est populus niger .i. deformis & tristis p ar-
dore infernalium tormentorum, vbi sunt multa genera homi
nū peccatorū &c. vt supra. Vel Aethiopia est ecclesia, fer uo-
re tribulationum exusta & denigrata. Baruc. 6. Nigræ sūt fa-
cies eorum de fumo qui in domo fit. & Naum. 2. Facies eorū
sicut nigredo ollæ. Can. 1. Fusca sum. &c. vbi q si dracones ca-
piuntur .i. qñ peccatores ad pœnitentiam conuertuntur, in eo
rum cerebro, id est in eorum sapientia & scientia gemmę pre-
ciosę diuersarum virtutum inueniuntur, vt patet in Paulo. cu
ius scientia quā prius acquisiuerat, multum ecclesiam deco-
rauit. Ibi cinamomū famositatis, topazius honestæ vitæ, chry
2 solitus sapientiæ. &c. ¶ In AEthiopia sunt duo fontes, quorū
vnus obliuionē, alter memoriam inducit, vt Isid. ait. Sic verè
in mundo, qui propter æstum concupiscentiæ Aethiopia pōt
dici, sunt duo fontes scientiarū .i. scientia mundi & diuina, sed
mundana dei obliuionem, diuina autem eius recordationem
īducit. Figura Exo. 2. vbi fm Iosephū & magister histo. Moy
ses existēs in Aethiopia fecit duos annulos, vnū qui induce-
bat obliuionem, quem tradidit filiæ regis æthiopū, & sic eius
oblita est. huiusmodi est sapientia mundana. alterum qui me-
moriam inducebat quem apud se retinuit. hęc est sapientia di
uinā. Primum ergo annulum .i. mūdanam sapientiā, Dei obli-
uionem inducentem, alijs debemus dimittere, scientiam autē
Dei & gratiarum actionē, qui est annulus recordationis, de-
bemus retinere. De illa ergō sciētia obliuionis dicitur Prou.
31. Bibant, & obliuiscantur egestatis suæ. &c. & Hier. 2. Popu
3 lus meus oblitus est mei dieb' innumeris. ¶ In Aethiopia fm
Solinum, sunt populi dicti Syrbotę, qui .12. in longitudine pe
des habent, & vt Geruasius ait, colubris aureis corpus habēt. Sunt
etiam alij qui dicuntur Asachei, qui elephantes venantur, & ca
ptos deuorant. Tales fuerūt a postoli, q .12. pedes .i. 12. articu
los habuerunt, & mensuram sua perfectionis ex eis statuerūt,
& colorem aureum honestæ conuersationis seruauerūt. 2. Ma
chabe. 11. Apparuit eques eos præcedens in veste candida ar
mis aureis. Et isti elephantes .i. mundi principes per prædica-
tionem cœperunt, & fidei legibus subiecerunt. ¶ In Aethio-
4 pia sunt Agriophagi, quorum rex vnum in fronte oculum ha
bet, vt Soli. ait. Tales sunt moderni principes & mundi reges,
qui duos oculos .i. duplicē considerationem deberent habe-
re, alteram qua propriam, alteram qua subditorum quærerēt
vtilitatem, sed vere hodie non habent nisi vnā, & non nisi p-
priam curant vtilitatem, nihil vero de subditorum salute, atq;
ideo vere dicuntur monoculi, ad Phi. 2. Omnes quæ sua sunt,
quærūt. Vel dic q si boni reges esse volumus, nos .s. & alios be
ne regendo, vnum solum oculum .i. vnam & simplicem inten
tionē habere debemus, & duplicitatem fugere. Matth. 5. Me-

lius est. n. tibi cum vno oculo intrare in vitam æternam, quā
duos oculos habentem mitti in gehennā ignis. ¶ In Aethio- 5
pia fm Soli. sunt quidam populi qui lingua carēt, quidam qui
visum ignis habere nō solent. Sic verè in mundo isto sunt mul
ti qui ad deum laudandum, vel aliquod bonum dicendū lin
guam nō videntur habere, & alij qui ignem charitatis & eius
vsum nō videntur cognoscere vel sentire. Sap. 17. Et ignis q-
dem nulla vis poterat eis lumen præbere. ¶ In Aethiopia fm 6
Sol. est vnus mons editus, qui ingenito & perpetuo igne flam
mat, cuius simile facit mōs Ethna in Sicilia, mōs vesuuius in
Campania, mons chimera in Lycia, & sic sunt quatuor, mon-
tes semper ardentes. Sic vere sunt quatuor genera peccatorū
semper ardētium diuersis ignibus vitiorū .i. cupidi, luxuriosi
iracundi, & inuidi. Istos .n. solet ardor malorum desideriorū
semper comburere, & diuersis vitijs infestare. ¶ In Aethiopia 7
fm Soli. sunt Macrobij homines .i. lōgissimæ vitæ, qui iustitiā
amant & colunt apud quos est locus Heliotrapeza, abundā
tibus epulis semper plenus, quæ etiā diuina virtute cōtinuē
augentur. Tales sunt iusti, qui .s. in vita gratiæ diu viuūt, & ve
re deus administrat talibus cibos suos, & victum ad sufficiē-
tiā præstat, quem ipsis multiplicat & augmētat. Exemplū de
Helia, cuius farina & & oleum nō extitit diminutum Prouc.
10. Non affliget dñs fame animā iusti. ¶ In Aethiopia fm Sol. 8
sunt dracones in quorū cerebris inuenitur lapis qui dracon-
tias nominatur, qui bonus non est nisi viuentibus detrahatur,
nam si obeat prius serpēs cum eius anima euanescit hic lapis.
Iste lapis significat pœnitentiam, quæ certe nihil valet dū in
hac vita sumus: si .n. mors corporis aduenerit, ea tunc fructus
pœnitentiæ nullus erit. necesse est .n. vt a nobis dum viuimus
extrahatur, alioquin euanescit, & nihilū reputatur. Vel dic q
lapis iste significat bona opera, quæ si dū i vita gratiæ sumus,
fecerimus, & a nobis extraxerimus, proficiēt, si vero mors pec
cati mortalis superuenīat, euanescent. Hierem. 51. Vana sunt
opera & risu digna. Vide multa alia. cap. de faunis, de satyris
& huiusmodi.

*De Æthiopiæ mirabilibus. Cap. 19.*

AEthiopia, vt Solinus ait, in suis desertis adustis habet
quosdam populos qui Ichthiophagi dicuntur, qui ac
si essent marinæ beluæ, natando in mari volant. Nam 1
ita exquisito oceano Atlantico, vsque in occasum
etiām ad Gorgones insulas venerunt natando. Dicit ad hoc
Geruasius li. suo de mundi mirabilibus, q quidam Nicolaus
cognomine piscis, de Apulia oriundus, eo quòd valde dilige
bat esse in mari, à matre sua extitit maledictus, & q de mari
perpetuo non recederet, imprecatus, qui statim veste reiecta,
in mare siculum saltjt, & ex tunc continuè cum piscibus na-
tando notus & familiaris belluis in mari habitauit, qui quādo
nautas ambulantes videbat, qñq; de mari surgebat, & ab eis
aliquantulū olei ad ponendū in ore suo pro explorando pro
fundo abyssi petebat. Esse autem in profundo maris arbores
glandiferas, valles & montes & flumina dulcia, & sup oēs pi-
sces anguillas longissimas asserebat, naurisque tēpestates im
minentes denunciabat. Per istos possunt intelligi viri theolo
gi, quib' vere placet natare & discernere profunda maris scri
pturarum ibique inueniunt dulcia flumina scientiarum diui
narū, nec non fructus & arbores vtiliū doctrinarum. ideo cui
libet tali dicit in psal. In mari viæ tuæ, & semitę tuæ in aquis
multis. Vel dic exemplariter quomodo matrum & parentū 2
maledictio est cauēda. ¶ Gorgones sunt insulæ in oceano At
lantico, quas antiquitus Gorgones monstra habitauerūt, &
adhuc gēs ea habitat monstruosa. Tradit ergo Xenophō Lāpsa
cenus q Hanno, Pœnorum rex ad eas penetrauit, ibiq; fœmi-
nas quasdam hirsuti corporis, & pernicis velocitatis inuenit,
de quibus tantūmodo duas cepit, quarū pelles miraculi grā
in donarijs Iunoni dedit, & apud Carthaginē in Iunonis tem
plo suspendit, quarum spectaculum vsque ad excidiū cartha
ginis durauit. Istę insulę mundum signant, vbi mulieres hirsu
tæ pellis .i. vilis & infamis cōuersationis multę sunt, quæ vere
per inconstantiam leues & agiles vltra modum existūt. sea ve
ro diabolus istas per mortem capit & excoriat, & pellem suę
malæ conuersationis alijs pro exemplo monstrat, ipsasque ho
die i templis et ecclesijs coram totius clericis manifestat. ¶ In 3
Aethiopia in insula Meroe est ciuitas Syenæ, in qua Moyses
inclusit Aethiopes qñ regnum Aethiopum sibi in deditionem
subegit.

subegit. Hic ergo factus est à philosophis, quidam puteus profundus cubitorum. 60. in cuius profundo splendet sol recto gradu in mense Iunio, nullamque penitus facit vmbrã, & in tali etiam dispositione dr̃ esse puteus ille Samariæ, sup quẽ sedit dñs fatigatus. Ioan. 4. Diametraliter. n. respicit sol locũ illum quando peruenit ad æstatem. hoc etiam dicit Pli. lib 2. vbi nominat alia multa loca per quæ sol directe transit. Per talem puteum possum intelligere humiles, & deuotos, qui. s. aquam deuotionis, & gratiæ continent, & profundum humilitatis habent, qui. s. sexaginta cubitorum dicuntur, quia fructum sexagesimum producunt. Per solem aũt intelligo Christum, & per æstatem feruentem iudicium. Tunc. n. erit sol in leone, quia tunc erit Christus in leonina feritate iustitię. Igitur dico q̃ qñ sol iustitiæ Christus ad mensem Iunij. i. ad feruorem iudicij veniet, tunc directe ad puteum. i. ad humiles psonas respiciet, & illis splendorem æternæ gloriæ influet in pfundum, & ab ipsis vmbrã mortalitatis. i. oĩs aduersitatis auferet, qa nullus est, qui à Deo directe per miam respiciat, & cui gratiæ, & scientiæ, & gloriæ lumen influatur, & a quo vmbra ignorantiæ, & aduersitatis tollatur, nisi qui puteus humilitatis, effectus, in timore diu profundat. psa. Excelsus Deus, & humilia respicit. Vel dic econtra, q̃ putei æthiopiæ sunt auari, qui cautelis, & malitijs sunt profundi, quos sol Christus in iudicio respiciet directè, & feruorem suæ iustitiæ contra eos diametraliter mittet. Iudith. 8. Venit æstus sup caput Manasse, & mortuus est. ¶ In Aethiopia teste Geruasio, est q̃
4 dam prouincia dicta Theonochema, quæ perpetuis incẽdijs sp flammat, sicut etiam Plinius dicit lib. 2. c. 109. circa finem. Oceanus etiam ibi pp maximum solis feruorem sicut cacab. perpetuo feruet, quod etiam in confinio Heliopolis inuenit, & non solum homo ibi transire nõ potest, sed nec humanus oculus aliquãdiu respicere. nigræ etiam, & exustæ sunt ibi arenæ, quæ solis ardoribus sunt desertæ, & ibi sunt serpentes, & bestiæ, quæ pœnitus hoibus sunt ignotæ. Circa partes autem illas populus Gaulolũ peruagatur, & vltra illas partes fuit insula maxima, quæ s̃m Pla. cum suo populo est submersa, quæ Africam, & Europã magnitudine euincere dicebatur. Ista ad infernum possunt applicari vbi est perpetua ignis inflammatio. Esa. 66. Ignis eorum non extinguetur. Ibi est maris. i. tristitiæ, & amaritudinis ebullitio. Iob 41. Feruescere faciet quasi ollam pfundum maris. Ibi est areoarũ. i. pctõrum, combustio, & denigratio. Naum. 2. Facies eorũ quasi nigredo ollæ. Ibi est insularum. i. magnorum, & potentũ summersio, & suæ famæ, & nominis absorptio & obliuio. Exodi. 15. Summersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus. Vel dic, q̃ tales sunt peccatores, qui. s. per auaritiã sp ardẽt, & superbiã, & iracundiam feruent. Esa. 57. Impij quasi mare feruens, qđ quiescere non valet. Per infamem conuersationem denigrantur per carnis delicias summerguntur. ¶ In æthio-
5 pia superiori versus mare rubrũ sunt, quædam mulieres, horrendæ, barbas vsque ad mamillas habentes, quæ pellibus animalium p vestibus vtunt, equos habent, & venatrices sunt, & tigrides, & leopardos domant, & ipsis loco canũ venantur, vt Geruasi. ait. qui ẽt dicit, q̃ circa vicinos montes sunt aliæ mulieres, quæ dentes habent aprinos, capillos vsq; ad talos, in lumbis caudas bouinas, altæ sunt pedibus 7. corpus etiam pilosum habent vt camelus. Ista possunt applicari contra malas mulieres, q̃ s. barbas habere dicunt, eo q̃ virorũ suorum, officijs vti nituntur, & inquantum regimen domus (quod ad barbã virilẽ. i. ad viri sapientiam pertinet) vsurpare nolunt, sicut vulgariter de talibus dicimus, q̃ brenas maritorũ portant, qđ. s. de illis, quæ ad viros pertinent, se intromittere diligentius curant. Istæ ergo sunt mulieres barbatæ. i. virorũ officijs implicatæ, contra illud Deut. 22. Non induetur mulier veste virili. Igitur malæ mulieres de pellibus animalium. i. de substantijs fatuorum bestialium se vestiunt, & leopardos, & tigrides. i. hoĩes vtcunque fortes, & constantes solent superare, & domare, & ad venandum. i. inter retia sui amoris capiẽdum solent intendere, & vacare. Vnde Aug. libro de cohabitatione clericorũ, & mulierũ: O quantos leones domuit vna infirmitas delicata, quæ cũ sit vilis, & misera, de maximis facit pdã. Istæ ergo per malitiã sunt caudatæ, dẽtibus aprinis. i. rapaci auaritia sunt munitæ, capillis lõgissimis ornatæ, & per superbiã sunt altæ, & elatæ, & septem pedibus. i. septem vitijs mensuratæ, & in exteriori pelle. i. exteriori apparentia ex infami conuersatione hispidę & hirsutæ. Vel dic q̃ camelus qui gibbum habet & tumorem in dorso, significat tumorem superbiæ, & ideo istæ ad modũ camelorũ dicuntur vestitę, eo q̃ superbo fastu & ornatu incedere volunt. ideo de auaritia, malitia, superbia, & potentia talium mulierum loquitur sapiens Ecclesiastic. 25. Breuis omnis malitia super malitiam mulieris. sequitur. Mulieris ira & irreuerentia & confusio magna. mulier si primarũ habuerit, contraria est viro 6
suo. ¶ In confinio Brissonis fluuij, qui ab æthiopia descẽdit in ægyptum, s̃m Gerua. sunt homines seu bestiæ formã humanã habentes, quorum fęmora. 12. in lõgitudine pedes habẽt, & residuũ corpis totidem, qui brachia habeãt candida vsque ad humeros, pedes vero rubeos, caput rotũdũ, & nasum procerum. hi aũt hoies (sicut ãit) s̃m famam populi, certis tpibus in ciconias trãsformãtur, & apud nos annis oibus fętificant & perigrinantur. Ad quod propositũ satis fecit quod audiui circa tempus regis Roberti in Achaia accidisse, qñ. s. frater ducis Burgundiæ per matrimoniũ hęres principatus Achaiæ factus fuit. Huic. n. in Achaia principanti adductus fuit quidã sacerdos more ciconiæ plumis indutus, qui asserebat per quãdam magam in quadã patria q̃ nominabat, per appositionẽ cuiusdam serici laquei in collo ipsius dormiẽtis appositi, in ciconiam se mutatũ, deinde etiam usque ad Gallias cũ alijs ciconijs volasse Sed tandem cum quadã die more solito, custodia ciconiarũ aliarũ sibi incubuisset, ipse vero cũ vigilare deberet, obdormiuisset, cõtingit q̃ a lupo trãseũte vna de sororibus fuit capta. mane ergo reperto numero diminuto, oẽs cõtra prædictã vigilẽ surrexerunt, & ea interficere voluerunt, prima tamen illum laqueũ qui adhuc erat in collo suo, cũ rostro carpens extraxit, & sic ille de ciconia in hoiem reuersus fuit, sed quia nimis subito actum fuerat, fati termino non expectato, præter q̃ in facie, vbique remãserũt sibi plumæ. Per tales intelligo hypocritas, qui lõgissimi esse videntur perseuerantiæ diuturnam durationem. 12. pedũ p. 12. articulorum fidem & cognitionem, nasi proceri per cœlestium odoratricem deuotionem, capitis rotundi per simplicẽ intentionem, & per malitiæ abdicationẽ, brachiorũ niueorum per mundam & innocentem operationem verũtñ pedũ sunt rubeorum per immundam, & carnalem affectionẽ quia pro certo isti habent certum tp̃s, qñ. s. sunt in abscõdito, quo in ciconias conuertunt, hoc est in psonas viles & immũdas inquantum cadaueribus. i. immundis delectationibus vesci volunt, quia quãuis homines. i. personæ rationabiles esse videantur, sepe tñ ciconiæ. i. personę viles & miseræ efficiuntur. Hiere. 8. Hirundo & ciconia cognouerũt tempus aduẽtus sui. ¶. In Aethiopia est quædã ciuitas dicta Heliopolis. i.
ciuitas solis, de qua videt̃ recordari scriptura Esa. 19. vbi di- 7
citur q̃ erũt in AEgypto quinque ciuitates loquẽtes lingua Canaan, ciuitas solis vocabit̃ vna &c. Ibi. n. sunt palatia solis & lunæ ex auro, argẽto, & lapidibus preciosis, ibi ẽt est lect' solis ex auro obryzo & ebore, ibi etiam est quædã vinea vbi ĩn vitibus aureis pẽdẽt racemi facti de vnionibus & margaritis. sacerdos vero qui solẽ colit, ture & opobalsamo vescit̃, & sub vinea in pauimẽto dormit, & nulli extraneo aditũ pandit sicut dicit Geruasius, quod vbi inuenerit, nescio nõ. n. recolo me alibi id legisse. Talis ciuitas dicitur ecclesia, q̃ est in Aethiopia huius mundi sita, quæ vere ciuitas solis dicitur, eo q̃ ibi sol iustitiæ Christus credit̃ & timet̃. Hæc. n. est palatiũ . i. habitatio, solis & lunæ. i. Christi & virginis gloriosæ, quæ. s. de auro charitatis, & argẽto candidæ castitatis & lapidibus preciosis virtutum cõstituitur. et hic est fęstus solis Christi. s. conscientia bonorum fidelium, qui de auro sapientiæ ebore candidę innocentiæ præparatur. Cant. 1. Lectulus noster floridus, Ibi etiam est vinea sacræ scripturę, quæ re vera de margaritis. i. præclaris & dictis & sententijs est cõfecta, & ad eliquãdum vinũ diuinę scientiæ pparata, sub qua sacerdotes. i. viri ecclesiastici & plati debẽt manere, & diuinis litteris diligenter attendere & studere, nullum vero debẽt intra palatiũ ecclesiæ, hoc est ad ecclesiastica beneficia introducere, nisi illos quos de Heliopoli. i. de ipsa ecclesia per fidem & perfectionẽ nouerint natos esse. Vnde Eze. 44. Omnis alienigena & incircumcisus carne non intrabit sanctuarium meũ. ¶ In Aethio- 8
pia sunt homines cornua & pedes vt capræ habẽtes, quos alij Gorgones alij Gauloles vocant. Sic vere multi sunt in mũdo qui quamuis homines. i. rationales videantur, cornua tñ sua ipsorum psumptio & pedes eorum. i. ipsorum affectio, eos esse captiuos. i. ignorantes & hebetes protestant̃. ¶ In Aethio- 9

pia circa ciuitatē Heliopolim sunt homines mirabiles, qui
16. pedes habent in longitudine. 7. in latitudine, quorum cor-
pus est candidum, caput vero magnum, & hi ita protensas, &
erectas hñt aures, q alas potius esse crederes, quas siquem vi
detint eriguot, ita vt volare velle videantur. Tales dñt esse bo-
ni religiosi, quia caput. i. rōnem dñt magnam habere, & per
castitatem, & innocentiam albi esse. Istis ergo debent esse ma
gnæ aures. i. audiendi, & obediendi virtus magna, qua. s. sur-
sum ad Dei, & prælatorum mandata audienda dñt erigi, & ac
si volare, & currere velint ad executionem eorum, superius
erigi, & leuari. Neem. 1. Sint oculi tui videntes, & aures tuæ
10 attentæ. ¶ Aethiopia Aphricæ est prouincia, vbi sunt multa
mirabilia, & stupenda, quæ libro de animalibus. c. de Faunis,
& Satiris, & in locis alijs pluribus iā sunt dicta. Vnū m̄ dicit
Solinus q in ista patria inuenitur, animal quod Hystrix dr̄,
quod illud esse credo quod a Gallis porc⁹ spinosus appellat-
nā (vt idē ait) istud animal est spinosum, & lōgis iaculis circū
sepiū, quæ. s. pro volūtatem solet emittere, & exinde insequē-
ses canes percutere, & sic eos compellet retroire. Tales sont
vsurarij & auari, qui spinis. i. diuitijs (quæ. sa Christo dicūtur
spinę) vndique sunt armati, & iō si contingat istos a canibus
. i. a iudicibus vt puniantur insequi, statim solent per muneta
diuitiarum spinas & iacula ipsis mittere, & sic eus faciunt re
troducere. i. a correctione cessare, & sic eos oō ampl⁹ infestare
Dona enim & muneta sunt quædā sagittæ quæ pungunt vsq;
ad cor, quas. s. pelliferi solēt iacere & opponere, vt sic manus
corrigēntium iudicum & maiorū possint fugere & euadere,
sicut in Psal. dicitur, Sagittæ potentes acutę cū carbonibus
desolatorijs Vel dic q istę spinę sunt verba pūgētia detracto
ria & iniuriosa, quibus multi taliter sunt armati, q si quis ca
nis. i. pędicator vel p̄latus velit eos capere, arguere vel cor-
rigere ita iaculātur eum verbis, infamationibus & appellatio
nibus, q necesse est q retrocedat, & q eos incorrectos dimit
11 tat, quia sicut dicitur Prouer. 9. Qui arguit derisorē, ipse sibi
iniuriam facit. s. derisor. ¶ In AEthiopia est quadam auis quæ
pegasus dicitur, qui in fabulis equus alatus fingitur, eo q ista
auis equo in auribus assimulatur. sicut. n. dicit Solin. nihil ha-
bet equo simile p̄ter aures. Plinius tñ lib. 8. c. 21. dicit pegasos
esse equos pennatos, & corporibus armatos. Ibi etiam inuenitē
alia auis quæ dicitur tragopan, aquilis maior, q̄ cornibus arie
tinis armatum habet caput. AEthiopia feruētissima regio ec
clesiam significat vel religionem, quæ feruore tribulationum
aduritur. Ibi. n. sunt hæc duo genera auium. i. personarum, pe
gasus. i. similis equo. i. homines futentea & luxuriosi, & trago
pā cornuta. i. homines superbi & ceruicosi Ista. n. genera pso-
narum abundant hodie in ecclesia sancta Dei. s. luxuriosi, qui
more equorum ad luxuriam sunt feruētes, de quibus dicitur
Hier. 5. Aequi amatores in fœminas, vnusquisque ad vxorem
p̄ximi sui hinniebat. Et ceruicosi cornuti, qui more tragopa
nos per superbiā sunt cornuti & tumētes, & alios verbo vel
verbere ferientes, de quibus Eze. 34. Cornibus vestris venti
labatis omnia. maximè isti sunt ceruicosi seculares, qui por-
12 tant alas supercilliorum, & cornua eminentiarum. ¶ In quibus
dam partibus æthiopiæ s̄m Solinum sunt quidā populi q di-
cuntur atlantes, qui ab humano ritu prorsus exulant, omni. n.
inter eos proprium vocabulū, nulli speciale nomen, & isti so
lem continua imprecatione maledicunt, & vsti torrēti side-
re, oderunt Deum lucis, & hi dicuntur somnia nō videre. Per
nomen intelligitur bona fama, iuxta illud Eccl. 41. Curam ha
be de bono nomine, q pro certo multi sunt qui solem iusti
tiæ Christum iurandō & blasphemando continuè maledicūt
& maximè qn ardorē alicuius tribulationis ab ipso sibi infer
ri senserint. Isti ergo sine nomine bonæ famę viuūt, nomen eē
suum angeli in libro vitæ nunquam scribunt, nec isti etiā som
nia. i. considerationem futurorū percipiunt nec attēdunt. Vel
dic q isti sunt damnati, quorū nomē & fama deleta est a me-
moria Dei & hominum. Psal. nomē eorū delesti in æternū. &
qui præ ardore tormētorum Deū maledicūt. Figurati Apo.
16. vbi dicitur q datū est soli affligere homines ęstu & igne, &
aruerunt homines ęstu magno, & blasphemauerūt Deū, quia
pro certo danati dū ardore a sole iustitiæ eis immisso ęstuāt,
præ desperatione ipsum blasphemant. ¶ Troglodytæ populi
13 sunt Aethiopiæ qui s̄m Solinum in cauernis habitāt, pauper-
tate voluntaria diuitijs abstinent, in quodam lapide precioso
qui dicitur hexecōtalithos, qui infinitis pollet coloribus, glo
riantur & gaudent. Tales debēt eē religiosi, & maximè men-
dicantes, quia. s. in cauernis sepulchrorum suorum debēt per
considerationem mortis & peccatorum suorū manere, pau-
pertatem voluntariam diligere, diuitias cōtēnere, & in isto la
pide p̄cioso Christo gloriari & gaudere. 2. ad Corin. 10. Qui
gloriatur, in domino glorietur, Vnde Hie. 9. Nō glorietur in
pictia sua, nec diues in diuitijs suis, nec fortijs in fortitudine
sua, gloriatur autē scire & nosse me. ¶ Augytæ fuerūt populi 14
AEthiopiæ, qui (vt Sol. ait) solos colebant inferos, qui vxores
primis noctib⁹ nuptiarū adulteria pati cogebāt, & ipsas adul
teris exponebant, mox vero eas ad perpetuam pudicitiā legi
bus seuerissimis astringebant. Per istos intelligo demones q
. s. solos inferos colunt & frequētant. Per vxores eorum intel-
ligo animas peccatrices, quas dum eum eis nuptias cōtrahūt,
in hac. s. vita, & eas sibi per malos consensus conglutinant &
cōiunguot, ipsas faciūt cum omnibus vitijs adulterari, & per
omnes voluptates imp̄be delectari, mox vero. i. cū ipsas post
mortem in inferno tenebūt, eas a voluptatibus coercebūt, &
vt abstineant a delicijs crudelissimis damnationis legibus p̄
hibebunt, Vnde de babylone, dicitur Apo. 18. Quantum glo
rificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentū & lu
ctum. ¶ Himātopodes populi sunt AEthiopiæ, vt Solinus ait, 15
qui flexibilia habent crura, & ideo potius repunt quàm ince
dunt, & pergendi vsum labendo magis destinant quā eundo.
tales vidētur homines otiosi & pigri, quia pro certo crura. i.
virtutem vidētur debilitatam habere, quia ad nullum bonū
exercitium possunt incedere, sed potius per auaritiā circa ter
rena repere, & præ pigritia solū lapsu flexibili se mouere, Sap.
15. Pedes eorum pigri sunt ad ambulandum.

*De Europa. Cap. 20.*

Europa est tertia pars orbis, a parte septentrionali posi
ta, & ipsi Aphricæ quæ solis ardoribus vritur, cōtrariè 16
opposita. In ipsa autem (vt Herodotus ait) sunt homi
nes corpore maiores, virib. fortiores, animo audacio
res, forma & specie pulchriores, quàm in aphrica. Nam
quia solaris ęstus super aphrus longius commoratur, ideo
consumendo humores ipsos efficit corpore breuiores, facie
nigriores, crine crispiores, & propter euaporationem spiri-
tuum per apertos poros animo defectiores. Econtra apud
Europeos & aquilonares ex frigiditate poros exterius oppi
lante generantur humores in corporibus, & sic efficiuntur
corpulentiores, & quia frigiditas est mater albedinis, ideo
sunt albiores in facie, & ex repercussione caloris & spiritus
ad interiora, per antiperistasim efficiūtur calidiores interius,
& per consequens audaciores. Europa est religio vel eccle-
sia, sub frigore pœnitentiæ & diuini timoris constituta. Aphri
ca vero est mundus, ardoribus auaritiæ inflamatus, Sed vere
boni ecclesiastici sunt alijs maiores quo ad merita, fortiores
quo ad opera, audaciores ad bonum aggrediendum, & for-
tiores ad perficiendum, & sic sunt pulchriores quo ad hone
statis apparentiam. Quia. n. frigus timoris diuini eis poros
sensuum & appetituū claudit, iō humor deuotionis interius
augmentatur, & sic boni efficiuntur, maiorisq; corpulentiæ
& magnitudinis meritorū. Quia et frigiditas ista est mater al
bedinis. i. castitatis, ideo sunt cæteris albiores. i. castiores. Et
quia frigus diuini timoris vel pœnitentiæ, & tribulationis
exterioris calores et spūs. i. affectiones interiores repercutit,
nec eas ad mundana euaporare permittit, iō per charitatem
sunt calidiores, & per consequens ad bona opera aggredien
da audentiores. Sed econtra q calor auaritiæ & cupiditatis
qui super aphros & mundanos quotidie moratur, poros sen-
suū & appetituum aperit, ipsosq; per diuersa negotia & dele
ctabilia occupari cōpellit, ideo deuotionis humor in eis cōsu
mit, calor delectationis ab eis euaporat, & sic efficiūtur impo
tētiores ad bene agendū, minoris quantitatis quo ad virtutē
& meritū, facie nigriores q̄tū ad malā cōuersationē, & mori
b⁹ pigriores q̄tū ad bonā operationē. Sūt tñ crine cæteris cri
spiores p̄ diuitiarū t paiui ampliationē. Per pilos. n. qui tāq̄ su
p̄flui abscindi possunt sine capitis lęsione, diuitiæ intelligunē,
in qb⁹ mūdani & mali pl⁹ q̄ religiosi & boni affluūt & abūdāt.

*De Frisia. Cap. 21.*

Frisia est regio in germania, cuius fortis & magni
corporis est populus, castitatis emulus, & luxuriæ 17
detestatiuus, nam iuuenes suos vsque ad adole-
scentiam & perfectam ętatem a matrimonio faciūt
abstinere,

abstinere,& tunc eos matrimonio copulant,& sic magis cō
pletos filios generant & producunt. Isti libertatē multum di
ligūt,ita vt nullū inter se sub militiæ titulo erigi permittāt,
iudices tamen eligunt annuatim,magis amantes mori, quā
iugo seruitutis deprimi. audaces sunt, mortem vilipendunt,
comā in rotundo tondent,& quanto nobilior quis,tanto tō
deri altius,gloriosus arbitratur.& est gens viribus,fortis se-
uero aīo corpore agilis & procera &c. Talis est religio vel
ecclesia,quia ꝑ certo populus eius debet esse castus,& gra-
tiæ libertatē diligere,& magis amare mortem corporia susti
nere, q̄ peccati deprimi seruitute. Debet ēt militiā .i. ꝑlatio-
nē & superbiā abhorrere,sed iudicib. de gente sua .i. suis ꝑla
tis & maiorib. debet subijci,& eisdem humiliter obedire,ca
pillos etiam qui circa collum pendent .i. diuitias superfluas
debet per paupertatis obseruantiam abradere & tondere,
quia quanto religiosus altius tonsus fuerit .i. quanto per pau
pertatem plus fuerit pilis temporalium denudatus, tāto in
genere suo nobilior reputatur. Nu.5. Radetur Nazareus an
te ostium tabernaculi fœderis &c.

## *De Fortunatis insulis.* Cap. 22.

1 FOrtunatæ insulæ sic sunt secundum Isidorum dictæ,
quia omnium bonorum fœcunditate sunt fortunatæ.
Et sunt in oceano constitutæ. Ibi pomorum & fru-
ctuum copia, ibi dulcis auium melodia,ibi mellis &
lactis abundantia,ibi caprarum & ouium multitudo,& ca-
num maxima fortitudo. Et ideo secundum Isidorum. Plin.
poetæ & gentiles crediderunt ibi esse paradisum. Sic in pa-
radiso, qui in oceano idest in empirei circulo continetur,
mel est & lac deuotionis. Cantico. 4. Mel & lac sub lingua
tua. Melodia contemplationis & gratiarum actionis, & ma
xime auium .i. angelorum. Poma & fructus bonæ fruitiones.
Can.7. Omnia poma mea seruaui tibi. Capræ & oues grega
tim vadunt,perfectæ concordiæ et vnitatis. Canes qui do-
minum diligunt,amicitiæ & fidelitatis. Vel capræ & oues
sunt simplices,canes autem prælati &c. Fortunatę autem ab
alijs dicuntur,quia casu & fortuna quandoq; reperiuntur,si
autem a proposito quærantur,raro aut nunquam inueniun
tur. Applica si vis contra vnum infortunium quod sæpe ac-
cidit homini,quia si aliquid ex certa scientia ardenti deside
rio quęrimus,tunc plerumque facile inuenitur. Cant.2. Quę
siui quem diligit aīa mea,& non inueni.& infra. Paululum
cum pertransissem inueni quem diligit anima mea.

## *De Gallia.* Cap. 23.

GAllia europę est prouincia,quæ ab oriente Alpibus,
1 ab occidente mari Britānico,ab austro Pyreneis mō
tibus,ab aquilone Rheno terminatur. Ista est ergo re
gio quæ secundum dicta omnium auctorum qui de
regionibus vel hominum moribus tractauerunt .s. Isidori,
Plinij,Herodoti,Iulij Solini,ferrocissimam naturaliter ha-
bent gentem. vnde etiam (sicut apparet per Solinum vbi de
fundatione Marsiliæ agit) Gallici feræ gentes quodam spe-
ciali vocabulo dicebantur. Mira est ergo virtus fidei christia
næ,quæ iam galliarum populos ita domuit ꝙ præ multis na
tionibus sensum,discretionem,fidem ac constantiam eis de
dit. ¶ Cum igitur regio galliarum multas habeat prouincias
2 in quibus sunt multa notabilia & mirabilia,quorum quædā
sunt naturalia,quædam vero sanctorum virtutibus introdu
cta,primo occurrit mihi quod dicit Geruasius ꝙ .s. in ꝑuin-
cia Aluerinæ ciuitate Amicien. est solennis ecclesia beatæ
Mariæ,circa quam est domus canonicorum,in qua tale fer
tur mirabile,ꝙ in eorum refectorium nulla musca ingredi-
tur. ꝙ si inferatur necesse est vel ꝙ fugiat,vel ꝙ moriatur ce
leriter. De latrinis eorum nullus fętor eructat, & tñ nullius
aquæ profluuium ipsam lauat. Similiter in Prouincia in villa
de Bariolis in canonicorum refectorium nec musca ingre-
ditur,nec illata viuere potest,vt fertur. In Pictauia etiam in
refectorio & claustro ecclesiæ Malleacensis quę sita est in
locis paludosis,culices non subintrant. quod monachi illius
loci a beato Rigonio Abbate quondam loci a Deo impe-
tratum affirmant. Ista .n. loca quæ domino luni dedicata, ad
maiorem quietem ibidem residētium,fuerunt ab impugna
tione talium animalium diuino munere liberata. Sic vere di
co quod cum cor & consortia nostra sit refectorium Chri-
sto & beatæ virgini spūaliter dedicatū) iuxta illud 1. ad Co.
3. Tēplum Dei sanctum est,quod estis vos) ad finem vt habi
tores illi .s. interiores affectiones nostræ,in pace & tranquil-
litate maneant,nullæ muscæ vel culices .i. immundæ cogita-
tiones,nulliusque peccati immunditiæ vel fœtores ibi dñt
ingredi vel admitti,sed inde potius repelli & fugari. Ap. 21.
Nihil coinquinatum intrabit in illam. ¶ Item in Gallijs in ꝑ
uincia Narbonensi est castrū dictum Romelius, in quo sunt 3
duę turres,ad quarum alteram singulis annis scarabeorum
infinita confluit multitudo .s. circa festum Ioannis Baptistę,
quorum .s. corpora aliis sunt maiora,& qui vt plurimū sunt
cornuti. Isti ergo per septem vel octo dies tanto impetu se
mutuo flagellāt,ꝙ de mortuis ex ipsis vix platez postea mū
dari possunt,sicut ponit idem Geruasius in de mundi mirabi
libus,& sicut etiam ego audiui ab hominib. patrię fide di-
gnis. Ista breuiter possunt allegari contra mundi principes
& tyrannos,cornutos dyscolos & superbos, quia pro certo
sicut quotidie videmus,isti pro turrib.& occasione turrium
& castrorum,terrarum & possessionum & aliorū huiusmo
di,congregantur cū multitudine suorū exercituū, & inter
se taliter debacchantur,ꝙ ipsorū plurimi moriuntur. Marc.
Surget gens contra gentem,& regnum aduersus regnū ¶ Itē 4
sm Geruasium,in galliis in prouincia narbonensi prope mō
tem pessulanū est castrum de monte ferrandi,in quo est vnū
satis mirabile: quia ibi silice succisa & cōbusta, more noua-
liū terra colitur,aratroq; scissa,vineas & vites sine plātato-
re producit,q̄ per triēniū optima vina facit,ex hinc vero ad
sterilitatē siluestrē dr̄ redire,nisi iterū ignē & culturā sicut
prius studeant adhibere. Sic vere qnq; fit ꝙ nos (dum tamē
simus per contritionem accensi,& siliis vitiorum nostrorū
per confessionem succisa,& terra corporis nostri per satisfa
ctionē exculta) sine alio exteriori plantatore seu doctore,
sed solū Dei gratia vineā virtutū concipimus & producim᷒
& per trienniū .i. in fide sanctę trinitatis vinū quod lętificat
angelos,hoc est bona opa ꝑducimus. Mar. 4. Vltro .n. terra
fructificat. Veruntamē sępe fit ꝙ vinea virtutum nostrarum
in siluestreitatem vitiorum degenerat,nisi ignis cōtritionis
correctionis & dilectionis, seu infernalis meditationis Ite-
ratus nos exurat, & disciplinę sarculus nos excolat, q abr
hoc est verū,ꝙ nullus est ita bona vinea,nec ita scā ꝑsona,
q n syluestris & peccator infructuosus efficiatur nisi scti spi
ritus,dilectionis,correctionis & meditationis ignib. sępius
comburatur,& etiam nisi sępe per pœnitentiam & pręlato
rum visitationem & disciplinam colatur, vt sic virtus ipsius
spūaliter renouetur. Iō de tali multiplici igne dicebat dñs,
Lu. Ignem veni mittere in terram & qd volo nisi vt ardeat?
¶ Hic ponit Geruasius ꝙ quidā homines certis temporibus
in lupus transformantur,& ingluuiē lupinam induere præ 5
dicantur. ad quod etiam facit verbū Isi,c. de transformatis,
vbi dicit ꝙ quidam homines non fantastica fictione, sed vera
& formali transmutatione transmutantur in lupos. Geruа-
sius hic ponit exemplū, & dicit ꝙ in Gallijs in Aruerina in
dioce. Claramonte .n. quidam miles strenuus dñs Reybal-
dus de Puleto,a nobili viro Pōtico de Capitolio,fuit exhæ
redatus,qui vagus factus & profugus, vna nocte cum sal-
tus lustraret,nimio terrore turbatus,cū mentis alienatione
in lupū vertit,& infantes comedens,prouectos vero dilace
rans,ita debacchabatur in homines ꝙ multæ domus patriæ
desertæ ab Incolis dimittebant,tandem a quodā fabro ligna
rio grauiter attentatus,ictu securis pede trūcatur, q statim
in hoīem reuertitur,& truncatori suo gratias agit,asserēs ꝙ
rōne truncationis prædictę,a fato tantæ miseriæ fuerat libe
ratus.& subiungit ꝙ tales qñ aliquod mēbrū perdūt,statim
forma pristina humana induuntur,& aliud exemplū ponit
de quodā accola castri Luth: prope viuariū dictum Calce-
narta,qui certo tpe vestes suas ad pedem vnius montis di-
mittebat,& se diu in arena volutās,lupi formā induebat, &
ore patulo ad prædā protinus inhiabat. Dicebat autē lupos
ideo ore patulo incedere, quia os non nisi cum labore & cū
pedum auxilio possunt aperire,& propter hoc ipsum tenēt
apertum,ne difficultas aperiendi posset periculi causa esse.
Infinita alia sunt exēpla. nā & ego audiui a quodā Aruerni-
gena,ꝙ dū qdā nobilis per quoddā nemus trāsiret,& inua-
sus a lupo & duob. lupellis patrem occidisset,tandē in exitu
nemoris quandam vetulam inuenit,quæ illis lupis carnes &
cibaria deferebat,quæ cum audisset ab allo qd lupum occi-
derat

derat,statim clamare cœpit,& apprehensa,lupũ suum mari
tum,& lupellos suos filios esse dicebat q̃ tristis sors certis q̃
busdam temporib.in lupos transformare consueuerat. Igi-
tur cum per hæc & alia exempla dicta mutatio appareat el
seuera non vr̃ ex toto reprobabile dictum illud, q̃ .s. aliqui
homines mutentur in ciconias(vt supra c.de Aethiopia po
nitur)feminę in serpentes Delphini vero milites sicut alibi
post dicetur. Aduerte tñ q̃ Pli.li.8.c. 22. de naturali mundi
Hist.illud repudiat,& miratur ista Græciam credidisse,sed
sicut ibidem dicit idem: Nullum tam impudens mendaciũ,
vt teste careat.de Nabuchodonosor etiã non videtur impos
sibile q̃ formam & figurã mutauerit,maxime cum ipse dicat
Dan.4.Figura mea reuersa est ad me,& optimates mei requi
nerũt me.Quamuis ergo ista videant extranea tñ̃ni, possunt
tñ humanis morib.adaptari.Et sic dico quod per tales hoies
in lupum transeuntes possunt intelligi impii & tyrãni,& ma
xime homicidæ & publici raptores.Dato.n. q̃ illi sunt ho-
mines naturaliter,tñ lupi fiunt actualiter,& hoc quia illi tã
tam ingluuiem crudelitatis accipiunt.qđ nihil prorsus hu-
manitatis,hoc est,rationis & benignitatis habere vñr qui-
nimo quantum ad mores in lupos mutantur, & ad homines
corporaliter occidendos,vel temporaliter depredandos to
to impetu cõuertuntur.Vnde Tul.li.de offi. 3.dicit sic.Quid
interest vtrum ex homine quis in beluam se cõuertat an sub
hominis figura immanitatem beluæ gerat?Quasi dicat,nihil
inter est.Isti.n.vestes virtutum dimittunt,& in arena diuitia
rum per complacentiã se inuoluunt,& sic pro ipsis acquiren
dis rapaces lupi fiũt.ideo bene de talib.dicitur Soph.a.prin
cipes eius in medio eius quasi leones rugientes,iudices lu-
pi.Quid ergo?cer tè talib.est vtile q̃ membra eis truncentur
.i.q̃ aliquæ tribulationes a Deo vel a mundo ipsis infligatur,
vt in agnitionẽ sui ducti,iterum commutentur,& mores hu
manos,benignos & rõnabiles quos prę crudelitate exuerãt,
6 amplexentur.2.Mac.9.In agnitionem sui ductus est, percus
sus a domino plaga.vide infra.eo.c.72.§.4.¶ In Galliarũ Nar
bonen.prouincia iuxta ciuitatem Vinea est vinea ad Episco
pum Viẽnen.pertinens,de cuius racemis nec canis nec por
cus nec aliud aial gustare potest,& tamẽ facit vinũ optimũ,
sicut dicit idem Heruasius.Ista vinea significat hypocritam,
cuius racemi.i.fructus & operationes sunt ita malæ & pessi
mæ quod no sunt dignæ vt ab ipsis canib.& porcis .i.pc̃torib.
debeant manducari.i.per complacentiam imitari , veruntã
sepe fit q̃ tales bonum vinum.i.bonam do trinam proferũt
& quod ad vtilitatem auditorum multa salubriter dicũt.iõ
bene dicitur Mat.23.Quæ dicunt facite,quæ aũt faciunt,no
lite facere.Vel dic q̃ ista vinea est beata virgo,quæ fructum
suum.s.Christum nobis protulit,qui vinum optimum & san
guinem suum vel suã doctrinam vel gratiam nobis tribuit.
Istum ergo non debet nec porcus nec canis.i.nec immũdus
nec inuidus peccator tangere nec in sacramento altaris ad
eum appropinquare.Mat.7.Nolite sanctum date canib.Vel
dic q̃ ista vinea est paradisus,cuius fructum nullus pc̃tor co
medit,& tamen vinum suæ consolationis quantum in se est,
cunctis fundit.Vel dic q̃ ista vinea est bonus prædicator,cu
ius fructum & opera canes & porci nunquã comedunt imi-
tando,tñ vinũ suæ doctrinæ bene hauriunt audiẽdo.Ez e.33.
Audiunt sermones tuos,& non faciũt eos,in canticum oris
sui vertunt eos.Vel dic q̃ vinea est ecclesia,cuius racemos,
i.cuius beneficia non debent canes & porci.i.mali & immũ
7 di comedere vel habere,vinum tamen doctrinæ quod effun
dit,possunt percipere ¶ In Galijs in eodem episcopatu vien
nẽ.est fons in quo si quid sordidum iminiseris,statim scaturi
ginem suam mutat,& priorem locum suum deserit,vnde pri
mitus emanabat,vt Ger.ait.Tales proculdubio debemus esse:
quia si quis in loco in quo sumus,& in societate qua mane-
mus,aliquid sordidũ proiecerit.i.aliquid immundũ & inho
nestum fecerit,statim debemus locũ mutare , & societatem
illam immundam dimittere,& ad altum locũ & cõsortium
quod careat infamia,& immunditia,nos transferre.1. Io. 3.
translati sumus de morte ad vita.¶ Item Geruasius dicit qđ
8 in Narbonen.Gallia,episcupatu Lodon.est fons qui tẽpore
adaquandorum pratorum ad propinquum pratum irrigadũ
scaturit postquã vero herba tonsa fuerit,nõ apparet amplius
sed arescit.Talis est fons piæ,quia.s.dum sumus supra pra-
tũ.i.dum viuimus in hoc mundo,nos irrigat,at si per mortẽ
tonsi fuerimus,arescit & nõ paret,& amplius nos nõ irri-
gat.Aquæ enim Dei gratiæ vel piæ post mortẽ nõ proficit.
sed solum dum simus in statu merendi.i.dum viuimus, nos
infundit,& ad crementum bonorum operum nos imbibit.
¶ Item in Galliis in prouincia Aruerniæ est castrum dictum 9
Crest,vbi qualibet nocte die sabbati accidit vnum satis mi-
rabile,quia.s.omnes fæces aiarum mortuorum & occisorũ
demones de nocte exportant,& de ipsis imperceptibiliter lo-
cum mundant.Sic vere in sabbato quod est finis septimanæ,
hoc est in fine mundi vel vitæ pñtis demones secum fœtidos
immundos & ipsos portabunt,& ab ipsis mundũ purgabũt
& mundabunt.¶ Itẽ idem dicit q̃ in prouincia Narbonen. 10
in vico qui dr̃ Aluiganus,sunt duo fontes quorum vnus nũ
quam bullit,alius vero penitus nihil coquit, & primus co-
quit,licet non bulliat,secũdus bullit,sed non coquit.Procul
dubio simile quotidie accidit in negocijs huius mũdi.Vide
bis.n.duos homines quorum alter videbitur circa aliquod
negociũ feruere & bulire,& præ sollicitudine prætendet se
mirabilia facere,qui tñ in veritate nihil faciet,nec aliqđ ne-
gociũ complebit aut decoquet.Contra aũt videbis alium,q
nihil videbitur facere,& qui vel non vult vel nescit ebullitio
nem facere,& feruorem sollicitudinis ostendere,qui tamen
totum negotiũ comprobatur facere ipsumq; coquere & cõ
plere,& in omnib.moderari.Istud etiam patet de hypocri-
tis & humilibus,quia.i.hypocritæ videntur feruere & bulli
re per mirabilem deuotionem,non coquunt tamen seipsos
per contritionem aut dilectionem,vel per maturam conuer
sionem aut discretionem, econuerso autem multi humiles
exterius per deuotionem bullire non videntur,qui tamẽ in
veritate fortius operãtur,& se per morum digestionẽ,alios
vero per conuersationem,correctionem & pdicationẽ me-
lius decoquere dinoscuntur.Isti ergo duo fontes.i.duo gña
personarũ figurantur Mat.21.in illis duob.filiis quibus præ-
cepit pater q̃ irent fodere in vineã suam , quorum vnus di-
xit:Vado,& nõ iuit.Alius vero dixit:Nõ vado sed iuit. Iste
tñ potius cõmendatur eo q̃ patris mandatũ impleuit.Sic p
certo multi in negociis videntur dicere vado bollio,totum
facio ,qui tñ in rei veritate nec vadunt nec faciunt, nec Dei
mandatum exequunt aut agunt. Mat.23. Dicunt.n.& non fa
ciũt.Alii vero vñr dicere,non vadam seu non faciam inquã
tum.s.eorum opera non apparent nec videntur,sed in veri-
tate virtualiter operantur. De quibus Seneca epistola quadã
pulchre loquitur.Mihi crede,qui nihil agere videntur,ma-
iora agunt humanaq; ac diuina simul tractant. Illi ergo qui
non videntur facere & faciunt,a Deo commendantur,at il
li qui econtra videntur facere,& non faciunt,a Deo repro-
bant.iõ bene consulit Mat.23.Quæ dicunt,facite,quæ autẽ
faciũt,nolite facere.Vel dic q̃ duo sunt genera correctorũ,
quidã.n.bullire,furere & austere reprehendere noscunt,qui
proculdubio alios non bene coquunt,emendant vel casti-
gant.Alii vero sine bullitione,strepitu vel furore,cũ suauita
te & beneuolentia castigant,corrigunt & loquuntur , & sic
alij per ipsos se melius decoqnũt & ad maturitatem & salu
tẽ deducunt.Quia breuiter plerumq; accidit q̃ in eoquẽdo
alios,& in eos corrigẽdo,& ad bonũ cõuertendo,plus ope
ratur prælati benignitas suauiter pertransiens quam seueri-
tas ferociter ebulliens.Quia ẽt teste Grego.Quidã sunt qui
per mansuetudinẽ conuertuntur,qui tñ inter tormenta for-
tius indurantur.Vel dic de stultis,qui cum ebullitione & ira
volunt omnia facere,qui tamen ad intentũ suum non solẽt
prospere attingere,prudentes vero maturẽ & sine bullitus
& strepitu facta sua faciunt,& isti melius decoquunt, & ad
complementũ suæ intentionis facilius proueniunt. ideo be
ne dicitur Prou.15.Lingua sapientum ornat scientiam.os fa
tui ebullit stultitia.¶ In Aruernia prouincia galliarum dici-
tur esse fons cuius aqua ad vini tendit saporẽ.Sic vere aqua
i.doctrina bonorum sp debet vinũ sapere.i. aliquã spũalem
consolationem inferre: Io.2.Gustauit Architriclinus aquã
factam vinum.Vel dic q̃ aqua bonorum nostrorũ terreno-
rum debet esse vinum.i.cõsolatio pauperum & egenorum.
¶ In Gallia Belgica in ciuitate Parrisiensi est vnum valde mi
rabile.s.cimiterium sancti Innocentij : vbi nullum corpus
sepelitur,quin intra spatium nouem dierũ omnes corporis
eius carnes in terram cõuertantur:ita q̃ ossa nuda de fouea
extrahantur.Vnde plerunque contingit quatuor vel quinq;
corpora in eadem fouea simul poni , & statim post nouem
dies amotis eorum ossib.ibidem alios mortuos intromitti.

Istud autem attribuitur diuinę potētiæ miraculo, quæ tā popolosæ ciuitati, q̄ re uera hodie potest dici (vt verbis Solini Carthaginem commendantis vtar) alterū post vrbē Romā (imo super omnem aliam vrbem) orbis terrarū decus, voluit de cemiterio prouidere, & cum alias facile nō esset tantā hominum multitudinē sepelire. Alij verò conātur assignare rationē naturalē. Dicunt.n. ꝙ carnes hominis mortui, vel puluis lact⁹ ex ipsis, sunt mirabiliter corrosiuæ. Cū ergo tota terra illius cemiterij propter sepultorum multitudinē de carnibus humanis existat, hinc est ꝙ recētes cito corrodit & deuorat, & in similitudinem sui mutat. Igiť moraliter exponēdo dico quòd isti cemiterio sunt similes mūdi raptores & principes & iudices impij & tyranni: quia videlicet omnes qui infra suum ambitum sepeliuntur, id est qui infra suam iurisdictionem morātur, isti per rapinas & exactiones corrodūt, & eorum carnes.i. eorum temporales substātias deprædanť, ita ꝙ ossa.i. personæ eorum pauperes & nudæ dimittuntur. Vñ talibus raptoribus dicitur illud Mich.3. Violēter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnes eorum desuꝑ ossibus eorū. Et q̄ est ratio? pro certo quia nulla res est magis corrosiua, magis nociua vel læsiua quā caro humana mortua, & in puluere reducta.i. quam carnalis homo ꝑ peccatū mortuus, & per auaritiam & terrenorū affectum in terra mutatus & conuersus, quia pro certo alios homines ꝑ vsuras & exactiones corrodit, & magis quā alia animalia ipsos impetit atq; lędit. Semel.n. fuit petitum a quodam philosopho quid esset hoī inimicissimū, qui respondit, alter homo. Quia breuiter nullus homini ita inimicatur sicut homo qui ī terrā & puluerē per auaritiam cōmutatur. Vnde de talibus potest dici illud Ezec.19. Leo factus est, & didicit capere prædam, hominesq; deuorare. Et hoc valde reprehendiť Eccl.28. Homo homini conseruat iram, & a Deo quærit medelam. in hominē sibi nō habet misericordiā, & pro peccatis suis deprecatur, ipse cū caro sit reseruat iram, & propitiationē quærit a Deo. Quasi dicat, pro nihilo a Deo sperat veniā, qui alteri homini sibi simili facit nequitiam. Vel dic contra detractores, qui cū sint per peccatum mortui, & in se viles & terrei alios tamē solēt rodere, & verbis detractorijs lacerare. Vel dic ꝙ mali balliui quāq̄ ꝑ peccatū sint mortui, alios tñ mortuos.i. alios malefactores deuorāt, & sic fit ꝙ mortui mortuos.i. mali malos rodūt lacerat & castigat. Et cōtra ēt isti balliui sunt deteriores quā ipsi quos puniūt vt malefactores. Vnde de quodā philosopho audiui, ꝙ dum præpositus quādā duceret latronē ad suspēdiū, risit philosophus, dixitq;, rideo ꝙ magn⁹ latro ducit paruū latronē ad suspēdiū. Dimittamus ergo mortuos alios mortuos corrodere, & iuxta verbū dñi, mortuos sepelire mortuos suos Mat.8. Vel dic cōtra illos corrosiuos & rapaces q̄ si aliquis in eorum cemiteriū.i. in eorū iurisdictionē vel patria de nouo aliunde venerit, statim volunt eū rodere, molestare & pungere, & pro eo ꝙ aduena est, ipsius carnem & substātiam rapinis & exactionibus deuorare, cū tñ ipsi deberēt eos benigniter recipere, & eisdē nullatenus inuidere, & ipsos plusquā alios diligere & fouere, iuxta illud Exo.23. Aduenā nō contristabis, neq; affliges eū, aduenæ.n. fuistis in terra aliena. Vel dic ꝙ nihil adeo corrodit & cōsumit carnē nostrā.i. carnalitatem nostrā, sicut caro mortua.i. cōsideratio mortis hominum aliorū, quia sicut dicit Hiero. Nihil adeo valet ad domādum carnis vitia, sicut cogitare qualis est futura caro mortua.

13 ¶ In dicta prouincia franciæ circa ciuitatem Parrhisien. abundanter inuenitur illa materia terræ quæ gypsus seu plastrū appellatur, quæ cū sit lapis ꝑ lucidus, coctus in igne, in puluerem cum malleis diminuitur, qui quidē puluis inter mirabilia numeratur, pro eo ꝙ cum aqua distemperatus, in lutum cito, & post in lapidis duritiā immutatur, ita vt mirabilia ædificia de eo fabricenť. Ista possunt allegari de multis, q̄ quamuis quandoque per carnalitatem sint lutei, & per decoctionē auaritiæ puluerei, tamen fiunt quandoq; per cōstantiā & fortitudinem lapidei atq; firmi, ita ꝙ de talibus potest ædificiū ecclesiæ cōstitui vel fundari. Vel ecōuerso ista possunt dici de alijs, qui sunt lutei & carnales, & in fine ita fortiter ꝑ obstinationē durescūt, & quasi lapides duri fiunt, ita ꝙ ad ponendū in ædificio inferni vtiles sunt &c. Vel gypsus est diuina gratia, q̄ in principio est debilis, postea verè fortis efficiť atq; firma, & quæ ad modum gypsi est cementum ꝑ ædificio animæ cōstituendo. Sicut autē gypsus melius adhæret rei infusæ vel humidæ quā aridæ seu siccæ, & melius etiam lapideæ materiæ quam ligneæ, sic verè gratia Dei humidis & lachrymosis ploris, non indeuotis, & aridis adhæret, lapideis ēt & fortibus & constantibus, pōderosis & humilibus, & inferiora loca & status petētibus adiūgitur, a ligneis verò.i. leuibus & superbis sursum enatātibus, & more ligni ad superiora ambitiosè ascēdentibus seu anhelātibus disgregať, nec eis aliqualiter colligatur, quia sicut dicit.1. Petri.5. Deus superbis resistit, humilibus aūt dat gratiā.

¶ In Gallia autē multæ sunt ꝑuinciæ, in q̄bus multa sunt mirabilia, sicut est Prouincia & Pictauia, sed de ipsis vide in suis titulis specialibus. 14

¶ In illa Galliarum parte quæ Britannia dicitur, & quæ dudū Amorica dicebatur, circa villam quæ nominatur Falgeria Radulphi ferť esse quidam fons lacus seu fouea profunda, cuius ad experienda crimina mirabiles sunt virtutes. Si qs.n. de homicidio vel alio crimine sit suspectus, statim ad purgationē admittitur, si velit in dicta fouea se purgare. Proijcitur ergo nudus in foueam, & corio ꝑ si innocens fuerit, fundum petit, & si nō extrahať, est in periculo submergēdi. Si verò nocēs est, ad fundum nō poterit descēdere, imo quasi a fonte reiect⁹, necesse habebit sup aquas natare. Istud potest exponi in bono & in malo. in bono hoc pacto. Per istū.n. fontē possum intelligere mundum istum, qui rectè ꝓbationis locus est. Est.n. illud diuinæ prouidētiæ claustrum, in quo nouit.n. homines, si bene se gerant, & ad professionem angelicæ religionis admittunť, si verò malē, in tenebras exteriores ligatis manib⁹ & pedib⁹ expelluntur. Eccl.27. Vasa figuli probat fornax. Igiť dico ꝙ si vis probare in isto fonte.i. in isto mūdo qui sint rei, & q̄ iusti, qui nocentes, & qui innocētes, qui boni, & qui mali, vide quos iste fons mūdus ad fundum, & ad infimū statim deijcit, & quos sursum in aqua bonorū terrenorū superuehit, & extollit, & in altis gradibus sustinet atq; nutrit: q̄ a reuera boni & innocentes hoīes tribulationes & submergiū patiunť, & ad infimum paupertatis statum cadere ꝑmittūtur, mali autē & nocentes a mundo fouentur & sustinenť. Q̄n tñ de hoc ꝓbationis lacu ꝑ mortē exiuerint, tūc a proposito.i. a Christo in inferni patibulo suspenduntur, bonis verò qui primitus inferius descenderunt, iustitiæ stola datur. Ideo bene diciť Iaco.1. Beatus vir qui suffert tentationem, q̄m cū probatus fuerit accipiet coronā vitę. Vel dic ꝙ talis est curia mali iudicis in qua innocentes grauantur & submerguntur, nocētes verò liberātur & saluantur. Vel si vis dic ꝙ ista aqua est mūdi prosperitas, in qua.s. innocentes & iusti positi fundum ꝑ humilitatem petunt, mali vero sursum per superbiam & elationē se tollūt. Præpositos ergo infernalis istos tanq̄ reos suspēdit, illos verò qui in humilitate vixerunt, illæsos abire ꝑmittit. Boni.n. in prosperis humiliantur. mali autē in superbiam efferūtur, & propter hoc post vitæ exitum illi liberantur, hi dānantur. De hac ergo ꝓbationis aqua videtur dñs dicere illud Iudicum.7. Duc populum ad aquas vt ꝓbem eos. Vel dic quòd ista aqua significat mundi aduersitatē, in qua.s. vir bonus ꝑ timorē descēdit & humiliatur, mal⁹ aūt fluctuat & mouet. &c. sicut supra. Vel dic ꝙ iste fons est Deus, qui.s. innocētes in se recipit & retinet, malos verò euomit, eijcit & abhorret. Idē aūt dic de paradiso, vel ēt idē dic de aliquibus religionibus, q̄.s. malos recipere & retinere nolūt, bonos verò retinent & cognoscunt. Matt.13. Elegerūt bonos in vasa sua, malos aūt foras miserunt. 16

¶ De muliere quæ sine quocūq; cibo vel potu vixit plus quā.20. annis, quæ etiā nunc anno domini.M.345. (sicut dicitur) adhuc viuit in Britannia minori ꝓuincia Galliarum propè ciuitatem Tregorem satis videť mirabile, maximè cum per tantum tēpus nihil superfluę a corpore emiserit, & maximè per secessum, ita ꝙ pellis ventris sui cum dorso (sicut dicitur) est cōiuncta, hoc tñ excepto: quia qñq; visa est lachrymari, q̄ etiam dicis sibi impossibile esse posse comedere quocūq; modo, ita ꝙ etiā semel in anno in minutissima q̄titate vix pōt recipere corpus Christi, quæ tamen his nō obstantibus vultu læto & verbo facundo semper viuere cōprobatur, sicut a multis prælatis & alijs fide dignis cognitū extitit & probatum. Cuius simile ponit Vincentius.

## De Germania. Cap. 34.

GERMANIA est maxima regio Europæ, multas continens prouincias. In illa secundum Solinum est saltus Hercinius, vbi quædam aues gignuntur quæ pennis lucentibus decorantur, in tantum quod illarum pennarum lumine tenebræ illustrantur, ita etiam (sicut 1

*De Amazonia. Cap: 2.*

1 AMazonia est regio fœminarum, quæ nullum masculum inter se viuere permittunt, sed prolis gratia cũ maritis certis temporibus conueniunt, & si masculũ pepererint, ipsum eijciunt vel occidunt, si autem filiam habuerint, ipsam nutriunt & reseruant. Amazones autẽ istæ octauo anno filiabus suis dexterã mamillã exurũt, ne ad sagittandum valeãt impediri. & quas reginas super se habẽt, quibus obediunt, ita ꝙ vna cum exercitu debellare, altera in regno remanet, & eã rẽpublicam rem gubernat, vt dicit Isido. & est ista regio in Scythia superiori, & hæ fœminæ ita bellatrices affectę sunt, ꝙ per centũ annos tenuerunt regnũ orientis. Orosius autẽ dicit duos reges iuuenes de Scythia in Pontum & Cappadociã venisse, ibiq; patria domita regnauisse, q fraude finitimorũ occisi fuerũt, & sic vxores eorũ cũ paucis masculis remãserunt. Istæ ergo ad vltionem virorum, arma sumunt, & vt omnibus ex simili conditione animus fieret viros qui superfuerant, interficiunt, paceq; armis q̃sita, alienos coitus prolis gratia capessunt, paruulos mares enecãt, & fœminas custodiunt. Vna autẽ reginarũ istarum fuit illa nobilis Penthesilea, quæ in bello Troianorum cõtra Græcos cũ puellis suis fortissimè legitur pugnasse, & ibi etiã decessisse. Ista regio est mundus in quo mulieres. i. molles & fluidi peccatores, nullũ masculum. i. nullũ virum iustum diligunt, sed femellas. i. alios peccatores sibi similes eligũt atq; volunt. Iõ Nauum. 3. Populus tuus mulieres in medio tui. Figura Exo. 1. vbi Pharao fecit fœminas reseruari, masculos submergi, expone &c. Et si istæ fœminæ. i. hoies mundani aliquẽ filiũ masculum. i. virtuosum & Deum timentem habuerint, ipsum eijciunt, & contẽnunt, maximè qñ intrauerit religionem huius modi. &c. sed si pepererit femellam. i. si filijs eorum mali efficiantur, & vsurarij sicut ipsi, tũc eos diligũt, & reseruãt. Qualis mater, talis & filia eius. Ezec. 16. Duæ mamillæ istarũ filiarum iuuenum sunt amor Dei, & amor mũdi, sed ꝓ certo matris earum dextram mamillam, amorem. s. Dei eis auferunt, ne forte ad sagittandum pauperes per vsuras, & hmõi impediantur, & vt ad bella negotiorum mundi plus habiles habeantur, & ideo dicuntur Amazones, quasi sine misericordię mamma vel dic ꝙ mãma dextra est pietas ad pauperes, quæ in eis exuritur. sinistra est affectio ad parentelam, quæ in eis, reseruatur. Duæ reginæ istius regni sunt luxuria & auaritia, sed luxuria domi remanet, & quiescit vna cum luxuriosis altera autem regina, s. auaritia cum exercitu auarorũ ꝑ foria, & nũndinas bellum gerit. vt luxuriosis dicatur illud Nume. 32. Fratres vestri. i. auari, vadent ad pugnam, & vos hic sedebitis. Illi etiam habent regnum orientis, quia mali plus, quam boni habent aliquando regimẽ mundi. Ideo Esa. 3. Mulieres dominatæ sunt eis. Sic ergo dico quòd in regno ecclesiæ, vel etiam mundi, duæ malæ dominantur reginæ, s. auaritia & luxuria, quæ. s. a fœminis suis. i. a mollibus, & effeminatis personis dexteram mamillam. i. Dei amorem seu misericordiam ad pauperes auferunt, & sinistram carnalis affectionis eis inserunt. & dimittunt. Vel dic quòd istæ reginæ sunt moderni, mali & effœminati prælati, qui re vera non merentur, reges dici, sed reginæ potius, seu fœminæ nũcupari. vnde illud prædictum. Esaiæ. 3. mulieres &c. Illi ergo viros. i. virtuosos homines non diligunt, imo ipsos persequuntur & odiunt, & in regno ecclesiæ ipsos dominari non permittunt, fœminas. autem. i. ignorantes, & effœminatos custodiunt, & eos in regno ecclesiæ retinent, promouent & extollũt. Num. 31. Cur fœminas reseruastis? Et ideo breuiter quasi totus popul⁹ ecclesiæ est hodie muliebris. i. scientijs, & virtutibus imbecillis. Naum. 3. Populus tuus mulieres in medio tui. Pharao. n. rex Aegypti. i. diabolus viros. i. perfectos ꝓcipit occidere vel fugare, & ab ecclesia deficere vel cessare, fœmineos vero. i. fragiles & ignaros iubet malis prælatis & promotoribus reseruare, quibus etiam (vt apparet) mamma dextra. i. pietas est ablata, sinistra vero. i. carnalium parentum affectio est seruata. ps. Obliuiscatur mei dextera mea Eiusdem enim cõditionis volunt esse, & ideo mares. i. perfectos secum nolunt aliquo pacto interesse, sicut ad litteram videmus de ignorantibus, religiosis, & clericis, qui inter se clericos scientificos nõ diligũt, sed eos occidunt, i. deprimunt, & contemnunt, & omnes eiusdem conditionis & ignorantiæ esse volunt. Exod. 1. Si quicquam masculi sexus fuerit, interficite.

*De Anglia. Cap. 3.*

1 ANglia est Brittannia maior in qua sunt & fiunt multa mirabilia & stupenda. dicit enim Gerua. in lib. suo de Ocijs imperialibus, ꝙ in villa dr̃ Venichium. in dioceſi Vigorniensi, sunt putei salsi de quorum aqua ꝑ decoctionem fit sal. Sed vnum est satis mirabile, qa aqua illa ꝑ medium annum est salsa. s. a natiuitate dñi vsq; ad festũ sctĩ Ioanis Baptistę, ꝑ aliud vero mediũ tpꝯ est dulcis. Sed qđ mirabili⁹ est ꝑ illo tpe quo est sali necessaria, & nõ̃ si auritur, superfluit, ꝑ aliud vero tpꝯ vis sup excrescit. Charissimi ꝑ istam aquam intelligitur scientia, qa pro certo illa scientia q ad sal sapientiæ & ad condimentum & documentũ hoiũ ꝑ doctrinam & ꝑdicationẽ ordinat, crescit, affluit & augmẽtat, illa vero q ad vtilitatẽ aliorũ nõ ordinat, & q in aliorũ vsib⁹ nõ distribuit, in se decrescit, & diminuit, qa sciẽtia cõicata ꝑficit, scientia vero occultata deficit. ideo bñ dr̃. Eccl. 41. Sciẽtia abscondita, & thesaurus abscõditus, q vtilitas in vtrisq;? Vel dic ꝙ ista aqua significat diuitias, q plerũq; si per largitatẽ, & elemosynã distribuanẽ, & hoium vtilitatibus deputentur, crescunt, si vero aliorũ vtilitatibus non ordinentur, sed in suo puteo. s. ab auaro seruentẽ, pereunt, & decreuerũt. Iõ Prou. 11. Alij diuidũt propria, & ditiores sunt, alij rapiũt non sua, & sp in egestate sunt. ¶ Dicit ẽt Gerua. ꝙ in Anglia ꝓpe Lõdinas in vico q dr̃ Aspele, est silua cuius lignũ lectũ si in aqua riuuli iuxta fluẽtis, vel in terra arida iuxta riuũ ꝑ annũ sepeliat, & dimittatur, in lapidis pondus & duritiã cõmutatur, qđ tñ nõ fit si sectũ nõ fuerit, sed plãtatũ. Sic verè si qs ꝑ contrectionẽ, & cõfessionẽ fuerit sectus, & a vitiorũ superfluitatibus detrũcat⁹, & tãdẽ i riuo deuotionis vel sacræ scripturæ posit⁹ & imersus, vel sub terra. i. suæ terreitatis & mortis memoria ꝑ cõsiderationẽ, sepult⁹, fiet ꝑ cõstãtiã & fortitudinẽ saxeus & per maturitatẽ & prudẽtiã põderosus Iob. 38. In similitudinẽ lapidis durãt aquæ. Vel dic ꝙ si quis ligneus. i. iust⁹ & bonus, & ad fructificandũ per bona opera aptus, sub aqua deliciarũ & sub terra tpalium negociorum, & diuitiarũ ponit, si ibi diu implicatus, dimittitur, paulatim ꝑ obstinationẽ duratur, & in lapidẽ. i. in hoiem peccatorẽ, durum, crudelẽ, & impiũ transformatur. Iob. 41. Cor eius indurabitur quasi lapis. ¶ Item idẽ Gerua. (qui ex dictis apparet angelicus fuisse, 2
vel multũ in Anglia cõmorat⁹) dicit, ꝙ Anglia in dioceſi Linconen. loco dicto Rodestũ, est quidam magnus riuus in quo si duos equos septennes adaquaueris, quãtũcunq; in altitudine sint dissimiles, ipsos tñ æqualiter humectatos tã in tibijs q̃ in laterib⁹ videbis. In ripa vero illius riui est vnũ sepulchrũ apertũ, ad vnũ hoiem recipiendũ aptũ, quod tñ ad oẽm plenæ ætatis hoiem (qcũq; quãtitate sint dispares) inueniet opportunum. In monasterio verò Cluniacẽ dr̃ esse vnus locus ad lauãdũ monachos mortuos ꝑparatus, sed hoc mirũ, qa s̃m q̃titatẽ lauandi mortui disponit locus, ille, ita ꝙ siue magnus fuerit siue paruus, corpori lauãdo ꝑdictũ lauatoriũ coæquat. Per istã aquã, & per ista sepulchra possum intelligere pręmium gloriæ paradisi. Ista. n. est aqua in qua beati adaquatur, & in qua sitis desideriorũ oium temperatur, iuxta illud psa. Torrente voluptatis tuæ potabis eos, qm apud te est fons vitæ. Ista est sepulchrũ in quo anima sepelitur, & in quo a mũdi huius fluxib. getat. Esa. 11. Erit sepulchrum eius gloriosum. Dico ergo ꝙ ista aqua voluptatis æternæ æqualr̃, se hẽt ad magnos equos, & ad paruos. i. ad diuites, & ad pauperes, qa. s. oẽs recipit & oib. æqualiter bona sua distribuit & impẽdit, dũ tñ in ætate. i. in meritis sint æquales, & ꝑ virtutũ septenariũ sint septẽnes, qa breuiter ibi altitudo seu dignitas quã habuerãt nõ attẽdit, sed ꝑmia æqualiter diuidunt. dum tñ sint æqualis ętatis & æqualis meriti. Leu. 6. Cũctis filijs Aarõ æqualiter ꝑ singulos diuidet. Et bñ, æterna gloria est, q̃dã spũalis & perpetua sepultura, quæ hoium q̃titatibus. i. virtutib. & meritis se coaptat, oibusq; apta, & sufficientẽ se ꝑparat atq; donat. Figurata in illa mana de qua dr̃ Sap. 16. Vniuscuiusq; volũtati deseruiẽs, ad qđ quisq; volebat cõuertebatur. Vel dic ꝙ talis riuus & talis lapis sepultorius vel lauatori⁹ ẽ bonus ꝑlatus vel iudex, qa. s. iste sine ꝑsonarũ acceptione ad magnos, & paruos, nobiles & ignobiles, æqualiter se dẽt habere, & s̃m diuersas cas, & merita, se dẽt diuersis diuersimode coaptare, dicẽs cũ apostolo. 1. ad Cor. 9. Oib⁹ oia fact⁹ sũ, vt omnes lucrifacerẽ. & Sap. 6. Aequaliter est ei cur de omnibus. ¶ Item idẽ Gerua. dicit quòd in Anglia in comitatu de 4
Stanfort,

Stanfort,ad radicem montis Maul,est q̃dã palus cuius aqua
lympidissima in velumēdis virib.est mirabiliter virtuosa,nã
(vt ait)equites,& vectores q̃q̃ in currēdo fuerint fatigati,&
lassi,si in ipso solis ardore aq̃ istã gustauerint, & equis bibe
dã exposuerint,ita amissas currendi vires recuperãt,ac si nul
lat enꝰ cucurrissent. Ad qđ ēt dicit valere panē calidũ,& her
bã q̃ dř trifoliũ, q̃a sicut ait mustela ex diuturna pugna cum
serpēte lassata,ad istã herbã se cõfricat, & sic vires de p̃ditas
recuperat,& restaurat. Re vera talis aqua est sacra scriptura,
Chr̃isti gr̃a,cęli gloria.scriptura.n.dř aqua satians, gr̃a aqua
vegetãs.gloria aqua refrigerãs.Igiř dico q̃ istæ aq̃ vires sp̃ũa
les hñt in hoie reparare,q̃a si quis currēdo p̃ progressum bo
norũ operũ lassatus,fuerit,& tribulationib.& tentationib.fa
tigatus,ad istas aquas recurrerit, & eas p̃ studiũ vel deuotio
nē gustauerit,mox fortitudinē recuperabit,& ad cursum vit
tuosum leuis & agilis apparebit.Esa. Qui sperãt in dño,mu-
tabunt fortitudinē,assument pennas vt aquilæ,current,& nõ
laborabunt , ambulabunt & nõ deficient.Trifoliũ.n.diuinæ
gr̃æ,& panis diuinæ scię,& æternæ gloriæ diligēter attētus,
& p̃ deuotionē gustatꝰ,nos cõtra serpētē.i.diabolũ roborat,
5 & vires nr̃as reparat,& cõfortat. ¶ Vnũ valde mirabile nar-
rat idē. Dicit.n. q̃ in Anglia est castrũ qđ dř Pech, in quodã
monte sitũ,in cuius montis latere est foramē apertũ,de quo
sicut de quadã fistula ventus non modicus sæpe spirat,cuius
dñs dictus Guillermus penerelli,cũ in aialibus diues esset,&
subulcus eius vnã grauidã suem in pascuis amisisset,pro ipsa
q̃renda dictũ foramē intrauit,qđ tñ necdũ aliquis p̃scrutatꝰ
fuerat. Cũ ergo per opaca foraminis percurrisset tandem in
locũ lucidũ deuenit,s.in cãporũ planitiē spatiosam.ad q̃ in-
gressus , messores colligentes maturas segetes reperit,inter
quos suē perditã,q̃ suculas ediderat,adinuenit. Habito ergo
verbo cũ p̃posito terræ illius,scrophã recepit, & dimissus ab
illis,ipsam nouo grege per idē foramen ad domũ dñi sui re
duxit. Mirã res(ait Geru.)de messib,subterraneis venerat,&
in nostro hemispherio hyemalia frigora vider. Istud aũt absentię
& vicinitati solis asscribit. Et illud mirabile a quodã religio
so viro,qui de loco oriundus erat,audiuisse se dicit. Per illã
suē possum intelligere carnē,vel ēt aiam carnalē,& peccatri
cem,q̃ nobis ad custodiã est cõmissa . verũ quia ista faciliter
perditur per pctm̃,si ipsam recuperare volumus , necesse est
q̃ foramē mortis per considerationē intremus,& q̃ de morte
profundius cogitemus,& q̃ vltra progrediendo,vsque ad
messores angelos,& ad messem gloriæ paradisi per cõtēpla-
tionē transeamus,& sic ex cõtemplatione paradisi,& ea cõsi
deratione mortis,contritionē concipiemus,& suē.i.aiam p̃-
ditã cũ adiunctione fętuũ bonorũ operũ recuperabimus,&
6 indignationē dñi euademus,dicendo illud Mat.15.Cõgratu
lamini mihi quia inueni dragmã meã, q̃ perdiderã. ¶ Itē idē
Geru.dicit q̃ in Anglia est stagnũ quod dř Vultrelmer, qua
si mare. Vsui regis,quod si oĩbus piscantib. passim expnoit,
piscib. abundat,si vero piscantes inde arceantur, tũc aut nul
lus,aut rarꝰ piscis in eo reperitur.Ista pñt applicari q̃ illa bo
na q̃ magis cõicantur,& quæ liberalius erogãtur,a Deo am
plius multiplicanē iuxta illud Luc.6. Date,& dabitur vobis.
Econtra vero sæpe fit q̃ Deus pisces.i.diuitias illi subtrahit,
qui ipsas sibi retinet,& alijs nõ impendit,quia breuiter mul-
ta sunt stagna.i.multæ personæ, quę quanto plus tribuunt,
plus abundant,& alij qui quãto sua auarius custodiunt,mi-
nus habent 2.ad Cor.7.Qui multũ habuit,nõ abundauit, &
qui modicũ,nõ minorauit.Ac si diceret.Ille qui multũ cupit
habere,& p̃pea vult parcere,& non retinere,nõ abundat,il
le vero qui modicum velle habere vř,inquãtũ bona sua elar
gitur alijs,minorationē nõ patiř,sed redundat.Vel si vis dic
q̃ talis lacus est hõ scientificus,cuius possessio.s.scia,cõican-
do crescit,retinendo vero minuitur,& decrescit. Bene ergo
dř q̃ melior est stultus qui abscondit suã stultitiam, q̃ sapiens
qui sapientiã. Eccl.41. ¶ In Anglia est signũ circa regionem
7 p̃dictã,in qua si quis nauigãs dixerit ipsi aquę,auerinḡemer,
quod.in lingua illa est opprobrium,ac si diceretur stagno,
mare aueringi,statim subita tēpestate correptus,cum suo na
uigio submergeretur . In Aruernia ēt audiui lacam esse,vbi,
si lapidem iecetis,tēpestates & tonitrua mox audies. Qđ ēt
de quodam puteo qui est prope Viennã,dř, vbi Pilatus post
mortem suã proiectus asserit. Est & in Britannia minori,
quidam fons,a quo si aquam sumptam super lapidem effun-
das,statim nubes,& tēpestates audies & videbis. Mirũ.n.est
q̃ aquę indignationē cõcipiunt,& q̃ opprobrium,sibi factũ
perpendunt.Ista pñt applicari cõtra multos, qui fingũt se be
niuolos,& p̃fectos,& more aquæ insensibiles, & ignaros,re
runtñ taciturnitatem, & silentium solum seruant q̃ñ nulli ip
sos percutiunt,vituperant seu grauant, sed pro certo si quis
aliquod vituperium eis dixerit,vel lapidem alicuius tribula
tionis vel correctionis,vel quancunq; modicã iniuriã in eos
iecerit, vel de aquis suorum bonorũ tp̃alium aliquid sustule
rit vel effuderit statim tempestates rixarũ , & discordiarũ,&
tonitrua impatientię & malorum verborum audiet,ita q̃ ab
eorum iniurijs vix euadet. Eccl.19.Est qui nequiter se humi
liat,& interiora eius plena sunt dolo . Vel dic q̃ istæ sunt aq̃
scripturæ,baptismi & diuinę gr̃æ,quib.si quis iniuriã fecerit,
vel cõtra eas blasphemauerit,æternæ dãnationis tēpestatem
incurret.¶ Narrat idē q̃ in Anglia in diocesi Londinē.est ca 8
strum dictũ Angra,vbi semel de auib. cygnis accidit specta-
culum valde mirũ.Cum.n.quadam die milites stantes ad fe-
nestrã respicerent supra pratum,ecce cygnorũ aduenit mul
titudo,& cum q̃dam femella cum alio q̃ cum cygno suo cõ
cubuisset,facto prius inter eos longo garritu,loco cõsilij,sta
tim venit vnꝰ corã alijs sicut accusator , postea venerũt duo
alij sicut testes.missi ergo duo alij reã adducunt,& statim cõ
tra adulterã insurgunt,ipsamq; deplumant penitus, & con-
fundunt,& morti & frigori ipsam adijciunt & exponũt.Ista
pñt applicari exẽplariter cõtra adulteras,quas s. viri dñi cõ
dēnare,& amotis plumis.i.dote & tp̃alib.bõis, frigore & tri
bulationi exponere, & eas acriter castigare. Vel id põt dici
de aia p̃ctãtrice,q̃ cũ sit spõsa Chr̃i sibi in baptismo cõiũcta,
(iuxta illud Ose.2.Sponsabo te mihi in fide.)ipsa tñ p̃ malos
cõsensus,& vitia cũ diabolo adultero fornicať.In die iudicij
ergo vel in morte,cygni.i.Deus & angeli eius cõtra eã con-
gregabuntur,& plumis donorũ & virtutũ,bonorũq; tp̃aliũ
sibi amotis,ipsam æterno frigori,& supplicio condēnabunt.
Eze.23.Viri ergo iusti sunt,hi iudicabũt eã iudicio adultera
rũ.Vel dic q̃ ista adultera significat p̃sonã hæretica a fide p̃-
uaricãtē,& diabolo adultero adhęrērē,q̃ p̃fecto dēt cõgre
gatis cygnis.i.Ep̃is,& alijs viris iustis condemnari,& per cõ
fiscationē plumis.i.bonis tp̃alib.spoliari. ¶ Vnũ valde mira- 9
bile dicit Geru.semel in Anglia accidisse. Dicit.n.in quadam
ecclesia plebana cũ populus audita missa egrederetť, tp̃e q̃-
dē multũ tenebroso & obscuro,ecce de nubib.q̃dã anchora
nauis inferius corã ipsis ante ecclesiã in ipso cemitero descē
dit,& fune in aere p̃tenso,& pēdulo inferius vni tumulo ad
hæsit,tandē dũ admiraš pp̃ls de hoc inter se cõferret,incępit
anchora moueri,& auditi vox in aere quasi nautarũ ad euul
sionē anchoræ cũ multo cõtēdentiũ.Nec mora, vnus nautis
desuper p̃ funē ad reuocãdã anchorã demittitur, q̃ cum ip-
sam a tumulo euulsisset,& a pp̃lo capiť inter eorum manꝰ ac
si in mari naufragiũ pateretť,humectatiõe nr̃i crassi aeris suf-
focatť.Sed & superiores naturæ credētes sociũ submersũ esse
post vnius horæ spatium funē p̃ciderunt, relicta anchora na
uigantes. De illa vero anchora ferramēta ostij ecclesiæ ad p̃-
petuã rei memoriã fuerunt fabricata. Aliud itē simile poniť
ab eodē, q̃ quidã nauta de castro Briscoldo in canonicatu
clauducatti cum esset in remotis oceani partib.cultellus suꝰ
in aquã cecidit, qui eadē hora per fenestra tecti domus suæ
corã vxore sua in mensa se infixit,sicut post viri reditum cõ-
puto dierum facto,vterq; reperit & cognouit. Ex his ergo
intēdit cõcludere q̃ mare q̃nq; sursum in aere vehiť.qđ tñ si
verum est,a me multisq; alijs ignoratur. Ista libēter expone
rē,si fidē adhiberē.Et si vis dic q̃ nautæ in aere nauigantes si-
gnificãt viros iustos,in cęlestib.mentaliter vitã ducentes.Ad
Phi.3.Cõuersatio nr̃a in cœlis est.Per istã aut anchorã q̃ ad
terrã p̃tendiť,intelligo aliqđ terrenum negocium.per qđ to
ta nauis.i.totum ipsorum collegiũ circa inferiora vacat , &
a virtutũ itinere retardať,q̃a p̃ certo terrena negocia nõ sũt
nisi q̃dã anchoræ p̃ quas mentes bonorũ residere a virtutũ
p̃gressib.arrestatæ.Per demissum hoiem p̃latos,& officiales
intelligo,qui ad terrena negocia expedienda mittunť, vbi q̃a
manib. hoim.i.laudib. adulatorũ attrectanť, p̃ diuersa vitia
suffocanť, quo fit vt alijs se saluantib, & anchora terrenorũ
negociorũ dimittētib.hi diuersis vitijs moriãť, & inferius
cũ mundi p̃ctorib.in mundo mora trahētib.in crasso delicia
rũ aere sp̃ũaliter suffocenť . Displicet mihi moralizare ista,
q̃a timeo nõ fuisse vera sed cũ sint multę naturæ mirabilia,q̃
hoib.sunt ignota idcirco ea nec penitus repodio, nec ē: ad-

mito. ¶ Scd̃m eundē. Merlinus in Anglia iuxta mōtē Ambrij choreā gigantū posuit, & suis incātationib. sub diuo lapides ad ꝑpetuā admirationē suspēdit. Tales sūt adulatores, qa. s. isti suis incantationib. i. adulationib. gigātes. i. mūdi potētes quo volunt transferunt, & quod mirū est, lapides. i. ipsos q̄q̄ lapideos atque duros, a propositis impediunt, & suspendūt, ipsosque per spei vanitatem & superbiam sursum tollūt. Vel dic ꝙ iste est diabolus, qui gigantes. i. viros perfectos, & potentes suarum tentationum incantatione de bono in malum transfert, & ipsos lapides sanctuarij per vana desideria in altum suspendit. Iob 30. Eleuasti me, quasi super ventū ponēs.

## De Arabia. Cap. 4.

AEthiopia est regio in meridie,quæ serpentibus, basiliscis,draconibus,vnicornibus, cęterisque bestiis crudelibus est repleta, & quia solis ardoribus continuè aduritur,ideo illius incola niger est, horribilis ac deformis,ibiq̃ue sunt multi homines monstruosi,quia.s.alij solem quotidie dira imprecatione propter eius ardorem maledicunt,quorum aliqui troglodytæ vocãtur,ita celeres, quòd bestias cursu superant,qui loco domorum cauernas inhabitant,& serpentes comedunt venenosos alij more pecudum sine lege passim cum mulieribus dormientes matrimonij suos expertes,qui garamantes ab Isido.nominantur,quos solę matres recognoscunt,nam paterni nominis nulla reuerẽtia apud eos,sicut dicit Sol.c. Aethiopia.alij incedũt nudi, & nullo exercitio occupantur,hicq; Gamphalantes dicũtur.Alios qui Blẽmeij dicuntur,fama est capite carere, sed os & oculos habere peccatoribus insitos ac infixos .Sunt ibi etiam satyri,qui figuram habentes humanam,sunt penitus inhumani. Apud Sambros autem omnes bestiæ quadrupedes sine auribus nascuntur,etiam elephanti, Alij sunt qui canem pro rege habent,& de eius motibus augurantur quidam imperiet. Aliqui Agriophagi dicuntur, leones & pantheras venantur, & eis etiam vescuntur.Alij locustis sale & fumo induratis viuunt.Alij draconibus nutriuntur. In Aetiopia etiam in aliquorum draconum cerebro inueniuntur lapides preciosi scilicet hyacinthus,chrysolitus,& topatius, ibi etiam & cinamomum medicinale reperitur.Hæc omnia Isido.& Sol. Aethiopia mũdus est,vbi feruore auaritiæ & luxuriæ populi taliter aduruntur, q pellis conuersationis per violentiam multipliciter denigratur.Ibi sunt serpentes id est maliciosi,ibi basilisci,qui visu interficiũt.i.luxuriosi,ibi rhinoceron,qui cornu petit.i. superbi, ibi draco,qui flatu adurit,,& ignem vomit.i. auari, qui flatu verborum suorum fallaciũ,& ardore auaritiæ suæ bona pauperum dissipant & comburunt.Ibi etiam sunt homines monstruosi,quia ibi sunt inuidi, qui solem prosperitatis alienæ nequeunt sustinere,& ei qñ obuiare nequeunt,saltem detractionibus maledicũt.Ibi sunt troglodytæ cursu celeres.i.leues & intestabiles,qui vno statu vel officio, præbenda vel beneficio non sunt contenti, sed ab vno ad aliud se conuertunt, & ideo venenosa.i peccata comedunt & committunt. Prouer. 1.Pedes eorum ad malum currunt. Figura.2. Paralip 12.vbi cũ Sesach rege ęgipti venerũt Troglodytæ & Aethiopes ad regem Israel impugnandum.Sic isti sunt de exercitu diaboli. &c.Ea pone. Item ibi sunt Garamantes adulteri, more pecudum matrimonium non seruantes, & suam adulterinam sobolem solis matribus nutriendam relinquentes.Ibi sunt Gã-

phasante.i.otiosi,q nullo exercitio boni operis occupãtur, ab omnique veste & ornatu virtutum nõ abhorrent neq; metuunt esse nudi.Mich.1.Vadã discalceatus & nudus. Ibi sunt Blemmij.i.hypochritæ qui caput rectæ intentionis nõ habẽt licet oculos discretionis,os pulchræ locutionis habeãt in pectore.i.in apparentia,& cõspectu aliorũ.Vel hi sunt mali prælati,qui non habent oculos intentionis i capite Christo.i.sursum ad deum eleuatos,& hoc quia eum sint ĩ peccato mortali,caput Christum secum non habent,sed oculos habent in pectore circa cor,i ad illos quos habent cordi.s.ad carnalem parentelam,per acceptionem personarum. Ideo Iudith 14. Ecce Holophernes iacet in terra,& caput eius nõ est in ipso. Item hi sunt pilosi,hoc est,crudeles executatores,q licet sint homines a natura,tñ quo ad mores sunt ĩhumani.Esa.13. Pilosi saltabunt ibi.Item ibi sunt bestiæ quadrupedes sine auribus,hi sunt religiosi inobedientes.qui sine auribus cum quatuor pedibus propriarum affectionum vndique se inflectũt. Eze 23. Nasum tuum & aures tuas præcident.Alij sunt gulosi, qui de cane insatiabili.i.de ventre proprio faciunt Deum & regẽ, cuius motu & instigatione faciunt quodcunq;.Philip.3.Quorum Deus venter est &c. Vel per canẽ intellige auaritiã, cuius obediũt cupidi & auari Esa.56. Canes impudẽtissimi nescierunt saturitatem.Itẽ sunt ibi Agriophagi.i.principes & barones qui pantheras,& leones.i.ipsos suos balliuos & bedellos deuorant & denudant.Iob 29.conterebam molas leonum,& dentibus eorum auferebam prædam Alij.n.principes ipsis sitibundis draconibus.i.auaris & vsurarijs terræ suæ vescũtur, de quorum cerebro .i. abscõdito extrahũt lapides preciosos .s.munera & emendas per extorsiones & hmoi. psal. Dedisti eum escam populis Aethiopum. Vel si vis per Aethiopiã accipe infernum,vbi est populus niger.i.deformis & tristis ꝑ ardore incinerantium tormentorum, vbi sunt multa genera hominũ peccatorũ &c.vt supra. Vel Aethiopia est ecclesia, fumosa tribulationum caussa & denigrata.Baruc.6.Nigræ hũt facies eorum de fumo qui in domo fit.& Naum.2. Facies eorũ sicut nigredo ollæ.Can.1.Fusca sum.&c.vbi eq̃ dracones capiuntur.i.qñ peccatores ad pœnitentiam conuertuntur,in eorum cerebro,id est in eorum sapientia & scientia gemmę preciosę diuersarum virtutum inueniuntur, vt patet in Paulo.cuius scientia quã prius acquisiuerat, multum ecclesiam decorauit.Ibi cinamomũ famositatis, topatius honestæ vitæ, chry
2 solitus sapientiæ.&c.¶ In AEthiopia sunt duo fontes, quorũ vnus obliuionẽ,alter memoriam inducit,vt Isid.ait. Sic verè in mundo,qui propter æstum concupiscentiæ Aethiopia põt dici,sunt duo fontes scientiarũ.i.scientia mundi & diuina,sed mundana dei obliuionem,diuina autem eius recordationem ĩducit.Figura Exo.2.vbi sm Iosephũ & magister histo. Moyses existẽs in Aethiopia fecit duos annulos, vnũ qui inducebat obliuionem,quem tradidit filiæ regis æthiopũ,& sic eius oblita est.huiusmodi est sapientia mundana.alterum qui memoriam inducebat quem apud se retinuit.hęc est sapientia diuinã.Primum ergo annulum,.i.mũdanam sapientiã, Dei obliuionem inducentem,alijs debemus dimittere, sciẽtiam autẽ Dei & gratiarum actionẽ,qui est annulus recordationis,debemus retinere.De illa ergo sciẽtia obliuionis dicitur Prou. 31.Bibant,& obliuiscantur egestatis suæ.&c.& Hier.2.Popu
3 lus meus oblitus est mei dieb9 innumeris.¶ In Aethiopia sm Solinum,sunt populi dicti Syrbotæ,qui.12.in longitudine pedes habent,& vt Geruasius ait,coloris aurei corpus habẽt. Sunt etiam alij qui dicuntur Athachei,qui elephantes venatur,& captos deuorant.Tales fuerũt apostoli,q.12.pedes.i.12.articulos habuerunt,& mẽsuram sua perfectionis ex eis statuerũt, & colorem aureum honestæ conuersationis seruauerũt 2 Machabe.11.Apparuit eques eos præcedens in veste candida armis aureis.Et isti elephantes.i.mundi principes per prædicationem cepe.unt,& fidei legibus subiecerunt. ¶ In Aethio-
4 pia sunt Agriophagi,quorum rex vnum in fronte oculum habet,vt Soli.ait.Tales sunt moderni principes & mundi reges, qui duos oculos.i. duplicẽ cõsiderationem deberent habere,alteram qua propriam,alteram qua subditorum quærerẽt vtilitatem,sed vere hodie non habent nisi vnã, & non nisi propriam curant vtilitatem,nihil vero de subditorum salute,atq; ideo vere dicuntur monoculi,ad Phi.2.Omnes quæ sua sunt, quærũt.Vel dic q si boni regẽs esse volumus,i.nos & alios bene regendo,vnum solum oculum.i.vnam & simplicem intentionẽ habere debemus,& duplicitatem fugere.Matth.5.Melius est.n.tibi cum vno oculo intrare in vitam æternam, quã
duos oculos habentem mitti in gehennã ignis. ¶ In Aethio- 5
pia sm Soli.sunt quidam populi qui lingua carẽt,quidam qui visum ignis habere nõ solent. Sic verè in mundo isto sunt multi qui ad deum laudandum, vel aliquod bonum dicendũ linguam nõ videntur habere,& alij qui ignem charitatis & eius
vsum nõ videntur cognoscere vel sentire.Sap.17.Et ignis qui- 6
dem nulla vis poterat eis lumen præbere.¶ In Aethiopia sm Sol. est vnus mons editus.qui in gentio & perpetuo igne flammat,cuius simile facit mõs Ethna in Sicilia, mõs vesuuius in Campania,mons chimera in Lycia,& sic sunt quatuor,montes semper ardentes Sic vere sunt quatuor genera peccatorũ semper ardentium diuersis ignibus vitiorũ.i.cupidi,luxuriosi iracundi,& inuidi.Istos.n.solet ardor malorum desideriorũ
semper comburere,& diuersis vitijs infestare ¶ In Aethiopia 7
sm Soli.sunt Macrobij homines.i.lõgissimæ vitæ, qui iustitiã amant & colunt apud quos est locus Heliotrapezia, abundãtibus epulis semper plenus, quæ etiã diuina virtute cõtinuè augentur.Tales sunt iusti.qui.s.in vita gratiæ diu viuũt, & vere deus ad ministrat talibus cibos suos,& victum ad sufficiẽtiã præstat,quem ipsis multiplicat & augmẽtat. Exemplũ de Helia,cuius farina & & oleum nõ exitit diminutum. Prouer.
10.Non affliget dñs fame animã iusti.¶ In Aethiopia sm Sol. 8
sunt dracones in quorũ cerebris inuenitur lapis qui dracontias nominatur,qui bonus non est nisi viuentibus detrahatur, nam si obeat prius serpẽs cum eius anima euanescit hic lapis. Iste lapis significat pœnitentiam, quæ certe nihil valet dũ in hac vita sumus.si.n.mors corporis aduenerit,ex tunc fructus pœnitentiæ nullus erit.necesse est.n. vt a nobis dum viuimus extrahatur,alioquin euanescit,& nihilũ reputatur. Vel dic q lapis iste significat bona opera,quæ si dũ i vita gratiæ sumus, fecerimus,& a nobis extraxerimus,q ficiẽt,si vero mors peccati mortalis superuenlat,euanescent. Hierem. 51. Vana sunt opera & risu digna. Vide multa alia.cap. de faunis, de satyris & huiusmodi.

## De Æthiopiæ mirabilibus. Cap. 19.

AEthiopia,vt Solinus ait, in suis desertis adustis habet quosdam populos qui Ichthiophagi dicuntur, qui ac
si essent marinæ beluæ,natando in mari volant. Nam 1
ita exquisito oceano Atlantico, vsque in occasum etiam ad Gorgones insulas veneruint natando. Dicit ad hoc Geruasius li.suo de mundi mirabilibus,q quidam Nicolaus cognomine piscis,de Apulia oriundus, eo quòd valde diligebat esse in mari,à matre sua extitit maledictus, & q de mari perpetuo non recederet imprecãtus,qui statim velit eiecta, in mare siculum salijt,& ex tunc continuẽ cum piscibus natando notus & familiaris belluis in mari habitauit,qui quãdo nautas ambulantes videbat, qñq; de mari surgebat, & ab eis aliquantulũ olei ad ponendũ in ore suo pro explorando profundo abyssi petebat. Erat autem in profundo maris arbores glandiferas,valles & montes & flumina dulcia,& sup oẽs pisces anguillas longissimas asserebat,nautisque tẽpestates imminentes denunciabat.Per illos possunt intelligi viri theologi,quib9 vere placet natare & discernere profunda maris scripturarum ibique inueniunt dulcia flumina scientiarum diuinarũ,nec non fructus & arbores vtiliũ doctrinarum.ideo cui libet tali dicit in psal.In mari viæ tuæ, & semitę tuæ in aquis multis.Vel dic exemplariter quomodo matrum & parentũ
maledictio est cauẽda.¶ Gorgones sunt insulæ in oceano At- 2
lantico,quas antiquitus Gorgones monstra habitauerũt, & adhuc gẽs ea habitat mostruosa.Tradit ergo xenophõ Lampsacenus q Hanno,Penorum rex ad eas penetrauit, ibiq; fœminas quasdam hirsuti corporis,& pernicis velocitatis inuenit, de quibus tantũmodo duas cepit, quarũ pelles miraculi gra in donarijs Iunoni dedit,& apud Carthaginẽ in Iunonis templo suspendit, quarum spectaculum vsque ad excidiũ carthaginis durauit.Istę insulę mundum signant,vbi mulieres hirsutæ pellis.i.vilis & infamis cõuersationis multę sunt,quæ vere per inconstantiam leues & agiles vltra modum existũt. rex vero diabolus illas per mortem capit & excoriat,& pellem suę malæ conuersationis alijs pro exemplo monstrat, ipsasque ho
die i templis et ecclesijs coram cunctis clericis manifestat.¶ In 3
Aethiopia in insula Meroe est ciuitas Syenæ, in qua Moyses inclusit Aethiopes qñ regnum Aethiopũm sibi in deditionem subegit.

subegit. Hic ergo factus est à philosophis, quidam puteus profundus cubitorum. 60. in cuius profundo splendet sol recto gradu in mense Iunio, nullamque penitus facit vmbrã, & in tali etiam dispositione dr esse puteus ille Samariæ, sup quẽ sedit dñs fatigatus. Ioan. 4. Diametraliter. n. respicit sol locũ illum quando peruenit ad æstatem. hoc etiam dicit Pli. lib. 2. vbi nominat alia multa loca per quæ sol directe transit. Per talem puteum possum intelligere humiles, & deuotos, qui. s. aquam deuotionis, & gratiæ continent, & profundum humilitatis habent, qui. s. sexaginta cubitorum dicuntur, quia fructum sexagesimum producunt. Per solem aũt intelligo Christum, & per æstatem feruentem iudicium. Tunc. n. erit sol in leone, quia tunc erit Christus in leonina feritate iustitię. Igitur dico quod qñ sol iustitiæ Christus ad mensem Iunij. i. ad feruorem iudicij veniet, tunc directe ad puteum. i. ad humiles personas respiciet, & illis splendorem æternæ gloriæ infuet in profundum, & ab ipsis vmbrã mortalitatis. i. ois aduersitatis auferet, qa nullus est, qui à Deo directe per miam respiciat, & cui gratiæ, & scientiæ, & gloriæ lumen influatur, & a quo vmbra ignorantiæ, & aduersitatis tollatur, nisi qui puteus humilitatis, effectus, in timore dñi profundat. psa. Excelsus Deus, & humilia respicit. Vel dic econtra, quod putei æthiopiæ sunt auari, qui cautelis, & malitijs sunt profundi, quos sol Christus in iudicio respiciet directè, & feruorem suæ iustitiæ contra eos diametraliter mittet. Iudith. 8. Venit æstus sup caput
Manasse, & mortuus est. ¶ In Aethiopia teste Geruasio, est quædam
4. dam prouincia dicta Theonochema, quæ perpetuis incẽdijs
sp flammat, sicut etiam Plinius dicit lib. 2. c. 109. circa finem. Oceanus etiam ibi pp maximum solis feruorem sicut cacab. perpetuo feruet, quod etiam in confinio Heliopolis inuenit, & non solum homo ibi transire nõ potest, sed nec humanus oculus aliquãdiu respicere. nigræ etiam, & exustæ sunt ibi arenæ, quæ solis ardoribus sunt desertæ, & ibi sunt serpentes, & bestiæ, quæ pœnitus hoibus sunt ignotæ. Circa partes autem illas populus Gaulolũ peruagatur, & vltra istas partes fuit insula maxima, quæ sm Pla. cum suo populo est submersa, quæ Africam, & Europã magnitudin evincere dicebatur. Ista ad infernum possunt applicari vbi est perpetua ignis inflammatio. Esa. 66. Ignis eorum non extinguetur. Ibi est maris. i. tristitiæ, & amaritudinis ebullitio. Iob 41. Feruescere faciet quasi ollam profundum maris. Ibi est arenarũ. i. pctõrum, combustio, & denigratio. Naum. 2. Facies eorũ quasi nigredo ollæ. Ibi est insularum. i. magnorum, & potentũ summersio, & suæ famæ, & nominis absorptio & oblinio. Exodi. 15. Summersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus. Vel dic, quod tales sunt peccatores, qui. s. per auaritiã sp ardẽt, & superbiã, & iracundiam feruent. Esa. 57. Impij quasi mare feruens, qđ quiescere non valet. Per infamem conuersationem
denigrantur per carnis delicias summerguntur. ¶ In æthio-
5 pia superiori versus mare rubrũ sont, quædam mulieres, hot
reodæ, barbas vsque ad mamillas habentes, quæ pellibus animalium p vestibus vtuntur, equos habent, & venatrices sunt, & tigrides, & leopardos domant, & ipsis loco canũ vtuntur, vt Geruasi. ait. qui ẽt dicit, quod circa vicinos montes sunt aliæ mulieres, quæ dentes habent aprinos, capillos vsq; ad talos, in lumbis caudas bouinas, altæ sunt pedibus 7. corpus etiam pilosum habent vt camelus. Illa possunt applicari contra malas mulieres, q s. barbas habere dicunt, eo quod virorũ suorum, officijs vti nituntur, & inquantum regimen domus (quod ad barbã virilẽ. i. ad viri sapientiam pertinet) vsurpare uolcunt, sicut vulgariter de talibus dicimus, quod brcnas maritorũ portant, qñ. s. de illis, quæ ad viros pertinent, se intromittere diligentius curant. Istæ ergo sunt mulieres barbatæ. i. virorũ officijs implicatæ, contra illud Deut. 22. Non induetur mulier veste virili. Igitur malæ mulieres de pellibus animalium. i. de substantijs fatuorum bestialium se vestiunt, & leopardos, & tigrides. i. hoies vtcunque fortes, & constantes solent superare, & domare, & ad venandum. i. inter retia sui amoris capiẽdum solent intendere, & vacare. Vnde Aug. libro de cohabitatione clericorũ, & mulierũ: O quantos leones domuit vna infirmitas delicata, quæ cũ sit vilis, & misera, de maximis facit pdã. Illæ ergo per malitiã sunt caudatæ, dẽtibus aprinis. i. rapaci auaritia sunt munitæ, capillis lõgissimis ornatæ, & per superbiã sunt altæ, & elatæ, & septem pedibus. i. septem vitijs mensuratæ, & in exteriori pelle. i. exteriori apparentia ex infami conuersatione hispidę & hirsutæ. Vel dic quod camelus qui gibbum habet & tumorem in dorso, significat timorem superbiæ, & ideo istæ ad modũ camelorũ dicuntur vestitę, eo quod superbo fastu & ornatu incedere volunt. ideo de auaritia, malitia, superbia, & potentia talium mulierum loquitur sapiens Ecclesiastic. 25. Breuis omnis malitia super malitiam mulieris. sequitur. Mulieris ira & irreuerentia & con
fusio magna. mulier si primatũ habuerit, contraria est viro 6
suo. ¶ In confinio Brissonis fluuij, qui ab æthiopia descẽdit in ægyptum, sm Gerua. sunt homines seu bestiæ formã humanã habentes, quorum fęmora. 12. in lõgitudine pedes habẽt, & residuũ corpis toridem, qui brachia habeãt candida vsque ad humeros, pedes vero rubeos, caput rotũdũ, & nasum procerum. hi aũt hoies (sicut ait) sm famam populi, certis t pibus in ciconias trasformãtur, & apud nos annis oibus fętificant & perigrinantur. Ad quod propositũ satis fecit quod audiui circa tempus regis Roberti in Achaia accedisse, quũ. s. frater ducis Burgundiæ per matrimoniũ hęres principis Achajæ factus fuit. Huic. n. in Achaia principanti adductus fuit quidã sacerdos more ciconiæ plumis indutus, qui asserebat per quãdam magam in quadã patria q nominabat, per appositionẽ cuiusdam serici laquei in collo ipsius dormiẽtis appositi, in ciconiam se mutatũ, deinde etiam vsque ad Gallias cũ alijs ciconijs volasse Sed tandem cum quadã die more solito, custodia ciconiarũ aliarũ sibi incubuisset, ipse vero cũ vigilare deberet, obdormiuisset, cõtingit quod a lupo trãseũte vna de sororibus fuit capta. mane ergo reperto numero diminuto, oẽs cõtra prædictã vigilẽ surrexerunt, & ea interficere voluerunt, prima tamen illum laqueũ qui adhuc erat in collo suo, cũ rostro carpens extraxit, & sic ille de ciconia in hoiem reuersus fuit, sed quia nimis subito actum fuerat, fati termino non expectato, præter q in facie, vbique remãserũt sibi plumæ. Per tales intelligo hypochritas, qui lõgissimi esse videntur perseuerantiæ diuturnam durationem. 12. pedũ p. 15. articulorum fidem & cognitionem, nasi proceri per cœlestium odoratricem deuotionem, capitis rotundi per simplicẽ intentionem, & per malitiæ abdicationẽ, brachiorũ niueorum per mundam & innocentem operationem verũtñ pedũ sunt rubeorum per immundam, & carnalem affectionẽ quia pro certo isti habent certum tps, qñ. s. sunt i abscõdito, quo in ciconias conuertunt, hoc est in psonas viles & immũdas inquantum cadaueribus. i. immundis delectationibus vesci volunt, quia quãuis homines. i. personæ rationabiles esse videantur, sæpe tñ ciconiæ. i. personę viles & miseræ efficiuntur. Hiere. 8. Hirundo & ciconia cognouerũt tempus aduẽ
tus sui. ¶. In AEthiopia est quædã ciuitas dicta Heliopolis. i.
ciuitas solis, de qua videt recordari scriptura Esa. 19. vbi di- 7
citur quod erũt in AEgypto quinque ciuitates loquẽtes lingua Canaan, ciuitas solis vocabit vna &c. Ibi. n. sunt palatia solis & lunæ ex auro, argẽto, & lapidibus preciosis, ibi ẽt est lectus solis ex auro obryzo & ebore, ibi etiam est quædã vinea vbi in vitibus aureis pẽdẽt racemi facti de vnionibus & margaritis. sacerdos vero qui solẽ colit, thure & apobalsamo vescit, & sub vinea in pauimẽto dormit, & nulli extraneo aditũ pandit sicut dicit Geruasius, quod vbi inuenerit, nescio nõ. n. recolo me alibi id legisse. Talis ciuitas dicitur ecclesia, q est in Aethiopia huius mundi sita, quæ vere ciuitas solis dicitur, eo quod ibi sol iustitiæ Christus credit & timet. Hæc. n. est palatiũ. i. habitatio, solis & lunæ. i. Christi & virginis gloriosæ, quæ. s. de auro charitatis, & argẽto candidæ castitatis & lapidibus preciosis virtutum cõstituitur. et hic est lectus solis Christi. s. conscientia bonorum fidelium, qui de auro sapientiæ ebore candidę innocentiæ præparatur. Cant. 1. Lectulus noster floridus, Ibi etiam est vinea sacræ scripturę, quæ re vera de margaritis. i. præclaris & dictis & sententijs est cõfecta, & ad aliquã dum vinũ diuinę scientiæ pparata, sub qua sacerdotes. i. viri ecclesiastici & plati debẽt manere, & diuinis litteris diligenter attendere & studere, nullum vero debẽt intra palatiũ ecclesiæ, hoc est ad ecclesiastica beneficia introducere, nisi illos quos de Heliopoli. i. de ipsa ecclesia per fidem & perfectionẽ nouerint natos esse. Vnde Eze. 44. Omnis alienigena & incir
cuncisus carne non intrabit sanctuarium meũ. ¶ In Aethio- 8
pia sunt homines cornua & pedes vt capræ habẽtes, quos alij Gorgones alij Gauloles vocant. Sic vere multi sont in mũdo qui quamuis homines. i. rationales videantur, cornua tñ sua ipsorum psumptio & pedes eorum. i. ipsorum affectio, eos esse
se captiuos. i. ignorantes & hebetes protestant. ¶ In Aethio- 9

pia circa ciuitatē Heliopolim sunt homines mirabiles, qui
16. pedes habent in longitudine, 7. in latitudine, quorum cor-
pus est candidum, caput vero magnum, & hi ita protensas, &
erectas hñt aures, q alas potius esse crederes, quas si quem vi
derint erigunt, ita vt volare velle videantur. Tales dñt esse bo-
ni religiosi, quia caput. i. rōnem dñt magnam habere, & per
castitatem, & innocentiam albi esse. Istis ergo debent esse ma
gnæ aures. i. audiendi, & obediendi virtus magna, quæ. s. sur-
sum ad Dei, & prælatorum mandata audienda dñt erigi, & ac
si velarr, & currere velint ad executionem eorum, superius
erigi, & leuari. Neem. 1. Sint oculi tui videntes, & aures tuæ
10 attentæ. ¶ Aethiopia Aphricæ est prouincia, vbi sunt multa
mirabilia, & stupenda, quæ libro de animalibus. c. de Faunis,
& Satiris, & in locis alijs pluribus iā sunt dicta. Vnū tñ dicit
Solinus q in ista patria inuenitur, animal quod Hystrix dr̄,
quod illud esse credo quod a Gallis porc⁹ spinosus appellat-
nā (vt idē ait) istud animal est spinosum, & lōgis iaculis circū
septū, quæ. s. pro volūtatem solet emittere, & exinde insequē-
tes canes percutere, & sic eos compellet exire. Tales sunt
vsurarij & auari, qui spinis. i. diuitijs (quæ. s. a Christo dicūtur
spinę) vndique sunt armati, & iō si contingat istos a canibus
. i. a iudicibus vt puniantur insequi, statim solent per munera
diuitiarum spinas & iacula ipsis mittere, & sic eos faciunt re
troducere. i. a correctione cessare, & sic eos nō ampli⁹ infestare
Dona enim & munera sunt quædā sagittæ quæ pungunt vsq;
ad cor, quas. s. pellisfeti solēt iacere & opponere, vt sic manus
corrigentium iudicum & maiorū possint fugere & euadere,
sicut in Psal. dicitur, Sagittæ potentes acutę cū carbonibus
desolatorijs. Vel dic q istę spinę sunt verba pūgētia detracto
ria & iniuriosa, quibus multi taliter sunt armati, q si quis ca
nis. i. prędicator vel plātus velit eos capere, arguere vel cor-
rigere ita iaculātur eum verbis, infamationibus & appellatio
nibus, q necesse est q retrocedat, & q eos incorrectos dimit
11 tat, quia sicut dicitur Prouer. 9. Qui arguit derisorē, ipse sibi
iniuriam facit. s. derisor. ¶ In AEthiopia est quadam auis quæ
pegasus dicitur, qui in fabulis equus alatus fingitur, eo q ista
auis equo in auribus assimulatur. sicut. n. dicit Solin. nihil ha-
bet equo simile pter aures. Plinius tñ lib. 8. c. 21. dicit pegasos
esse equos pennatos, & cornibus armatos. Ibi etiam inuenit
alia auis quæ dicitur tragopan, aquilis maior, q̄ cornibus arie
tinis armatum habet caput. AEthiopia feruētissima regio ec
clesiam signifi. at vel religionem, quæ feruore tribulationum
aduritur. Ibi. n. sunt hæc duo genera auium. i. personarum, pe
gasus. s. similis equo. i. homines furentes & luxuriosi, & trago
pā cornuta. i. homines superbi & ceruicosi. Ista. n. genera pso
narum abundant hodie in ecclesia sancta Dei. s. luxuriosi, qui
more equorum ad luxuriam sunt feruētes, de quibus dicitur
Hier. 5. Aequi amatores in fœminas, vnusquisque ad vxorem
pximi sui hinniebat. Et ceruicosi cornuti, qui more tragopa
nos per superbiā sunt cornuti & tumētes, & alios verbo vel
verbere ferientes, de quibus Eze. 34. Cornibus vestris venti
labatis omnia. maximè isti sunt ceruicosi seculares, qui por-
12 tant alas superciliorum, & cornua eminentiarum. ¶ In quibus-
dam partibus æthiopiæ sm Solinum sunt quidā populi q di-
cuntur atlantes, qui ab humano ritu prorsus exulant, nulli. n.
inter eos proprium vocabulū, nulli speciale nomen, & isti so
lem continua imprecatione maledicunt, & vsti torrēti side-
re, oderunt Deum lucis, & hi dicuntur somnia nō videre. Per
nomen intelligitur bona fama, iuxta illud Eccl. 41. Curam ha
be de bono nomine, q a pro certo multi sunt qui solem iusti
tiæ Christum iurando & blasphemando continuè maledicūt
& maximè qñ ardorē alicuius tribulationis ab ipso sibi infer
ri senserint. Isti ergo sine nomine bonæ famæ viuūt, nomen ēe
suum angeli in libro vitæ nunquam scribunt, nec isti etiā som
nia. i. considerationem futurorū percipiunt aut attēdunt. Vel
dic q isti sunt damnati, quorū nomē & fama deleta est a me-
moria Dei & hominum. Psal. nomē eorū delesti in æternū. &
qui præ ardore tormētorum Deū maledicūt. Figurati Apo.
16. vbi dicitur q datū est soli affligere homines ęstu & igne, &
aruerunt homines ęstu magno, & blasphemauerūt Deū, quia
pro certo damnati dū ardore a sole iustitiæ eis immisso ęstuāt,
præ desperatione ipsum blasphemant. ¶ Troglodytæ populi
13 sunt Aethiopiæ qui sm Solinum in cauernis habitāt, pauper-
tate voluntaria diuitijs abstinent, in quodam lapide precioso
qui dicitur hexecōtalithos, qui infinitis pollet coloribus, glo
riantur & gaudent. Tales debēt ēe religiosi, & maximè men-
dicantes, quia. s. in cauernis sepulchrorum suorum debēt per
considerationem mortis & peccatorum suorū manere, pau-
pertatem volūtariam diligere, diuitias cōtēnere, & in solo la
pide pcioso Christo gloriari & gaudere. 2. ad Corin. 10. Qui
gloriatur, in domino glorietur, Vnde Hie. 9. Nō glorietur sa
piens in sua, nec diues in diuitijs suis, nec fortis in fortitudine
sua, glorietur autē scire & nosse me. ¶ Augylæ fuerūt populi 14
AEthiopiæ, qui (vt Sol. ait) solos colebant inferos, qui vxores
primis noctib⁹ nuptiarū adulteria pati cogebāt, & ipsas adul
teris exponebant, mox vero eas ad perpetuam pudicitiā legi
bus seuerissimis astringebant. Per istos intelligo demones. q.
. i. solos inferos colunt & frequētant. Per vxores eorum intel-
ligo animas peccatrices, quas dum cum eis nuptias cōtrahūt,
in hac. s. vita, & eas sibi per malos consensus conglutināt &
cōiungunt, ipsas faciūt eum omnibus vitijs adulterari, & per
omnes voluptates impbe delectari, mox vero. i. cū ipsas post
mortem in inferno tenebūt, eas a voluptatibus coercebūt, &
vt abstineant a delicijs crudelissimis damnationis legibus p
hibebunt. Vnde de babylone dicitur Apo. 18. Quantum glo
rificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentū & lu
ctum. ¶ Himātopodes populi sunt AEthiopiæ, vt Solinus ait, 15
qui flexibilia habent crura, & ideo potius repunt quàm ince
dunt, & pergendi vsum labendo magis destinant quā eundo.
tales videtur homines otiosi & pigri, quia pro certo crura. i.
virtutem videtur debilitatam habere, quia ad nullum bonū
exercitium possunt incedere, sed potius per auaritiā circa ter
rena repere, & præ pigritia solū lapsū flexibili se mouere. Sap.
15. Pedes eorum pigri sunt ad ambulandum.

*De Europa. Cap. 20.*

EVropa est tertia pars orbis, a parte septentrionali posi
ta, & ipsi Aphricæ quæ solis ardoribus vritur, cōtrariè
opposita. In ipsa autem (vt Herodotus ait) sunt homi
nes corpore maiores, virib. fortiores, animo audacio
res, forma & specie pulchriores, quàm in aphrica. Nam
quia solaris ęstus super aphros longius commoratur, ideo
consumendo humores ipsos efficit corpore breuiores, facie
nigriores, crine crispiores, & propter euaporationem spiri-
tuum per apertos poros animo defectiores. Econtra apud
Europeos & aquilonares ex frigiditate poros exterius oppi
lante generantur humores in corporibus, & sic efficiuntur
corpulentiores, & quia frigiditas est mater albedinis, ideo
sunt albiores in facie, & ea repercussione caloris & spiritus
ad interiora, per antiperistasim efficiūtur calidiores interius,
& per consequens audaciores. Europa est religio vel eccle-
sia, sub frigore pœnitentiæ & diuini timoris constituta. Aphri
ca vero est mundus, ardoribus auaritiæ inflamatus, Sed vere
boni ecclesiastici sunt alijs maiores quo ad merita, fortiores
quo ad opera, audaciores ad bonum aggrediendum, & for-
tiores ad perficiendum, & sic sunt pulchriores quo ad hone
statis apparentiam. Quia. n. frigus timoris diuini in eis poros
sensuum & appetituū claudit, iō humor deuotionis internus
augmentatur, & sic boni efficiuntur, maiorisq; corpulentiæ
& magnitudinis meritorū. Quia ēt frigiditas ista est mater al
bedinis. i. castitatis, ideo sunt cæteris albiores. i. castiores. Et
quia frigus diuini timoris vel pœnitentiæ, & tribulationis
exterioris calores et spūs. i. affectiones interiores repercutit,
nec eas ad mundana euaporare permittit, iō per charitatem
sunt calidiores, & per consequens ad bona opera aggredien
da audentiores. Sed econtra q a calor auaritiæ & cupiditatis
qui super aphros & mundanos quotidie moratur, poros sen-
suū & appetituum aperit, ipsosq; per diuersa negotia & dele
ctabilia occupari cōpellit, ideo deuotionis humor i eis cōsu
mit̄, calor delectationis ab eis euaporat, & sic efficiūtur impo
tētiores ad bene agendū, minoris quantitatis quo ad virtutē
& meritū, facie nigriores q̄tū ad malā cōuersationē, & mori
b⁹ pigriores q̄tū ad bonā operationē. Sūt tñ etiā cæteris cri
spiores pdiuitiarū & paliū ampliationē. Per pilos. n. qui tāq̄ su
pflui abscindi possunt sine capitis lęsione, diuitiæ intelligunt̄,
in qb⁹ mūdani & mali pl⁹ q̄ religiosi & boni affluūt & abūdāt.

*De Frisis. Cap. 21.*

FRisia est regio in germania, cuius fortis & magni
corporis est populus, castitatis emulus, & luxuriæ
detestatiuus, nam iuuenes suos vsque ad adole-
scentiam & perfectam ętatem a matrimonio faciūt
abstinere,

abſtinere,& tunc eos matrimonio copulant,& ſic magis cõ
pletos filios generant & producunt.Iſti libertatẽ multum di
ligũt,ita vt nullũ inter ſe ſub militiæ titulo erigi permittãt,
iudices tamen eligunt annuatim,magis amantes mori,quã
iugo ſeruitutis deprimi.audaces ſunt,mortem vilipendunt,
comã in rotundo tondent,& quanto nobilior quis,tanto tõ
deri altius,glorioſus arbitratur.& eſt gens viribus,fortis ſe-
uero aïo corpore agilis & procera &c. Talis eſt religio vel
eccleſia,quia ꝓ certo populus eius debet eſſe caſtus,& gra-
tiæ libertatẽ diligere,& magis amare mortem corporis ſuſti
nere,q̃ peccati deprimi ſeruitute.Debet ẽt militiã.i.ꝑlatio-
nẽ & ſuperbiã abhorrere,ſed iudicib.de gente ſua.i.ſuis ꝑla
tis & maiorib.debet ſubijci,& eiſdem humiliter obedire,ca
pillos etiam qui circa collum pendent.i.diuitias ſuperfluas
debet per paupertatis obſeruantiam abradere & tondere,
quia quanto religioſus altius tonſus fuerit.i.quanto per pau
pertatem plus fuerit pilis temporalium denudatus,tãto in
genere ſuo nobilior reputatur.Nu.5.Radetur Nazareus an
te oſtium tabernaculi fœderis &c.

### De Fortunatis inſulis. Cap. 22.

1 Fortunatæ inſulæ ſic ſunt ſecundum Iſidorum dictæ,
quia omnium bonorum fœcunditate ſunt fortunatæ.
Et ſunt in oceano conſtitutæ. Ibi pomorum & fru-
ctuum copia, ibi dulcis auium melodia,ibi mellis &
lactis abundantia,ibi caprarum & ouium multitudo,& ca-
num maxima fortitudo.Et ideo ſecundum Iſidorum. Plin.
poetæ & gentiles crediderunt ibi eſſe paradiſum.Sic in pa-
radiſo,qui in oceano ideſt in empirei circulo continetur,
mel eſt & lac deuotionis.Cantico.4.Mel & lac ſub lingua
tua.Melodia contemplationis & gratiarum actionis,& ma
xime auium.i.angelorum.Poma & fructus bonæ fruitiones.
Can.7.Omnia poma mea ſeruaui tibi.Capræ & oues grega
tim vadunt,perfectæ concordiæ et vnitatis. Canes quĩ do-
minum diligunt,amicitiæ & fidelitatis . Vel capræ & oues
ſunt ſimplices,canes autem prælati &c.Fortunatę autem ab
alijs dicuntur,quia caſu & fortuna quandoq; reperiuntur,ſi
autem a propoſito quærantur,raro aut nunquam inueniun
tur.Applica ſi vis contra vnum infortunium quod ſæpe ac-
cidit homini,quia ſi aliquid ex certa ſcientia ardenti deſide
rio quærimus,tunc plerumque facile inuenitur.Cant.3.Quę
ſiui quem diligit aïa mea,& non inueni.& infra. Paululum
cum pertranſiſſem inueni quem diligit anima mea.

### De Gallia. Cap. 23.

Gallia europę eſt prouincia,quæ ab oriente Alpibus,
1 ab occidente mari Britãnico,ab auſtro Pyreneis mõ
tibus,ab aquilone Rheno terminatur.Iſta eſt ergo re
gio quæ ſecundum dicta omnium auctorum qui de
regionibus vel hominum moribus tractauerunt .ſ. Iſidori,
Plinij,Herodoti,Iulii Solini,ferrociſſimam naturaliter ha-
bent gentem.vnde etiam(ſicut apparet per Solinum vbi de
fundatione Marſiliæ agit)Gallici feræ gentes quodam ſpe-
ciali vocabulo dicebantur.Mira eſt ergo virtus fidei chriſtia
næ,quæ iam galliarum populos ita domuit ꝙ præ multis na
tionibus ſenſum,diſcretionem,fidem ac conſtantiam eis de
dit.¶Cum igitur regio galliarum multas habeat prouincias
2 in quibus ſunt multa notabilia & mirabilia,quorum quædã
ſunt naturalia,quædam vero ſanctorum virtutibus introdu
cta,primo occurrit mihi quod dicit Geruaſius ꝙ.ſ.in ꝓuin-
cia Aluerinæ ciuitate Amicien. eſt ſolennis eccleſia beatæ
Mariæ,circa quam eſt domus canonicorum,in qua tale fer
tur mirabile,ꝙ in eorum refectorium nulla muſca ingredi-
tur.ꝙ ſi inferatur neceſſe eſt vel ꝙ fugiat,vel ꝙ moriatur ce
leriter.De latrinis eorum nullus fœtor eructat,& tñ nullius
aquæ profluuium ipſam lauat.Similiter in Prouincia in villa
de Bariolis in canonicorum refectorium nec muſca ingre-
ditur,nec illata viuere poteſt,vt fertur.In Pictauia etiam in
refectorio & clauſtro eccleſiæ Malleacenſis quę ſita eſt in
locis paludoſis,culices non ſubintrant.quod monachi illius
loci a beato Rigonio Abbate quondam loci a Deo impe-
trarum affirmant.Iſta.n.loca quæ domino ſunt dedicata,ad
maiorem quietem ibidem reſidẽtium,fuerunt ab impugna
tione talium animalium diuino munere liberata.Sic vere di
co quod cum cor & conſortia noſtra ſit refectorium Chri-
ſto & beatæ virgini ſpãliter dedicatũ)iuxta illud 1.ad Co.
3.Tẽplum Dei ſanctum eſt,quod eſtis vos)ad finem vt habi
tores iſti.i.interiores affectiones noſtræ,in pace & tranquil-
litate maneant,nullæ muſcæ vel culices.i.immundæ cogita-
tiones,nulliuſque peccati immunditiæ vel fœtores ibi dñt
ingredi vel admitti,ſed inde potius repelli & fugari.Ap.21.
Nihil coinquinatum intrabit in illam.¶Item in Gallijs in ꝓ
uincia Narbonenſi eſt caſtrũ dictum Romelius,in quo ſunt 3
duę turres,ad quarum alteram ſingulis annis ſcarabeorum
infinita confluit multitudo.ſ.circa feſtum Ioannis Baptiſtę,
quorum.ſ.corpora aliis ſunt maiora,& qui vt plurimũ ſunt
cornuti.Iſti ergo per ſeptem vel octo dies tanto impetu ſe
mutuo flagellãt,ꝙ de mortuis ex ipſis vix plateę poſtea mũ
dari ponunt,ſicut ponit idem Geruaſius in de mundi mirabi
libus,& ſicut etiam ego audiui ab hominib.patrię fide di-
gnis.Iſta breuiter poſſunt allegari contra mundi principes
& tyrannos,cornutos dyſcolos & ſuperbos,quia pro certo
ſicut quotidie videmus,iſti pro turrib.& occaſione turrium
& caſtrorum,terrarum & poſſeſſionum & aliorũ huiuſmo
di,congregantur cũ multitudine ſuorũ exercituũ, & inter
ſe taliter debacchantur,ꝙ ipſorũ plurimi moriuntur.Marc.
Surget gens contra gentem,& regnum aduerſus regnũ ¶Itẽ 4
ſm Geruaſium,in galliis in prouincia narbonenſi prope mõ
tem peſſulanũ eſt caſtrum de monte ferrandi,in quo eſt vnũ
ſatis mirabile:quia ibi filice ſucciſa & cõbuſta,more noua-
liũ terra colitur,aratroq; ſciſſa,vineas & vites ſine plãtato-
re producit,q̃ per triẽniũ optima vina facit,ex hinc vero ad
ſterilitatẽ ſiluestrẽ dr̃ redire,niſi iterũ ignẽ & culturã ſicut
prius ſtudeant adhibere.Sic vere qñq; fit ꝙ nos (dum tamẽ
ſimus per contritionem accenſi,& filiis vitiorum noſtrorũ
per confeſſionem ſuccisa,& terra corporis noſtri per ſatisfa
ctionẽ exculta) ſine alio exteriori plantatore ſeu doctore,
ſed ſolũ Dei gratia vineã virtutũ concipimus & producimꝰ
& per trienniũ.i.in fide ſanctę trinitatis vinũ quod lętificat
angelos,hoc eſt bona opa ꝓducimus.Mar.4. Vltro.n.terra
fructificat.Veruntamẽ ſępe fit ꝙ vinea virtutum noſtrarum
in ſilueſtreitatem vitiorum degenerat,niſi ignis cõtritionis
correctionis & dilectionis,ſeu infernalis meditationis ite-
ratus nos exurat,& diſciplinę ſarculus nos excolat, q̃ a br̃
hoc eſt verũ,ꝙ nullus eſt ita bona vinea,nec ita ſctã ꝑſona,
qn ſylueſtris & peccator infructuoſus efficiatur niſi ſcti ſpi
ritus,dilectionis,correctionis & meditationis ignib.ſępius
comburatur,& etiam niſi ſępe per pœnitentiam & pręlato
rum viſitationem & diſciplinam colatur,vt ſic virtus ipſius
ſpũaliter renouetur. Iõ de tali multiplici igne dicebat dñs,
Lu.Ignem veni mittere in terram & q̃d volo niſi vt ardeat?
¶Hic ponit Geruaſius ꝙ quidã homines certis temporibus
in lupos transformantur,& ingluuiẽ lupinam induere præ 5
dicantur.ad quod etiam facit verbũ Iſi,c.de transformatis,
vbi dicit ꝙ quidam homines non fantaſtica fictione,ſed vera
& formali tranſmutatione tranſmutantur in lupos.Geruа-
ſius hic ponit exemplũ, & dicit ꝙ in Gallijs in Aruerina in
dioce.Claramonte.n.quidam miles ſtrenuus dñs Reybal-
dus de Puleto,a nobili viro Põtico de Capitolio,fuit exhæ
redatus,qui vagus factus & profugus,vna nocte cum ſal-
tus luſtraret,nimio terrore turbatus,cũ mentis alienatione
in lupũ vertit̃,& infantes comedens,prouectos vero dilace
rans,ita debacchabatur in homines ꝙ multæ domus patriæ
deſertæ ab incolis dimittebant̃,tandem a quodã fabro ligna
rio grauiter attentatus,ictu ſecuris pede trũcatur, q̃ ſtatim
in hoiem reuertitur,& truncatori ſuo gratias agit,aſſerẽs ꝙ
rõne truncationis prædictę,a fato tantæ miſeriæ fuerat libe
ratus.& ſubiungit ꝙ tales qñ aliquod mẽbrũ perdũt,ſtatim
forma priſtina humana induuntur,& aliud exemplũ ponit
de quodã accola caſtri Luſh:prope viuariũ dictum Calce-
narta,qui certo tꝑe veſtes ſuas ad pedem vnius montis di-
mittebat,& ſe diu in arena volutãs,lupi formã induebat, &
ore patulo ad prædã protinus inhiabat.Dicebat autẽ lupos
ideo ore patulo incedere,quia os non niſi cum labore & cũ
pedum auxilio poſſunt aperire,& propter hoc ipſum tenẽt
apertum,ne difficultas aperiendi poſſit periculi cauſa eſſe.
Infinita alia ſunt exẽpla.nã & ego audiui a quodã Aruerni-
gena,ꝙ dũ q̃dã nobilis per quoddã nemus trãſiret,& inua-
ſus a lupo & duob.lupellis patrem occidiſſet,tandẽ in exitu
nemoris quandam vetulam inuenit,quæ illis lupis carnes &
cibaria deferebat,quæ cum audiſſet ab alio q̃d lupum occi-
derat

Istud autem attribuitur diuinę potētiæ miraculo, quæ tā populosæ ciuitati, q̄ re uera hodie potest dici (ut verbis Solini Carthaginem commendantis vtar) alterū post vrbē Romā (imo super omnem aliam vrbem) orbis terrarū deus, voluit de cemiterio prouidere, & cum alias facile nō esset tantā hominum multitudinē sepelire. Alij verò conātur assignare rationē naturalē. Dicunt. n. q̄ carnes hominis mortui, vel puluis lacti ex ipsis, sunt mirabiliter corrosiuæ. Cū ergo tota terra illius cemiterij propter sepultorum multitudinē de carnibus humanis exiitat, hinc est q̄ recētes cito corrodit & deuorat, & in similitu, finem lui mutat. Igiē moraliter exponēdo dico quòd isti cemiterio sunt similes mūdi raptores & principes & iudices impij & tyranni: quia videlicet omnes qui infra suam ambitum sepeliuntur, id est qui infra suam iurisdictionem morātur, illi per rapinas & exactiones corrodūt, & eorum carnes. i. eorum temporales substātias deprædant, ita q̄ ossa. i. personæ eorum pauperes & nudæ dimittuntur. Vñ talibus raptoribus dicitur illud Mich. 3. Violēter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnes eorum desup ossibus eorū. Et q̄ est ratio? pro certo quia nulla res est magis corrosiua, magis nociua vel læsiua quā caro humana mortua, & in puluerē reducta. i. quam carnalis homo p peccatū mortuus, & per auaritiam & terrenorū affectum in terra mutatus & cōuersus, quia pro certo alios homines p vsuras & exactiones corrodit, & magis quā alia animalia ipsos imperit atq; lędit. Semel. n. fuit petitum a quodam philosopho quid esset hoi inimicissimū, qui respondit, alter homo. Quia breuiter nullus homini ita inimicatur sicut homo qui i terrā & puluerē per auaritiam cōmutatur vnde de talibus potest dici illud Ezec. 19. Leo factus est, & didicit capere prædam, hominesq; deuorare. Et hoc valde reprehendit Eccl 28. Homo homini conseruat iram, & a Deo quærit medelam. in hominē sibi nō haber misericordiā, & pro peccatis suis deprecatur, ipse cū caro sit reseruat iram, & propitiationē quærit a Deo. Quasi dicat, pro nihilo a Deo sperat veniā, qui alteri homini sibi similí facit nequitiam. Vel dic contra detractores, qui cū sint per peccatum mortui, & in se viles & terrei alios tamē solēt rodere, & verbis detractorijs lacerare. Vel dic q̄ mali balliui quāq; p peccatū sint mortui, alios tñ mortuos. i. alios malefactores deuorāt, & sic sit q̄ mortui mortuos. i. mali malos rodūt: lacerat & castigat. Et tñ et isti balliui sunt deteriores quā ipsi quos puniūt vt malefactores. Vnde de quodā philosopho audiui, q̄ dum præpositus, q̄dā duceret latronē ad suspēdiū, risit philosophus, dixitq;, video q̄ magnº latro ducit paruū latronē ad suspēdiū. Dimittamus ergo mortuos alios mortuos corrodere, & iuxta verbū dñi, mortuos sepelire mortuos suos Mat. 8. Vel dic contra istos corrosiuos & rapaces q̄ si aliquis in eorum cemiteriū. i. in eorū iurisdictionē vel patriā de nouo aliunde venerit, statim volunt eū rodere, molestare & pungere, & pro eo q̄ aduena est, ipsius carnem & substātiam rapinis & exactionibus deuorare, cū tñ ipsi deberēt eos benignius recipere, & eisdē nullatenus inuidere, & ipsos plusquā alios diligere & fouere, iuxta illud Exo. 22. Aduenā nō contristabis, neq; affliges eū, aduenæ. n. fuistis in terra aliena. Vel dic q̄ nihil adeo corrodit & cōsumit carnē nostrā. i. carnalitatem nostrā, sicut caro mortua. i. cōsideratio mortis hominum aliorū, quia sicut dicit Hiero. Nihil adeo valet ad domandum carnis vitia, sicut cogitare qualis est lutulenta caro

13 mortua. ¶ In dicta prouincia franciæ circa ciuitatem Parthēsen. abundanter inuenitur illa materia terræ quæ gypsus seu plastrū appellatur, quæ cū sit lapis p lucidus, coctus in igne, in puluerem cum malleis diminuitur, qui quidē puluis inter mirabilia numeratur, pro eo q̄ cum aqua distemperatus, illum cito, & post in lapidis duritia immutatur, ita vt mirabilia ædificia de eo fabricent. Ista possunt allegari de multis, q̄ quamuis quandoque per carnalitatem sint lutei, & per deuotionē auaritiæ puluerei, tamen fiunt quandoq; per cōstātiā & fortitudinem lapidei atq; firmi, ita q̄ de talibus potest ædificiū ecclesiæ cōstitui vel fundari. Vel ecōuerso ista possunt dici de alijs, qui sunt lutei & carnales, & in fine ita fiunt p obstinationē duriores, & quasi lapides duri fiunt, ita q̄ ad ponendū in ædificio infernī vtiles sunt &c. Vel gypsus est diuina gratia, q̄ in principio est debilis, postea verè fortis efficit atq; firma, & quæ ad modum gypsi est cementum p ædificio animæ cōstituendo. Sicut autē gypsus melius adhæret rei infusæ vel humidæ quā aridæ seu siccæ, & melius etiam lapideæ materiæ quam ligneæ, sic verè gratia Dei humidis & lachrymosis pīonis, non indeuotis, & aridis adhæret, lapideis et & fortibus & constantibus, pōderosis & humilibus, & inferiora loca & status petēribus adiūgitur, a ligneis verò. i. leuibus & superbis sursum enatātibus, & more ligni ad superiora ambitiosē ascēdentibus seu anhelātibus disgregat, nec eis aliqua liter colligatur, quia sicut dicit. 1. Petri. 5. Deus superbis resistit, humilibus aūt dat gratiā. ¶ In Gallia autē multæ sunt prouinciæ, in q̄bus multa sunt mirabilia, sicut est Prouincia & Pictauia, sed de ipsis vide in suis titulis specialibus. ¶ In illa Galliarum parte quæ Britannia dicitur, & quæ dudū Amorica dicebatur, circa villam quæ nominatur Falgeria Radulphi ferē esse quidam fons lacus seu fouea profūda, cuius ad experiētia crimina mirabiles sunt virtutes. Si q̄s. n. de homicidio vel alio crimine sit suspectus, statim ad purgatiōē admittitur, & velit in dicta fouea se purgare. Proijcitur ergo nudus in foueam, & continuo si innocens fuerit, fundum petit, & si nō extrahat, est in periculo submergēdi. Si verò nocēs est, ad fundum nō poterit descēdere, imo quasi a fonte reiectº, necesse habebit sup aquas natare. Istud potest exponi in bono & in malo. in bono hoc pacto. Per istū fontē possum intelligere mundum istum, qui rectē p̄bationis locus est. Est. n. illud diuinæ prouidētiæ claustrum, in quo noui. i. homines, si bene se gerant, & ad professionem angelicæ religionis ad mittunē si verò malē, in tenebras exteriores ligatis manibº & pedibº expelluntur. Eccl 27. Vasa figuli probat fornax. Igiē dico q̄ si vis probare in isto fonte. i. in isto mūdo qui sint rei, & q̄ iusti, qui nocentes, & qui innocētes, qui boni, & qui mali, vide quos iste fons mūdus ad fundum, & ad infimū statim deijcit, & quos sursum in aqua bonorū terreuorū supereminet, & extollit, & in altis gradibus sustinet atq; nutrit: q̄a reuera boni & innocentes hoīes tribulationes & submergiū patiunē, & ad infimū pauperatis statum cadere pmittūtur, mali autē & nocentes a mundo fouentur & sustinent. Qui tñ de hoc probationis lacu p mortē exiuerint, tūc a proposito. i. a Christo in inferni patibulo suspenduntur, bonis verò qui primitus in ferius descendērunt, iustitiæ stola datur. Ideo bene dicit Iaco. 1. Beatus vir qui suffert tentationem, q̄m cū probatus fuerit accipiet corona vitę. Vel dic q̄ talis est curia mali iudicia in qua innocentes grauantur & submerguntur, nocētes verò liberātur & saluantur. Vel si vis dic q̄ ista aqua est mūdi prosperitas, in qua. i. innocentes & iusti positi fundum p humilitatem petunt, mali vero sursum per superbiam & elationē le tollūt. Præpositus ergo infernalis istos tanq̄ reos suspēdit, illos verò qui in humilitate vixerunt, illæsos abire pmittit. Boni. n. in prosperis humiliantur. mali autē in superbiam efferūtur, & propter hoc post vitæ exitum illi liberantur, hi dānantur. De hac ergo p̄bationis aqua videtur dñs dicere illud Iudicum. 7. Duc populum ad aquas vt pbem eos. Vel dic quòd ista aq̄ sa significat mundi aduersitatē, in qua. f. vir bonus p timorē descēdit & humiliatur, malº aūt fluctuat & mouet &c. ¶ sicut supra. Vel dic q̄ iste fons est Deus, qui. i. innocētes in se recipit & retinet, malos verò euomit, eijcit & abhorret. Idē aūt dic de paradiso, vel et idē dic de aliquibus religionibus, q̄. f. malos recipere & retinere nolūt, bonos verò retinent & cognoscunt. Matt. 13. Elegerūt bonos in vasa sua, malos aūt 16 foras miserunt. ¶ De muliere quæ sine quocūq; cibo vel potu vixit plus quā. 20. annis, quæ etiā nunc anno domini. M. 345. (sicut dicitur) adhuc viuit in Britannia minori prouincia Galliarum prope ciuitatem Tregnrem satis videt mirabile, maxime cum per tantum tēpus nihil superflui a corpore emiserit, & maximē per secessum, ita q̄ pellis ventris sui cum dorso (sicut dicitur) est cōiuncta, hoc tñ excepto: quia q̄nq; visa est la chrymari, & tamen dicit sibi impossibile esse posse comedere quocūq; modo, ita q̄ etiā semel in anno in minutissima q̄ tirate vix pōt recipere corpus Christi, quæ tamen his nō obstantibus vultu læto & verbo facundo semper viuere cōprobatur, sicut a multis prælatis & alijs fide dignis cognitū extitit & probatum. Cuius simile ponit Vincentius.

## De Germania. Cap. 24.

GERMANIA est maxima regio Europæ, multas continens prouincias. In ista secundum Solinum est 1 saltus Hercinius, vbi quædam aues gignuntur quæ pennis lucentibus decorantur, in tantum quòd illarum pennarum lumine tenebræ illustrantur, ita etiam (sicut ait)

ait incolę de nocte ambulantes, illarum plumarum bene-
ficio diriguntur. Sic in ecclesia vel religione fuerunt antiqui
tus aues lucentes.i.viri lucidi & præclari, quorum pēnæ exte
riores.i.exteriores operationes & cōuersationes ita p bone
statem & doctrinam luxerunt, q noctē huius seculi illumina
uerunt, q illos qui ambulare in paradisum volebant, doctri
nis & exemplis lucidē direxerūt, ita q de talibus dicit illud
Matt.5. Luceat lux vestra coram hominibus, et videant ope
ra uestra bona. Vel dic q istę aues sunt hypocritæ, quorū co
2 tritionis pluma lucet &c. ¶ In Germania sunt bisontes ani
malia indomita, & vri, & alia quæ latissima habēt cornua, q
ab imperitis bubali nominant. Expone sicut de bubalo, & vi
3 de de bob⁹ germanicis capito de boue. ¶ In Germania sunt
quædā animalia quæ quātitatem multorū, quæ alces dicunt
quorum labrum superius ita est protensum & magnū, q pa-
sci & herbam comedere non valent, nisi posterius recordār.
Per labia intelliguntur verba. Quidam ergo sunt sicut alces:
quia.s.labium suum superius.i.iactantia & relatio verbalis &
præsumptio & superbia quæ sursum p elationem eos mouet,
ita est protensa & magna, q per doctrinā, & gratiam pasci uō
valent, nisi per humilitatē ad posterius.i. ad finis cōsideratio
nem iterum retrocedant, quia p certo nullus bene spiritualı
ter pascitur, nisi ad humilitatis semitam reuertatur. Ideo bea
tus Andræas Egeæ legitur dixisse, Si vis noscere mis⁹terium cru
cis accipe formā discipuli &c. Vel dic q multi per pmotio-
nes & beneficia pascerentur, nisi per labium suum nimis pro
tensum.i.per sua verba fatua & elata impedirentur a pastu &
promotione & lucro quod poterāt acquisisset. Vnde Iob.15.
Nunquid grande est vt consolet te Deus? Sed verba tua ma-
la hoc prohibēt. Igitur necesse est retrocedere, & ad humili-
tatē redire, & a processu ambitionis & elationis & fatuæ lo-
cutionis cessare, si pastum quem appetimus, volumus obtine
re. Psa. Iordanis cōuers⁹ est retrorsum. Vel dic q sæpe fit Dei
prouidētia q pastus & lucrū, bñficiū vel officiū q volumus,
melius acquiritur si a prosecutione retrocedatur, & tanquā
per cōtemptū penitus dimittatur. Vel expone de retrocessu,
sicut supra de boue.§.4. ¶ Secūdum Solinū ibidem, in quadā
4 insula Aphricæ sunt quædam animalia dictis alcibus similia.
Sed vltra pmissa dicit, q istud animal habet genua inflexibi-
lia sicut elephas, sed in illo rigore poplitum ita currit, q nūq̄
capitur, nisi quando dormiēdo arbori innititur, occulte a ve-
natore secatæ. Ista expone sicut supra de elephāte.§.19. Plini.
autem lib.8 c.15. dicit de vris, alcibus & bisontibus omnia so
pradicta ¶ Succinum secundum Solin. nascitur in Germania
5 ex quadam arbore simili pino & est succinum quædā species
electri, de quo vide supra.c.de Electro.

## De Hispania. Cap. 25.

Hispania. In capitulo de hispania nihil aliud mirabile,
1 dicit Soli. nisi q circa Vlyssiponem ciuitatem equæ la
sciuiunt mira fœcunditate, & spirante vento Fauo-
nio impræguantur, & sitientes viros aurarum spiritu
maritantur. Dicit etiam Geruasius q in Cappadocia equæ si
militer concipiunt vento, sed fœtus vltra triennium nun-
quam viuit, & etiam idem dicit Plin. libr.8. ca.42. Tales sunt
multę fatuæ mulieres, quas solus ventus, & odor.i. solus audi
tus, & fama virorum, cōceptu luxurię, & malæ volūtatis im-
prægnat, exēplo Helenæ, quæ Menelao rege viro suo absente
fama Paridis audita, cum pro eo videndo ad insulam Cythe
ron se transfert ab eo fuit rapta. Vel dic q equæ sunt bonæ
animæ, quæ.s. solo vento & flatu spiritus sancti concipiūt fœ
tū boni propositi. Vel talis est beata virgo, quæ spiritu sancto
concepit, & flatu sermonis angelici prægnans fuit, & per triē
nium.i.per.30. Annorū spatiū ipse fœtus Dei filius vixit. Vel
dic q isti sunt hypocritæ, qui fœtum operum suorū vento va
nitatis & inanis gloriæ concipiunt. Sed p certo tales fœtus.i.
talia sua vana opera parum durant. & cito pereūt & desilūt,
quia secundum Sene. Nihil quod simulatum, & fictum est, po
test esse diuturnum. ¶ Hispania est Europæ puincia, infra cu
2 ius ambitū in regno Aragoniæ in comitatu Cathaloniæ est
castrum quod dicitur cardona, vbi sunt mōtes & lapides de
sale, ita duri & solidi, q etiam cū instrumēto ferreo difficili-
ter fodiuntur vel raduntur. Ibi ergo est vnum satis mirabile;
quia cū effodiendo salis fouea vel cōcauitas efficitur, statim
adueniente pluuia repletur, & in salis substantiam comuta-
tur & sic montis, substantia in integrum & quātitate & salse
dine reparat. Dato.n. q aqua pluuiæ sit dulcissima, tamē pro
pter montem salsum cui adiungitur, efficitur salsissima, vt ait
Geru. & etiam ego hoc ipsum audiui a pluribus Cathalanis.
Per istum montem salis ego possum intelligere diuitias tēpo
rales; quæ.s. ad condiendum & moderandum dolores pau-
perum ordinātur. Quid ergo? Certe sic contingit q si mōtē
& cumulum diuitiarū nostrarum dando elemosynas vel ho
spitalitatem & liberalitatem sectando minuamus, veniēt de
cælo.i.a Deo pluuiæ.i. beneficia & gratiæ, q nobis taliter im-
mittentur, & cumulus possessionum nostrarū redintegrabi
tur, & diuitiarum nostrarum quātitas ad statum debitum re
ducetur. Fit.n. vt communiter q illa quæ alijs cōmunicamus
& in aliorum vtilitatem expēdimus, palā vel occultē a Deo
liberalı⁹ recipiamus, & si deinde pauperiores facti fuerim⁹, ad
prosperitatem iterum reueniamus bene ergo dicit Lu.6. Da
te, & dabitur vobis. Vel dic q iste mons significat diuinā sa-
pientiam, de qua.s. quāto quis magis hauserit, tāto ipsum plu
via cœlestis.i. diuina grā magis augebit. Vel allega de socie-
tate, qa dato q aliquis sit aqua pluuialis & dulcis.i. hō pec-
cator deliciosus & fluxibilis, & si tamē mōti salso.i. psonæ sa
pienti & contemplatiuæ & moribus excelsæ, p societatē ad
iunctus fuerit, cito sapiēs & salsus factus erit. Vel econtra po
test dici, q quādo homo dulcis & bon⁹ salsis & amaris.i. pec
catoribus sociatur & iūgitur statim per imitationem in simi
lem amaritudinem cōmutatur. Bene ergo dicit qui dicit. Cū
sancto sanctus eris, & cū peruerso peruerteris. Vnde.4. Reg.
4. Anima eius in amaritudine est. ¶ Itē sdē dicit q in Catha- 1
lonia est mons canarū altissimus, & quasi inaccessibilis, in cu
ius summitate est lacus, cuius aqua est subnigra, & fundus in
perscrutabilis, vbi mansio demonum ab incolis ferē esse sub
aqua ad modum palatij ædificata. Vnde fit q si modicū lapi-
dem in lacum ieceris, statim quasi offensis demonibus, tēpe
statem & tumultū audies & videbis. In huius ergo mōtis cō
finijs est fluuius arenas trahens aureas. argenti etiam sunt ibi
mineræ, & in quadā eius particula est nix & glacies sempiter
na, ibi etiam crystalli copia reperitur. Ibi (vt Geru. ait) quodā
accidit vnū mirabile Quidā.n. agricola de villa proxima q
dicitur Merchera Petrus de tabula nūcupatus, paruulam ha
bebat filiam quæ ipsum ppetuo eiulatu turbabat, q iratus ip
sam demonibus cōmēdauit, qui statim inuisibiliter affuerūt,
& puellā raptā in turbine abstulerunt. Septēnio ergo decur-
so, quidam viator ad pedem mōtis trāsiens vidit hominē ce
leriter decurrentem, & voce flebili proclamantē. He me in-
quit qui tanto pondere pmor. Et requisitus quis esset, respō-
dit se in monte canarum iam septennium sed demonū cōmē
datione transegisse, qui ipso quotidie pro vehiculo vtebāt.
Dixit etiam sub eadē conditione esse puellam Petri pdicti,
& adiūxit q si pater ipsam i mōte requireret, demones ipsam
libenter restituerent. Quibus prædicto patri per dictū viato
rem relatis, is statim montem ascendit, demones adiurat vt fi
liam reddant, & statim repentino flatu filia pdit, procera sta
tura, arida, terra, oculis vagis, horrendo aspectu quæ tandē
paulatim extitit reformata. Nō multū verò post alius quo p
vehiculo demones vtebātur, simili patris attestatione libera
tus est: qui quia raptus fuerat ætatis, & discretionis maioris, fi
delius quæ apud demones gerebantur, expressit, asserens sub
lacu esse palatium latum, vbi demones cōueniebant, & quid
per mundum fecerant, suis maioribus nunciebāt. Quia autē
maledictio parentum noceat filijs, vnū aliud pono mirabile
quod nuper in Aruernia dr accidisse, quidā.n. dum se indue
re nollet, mater sua imprecata est ei maledicēdo, q nunquā
alias se induere valeret, quod & factū est: quia statim verba
pōdus habuerūt. vestes.n. deposuit, & extūc cōtinuē & æsta
te & hyeme nudus fuit, asserēs & hyeme & æstate neq; maio
ra caumata neq; frigora sustinebat, quā antea faciebat. Hoc
mihi narrauit vnus abbas meus qui per clarū montū trāsiēs,
dictū hoīem post animalia nudū vidit ipsumq; ad se cōuoca
tis seriē inquisiuit vide simile supra.c.19. de Aethiopia.§.1. de
Nicolao dicto piscis. Ista possunt allegari exēplariter q parē
tes nullo modo debent filios maledicere, & maximē demoni
bus commēdare, ne fortē laxata diuinæ pmissionis habena,
demones ipsos rapiant & eos saltem ad tps icedēter affligāt,
Nam & ego audiui in patria mea Pictauia in parochia de fon
tanis propē ciuitatem Malleacen. semel accidisse, q vir qui-
dam filium suum iuuenem demonem cōmēdauit vel dedit,
diabolus verò visus est ipsum in palude circumactē i submer
gere, &

gere,& vix tam matre quam plurib. alijs ab opposito transeuntibus, potuerũt puerum de manu diaboli liberare. Nã sicut antiquitus benedictio parentum solebat valere (sicut dr̃ Eccle.3. Benedictio patris firmat domos filiorum.) sic econtra præinmendum est ꝙ parentum maledictio saltem temporaliter potest nocere. Igitur bene dicit Apostolus ad Ro.12. Benedicite,& nolite maledicere. Vel si vis expone moraliter,& dic ꝙ demones isti significant tyrannos, qui sub aqua fluxibilis prosperitatis habent palatia auro & argento circunsepta, in quorum lacu.i. in quorum possessionib. si quis lapidem modicum proiecerit.i. modicũ damnum vel iniuriã eis intulerit, statim tempestatem tribulationum, rapinarum & exactionum contra se insurgere videbit. Illi ergo circũiacentes hoies, & mulieres ad onera & opera rapiunt, & eos seruituie opprimunt,& affligunt. Iaco.2. Nonne diuites per

4 potentiam opprimunt vos. ¶ Narrat idẽ aliud mirabile dicit .n. ꝙ in quibusdã partib. Hispaniæ. s. in Aragonia, singulis septennijs demones solebant habitatores inuadere,& nonnullos atrociter suffocare. Vnde accidit ꝙ quidã miles dict⁹ Petrus latro de regno Aragoniæ, quadã nocte cum suis cõmilitonib. in aula iacebat,& alijs dormentib. ipse solus vigilabat: vidit ergo duos mauros horribiles domũ intrare,& vnũ de militib. dormientẽ iaculo percutere, cumq; vellet aliũ similiter lædere, respondit vnus ex mauris, in illo milite pro eo ꝙ illa die fœniculum tetigerat, ipsos potestatem aliquam nõ habere. Ille vero miles q percussus fuerat, in aurora euigilãs, & dolorem sentiens nullum tñ vulnus, sed solum in oculo liuorem inueniens, cum causam sui doloris audisset à Petro supradicto, confessus est,& viaticum suscepit,& post paucos dies obijt. Quod aũt fœniculus vel ẽt quæcunq; herba virtutẽ habeat naturalẽ coercẽdi demones, mirabile est, veruntã allu sit ad hoc vocabulum gallicum hmõi herbæ, quia. s. benedicta in Francia nominatur. Dic ergo ꝙ fœniculus q oculos clarificat significat fidem nr̃am, vel ẽt theologicam scientiam aut scripturam, quæ. s. visum intellectus clarificat & illustrat, quia si quis fœniculũ fidei vel scripturę gustauerit vel tetigerit. i. crediderit vel studuerit, & ibi mentem suam per spem & deuotionem fixerit, a demonum incursionib. tutus erit. firmitas. n. fidei & spei tutum reddit hoiem a demonib. ipsumq; saluat,& liberat a suis tẽtationib.& illusionib. ideo bene dr̃ 1. Pet.5. Aduersarius vester diabolus tanquã leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Vel dic ꝙ fœniculus est diuina grã, quæ sanat oculos mentis nostræ &c. sicut supra. ¶ Item dicit Geruasius ꝙ cũ Karo

5 lus magnus Hispanias peruagaretur, omnia idola paganorũ cõfregit, excepto vno quod erat in terra Andalu. nam quod confringere non potuit, Erat. n. imago ærea super aliam columnam lapideam in confinio maris sita, quæ faciem vertit ad austrum,& clauem in dextra manu tenet. quod idolũ Saraceni Maometh fabricasse dicunt,& intus (sicut dr̃) legionẽ demonum inclusit,& sibi tantam virtutem dedit, ꝙ nunquã frangi potuit. Cum autem christianus appropinquat, statim pericliatur, Sarraceni autem adorant,& ideo non moriuntur. Per illud idolum possunt intelligi multi diuites vsurarij & tyranni, qui. s. mediantibus,& suggerentibus demonibus, qui ipsos sequnt, solent christianos. i. bonos flagellare, & tribulare, Sarracenos autẽ. i. iniquos homines adoratores suos & adulatores non solent lædere, sed iuuare. Hi ergo per virtutem demonum tantæ virtutis,& potentiæ sunt, ꝙ nec Karolus magnus. i. quicunque bonus prælatus potest eos fugare, vel ad bonum inducere; nec etiam pro voto corrigere vel punire,& ideo isti sunt qui clauem,& regimen patriæ portare videntur, & supra mare mundi positi solum austrũ mundanæ prosperitatis intuentur.

## *De Ibernia. Cap. 26.*

1 IBernia est insula oceani, Britanniæ maiori contermina, secundum Isid. libr. 14.& est in Ibernia quidam lacus in quem si palum infixeris, pars quæ in terra fixa, conuertitur in ferrum,& quæ est in aqua, cõuertitur in lapidem, quæ autem exterius est, lignum manet. Sic verè in lacu huius mundi si palus, hoc est anima, figitur per amorem in terra. i. in amore temporalium, efficitur ferrea per duritiam, & incompassionem, si in aquis deliciarum mergitur, efficitur lapidea per inuerecũdiam & obstinationem. Si autem ab istis duobus eximatus, in puritate propria perseuerat, nec in partem oppositã transmutatur. Vel sic expone aliter ꝙ si sit in aqua per deuotionẽ, in terra per humilitatẽ, tunc efficiuntur ferrea, & lapidea per constantię firmitatem. Si aũt extra fuerit. s. sursum in aere per superbiam eleuata, tũc lignum remanet. s. leuis per iactantiã,& superbiã, mollis per luxuriã, putribilis p malã consuetudinẽ, frangibilis per tentationem. Vel dic ꝙ talis palus seu virga est Christus, qui postquam in lacu vteri virginalis infixus fuit, statim cõuersione mirabili triplex natura in ipso apparuit, quia. s. in vna persona lignum. i. diuinitas, lapis. i. aĩa immortalis, ferrũ. i. corpus põderosum,& graue habuit,& sic vna, & eadem virga sibi tres particulariter subas vendicauit. Gen.40. Videbã ante me vitẽ in qua erant tres propagines. Vel si vis, dic de trinitate personarũ & vnitate in diuinis &c. vel de vna aĩa cum trib. potentijs, vel vna

ecclesia cum trib. saluãdorũ statib. &c. ¶ Ibernia regio est fertilis, fructib.& frugib. opulenta. quo ad cęli situm temperata. nã parum aut nihil excedit in frigore vel calore. fluuijs,& fontib. irrigua, pratis & siluis amena, gemmis & metallis fęcunda, quia inuenitur ibi iris lapis præciosus, qui soli oppositus, arcum in aere gñat, ibi ẽt gagates lapis & margarita cãdida reperitur. Est ibi quædã insula vbi mortuorũ cadauera non putrescunt,& ẽt alia vbi hoies minimè moriunt, sed qñ senio afficiuntur, exterius deportant. Ibi nec serpens nec rana nec bufo nec aranea nec aliquod aliud venenosum inuenitur, imo in tm̃ cõtrariatur venenis ipsa insula, ꝙ lana,& vestimenta ouium huius terrę fugant oĩa venenosa, veruntã mare per quod in istam insulam deuenitur, est inquietum & vndosum, & maximè a parte Britanniæ, nec est nauigabile nisi paucis dieb. Hęc oĩa Isid. Solin. aũt de mirabilib. mundi dicit ꝙ gens Ibernica est habitu singularis & inculta, victu parca, animo seua, vultu ferox & torua, affatu aspera, erga tñ suos liberalis & benigna. Talis est in oĩbus regio paradisi, s. in oĩbus temperata fluuio deliciarum oim irrigata. Ps. Torrente voluptatis tuæ potabis eos, & iterum. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Pratis etiam virentib. i. exteriori pulchritudine, s. quãtum ad dotes corporis, decorata ibi iris Christus, Margarita candida beata virgo,& diuersi alij lapides pciosi. i. diuersi ordines beatorũ inueniuntur. ibi ex quo cadauer nr̃i corporis post iudicium positum fuerit, nunquã per firmitatem aliquam corrumpetur, nec amplius morietur. Mors. n. non erit vltra. Apo. 21. Ibi nulla sunt venenosa. i. nullum genus hoim peccatorum. ibi non est rana loquacitatis: quia vir linguosus nõ dirigetur in terra illa. Nec aranea muscas capiens. i. cupidus vel auarus pauperib. insidians. Ibi nullus serpens malitiosus, imo lana sacræ scripturæ, & bonorũ documentorum q̃ ab ouib. huius terræ. i. ab apostolis & prophetis emanauit,& nobis post eorum obitum remansit, venena diluit pctõrum. Sed vere antequam ad istam insulã deueniamus. necesse est trãsire mare vndosum & periculosum .i. statum pnĩæ. Quod quia propter vndas & fluctus tribulationum multi metuunt ingredi, ideo in istam insulam nõ intrabunt. Nam gens & populus huius terræ, illi. s. qui per merita volunt ibi acquirere hæreditatem æternam, debent esse victu parci per abstinentiam, aĩo seu per iustitiam, & ad extraneos. i. pctõres affatu asperi p correctionem, erga tñ alios sibi consimiles, i. bonos, liberales per cõpassionẽ, affectibiles per doctrinã & eruditionem,& benigni per amorẽ,& dile-

3 ctionem. Vox. n. tua dulcis. Can.2. ¶ In Ibernia victores sanguinem bibunt illorum occisorum de quibus triumphauerunt,& inde faciem suam liniunt, sm̃ Solin. Sic raptores vel vsurarij sanguinem. i. substantiam temporalem aliorum vorant contra quos præualent,& de quib. triumphant, & inde se liniunt. i. se delectant & parant. vnde Hie.2. In alis tuis inuentus est sanguis pauperum. Vel dic de malis prælatis, qui multos occidunt vt habeant sanguinem eorum. i. substantiã temporalem. Figura optima de muliere ebria sanguine mar-

4 tyrum Iesu. Apo. 17. Vide intra in loco suo ¶ Gerardus autẽ lib. suo de mirabilib. Iberniæ dicit ꝙ ista insula viuẽtium, est in quodam loco Mononiæ, quæ est Iberniæ prouincia. Ibi ẽt est alia insula in quam nihil intrat fœmineum, quin ilico moriatur, sicut de caniculis & catulis multorum animalium est probatum. Aues etiam masculæ in arborib. insulæ resident, fœminæ, vero prætervolant. Simile dicit esse in quodam cemiterio in prouincia Vltoniæ. Dicit etiam insulam adiacentẽ Angliæ a parte Septentrionali, vbi mulieres concipiunt

quidem, sed nunquam ibi parere possunt, imo necesse est q tempore partus affectę dolorib. alibi, vt pariant, transuehantur. Insulam verò vbi corpora nō putrescunt, dicit Iberniæ adiacere, vbi. s. dicit q cadauera sub diuo relicta, minimè corrumpuntur, & ideo homines mortuos sub diuo custodiunt, & proauos & atauos recognoscunt. Dic q tales insulæ sunt paradisus, vbi nihil fęmineum. i. nihil imperfectum pōt intrare. Apo. 21. Nihil coinquinatum intrabit in illam vbi etiam nemo moritur aut putrescit, vt dictum est. Vnde ista propriè est insula viuentium, quia vt dr̄ Sap. 5. Iusti in perpetuum viuent & alibi. Credo videre bona dñi in terra viuētium. Vel dic q talis est religio, vbi viri. i. iusti & perfecti viuunt, fœminæ vero. i. imperfecti & luxuriosi apostatant, & recedūt. Cōtrarium vide de Amazonia supra eo. li. & infra li. 16. Exod. 1. ibi. n. masculi occiduntur, & fęminæ viuere permittuntur.
2 De hoc autem q fęminæ bene concipiunt, sed non pariunt, dic q talis insula est mundus, vbi multi bonum propositum concipiunt, qui nunquam parturiunt bonum actum, nisi fortè alibi. s. ad religionis patriam transferantur. Egredere ergo de terra tua &c. Genesi. 12.

## De India. Cap. 27.

1 INdia est regio in oriente latissima, vbi multę sunt insulę auro & argento & pręciosis lapidib. opulentæ, quę nobilissimis fluuijs est irrigata, & arborib. semper virentibus decorata. Ibi elephantes fortissimi, ibi Monoceron bestia inuincibilis, ibi hebenum lignum, ibi cynamomū, piper, & calamus aromaticus, ibi diuersi lapides preciosi, vt beryllus, chrysopassus, carbunculus, adamātes, margaritę, & vniones, ibi sunt montes aurei, quos pp dracones ibi existentes difficile est & impossibile adire, ibi reges potentissimi, ciuitates populosissimę, & famosæ, ibi bis in anno crescūt fruges, & ibi bis æstas & hyems in quolibet anno circulantur, sicut oīa narrant Isid. & Plin. qui etiam dicit q india inter omnes mundi regiones est maior, potentia, opulentior, famosior & sicut dicit idem, Indorum quidā tellurem colunt, & quidam militiam capessunt, alij merces vendunt, alij emunt, alij regibus assident, alij respublicas gerunt, alij iudicia reddunt, alij religioni, alij scientiæ & disciplinæ vacant, & sicut dicit idē Pli. li. 7. in locis Indiæ vbi nō sunt vmbræ, & vbi sol directe super capita transit, sunt hoies staturæ maximæ, videlicet 5. cubitorum, & duarum palmarum, qui nec infirmitatib. exponuntur, nec capiti nec oculorum nec membrorum dolorib. infestantur, nec ab immoderato calore solis eorum corpora læduntur, imo potius indurantur. Nam philosophi eorū ab ortu solis vsq; ad occasum solem intuentur immobilib. oculis, in calidissimis arenis cotidie commorātes. Ibi sunt arbores tantæ proceritatis q sagittis nequeunt superari. Vnde dicit q sub vna ficu indica possunt. c. milites se armare, & sup singula internodia arundinum in fluuio nauigabili terni homines deferuntur. Ad quod etiam facit quod dr̄ in epistola Alexandri quod in India iuxta fluuium Odman tales arūdines erant q vnam de illis 30. milites vix portabant. Hæc oīa pertinent ad ecclesiam, quæ militat & triumphat. Hæc. n. ad orientem luminis grāæ & virtutum, scientiæ & discretionis est fundata, hæc inter oēs mundi regiones, & sectas est potētissima quo ad hostis vincibilitatem, latissima quo ad charitatem, opulentissima quo ad gratiarum vbertatem, populosissima & famosissima quo ad sanctorū multiplicitatē, & bonorum operum probitatem. Ideo 1. Paral. 22. Domus quam ædificare volo dño, talis debet esse, vt in cunctis terræ regionib. nominetur. Ibi etiam sunt insulæ. i. diuersi status & religiones, quæ auro sapientiæ, argento eloquentię, & p̄ciosis lapidibus, i. diuersis virtutib. sunt repletæ. Hæc. n. nobilissimis fluuiis, i. pręditatorib. irrigatur, arboribus etiam, i. contemplatiuis per honestatem semper virentibus decoratur, elephantibus fortissimis, & ex aspectu sanguinis ad prælių animatis, i. sacris martyrib. venustatur. Ibi est Monocerō Christus inuincibilis, cuius fortitudo sicut rhinocerhontis Numeri 23. Ibi hebenum lignum preciosum & aromaticū sanctæ crucis, ibi cynamomum humilitatis & degestionis, piper seruoris & dilectionis, calamus aromaticus deuotionis & orationis. Ibi ebur castitatis, ibi beryllus (q lites facit vincere) patientiæ & benignitatis, cārbunculus ardētis charitatis, Margarita puritatis, ibi Adamas constātiæ & firmitatis.

Ibi sunt montes aurei. i. viri excelsi & cōtemplatiui, auro. i. scientiæ lumine decorati, qui. s. aurei sunt per lucolentiā exēplorum quos tā dracones. i. detractores intantū circūeunt, quod vix aurū bonorū exemplorū ab eis reportatur. Ad literā ēt ciuitates, & reges, & populi potētissimi, q in hac Iudia ecclesiæ cōmorantur. Vel ciuitates sunt collegia, vbi sunt ciuium vnitates. Reges aūt & rectores sunt plati. Ibi est etiā duplex æstas & hyems: quia in ecclesia est ęstas prosperitatis mundanæ quantū ad bene ipsa vtentes, & fœlicitatis æternę, vel æstas grāæ in præsenti, & gloriæ in futuro. Ibi etiā est duplex hyems, s. tribulationis mūdanæ, & damnationis ęternę quantum ad malos, prima culpæ, secunda pœnæ. Iudas in canonica, Arbores autumnales bis mortuę. Quidam etiam terram excolunt & cæteram ad literam si vis. Vel dic q tellurē corporis quidam excolunt per pœnitentiā, alij militiā Christi vel etiā martyrij frequentant alij merces doctrinæ in merces virtutum conuertunt, vt prædicatores, alii respu. regunt, vt plati, alii regib. i. Christo, & sanctis assident, vt contēplatiui, alii iudicāt, vt confessores, & sacerdotes, alii religioni, & disciplinæ vacant ad litterā: ibi. n. sunt philosophi, i. theologici doctores qui solē, i. Deum in trinitate sua irreuerberatis oculis intellectus intuentur, inquantū de trinitate ineffabili determinant, & loquunē. Vel per istos intellige beatos, & maximè angelos, qui (sicut dr̄ Mat. 18.) semper vident faciem patris. Apoc. 22. Serui eius seruient ei, & faciem eius videbūt. Vel isti sunt boni & cōtemplatiui in mundo, qui licet sint in arenis calidissimis tribulationū, tū oculum cordis a mane iuuentutis vsq; ad occasum senectutis tenent sp ad solem iustitiæ eleuatum per desiderium, & affectum. Ibi sunt hoies staturæ magnæ ad magnitudinem, i. quinq; cubitorum quo ad quinque sensuum discretum vsum, & habitudinem, iō Cant. 3. Statura magna scientes bellum. Vel per quinque cubitos, intellige quinque quę sunt in ecclesia triumphante, quę sunt visio fruitio, tentio, Christi humanitatis contēplatio, & sanctorum societas vel consolatio, vel cohabitatio &c. Ibi nulla est vmbra obscuritatis, sed directa visio solis Christi, & suæ diuinitatis. Isti nec ardore tribulationum, nec infirmitate tentationum perpetuo afficientur. quia neq; mors, neque luctus erit vltra, quia prima abierunt. Apo. 21. Ibi etiam sunt arbores ita altæ, i. homines ita in Deum eleuati, q a sagittis tentationum amplius nequeunt superari. Figura Dani. 4. de arbore attingente cœlum &c. psa. Altissimum posuisti refugium tuum. Ficus etiam sunt ibi quæ fructum bonorum exēplorum, solia aspera duarum correctionum portant, s. pręadicatores, sub quorum solijs & vmbra, verbis, & exēplis. 100. christiani milites armis gratiarum, & virtutum possent optime se armare. Ibi etiam sunt arūdines vacuæ, i. pauperes voluntarij, quibus innitentes, i. quos imitantes, & in quorū orationib. confidentes solent ad portum paradisi per huius vitę fluuiū tutius nauigare. Prou. 31. Facta est quasi nauis institoris. 2
¶ India est regio calidissima maxima & opulētissima, vbi licet sint multa bona, tñ sunt multa monstruosa, & quasi incredibilia non videnti, prout dicit Isid. & Plin. Nam ibi draconum, & vnicornium, & elephantum est maxima multitudo, ibi arbores tantæ altitudinis, & proceritatis, q sagittis nequeunt superari. In montib. eius sunt quidam hoies canina capita habentes: quidam etiā qui habent auersas plantas, positas. s. retro post crura, s̄m Plin. & in pedib. sunt octo digiti. Primi de ferarum pellibus sunt induti, & venatione, & aucupio tm̄ viuunt, & latrāt ad modum canis, & aliter nō loquuntur, & sunt in tanta multitudine s̄m Pli. q tam. m lia numerantur. Tales aūt finxit se habere in suo exercitu quidam dux Longobardorum, & ad talium formam quosdam milites parauit, & sic eorū timore hostes superauit. Et in aliqua Indiæ parte sunt fœminæ quæ nunquam pariunt nisi semel, & statim vt nati sunt, canescunt infantes. Sic verè in mundo isto qui ardore auaritiæ comburitur, sunt diuersa monstra. i. diuersa gñā peccatorum. Ibi. n. sunt dracones sitibundi per auaritiam, ibi vnicornes elati per superbiam, ibi elephantes cum genib. inflexibilibus per obstinationem & crudelitatē, ibi arbores proceræ per diuitiarum & pctōrum multiplicitatem, in tm̄. s. q sagittis diuinorum eloquiorum nequeunt, penetrari per p̄dicationem, quia verè sunt multi ita superbi & obstinati, q nulla sagitta correctionis vel p̄dicationis vel diuini eloquij valent a p̄dicatorib. superari. Iob 41. Nō fugabit eum vir sagittarius, in stipulā versi sunt ei lapides fundæ.

Per

Per illos autem qui canina habēt capita,intelligo vsurarios,
qui caput intentionis habent caninū per crudelitatē & aua-
ritiā:quia.s.isti more canis sunt insatiabilis appetitus. Isti.n.
non loquuntur vt hoies,quia verba eorum nō sunt pia vel ra
tionabilia vt hoīm,imo sunt latratus canum, quia.s.inhiant
ad pauperes deterrendos,& ad diuitiarum prædam capien-
dam.Ideo isti habent plantas auersas, quia.s.pedes affectuū
qui deberent tendere ad interiora.i.ad spūalia & æterna, in
eis vertuntur ad posteriora,& terrena. Vel auersas plātas ha
bere dīr:quia.s.partem superiorem pedum affectionum illā
.s.quæ de spiritualib.debet cogitare habent subtus,& ad par
tem inferiorem.i.affectionem ad tēporalia ei præficiunt &
præponunt.Isti in pedib. habent octo digitos, quia in pedi
bus.i.in fine vitæ suę sperant venire ad octauam resurrectio
nis,vel ad octo beatitudines,cum proponant finaliter pœni-
tere.Isti de pellib. ferarum vestiuntur.i. de diuitiis pauperū
quos excoriauerunt,& hoc quia dentib.falsorum sermonū,
& vnguib.excoriationum sunt armati ad Heb.11. Circuie-
runt in melotis,& in pellib.caprinis &c. Vel si vis allega cau
telam illius ducis,q̄.s.vule est in negotiis qnq; aliqua q̄ non
3 sunt vera fingere & supponere,exemplo Dauid,qui finxit se
esse furibundem.¶ In India vt ait Plin.quidā sunt hoīes quo
rum corpora solis ardorib.non læduntur nec mollescūt,sed
potius indurantur.Sic verè nec tu debes per ardorem tenta
tionum.i.tribulationum remolliri,sed magis per constantiā
indurari. Vel expone econuerso de illis qui in ardore tenta-
tionis vel tribulationis positi non remolliuntur per contri-
tionem & conuersionem,sed potius indurantur per obstina
4 tionem. Hie.5.Indurauerunt faciem suam supra petrā. ¶ Se-
cundum Plinium,in India sunt quidam hoīes qui nunquam
senescunt,qui semper in ætate media moriuntur.Alii sunt q̄
in iuuentute canescunt,& in senectute nigrescunt. Alii sunt
qui statim nati cani efficiuntur, quorum matres non nisi se
mel pariunt.Ibi etiam sunt hoies qui carentes ore,solū odo
re viuunt arborū,harumq; lanugine vestiūtur, & malo odo
re cito moriuntur.India est mundus vel ecclesia,canities est
maturitas morum,quia cani sunt sensus hois sicut dī Sap.4.
Nigredo autem est infectio & exustio peccatorū.Multi sunt
ergo qui non canescunt,quia vere multi sunt in mūdo,& ec
clesia qui ad canitiem, & maturitatem morum non perue-
niunt,& hoc quia iuuenes per pctā,& vitia moriuntur,& sp
in peccatorum nigredine perseuerant. Alii etiam in iuuētu-
te canescunt,illi.s.qui bene incipiunt,& maturè,sed pro cer
to in senectute nigrescunt,quia tunc degenerāt a pristina bo
nitate.Gen.42. Deducentes canos meos ad inferos cum do
lore.quia.s.acres in principio,franguntur in fine. Alii etiam
sunt qui ab ipso ortu matris.i.à iuuentute morum canitiem
trahunt,& amplectuntur, vt sanctificati in vtero, quia tales
quasi a natura sunt honestæ vitæ.Illi aūt qui os non habent,
sunt pudici,& verecundi:qui os detractionis,adulationis &
iactantiæ non habent,quia ēt vix audent loqui, & isti odore
arborum,& florum viuunt i.exemplo,& fama bonorū ope-
rum aliorum,quia.s.bonum exemplum aliorum est eis sicut
odor quia corpore bonorum operū resoluitur, & emanat,
quo simplices nutriunt. Et illi malo odore,i.malo aliorum
exemplo cito pereūt per pctm̄. Vel odor est deuotio & dul
cis suauitas æternorum. Variis odorib.delectatur cor.Prou.
27.Quæ potissimè vera sunt de simplicib,quos aliorū exem
5 pla,& fama recreant,infamia vero & vitia cito grauāt. ¶ Itē
dicit Solin.q̄ in India vltra Palibotram est mons Maleus,in
quo vmbræ non semper cadunt versus septentrionem, sicut
apud nos,imo per medium annum,tpe.s.æstiuo vmbræ ten
dunt ad meridiem,alio vero dimidio anno,i.tpe hyemali ca
dunt,& tendunt versus aquilonem. Apud ipsos etiam stellæ
quæ dūr septentriones,quæ nobis perpetuo apparent, nō vi
dentur ibi nisi per 15.dies in anno.Per istum montē pōt in-
telligi Christus,de quo dī in ps.Mons Dei mōs pinguis.Per
vmbram possum intelligere bona eius, quæ s.ab ipso resul-
tant,& emanant,siue sint temporalia, siue æterna,per æstatē
intelligitur vita præsens.per hyemem verò intelligitur tem
pus mortis.Dico ergo q̄ mons Maleus est Christus,q in in-
ferno malleat peccatores,qui pro certo dum durat æstas p̄-
sentis vitæ,solet vmbram beneficiorum,& diuitiarum mitte
re ad meridiem,i.ad mundi diuites & potentes, qui ad mo-
dum partis meridianæ luce prosperitatis fulgent, & ardore
cupiditatis feruent,quia sicut dī in Ps.Peccatores in seculo
obtinuerunt diuitias.Tempore vero hyemis,s.post mortē,
fit contrarium, quia vmbra huius montis,i.beneficia ipsius
Christi versus aquilonem partem mundi frigidam,i. ad ip-
sos frigidos desolatos,& pauperes mittuntur,& tunc para-
disi refrigerium eis datur. Hæc.n.est diuinæ prouidentiæ mi
rabilis dispensatio, quia.s.diuitib.solet vmbram bonorum
suorum in vita ista concedere,& a pauperib.auferre,& retra
here,tempore vero mortis ecōuerso vmbram refrigerii sui
pauperib.tribuit,& diuitibus ipsam tollit.Ideo diuiti dī Lu
cæ 16.Fili,recordare quia recepisti bona in vita tua,& laza-
rus similiter mala,nunc autem cōsolatur, tu vero cruciaris:
ac si diceret,Oportet vt bona cum malis compensentur.¶ In 6
India sm Solinum sunt quidam populi, qui facillima insul-
tatione,velut equos transiliunt elephantes. Alij etiā ibi sunt
qui syluestrem agunt vitam,& elephantes venantur, ipsisq;
perdomitis aut ad vehendum,aut ad arandum vtuntur. Ta-
les hoies fuerunt apostoli,qui syluestri, & austeræ vitę fue-
runt dediti,& virtutib.& meritis fuerunt maximi.Isti.n.ele-
phantes.i. mundi principes per prædicationem venati fue-
runt,ipsosq; æquitauerunt.i.superauerunt, & per conuersio
nem ad fidem domuerunt,& terram proprii corporis arare
per pœnitentiam docuerunt. Vnde talibus potuit dīr dice-
re illud Iob 39.Nunquid alligabis Rhinocerontem ad aran
dum loro tuo,aut cōfringet glebas vallium post te. ¶ In In- 7
dia sm Solinum,sunt quidam populi quibus non placet ali-
quod animal occidere,nec carnes comedere.Plerịq;(inquit)
tantum piscibus aluntur,& è mari viuunt.Tales sunt fratres
prædicatores,& aliqui alii religiosi,in India,i.in ecclesia cō
morantes,qui.s.vsum carnium,& occisiones animalium ab-
dicauerunt,& solum viuere de piscib.i.de cibis quadragesi-
malibus decreuerunt. vnde r.ad Corin.8.Si esca scandalizat
fratrem meum,non manducabo carnes in æternum. ¶ Hic 8
dicit Solin.q̄ sunt quidam in India qui parētum viscera epu
las habent,sed vide simile infra de Scythia.§.8.Sunt etiā ibi
quidam(vt ait)qui voluntariè mortem accersunt,rogis ac
censis,qn̄ senio fatigantur,se inicientes.Istud potest allega-
ri contra senes,qui nullo modo vellent mori, imo semp sp̄e
rant & optant magis viuere. Vel expone sicut infra titulo de
Scythia.¶ Itē Solinus dicit,q̄ in India sunt populi qui in are 9
nis feruentissimis ab ortu solis vsque ad occasum contentis
& apertis oculis orbem ipsius solis candentissimi contuent,
& in globo igneo secreta quędam rimantur,& in ipsis arenis
alternatim nunc super vnum pedem,nunc super alium sustē
rantur. Tales sunt viri sancti,& tales sunt boni religiosi,quia
in arenis sterilis paupertatis sunt fundati,& in feruore tem-
poralis aduersitatis positi,debentque solem iustitiæ Christū
per contemplationem inspicere,& secreta suæ maiestatis cō
siderare,& intelligere,& in hoc opere ab ortu vsque ad oc-
casum,i.à iuuentute vsque ad mortem manere. Alternis ve-
rò pedibus,i. nunc pede spei,nunc pede timoris se sustinere
debēt,& in arenis feruentib mundi tribulationum recti sta
re.Duo.n.pedes nostri sunt spes & timor, in quibus alterna
tim standum est,nunc de superiorib.nunc de inferiorib.co-
girando.Quilibet ergo talis contemplatiuus potest dicere il
lud Iob 31.Vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem
clare. Vel dic de beatis,qui solem Christum & orbem lumi-
nis,i.Dei contemplantur,& cum duos pedes habeat,s.& in-
tellectum & voluntatem,in his alternatim,i.nunc intelligen
do nunc amando versantur. ¶ In India secundum Solinum 10
homo quilibet plures pōt habere vxores, sicq; fiebat(sicut,
& apud antiquos mos erat) q̄ morientium corpora crema-
bantur absq; aliqua alia sepultura.Igitur de vxorib.hominis
morientis,officiosior,castior & melior eligebatur,quę ignē
defuncti viri intrabat, & in signum castitatis cum viro suo
seipsam cremabat,& sic cum eo quandam regionem viuen-
tium accedere tūc credebat, cæteræ verò vxores quæ sic nō
faciebant,tanquam illæ quæ virum suum minimè dilexerāt,
cum nota & infamia postea viuebant,sicut dicit Solin. Qui-
dam etiam amici cum mortuis se ponebant,& eius ignis fie
ri participes & cum eo recedere cupiebant. Vnde etiā nar-
rat Plin.lib.7.cap.36.de Publio Catieno Philotino, qui pa-
tronum suum ita dilexit,quòd videns eum mortuum,in flā
mas vbi corpus eius cremabatur,se iniecit,& sic cum illo vi
tam finiuit. Solinus similia ponit de vxoribus Thracum.
Addit autem Pomponius quòd amici mortuorum arma &
opes iuxta ignem mortui ponunt,Parati(inquit: Pompon.)

cum fato iacentis (si detur ēt manus) vel pacisci, vel decernere. Per ignem istum possum intelligere ignem purgatorij, in quo quilibet bonus pro maiori parte statim post mortē ponitur, & (quantum ad aiam) sepelietur: ibiq; a reatib. exuritur, & purgatur. Eccl. 2. In igne probatur aurum, & argentū, hoies verò receptibiles in camino humilitatio. Quare pro certo dico φ illa vxor, & ille amicus qui mortuum dum viuere dilexerunt. & sibi fidē, & amicitiā seruauerunt, non debent istum mortuum dimittere, sed in eundē ignem secum intrare per cōpassionem, pęnam q̄ patitur cogitare, & ipsam secum cōdolendo mentaliter sustinere. Ruth. 2. Benedictus sit a dño, qn̄ eam misericordiam q̄ præbuerat viuis, seruauit & mortuis. Amici etiam eius per cōpassionem debent comburi, & armis orationum vel opib. elemosynarum cum fato diuinæ iustitiæ vel mortis decernere vel pacisci. Tunc. n. homo cum fato iacentis. i. cum morte vel cum purgatorio paciscitur aut dimicat, qn̄ per elemosynas satisfacit, vel per orationes pugnat. Es. 28. Pepigimus fędus cum morte, & cū inferno fecimus pactū. Vel dic φ vxor est aīa, cuius vir est Christus, qui igne passionis fuit crematus. Intret ergo aīa & quilibet Christi deuotus istum ignē dominicę passionis, sibi officiosè cōpatiendo, & tormentorum suorum se participē faciēdo. Vel pōt dici φ qn̄ videmus amicum nostrum ad ignē paupertatis, & miseriæ peruenire, statim debemus cum ipso eundem ignem per dolorem, & compassionem intrare, & sibi condolere totis virib. & eum si necesse est, armis & opib. adiuuare. Vel si vis allega contra multos, qui tūc amicis suis arma & opera offerunt, & pro eis se velle facere mirabilia asserunt, qn̄ pericula transierunt, & qn̄ iuuare vel proficere nihil prosunt. Qn̄. n. sciūt φ impossibile est φ casus de quo agitur se offerat, tunc iactant se facturos mirabilia si occurrat.

21 ¶ In india est quædā insula quæ dr̄ insula solis, tēdens versus deserta Carmaniæ, quæ semper rubet, & est omni generi animalium inaccessa. Quicquid. n. viuum in eam ingreditur, illico moritur. Talis insula est infernus, qui ignis ardorib. sp̄ rubet. qui pro tāto insula solis dr̄, quia ibi sol iustitiæ Christus ardorem suæ iustitiæ exequitur. Nullus ergo qui vitam grǣ viuit, hic recipit, & hoc quia quisquis illuc intrauerit, necesse est quòd morte perpetua pereat. Igitur cum homo qui vitam grę viuit, mortem perpetuam non incurrat, restat φ ad inferni insulā nō accedat, quodq; eius ingressum sibi Dei iustitia interdicat, quia sicut dr̄ Proue. 2. Oēs qui ingrediuntur ad eam, s. inferni insula, non reuertentur. Vel dic φ talis insula est mala mulier, quæ carnalitate rubet, & cupiditate feruet. Ille ergo qui vita grę vult viuere, ad eam non debet accedere, nam qui eam frequentauerit, necesse est eum mortē

22 culpæ sentire. ¶ Chelonophagi populi sunt Indiæ, q per totum corpus præter faciē sunt hirsuti, qui carnib. testudinum nutriuntur, & coriis piscium vestiūtur. Per istos intelligo diuites qui. s. diuitiarū vellere sunt hirsuti. Eorū. n. pellis. i. exterior possessio multis diuitijs est hirsuta, sola vero facies. i. sola conscientia vel aīa misera est atq; nuda, & virtutū diuitijs non vestita, nāq; hi quo ad corpus sunt diuites, quo vero ad aīam pauperes & inanes. Apocal. 3. Dicis quia diues sum, & nullius egeo, cum sis miser, & miserabilis, & cęcus & nudus. Isti ergo carnes testudinū. i. pauperū substantias comedunt, & de corijs. i. diuitijs piscium. i. flebiliū miserorum se vestiūt atq; viuūt. Eze. 35. Lac comedebatis, & lania operiebamini.

23 ¶ In India adhuc sunt multa mirabilia. Nam s̄m Geruasi. in epistola Alexandri ad Arist. sunt ibi certa loca vbi hoies sp̄ viuunt, vbi vitæ tedio affecti, necessario extra portantur, vel ab amicis, & parentib. occiduntur. Et ista est fortè illa patria de qua dicit Aris. φ bonum est mactare patrem in treballis. Dicit etiam quod sacerdotes qui poma arborum solis & lunæ comedebant, quadringentis annis viuebant. Ista possum applicare ad ecclesiasticos, qui p̄ certo in ecclesia sine morte culpæ semper per gratiam viuerent, dum tn̄ arborum solis & luna, hoc est Christi, & beatæ virginis poma, id est bona exempla, & documenta, & opera per imitatioē comederent, nisi proprij parentes ipsos morte culpæ & pœnæ necarent. Sed procul dubio filii ipsorum. i. nepotuli, & consanguinei, ad quos. s. ecclesiastici habent affectionem excessiuam, & pro quib. ditandis non dubitant expendere patrimonium crucifixi, sunt cā φ ecclesiastici per diuersa vitia moriuntur, & etiam qñq; de ista patria. i. de ipso statu ecclesię efferuntur, & expellūtur. Isti ergo mactāt patrem in treballis, qā sunt occasio φ parens eorum prælatus vel ecclesiasticus, a diabolo spūaliter mactetur, & vita grǣ & glorię priuetur Thobiæ. 1. Occiderunt regē filii eius. Si vis expone prædicta sicut in cap. de Ibernia, vbi simile inuenies.

24 ¶ Arbores solis, & lunæ erant duæ altissimæ arbores in desertis vltra oēm habitationē hoim Indiæ, quarum altera soli, altera lunæ dedicata erat. Et arbor solis in mane oriēte sole, & radiis eius arborē tangentib. concutiebatur vsq; ad radices, & dabat responsa petentib. Similiter & arbor lunæ, vbi in sero a radiis lunarib. tangebatur, vsq; ad fundamentum concussa, ad interrogata rn̄debat sicut exemplificatur de Alexandro, q ab arborib. istis adiit responsum mortis suæ. Istas arbores seruabant, & colebant quidā sacerdotes, qui erant corpore grandes, dentes vt canes habentes, & aures maximas, & pendentes, super arenas nudi iacentes, de amomo & lazere (qđ de quadā propinqua sylua stillabat) necnon de pomis arborū viuentes, & nihil aliud comedentes, & tn̄ vitam suam diutissime protendentes. Vsq;. n. ad istas arbores penetrauit. Alexander, & ab ipsis tam mane q̄ sero, tp̄s, modum & custodiam mortis suæ reportauit. Responsum. n. ei fuit φ infra annum Babylonem rediturus erat, & eam capturus, & ibi ab amicis suis veneno periturus, φ & postea factū est. Ista sumpta sunt ex historia Alexandri. Per solē Christum, & per lunam beatā virginē intelligo, q nunc sursum in cœlo morantur. Abachuc 3. Sol & luna steterunt in habitaculo suo. Per Arbores ipsorū intelligo ipsos angelos, solis & lunæ. i. Christo & beatæ virgini dedicatos. Nam pro certo isti sunt qui radiis solis & lunæ i. grǣ Christi & Mariæ illuminati & tacti, multa occulta aliis reuelauerunt, & prophetauerūt, & ipsos p̄dicando, vel inspirando de his q̄ ad mortem, vel ad salutē pertinent, docuerunt, pomaq; sua, hoc est bona documēta, & exempla, & ēr beneficia tp̄alia suis cultorib. & imitatoribus prębuerunt. Dico ergo φ sacerdotes & religiosi, qui spiritualiter sunt dedicati ad colendum solem & lunā, & eorū arbores. i. Christum & Mariā, & eorum sanctos debent esse grandes per virtutum perfectionem, debēt habere magnos dentes. i. acuta verba per prędicationem, & correctionē, debent habere aures longas per aliorum liberalem exaudinonem: quia. s. ipsi debent libenter audire pauperes elemosynam petentes, peccatores confiteri volentes, & quoscunq; iustitiam requirentes debent insuper in arena pniæ iacere per propriæ carnis macerationem, & solo amomo, & lazere (q̄ sunt species aromaticæ). i. aromatib. virtutum debent spiritualiter viuere per deuotionem. De pomis ēt arborum istarum. i. de beneficijs ecclesiasticis quæ ab istis arborib. i. a sanctis ecclesiarum fundatorib. relicta sunt, debent viuere quātum, ad corpus sustentandū, & sic vitam grǣ continuare debent per perseuerantiam, & durationem. Sap. 5. Iusti autē in perpetuum viuent. Vel dic quòd istæ arbores sunt ęternæ dignitatis eminentiæ, a quibus responsa scripturæ veneriūr, & in quibus poma bonorum paradisi crescunt. Illi ergo qui talia poma comedunt, & qui fructus æternæ gloriæ percipiunt, non amplius morientur aut deficient. vnde Deu. 33. legitur Ioseph fuisse benedict⁹ de pomis & rore. dici. n. De pomis fructuum solis & lunæ, & de pomis collium æternorum. Vel ista possunt dici in principio sermonū sic, Sicut arbores solis & lunæ antiquitus responsa non dabant, nec petentib. respondebant, nisi qn̄ ipsos solis & lunæ lumen & radij tangebant, & corporaliter commouebantur, sic vere p̄dicatores qui solis & lunæ. i. Christi & beatæ virginis sunt arbores, nō possunt cōgrue aliis loqui, & prædicare, nec ipsos de his quæ ad salutem pertinēt informare, nisi primo radiis & influētiis ipsius lunæ & solis. i. ipsius beatæ virginis, & Xp̄i donis & gratijs cœlitus illustrentur, & ab ipsis inuisibiliter moueantur. Est igitur ista illuminatio prius petēda, & vt habeatur, ad ipsos orō propinanda &c. Ad quod ēt pōt applicari de illuminationib. angelorum, quorum. s. superiores illuminant medios, & illi inferiores, nam medij nunquā inferiores illuminarent nisi prius ipsi lumen a superioribus. reciperēt. Cum ergo prædicator sit medius inter Deum & plebē, necesse est vt primo a superioribus. s. a Deo & sanctis illuminationem gratię recipiat, antequam illuminationem doctrinæ auditorib. infundat. Rogabimus ergo vt Christus nos illuminet &c. ¶ Alexāder accepto responso φ Babylonē tūc rediturus, ibiq; moriturus, nō propter hoc omisit illuc ire, tū sed fatis eum ad mortē ducētib, fortunæ se voluit exponere

&

& tamen iuxta responsum arborum, vitam ibidem opportuit
veneno finire. Cum enim Babylonem obtinuisset, & ibi lega-
tos de subiectione omnium partiũ orbis accepisset, in gloriã
elatus, inebriatus fuit, & responsis deorũ oblitus venenũ cum
vino sumpsit, & periit. Ista possunt applicari ad occultam Dei
prouidẽtiam: quæ pro certo si quid ordinauerit, necesse est q
eueniat, nec aliqualiter impediri poterit. Vnde in nobis etiã
sæpissimè percipimus q dato q sciamus nobis in aliquo nego-
tio nõ prosperè successurum, & dato qđ cognoscamus fatuè
agere, tamen spiritu & occulta Dei prouidẽtia ducti, illud fa
cere nõ omittimus, quinimo in fata nostra ruentes illud sæpe
facimus, vnde postea dolẽtes sumus. Exemplum habemus in
Paulo, q quamuis à spiritu sancto didicisset se multa passurũ
in Hierusalem, illuc tamen contra omnium voluntatem iuit,
vbi multa tribulamina sustinuit. Vnde ipse dicit Actuum. 20.
Alligatus spiritu vado in Hierusalem: quæ in ea vẽtura mihi
sunt, ignorãs, nisi quòd spiritus sanctus mihi protestatur quo-
16 niã vincula & tribulationes Hierosolymis me manẽt. ¶ Ale-
xander in epistola ad Arist. refert se vidisse in india multa mi-
rabilia, & primò serpentes qui habẽt tria vel duo capita, quo-
rum erat grossities vt vna grossa colũna, & erecto pectore in-
cedebant, & de ore linguas trisulcas emittebãt & veneno ocu-
lis scintillantibus, halitum pestiferum emittebãt. Quia igitur
caput in scripturis significat intentionem, pectus verò cogita-
tionem, lingua locutionem, oculus cognitionẽ, videtur cha-
rissimi quòd per serpentes istos possum intelligere quosdam
nefarios peccatores, qui in mundo cæteris sunt peiores. Inue-
niuntur enim quidam pessimi q habent plura capita. i. multi-
plices intẽtiones, & plures linguas. i. duplices locutiones. q
proculdubio in suis negotijs & malitijs proficiendis plura ca-
pita constituunt. i. plures fines & vias intendunt, & si in vna
deficiunt, ad aliam statim vadunt. Contra quos Eccl. 3. Væ in-
gredienti terram duabus vijs. In linguis etiam. i. in verbis ipso-
rũ apparet duplicitas, & in omnibus falsitas, & varietas: quia
nũc detrahunt, nunc applaudunt; nũc vnũ in præsentia, aliud
vero in absentia dicunt. Apocal 1. In ore eius gladius bis acu-
tus. Isti ergo vadunt erecti per superbiam, oculi verò suæ sub
tilitatis venena scintillant per malitiam, halitus verò sui mali
consilij & suæ malæ famæ inficit patriã. Iob. 41. Halitus eius
prunas ardere facit. Nam mala fama malorum & eorum con-
silium malum ignem concupiscentiæ immittunt in animos au-
ditorum. Vel expone sicut libr. de animalibus cap. de Angue,
vbi agitur de Hydra quinque capitũ, quam Hercules interfe-
17 cit. ¶ Alexander inuenit in India verspertiliones columbis simi-
les, habentes dentes qui arcus militum violabant. Apparue-
runt sibi & mures ad quantitatem vulpium, quorũ morsu qua-
drupedia, sed non homines expirabant. Sic in ecclesia sunt ve-
spertiliones. i. hypocritæ: qui lucem fugiunt veritatis, & in pu
blico non faciunt facta sua: q proculdubio dentes. i. verba de-
tractoria habent, quibus arcus militum. i. actus hominum bo-
norum impugnant, & detractoriè lacerant, & eos diminuũt
& obfuscant. psalm. Filij hominum, dentes eorum arma & sa-
gittæ. Sunt etiã ibi mures vt vulpes, i. homines malitiosi & do
losi: qui quadrupedia. i. simplices destruunt, homines vero. i.
personas rationabiles quæ suis sciunt obuiare malitijs, nõ of-
fendunt. Vel dic q isti mures sunt demones, qui morsibus tẽ-
tationum suarum benè possunt tam bestias quã homines. i. im
perfectos & perfectos mordere, & omnibus tentationẽ infer-
re, veruntamen homines. i. viri perfecti & discreti, qui sciunt
obuiare huiusmodi morsibus, & p malos cõsensus & opa nõ
pereũt, quadrupedes vero. i. simplices, qui quattuor affectio
nibus vehũtur, carnales. i. & bestiales, istis morsibus tentatio-
num succumbunt. Vel dic q tales mures sunt balliui & vsura-
rij, qui nõ cessant rodere & rapere sicut mures, & quia isti nõ
possunt homines. i. personas potentes, & discretas inuadere,
bestijs tantũ, id est simplicibus & pauperibus se defendere ne-
sciẽtibus solent omnia auferre. 1. Regũ 15. Pepercerunt pin-
guioribus Amalech, & quicquid vile & reprobum fuit, demo-
liti sunt. ¶ Alexãder in finibus Indiæ circa Imarũdem fluuium
18 diluculo in campo patenti vidit homines more ferarũ, pilo-
los toto corpore, nudos, vndis potius quã terræ assuetos, cru
dis piscibus viuentes & aqua. Hos cũ vellet videre, subito se
in fluuiũ immisere volantibus. Et fortè isti sunt illi de quibus
dicit Solin. quòd ibi sunt siluestres quidã hirti corpore, cani-
nis dentibus, stridore terrifico. Iuxta alium verò fluuium qui
odman vocatur, inuenit mulieres in fluuio habitantes, coloris

niuei, capillis post terga diffusis: quæ ignaros natantes in flu-
mine vel submergebant & postea deuorabãt, vel portatos in
arundineta (cum essent mirabilis affectus) venere exanima-
bant, ex quibus Alexander duas solummodo cepit, candissi-
mas, similes nymphis, reliquæ vero se in fluuiũ immerserũt.
Per istos hirtos (sicut supra de Aethiopia) possunt intelligi di-
uites vsurarij, qui p diuitias hirsuti sunt, & caninis verbis &
dentibus terrificis & cõminatiuis stridoribus, pisces crudos
.i. pauperes viuos comedunt & corrodũt. Per illas autem mu
lieres possum intelligere mulieres huius seculi delicatas, quæ
sunt ad litteram cãdidæ, & plus debito capillatæ, quæ etiã fa
tuos per fluuiũ huius vitæ natãtes, quãdo intra laqueos amo
ris sui possunt apprehendere, solẽt infra fluuium deliciarum
submergere, carnes eorum, id est temporalem substãtiam cor
rodere & in actibus venereis ipsos viliter exercere. Quid vl-
tra. Pro certo tam hirsuti prædicti, quam istæ mulieres candi
dæ, id est tã vsurarij quam dominæ modernæ in flumine deli
ciarum, viuere quærunt, & ibi continuè perseuerare volunt.
Sicut enim sensui apparet, sunt duo genera personarũ quæ in
delicijs, volunt viuere, & extra deliciarum fluuium nõ mane
re. psalm. Super flumina babilonis illic sedimus. ¶ Inueni scri- 19
ptum in libro de historia Alexandri quæ est in lingua gallica,
quòd cum ad fines Indiæ versus oriẽtem iuisset, inuenit quod
dam nemus pulcherrimum, vbi puellæ speciosissimæ habuãt:
quæ ex illa sylua nunquam recedebant, sed ibi de odore arbo
rum viuebant. Si verò arborum vmbram exirent, necesse erat
quòd incontinenti perirent. Fortè de istis loquitur Solin. di-
cens capit. de India. Ad Gangis fontem qui accolunt, odore
viuunt siluestrium pomorum. Sylua ista potest significare sta
tum religionis, vbi arbores odoriferæ, id est sanctæ psonæ an
tiquitus floruerunt, vbi ad viuendum puellæ, id est sanctæ mo
niales & virgines se congregauerũt, & odore deuotionis nu
tritæ, sub vmbra arborum, id est sub exemplis sanctorũ & san
ctarum quæ fuerunt ante eas, vitam honestam duxerunt. Sed
procul dubio iam videmus vmbram bonorum exemplorum
multas tales puellas contemnere, & ambitum & clausurã lu-
co sylvæ seu sancti claustri dimittere, & foras exire ad domos parẽ
tum ad coniunctum secularium transire, ideo necesse est mul
tas per diuersa peccata perire, quæ tamẽ syluæ, pudicæ & inte
græ permansissent, si ab vmbra, & sylua claustralis obseruan
tiæ non exiissent. Ideo bene dicitur de talibus. 1. ad Tim. 5. Di-
scunt domos circuire non solum ociosæ, sed & curiosæ atque
verbosæ loquẽtes quæ nõ expedit. Vel dic quòd vmbra arbo
ris est memoria crucis, sub qua pro certo qui per deuotionẽ
manserit, nunquam mortis æternæ periculis subiacebit, ecõ
tra, verò si quis istam vmbram, id est crucis deuotionẽ & me
10 liter corrigi vel puniri. ¶ Vnũ aliud valde mirabile dicit Geruasius ibi esse in Italia in ciuitate Tridona. Dicit. n. qđ ista ciuitas Tridona dicitur, eo quod tribus donis a Deo specialibus decoratur. Nam (vt ait) in vigilia paschæ cum iam hora baptismi euenit. s. eo tẽpore qñ omnes in vigilia paschæ vel pentecostes baptizantur, in fonte baptismi ebullit aqua perlucida, & ad baptismum scaturiens lympidissima. hoc est primum donum. Secundum est quod si quis in fontib. ecclesiæ sancti Quintii dictæ ciuitatis baptizatur, vita eius ad minus vsque ad annum 40. prolongatur. Tertium vero est magis mirabile, quia si quis paterfamilias infra annum mori debeat, si sulcus terræ illius cum aratro scinditur, sanguinẽ manat, q sibi mortem esse propinquã præsagit & demonstrat. Vnde in ipsa ciuitate dicunt ab antiquis fuisse consuetũ q patresfamilias bubulcos suos iurare faciunt q si terrã arando tale signum viderint, suo domino protinus indicabunt. Ista sunt tria dona, a quib. dr̃ Tridona, quæ nescio an adhuc maneant, quia pro certo valde sunt cordis aurib. admirãda. Charissimi per fontes ebullientes intelligo lachrymas prorumpentes, quia pro certo circa pascha quãdo corpus Christi sumendum est, fontes lachrymarum debent in nobis erũpere, vt baptizare possint aĩam & mundare. Per annos. 40. intelligitur pnĩa & status abstinentiæ corporalis, quia Christ⁹, Moyses & Helias tali dierum numero ieiunauerunt. Igitur dico quod quotiens videmus pascha, idest corporis Christi receptionem adesse, s. sb ipso principio quadragesimæ fons lachrymarum debet in nobis bullire, in quo debemus consciam baptizare vt sic possimus istum cibum dignificè manducare. Tandem. n. quadraginta annis. i. per totam quadragesimã vel in statu pniæ & abstinentiæ poterimus per gratiam viuere, & dum in isto tempore seu statu fuerimus, mortẽ peccati non habebimus formidare. Vnde de Helia dr̃ 3. Reg. 19. Ambulauit in fortitudine cibi illius vsq; ad montem Dei 40. dieb. Et sic finaliter terra cordis nostri terrei & indeuoti sanguinem debet fundere, inquantum. s. de Christi morte & sanguine debet præcipuè cogitare, & hoc spãliter circa pascha, quando videmus patrisfamilias Christi mortem seu supplicium imminere, quod potissimum debet esse quando videmus bubulcos patrisfamilias. i. prædicatores & prælatos per prædicationem & corruptionem præsenti tempore nos arare. Igitur iste paterfamilias videtur dicere illud Iob. 16. Terra terra ne operias sanguinẽ meũ. Vel si uis dic q terra fundens sanguinẽ, mortẽ domini sui propinquã denotat, quia p certo si terra corporis nostri sanguinẽ carnalium deliciarũ parturit mortem æternã nobis imminere demonstrat. Illi. n. faciliter morte culpæ & pœnæ pereũt, & infra annum, i. infra tẽpus diuinæ dispositionis inferni mortem incurrunt, in quorũ terra. i. in quorum corpore sanguis. i. sanguineæ & carnales deliciæ profluunt & concurrunt. Vnde Es. 34. Inebriabit terra eorum sanguine & humus eorum adipe pinguium, q a dies ultionis dñi annus retributionis iudicij Sion. ¶ In Italia circa ciuitatẽ Viterbien. est puteus semperè profundo bul-
11 liens, & aquã feruentissimam terribiliter euomens, in quem si equum proieceris, carne statim consumpta sola ossa extrahere videbis. Audiui ẽt quod cathena ferrea ibi consumitur, ita q vsq; ad fundum dimissa multo minoris ponderis extrahitur. hic magnum riuum euomens, ripam habet vndiq; lapideam, quinimo si per terrã cultam sulculum feceris, & de illo riuo aquam duxeris, infra modicum tempus q̃cquid ab aqua tangitur, in naturam & duritiam saxeam conuertetur. Huius autem putei est tam vorax profunditas, quod q̃cq̃d in eum proijcitur absorbetur, & a nullo reficitur aut implet, sicut ẽt dicunt per quendam imperatorem tentatũ, talis vr̃ esse infernus, qui igne incessabili bulliens, consumit & adnihilat quicquid tangit. equos. n. i. luxuriosos & superbos, cathenas etiam. i. alios inchatenant, tyrannos. s. taliter consumit, quod carnẽ. i. delicias, & pondus. i. reputationẽ & famã eis tollit. Lapideã ẽt naturã inducit, & inquantũ duritiã obstinationis & desperationis efficit in damnatis hoib. per quos trãsit. Iob. 41. Cor eius indurabitur quasi lapis. Vel dic q iste puteus est luxuria vel ẽt mala mulier, quæ per mala desideria sp bullit, quia carnẽ. i. subãm cpalem consumit, ossa vero. i. fatuorũ corpa nuda a diuitiis dimittit, ipsa ẽt quicũq; ferreus & fortis hõ pondus reputationis perdit, & lapideitatẽ obstinationis acquirit. Vel dic de mundi prosperitate, vbi bullit concupiscentia triplex, quæ illos pertransit, facit lapideos, obstinatos & duros. Vel ista est mors quę carnem consumit, dimittit, põdus & famam tollit &c. ¶ Itẽ Geruasius ait q in
epatu Taurinen. in descensu Alpium Apeninarum est lacus 12
vous in latiorem amnem prorũpens, in quo (vt ait) ostensus est sibi beuer seu fiber, qđ est animal parte anteriori gressibile, a parte posteriori desinit in piscem, & ideo necesse habet a parte anteriori in terra stare, a parte vero posteriori in qua est piscis, in aqua manere. & ideo istud animal in ripa fluminis in decliui ipsius litoris facit sibi cauernas. Vnde recordatur Bernardus versificator, dicens. Martyres, & spolio non liuore beuer. De isto fac duos. §. vnum. s. qũo diuersas mansiones ædificat, & hic expone sicut libro de animalib. 10. ca. de Castore §. alium autem. de posteriori parte quæ aqua indiget, & hæc expone sicut ibidem § 4. quia. s. a simili castor habet caudam de natura piscis, & iõ iuxta aquas varias ædificat mãsiones &c. vide ibi. ¶ In Italia post mortem Iulij Cęsa- 13
ris tres soles in oriente visi sunt in cælo, qui cito post in vnũ corpus solis coacti sunt, significantes tria dominia. s. M. Lepidi, M. Antonij & Octauij Cæsaris in monarchiã ipsius Augusti esse cõflanda, vel potius significantes q in breui erat vnius & trini Dei fides vndiq; propalanda. Si vis autem scire quomodo tres soles in cælo appareant, vide Senecã li. 1. de naturalibus quæstionibus, vbi dicit quod nubes cum sit quandoque specularis, imaginem solis in se recipit, & in alia in propinquam nubem specularem sibi oppositam imaginem transfundit, sicut ponit exemplum de speculo vbi relucet imago: quia si eidem speculo aliud opposueris, semper in quolibet imaginem videbis. Nos igitur qui verum solem & eius refulgentiam in nubibus videmus, plures soles esse credimus, & ipsos plures in vnum credimus redire, qñ ipsis nubibus euanescentibus cum suis receptis imaginibus solum verum solem in cælo credimus remanere. Ista possunt applicari cõtra hypocritas. constat. n. q in cælo ecclesiæ est dare verũ solem, & nubeas & fictas imagines solis. Per verum. n. solẽ perpetuũ & indefectibilẽ possum intelligere viros iustos, in claritate sanctæ vitæ perseuerantes & ppetuos: sicut dr̃ Ecc. 27. Hõ iustus in sapia manet, vt sol, stultus autem vt luna mutat. Per alios vero soles intelligo hypocritas, quia pro certo nõ sunt veri, sed ficti, & picti, & solę imagines & similitudines veri solis. i. hominum iustorum & bonorum. Sed pro certo inter istos est magna differentia, quia licet propter exteriorem similitudinem non facile discernatur qui sunt veri, & q sunt ficti, paulatim tñ hypocritæ ficti & nubei p defectũ pseuerantiæ euanescunt, & a cæpto splendore bonæ cõuersationis deficiunt, boni vero & iusti sp in bono pseuerant & subsistunt, sicut in religione videmus, vbi ficta apostatant & recedunt, boni vero perseuerant vbi sunt. Et idem de amicis cernitur: quia. s. veri soli nobiscum manẽt, ficti vero deficere & euanescere cõprobant 1. Io. 2. Si fuissent ex nobis, permansissent vtiq; nobiscum. Vel dic q cum antiquitus apparerẽt in mundo plures soles, i. plures Dij, quorum tamen vnus solus erat verus, alij autem omnes ficti & vani, sic factum est q idolis & fictis dijs euanescentibus, Christus dominus solus lucet. Esa. 2. Eleuatur dominus solus in die illa.

## De Iudæa. Cap. 31.

IVdea ẽ regio Palestiæ, de qua dicit Pl. q ibi erat Hierl̃m, ciuitas vrbiũ oriẽtis logẽ clarissima. Soli. vero dicit q in Iudæa fuit ciuitas Hierosolima, sed excisa est. Iudea igitur se- 1
cundũ Solinũ, est regio illustris aquis, vbi est fons Calirhoe, & Iordanis fluuius (vt ait) miræ suauitatis, balsami vinea, &

infamis asphaltites lacus de quib.oib.nihil ad præsens cũ lo
2 cis suis dixeris de eisdem. ¶ Hic igitur dicit vnum valde mirabile de quadam gente Iudeæ, quæ gens dicitur Essenorũ. (Plin. autem hæc omnia recitat sicut ille.) Dicit.o.ꝙ interiora Iudeæ versus occidentẽ Essent habitãt, qui præditi memorabili disciplina, a ritu gentium vniuersarum recesserũt, maiestatis prouidentia ad hunc morem destinati pecuniam nesciunt, castitatem seruant, de palmis viuunt, nullus ibi nascit, nulla ibi fœmina, nec tñ deficit hominum multitudo, nullus cũ eis admittitur. q̃q̃ admitti summopere desideret, nisi quẽ castitatis fides & innocentiæ meritum prosequatur. Quinimmo si quis q̃q̃ leuissimæ culpæ reus ad ipsos intrare voluerit diuinitus summouetur. Itaq; per vniuersum spatium seculorum (incredibile dictu) æterna gens est cessantib. puerperijs. Cuius primo Enagada oppidum fuit, sed iã excisum est. Hæc Sol. Si hæc vera fuerunt, valde miror, quia scriptura quæ in illis partib. fuit facta, de hoc non meminit. Qmã tñ in historia tripertita fit mentio ꝙ ab antiquo apud Indæos fuerunt munachi miræ perfectionis in solitudine philosophantes, sicut dicit. Phil. nescio si forte occasione istorum hęc prędicta dixerint & Plin. & Sol. Per istos possunt intelligi religiosi, & maxime mẽdicantes. Illi.n. non habent filios aut vxores, nec tamen deficit apud eos hominum multitudo. Pecuniam dñt horrere, & castitatem seruare, de palmis .i. diuinis scientijs debent viuere, & hominum culpabiliũ consortia non admittere, sed per perseuerantem stabilitatem in gratia viuere & manere. Sap. 5. Iusti autem in perpetuum viuent. Vel dic qđ isti mendicantes qui sunt æterna gens, & successiue sine defectu status sui sp manent dicũt ꝙ nullus malus põt ad eos, ingredi & manere. quinimo (vt aiũt) illi q mali sunt apud eos, diuinitus summouentur. Diuina.n. prouidentia fit vel quod ta les corrigant, vel ꝙ per apostasiam exeant, vel quod etiã moriantur. Esa. 35. Via sancta vocabitur, non transibit per eam pollutus. Vel dic ꝙ talis est patria paradisi, vbi nullus parit, & vbi est æterna gena, & quo nullus noxius ingreditur. Vnde illi qui ibi fuerunt noxii, vt demones summoti diuinitus dinoscuntur. Esa. 52. Non transibit per te incircuncisus aut im
3 mũdus. ¶ Sicut dicit Geruasius antiquitas ponit quod lignũ de quo facta fuit crux domini, cum Salomon tẽplum ædificaret, fuit inuẽtum ita ineptũ quòd nulli prorsus vsui erat aptum. Si.n. artifices ipsum alicubi locare volebant, semper ipsum aut nimis longum, aut nimis curtum inueniebant, & sic cum ad nihil ipsum aptum iudicarent, intactum dimiserunt. Regina vero Saba quæ de finibus terræ venit ad Salomonẽ, in spiritu vidit quod in illo ligno erat quidam occidendus, propter quem erat iudæorum populus destruendus, quod eidem Salomoni prædixit, qui hoc timẽs, ipsum lignum sub terra profunde abscondit, & in loco postea probatica piscina facta extitit. appropinquante autem aduentu Christi, lignum in aqua supernatauit, & exinde (vt aiunt) cæpit motio quæ descendente angelo facta fuit, & hoc lignum esse crucẽ domini dicunt, quia isto ligno tandem reperto. Iudæi inde crucem dominicam fabricauerunt. Aiunt etiam istud fuisse de ramo ligni vetiti quem Adam de paradiso secũ tulit, vel eũ angelus paradisi custos vni de filiis Adę plantandum tradidit, & sic idem lignum quod homines damnificauit, salutẽ eorum per crucem domini reformauit, & vt vnde mõs oriebatur, inde vita resurgeret, ordinauit. Vide si vis historiã in florib. sanctorum, & allega ista si vis ad laudem crucis. Vel per istud lignum dyscolos homines intelligo & peruersos, quos in religionis ecclesiæ templo video hodie abundare. q pro certo ad nullum vsum nec vtilitatem sunt congrui siquidem artifices templi hoc est prælati, si velint de ipsis aliquid facere, & ipsos ad aliquod opus faciendum constituere, vel eis aliquid præcipere, nunquam istos aptos vel vtiles reperiunt. Semper.n. sunt vel nimis longi, vel nimis curti, quia sp sunt superflui vel diminuti, vel nimis intensi, vel nimis remissi, & breuiter in actibus & voluntatibus suis inueniuntur sine mensura, nam aut plus quam debeant vel minus semper agunt, quo fit vt in omnibus tanquam inutiles dimittantur, & nulli vsui officio vel exercitio deputentur. Hiere. 13. Ecce computruerat, ita vt nulli vsui aptum esset. Isti ergo vident valere ad Christum crucifigendum. i. ad bonos homines suis iniuriis cruciandos. Sunt quippe tales farui crux & flagellum bonorum, & afflictio & tribulatio sociorum Iohelis 2. A facie eius cruciabuntur populi. Vel si vis, narra prædicta historialiter ad commendationem crucis, & ad ostendendum qđ istud lignum quo fuimus damnati, est illud quo fuimus saluati, vt vnde mors oriebatur, inde vita resurgeret. Vel põt allegari quod non est scientia neque consilium contra dominũ. Salomon.n. abscondit lignum, ne malum a regina Saba pronosticatum posset euenire, adueniente tamen tempore Deus aliter voluit ordinare. ¶ In Iudæa prope Nazareth ostendnar 4
locus qui dicit saltus domini. vnde Iudæi voluerunt ipsum præcipitare, vt dicitur Lu. 4. Et secundum Geruasium ibi est lapis in rupe quasi latibulum, vbi rupes domino cessit, & eũ abscondit, ita quod ibi adhuc apparet forma vestimentorũ eius impressa. Istud applica & dic quod illi quibus dominus se commisit sub latibulo sacramenti altaris. s. sacerdotes, dñt vestimentorum suorum. i. conuersationes suę per imitationẽ vestigia retinere, & ea in se repręsentare & habere. Iob. 23. Vestigia eius sequutus est pes meus.

## De Libya. Cap. 32.

Libya est regio Aphricæ cuius partes meridionales feruidæ sunt & desertæ. Sunt.n. aliquæ regiones in Aphrica vbi sunt tot dracones, leones & tigrides furiosi, ꝙ 1
nullus mortalium illuc vadit, quin protinus deuoret. Quod maximè in regionibus feruidis & desertis accidit, vt in Libya & Aethiopia, nisi forte qui illuc accedunt, armis & viris b. sint muniti. Sic vere in inferno (quæ regio igitus ardoribus est perusta) sunt tot dracones & leones. i. demones crudeles quod nullus peccator illuc descendit, quin ptinus deuoret, nisi forte armis charitatis, gratiæ & virtutis optimã sit munitus, vt sunt illi sunt in purgatorio, qui q licet ab illis animalibus tueantur, ardorem tamen sentiunt regionis. Ionæ. 4. Aestuauit Ionas æstu magno &c.

## De Liuonia. Cap. 33.

Liuonia est regio in finibus Germanorum, cuius incolarum ritus fuit mirabilis antequam ad fidei cognitio- 1
nem per Germanos cogerentur, quippe qui dęmonijs seruiebant, & cum aliqui eorum moriebantur, corpus eorũ sepulturæ non tradebant, sed facto igne maximo corpus cõburebãt, oues & boues, seruos & ancillas cũ eo incendebãt, & si princeps erat cõsiliarios & armigeros sibi adiungebat, credentes ꝙ ille defunctus vna cũ aliis sic perueniret ad quãdã viuentiũ regionẽ. Charissimi, cemiteriũ in quo debent aiæ sepeliri, est paradisus. Sed pro certo mũdus est sicut Liuonia, quia cũ pctõres moriunt, aiæ eorũ in paradisu non ponuntur, sed in igne permaximo sepeliunt. i. in incendio infernali, vbi perpetuo cõburuntur. In Tophet.n. sepelicntur, eo ꝙ non sit alius locus ad sepeliendum. Hier. 19. Tophet interpretatur gehenna pauoris, hic est infernus: vbi est gehenna & pauor sempiternus. Sed boues & diuitiæ cum eis cõburentur, vt secum eas deferant ad infernum, quia ad maximã sui cruciationem, damnati habebunt suas diuitias secum. s. in memoria per remorsum conscientiæ. & ideo dicitur Sap. 4. Etenim quod factum est, cum illo qui fecit, tormenta patietur. Serui etiam ancillæ consiliarii & per ītecum principibus inuoluuntur; quia diuite vel principe mortuo per impietatẽ & damnato, tota eius familia similiter moritur, ei consẽtiẽs & applaudens, quia princeps qui libenter audit verba mendacii, omnes ministros habet improbos. Prou. 29. Et iõ qñ finaliter moritur corporaliter, & igne inferni sepelitur, tunc ministri sui qui ei in voluptatibus applauserunt consulẽdo, & exequendo, vel quomodolibet adiuuando, ei in supplicijs adiunguntur, quia qualis rector ciuitatis, tales hi qui habitat in ea. Eccl. 10. & ad Rom. 1. Qui talia agunt digni sunt morte, non solum quia faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.

## De Lithonia Cap. 34.

Liuonia est regio in Scythia, in qua tantum est de paludibus & de fœcibus, quod in æstate vix potest capi, sed adueniente hyeme paludes & flumina congelan- 2
tur, & sic illa regio peruia efficitur. nil præter hoc habet quo se tueatur. Sic vere in æstate prosperitatis mundanæ Lithonia, idest status diuitum vix potest superari, quia p paludes deliciarum, per fœces diuitiarum ab omnibus se

defendunt

defendunt, sed adueniente hyeme mortis, quando istæ aquæ
& paludes frigore tribulationis gelabuntur, quantum ad ip
sos, & eis penitus auferentur, tunc ab inimicis suis demonijs
facile poterunt superari, quia præter lutum, & fœces diuitia
rum, munitiones alias gratiarum, & virtutum non habent.
ideo poterit tunc dicere diabolus illud Ezec. 38. Ascendam
ad terram absque muro, veniam ad quiescentes habitantesque
que securè vectes, & portæ non sunt eis &c.

### *De Macedonia.* *Cap. 38.*

1 MAcedonia est Græciæ prouincia, in qua sunt mon-
tes altissimi, & in sursum erectissimi, quos gigan-
tes vt cœlum ascenderent, dicuntur (secundũ So-
linum) antiquitus construxisse, atq; hi ita alti sunt
quòd per Deucalionis diluuium, aquæ illuc minimè pertige
runt. Ibi in cauernis adhuc inueniuntur testæ conchyliorum
& alia quæ mare expuere consueuit, in signum præteriti dilu
uij, ita (prout dicit idem) quòd licet illa loca sint in facie medi-
terranea, apparent tamen specie littorali. Per Macedoniam
vbi rex extitit Alexander, intelligo statum ecclesiæ, vbi Chri
stus Imperator regnat. Per istos montes intelligo status per-
fectionis, qui ibi sunt, quos gigantes .i. sancti patres fundaue-
runt. Igitur qui à diluuio damnationis, & tentationis tutus
esse desiderat, montes religionis, & perfectionis ascẽdit, ubi
per contemplationem sursum ad cœlestia se extollat. Licet .n.
mare, idest mundus vel diabolus ibi soleat ad tentandũ ascẽ
dere, & redundantias malarum cogitationum ibi spuere, il-
los tamen, qui sunt in cacumine contemplationis positi, nec
potest tangere, nec nocere. ideo bene præcipitur Gen. 19. Nõ
2 maneas in omni circa regione, sed in monte saluum te fac. ¶ In
Macedonia est mons Athos altissimus, qui secundum Soli-
num altior est, quàm vnde imbres cadunt. Quod ex hoc pa-
tet, quia in ara, quæ in eius summitate est, nunquam cineres
eluuntur, sed eodem quo relictæ fuerint cumulo remanent.
Et quod mirabile est (vt ait) vmbra illius montis vsque in in
sulam Lemnon in forum oppidi Myrina porrigitur, qui ta-
men locus ab ipso monte per sex & octoginta millia passuũ
elongatur. In summitate autem eius fuit oppidum Acrothõ,
cuius accolæ Macrobij dicti sunt, id est longæui, propterea quòd
dimidio alijs vita sunt diuturniores. Ille mons significat pa-
radisum, qui quamuis sit ab insula huius mundi remotissi-
mus, vmbra tamen, id est opinio famæ suæ, & fides, & creduli
tas de eodem peruenit vsque ad nos. hic est enim diutissimè,
id est perpetuo viuitur, & ubi cinis nostræ humanitatis post
quam ibi, ascenderit, flatu nullius tribulationis diluitur,
sed in esse perpetuo confirmatur. Sapienti. 5. Iusti autem in
perpetuum viuent.

### *De Melo insula.* *Cap. 39.*

MElos secundum Isidorum est insula omnium insula
rum rotũdissima, bonis omnibus opulenta. Sic para-
disus iucũdus est, quia in cœlo Empyreo bonis om
nibus fœcundatur.

### *De regione Media.* *Cap. 37.*

MEdia est regio oriẽtis propè Persidẽ, in qua est quæ-
dam arbor quæ pomũ portat summè odoriferum
1 & venenis contrarium, quæ arbor spinosa est, & po-
mum eius summè amarum. Vnum tamen in hoc est
mirabile, quia arbor hæc tantæ fœcunditatis existit, quòd po
mo vno collecto, statim aliud nascitur & consurgit. Aliud
etiam est ibi mirabile, quia scilicet arbor hæc non potest ex-
tra Mediam nasci, quia multi eam alibi transplantare volue-
runt, sed (sicut dicit Solinus) beneficium terræ Mediæ datum
resistente natura, aliæ terræ vel patriæ mutare nequierunt.
De illa etiam loquitur Plinius libro. 12. capit. 3. qui secun-
dum omnia præmissa, dicit similiter quod hæc arbor alibi
quàm in Media vel Perside generari nequit. Illud etiam po-
mum, malum assyrium vocat, quod ad anhelitum confer-
re prædicat. Per Medium intelligo ecclesiam, quæ dicitur
Media, quia medium iustitiæ & temperantiæ semper tenet,
vel saltem tenere debet. Ezechi. 5. Ista est Hierusalem, in me
dio gentium posui eam. Arbor illa significat quemlibet vi-
rum iustum, qui scilicet per pœnitentiam est spinosus, & per
bona opera fructuosus, intantum quòd vno fructu, hoc est
bono vno opere emisso & facto, statim aliud per bonũ pro
positum nascitur, & tandem per consensum & complemen-
tum parturitur. Ista .n. sunt poma .i. bona opera quæ per dif-
ficultatem sunt amara, veruntamen contra venena peccati,
sunt cõgrua & sana. Igitur in illa terra nulla est patria, nulla
secta (præter Mediã .i. in ecclesiã) quæ tales arbores .s. viros iu
stos valeat continere, quia istud beneficiũ sibi soli cõcessum,
nõ possunt aliq alterius sectæ mutuare. Vel dic quòd media est
religio, & expone per omnia sicut supra. Vel dic quòd tales arbo-
res significant quosdam qui in aliena patria nõ proficiũt, sed
solum in patrio solo sistere volunt, & vbertatem fructuũ &
bonorum suorum, hoc est, scientiarum & virtutum alijs cõ
municare nolunt. Prouer. 5. Habeto eas solus, & nõ sint alie
ni participes tui. Vel dic quòd ista terra est beata virgo, quæ arbo-
rem Christũ sola portare digna fuit, quod vtique natura na-
turã Deus, nulli alteri cõmunicauit, quæ in bonis operibus
ita fuit fertilis quòd nũquam destitit aut cessauit, odorq; istorũ
fructuum .i. operum suorum mirabiliter se diffudit, & quam
quam essent amara & difficilia, & veneno hoc est peccato cõ
traria, gustus tamen suæ deuotionis se in ipsis plurimũ dele-
ctauit. ¶ Caspiæ portæ sunt in Media, quæ nihil aliud sunt 2
quàm quidam trãsitus manu facti ex transuerso montis Tau-
ri, qui per rupes scissas per octo millia passuum protenditur,
& ita strictus est, quòd vix vni plaustro permeabilis inuenit. Trã
situs ergo per istas portas in hyeme est difficilis, sed in æstate
est impossibilis. nã per viginti octo milia passuum circũqua
que nec fons nec puteus reperitur. Tũc etiam tota illa via in
finitis serpentibus lacessitur, Ab illis etiam rupibus exũdant
humores affluentissimi, qui statim vt exiuerint, in salem con
gelantur, & sic tot malis concurrentibus, iter præterquã in
hyeme denegatur, vt ponit Soli. Per istas portas possum in-
telligere mundum, vel etiam mundi status, qui scilicet portæ
dicuntur, quia per eos vitæ istius spatium necessario pertran
situr. Veruntamen multa pericula spiritualia sunt in isto trã
situ, & hoc plus in æstate prosperitatis, quã in hyeme aduer
sitatis & paupertatis. In ista enim prosperitatis æstate tria pre-
cipua pericula vigent, scilicet puteorum, & fontium .i. bono-
rum spiritualium, gratiarum .s. & scientiarum carẽtia, propter
quam surgit sitis, id est ambitio, & auaritia, serpentum .i. de-
monum, & malorum hominum abundantia, & aquæ salsæ .i.
bonorum temporalium opulentia, quæ in sal conuertuntur,
inquantum ex eis nascuntur sitibunda desideria. Ista .n. tria
in portis, & in transitu vitæ huius dum durat æstas prosperita
tis, securum iter impediunt, quæ tamen in hyeme aduersita-
tis cessant penitus, & deficiunt. Tunc .n. cũ fontes bonorũ spi
ritualium plus abundant, serpentes, i. demones minus ten-
tant, & mali homines, & inuidi minus grauant, & sales bono
rum temporalium minus obstant. Igitur plus valet ad transi
tum huius vitæ hyems, quam æstas, & plus aduersitas, quam
prosperitas, quia sicut Gregorius ait. Cum omnis fortuna ti
menda sit, magis tamẽ prospera quam aduersa. ¶ Propè Per
sidem & Mediam est Seleucia prouincia quædam, vbi est quæ-
dam mons altissimus dictus Casius, de cuius vertice sol an-
te diem videtur, hoc est quarta vigilia noctis, ita vt radijs dis
sipantibus caliginem, illic nox, hic dies cernatur, sicut dicit
Solinus. Talis inquit ex Casio specula est, vt lucem prius vi-
deas, quam auspicetur dies. Ista eadẽ dicit Albertus de Car-
caso monte, secundum Catholicon, vbi nox nunquam durat
nisi per quattuor horas. Vide ibi. Talis mõs vr̃ fuisse synago-
ga Iudæorum, & scriptura veteris testamenti, quia pro certo
anteq̃ sol iustitiæ oriretur, per fidẽ ibi videbatur, & cognosce
batur, & durãte nocte caligine diuersorum errorum, vel no
cte, id est obscuritate, & velamine legis antiquæ, antequã sci
licet adueniret dies gratiæ, & claritas veræ fidei, sol iste Dei,
filius inde per sanctos patres videbatur, & venturus prædica
batur. Vnde ipse sol Christus Ioann. 8. de seipso dicit. Abraã
exultauit vt videret diem meum, vidit, & gauisus est. Et Esa.
9. Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam,
habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Vel
dic quòd iste mons est cõtemplatio vel scriptura, a qua pro
certo in nocte præsentis vitæ dies futuræ claritatis cernitur,
& in qua sol, id est æternæ claritatis gloria per consideratio-
nem vr̃ antequam realiter habeatur. Esa. 33. Oculi tui vide-
bunt Hierusalem, regionem opulentam, tabernaculum fidu
ciæ &c. Forte mõs iste est de quo loquitur quasi simile Pom-
ponius. vide in eodem libro capi. 68. in fine. ¶ In Perside sunt 4
multa

catores & nautas suos per mare vsq; in Ophir vna cũ nautis & nauis regis Tyri, & exinde aurũ sibi deferebant & lapides preciosos pauos & simias, & dentes eburneos, & ligna hebenum. Sic vere rex illius qui sursum est Hierlm, Salomon pacificus Iesus Christus per mare poix mittit nautas suos prædicatores, vt de ophir (quæ interpretatur infernus) i. de ecclesia militante, quæ multis tentationibus & tribulationib. infirmatur, vsq; in Hierusalem triumphantes pauos. i. nobiles & curiosos, simias. i. diuites & peccatores pilis diuitiarũ indutos ei deferant & deducant (inquantũ isti per pdicationẽ conuertuntur, & sic ad cælestẽ palatiũ transferant) & vt et aurum sapientiæ, ebor cõtinentiæ, lignum hebenũ. i. memoria crucis & pniæ lapides preciosi diuersarum virtutum p mercatores & nautas hmõi. i. p sanctos vel prædicatores, vel ẽt per angelos regi Christo superius in cælesti Hierlm præsententur, quæ oia ab ipsis in montib. aureis sacræ scripturæ in Ophir hauriuntur. Isti tñ vadunt cum nautis regis Tyri, qui erat paganus, quia pro certo cum bonis prædicatoribus sunt vadunt & eis cooperantur philosophi & sciæ paganorum. Vel dic q isti pagani sunt hypocritæ & mali, qui cõmixti sunt bonis, & sunt serui diaboli regis Tyri quæ interpretatur timor vel angustia, & significat infernum, vbi angustia erit cum perpetuo timore &c. vide infra. 3. Reg. 4.

## De Paradiso. Cap. 41.

1 Paradisus est quidã locus & quædam regio orientis, lõgo mari & montium interiectu a nostro habitabili separatos. Vnde (sicut põt colligi & dictis Basilij & Ambrosii in suis hexame. & Isi. li. 15. & magistri historiarũ super Gen. 2. & Damasceni & aliorũ doctorũ, iste est locus cæteris altior, quia attingit vsq; propẽ globum lunarem, vt aiunt. Cæteris insuper clarior, quia eo nubes non ascẽdunt. Cæteris item pulchrior, quia ibi arbores flores & folia non deponũt. Cæteris ditior, quia ibi oium generũ arbores sunt. Cæteris tpatior, quia ibi fontes & flumina semper fluunt. Cæteris tutior, quia ibi hoĩes sp viuunt (vt pater de Enoch & Helia, & quia mori ignei ipsum locum circuẽũt, & ipsum et angeli custodiunt & defendunt. Cæteris fæcundior, quia ibi oium generũ fructus sp adsunt, & maxime illi qui de ligno vitæ colligũtur, qui viuere sp faciũt, & qui in ligno sciæ crescunt, de quib. qui comederint, cuncta sciunt. Pro certo talis paradisus vĩ esse hõ iustus. is. n. cæteris est altior per contemplationem, clarior per discretionẽ, pulchrior per conuersationem, ditior per virtutum cumulationem, tpatior per prudentiæ moderationẽ, tutior per vitæ gratiæ durationem, p ignis charitatis ascensionem, & per angelicam tutelam & p tectionem, fæcundior per bonorum operum documentorũ & exẽplorum pductionem. Iste. n. paradisus, hoc est, viri iusti mens. vsq; ad orbẽ lunæ. i. vsq; ad cælum per affectionem eleuatur. In isto non ascendunt nebulæ carnalium desideriorum, præter qđ nulla obscuritate ignorantiæ obtenebratur. In isto semper virent flores exemplorum & folia honestorũ verborum, pp quod ibi pulcherrimẽ conuersatur. In isto sunt fontes deuotionis, compassionis & compunctionis, pp qđ concupiscentiæ moderatur. In isto conscientiæ puritas, murus igneus. i. charitas, Angelica custodia & societas, propter quod vita sua gratiæ in esse cõtinoatur, & a nulla hostis violentia impetitur, sed tutissime defensatur. In isto sunt fructus virtutum & meritorum, quib. fæcunditas spiritualis augẽt, ita quod ibi est fructus scientiæ, quo alij per ipsum docẽtur, & fructus vitæ, hoc est, elemosyna, qua alij per ipsum a morte & fame liberantur. Ille est ergo paradisus voluptatis, de quo dicitur Gen. 2. Talis potissimẽ paradisus fuit beata virgo, in qua dei filius voluit spatiari, & ibidem psonaliter cõmorari, ideo Gen. 2. dr. Plantauerat dominus paradisum voluptatis a principio, in quo posuit hoiem quem formauerat. Vel dic q oia de ecclesia, vbi ẽ claritas & veritas fidei, & vbi errorum nebulæ non attingũt, & vbi ẽt sunt arbores sciæ. i. doctores, arbores vitæ. i. san ti viri, exempla vitæ dantes, vel elemosynas alios nutriẽtes &c. per oia sicut supra. vnde Eze. 31. Oia ligna voluptatis erant in paradiso Dei. Vel dic q talis paradisus terrestris significare põt paradisum cælestẽ, vbi altitudo honoris, pulchritudo decoris, claritas splendoris, fæcunditas valoris, tutela securitatis, fructus voluptatis &c.
2 ¶ Paradisus cælestis habet multas proprietates, quæ possunt hic ad ecclesiam applicari. In paradiso. n. quilibet est contentus gloria sibi datã, ita vt alter alteri non inuideat, nec officium suum occupet aut turbet. Item est ibi charitas inæstimabilis, tranquillitas imperturbabilis, claritas indiscusabilis, æternitas indefectibilis, securitas immobilis, & similia. Sic dic q in ecclesia debet esse contentatio sufficientiæ, q a quilibet debet esse contentus gloria grado & statu suo. Itẽ charitas amicitiæ claritas sapientiæ, incorruptio perseuerantiæ tranquillitas pacis, & concordiæ securitas spei, & fiduciæ, &c. similia. ¶ Infernus est regio in terræ medio, secundũ aliquos in centro inferius cõstituta. vnde nota q cæteris locis terrenis iste est capacior seu insatiabilior, periculosior, crudelior, obscurior, ardẽtior, dolorosior &c. Sic vere pctõr, & maximẽ auarus põt dici infernus insatiabilis, quia auarus diuitijs non satiatur. Prou. 27. Infernus & perditio nunqua replentur &c. Aba. 2. Ipse quasi mors, & non adimpletur. de inferno loquit. & Seneca, Cupiditates crescunt nũ replentur. Item in inferno est crudelitas, quia demones quos capit inferius. sunt crudelissimi, sic illi quos capit auaritia. Chryso. Fugiamus auaritiã, q a crudelissima St. o. ppriã famã negligit, multo fortius alienã. Itẽ est ibi tenebrositas. Sic in istis est tenebrositas ignorãtiæ. Patet q a in tenebris & occultis abscõdunt pecuniã, & faciunt contractus suos. Patet ẽt eorum cæcitas, eo q munera t palia æternis præponunt. Ceci. n. sunt & duces cæcorũ. Mat. 15. Item est ibi timor. Sic in auaro, q sp timet perdere diuitias suas. Sen. Quãtum accessimus ad successum, tantum accessimus ad metum. Item est ibi fætor. Sic auarus seruat oia quousq; fatigant & putrescant. Item est ibi ardor. Sic in istis æstus auaritiæ & iracundiæ. Adhuc ignis in domo impij. Mich. 6. Item est ibi dolor, quia ẽm Hiero. Simulata lætitia mens intrinsecus auara torquetur. Item comparatur inferno ratione nois. Tartarus. n. dr, quia oia turbata sunt, quia conturbat domũ suam qui sectatur auaritiã. Prou. 15. Itẽm dr infernus, eo q infra sit. Sic auaritia est infra terrã quærens metalla. Item quia est ibi ignis. Mar. 9. Ignis eorum non extinguetur. Item quia omnib. pænã. Sic auari maximas pænas sustinent pecuniam acquirendo, seruando & perdendo. Exemplifica quomodo ab omnibus præpositis & balliuis conturbantur, & nota quomodo laborant. Psal. Laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem.

## De Pygmea. Cap. 42.

Pygmea ẽm Plinium est prouincia in India, cuius gens est parua, vix bicubitalis, æquitans super arietes, & in quarto anno generant in septimo autem senescunt, & in æstate collecto exercito militant contra grues, & earum oua frangunt ne si pulli perficerentur, contra eos multiplicarentur hostes. Sic aia super arietem. i. super carnem militat contra diabolum vel contra pctã, & ideo oua gruũ. i. carnis & demonum mala desideria & cogitationes debet primo extirpare, & si habet quatuor annos. i. quatuor cardinales virtutes generabit per bona opera, & quãdo vlterius habebit alios tres annos. i. tres virtutes theologicas, seniũ pfectionis attinget. Vide in tractatu de aialibus. ca. de Pygmeis, vbi posui satis plene.

## De Pictauia. Cap. 43.

Pictauia Galliarum puincia est, quæ quamuis videatur mirabilib. carere, ego tñ q de ista patria natus sũ, scio ipsam in multis mirabilib. non minus aliis abũdare, Et sic cũ dicat apostolus q inuisibilia per visibilia cognoscunt, nõ vos mihi illa mirabilia, quæ de alijs narrant esse impossibilia, cõ in partib. meis inueniã æqualia vel maiora ¶ Igitur dico q in oceano Aquitanico cui pictauia cõtinuat, sunt aues quæ lingua illa dnt crauás, q nõ sunt posita sed fortã na scuntur. n. de lignis abietinis in mari & fractura nauium putrefactis. Nam circa huoi ligna ex aqua & ligni corruptione quædam postulæ quasi glareæ gñantur, quæ paulatim in auicularum similitudinem conuertuntur, quæ per rostra ad ligna pendentes, penitus vita carent quãdiu sic adhærent arbori. Successiue aũt t pis tenaculum cui adhærebant rũpiẽ, & in aquã cadẽtes viuificant, & paulatim sumptis alis aues p fectæ efficiunt, q magni & translucentes, carnes lympidissimas habere noscuntur, sicut ego possum perhibere testi- 2 3

moniũ, qui comedi. Istæ ergo aues licet a ligno putrido oriã
tur, naturã tñ ipsius nullatenus imitãt. Ista possunt applica
ri ad genus humanũ. constat.n. quod nos omnes de ligno pu
trido, s. Adamo originem ducimus, & eidem per carnis ꝓpa
gationem adhærendo, sine vita gratiæ, imo cum morte origi
nalis criminis nati sumus. Sed qd pro certo quando in mare
& in aquã baptismi mersi fuimus, diuina gratia nos viuifica-
uit, alis virtutũ dotauit, & in nigredine humilitatis & trans-
lucentia honestatis nos vestiuit, & finaliter nos ad paradisũ
volare fecit. vnde de muliere quam dracon persequebatur, dr.
Apoca. 13. qd datæ sunt ei alæ, & volauit. quia mulier, i. hu-
manitas quæ a dracone diabolo fuerat persecuta, alis virtu-
tum assumptis per baptismum, ab eius impetu est salua. Vel
dic ꝙ lignum est crux in quo pro certo aues. i. homines spirī
tualiter sunt generati, & mediante mari pniæ vel baptismi vi
ta diuinæ gratiæ & tãdem gloriæ sunt dotati. Vel dic ꝙ istud
potest exponi de multis qui licet sint originaliter a ligno pu
trido. i. a. vili & rustica plebe oriundi, quandoq; tamen acci-
dit quod ipsi cadunt in mare mundanæ prosperitatis, vbi ac
quirunt plumas. i. diuitias tpales, & tunc pro certo mutãtur
ĩn aues. i. in supbos, volũtq; fieri nobiles & milites, & primã
suam originẽ obliuiscentes, sursum per superbiam eleuantur
& volare cum alijs auib. i. cũ alijs nobilib. ad sella gloriãtur.
Datę sunt illi alæ aquilę quæ volauit. Apoc. 12. Vel dic ꝙ ista
auis est homo, qui quandiu ligno. i. mundo coniungitur per
desiderium, sine vita & mortuus inuenitur, quãdo aũt in ma
ri pænitentiæ rupto tenaculo mali amoris submergitur, tũc
ĩn au · n. i. in virum perfectũ ñ spiritualiter transformat. Vel
põt exponi de bonis filijs, q malorum & putridorum patrũ
non imitantur naturam. vide supra li. 1. c. de frigiditate, vbi
3 inuenies multa. ¶ De istis autem vel alijs similib. auib. narrat
Geruasius aliter. dicit. n. quod in Britannia maiori (quæ est
Anglia) in comitatu Cantiæ ad confinia abbatiæ de Farrchiã
ĩn littore maris sunt arbores paruæ ad salicum quantitatem
ex quibus nodi more germinum pullulãt, qui tandem in aui
culas transformantur, quæ per rostra pendentes ad arbores,
tandem viuificatæ facta aliquali sui commotione quasi prin-
cipio consummato, ĩn mare decidunt vel per aera volantes
liberè abeunt & recedunt. Sunt autem (vt aiũt) ad quantitatẽ
anserum paruulorum, pẽnis varijs intermixtæ. de istis nescio
an eædem sint cum prioribus, quia possibile est quod in natura
sint duę species auium taliter generatæ. Igitur dico quod, Ta
lis videtur fuisse Christus, qui. s. sine carnis corruptione in
parua arbore, i. in beata virgine fuit genitus, ibique spũ sctõ
viuificatur, & in mare huius mundi per natiuitatem cecidit,
vnde tandem per ascensionem ad paradisum volauit. psalm.
Ascendit super Cherubin, & volauit. ¶ In Pictauia omni an-
4 no veniunt quædam aues nigræ cum rostris longis rubeis &
acutis, quæ ab incolis corgalerans in lingua gallica nominan
tur, quæ in altis turribus nidificantes, in paucis locis eligunt
sibi ædes. In turribus. n. de Mallesiaco, de Cosdreio & de Cla
rauallæ solent aues hmõi habitare, anno quolibet circa hye-
mem recedere, & pullificationis tempore reuenire. In istia
ergo admiranda est prouidentia, quia ante aduentum suum
duos vel quatuor de sociis suis mittunt, qui quasi explorato
res venientes, & vtrum loca vbi nidificarunt bene stent cum
diligentia contemplantes, tandem ad alias redeunt, & post
modicum totum gregem secum deducunt, quæ in æstate pul
los faciunt, & aduenientе hyeme quo se conferant nescitur.
Pulli istarum sunt pingues & boni, antiqui vero valde sunt
sicci, insipidi atque duri. Illæ aues solas comedũt carnes. Vñ
vidi aliquas quæ in domibus diuitum nutriebant, quæ in die
bus veneris & sabbati comedere pisces nolebãt, sed aut pe
nitus ieiunabant, aut quodam naturæ sensu lumbricos terræ
sub terra sentientes cum suis rostris acutis mirabiliter extra
hebant, & inde quousq; carnes dabanť vita miserã sustenta-
bant. Talis auis vr̃ fuisse Christus, quia. s. de occultis regioni-
bus paradisi ad mundum illum venit, & ante suos explorato
res & nuncios. s. prophetas misit, & sic ad mundũ illũ veniẽs
fideles per gratiam & ꝑ pdicationem in mundu pullificauit.
Nã carnes. i. carnales ꝑ cõpassionẽ comedit, et ipsos lũbricos
i. ipsos pctõres de terra. i. de amore terrenorũ cũ rostro. i. cũ
verbo suo rubeo & charitatiuo acuto & seuero extraxit, &
tãdẽ in ascensiõe ad locũ vñ venerat, remeauit, dicẽs illď Io.
16. Exiui a pr̃e & veni in mũdũ, iterũ relinquo mũdũ, & vado
ad patrẽ. Vel dic ꝙ tales significat religiosus, & maxime illos

q habitus portant nigros. Isti. n. oĩ anno ad capitula sua con-
ueniũt, & pro præparandis necessarijs aliquos ante se mittũt
post vero ad loca sua redeunt. Isti ergo in altis turrib. nidifi-
cant. i. in cælo per contemplationem. Isti etiam pullos gene-
rant, iuuenes. s. inducendo ad suã religionem. Isti insimul vi-
uunt per concordiam & dilectionem. comedũt carnes. i. car
nales per flebilem compassionem, & cum rostris. i. cũ verbis
suis rubeis & acutis & caritatiuis & seueris lũbricos. i. pctõ-
res de terra. i. de amore terrenorũ extrahunt per prædicatio
nem. sicci sunt & macilenti per carnis maceratiõem, nisi for
te dum sunt iuuenes, quia tunc magis participant carnalem
ẽmpinguationẽ. Vel dic ꝙ isti sunt mali dæmones, qui cater
uatim ad nos veniunt, & carnes. i. carnales per tentationem
comedunt, & lumbricos. i. auaros de terra. i. de mundo per
montẽ extrahunt, & eos in inferno deuorant & consumunt.
Deut. 32. Deuorabũt eos aues morsu amarissimo. Vel dic ꝙ
ĩn religione sępe fit ꝙ nouitij & iuuenes sunt senib. per deuo
tionẽ pinguiores, leues vero iuuenibus per obstinationẽ du
riores, & per indeuotionẽocciores. Accidit aũt de istis aui
bus (sicut a fide dignis audiui) quod in quadam turri vbi ni-
dificare consueuerant, homines vt meliurẽ eis pararẽt loca
quasdã cledas de virgis factas ibidem per modum solarij po
suissent, contingit ꝙ vna istarum auiũ inter virgas pedẽ im-
mittens caperetur, & capta inuẽta ab incolis necaretur. Qď
videntes aliæ, & hoc ex insidijs factũ esse credẽtes & sibi ad
iniuriam imputantes, locum dimiserunt, & per plures annos
a suo aduentu solito cessauerunt. Istud ergo applicari põt q
nos si fuerimus prudentes aues mundũ istũ, vbi nidificare so
lemus, quem. s. plenũ insidijs & periculis esse cognoscimus
& vbi quã plurimos perijsse & deceptos fuisse videmus, de-
bemus quantũ ad affectum dimittere, & ad aliũ locum, vipo
te ad religionem vel ecclesiã corporaliter, & ad paradisum
spiritualiter nos transferre. psal. Transibo vsq; in locum ta-
bernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei. Quod tñ est cõ
tra multos similes columbis, quæ in loco vbi omnes pdeces
sores suos vidẽr pullos amisisse, vel captos fuisse, ꝓpter hoc
nidificare non cessant &c. vide supra li. 7. c. de columba. ¶ In
Pictauia in mari prope monasterium sancti Michaelis in ere 5
mo, inuenta est qñq; vna auis quæ ab incolis lingua gallica
dr̃ Pes in ano, gallice, pid en cul, & hoc ꝓpterea q a ista auis in
parte posteriori sub cauda vnum pedẽ ad modũ anseris ha
bet, quo in mari sicut remigio se gubernat. Ista ergo ꝑ ter-
ram nunquã ambulat. Aut. n. per mare natat, aut ꝑ aerea sur
sum volat. Non. n. habet pedes ad ambulandum, sed pedem
vnum quo ad natãdum vtitur. Igitur cũ in scriptura ꝑ pedẽ
intelligatur affectio, per volatũ cõtemplatio, per mare pnia
vel religio, per ambulationem vero quæ in terra fit, intelliga
tur terrenorum negociorum administratio, possum dicere
quod auis ista significat mihi bonum religiosum, qui vnico
pede. i. vnico affectu hoc est, sola affectione & desiderio
æternorum debet esse contentus, quo circa posteriora. i. cir-
ca considerationem mortis debet esse munitus. Isto. n. mediã
te debet per mare pniæ se dirigere, ad terram autem, i. ad ter
rena bona & negocia nũquam debet accedere, nec se debet
accedere, nec se in eis per auaritiam vel per administrandi
sollicitudinẽ implicare, sed solũmodo debet aut per cõtem
plationem sursum ascendere ad cælestia aut per regularem
obseruantiam in mari pniæ transmutare. iñ tali vr̃ loqui dñs
Mat. 18. Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem & claudũ,
quam duos pedes habentem mitti in ignem ęternum. ¶ In pi 6
ctauia & etiam in multis partibus Galliarum aliqua sunt flu
mina in quibus dr̃ è cælo cadere manna, i. congregatio ver-
miculorum alatorum, qui sursum in aere, quãtum tenet spa
tium fluminis & circa per unum cubitum, generãtur, & cer
to anni tempore dum sol est in virgine, de aere cadentes &
pluentes, ipsis piscib. cib. efficiuntur, verum dum cadunt vi-
ni sunt, sed postquam ceciderunt, examinantur & moriunt.
Vnum tñ audiui mirabile quod vbi papiliones isti cadunt, si
vnum in manu tua receperis, & diligenter attenderis, ipsum
statim in tres vel quatuor multiplicari videbis, & primo pa
rẽte in partes diuiso, de qualiber particula vermem alatum
reperies, quem postquam aliquantulum volauerit, ad terrã
cadere mortuum cito cernes. Aliqui vero dicunt ꝙ isti ver-
mes quasi de profundo fluminis ebulliendo nascuntur. Vi-
detur tñ magis verisimile quod superius sicut & aliæ multæ
impressiones in aere generentur. Pisces igitur fluminu
istum

istum cibû cælitus sibi missum auidè recipiunt in illo tempore pingues & sapidi valde fiunt. Piscatores ét illos qui radût in littore congregant,& de ipsis hamos suos inescant. Fluuios autem talis est manna in Pictauia, Sequana in Francia & Câpania, Ligeris in Turonia, Veronis in Tolesana ꝓuincia. Talis vermiculus proculdubio fuit Chrs, qui dicit. Psa. Ego sum vermis,& non homo. Nã iste sursum in sinu patris genitus,& in aere.i.in beata virgine de rore scti spiritus carne sumpta, descendens ad mundi fluuium, homo factus, ipsis pisciculis.i.pctôribus factus est in sacramento altaris nutrimentum & cibus, dicens Io.6. Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Et iterum. Caro mea vere est cibus. Iste.n.tûc ad nos descendit, quando sol Dei filius signum virginis.i.signum virgineum perambulauit. Et illud proculdubio magis est mirabile, quia quamuis iste vermis,s.Christus in altari in plures particulas diuidatur, in qualibet tamen viuens vermiculus.i.ipse Christus totus inuenitur, qui diuisionis detrimenta non sentiens, totus & integer in qualibet particula reperitur, sicut de cerio paschali cantur, quod licet sit diuisus in partes mutuati tñ luminis detrimenta nô nouit. Iste ergo postquam aliquandiu in mundo circuiuit & volauit, quo ad humanitatem mortuus fuit,& pisces.i.fideles donis & virtutib. impugnauit, quam vtiq; debemus in altari auidè & deuotè recipere,& etiam piscatores.i.prædicatores debent hamos verborum suorum ad alliciendum pisciculos peccatores, cibo isto spûaliter inescare. Tu das escã illorû in tempo-
7 re opportuno. ¶ Vnum mirabile est in Pictauia, quod qa vñ incredibile nullatenus recitarem, nisi vulgatum & expertum a fide dignis audirem. Est.n.prope castrum quod dicitur Mirabellum, oppidum paruulum, quod in lingua gallica Puytalle, latinè vero scissuspodius nuncupatur, cuius dominus cum progenie sua super serpentes dicitur mirabile dñiû habuisse. Vnde fit ꝙ si dominus dicti loci ad locum quantûcunque serpentib. plenum accesserit,& alte clamando ꝙ de loco recedât, ex parte domini de podioscisso ꝑceperit, nullus vnquam ibi amplius serpentem videbit: quinimo tunc recedentes inueniunt,& lacto edicto ibidê amplius nô morant. Istud proculdubio non crederê nisi a cunctis vulgatum & creditû esse scirem,& nisi etiã in scripturis similia reperirem, sed quia Sol.& Plin.de Marsis & psillis maiora recitant, ideo ad ista credendû me necessario inclinant. Ista possunt applicari de exorcismis ecclesiasticis qa si sacerdos exorcismos scrãles fecerit,& serpentibus.i.demonibus ꝙ recedant ab hoie præceperit, ipsi pro certo statim fugient,& verba execrationis vel coniurationis ecclesiasticæ sustinere non valentes hominê si se eis per peccatum non subiecerit, in pace & quiete dimittent. Quilibet.n.sacerdos virtute clauiû habet coercêdi demones ptâtem iuxta illud Lu.10. Ecce dedi vobis potestatê super serpentes & scorpiones,& super omnem virtutê inimici. Vnde audiui narrari ꝙ diabolus qui quandã monialê specie viri cognoscebat,& eã de monasterio clausis ianuis extrahebat, postquã de parentum volûtate consecrata fuit, ipsam tangere non valebat, ꝗ tñ ejdem a longe apparebat,& apostatare inducebat. Cognito ergo ꝙ diabolus esset, pæ-
8 nituit,& virtutem consecrationis agnouit. ¶ In illa parte Pictauiæ quæ dr Sautonia, inueniũt fuit aliquando Nereides, q sunt pisces formam humanam habentes. Vnde audiui ꝙ in Oceano iuxta territorium quod dr Arûtum, tales pisces inueniuntur, qui capti pro miraculo reseruantur. De quo éi videtur recordari Pli. dicens li.9. Nec pauciores inquit in Sanctorum littore. Sequitur: Nereides vero multas. Et ibidem dr ꝙ sub diuo Augusto plures in littore apparuere Nereides exanimes. Igitur pôt dici ꝙ istę Nereides formã mulierum habentes, rône tamen humana carentes, significant malas mulieres, quæ solum formam humanam & rationê vût habere, inquantum nunquam volunt actus rationis facere, sed in aquis deliciarum cum piscibus.i.carnalibus residere. Item sicut a fide dignis audiui, in Sautonia prope Subisiã est cimiterium sancti Amani, cuius satis est mirabilis côditio, quiã.s.si quis de illa parochia moritur cum sepulchrum eius effoditur, nunquam mausoleum reperitur, verutamen si aliquis extraneus sit sepeliendus, statim quod in cemiterio cauare inceperis, a casu mausoleum præparatû inuenies. Atq; sic cemiterium illud extraneis sepulchra præparat, q tamen a ciuib. suis abscôdit & occultat. Ista possunt applicari ꝙ magis debemus fauere extraneis quam propinquis, quia pro cæteris parib. magis debem⁹ peregrinis & extraneis beneficia impendere quam ciuib. atq; notis,& hoc quia ciues melius possunt ibi necessaria prouidere, extranei vero magis noscûtur quam alii indigere. ideo bene præcipitur Deuter.10. Vos ergo amate peregrinos. Vel dic ꝙ isti cimiterio sunt similes multi, qui extraneos stipendiant & honorant, ipsosq; secum habere gloriantur & amant, ciues vero notos & familiares contemnunt,& dare eis seruitia vel officia nunquam volût. familiaritas.n.côtemptum parit & illa quæ de nouo veniût, animos magis diligit, diuturna vero & si pluris valeant, vili pendit. Cuius tamen contrarium docet sapiens. Eccl.9. Non derelinquas amicû antiquum. nouus.n.non erit, similis illi.

## *De prouincia* Cap. 49. 1

Prouincia est pars galliarû superior, ꝓpè Italiam, q antiquitus Gallia Narbonensis est dicta. Ista ergo vsque introitû Italię protenditur,& versus Lugdunensem Galliam taliter dilatatur, quod etiam ciuitas Viennen. in Narbonensi prouincia computatur, vt Plin.li.2. de naturali historia.ca.4. dicit. Est ergo Gallia Narbonensis illa portio galliarum quæ nunc dicitur Prouincia, cum suis adiacentib. in qua proculdubio sunt multa mirabilia a natura creata, q ad mores redacta, sunt ad salutem animarû vtilia atq; sana. Igitur secundum Geruasium in Prouincia in ciuitate Arelaten. fuit antiquitus ante Christi aduentum valde detestandus ritus, quia omni anno tres iuuenes de côi emebantur & pascebantur,& in fine anni Kalendis decembribus immolabãtur,& sanguis super populum aspergebatur,& sic pro salute populi sanguis innoxius fundebatur super aram quæ inter duas columnas altissimas erat posita in suburbio vrbis, loco qui antiquitus rocheta dicebatur. Trophimus autem Christi discipulus regê & populum conuertit,& hunc ritum detestabilem amouit,& sanguinê fundendû pro populo, Christi sanguinem intelligendum monstrauit. De isto autem ritu videtur Plinius recordari.li.7.c.2. vbi ait. Nuperrime trans Alpes hominem immolari, gentium earum more solitum. Charissimi quamuis iste esset horror & error paganorû, potuit tamen esse figura diuinorum sacramentorum. Per istos .n.tres iuuenes intelligo Christum, q tres iuuenes, i. triplex iuuenis potest dici, cum triplicis sit naturæ inquantum continet animam corpus & diuinitatem. Hic ergo pro salute populi fuit immolatus,& aspersiône sui sanguinis populus a criminib. expiatus, quia sicut dicitur ad Heb.9. Omnia penè in
sanguine mundantur,& sine sanguine non fit remissio pecca 2
torum. ¶ Item Geruasius dicit quod in prouincia Aquen. castro quod dicitur Baldimentû, est rupes rubea instar coralij rubei, cuius fragmenta si fuerint accensa, diuturnum lumen præbent,& quandiu materia durauerit, semper lucent,& ponitur hic de Asbesto lapide, qui semel accensus semper ardet, de quodam etiam candelabro in templo veneris quod semp ardebat. Sed de hoc vide cap. de Asbesto. Adhuc Geruasius quod hic sunt quidam cerei quos refert antiquitas a beata virgine cum domino præsentatos in templo, qui côtinuo ardentes nunquam consumuntur. De candela etiã beatæ Mariæ Atrebaten. dicitur quod quamuis sæpissime accendatur, nullatenus minoratur. Legi ét in chronicis quod tempore Henrici secundi imperatoris Romæ fuit inuentû corpus Pallantis gigantis integrum, quod plus quam mille annis sub terra fuerat, nec ꝓpea corruptû, imo côtra muros vrbis erectû ad murorum cacumina attingebat. In latere autem vulnus habebat ad latitudinem quatuor pedum,& habebat epitaphiû inscriptum. Hic iacet Pallas filius Euandri, quem lancea Turni militis interfecit Fuit autem Euâder de primis Romæ fundatoribus. In capite ergo sepulchri inuenta est lucerna, quæ nulla aqua, nec vento aut liquore aliquo extingui poterat. Philosophus autê quidam suum ingenium probare volens, lapidem de subtus ꝑforauit,& statim subintrante aere lumen extinxit. Per talia lumina charissimi pût intelligi viri iusti, qui exêplis & doctrinis illuminant totum mundû Mat. 5. Vos estis lux mundi. quia pro certo sancti q in igne charitatis fuerût accensi, lumê & lucerna totius mûdi fuerunt, qui in têplo domini reluxerunt,& ad caput gigãtis mortui Christi (qui duplicis substantiæ gigas dicitur) per suæ mortis memoriam iacuerunt, sicut de Apostolis & pri-

diligentes & bonos sed potius pigros & deliciosos, quinimmo tales inde deponuntur, nec ibi viuere permittuntur. Alio modo audiui de ista turre, videlicet quod custodes nocturni quandiu vigilant, nihil timent, si vero dormierint, ad ripam propinqui fluminis sed positos in mane reperient. Istud ergo de prælatis potest dici, quia vere si in turri ecclesiæ sibi commissa per diligentiam non vigilent, sed in delicijs torpescant, & dormiant, inde deponi merentur. Si vero sint diligentes & vigiles, ibi manere sine molestia comprobantur. Ideo Apocalyp. 3. Esto vigilans, & confirma cætera quæ moritura erant. Si ergo non vigi
7 laueris, veniam ad te tanquam fur, & nescies. ¶ Item audiui quod in ciuitate Viennen. est turris quam demones fundauerunt totam integram. Narratur autem (nescio an vera narratione) quod cum in illa turri quendam clericum inimici sui quibus inuisus erat, inclusissent, de nocte facta a demonum inuocatione, Viennam se & turrim portari fecit, quæ adhuc ibi integra perseuerat. Istud significat quod turres, i. alti principes, & potentes, qui clericos. i. res ecclesiasticas iniuste detinent, a diabolo portabuntur a sua patria in aliam. i. de mundo ad inferos transferent. Ad litteram etiam tales ecclesiasticarum rerum prædones videmus terras & possessiones vendere & tandem locum; & terram præ paupertate mutare. Iob. 14. Mons cadens defluit, & saxum trans
8 fertur de loco suo. ¶ In prouincia in diocesi Aquen. est quoddam castrum quod dicitur Noth, in quo magna rupes est, quæ si digito modico impuleris, totam ad facilem motum duxeris, si vero totum corpus aut infinita plaustra boum admoueris, immobilis perseuerat vt Geruasius dicit. Plinius vero simile videtur recipere, dicens libr. 2. c. 98. quod iuxta harpaza oppidum Asiæ cautes stat horrenda, vno digito mobilis, eadem si toto corpore impellatur, resistens. Istud potest applicari ad officium correctionis. Sunt enim multi ad modum rupium duri & obstinati, & ad omne malum ponderosi & inclinati, qui tamen si digito tangantur. i. si ostensiuè, & manuductiuè benigniter tractentur, & suauiter & sine violentia a prælato vel prædicatore vel confessore arguantur & corrigantur, statim mouentur ad bonum, & a duritia sui propositi remouentur, si vero cum toto suo conatu & impetu, adhibitis scilicet violentis punitionibus & exasperationibus ipsos mouere & corrigere contenderint, nihil proficiunt, quia magis ac magis indurati, in suo malo proposito stabilius & obstinatius radicantur. Magis ergo proficit digitalis & benigna monitio quàm humeralis & impetuosa correctio ideo prælati qui magis vtuntur austeritate quàm benignitate, reprehenduntur a domino Matthæi. 23. dicente quòd ipsi alligant onera grauia & importabilia humeris hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Ac si diceret quòd melius est digito monitionis mouere, quàm grauibus oneribus homines fatigare. Vel dic quòd hominibus qui contra fortes tribulationes præ
9 ualent, & contra leues minus constant. ¶ Vnum notabile dicit Geruasius quod in diocesi Nasonen. est castrum Dei Iouis, quod in quadam valle vndique altis montibus circunsepta positum, vsque ad tempora Caroli magni nullus venti flatus quamquam leuissimus intrauerat, propter quod ipsa vallis quæ glebam habebat fertilem, in se penitus sterilis erat, & omni humano commodo inutilis permanebat. Verum causam sterilitatis reperiens vir sanctus Cæsarius Arelaten. Archiepiscopus mare Ponticum adijt, & chirotecam vento maris impletam constrinxit. Accedensque ad dictam vallem inutilem, chirothecam contra quendam scopulum iniecit, ventumque perpetuum in Christi nomine emittere eum iussit, sicque factum est quòd rupes facto foramine per scissuram ventum semper eructat, quem Pontanum ventum, quasi a ponto diuinitus illuc translatum, vulgus appellat. Certos autem habet terminos ille ventus, quos non transgreditur. Vnde illi qui in valle ab ipso flagellantur, si extra vallem exeant, ab eius impetu liberantur. Terra autem illa virtute flatus facta est salubris & infœcunda, quæ vsque ad Caroli magni tempora fuerat infœcunda. Dic quòd ista terra significat genus humanum, quod. s. nullum fructum bonorum operum antiquitus producebat, imo propter peccatum Adæ & propter carentiam boni flatus. i. sancti spiritus, qui ipsam donis & gratijs non perflabat, sterilis spiritualiter permanebat. Esa. 47. Venient tibi simul duo hæc, sterilitas & viduitas. Sed quid? Pro certo episcopus noster Christus huic sterilitati compatiens, de mari paradisi ad scopulum huius mundi ventum. i. spiritum sanctum attulit, ipsumque super corda fidelium spirare iussit, & sic mediante eo vallem humani generis donis & gratijs fœcundauit, dicens illud 4. Regum. 2. Sanaui aquas has: & non erit vltra in eis mors neque sterilitas. ¶ Idem Geruasius dicit quod mirabi- 10
le est, quod aqua maris aliquando constringatur in glaciem, aliquando condensetur in salem. A parte. n. septentrionis mare propter intensa frigora congelatur, a parte vero meridiei mare propter calores intensos in salem inspissatur. & sic vult concludere Geruasius quod impossibile est oceanum in circuitu nauigare, & hoc (vt ait) quia aqua eius in meridie calore densatur, in aquilone vero frigore constringitur & congelatur. Plinius vero lib. 2. c. 69. Naturalis historiæ alterius est opinionis, & ostendit quomodo Oceanus fuit totus diuersis temporibus nauigatus. Dicit enim quod aliqui ex Hispania in Aethiopiam pro mercaturis nauigant, alij vero de Aethiopia in Indiam transfretant, & sic isti per partes orbis torridas transmeant. Dicit etiam quosdam fuisse qui de India in Germaniam tempestate appulerunt. Et constat de Germania in Hispaniam nauigijs iri posse; & sic (vt ait) est possibile totum circuitum oceani nauigasse. Dimissa ergo ista disputatione, solummodo moralizemus verba Geruasij. & dicamus quòd valde est periculosum & difficile transire Oceanum huius vitæ fluctuosæ, nam quia ibi viget frigus indeuotionis, quod quosdam per obstinationem congelat, viget etiam ibi in alijs calor concupiscentiæ, auaritiæ, & ambitionis, qui quosdam per patientiam condensat, & in salsam amaritudinem salis eos mutat, ideo difficile est ibi tute sine peccato viuere, & inter tot impedimenta est quasi impossibile virtualiter nauigare. 2. ad Co-
rin. 11. Periculum in mari. ¶ Item dicit idem quòd in prouin- 11
cia in castro de Pinolen est aqua lympidissima, quæ quamuis omnia decoquat, nunquam tamen bullit. Expone sicut supra ca. de Gallia. §. 10. vbi inuenies de fonte cuius aqua non bullit, & tamen coquit, & de alio cuius aqua bullit, & tamen non 12
coquit. ¶ Item ponit Geruasius de vermiculo quo tinguntur preciosi panni, & dicit quòd in prouincia in aliquibus maris confinijs est arbor in lingua illa dicta. Quas, cuius cortex, fructus flores, & folia carissimè venduntur, & est ad quantitatem dumi, cum folijs pungitiuis, circa cuius radicem circa mensem Maij generantur quædam pullulæ, molles, & humore rubeo plenæ, quæ rore cæli ibi generantur, & inde magistraliter ne humor defluat, euelluntur, & ad solem siccantur, postea in corio consuuntur. Circa vero æstiualo solstitium in vermiculos conuertuntur, & de sanguine illorum vermium color qui vermiculus dicitur, efficitur de quo (quod mirum est) nullus pannus lineus tingitur, sed solum in re quæ de re animata excerpitur, vt in serico vel in lana color eius imprimitur, qui color vermiculus appellatur a vermibus. Reuera per istum vermiculum possum Christi purpureum sanguinem intelligere, & per vermem possum ipsum Christum spiritualiter annotare, qui etiam dicit in psal. Ego sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Igitur dico quòd de arbore paradisi fuit assumpta pustula roris cælestis. i. ipse Dei filius benedictus, qui calore sancti spiritus excoctus, positus fuit in corio vteri virginalis, vbi sine virili semine per beatam incarnationem in vermem. i. mortalem hominem est mutatus, quia sicut dicitur. 2. Regum. 23. Ipse est sicut tenerrimus ligni vermiculus. Sanguis igitur istius vermis fuit extractus per passionem, vt exinde tingeretur anima per passionis diuinæ meditationem, & colorarerur & ornaretur per virtutum omnium perfectionem, sicut dicebat illa beata Agnes, sanguis eius ornauit genas meas. Sed vnum est aduertendum quòd iste preciosus color, hoc est tinctura sanguinis Christi, & suæ compassionis, non adhæret lino vel canabi. i. affectioni & conuersationi malorum insensibilium & mortuorum, sed solum adhæret lanæ vel in serico, quæ de rebus animatis excerpuntur, idest vitæ & conuersationi iustorum per gratiam viuificatorum. Nam sola lana. i. sola affectio vel conuersatio viri iusti, animati & viuificati per gratiam, virtute Christi sanguinis spiritualiter coloratur, mali vero obstinati & spiritualiter mortui conuersatio, virtute huius sanguinis nullo pacto immutatur. Ideo de iusto dicitur Genes. 49. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum. ¶ Gratia præmissorum Gerua-
sius recitat de vermibus qui sericum faciunt. Dicit. n. quòd isti 13
vermes sunt a principio quasi semina sinapis, qui in vere pannis inuoluti, in sinu dominarum & virginum tenentur, ibi caloris beneficio viuificantur, & in vermiculos transformantur, qui folijs mori expositi, ipsa statim rodere incipiunt: et super tabulam expansi cito in vermium grossitiem crescunt. Aduenientes ergo tempore operandi continuantes ieiunium sericum ex se et ex suis visceribus conficiunt, circa se exinde globum faciunt et in eius medio se includunt. Post pauca vero tempora in

ſtar papilliönum alati globũ ſerici penetrant, & dũ auolare
parãt, maſculi fœminis ſe copulãt, ſicque triduo caudatim in
æſtu ſuæ libidinis perſeuerant, qui ambo moriunt pariter &
expirant, maſculus autẽ primo moritur, poſtea autẽ fœmina
moriẽdo ſemẽ emittit, vnde eo (quo dictũ eſt) ordine genera
tio tandẽ creſcit. Proiectis eius cadaueribus ſemẽ generatio
nis recipitur, & vſque ad veris tẽpora reſeruatur. Vincẽtius
vero hunc vermen videtur vocare lanificum vel bõbicem,
quod idem eſt, & inde facit titulũ. De iſto etiam verme phy-
ſiologus meminit, qui vermes iſtos bombyces vocat. Hæc au
tẽ miſcere hoc loco nolui, quia ſupra in libro de animalibus,
de bõbyce ponit. Per iſtud ſemen quod non eſt de natura hu
mana, & tñ per calorẽ humanũ transformat in vermẽ, intelli
go Dei filiũ benedictum, q de ſui diuinitatis natura nihil ha-
bebat humanum, imo ipſe ab æterno fuit ſemẽ cœleſte & di
uinum. Iſtud ergo ſemẽ patris in tẽpore veris, vt potè in mar
tio, fuit in ſinu humano, in gremio. ſ. vteri virginalis poſitũ,
vbi diuina virtute fuit ſicut in terra aliena, in vermẽ. i. in ho
minem transformatum, & ad rodendũ folia mori i. cibos ex
teriores mortales, & ad lucẽ hui⁹ aeris editũ & emiſſum, ita
q propriè de iſto ſemine Dei patris 'poteram⁹ dicere ipſi pa
tri illud Gen. 15. Scito q peregrinum futurum ſit ſemen tuũ
in terra non ſua. Iſte ergo vermis Chriſtus vbi vidit tẽpus fa-
ciendi opus ſalutis humanæ, ieiunium & abſtinentiam cõti-
nuauit. Mat. 4. Cũ ieiunaſſet. 40. diebus. &c. Et de ore ſuo te-
lam & ſericum doctrinę euangelicę propinauit. Tãdem amo
re vxoris ſuæ, ſ. animæ Chriſtianæ, mortem ſubijt, & ſemen fi
liorum Dei p gratiã generauit, ita q fideles poſſunt dicere
illud Iob. 8. ſemen Abrahæ ſumus, & non ſeruiuimus vnquã.
Vel dic q per iſtos vermes intelligo vſurarios & auaros, q p
certo in principio ſunt ſicut ſemẽ ſinapis. i. parui pauperes &
minuti, & de humili plebe nati, & more ſinapis ad accipiẽdũ
ruſticos per naſum (iuxta vrbanum vocabulũ) præparati. Sed
pro certo in ſinu hominũ. i. in curia magnatum, per fomen
tum alicuius pſonæ, & per ſuſtentamẽtũ alicuius prælati vel
principis, iſti quandoq; i ſtatu creſcũt, & vermes groſsi. i. ma
gni iudices & officiales, vel etiam vſurarij diuites fiunt, q om
nia folia. i. omnes poſſeſsiones aliorũ vſuris & rapinis corro
dunt. Iſti etiam quandoq; ieiunant, & vix ad ſaturitatẽ come
dere volũt, & ſic habitaculum ſericũ. i. domos plenas diuitijs
ſibi cõſtruũt, & tãdẽ alati papilliones. i. nobiles & milites fie
ri volũt, ſeque poſtea cũ ad plenũ ditati ſunt in libidine exer
cere contendunt, & in delicijs viuere pponũt. Sed vere cito
venit mors temporalis & æterna, per quã gaudia cũcta per
dunt. Semẽ autem ſuum improbum, ſ. malos parẽtes & filios
deſerunt poſt ſe, qui ſimili modo poſt parẽtes ſuos folia mori
. i. pauperum poſſeſsiones diripiũt & cõſumũt. Ideo tam de
patribus q̃ de filijs põt dici illud Eſa. 1. Væ gẽti peccatrici, po
pulo graui iniquitate, ſemini nequã filijs ſceleratricis. Vel dic
q multi ſunt qui licet diuina virtute gẽiti, ad gradum alicui⁹
perfectionis pducti, filoſq; ſacrę ſcripturæ paſti fuerint, ieiu
nijsq; intenderint, & p prædicationem ſericã. i. multa bona
documenta ex ore ſuo emiſerint, & tandem alijs cotẽplatio
nis receptis ſurſum ad celum per affectionem euolare propo
ſuerint, fit tamen quãdoq; q cum fœminis per luxuria ſe co-
pulant, & ſic vitam gratiæ, famæ & gloriæ perdunt, & per cul
pam & æternam miſeriam ſe occidunt & necãt, & ſemẽ ma-
lorum exemplorum alijs tribuũt & ppinãt. & ideo dicit Au
guſtinus. Nihil adeo virilem animum ab arce contemplatio-
nis eijcit, ſicut fœminæ blandimenta. Vel dic q bõbyx quæ
quãdo vult operari, totũ ſtercus de vẽtre ſuo eijcit, & tũc ad
ſolem corpus eius luceſcit, & tãquã textor induſtrius, vt me
lius operi vacet, tunc comedere renuit, ſignificat bonũ reli-
gioſum, qui ſtercora diuitiarũ debet de vẽtre ſuæ affectionis
per contemptum eijcere, & per honeſtam conuerſationẽ lu-
ceſcere, ieiunio & orationi intendere, ſericum virtutum cõte
xere, & ſic alis cõtẽplationis receptis, & ſpirituali generatio-
ni. i. prædicationi vſque ad mortem vacare & intẽdere exem
plo Chriſti, qui poſt ieiunium iuit ad prædicandum. Math. &
Luc. 4. Vel dic quod bombyx quæ ſepelit ſe in filijs ſuis, vt me
lior renaſcatur, ſecundum phiſiologum, eſt vir humilis, qui in
hoc mundo ſe ſepelit, & recolligit i ſeipſo, vt tãdẽ in reſurre
ctione alatus & glorificatus renaſcatur i paradiſo. Vel dic q
iſte eſt bonus ſcholaris, qui folia mori, id eſt ſcientias ſapien
tum debet per ſtudium rodere, & in filis, ideſt in libris ſuis ſe
dẽs per ſtudium inuoluere & abſcõdere, & vt meli⁹ addiſcat,
aliquotiens ieiunare, & ſic per acquiſitionem ſciẽtiæ poterit
alatus & fortificatus, alis ẽt beneficiorum dotatus ad patriã
reuenire, & ſi neceſſe ſit, vxorem accipere, & generationi va
care. Figura de Iacob, Gen. 30. & deinceps, q in terra aliena
diuitias & vxores ſeruiẽdo Labã acquiſiuit, & ad parẽtes po
ſtea diues rediuit. Quia pro certo ſcholaris qui ſeruiẽdo La-
ban, hoc eſt doctoribus, in terra aliena moratur, vxorẽ. i. ſciẽ
tiam acquirit, & diuitias cumulat, & ſic gaudens ad propria
reuerti comprobatur. Apoc. 12. Datæ ſunt ei alæ duæ aquilæ,
vt volaret. Duæ. n. alæ ſunt ſcientia & diuitiæ, quæ per ſtudiũ
acquiruntur. Vel dic q bombyx quæ moriẽ generãdo, & ei⁹
fœmina pariẽdo, ſignificat hæreticos & malos ſuggeſtores, &
eorum ſubditos ſequaces & auditores. Iſti. n. dũ generãt. i. dũ
male docent, ſuggerunt & prædicãt, per culpã & mortẽ æter
nã moriuntur, fœminæ vero. i. ſequaces & auditores finaliter
tunc pereunt, dum verba concepta pariunt. i. dum mala ta-
lium documenta exequuntur. Quod etiã de quibuſcunq; ma
lis ſuggeſtoribus poteſt dici, quia doctor & diſcipulus, & præ
ceptor & executor damnantur. ad Rom. 1. Quoniã qui talia
agunt, digni ſunt morte æterna, non ſolum ipſi, ſed qui eis cõ
ſentiunt. ¶ Adhuc gratia præmiſſorum (licet ſim extra mate- 14
riã prouinciæ) occurrit mihi quod dicit Odoricus, videlicet
q circa montes Caſpios ſunt quædam loca vbi naſcuntur pe-
pones maximi, in quorũ medio beſtiola ad modũ chirogril
li naſcitur, quæ vna cũ pepone matre ſua cibus incolis effici-
tur. Talis beſtiola eſt Chriſt⁹ qui ſine virili ſemine in vtero pe
ponis. i. virginis matris natus in ſacramento altaris fuit hoi
bus cibus factus Io. 6. Caro mea vere eſt cibus. ¶ Dicit Ger- 15
uaſius q i prouincia eſt inſula himẽſis, vbi pollet religio mo
nachorũ, in quã inſulam nullus penitus vermis intrat. Sic ve
rè dico q null⁹ vermis inuidiæ vel cogitationis pverſæ debet
intrare in locum vel collegiũ vbi ſolitũ eſt religioſos & mo
nachos habitare. ¶ Secundum Geruaſ. in prouincia eſt quidã 16
fons perlucidus, in quem ſi lapidẽ vel lignum vel aliquid hu-
iuſmodi materiam proieceris, ſtatim de fonte pluuia aſcẽdet
qua te totũ aſperſum & humectatum videbis. Talis fons eſt
beata virgo, vel etiam Chriſtus, vel quilibet ſanctus, quia p
culdubio ſi in ipſo aliquem lapidem. i. aliquam orationẽ vel
deuotionem proijcimus, vel ſi pro ipſis eleemoſinam vel pere
grinationem, aut aliud bonũ opus facimus, ſtatim pluuia ſuæ
gratiæ veniet, aqua nos humectatos ſentiemus. Gene. 2. Fõs
egrediebatur irrigãs ſuperficiẽ terræ. Vel dic q talis fons eſt
homo impatiens, quia ſi ipſum lapide alicuius diſplicẽtiæ p-
cuſſeris, ſtatim ipſum cõtrate iſurgere, & te verbis & iniurijs
nitentẽ ſummergere videbis ita q tu poteris dicere illud pſ.
ſuper me confirmatus eſt furor tuus, & omnes fluctus tuos i
duxiſti ſuper me. ¶ Item Geruaſ. dicit q in puincia in dioceſ. 17
Aquen. in caſtro Põtenes tẽpore ſuo erat nux quę a cornice
ferebatur plantata, & cũ aliæ nuces fructificabãt, hæc globũ
inſtar pomi vel pineę faciebat, quo fracto ſex vel ſeptẽ aut de
cem nuclei quandoq; inde eliciebantur. & intra inueniebant.
Talis nux videtur eſſe crux, quam cornix nigra. i. Iudeorũ po
pulus plantauit & erexit, quia p certo fruct⁹ eius, ſ. Chriſtus
multos nucleos. i. multas virtutes in ipſo cõtinuit. Vñ ſi vis
habere ſex nucleos. i. ſex opera miſericordiæ, vel ſeptẽ mora
les virtutes, vel decem mãdata legis omnia in illo fructu po
teris repetire. Dan. 4. Fructus eius nimius & eſca vniuerſorũ
in ea. Vel dic quòd arbor eſt eccleſia, fruct⁹ eius eſt vir iuſt⁹,
qui de nucleis & de lignis ſpiritualibus. i. virtutibus plura cõ
tinet, & exẽplariter exhibet &c. ſicut ſupra. Vel dic q nuclei
eccleſiæ ſunt religiones & collegia, intra quæ multę continẽ
tur pſonæ. &c. Vel iſta nux eſt paradiſus, in qua vnus fructus
Deus multos miniſtrat nucleos, ideſt diuerſam multitudinẽ
præmiorum. ¶ Item Geruaſius dicit quòd in prouincia ad cõ 18
finium vrbis Maſsilien. arbor erat quæ ad modum fabæ ſili-
quas faciebat, ſed in ipſis ſiliquis nihil præter lapides contine
bat, ita vt ibi fructus expectanti, lapides ferret. Adhuc etiam
intellexi eſſe in prouincia tales arbores. Dictum eſt tamẽ mi
hi quòd iſtæ ſiliq ſunt comeſtibiles, fructus tamẽ interiores
duri ſunt. & lapidei & infragibiles. Pro certo tales ſunt mul
ti, qui exterius in apparentia videntur habere ſiliquas, ideſt
videntur prætendere aliqua bona ſigna producendi bono-
rum operum bonos fructus, vt potè quia habent bona verba
vel bona virtutum principia, ſed pro certo contrarium eſt,
quia ſi ipſos aperire & inueſtigare volueris, nihil boni in ip-
ſis inuenies aut videbis præter lapides duros, id eſt præter
*obſtinationem*

obstinationem mentis,pterq; dura verba & opa,quib.lapi-
dát socios& vicinos.Vnde de talib.pôt dici illud Esa.5. Ex
pectaui vt faceret vuas,fecit aût spinas.Vel dic q͠ ista arbor
est mundus,qui pro certo promittit ibi delectabiles diuitia
rum & delicia rû fructus,quos in suis siliquis.i.in suis statib.
& officijs supponit esse côtentos,sed p̱ certo si tu diligenter
inuestigare volueris,illa q̃ in talib.siliquis mûdi statib.& of
ficijs côtenta sunt,nô fructus sed lapides non bona sed ma-
la,non delectabilia sed grauia esse videbis.Vñ breuiter mun
dus est ille a quo nos petimus cotidie panẽ,& ipse nobis por
rigit lapidem.Lu.11.Quis aût ex vobis patrẽ petit panẽ,num
quid lapidem dabit illi?Vel dic q͠ ista arbor est diabolus,vel
ẽt fortuna,qui beatulis suis vôr multa promittere,& obtinẽ
da suggerere,cuius tñ contrariũ solent reddere,quia diabo
lus promittit fructus bonorum temporalium, & finaliter ip
se dat lapides tormentorum spiritualium& infernaliũ .Lu.
19 11.Pro pisce serpentem dabit illi.¶ Hic Geruasius ad osten-
dendũm brutorum naturalem industriam & quandam rô-
nis apparentiam ponit exemplum de quodam coruo,qui ta
lem discretionem habebat,q͠ hostiles insidias explorabat,&
transuolatis montib.si quid repentinũ aut insidiosum vide-
rat,loquendo castri dño referebat.Pecuniam autem quã in-
ter rupes occultauerat,ad aleam Iudeorib.mutuabat.Hic er
go cum dominam castri cuidam omnis esse familiarem com
perisset,post multas denunciationes dño factas ad vltimum
adulterũ prodidit,adulter vero coruũ sagitta petijt & occi
dit.Simile aût audiui de auicula alia,q̃ adulterũ occultatum
in domo domino subito venienti prodidit.De alia ẽt audi-
ui q͠ domino suo reuelauit q͠ domina vnam anguillam co-
mederat,quo dña idignata,caput auis depilauit,& p̱pterea
auis nunquam amplius loqui voluit.Post multum vero tem
poris cum quidam caluus domum intraret,auis incœpit cũ
eo loqui,& petere vtrũ de anguilla locutus fuerat cum capi
te etiã depilatus esset.Audiui ẽt ab hoie fide digno q͠ in dio
cesi Leodien apud quendam qui vendebat ceruisiam seu go
dallam,erat auicula optimè loquens.Cum ergo in vase vbi
facta erat ceruisia,cattus submersus fuisset,auicula in autib.
venientiũ ad emendũ,cœpit tm̃ & tandiu clamare chat,chat,
chat,q͠ hoies rem perceperunt,p̱p quod indignata domina
domus auiculam in latrinam proiecit,& de sup̱ stercorauit,
ita q͠ totam auiculam inquinauit.Auicula vero tandẽ de la
trina exiẽs,& sup̱ domos per villam fugiens vidit gregẽ vac
carũ quæ ducebantur ad pascua,& cũ inter eas esset vna q̃ ia
cendo fuerat permerdata & fœdata,auicula cœpit iuxta eam
volitare,& recordans qualiter p̱ eo q͠ de ceruisia vel godal
la locuta fuisset,in latrina fuerat de merdata,cœpit iuxta vac
cã clamare,vacca,vacca,tu locuta fuisti de godalla.& hęc sę
pius replicauit Gallicè,vachę,vachę,tu as parle de godalle.
In his ergo apparet industria bestiarũ.Ista possunt applicari
q͠ malũ est aliqñ dicere veritatẽ, & qđ melius est multa sub
dissimulatione transire,q̃ de personis maiorib. veritatem di
cere.Dato.n.q͠ aliquis coruus.i.aliquis familiaris vel seruus
bonus & fidelis dño existat,insidias & pericula sibi dicat nô
est tamen tutum de alijs maiorib.sibi loqui,quia vbi nô ad-
uertet.sagittam alicuius accusationis contra ipsum p̱ijcient
Ita q͠ ipsum a statu & gradu suo si possint,deijciẽt vel forsan
interficient.Scriptũ est.n.Mors & vita in manu linguæ.Pro
uer.18.& Amos 5.Oderunt in porta corripientẽ,& loquẽtẽ
perfecte abominati sunt.Vnde audiui q͠ cum in templo ido
lorũ quidam thesaurum suum dimisisset,& latro quidã furri
puisset,& vnũ idolum furẽ domino derexisset,p̱p quod idẽ
fur idolo caput fregisset,& alius ab alio idolo veritatem de
quodam furto requireret,noluit respondere , sed solum hoc
sibi dixisse fertur,Malum est(inquit)loqui, malũ est tacere,
ẽpa mala sunt,quia si quis verum loquitur,caput ei frãgitur.
Ideo Apost.ad Gal.4.Inimicus factus sum vera dicẽs vobis.
20 ¶ In prouincia dioceli Nasiun.circa castrum dictum tercico
lem,est lacus aliq̃ profunditatis,vbi ad modum prati excre-
uit crusta desuper,quæ omni anno herbam proferens,resti-
bus ad littus trahitur,& inter plures cohæredes p̱ partes se-
cta & diuisa,tandẽ libera dimissa iterum in vnum pratum re
iungit & vnitur,vt ait Geruasius.Ego aût de illo prato a reli
giosis viris mirabilius audiui,videlicet q͠ vbi particula prati
diuisa fuerit,pro voluntate cuiuscunq; per lacum trahi pote
rit, & desuper bos aut ouis ad pascendum ac si esset in ter-
ra , poni poterit Cuius ẽt simile audiui esse in Gallia circa
Narbonã,vbi est lacus p̱fundissimus sicut puteus, & ibi cru
sta sustinens animalia.&c.Si ẽt de illa particula aliqua glebu
la extracta,vsque ad aquam penetretur,& canabis pro made
faciendo,vel aliquid aliud infra ponatur,& desuper cũ eadẽ
de extracta glebula foramen obstruatur,quomodocunq; di
cta particula prati tracta fuerit,sem p illud quod in aqua sibi
subiecta positum est,secum trahit.Et qđ valde mirum est si
plures manipulos canabis ibi posueris,ipsos amoto cooper
culo ordine quo positi sunt a foramie exire videbis.Per pra
tũ illud in lacu fluctuans,ecclesiam intelligo vel religionem
fluctuantẽ in mũdo.Per particulas vero prati,personas par
ticulares ipsi⁹.Per manipulos aût intromissos intelligo pec
cata ĩ corde interius occultata . Igiẽ si aliquã particulã hoc
est,personã aliquã per diabolum contingat a suo toto , hoc
est,ab vnitate & c͠itate ecclesiæ vel religiôis per peccatum
vel per odium aut apostasiam aut hęresim separari,& mediã
te restu improbæ volũtatis vndiq; per mũdi lacũ deuehi,&
deduci , & ad littora bonorũ terrenorũ adduci & trahi,vt.
s.herba virtutum in ipso est possit ab ipso diabolo defalcari,
& bestijs.i.carnalib.vitiis depascenda exponi,procul dubio
ipsa particula.i.ipsa persona debet ad partum dimissum.i.ad
societatem & communitatem religionis vel ecclesiæ a qua
fatue recesserat,per pniam reuenire,& per pacem & concor
diam cum illa se iterum vnire,dicẽs illud Mat.12.Reuertar
in domum meam vnde exiui.Verum quia diabolus tali hoi
tradit manipulos canabis sui.i.diuersa vitia & peccata,q̃ in-
tus in eius conscientiam immittit,& desuper os per confitẽ
di verecundiam ei claudit,& ipsum fasciculum peccatorum
quocunq; vadat,secum ab ipso trahi facit , ideo debet talis
pœnitens foramen oris apertum habere,& receptos manipu
los,i.intromissa peccata,eo quo ipso receperat ordine,p̱ cô-
fessionem emittere,& distinctẽ vnum post aliud explicare,
& se ab eis vacuare,& diabolo qui ipsa sibi commiserat,re-
stituere,& se ipsis nequaquã amplius onerare, dicẽs ipsi dia
bolo illud Matt.20. Tolle quod tuum est,& vade.Bonus.n.
debitor debet reddere qđ recepit.sic bonus peccator debet
confitendo diabolo dimittere quod sibi tradidit & commi-
sit.Qđ bene potuit figurari Io.8.vbi mulier adultera accu-
satoribus vno post alium exeuntibus,post scripturã domini
quam faciebat in terra remansit sola,& a Christo extitit ab-
soluta.Sic vere adultera conscientia postquam vitia a quib.
apud Christum accusator,vnũ post aliud in confessione exi-
uerũt,solent libera manere,& absolutionis beneficiũ a Chri
sto vel a sacerdote Christi vicario reportare.Et aduerte qđ
isti accusatores incœperunt a seniorib.exire.In quo notatur
quod maiora & antiquiora vitia sunt prius confitenda. exẽ-
plo Esau,qui erat deterior,q͠ tñ exiuit prius de ventre.Ge.
25.Vel dic q͠ illud pratum significat hominem gratum , qui
manipulos.i.beneficia quæ a Deo vel a proximo recipit, de
bet gratiarũ actionẽ rephendere,& ipsa suo ordine suo bene
factori ostendere & referre,& sic necesse sit ipsa restituere,
& pro virib.compensare,iuxta illud Matt.22.Reddite ergo
quæ sunt Cæsaris Cæsari,& quæ sunt Dei Deo.¶ Adbuc idẽ 21
Geruasius ait q͠ in prouincia Aquen.circa castrum p̱du Mi
chaelis est pratum quod vbi primo passu tetigeris,totũ pra
tum mobile reddis,ipsumq; vsq; ad suas extremitates côtre
miscere facies.Incolæ ergo venientib. prædonib. solent illic
animalia sua ponere,prædones vero motione prati perterri
ti nô audent animalia inuadere.similia etiam loca dicit esse
in montib.Valen.Plin.etiam li 2.c.96.dicit esse locum in Ga
binensi agro non procul a Roma,qui ad ingressum fermè p.
cc.iugera tremit.De calamine etiam insula mobili quæ est
in lydia,dicit quod bello mitridatico multorum ciuium fu-
gientium illuc facta est salus.&c.Tale pratum videẽ esse mũ
dus,in quo nihil est stabile,sed cuncta sunt mobilia & fluxi-
bilia sine statu.Quia igitur mundi incolæ ,i. demones bona
sua temporalia in mobili huius mundi varietate collocant,
deberent p̊dones,i.auari timere,& ab istorum bonorum oc
cupatione & acquisitione abstinere,qñ.s.omnia mobilia &
corruptibilia esse spectant,quia pro certo sapiens qui nobi-
litatem temporalium considerat,terrtius prosequi cessat,&
ad ipsorum obtentum per desiderium non anhelat.Psal.Mo
uebuntur omnia fundamenta terræ.¶ In prouincia in castro 22
Rochamaura s͠m Geru.erant quædam species vitium , quæ
ab incolis vocantur brumestes,racemos grossiores cæteris
facientes . Hi ergo bottiflorent,& producunt racemos va

cæteræ vineæ, sed vbi ad vigiliã beati Ioannis. s. in æstiuali sol
stitio peruentum est flos nec in fructus in eis apparebit, imo
quicquid in eis ad fructus pertineat, euanescit. Tales sunt mũ
di diuites, quia nunc videntur florere, & in diuitiarũ fructib.
abundare, quando vero æstiuale solstitium. i. æstus & ardor
diuini iudicii apparebit, tũc in istis nihil de diuitijs videbit,
imo flos suæ gloriæ & fructus suæ opulentiæ penitus dispare
bit. ps. Dormierũt somnũ suũ, s. mortis, & nihil inuenerũt vi
ri diuitiarũ in manib. suis. ¶ In prouincia sm Geru. qua Ita-
liã respicit, via æstatis breuiori, sed periculosiori vallis est di
cta lenusscula, in cuius apice, siquis clamauerit, aut tussierit,
seu aliquid dixerit, statim ea altis rupib. nix coagulata descẽ
dit, & descendendo aliã niuẽ secum trahens infinito cumulo
transeuntes obruit, & ad profundã abyssum deiectos ꝑter-
nit. Multæ aũt tales viæ dicuntur esse in alpib. illis in varijs
locis sitæ. Talis vallis vr̃ esse mundus, quia pro certo si aliqs
contra altas rupes. i. contra mũdi prælatos vel principes ali
quo casu clamet vel tussiat, vel de eorum violentia & iniqui
tate loquatur aut conquetatur, vel aliquod verbum murmu
ret seu dicat, statim ab ipsis nimb. i. accusatoribus impositio
nib. & tribulationibus opprimitur, & per exactiones & vexa
tiões deponitur & cassatur. Oportet ergo vt tales inferiores
in patientia transeant, & ꝙ de tyrannis & principib. nihil di-
cant, qđq; de eorũ iniurijs & vexationib. nũquã clament, de
quo ẽt ipsi tyranni gloriari vñr, dicentes cum rege Assyrio-
sum illud Esa. 10. Vniuersam terram ego congregaui, nõ fu-
it qui moueret pennam, & aperiret os & ganniret. Vel ista
possunt applicari de silentio, quomodo illi qui superflue &
non vt debent loquuntur, ira Dei desuper opprimuntur. Iõ
Amos 5. Prudens in tpe illo tacebit, quoniam tempus malũ
24 est. ¶ Secundum Geruasium, in prouincia sunt multi fontes
qui æstate feruente scaturiunt, in hyeme vero siccantur, sicu-
tus simile dicit Plin. li. 2. c. 7. quod trans Apeninũ in agro pi-
tinate est fluuius Nouanus, qui oib. solstitijs torrẽs est, & bru
ma siccat. Idẽ ẽt dicit esse in Casinate de fluuio scatebra, qui
sp in æstate est abũdantior. Ista possunt applicari ad multos
quibus plus prodest prosperitas q̃ aduersitas, quia in æstate
quando fructus abundant in prosperitatis tempore, isti sunt
abundantiores & aquis virtutum pleniores, in bruma vero.
i. in hyeme, hoc est in aduersitatis tempore isti sunticciores,
& aqs clementiæ & cõpunctionis & deuotionis indigentio
res, quia multi sunt qui melius sciunt viuere & vti prosperi-
tatib. q̃ aduersitate, quia in prosperis per gratiarũ actiõem,
& per tpantiã virtutib. abundant in aduersis vero per impa
tientiã vel per obstinationẽ se a virtutibus priuant. Ideo tali
aiæ videtur dñs loqui Can. 2. dicens, Iam hyems transiit, im
ber abijt & recessit, surge amica mea, & veni. Vel dic ꝙ tales
fontes sunt boni diuites, quia in æstatis tempore sicco quan-
do terra indiget humore. i. in tpe paupertatis & caristiæ, qñ
humor bonorum temporalium deficit, magis debent fluere
& elemosynarum irriguis abundare, q̃ tpe hyemali. i. q̃ tpe
abundantiæ, qñ terra. i. status pauperũ non solet taliter indi-
gere, & qñ vbiq; videmus tpalium flumina redundare, quia
pro certo viri prudentes tpe abundantiæ diuitiarum suarũ
aquas retrahunt ad quodamodo siccitatis & parcitatis simi
litudinem ostendunt, tpe vero caristiæ abundater effundũt
itaq; ꝙ siccitatẽ pauperum tpant elemosynis & infundunt. Et
breuiter est certum ꝙ ois hõ magis debet esse beneficus aliis
tpe indigentiæ, q̃ tpe abundantiæ. ps, Tu exurgens dñe mise
25 reberis Syon, quia tps miserendi eius. ¶ In prouincia in comi
tatu Aquen. villa de capis in territorio Argẽtino sm Gerua
siũ, est fons mirabilis, qui repentina ebullitione scatet, & post
modicũ cũ respicit, locus scaturiginis non apparet, ita ꝙ vbi
primo fontẽ videras, ibi ne solũ vestigium fontis videbis. Et
quod magis est mirabile (sicut ait) si signũ baculi vel pali ꝑ
nota dimiseris, nec baculum nec palum, nisi forte post septẽ
vel octo dies, & sub eodẽ casu inuenire poteris. Simile dicit
esse de insula fortunata, q̃ perdita vocatur, quia quando quæ
ritur, non inuenitur, a casu vero qñ non quæritur, reperitur.
Per istum fontẽ intelligo quosdam quos videas subito & ex
inisperato apparere, & in mundo aquis diuitiarum abunda-
se, quos ẽt videbis postea subito disparere, fluxũ suæ fortu-
næ ita inopinatẽ perdere, ꝙ de ipsis & eorũ gloria vix pote-
ris vestigium inuenire. Istud videmus de illis principũ offi-
cialibus & aliis similib. quos contra oẽm rõnem a casu & for
tuna quandoq; videmus ad alta officia ꝓmotos late & læte
fluẽtes, & diuitijs abũdãtes. Vertas aũt oculos, & videbis ꝙ
fortuna q̃ ipsos adduxerat, eos retrahit, oẽm aquam ꝓspe-
tatis in eis desiccat & subtrahit, & ac si non fuissent, vestigia
suæ gloriæ de medio mũdi tollit, ita vt nec baculũ qdẽ nec
palũ. i. aliquid modicũ de ipsorũ diuitijs derelinquat. Tales
ergo possunt dicere illud Sap. 5. Nos nati continuo desinim⁹
esse, & virtutis nullum signum valuimus ostendere. Vel alle
ga simpliciter de vita humana, quæ vbi fluere videtur, subito
solet recedere, & nullũ vestigiũ in mundo post se relinque-
re, quinimo alias, s. in die iudicii subito ea insperato habebit
resurgere, & de loco ad locũ mirabilr̃ se immutare. Allega
vt supra. Vel allega illud pro illo cõi infortunio, quo fit vt si
aliquid cum diligentia quæras, vix inuenias, postea vero vbi
non quæsieris, a casu reperias. &c. Vide supra de eodẽ de for
tunatis insulis. c. 22. ¶ Itẽ sm Geru. in prouincia Ebredunẽ.
in castro de Batlem, est fons cuius potu sanantur gutturosi. 26
Est aũt gutturositas inflatura gutturis, quia in montis Bur-
gundiæ, & ẽt circa montes Pyreneos in Gasconia contingit
ꝙ ꝓp excessiuam frigiditatẽ aeris & aquarũ guttura insani
incolarum, & ita ẽt dilatantur, ꝙ quandoq; ad similitudinẽ
taurorum cum quadam pellis dependentia deformiter extẽ
duntur. Per tales gutturosos, superbos intelligo quorũ gut-
tura per indignationẽ & superbiam sunt inflata. cuius tamen
contrarium præcipitur Leu. 1. vbi dr̃, Vesiculam gutturis, &
plumas proijciet. Igitur dico ꝙ fons ille põt humilitatẽ, ti-
moremq; & mortis memoriam, vel ẽt sacrã significare scri-
pturã, cuius potus & haustus solet gutturis stomachationẽ,
iraq; & superbiam attenuare. Vel gutturosi sunt detractores
& oblocutores, quorũ guttur latũ est ad mala verba proferẽ
dũ, sm illud ps. Sepulchrum patens est guttur eorum linguis
suis dolose agebat. Fons ergo iste Dei gratiã vel prudentiã
significat quæ talium gutturum latam loquacem capacitatẽ
sedat. Vel dic ꝙ fons iste est abstinentia, quæ capacitatẽ gut-
turis & ventris reprimit, & gulæ ingluuiem restringit. Biba
mus ergo illũ fontem, iuxta illud Hie. 2. Prohibe pedẽ tuũ
a nuditate, & guttur tuũ a siti. ¶ Occasione præmissorum, re 27
cordor me in ciuitate Auenione in prouincia quandam aũt
marinam vidisse albã, quæ guttur latissimũ ad modum palea
sii bouis habebat, & vnum gobellũ plenum vino aperto ore
recipiebat & gluttiebat, vinum vero retinebat, & bibebat, &
gobellũ protinus euomebat. Ista possunt dici cõtra gulosos,
qui. s. guttura hñs ad latissima vina & cibaria gluttiendũ, tmũ
. ii. quicquid apponitur, solent bibere & recipere, & vasa va-
cua dimittere & eiicere. Hie. 14. Reportauerunt vasa sua va
cua. Vel dic ꝙ iste est bonus auditor, qui vinum doctrinæ si-
bi oblatum recipit, de vase vero. i. prædicatore qualis fuerit,
non attendit, quinimmo si non placent sibi mores ipsius, ip-
sum recepto vino doctrinæ reiicit & dimittit, iuxta illud Apo
stoli. j. ad Thessa. 5. Omnia probate, quod bonum est tenete.
Ab omni specie mala abstinete vos.

## *De Sabea.* *Cap. 44*

Sabea est regio Arabiæ, vbi thus & optima myrrhæ spẽs
generatur, vbi fenix auis &c. omnia vt supra de Arabia.
Sabea ergo est ecclesia. &c. Figura 3. Reg. 10. vbi regina
Saba venit ad Salomonem audire sapientiam suam, &
attulit ei aurum & argentum & diuersa aromata, & miata
fuit de nobilitate palatii Salomonis, de ordine ministrorum,
& de ciuitate Hierusalem & templo. Ista est gentilitas, quæ
regina Sabea. i. illarum terrarum quod nunc sunt ecclesia
Dei. Sed hæc venit ad Salomonem. i. ad Christum per fidem
& attulit sibi aurum philosophicæ sapientiæ, argentum elo
quentiæ, aromata moralis sanctimoniæ. Et qñ fuit in Hieru
salem. i. in fide ecclesiæ, mirata est templum sacræ scripturæ,
vel etiam paradisi, ordinem seruorum, hoc est prophetarũ,
apostolorum, martyrum, confessorum. &c. hæc vide plenius
libro primo 3. Reg. 10.

## *De Saxonia.* *Cap. 46.*

Saxonia est prouincia nobilissima in Germania herbis
& graminibus armentis & pecudibus, fontibus & flu-
minibus, metallis et lapidib. fructibus & frugibus refer
ta, castris, ciuitatib. rupib. atq; montib. roborata. Nam
iuxta mõtẽ vbi cuprũ foditur, est alius mons vbi redolẽt la
pides sicut ambra. In mõtib. ẽt ei⁹ est maximus cõcurs⁹ vrso
rum,

rum,ceruorum,& animalium cęterorum, & ideo ibi multa vt nationum gfia exercentur. Sic in ecclesia sunt gramina virentia honestatis,greges simplicitatis, flumina scientiæ & veritatis,metalla seu lapides patientię constantiæ,& firmitatis, fruges & fructus bonæ & virtuosæ operationis, & probitatis,ciuitates & castra diuinę,& angelicę protectionis,mōtes & rupes religionis,& contemplationis,in quibus montib.religionum effoditur cuprum quod resonat.i. boni prædicatores,lapides etiam redolentes.i.perfecti, & morigerati homines,quorum redolet bona fama. In montibus etiam altis .i.in montibus dignitatum & honorum ecclesiæ circumeūt multæ feræ.i. multa genera hominum peccatorum,& in ibidem multa genera venationis & prædicationis à venatorib. .i.prædicatorib.exercētur.Deu.8.Eius lapides ferrum sunt, & de eius montibus æris metalla fodiuntur.transeo, quia illa sunt nimis communia.

## *De Sardinia.* *Cap. 46.*

SArdinea est insula in mari mediterraneo,ad modum hominis figurata,primo.n.stricta est,secūdo lata,tertio stricta,& longa. Nam in longo 140.milliaria durat,& in lato tantūmodo.40.Ibi nō est serpens nec lupus,nec aliud venenosum excepta quadam herba quæ dr apium risus, seu herba sardonia,quæ ridendo perimit comedentes. Ibi sunt fontes calidi,oculis dantes sanitatem, furibus autem cæcitatem,sc.facramento dato,oculos aqua tetigerint, vt oia dicit Isido.Hæc est ecclesia,q̄ ad modum humani corporis est in mundi huius pelago situata.nam primo stricta fuit pp credentium paucitatem.i.in capite quantum ad Apostolos, & martires in quibus sicut in capite fuit visus discretionis, gustus deuotionis,lenius compassionis, motus bonæ operationis.&c.Secundo dilatata est per credentium multitudinē,& etiam per latitudinem charitatis, & hoc quātum ad brachia .i.confessores & doctores,qui sicut brachia fuerunt ecclesiæ defensores.Ideo Gen.24.Soror nrā paruula es, crescas.&c. Hest.10.Fons paruus creuit in fluuium magnum.Tertio aūt prolongatur quantum ad durationē, sed tñ coarctatur quātum ad dilectionem,& quantū ad fidei discretionem.Figura optima Dan.2.de statua cuius caput fuit aureū, quia principium ecclesiæ,aureū fuerit.s.per malleationē,purgationē,& martyrij tolerationē.Brachia.i.confessores fuerunt per p̄dicationem ærei,sed pedes.i.nos alij sumus terrei per incompassionem,& ferrei per indeuotionem. In hac aūt insula nō est lupus.i.diabol⁹ nec alia bestia venenosa.s.eius angeli, vel lupus.i.populus paganorum, aut serpens.i. populus Iudeorum,nec aialia venenosa.i.mali christiani. Isti.n.non sunt de numero ecclesiæ,inquantum per pctm̄ ab ea sunt eiecti. Esa. 35.Nō erit ibi leo nec mala bestia. Per herbam aūt sardoniā intelligo spem vitę æternę, quę ridere fecit martyres,& ideo visus apium dr, quia boni qui sunt apes mel grāæ deferentes, de tribulationib.mundi ridant,& eas vilipendunt.Et licet p eam vel eas aliquotiens moriuntur,tñ ridendo & gaudendo æquanimiter patiuntur.Iob 3. In vastitate & fame ridebunt. & ad Ro.5.Gloriamur in tribulationib.&c. Per fontē calidum intelligo fontem pniæ & confessionis,in quo oculos intellectus a peccatorum albugine abluitur,& sanatur per calorem compunctionis & contritionis.Vel per illos fontes intelligo ardorem tribulationum,in quo boni sanant,sed fures .i.mali totaliter excæcantur.s.desperantur.&c. Vel per fontē intelligo scientiam vel scripturam,quæ bonos iuuat,hæreticos aūt & malos excæcat. qoa etiam gentiles per fidem illuminauit,& a cæcitate errorum curauit, fures vero.i.iudæos obscurauit & excęcauit.Sap.2. Excæcauit eos malitia eorū. Vel etiam significat mundi prosperitatem, quæ bonos oōlædit,fures autem.i.malos & auaros occidit.

## *De Scythia.* *Cap. 28.*

1 SCythia tam Asię quam Europę est prouincia.Superior.n. est in Asia,attingens ab oriente vsq; ad meotides paludes & fluuium magnum Tanaim,inferior vero Scythia est in Europa,& ab illo fluuio vsque ad vltimos fines Dacię protenditur.Teste autem Plinio,Persa Scythas vacant sacas. Et ideo credo q̄ Scythia est illa aquilonaris regio ab Iodia incipiens quam Tartari occuparunt, vbi magnus Chan dominatur,& in qua ciuitas magna Chabelech situatur, quę cathaim vulgari lingua appellatur. Vtcūq; ergo sit, Scythia maxima est regio,multis barbaris nationibus occupata,sicut etiā colligit Apostolus ad Colo.3.dicens. In ecclesia non est barbarus neque Scytha,sed Christus idem in omnib.Mores ergo quorundam hominum, qui varias scythiæ regiones habitant,recitabo,& ad spiritualem intellectum pro virib.applicabo.¶ Teste ergo Solino. Neuria Scythiæ est prouincia,vbi 2 fluuius Borysthenes permeat,de quo dictum est supra.cuius incolæ certis æstatis temporib.transfigurantur in lupos,deinde exacto spatio quod huic sorti attributum est,in pristinā faciem reuertuntur.His populis Mors est Deus,& pro simulachris enses colunt,de ossibus vero hominum ignes sacrificiorum faciunt,& pro victimis homines cecunt. Hæc Pomponius.Plinius etiam facit mētionem de his. Tales.n.mores habuisse neuros apud Solinum comperio, si tñ ipsos adhuc habeant, ignoro. multæ.n.nationes quæ antiquitus fuerunt barbaræ,nunc factæ sunt ciuiles,& domesticæ, sicut de gallicis reperio,qui antiquitus fuerunt ferocissimi, qui tñ nunc sunt ciuilissimi. Igitur per istos neuros apñt intelligi siccarij, & latrones,qui cum sint hoīes a natura,in lupos tñ mutant, inquantum in lupinam rabiem immutantur,& in mores crudeles & beluinos efferantur,Iob 30. Mutatus es mihi in crudelem.Hi ergo Martem & enses.i.bella& arma pro Deo videntur colere,& in nullo alio spem habere.Marti.n.i.bellicę crudelitati immolant homines,& de illorum ossibus.i.de eorum occisione accendunt suæ crudelitatis ignes. Quod etiā generaliter contra homines armorum dici potest, qui in occisione solent delectari, & plus in gladio quam in Deo gloriari,& magis ac magis ad crudelitatis incendium inflammari.Ole.13.Immolate hoīes vitulos adorantes. ¶ Gelonia Scythiæ erat prouincia Neuriæ proxima,cuius incolę qn̄ hostes 3 poterant superare solebant excoriare,& eorum cutibus sibi vestes,& equis suis tegmina facere, & sic solebant ad terrorem suorum hostium se ornare,& cutibus hostium cum capillo vt solebant pro baltelibus,vt ait Pli.lib.7.c.2.qui ipsos anthropophagos vocat,& supra Borysthenē flumen per iter decem dierum dicit habitare, s̄m Isid.Nicenēsem. Per istos intelliguntur raptores nobiles, & potentes,qui geloni dictę sunt,quia quantum ad Deum per indeuotionem gelidi sunt & repentes, & quantum ad proximum cunctis subditis, & simplicibus inimici sunt, & impugnant singulos tanquā hostes,quia isti vt communiter homines iustos,& simplices odiūt,& per rapinas,& exactiones ipsos impetūt, & inuadūt. Prou.29.Viri impii adierūt simplicem. Isti ergo tales hostes suos,hoc est, subditos simplices, & pauperes atq; iudos solent per rapinam excoriare,& cute,& pilis bonorum tpaliū spoliare,& exinde se & equos suos ad litteram adornare, vel equos.i.vxores suas,vel se,& equos,qui ipsos portant,& sustinent.s.aduocatos,consiliarios & balliuos induere & ditare.Iob,24.Nudos dimittunt hostes,vestimenta tollētes. Vnde Mich.3. Comederunt carnem populi mei, & pelles eorū desuper excoriauerunt & ossa eorum confregerunt.Ab istis .n.tyrannis caro.i. suba immobilis, pellis.i.bona mobilia,& ossa.i.tota tpalis fortitudo quā habent alii.comeditur,& tota sibi acquiritur,& ab eis vsurpat.¶ Sarmatę, & populi sunt 4 inferioris scythię,qui a paludib.meoticis vsq; in germaniam s̄m Pomponium protenduntur,quorum mos (vt ait) fuit antiquitus mirabilis. Nam apud eos easdem artes exercebant fœminæ quas viri,ita vt ne quidem a militia vacarent,quinimo viri pedites,fœminæ equites militabant.ferro non dimicabant,sed quos laqueis intercipere poterāt,trahendo conficiebant.Istę ēt vt nobiles fierent,non expectabant ætatē,sed apud eos virgo nobilis dicebatur,quæ virgo maoēs hostem occidisset. Talis patria vī spiritualiter esse mundus,quia revera ibi videntur fœminæ.i. personæ effęminatæ, & insufficientes cauitate,& in altis officijs militare,viri vero.i.viriles personæ,& virtuosæ peditāt,& inferius in statu infimo perseuerant.Eccl.10.Vidi seruos in equis, & principes ambulātes quasi seruos super terram.Igitur tales fęminæ.i.nostri effœminati diuites,milites,dñi,& magistri, ferro non dimicāt viriliter contra hostes pugnando,vel seueram iustitiam faciēdo,sed potius laqueis.i.fraudib.& machinationib. pugnant, simplices opprimendo,virgines rapiendo, violādo fraudando.Esa.3.mulieres dñatæ sunt eis. Isti ergo non in ætate moralis maturitatis gloriant,sed tunc se reputant nobiles.i.laudabiles,qn̄ ipsi sic virgines.i.steriles in virtutibus aliquem in

laqueis

laqueis occiderunt.i.fraudum astutiis circumuenerunt. Vel
si vis allega illud cōtra malas & virgines & mulieres, quæ vi
ris suis volunt esse superiores, & contra alios crudeliores, &
ad iniurias proniores, exemplo Iezabelis. Vnde Ecc.25. Bre
5 uis ois malitia mulieris. vide infra c.56. ¶ Agathyrsi sunt scy
thiæ populi qui corpora sua solent cerulo tingere, & pinge-
re, & tam crines quam pellem cerulo colorare, & hoc (vt ait
Soli.) non sine differentia, quia quanto quis alijs in statu, &
gradu præfertur, tanto amplius tingitur, & potius coloraf,
in tm, q minus tingi apud ipsos humilitati reputatur, sicut di
cunt Plinius & Solinus, & cuius simile ēt ponit Pomponius.
Sic multæ mulieres vt pulchriores appareāt, qnq; se pingūt,
tingunt & fardant, exemplo Iezabelis, de qua dr 4. Reg.9. q
locis negasse.(Nam sicut ait)quædā sunt animalia quæ,cer-
ta loca sibi appropriant,& ad alia nunquam migrant. Ait.n.
q̄ in Mesia Italiæ silua non nisi in parte reperiuntur glires.
in lycia dracones non transeunt montes syris vicinos. In hel
lesponto in alienos fines non commeant cerui,& circa Argi
nussam Elaphū montē non excedunt. Io pordosolene insulā
vicinam non transeunt mustelæ &c.vide ibidem. Ista pñt ap
plicari contra quosdam malos religiosos,qui vñr sibi certa
loca,certos conuentus,& certa officia ap̄ppriare,& ad nul-
la alia se transferre,ita vt voluntatē suam in voluntate p̄la-
ti non videanī posuisse,sed pro voluntate sua volunt in cer
tis locis & officiis q̄buslibet remanere,nec alio ad p̄lati vo-
luntatē se transferre. Appropriant.n.sibi loca,cū tū debeant
esse sicut peregrini,& hospites sup terrā,dicēres cū aposto-
lo ad Heb.13. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed
futurā inquirimus. Sed ecōuerso vñr dicere illud Ezec. 11.
Nobis data est terra in possessionē. Vel dic cōtra quosdam
ignauos,qui de patria sua nunquā volunt exire,nec ad loca
remota quacunq; vtilitate transire,cum tñ scriptum sit Lu.
14.q̄ non est propheta sine honore nisi in patria sua. Sen.ēt
dicit, Omne solum patria est viro forti. Vel dic in bono signi
ficato q̄ tales dñt esse viri boni,quia certū locū & statum &
gradū debent sibi eligere,& ad alia per ambitiōem non trās
scurrere,sed loco & statu sibi dato cōtēti esse exēplo Aglai,
de quo dicūt Sol.& Pli.li.7.c.46.q̄ beatissim⁹ reputatus est,
qui in angustissimo Arcadiæ angulo pauperis soli dñs,nun-
quam egressus paterni cespitis terminos inuenitur. Vbi sub
dit.Pli.q̄(vt manifestum est è vitæ genere)minima cupidi-
ne minimum in vita mali expertus est. Ad talem igitur suffi
cientiam inuitat scriptura 4.Re.14.vbi dr̄, Contentus esto
16 gloria tua.& sede in loco tuo. ¶ Itē Pli.li.8.c.58.dicit q̄ quæ
dam sunt aialia quæ certa loca non habitant, nec ibi moran
tur,quinimo si aliunde portata fuerint moriunī.vnde ait qđ
in Beotiæ Lebadia illatæ mustelæ solū ipsum fugiunt, & iū
iuxta in Orchomeno cūcta arua subruunt. In itacha lepores
illati moriunī.extremis quidē in littorib. In Ebusa cuniculi
non sunt,scatent in hispania,in Olympo Macedoniæ mōte
nō sunt lupi nec ēt in Creta insula,vbi quidem nec vulpes,
nec aliud noxiū aial. Aphrica ēt apris,vrsis,capreis & ceruis
caret. Dic q̄ talia loca quæ nociua aialia non sustinent, signi
ficant status religionis & perfectionis:quia ibi pro certo nō
pñt morari seu viuere mustelæ.i.auari,qui arua subruūt alio
rū,lepores.i.timidi,lupi.i.tyranni,ceruī cornuti,i.supbi,vrsi
i.luxuriosi,apri.i.iracūdi,vulpes.i.malitiosi,capreæ,i. igno-
rantes. Tales.n.talia loca & status perfectionis non diligunt,
sed potius solū ipsum fugiūt & odiūt,& mortuos se reputēt
cū ibi sunt. Tales.n.non solēt religionē intrare,nec ad statū
pfectionis venire. Qđ ēt contra illos qui nolunt visitare lo-
ca scā,pōt dici,vel de paradiso,vbi sm Aug. non recipitur
aliquis indignus,nec excludit aliquis dignus. Esa.35. Ibi nō
erit leo,nec mala bestia & Apo.22. Foris canes & venefici
17 ¶ Mira est(vt ait Pli.li.10.c.73.)quorundam aialiū industria,
quia videlicet optimè sciunt qñ rapere volunt,se absconde-
re,& ne videanī ab aliis,pcauere. Vnde dicit q̄ feles est aial
quod abscondens se sub frōdib.volucrib.insidiatur,stercora
que sua solet humi defodere,ne fortè possit indiciū sui da-
re. Timet.n.ne si volucres quas rapere intēdit,stercora sua vi
derent ipsius insidias cognoscerent,& ab eius malitiis præ-
cauerent. Reuera tales vñt esse vsurarii & maligni,& breui
ter omnes qui per fraudes nituntur alios decipere, inuolue
re,excoriare rapere & nocere:quia tales sub frondibus di-
uersarum palliationum se abscondunt,& ne insidiari videā
tur,pro viribus cauent,& sic stercora sua.i. fœtorem scelerum
suorū quem circa talia commiserunt,solent defodere & ab
scondere,& ne innotescant aliis præcauere. Sciunt.n.q̄ si ini
quitates eorū quas aliis fecerunt,apparerent,statim sua ma-
la intentio & suæ insidiæ notæ fierent,& per consequēs alii re
silirent. Na.3 Ois qui viderit te,resiliet a te.idē applica de hy
pocritis,q̄ stercora & facinora sua toto studio abscōdūt, &
tegāt,ne alii ipsos abhorreāt & contēnant,quamuis dicatur

Prou.28. Qui abscondit scelera sua,non dirigetur. ¶ Itē sm 18
Pli.li.2.c.47.nulla est auis quæ pedib.careat,serpentes vero
vt cōiter pedib.carent,veruntamen visi sunt serpentes cum
pedib.anserinis.pedes etiam omnium aialium sp sunt.pares
nam tāctū animal aliquod plures habeat,vtpote centum, si
cut vermis qui cētipes uocatur,nunquam est tñ dare aliquē
pedem imparē vel solum,sed sp sunt combinati omnes, &
dualitate congrua geminati,vt dicit ibidem.c.48. Illud tñ in
telligendum est in habentib.plures pedes,pp monstra vni-
cum tñ habentia,vt in c.de Aethiopia vidimus. Sunt item
aues quæ vnico in parte posteriori gaudent pede,vt in c. de
pictauia vidimus. Per pedes intelliguntur virtutes, quæ in-
pedum aiam sustinent,& quæ ipsam ad paradisum deferunt
atq; gestant,de quibus dr̄ in Psal. Pedes sanctorum suorum ser
uabit. Dico ergo quod aues.i. viri ecclesiastici & virtuales
ad cælestia per desideria euolantes,non solent pedibus.i.vir
tutib.carere:quia etiam ipsi secuiares & actiui qnque repe-
riuntur pedes virtutum habere,& ad æterna virtualiter am
bulare. Tales autem pedes non inueniuntur impares, sed vt
cōiter combinati,quia semper est dare virtutes duplicatas,
& quodam ordine geminatas,quia duplex est charitas,Dei.
s.& proximi,duplex fides,de diuinitate.s.& humanitate, du
plex spes scilicet de acquisitiōe gloriæ,& euasione pœnæ, du
plex castitas,cordis.s.& carnis,duplex humilitas,mētis.s.ope
ris,& sic per singula discurrendo:pedes ergo virtutum no-
strarum non debent esse impares,sed per spiritalem collig ā
tiam semper plures. Vnde Eccl.42.in fine,Oia duplicia. Vel
dic q̄ aues.i.viri spūales pedibus affectionum non carent,
serpentes vero,i.mali,pedes affectionum bonarum non hñt,
anserinos tñ pedes.i.affectiones malas terrenas aquis delicia
rum assuetas quandoque inueniuntur habere,bonis vero af
fectionibus reperiuntur carere &c. ¶ Item Plin.li.15.c.2.di- 19
cit quod nuper in prouincia proxima Hispaniæ in agro ho-
spitis sui suis sibi ostensus draco nocuus dictus caulis, vari
coloribus viperarum maculis distinctus,qui quamuis in cor
pore & figura serpentibus esset similis,erat tū contra morsus
serpentum summè remedialis & vtilis,de quo etiam vī seq
historia scholastica,vbi dicitur quod Epiphanius ait q̄ cum
ciuitas Alexandriæ crocodilis & aspidib.vexaret. Alexander
magnus fecit quosdam illuc serpentes afferri, a quibus ala
fugabantur,quos quia de Argis attulit,argiuos appellari mā
dauit. Sed quia(vt idem ait)istud nō sufficiebat ex toto, cor
pus Hieremiæ illuc transtulit de Aegypto, potestate cuius
venenosa fugauit. Ista possunt applicari ad Christū,quia ille
in figura & colore.i.in exteriori humanitate serpentibus.i.
peccatoribus fuit similis,iuxta illud apostoli ad Phil.2. In si-
militudinem hominum factus est,& habitu inuentus vt ho-
mo. Et ipsi carni humanæ & peccatrici conformis Sap.7. Su
quidem mortalis homo,similis aliis hominib. Veruntamen
ille non fuit peccator aut venenosus,imo contra venena vi-
tiorum fuit vtilis,remedialis & virtuosus figuratus in serpē
te æneo in palo leuato,qui morsos a serpentibus sanabat,&
in se aspicientes a periculo liberabat. Sic vere ille serpens
prudentissimus Christus, qui per sonoritatem prædicatio-
nis fuit æreus,& per passionem in palo crucis leuatus, fide-
les & deuotos qui in ipsum per fidem, orationem & deuo-
tionem respiciunt,a morsibus aliorum serpentum,i.a vene-
nosis tentationib.demonum,& etiam a vitiis & peccatis car
nalibus liberat atque sanat. Vnde ad Rom. 8. Misit Deus fi-
lium suum in similitudinem carnis peccati,vt de peccato dā
naret peccatum,i.de carne assumpta a peccatoribus. Vel dic
quod illi serpentes sunt patres veteris testamenti, qui quia
non sufficiebant contra alios serpentes, scilicet demones,
Alexander,i.Deus pater,prophetam Christum de Aegypto
in Alexandriam,i.de paradiso in mundum transtulit, & sic 20
mundum a serpentibus,i.demonibus liberauit. ¶ Item ibide
Plinius ait q̄ Caulis est animal paruum,latitudine bipedali,
serpentibus maxime inimicum. Vnde ait quod istud animal
cum serpentibus sub terra conditur,& cum serpentib. æsta
te prodeuntibus apparet.ad primas.n.serpentum vernatio-
nes prouenit,per inde ac si solum ad deuotiones serpentes
veniret,quippe qui ipsis apparentibus apparet,& his se ab-
scondentibus,se abscondit: Serpentes sunt hæretici,qui do-
ctrinis & erroribus suis inuenenant auditores. p istud autem
animal prædicatores & doctores intelligo, qui debent ta-
lium esse inimici: quia pro certo sitī debent tempus
quo

quo serpentes.i.hæretici & peccatores prodeunt & abūdāt obseruare,& tunc ad venationem progredi & exire,ipsosq; pro virib.impugnare. Qñ vero tales serpentes cessauerint, tunc & ipsi possunt se abscondere.i.a prædicatione pro tpe desistere & vacare,& cū iterū venerint & surrexerint,etiam ipsi debent iterum præsto esse,vt sic possint eis & eorum malitijs obuiare.Eze.1.Cum euntibus ibant,& cum stantib.stabant.

## *De Cœlestibus impressioni. Cap. 61.*

1 COelestes impressiones mirabiles aliquotiens visæ sunt. Vnde Pli.li.2.c.25.vbi ponit multas effigies cometarū, refert q visus est qñq; in cælo cometes cādidus,argenteo;crine ita refulgens,vt vix contueri liceret,spēq; humana Dei effigiem in se ostendens. Illud pōt applicari ad Christi incarnationem,quia proculdubio iste cometes cādidus beatam virginem potest significare,quæ.s.candorem innocētiæ & continentiæ tantum habuit,q humanæ mētis oculus non est dignus virtutum suarum lucem mirabilem intueri,iuxta illud eccl.43.Pulchritudinem candoris eius admirabit oculus.In ista igitur effigie Dei in humana carne apparuit,qñ in ipsa Dei fili' carnē sumpsit,& humanitatis vestib. se velauit. quæ figurata est Apo.14.vbi dicitur,Vidi,& ecce nubem cādidam,& super nubē sedentem similem filio hominis habētem in capite coronam auream,& tenentem in manu sua falcem acutam.Nubes.n.candida est virgo pura,sup qua filius hoīs Christus carnē assumendo sedit,qui corona aurea habet.i.diuinitatis honorem,falcem ēt tenet acutā.i.seueræ iurisdictiōis rigorem.Vel dic q ille cometa est ipsa diuinitas, seu beata trinitas,quā nō licet humanis oculis intueri,in qua proculdubio nunc apparet humana spēs.i.Christi humani-
2 tas benedicta.¶ Itē dicit ibidem q cometarū sunt plures species,quidā qui habent speciē cornu,qdem spēm hirci villosi, quidam quorum crines mutātur in hastam,quidam etiā qui sanguinea vñr specie,quib.nihil est magis terribile mortalibus.Vt.n.dicit idem,cometes est sydus terrificum,ac non leuiter piatum,quod nunquam in occidente vī,sed sp in septētrionis partib.inuenitur. Talis fuit Christus.fuit.n.sicut cornu,pctōres ad pniam vocando,& feris.i.demonib.terrorem inijciendo. Fuit ēt sicut hircus.i. in similitudine carnis pcti apparendo,& se pro nobis immolari permittendo.Fuit visus sanguineus,sanguinem suū pro nobis fundendo,& mortem sustinendo.Erit denique finaliter sicut hasta,i.in die iudicij,impios pungendo & æternaliter puniendo.Tunc.n.præcipuē erit sydus terrificum,quod nulla emenda placabitur, nullaque hostia piabitur.Prou.6.Zelus & furor viri non parcet,in die vindictæ,nec acquiescet cuiusquam precib. nec recipiet pro redemptione dona plurima.Iste autem in occidēte.i.in statu pcti,vbi lux gratiæ occidit,nūquam fuit,in septētrione vero.i.in pniæ & paupertatis frigore sp vixit, dicens illud Esa.14.Ponam sedem meam ad aquilonem.¶ Item idē dicit quod circa solem fiunt multæ impressiones,sicut exemplificat q circa solem quandoq; visus est circulus rubeus,qñque arcus,& ponit tempora.Prolixior etiam solito factus est qñq; solis defectus,sicut anno quo Iulius Cæsar occisus fuit. Tunc.n.fere per totum annū fuit in continuo pallore.Et nos possumus addere de eclipsi quæ fuit tēpore passionis Christi,qm contra naturam eclipsis ea per tres horas durauit.Ista possunt dici de sole iustitiæ:quia iste in incarnatione circulo rubeo.i.humana carne fuit circundatus,in passione p mortem fuit eclipsatus,& per tres horas.i.per tres dies in sepulchro per mortem obtenebratus, & quasi per totum annum in pallorem & tristitiā propter impias Iudæorum psecutiones immutatus.Iohel.2.Sol conuertetur in tenebras. Iste m̄ postea arcum cælestem visus fuit habere,in qua onum.s.in resurrectione vestem immortalitatis,& gloriæ pulchritudinē voluit sumere,vel ēt inquantum in die iudicij arcu iustitiæ studebit impios sagittare.Figuratus Apo.10.vbi dr̄,Vidi(inquit)angelum fortem descēdentem de cælo,amictum nube, & iris in capite eius,& facies eius erat vt sol.Angelus.n. cuius facies erat vt sol.i.patris nuncius Christus fuit,qui fortis & insuperabilis existens de cælo in matris vterum descēdit, vbi nube carnis purissimæ obductus extitit,qui tandem resurrectione sicut sol factus est splendidus,tandem vero in iudicio iride.i.arcu iustitiæ coronatus,apparebit terus & rigidus.vnde Apo.6.Habebat arcū,& data est ei corona,& exiuit vincens vt vinceret.¶ Adhuc Plin.li.2.c.31.dicit q quandoq; in cælo plures soles videntur,& etiam de nocte plures 4
lunæ,vel(vt verius dicunt)plures soles nocturni.Affert autē exemplum,q sub.M.Antonio &.P.Dolebella &.M.Lepido & Lucio Planco consulib.tres soles in occidente visi sunt,& nostra etiam(inquit)ætas sub diuo Claudio principe & plures vidit.sicut etiam ponit q sub.Cn.Domitio & C.F.L.Annio consulib.de nocte tres lunæ visæ fuerunt,quas plerique solles nocturnos vocauerunt.Vnum tamen dicit idem, q plures quam tres soles aut tres lunæ nūquam hactenus visi sunt. De modo autem quo ista fiunt,supra dixi inde mirabilib.Italiæ.Istis etiam dieb.nostris,in morte.s.domini Clementis papę 5.visi sunt duo soles,sicut ab his qui tunc erant in Carpēte ciuitate prouinciæ,relatum est,qui forte schisma futurum in ecclesia significauerunt,quod tpe dñi Ioannis factum est, a Romanis & bauaris electo antipapa fratre Petro de Corbaria,ordinis minorum.Per solem possum intelligere Chr̄i diuinitatem,& p lunam defectibilem ipsius mortalē humanitatem.Sed quid?pro certo & tres soles & tres lunæ in cęlo vñr:quia videlicet & Christi diuinitas,& Christi humanitas, quandam triplicitatem habere noscuntur.Diuinitas.n. tres soles.i.tres personas habet,psona autē eius tres lunas.i. tres naturas obtinet,s.naturam diuinitatis,naturam aīæ, naturā corporis:quia breuiter natura diuina tres habet personas,persona vero Christi tres habet naturas.Vnde scriptum est Lu. 21.q erunt signa in sole,& luna. Vel dic q tres soles visi in occidente significant trinitatis fidem,quæ.s.in occidente ad literam est publicata,& ibi credita & retenta, sicut apparet de regnis Francorum,Hispanorum,Italorum, & Germanorum,in quibus magis abundat trinitatis fides,quam in meridie.i.in Aphrica etiam quam in partib.orientis.ideo de ciuitate ecclesiæ dr̄ Apo.21.Ab occidente portę tres.¶ Item 5
sm eundē,qñ contingit in cælo plures apparere soles, illud nunquam fit in ea parte qua sol est,sed in opposita, nec fit ēt nocte aut meridie,vt cōiter,sed tm̄ oriente vel occidente sole,sicut ēt de iride apparet,dato(prout ait)q in bosphoro semel in meridie visi fuerant,qui a matutino tpe durauerunt in occasum.Ex quib.ēt apparet illos soles aduentitios & velut resplendentias veri solis,factas in aliqua nube speculari, sicut ēt supra.c.de Italia dixi.Apparet ēt cā quare plures lunæ dicebantur esse soles nocturni,pro eo.s.quia illæ lunę aduentitiæ nihil aliud erat q̄ quam solis imagines in aliqua nube speculari impressæ quæ de nocte, qñ sol est in parte opposita subtus terra,in nro hemisphærio apparebāt.Ista possunt applicari contra clericos & religiosos:quia pcul dubio per istos nouos soles vel per istas imagines veri solis intelligo refulgentiā & grām solis iustitiæ Christi,quā.s.in nube specularī.i.in mente perficit,qñ seipsum & suæ imitationis imagines in ipsam imprimit & infundit. Tunc igitur plures soles esse dicuntur,qñ in corde humano p grām cōmoratē.ad Ephe.3. Habitare Christu per gratiam in cordib.vestris.Et 1.Mach. 6.Refulsit sol in clypeos aureos,& resplenduerunt montes ab eis.Sed pro certo istæ solis imagines.i. istę Christi morales repræsentationes nō apparent hodie in illa parte ecclesiæ in qua Christus principaliter solet esse.s.in statu clericorum vel religiosorum,sed potius in parte opposita soli, in statu. scilicet simplicium secularium laicorum ab ipso Christo p ignorantiam remotorum, & a suis beneficijs elongatorum quia scilicet melius apparet Christus & imago suæ perfectionis in simplicibus secularibus qui a Deo videntur remoti, quam in clericis & regularibus qui Deo videntur propinqui:de quo lamentando dicit Christus,Esaiæ.1.Filios enutriui & exaltaui,ipsi autem spreuerunt me.Istæ enim imagines non apparent in nocte,idest in populo fidelium,qui sunt penitus excæcati,nec etiam in meridie idest in statu diuitum, qui sunt ardore auaritiæ inflammati,& luce mundanæ prosperitatis dotati,sed solum in mane & sero, idest in illis qui modico splendore prosperitatis sunt illuminati, & per simplicitatem & ignorantiam obumbrati.Vel si vis,dic quod illi qui fuerunt antiquitus a parte solis.i.qui fuerunt populus Dei,& qui etiam sicut meridies fuerunt per fidem illuminati.s.Iudæi,imaginem solis Christi per fidem non receperunt, nec ipsum repræsentare voluerunt,imo nocturni & excæcati manserunt.Amos 8.Occidet sol in meridie, & tenebrescere faciā terram in die luminis.Sed pro certo illi qui soli iustitiæ erant oppositi & remoti.s.pagani,istam imaginem, id est

Christi fidē & grām receperūt,& eū repræsentatc per bona
opera studuerunt. Idō bene dr̄ Esa.49 Audire insulæ & atten
dite populi de longe. Vel si vis dic q̄ fictæ imagines solis.i.hy
pocriticæ repn̄tationes Christi nunquā apparent nisi in nu-
be sibi oppolita.hoc est in illis qui sunt oppositi soli Chr̄o p
pctm̄:quia.s.nullus Christum ficte se habere simulat nisi ille
q̄ p pctm̄ sibi opponit & obuiat,& q ex parte ipsius p grām
mostrat,nec ei p charitatē appropinqoat. Idō bn̄ dr̄ Sap.1.q̄
spūs sctūs effugiet fictū. Iustus.n.& Dei amicus & ppinquos
nunq̄ in se repn̄tat nisi q̄ est,remotus aūt a Deo & sibi oppo
situs s.pctōr,sæpe fingit & repræsentat illud quod non est. Idō
pulchrè Chrys.dicit Hypocrita aut appare qd̄ es,aut esto q̄
appares. Vel si vis expone sicut de iride,q̄ sp est in opposito
solis,& dic q̄ talis imago signat virum iustum,vel beatā vir-
ginem,quæ.s.soli iustitiæ se debet pro populo opponere, &
per orationem suæ iustitiæ cōtraire.quod qa hodie ecclesia-
stici nō faciūt cōquærit ipse Christus de ipsis,dicēs Eze.13.
Non ascendistis ex aduerso,neque opposuistis vos murū p
domo Israel. Vel econtra dic quod fictæ imagines & non ve
ræ.i.pctōres & hypocritæ sp soli.i. Christo vel bono plato,
vel etiam cuilibet viro iusto sunt oppositi & per rebellionem
& obstinationem contrarij & obiecti,& ideo sol.i. Christus
talibus in iudicio opponetur,platus autem vel vir iustus tali
bus se opponere mediante iustitia nunc tenetur quia.s. sicut
istæ oppositæ imagines finaliter euanescunt,sic tales rebel-
les & impij finaliter pereunt. Ideo dr̄ Leu.26. Si ambulaueri
tis ex aduerso mihi,ego quoq; contra vos incedam, & pcu-
6 tiā vos &c.¶ Pli.ēt ibidē dicit q̄ aliqn̄ lumen diei de cęlo no
ctu visum est,sicut accidit sub Cn. Papyrio,& C.cecilio con
sulib.ita q̄ diei species nocte lucebat. Clypeus ēt ardens oc-
casu ad ortum visua est transcurrere circa occasum solis sub
cōsulib. L.vario,& Cn.octauio. Vel charissimi per lumē & cly
peum intelligo Christum:quia.s.iste est lux vera,illuminans
omnem hominem venientem in hunc mundum , & clypeus
defensorius sperantium in se. Prouerb.30. Omnis sermo Dei
ignitus est,clypeus & sperātibus in se. Iste igitur in nocte siue
caligine mundi huius,vel etiam in media nocte(sm aliquos
voluit venire,& mundum per veram doctrinam & fidē illu-
minare,& omnes errorum tenebras ab ipsis tenebrosis infi
delib.effugare. Ad literam ēt in ortu suo pastores lucē eos
circunfulsisse de cælo viderunt,& illū qui est vera lux in Be
thleem adorare venerunt. Ideo literaliter & moraliter pōt
dici illud Esa 9.q̄ populus qui ambulabat in tenebris, vidit
lucē magnā.habitantib.in regiōe vmbræ mortis lux orta est
eis. Hodie etiā accidit q̄ illud lumen.s.Christus vel eius gra
tia,in nocte.i.in nocturna conscientia pctōris,oritur, & per
ipsum spūaliter illustratē.psa. Nox sicut dies illuminabit &c.
In fine vero ille q est clypeus in se sperantium, in iudicio ad
orientem.s.ad vallem Iosaphat(quæ in oriente)veniet,& ibi
ardens apparebit,inquantū ardure & rigore iustitiæ pctōres
consumet. Clypeus tamen defensionis dr̄,inquantum bonos
& saluandos a dānatione protegit & defendit. Ideo bene dr̄
Malac.3.q̄ ipse quasi ignis conflans &c. Vel expone totū de
die iudicij,vbi Christus erit lumen ad nocturnas & secretas
conscias & occultorum tenebras illuminandum,& omni-
bus ostendendum,& clypeus ad bonos defendendum , sed
7 erit ad malos in inferno comburendum.¶ Idem Pli.ibidem
s.li.2.c.35.de naturali historia mundi dicit q̄ semel sub Cn.
octauio & C.Scribonio consulibus visa est scintilla de qua-
dam stella cadere,& dum ad terrā appropinquaret,cōtinuè
crescere,& finaliter in lunæ similitudinem conuerti. Cū ve-
ro aliquādiu ac si esset dies,nebula illuxisset,in cælum fuit re
cepta,& finaliter in lampadē est mutata. Ista autem(vt ait)vi
dit Licinius syllanus procōsul cum comitatu suo. Stella ad
literam potest signare diuinitatem,scintilla vero ipsius, psō-
nam filij denotat,quæ ab essentia diuinitatis oritur & ema-
nat. Ista ergo est scintilla summę humilitatis,quæ ad terrā &
ad mundū cecidit per inclinationē suæ benignissimæ volūta
tis,& ibi in lunā eclipsabilē.i.in hoīem mortale mutatus fuit
per assumptionē nr̄æ humanitatis,tādē vero iste se recipit in
cęlū per ascensionē,& in lāpadē mutatus est per carnis glori
ficationem,& æternæ claritatis adeptionē,ita q̄ de illa scintil
la potest dici illud Hest.10.q̄ fons paruus creuit in fluuium
magnū,& in lucē solēq; cōuersus est. Vel dic q̄ stella est btā
virgo,cuius scintilla & particula fuit Christus &c.per oia si
cut supra. Vel dic qd̄ sæpe fit q̄ aliqua scintilla .i. aliquis hō
pauper per mentalē humilitatem,vel ēt per tpalem aduersi
tatē cadit & descendit,& paulatim crescendo,studēdo & p
ficiendo,magna luna.i.magnus doctor fit,& sic postea sursu
in cęlū ecclesiæ.i.in statū ecclesiasticū prælationis recipitur,
& ibi lāpas(q̄ totū domū illuminat).i.clara & nobilis perso
na efficit,a qua.s.doctrinis & exēplis domus ecclesiæ illumi
natur. Zach.4. Ecce candelabrum aureum totū,& lāpas eius.
Vel ista possunt applicari ad beatū Ludouicū massiliensem,
& ad cōsimiles suos. Iste.n.fuit vna scintilla de stella.i.de cla
ra fracorum parentela,qui.s.per summā humilitatē cecidit,
qn̄ frater minor fieri voluit,ita q̄ admitaodo possumus di-
cere illud Es.14. Quō cecidisti lucifer,q mane oriebaris? Sed
tandem ille paulatim scientiis & virtutibus crescendo,luna
magna fuit factus,inqtū fuit clarus eps Tholosanus ordina
tus,finaliter vero in cælū fuit receptus,qn̄.s.a carne p mor-
tē fuit dissolutus. In lampadem vero conuersus fuit,inquan-
tū hoc per miracula resplenduit,& inquātū oleū pietatis cō
tineos,& igne charitatis ardas,sua bn̄ficia mūdo dedit. Io.5. 8
Ipse erat lucerna ardens & lucens.¶ Dicit idē Plin.se vidisse
sub nocturnis militū vigiliis aliā mirabilē ipressionē,s.stellas
de cęlo cadētes,& p diuersas partes nauiū sedes mutātes, &
more auiū cū quoda sonitu strepitantes,& dicit idē q̄ talia
magnæ sunt significationis:quia.s.si solæ veniūt,significāt na
uigia submergēda vł cōburēda,si vero gemellæ sūt,designat
psperū nauigantiū cursum,& illi° stellæ minacis & diræ.s.he
lenæ ipaot & impediūt maleficiū. Dicit ēt idē q̄ q̄dā aliæ im
pressiones,q̄ dn̄r capita hoium,in vespertinis apparēt q̄.s.cū
magno præsagio sp vn̄r oia(inquit)incerta rōne,& in natu-
ræ maiestate abdita. Ista pn̄t applicari contra solitarios:q̄a.
s.dictū est q̄ pdicta ipressio si sola veniat,nocet;si gemella,p
ficit. In quo pōt notari q̄ singularitas & solitudo mala mul-
tū est vitiosa,& aliis periculosa,q̄a p certo illi q solí veniūt
i.q partiales,singulares & solitarii esse volūt, & ēt q platis
& magnatib.solis secretè loqui alios accusando cōsueuerūt,
& maxime qui volucrū more p detractionē garriūt,& p di
uersas partes nauis.i. p diuersa loca murmurādo incedūt,so
lēt naues.i.psonas quas loquēdo tāgūt, p rācores & odia cō
burere,& submersionē & tribulationē eis significare & ifer
re,ecōuerso vero de illis q gemini veniūt.i q societatē,cha-
ritatē & castitatē diligūt,q a vt cōiter illi aliis nullū malū fa
ciūt,imo p posse oēm psperitatē eis pcurāt & ptēdūt,& sy
d° maleuolū.i.malos pestiferos hoīes,ne sibi & aliis noceāt,
p virib.impediūt,& ipsis malis p eis se opponūt. Capita ve
ro hoium.i.plati,q hoium sont capitanei & magistri dn̄tn
vespere huius vitæ lucere,& p pdicationē aliis præsagire,&
q̄ ad salutē sunt necessaria designare. Iud.9. Vmbrā montiū
vides quasi hoim capita.¶ Itē dicit idem q̄ lapides & multa 9
alia visa sunt aliqn̄ pluere,& hoc(vt ait)q a a vento primitus
rapta erant. Sed istud expone sicut supra de Italia lapidantis
capis. Vel dic q̄ venti significāt crudeles & tēpestuosos prin
cipes & platos,qui.s.dēēt ēt subditis & iferiorib. pluere aquā
& refrigeriū elemosynarū,exēplorū & doctrinarū & tn̄ illi
pluūt eis lapides.i.duritiā tormētorū & vexationū, Eze.38.
Ignē & sulphur pluā sup eū.& Eze.13. Dabo lapides pgran 10
des &c.& ventū procellæ dissipantē.¶ Pli.ponit hoc quō oia
seruiūt influētiæ syderū,& exēplificat de origine in ortu ca
niculæ euigilāte,& de cane rabiē tunc facilius incurrēte,&
de ostrea se in plenilunio replente,de formica in interlunio
a labore cessante,de bōbyce sericū ad lunæ obseruantiā cō
ficiente,de helitropio solē cōtinue sequente,& se ad eū in-
clinante,& de multiplici herba & arbore folia & fructus
emittente & deponente,& de multiplici morbo sm lunā se
gubernante,& de herba q̄ pulegiū dr̄,in tectis suspēsa arida
certa die florēte,& concludit q̄ turpe est hoī virtutes syderū
ignorare,qn̄ videt inferiores creaturas talia psentire. Ista
possunt applicari gn̄aliter q̄ nos debemus syderū .i. Dei &
sanctorū virtutes & grās cogitare,sm ipsas nos disponere,
& mores nostros eis conformare,& nos & opera nr̄a sm ip
sorū volūtatē & regulā ordinare. Gen.14 Respice cælū , &
numera stellas si potes Vel dic q̄ hoies.i.clerici & rōnabi-
les personæ ad cælū & ad sydera.i.ad sanctos & angelos nō
attendūt,bruta vero.i.simplices & laici ad ista p deuotionē
respiciunt,& se sm eorū influentia,documenta & exēpla re
gulant & cōponūt. Idō de nobis aliis pōt hodie dici illud Ba-
ruch 6. Bestiæ meliores sunt illis.¶ Cum sm Senec.lib. de na-
turalibus quæstionibus a.inter omnia præsagia a fulmina

plus

plus habeant significare Pli.dicit hoc.s.li.2.c.41. q illud non
intelligitur de fulminib.q ex collisione ventorum, vel ex in-
flammatione vapurũ proueniũt: quia (vt ait) illa sunt bruta
fulmina & vana, q nulla naturę ratione proueniunt, & q irri
tos habent iactus. Illa vero fulmina quę fatidica sunt, statutis
de causis & ex suis venere syderibus. Sic possumus morali-
ter dicere q de sursum à superiorib. veniunt duo gña fulmi
num.i.balliuorũ & legatorũ, quidã.n.motu voluntate ppria
veniunt, sicut sunt mali, qui.s.ex inflãmatione rapinæ, & aua
ritiæ mouentur, & istis non est credendum, quia isti nihil si-
gnificant, nec habent aliquã ptãtẽ, sed solũ a suis violentijs p-
cauendum. Sed sunt alij qui sunt veri legati, & qui ptãtis si-
gnificationẽ hñt, & isti sunt qui statis causis & certis mittun
tur, & qui a suis syderib.i.a suis superiorib. destinantur. Ista
ẽt ad Christum applicari pñt, qui fuit a patre statuto tpe &
certa cã missus, & ideo fuit fatidicus, & veri nuncij relatiu°.
Multi aũt pseudochristi venerãt, qui nullã ptãtem habebãt.
Vel ẽt põt dici de duob. gñibus pdicatorũ, quia.s.quidã sunt
quæstuarij, qui sola inflãmatione auaritiæ muti sine superio
rũ mandato discurrũt, alij vero boni sunt a Deo & platis de-
stinati, qui veridici & fatidici sunt. Vnde Iob 38. Nunquid
mittes fulgura, & ibunt, & reuerentia dicent tibi, assumus.
12 ¶ Item de austro consequenter dicit Plin. q in ægypto non
flat. Dicit ẽt q animantia minus esuriunt flante austro quam
aquilone. Dicit aũt q auster in Aphrica est serenus, aquilo
turbulentus. Dicit etiam q venti certas & statutas hñt regu
las in natura, quis adhuc nobis incertas & incognitas. Si vis,
expone de spũ scto, qui p certo serenus est, & nõ turbulẽtus,
& quo flãte & inspirãte, aiantia.i.viri iusti (qui per grãm aiati
& viuificati sunt) & huius spiramine inspirati, nõ esuriunt p
auaritiã mundi bona, nec ẽt per gulã carnis oblectamẽta, qa
.s.ille quẽ spũs sctũs afflauerit, abstinens & continens magis
erit. Iste tñ auster in ægypto.i. in pctõrẽ populo flare nõ dr:
quia s.spũs sctũs in pctorib. nõ morat. Vnde Sap.j. Spũs sctũs
disciplinæ effugiet fictũ. Ventus aũt.i.spũs sctĩ inspiratio cer
tam habet rõnem & regulã per q spirat, q sibi, & naturæ na-
turanti Deo patri certa est, quis uobis sit incognita & incer
ta. Ideo Sap 7. iste dr benignus, stabilis, cert°, securus, nobis
aũt ignotæ sunt viæ luæ qa.s. nõ possumus cãs scire quõ vnũ
vult qñq; dimittere, & aliũ inspirare. Ideo Io.3. dr Spũs vbi
vult spirat, & vocẽ eius audis, sed nescis vñ veniat, aut quo
13 uadat. Ideo Eccl.11. Quis nouit q via sit spũs? ¶ Scdm eun-
dẽ, excelsiuus calor uel algor fulmina fieri impedit, & sic di
cit q in æstate & in hyeme rara fiũt fulgura, & eadẽ rõne in
14 scythia, & ęgypto. Expõe sicut supra c. de fulmine li.6. ¶ Hic
addit Pli. q fulmina de sursum uenientia, & a syderib. missa,
obliquẽ, & nõ directẽ cadunt, illa uero q infernus in basso ae
re genita sunt, rectẽ & directẽ descendũt, & sine reflectione
percutiunt quod ẽt patet in lapide terreno, qui impetuosẽ,
& directẽ cadit, & in fulmine cęlesti, quod flexuosẽ incedit,
cuius rõ est, quia fulmẽ hẽt igneã materiã, q casui repugnat,
lapis aũt nihil hẽt qd casum eius impediat. Sic uerẽ inter iu
dices & platos illi qui sunt superiores & superlota sapiẽtes
.s.uiri iusti qui cadunt & descendunt ad aliquẽ percutiendũ
uel puniẽdũ, nõ solẽt directẽ percutere, nec subito aut inde
liberate ad punitionẽ prorũpere. imo pro certo soleat obli-
quẽ & fluxuosẽ cũ debita deliberatione & discussione pce-
dere, & ad ictũ sententiæ peruenire. Ecõtra uero illi q terre-
ni.i.terrena sapientes sunt, & q solũ lucrũ terrenũ, & nõ utili
tatẽ aiarum q̃runt, directẽ & subito sine deliberatione pcu-
tiunt, & innadunt, & sñias suas promulgant, & inferũt, quia
.s.boni tenent & retardantur pp ignẽ charitatis quẽ habẽt,
mali uero non impediunt ab impetu, cũ igne charitatis ca-
reant, & pondus cupiditatis habeant 2. Mach.9. Contigit cũ
impetu euntẽ de curru cadere, Vel dic q dña est inter cęle
stes, & terrestres.i.inter bonos, & malos, quia qõ boni per
tentationẽ cadunt, non cadunt directẽ s.immediatẽ in pctm
ruendo. nec statim pctõ cõsentiendo, imo flexuosæ tẽtationi
resistendo, & cũ quadã displicentia à statu grã decedendo.
Ignis.n.charitatis tales sp nititur releuare, & ipsos ne deci-
dant pseruare, vt dicat illud ps. Impulsus, euersus sum ut ca-
derẽ, & dñs suscepit me. Econtra uero est de terrenis & pec
catorib. quia illi nõ habẽtes retinaculũ charitatis, sed potius
pondus malæ inclinationis & uoluntatis, directẽ cadunt, &
sine mora pctõ cõsentiunt, & impetuosẽ currunt, & descen-
dunt. Apo.18. Hoc impetu proiicietur babylon in lacũ &c.

¶ Itẽ scdm Pli.li.2.c.56. Fulmina si ad leuã cadunt, bona por- 15
tendũt, si uero ad dexterã, mala. Dicit insuper q fulmẽ nun
quã ultra qñq; pedes in terrã descẽdit, & iõ (ut ait) pauidio-
res altissimos specus tutissimos putant. Per fulmen fortunã
intelligo, q s. cõstat è cęlo ex insperato venire, & nunc ad le-
uam aduersitatis, nunc ad dexterã prosperitatis ad hoies se
transportare. Sed quid pro certo sinistra fulmina præualent
dextris: quia.s. leua & aduersa fortuna in præsenti, bonũ psa-
git in futurũ, ecõuerso aũt fortuna q est in psenti dextera, &
prospera significat aduersa hoi futura & aspera, qa vt cõiter
præsentes tribulationes significãt futuras paradisi cõsolatio
nes, iuxta illud Lu.6. Beati qui nũc fletis, quia ridebitis. Ecõ
uerso autẽ psentes significant futuras inferni tribulationes,
iuxta illud ibid. Vę vobis diuites, q habetis hic cõsolationẽ,
qa cõtristabimini. Residuũ si vis expone aliter, & dic q qn-
que pedes sunt quinque vulnera Christi, q.s. non põt impet°
fulminis in æterna dãnatione penetrare. In fouea ergo hu-
militatis te abscondas, vel in specu. Sepulchri vel inferni p
cõsiderationẽ te ponas, vt fulmen dãnationis euadas. ¶ Item 16
scdm Pli. ibid.c.56. Fulmen si hoiem vigilantẽ occiderit, ocu-
los ei claudit, si vero dormiẽtẽ occidat, oculos ei aperit. Igi
tur ille fulmine percussus clausis oculis inuenitur, iste vero
apertis oculis reperitur. Tale fulmen fuit Christus. Iste.n.p-
dicãdo pcussit, & tetigit, & vigilãtes, & dormiẽtes.i. Iudęos,
qui habebant legis lumen, & fidei claritatẽ, & gentiles, q in
vitijs dormiebant, & habebant errorũ oim cæcitatẽ. Sed pro
certo sic factũ est, q illorũ vigilantiũ.s. Iudæorũ oculi mẽtis
fuerunt clausi & excęcati, istorũ vero dormientiũ.s. gentiliũ
fuerunt oculi, aperti p fidẽ & illuminati. Et iõ ipse dicit Ioã.
9. Ego inquit in mundũ ueni, vt qui nõ vidẽt videant, & qui
vidẽt, cęci fiant. Vel dic q fulmẽ est fides, q vigilantes.i. sciẽ
tificos, & mundi sapientes, cũ oculis clausis & mente excæ
cata dimisit, dormientes, vero.i. ignorantes, & simplices illu
minauit & oculos eorũ aperuit, & ad cognitionẽ ueritatis
instruxit. ad Ephes.6. Surge q dormis, & illuminabit te Xps.
¶ Sicut dicit idẽ Pli. de naturali historia.li.2.c.57. Tria sunt q
fulminę non tanguntur, nec ab eo dissipantur, uidelicet lau 17
rus inter arbores, aquila inter uolucres, uitulus marinus in-
ter bestias atq; pisces. Locus.n. in quo est laurus, non fulmi-
natur, & iõ tpe fulminũ Cęsar sub lauro morabatur, sicut in
titulo suo dixi. Aquila ẽt pro eo q a fulmine nõ læditur, por
tare Iouis fulmina dicebatur. timentes ẽt fulgura, uestib. sa
ctis de vitulorum marinorũ pellib. induebantur, quia breui
ter ista sunt aialia & res quæ fulmine non pereunt, & quæ ẽt
suos possessores a fulmine protegunt & defendunt. Per lau-
rum sp virentẽ intelligo illos qui sp virent per honestã con
uersationem, per aquilam q altẽ volat, & clarẽ videt, intel-
liguntur illi, qui alte volant per cœlestium contemplatio-
nẽ, & clarẽ vident per discretã cogitationẽ. per vitulum ve
ro marinũ qui in mari natat, & p terrã ambulat, intelligo il-
los qui in mari pniæ & in lachrymarũ & futurorũ cõsidera
tione, & amaritudine se balneant, & p terrã humilitatis per
agraut p bonã actionẽ. Igit dico q illi sunt quos fulmẽ ęter
næ dãnationis, & fulmẽ ardẽtis tẽtationis nõ solet spũaliter
occidere, aut mortẽ culpę & pœnæ eis inferre, quia pro cer-
to illi qui p dictis virtutib. muniunt, nunq in dictis fulminib.
moriunt, quinimo locus, domus, patria vel ecclesia vbi tales
personę sunt illi ẽt, q eorũ pellib.i. eorũ bona cõuersatione
per imitationẽ se vestiũt, nunq per fulmen tribulationis, tẽ-
tationis vel dãnationis pereunt aut succũbunt. Bonũ est igit
tales secũ habere, & eorũ cõuersationẽ, & vestẽ imitãdo in-
duere, & eorũ comitiuã in domo religionis vel ecclesiæ sp
esse, iuxta illud Eccle.9. Viri iusti sint tibi cõuiuæ. Vel dic q
laurus significat beatũ Laurentiũ, aquila Ioannẽ Baptistã: vi
tulus beatũ Lucã. Isti.n. fulmine tẽtationis, & dãnationis nõ
perierunt, quinimo suos deuotos imitatores a talib. fulmini
bus liberauerunt. Vel dic q aquila regina auiũ est beata. Vir
go, vitulus pro nobis immolatus est Christus, laurus verõ si
gnificat crucẽ Christi &c. Expone sicut supra vel vide de lau
ro & pone sicut ibi. ¶ Sicut ponit idẽ, naturaliter in aere in- 18
feriori gñantur qñq; multæ & mirabiles impressiones. Vn-
de ãit ibid.c.58. de prodigiosis pluuijs, q qñ visum est de cę
lo pluere lac, sanguis, caro, lana, ferrũ, lateres, & ẽt (sicut su-
pra dictũ est) qõdoq; visum pluere lapides. De oĩb. autẽ istis
exẽplificat, & tpa quibus hęc facta sunt, insinuat & declarat.
Dicit.n. q lac & sanguis pluerunt, sicut est in antiquis monu

mentis

meatis & annalib. sub M. Attilio, & C. Portio cōsulib. Carnes pluerunt sub L. Volumnio. & Seruino Sulpitio consulibus. Vbi ēt dicit ꝙ ex illis carnib. non cōputruit quod nō diripuerāt aues. Ferrū ēt pluit anteq̄ M. Crassus in parthia interēptus esset, omnesq; milites lucani q̄ cū eo erant in exercitu, ferrū in similitudinē spongiarū viderunt, quod aruspices significare superiora vulnera cōiectabantur. Lanam aūt sub L. Paulo, & C. Marcello consulib. dicit pluisse iuxta castellum Carissanum, iuxta quod post vnū annū. T. Annius milo occisus est. quo ēt causam dicente, lateres coctos pluisse, in actis eius refertur. Ista verba plinij mendacia reputarē, nisi ēt nostris tēporib. gigni in aere similia cōperirem. videmus. n. paruulos buffones & ranas de cęlo in tpe tempestatis pluere, quas cōstat vel in aere genitas, vel a ventis antea raptas esse: audiui ēt veridica relatione referri ꝙ circa mortē dñi Ioannis Papæ 22. in aruernia in oppido de longiaco, in tempestate quadā grandis quædā imago ad formā crucifixi de cęlo cecidit, quæ a multis visa postea dissoluta extitit. tūc ēt (vt aiunt) grando grossa cadebat, quæ quandā similitudinē fiscellarū. i. illorū vasorum vbi formātur casei, cōtinebat. Non est igitur incredibile ꝙ pdicta pluisse dicantur, qn maiora vel similia nr̄is tpibus fieri cōprobantur. Ista pñt applicari ad Christū Deū, qui pro certo est vna mirabilis nubes, q̄ mirabilia nobis pluit, & nunc aspera nunc prospera, nunc consolabilia, nunc tristabilia desuper nobis mittit. Igitur visum est ꝙ iste nobis pluit lac. i. dulcorē consolationis, & dulcedinē doctrinæ grę, & deuotionis. Iohe. Stillabunt montes dulcedinē, & colles fluent lac & mel. Mittit ēt nobis carnes incorruptibiles, sanguinē. i. sacramentū sui benedicti corporis vel ēt beneficiū suæ incarnationis & suæ passionis, quo. s. debent nutriri volucres. i. viri spūalis cōtēplationis. vnde ps. Et pluit super eos sicut puluerē cineres, & sicut arenā maris volatilia pennata. Itē iste nobis pluit lanā. i. opertmentū suæ honestæ cōuersationis, ad faciendū nobis vestes virtutis, & perfectionis. psal. Qui dat niuē sicut lanā. Itē iste nobis pluit ferrū quoq; & lateres. i. duritiā correctionis, & tribulationis, & maximè in iudicio, qn pluet duritiā ęternæ damnationis, quod interpretatiuè vt dicere Moyses pctōri. Deute. 28. Sic cœlum quod supra te est æreum, & terra q̄ calcas, ferrea. Et breuiter iste est dni crucifixū. i. suum benedictum filium pro nobis crucifigendum, nobis de cęlo pluit, cum quo ēt fiscellas seu formulas caseorum. i. perfectionis regulas nobis misit. vnde ēt de ista pluuia dr Esa. 45. Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum. Vel si vis dic ꝙ in tēpestatis, & grandinis tpe imago crucifixi de cœlo nobis pluitur, ad demōstrādum ꝙ Deus vult ꝙ in talib. periculis ad crucifixum, & ad Christi passionē principale refugium habeatur, & ꝙ in formula seu regula disciplinę quilibet informetur. Vel dic ꝙ talis nubes pōt significare bonum pdicatorē vel platum, qui. s. pdicando pluit alijs lac simplicis doctrinæ, sanguinē & carnem & crucifixum. i. memoriā incarnationis & passionis dominicę, ferrum & lapides. i. memoriā dānationis futuræ, vel verba reprehensionis duræ, lanā. i. inductionē ad alios p pietatem vestiendum, formulas. i. pcepta vitæ ad informandū, & regulandum. Vel dic ꝙ talis nubes est hō pius, & beneficus, qui. s. alijs eluit. i. fundit & distribuit lac ad bibēdum, carnem, & sanguinē ad comedendum, lanā ad operiendum, ferrum. i. correctionē ad castigādum, lateres vero coctos. i. materiā ad ędificandum, crucifixum vero. i. fidē & deuotionem ad credendum, formulas. i. exēpla, & documenta ad spūaliter informandum, quia breuiter benefici iusti & perfecti solent non solum tpalia, imo ēt spiritualia beneficia alijs pluere, & ipsos in oib. adiuuare. ps. Pluit illis mana & ad manducandum &c. Vel expone in malo ꝙ talis nubes est diabolus Vel malus pdicator, q. s. aliis pluit lac fallacis & blandæ adulationis, carnē & sanguinē. i. carnalia exempla gulæ, luxuriæ & infectionis, lanam operientē. i. tegumentum falsæ excusationis vel hypocriticę fictionis, ferrum. i. duritiā crudelitatis & inuasionis, lateres coctos. i. cocturā iracundiæ & detra-
5 ctionis, crucifixum. i. cruciatum tristitiæ, & desolationis, & formulas malorum exēplorū & peruersæ cōuersationis. psal. Pluet super peccatores laqueos. ¶ Item in eodē. li. 2. c. 60. de naturali historia dr ꝙ olympiadæ 78. Anaxagoras pdixit p scientiā cęlestem ꝙ certa die saxum erat de sole casurum, qd ꝙ factum est interdiu. i. de die in Thraciæ parte ad Egos flumen, qui lapis ēt nunc ostenditur colore adusto dicit autē Pli. ibidem cadere è sole lapidē crebro cōtigisse, seq; vnum talem in agro Vocōtiorum vidisse. Vnde etiam ait ꝙ hodie colitur in Apidi Gymnasio quidā modicus lapis quē in medio terrarū casurū idē Anaxagoras prædixerat. Ista aūt verba Plinij contra rōnem videntur, nisi forsan supponatur ꝙ ille lapis fulmē fuit, quod quia à parte solis cecidit, a sole creditū est venisse, vel ēt quia fulmina sandica a syderib. descendere supra dixi. Quocūq; ergo modo fuerit, per solem intelligo Deum patrē, qui est. s. solus lucēs. ps. Tu solus altissimus super omnem terram. Per lapidem vero Christum Dei filiū intelligo, qui. s. lapis angularis dr̄, super quo ecclesia fundat, & in quo mens humana fiducialiter stabilitur. Iste etiam lapis dr̄ apparuisse cōbustus, qā. s. igne passionis fuit excoctus. Quid igitur? pro certo lapis iste angularis Christus à sole, i. a Deo descendit & venit, quia. s. pater ipsum in mundum ad assumptionem nr̄æ mortalitatis misit, Anaxagoras vero prophetarum ordinem signat, qui. s. istum lapidem casurum, i. Christum a patre venturum, per cœlestem inspirationem, & scientiā prædicauit. Vnde ipse sol, i. Deus pater istud Anaxagoræ, i. prophetis diu ante promiserat, dicens. Esa. 28. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem angularem pretiosum in fundamento fundatum. De hoc autem admiratur Iob dicens. Quis posuit mensuras terræ, aut quis demisit lapidē angularem eius? Vel dic quòd sol iustitiæ est Christus, a quo procul dubio lapis, i. dura sententia cadet, quādo 20
reprobos ad infernum condemnabit, & tradet. ¶ Inter mirabilia cœlestium impressionum non immerito potest poni illud, quod Pomponius asserit de Ideo monte, qui propè Troiam antiquitus fuit situs, & quo Paris inter tres deas de pulchritudine certantes fingitur in iudicem vocatus. Ait. n. quòd ille mons orientem solem aliter quàm in terris alijs soleat aspici, ostentat. Nam ex summo vertice eius speculantib. pene a media nocte sparsi ignes passim micare, & tādem appropinquante die, paulatim inuicem conuenire vidētur, qui postquam simul collecti ad modum magnę flammæ diu arserint in globum non modicum rotundatur, & sic terris diutius apparētes, paulatim decrescere incipiunt, ita quod globus ille continuè minuitur, sed quanto plus decrescit, tanto lux ipsius plus augetur, qui postea clarior factus nouissimè fugat noctem, & cum die iam sol factus attollitur. Dic si vis quòd mons iste ecclesiam signat, quæ re vera ortum solis claritatē verę fidei multo certiori, & differentiori modo percipit q̄ aliæ nationes. Ab ipsa. n. media nocte, i. ab ipso tempore legis antiquę, sol ille, i. vera fides in ipsis nubibus, i. in sanctis patribus resplenduit, in quibus sparsim, & in confuso ipsi ignes diuinæ reuelationis apparebant. Esaia. 10. Erit lumen Israel igne. Tandem vero ipsa flamma antiquæ fidei paulatim se conglobans, & in lumine veritatis crescens, nouissime in solem. i. in veram fidem conuersa est, quæ. s. iam illuminat totum mundum, vt de illo cœco lumine, i. de illa antiquorum tenui fide, nunc in solem conuersa, in veram fidem mutata, possit dici illud Hest. 10. Fons paruus creuit in fluuium magnum, & in lucem solemque conuersus est. Vel dic ꝙ lux fuit fides ecclesiæ primitiuæ, quæ quidem ecclesia nocti mediæ propter tribulationum caliginem cōparatur, quia. s. lux illa. i. illa fides quamuis tūc esset sparsa, confusa, & in multis per ignorantiam obscura erat tamen per charitatem ardens, & more ignium inflammata. Ioann. 5. Erat lucerna ardens & lucens. Tandem vero illa lux fuit amplius conglobata, & paulatim ab ardore charitatis defecit, in lumine vero veritatis creuit, ita quòd in solem verè fidei finaliter se mutauit. Allega vt supra. Illa est. n. veritas ꝙ fides primitiuæ ecclesiæ fuit in charitate magis feruida, quamuis esset in veritate minus lucida, nostra vero moderna fides in veritate amplius lucet, sed in charitate procul dubio minus ardet. Vel dic ꝙ ista impressio diuinam gratiam significat, quæ. s. nunc in nocte huius vitæ parum per veram cognitionem lucet, verumtamen per charitatem multipliciter ardet, sed illa adueniente die beatitudinis æternæ, clarificabitur, & in verum solem, i. in gloriam conuertetur, quia. s. gratia in præsenti, in futuro proficitur, & in gloriam commutatur, ita quòd de globo igneo præsentis charitatis, & gratiæ perfectus sol. i. perfecta gloria formatur, & de cognitione nunc nubila, vera tandem cognitio generatur. Apocalip. 21. Claritas Dei illuminabit illam, & lucerna eius est agnus. Vnde supra de Media de monte Caspio.

De

## *De ignium mirabilibus. Cap. 62.*

1 IGnium mirabilia multa sunt in natura. vnde notat sicut tractat Pli. in fine. li. 2. c. 108. de naturali mundi historia, ꝙ quædam sunt bitumina cognata ignium, ita ꝙ ignis vndecunque visus solet in talia bitumina transilire, & loca bituminata accendere, ignire & ardere. Tale bitumen dicit esse napham, quæ est vena terræ circa Babyloniam, & in Austagenis parthiæ profluens bituminis liquidi modo: tali bitumine dicunt ꝙ Medea pelicem cremauit, dum sacrificatura ad aras accesserat, coronã igne rapta. Et hoc sic intelligo, ꝙ illa pellex habebat coronã in qua forte Medea occultè de illo bitumine posuerat. Cum ergo illa pellex appropinquaret vt sacrificaret ad aras, raptus est ignis a bitumine, qui pellicem cremauit. Albertus ẽt ait ꝙ cum tali bitumine fiebant antiquitus falsa miracula: vngebantur. n. inde temporũ summitates & sic ignis suppositus rapiebatur sursum. Igitur cauendum tale bitumen habenti, ne appropinquet ad ignem, quia ignis a bitumine raperetur, & sic portans cum suo bitumine cremaretur. Audiui etiã ꝙ totum persarum imperiũ illo bitumine vtitur pro lucernis. Tale bitumen est caro humana, quæ. s. de lacu concupiscentiæ sicut limus procedit, & de limo terræ originem primã traxit, & quæ etiam de lacu babylonis. i. de cõfusione peccati originalis promeruit. Ista est igitur cognata ignium concupiscentiæ, quia pro certo solo visu ignis. i. sola oblatione, occasione, vel sola pñsentatione alicuius personæ per luxuriam ignibilis vel ignitæ, ignis concupiscentiæ a bitumine carnis recipitur, ita per mala desideria inflammatur. Medea ergo incantatrix. i. deceptor diabolus qñ vult pellicẽ. i. aiam peccatricẽ cõburere, & ipsam per mala desideria inflammare, solet eam tali bitumine. i. carnis amore coronare, & ipsam carnis delicijs adornare. Sic ergo mediante bitumine carnis q̃ immoderatè fouet, & diligit, ignis cõcupiscentiæ in ipsam rapit, a quo per luxuriã inflammatur, & per quẽ in inferno perpetuo cõcrematur. Eze. 15. De igne egredient, & ignis cõsumet eos. Vel dic ꝙ bitumen significat pctm̃, quod procul dubio ignium infernaliũ est cognatũ tanta. n. est cognatio inter culpã & pœnã inter pctm̃ & ignẽ æternũ, ꝙ quicunque talis pcti bitumine linitus fuerit, ignis inferni in ipsum saliet, & post mortẽ protinus nũc cremabit. Mediante ergo bitumine culpę tenacis & ligatis, Medea. i. diabolus pellices. i. aias peccatrices cõcremat. & in inferno deuastat, & deuorat. Deut. 32. Ignis accensus est in furore meo, & ardebit vsq; ad inferni nouissima. Vel dic ꝙ bitumẽ molle est pietas, q̃ mollis est, fluida & benigna. Ista igitur cognata est igniũ charitatis, quia ꝑ certo qui pietatis & grãæ bitumine linitur, faciliter ꝑ bona desideria inflamat. Et nota si vis de naphta, ꝙ in imperio Persidis omnis quã ꝑpe mare bacut seu caspiũ, circa ipsam ciuitatẽ bacuc, in quodã mõte profluit, & dr̃ oleum de bacuc. In valle aũt vbi fluit, cõtinuus ardet ignis. Est aũt talis naturæ, ꝙ oia pœnetrat vasa terrea, ꝑter encurbitã. si etiã ipsum in manu posueris, statim ex altera parte manus ipsum penetrasse videbis, & similiter in quocunque vase, nisi fuerit vitreũ carneum vel cucurbiteũ, claudi nõ vult, quia si vas in quo est fortiter claudit paulatim euaporat & egredit, si aũt apertũ dimittit, tunc sine diminutione seruatur, ignẽ sicut dictũ est, de longè rapit. Vnde ẽt vir religiosus & prudens frater Ioannes de Sara narrauit mihi ꝙ cũ de consilio medicorũ quendã antiquũ fratrẽ sciaticũ, & guttosum supra renes isto liquore inũgeret, & incautus circa ignẽ hoc faceret subito ignis in fratrẽ inunctũ prosilijt, & totã pellẽ eius cõbussit. Hoc applica de corde gñoso cui magis cõpetit libertas q̃ seruitus. claudi. n. vel violenter, nõ vult teneri. tunc. n. magis nititur in vetitum. & tunc se minus continet, qñ est propriæ libertati pmissum. Sene. Generosus animus facilius ducitur, quã trahitur. Vel dic ꝙ aliqui sunt ita ignei, ꝙ oẽs clausuras penetrant. nisi forte vitrum cucurbita, i. consideratio fragilitatis & Christi crucis ipsos retineat intra metas. ¶ Itẽ Pli. de alio bitumine ꝙ dr̃ Maltha,
2 dicit ꝙ in vrbe. Comaginæ Samosata stagnum est a quo ipsum fluit ad modum fluuij, quod vtiq; mirabilis est naturæ, quia. s. tunc flagrat, & ardet, qñ aliquid solidi attingit. præterea ita adhæret tenaciter ꝙ tactu sequitur fugiẽtes, sic defendere muros oppugnante lucullo, flagrabatque miles armis suis. aquis accenditur, terra tñ restringi docuere experimẽta. Ista verba Plinij non bene capio, intelligo tñ ꝙ illud bitumen tunc accenditur, qñ solidã materiam tangit, & forte ratio est, quia magis fortificatur contra magis resistẽs, sicut supra c. de fulmine dixi. Et forte iste est ignis Græcus, de quo audiui ꝙ in pane seruatur, quo si quis tactus fuerit, inflamatur, ipsumq; limus ardens faciliter non dimittit, imo tactos sequitur fugientem. Et ideo illi qui erant intra ciuitatem, talem limum de muris contra lucullum & suos milites proiecerunt, & sic arma militum quæ erant solida, statim inflammata fuerunt, & sic muros suos a lucullo defenderunt. Igitur talis ignis aqua accenditur, terra vero, arena, vel puluere mitigatur. Audiui ẽt ꝙ in Vngaria ꝓuincia dicta Seclinagear, talis limus abundat, & de quodam monte profluit ceræ modo: supposito ergo ꝙ bene habeã sententiã Plinij, dico ꝙ iste limus igneus significat inflammationem diabolicæ tẽtationis, quæ. s. a principio est sicut lim9. i. mollis debilis, & suauis, ita ꝙ si materiã mollem. i. voluntatem sibi non resistentẽ inueniat, facilem. s. accendi, & quæ non multum resistat, tũc parum curat, si vero materiam inueniat solidam. i. personã fortem, & in bono proposito stabilem & ad resistendum tentationi paratã, tunc solet iste limus. i. illa mollis tẽtatio in ignẽ conuerti, & fortius & violentius accendi, & ad cõburẽdum Christi milites. i. viros iustos acri9 animari, quia. s. hostis tũc fortius tentat, qñ fortiorem resistentiam in homine confiderat, iuxta illud Hiere. 46. Fortis Impegit in fortẽ. Tali ergo modo diabolus ciuitatem malorum defendit, quia. s. militea luculli. i. Christi igne tentationis accendit. Iste ergo est ignis qui sequitur fugientes, quia pro certo vbicunq; a facie tẽtationis fugeris, ꝓ ignem ardentẽ & diabolũ tẽtantẽ videbis. Aqua ẽt ã. s. deliciarum vel prosperitatis mundanæ, illũ ignẽ non solet extinguere, sed augere, terra vero humilitatis vel memoria mortis istũ põt solummodo eneruare, quia ꝑ certo consideratio terreitatis vilitatisq; & mortalitatis humanæ, vel terra. i. infirmitas humilitatis, vel terra, i. duritia poię, & abstinentiæ, ignem tentationis diabolicæ, & inflammationem malorum desideriorum extinguit, quem aqua deliciarum & fluxibilitas rerũ mundanarum accendit. Sap. 16. Ignis in aqua valebat supra suam virtutem, & aqua extinguẽtis naturæ obliuiscebatur. Vel si vis dic de diabolo, qui plus ardet contra resistentes, & iustos q̃ cõtra sibi obediẽtes & impios, sicut in vitis patrum legitur, vbi vnus diabol9 solus visus est super vnã ciuitatẽ, in vno vero collegio sctõrum hoim diaboli erant multi: plus. n. tentabant bonos resistẽtes, q̃ malos obedientes. ¶ Itẽ dicit idẽ ibid. ꝙ multa sunt loca continuè
ardentia, sicut exemplificat de Aethna in Sicilia, de Ephestis 3
montib. In Lycia, de Chimera in Phaselide, de Cophãto in Bectris, de Thenocema in Aethiopia, de cãpo qui more piscinæ ad quantitatẽ vnius iugeris qũq; flammat in Babylonia. De Aethnæ aũt loquitur ibidẽ. c. 106. dicens ꝙ aliqñ per quinquagena, & centena milia passuum arenas flammarum globus eructat, & tñ (vt ait) in eius radicib fontes contra naturam exiliunt, cum oĩs aqua deorsum feratur. Et de multis alijs terris, montib. & insulis exemplificat, q̃ continuè ardẽt & flammant, quorum tñ (quod mirum est vt ait) materiæ sp̃ sufficiunt & abundant. Et tot inquit locis, tot incendijs rerũ natura terras cremat. In Gallijs in diocęsi Rutinen. mõs est qui a 50. annis citra, non cessauit ardere, ita ꝙ iam plures habitationes consumpsit. Ista si vis expone sicut supra cap. de Aethna. vel sicut de Thenochema. ca. 28. de Aethiopia. §. 6. c. 19. §. 4. Et per istos mõtes intelligo infernũ & purgatoriũ, ignem perpetuum cõtinentes, vel pctõres, igne luxuriæ, auaritiæ & inuidiæ æstuantes &c. vide ibi. ¶ Inter ista dicit idem de monte ꝓdicto & chimera & de monte. Ephestis qui sunt in Lycia. ꝙ ignis ipsius Chimeræ aquis accenditur, terra aut fęno extinguitur, vt Gnidius Ctesias tradit. De ignib. etiam montium Ephestorum dicit ꝙ lapides & arenæ riuorum in ipsis aquis ardent si quis ẽt baculo illo igne accenso, sulcum in terra fecerit, riuos ignium sequi narrant, aliturq; pluuijs ille ignis. Tales montes, & tales terræ sic ardentes, significat ambitiosos & auaros, qui pro certo sunt ita ardentes, ambiẽtes & cupientes, ꝙ nulla aqua. i. nulla sub͂a tẽporalis põt eos satiare, nec ignem suæ cupiditatis extinguere vel sedare patet, quia quanto plus de aqua i. quanto plura beneficia, officia, lucra & munera apposueris tanto ipsos magis per auaritiam inflãmabis, ꝙ ad petendũ alia amplius excitabis. Prou. Ignis nunquam dicit sufficit. Quid igitur põt extinguere talem ignem? Procul dubio terra & fęnum. i. consideratio nr̃ę

terreæ

terreæ mortalitatis, & consideratio nostræ fœneæ fragilitatis. Fœnum.n. quod sm saluatoris sententiã, hodie est, & cras in clibanum mittitur, fragilitatem carnis humanæ designat, quæ si hodie viget, cras fortsitan in aritatem mortis se mutabit. Esai. 40. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri, exsiccatum est fœnũ, & cecidit flos &c. Terra autẽ quæ in morte nos operit, & in quam caro humana finaliter se conuertit, mortẽ & mortalitatem significat, de quo Eccl. 3. De terra facta sunt oia, & in terram pariter conuertentur. Igitur ista duo extinguunt inextinguibilẽ auaritiæ ignẽ. s. fœnum. i. consideratio nr̃æ fragilitatis, & terra. i. consideratio mortis & finalitatis, quia pro certo si quis illa bene considerauerit, igne ambitionis & auaritiæ, igne etiam iracũdiæ vel luxuriæ non ardebit. Esai. 43. Ardor ignis non erit in te. ¶Iste est ergo ignis qui pluuijs beneficiorũ accenditur, & quo sub aqua bonorum tpalium ipsi lapides sanctuarij. s. religiosi, & clerici, & ipsæ arenæ. i. seculares laici comburuntur, ita etiã q lignum exinde accensum. i. pdicatorem talib. vitijs inflammatum, riui ignei. i. mala exempla sequũtur, & post ipsum discurrere dinoscuntur. Dan. 7. Fluuius igneus rapidusq; egrediebatur a facie eius. Quia breuiter illud est verum, q si qs igne luxuriæ & auaritiæ accensus fuerit, per sulcum quẽ ipse fecerit. i. per societatem per q̃ trãsierit, riuum igneũ. i. mala exempla & malos sequentes post se habebit, & exẽplo suo multã sequelam hoim inflammabit. vnde Esa. 34. Conuertentur torrentes eius in picem, & erit terra eius in picem ardẽtem nocte & die, nõ extinguetur. Vel dic q solum puluis, & terra. i sola mors põt ignẽ auaritiæ extinguere, quia ex quo auari incipiunt, solet ardor suus vsque ad mortẽ durare. Vel dic q tale lignum est hæreticus, quia cum iste igne, & feruorẽ hæresis inflammatus fuerit, & pp hoc etiam ignem & cõbustionem forsitan sustinuerit, statim malorum suorum sequacium riuulum post se trahit. qui etiam ignei dicũtur inquantum etiam ignis ipsos post eum deuorat, & consumit. Esa. 9. Vestimentum mixtum sanguine erit in combustionẽ, & cibus ignis. Vel dic q lignum accensum est vsurarius dãnatus in inferno crematus, quia. s. talis solet riuos igneos trahere inquantum malos suos successores & imitatores solet ad ignẽ inferni ducere, & cõbustionis, & dãnationis eorum finaliter cã esse. quia. n. mali filij malis parentib. & mali imitatores malis informatorib. malẽ succedunt, ideo igniũ suorum participes fiunt, & sic post lignũ ignitum; ignei riui currunt. Ista aũt optimẽ figurantur in bestia quæ cum sequentibus suis missa est in stagnũ ignis. Apo. 19. quia procul dubio mali non solum in igne inferni cõburuntur, imo etiam oẽs qui successione acquisitorum vel imitatione eos sequuntur, & sic impletur illud Exo. 20. Ego sum Deus tuus vindicans iniquitatẽ patrum in filios vsq; in tertiam & quartam generationẽ. Vel dic q lignum accensum riuus igneus sequitur, inquãtum. s. illos qui nunc per auaritiã & luxuriã accenduntur, riuus ignis inferni sequitur, a quo finaliter consequũtur & cõprehenduntur. Eze. 15. de igne egredientur, & ignis cõ-

5 sumet eos. ¶Item idem, s. de naturali mundi historia li. 2. circa fin. dicit q ager Megalopolitanorum interna patitur incendia, frondes tñ densi supra se nemoris nõ adurens, & iuxta fontem gelidum sp ardens. Item idẽ dicit q in Nymphæo erit de petra flamma, quæ pluuijs accẽditur, exit & ad aquas Scantias. hæc quidem inualida cum transit, nec longẽ in aliena durans materia. Viret & æterno hunc fontem igneum cõtexens fraxinus. Charissimi, per nemora densa quæ non aduruntur agro igneo subiacente, & per fraxinum sp virentẽ super fontem igneum, & super petram ignes euomẽtẽ, possum intelligere quosdã viros solidos & perfectos, qui dato q sint in fonte ignium, & in ardore tribulationis, & incẽdio tentationis, & ipsis occasionib. peccati nunquam tñ læduntur aut aduruntur per malos consensus & opera, vel etiã per infamiam temporalem, imo virore grẽ semper diuino munere decorantur. exẽplum de illo qui in iuuencularum medio positos ad luxuriam non est flexus, in historia Balaam. Esai. 43. Cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te. Vel põt allegari de beata Agnete, vel Agatha, vel Cecilia, quæ adhuc viridis iuuenis & tenella in igne fuit posita, & tñ ignis incendijs non est vsta. Vel dic q iste ignis charitatem significat, quæ arbores virentes. i. personas honestas portat, & iuxta gelidum fontem tribulationum perseuerat & durat, & ẽ petra. i. ea cordib. duris, firmis & solidis pluuiarum. i. tentationum occasionem eructat & emanat, quia pro certo corda firma & fortia tunc fortius per bona desideria flammant, cũm pluuiæ tribulationum vel tẽtationum ea excitant & infestãt. Quod potuit figurari Iud. 6. vbi di q cũ Gedeon carnes & ius carnium super petram posuisset, angelus dñi virga tetigit, ascenditq; ignis de petra, & carnes azymosq; panes consumpsit. Sic verẽ qñ carnes. i. aliquæ carnales tentationes & tribulationes super petrã. i. super virum iustum & solidũ immittuntur, tunc tactu angeli. i. rõnis impetu flammæ charitatis & boni feruoris eructat, q carnẽ. i. carnalẽ tentationẽ cõsumit, deuorat & deuastat. Ecc. 38. Vapor ignis vrit carnes eius. Vel dic q petra est Christus, q iste ignẽ spũssancti nobis mittit, qñ pluuias. s. orõnes deuotas a nobis recipit atq; sentit. Vel et per ignẽ intelligo verbũ Dei, iuxta illud Eccl. 48. Surrexit Helias quasi ignis, & eius & verbũ eius ardebat vt facula. & Hie. 5. Ecce ego do verba mea in ignẽ, Si igit pdicator volt ignẽ. i. verba, vel ignẽ. i. spũm sanctũ sibi p se q pro auditorib. impetrare, & a petra Chrõ extrahere, necesse est prius pluuiã lachrymarũ, deuotionis & pcũ interuenire, quia pro certo petra. i. Chrs talẽ ignẽ non fundit, nisi cũ quis ipsum pluuijs orationũ perfundit. Eccl. 22. Ante ignẽ camini vapor & fumus inaltat. Et pone si vis figuram pdictã, q. s. ignis de petra tunc exit, qñ sacrificiũ a Gedeone desuper ponit, q pro certo tunc a petra Chro ignis spũssancti vel verbũ ignitum elicietur, qñ sacrificiũ spũs cõtribulatus offert. Vel dic q petra est hõ induratus in malo q. s. ignẽ malorũ verborũ tũc euomit, qñ pluuiã alicuius castelotis occasionis sentit, quia. s. multi sunt q ad modũ petræ nihil vñr sentire, imo patiẽtes & immobiles vñr esse, verũ si aliqua iniuria ipsos tetigerit, ignis impatiẽtiæ statim ab eis psilit. Ecc. 10. Apertioris illius inflãmatio. Vel dic q ignis luxuria, & auaritiæ tunc in hoie forti & petreo nascit, qñ delicatẽ pluuijs irrigatur. Vel dic q petræ. i. duri & crudeles tũc ignẽ rapina cõcipiunt, qñ pluuiã. i. tpalem subditorũ in vicinis, & subditis esse noscunt, & tunc ad rapinam fortius inardescũt, qñ paratas subditorũ pluuias seu diuitias cõtemplantur. Eccl. 28. Sed ligna Syluæ exardescit ignis. ¶Itẽ idẽ ibidẽ aut q in agro Sabino & Sidicino lapis est q inunctus flagrat. In Salẽtino et op- 6 pido Gnatiũ imposito ligno in quodam saxũ ibi sacrũ flãma ptinus de lapide ascẽdebat. Tale saxũ est Chrs, quia si abipso vis ignẽ spũssancti vel feruorẽ charitatis habere ipsum mediante ligno. i. mediãte crucis memoria debes per orõnem tangere, & eum et in personis pauperũ debes per eleemosynas vngere, & linire. Chrs. n. si pauperi bona feceris, reputat factũ sibi, & se in psona eius iudicat esse vnctũ, cũ dicat Esa. 28. Reficite lassum, & ecce hoc est meum refrigerium. Mat. 25. Qđ vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. In persona ergo pauperũ Chrm vngamus, & ligno crucis p passionis suæ memoriã ipsum tangamus, & sic ignẽ spũssancti & grẽ, feruorisq; & deuotionis aliorumq; beneficiorum suorũ ab eo acquiremus. Allega & pone figurã de sacrificio imposito lapidi sicut supra. §. pximo. Vel dic q Vnctura deliciarũ petrã. i. fortia corda facit p cõcupiscentias accendi, q alias erãt frigida & tẽperata. Vel dic q lignum, i. hõ est per bona desideria accendit, qñ lapidi Christo vel cuilibet sctõ viro associatur, & cõiungitur, vel per deuotionem et applicatur. Ge. 22. Ecce inquit ignis, & ligna. Vel ecõtra dic, q ille faciliter ignib. tentationum vritur, q saxis. i. duris, & obstinatis homi- 7 nib. copulat. Addit idẽ Pli. inter miracula igniũ de speculis cõcauis, m q b. ad radios solis ignis gñat & rapit, & facilius q̃ vllus alius ignis in eis accendit. Sic verẽ qñ cor humanum ẽ speculum. i. speculare, clarum, & mundum, & per humilitatẽ cõcauum, tunc solet ignis charitatis, & spũssctĩ in eo accen- dit, ita q ipsum solent spũaliter inflãmare. ¶Itẽ idẽ ait q Hic- 8 ra insula in medio mari ardet. Aeolia insula iuxta Italiã cum ipso mari cõtiguo arsit per plures dies ante sociale bellũ donec legatio senatus piauit. Dicit et idem sm auctores, in subiectis aritiæ aruis si carbo deciderit, ardere terram. Ego autem audiui illum montem Rotenem. qui continuẽ ardet in Gallijs, dudum per quẽdam rusticum incendium incœpisse, q a casu in cauerna vel alibi ignẽ posuit, q inueniẽs terrã & lapides cõbustibiles postea nõ cessauit, ita q duas leucas terræ (vt dr) iã cõsumpsit, & multa oppida deuastauit. Dicit etiã Pli. Trasymenũ lacuũ semel totũ arsisse. In lacinia et Iunonis ara cineres sunt immobiles ventis vndiq; flantib. Ignes etiã (vt ait) qũq; erumpunt, non solũ ex aquis, sed etiã ex corpo-

ribus hamisnis emicant. Dic q sic fit hodie, qa.s. nos videmus
terras, domos, societates & villas p discordiam accendi & ar
dere, & qñq; per vnum solū carbonē.i. per vnum solū maledi
ctū verbū vel relatū vel modicā iniuriam patriā totam guer
ris, bellis, & litibus inflāmari. Ideo bene dicit Eccl. 11. A scin-
tilla vna augetur ignis, & a doloso augetur sāguis. Bene ergo
dicitur Eccles. 8. Ne incēdas carbones peccatorū. ac si dicat;
Non des occasionē peccatoribus.s. obloquendo vel iniurian-
do, vt per irucū dictā accendātur. Modica.n. occasio fuit causa
excidij Troiani, quia.s. Laomedō rex Troiānus mādauit Her
culi & Iasoni q sub pœna mortis a portu quodam regni sui,
vbi, causa spatij applicuerāt, recederent & abirent, quo indi-
gnati tādem ipsum Laomedonta occiderunt, pp quod Pria
mus filius eius fecit in Græcia rapi Helenā, cuius occasione
congregati Græci, Troiam decennio obsessam finaliter de-
struxerunt. A modica ergo scintilla augetur ignis. Vel si vis
applica illud de insula Hiera ad damnatos, q in mari .i. infra
9 mediū terræ, & maris ppetuo cōburūtur. ¶ Item idem ibidē
.s. de naturali historia li. 2. in fi. dicit q Seruio Tullio dormiē
ti in pueritia, flamma emicauit es capite. Lucium Martium in
teremptis Scipionibus concionantem, & milites ad vltionē
exhortātem, simili modo arsisse Valerius Antias tradit. Per
istos intelligo principum & tyrannorum malos cōsiliarios,
ex quorum capite idest ex quorum sententia & ordinatione
procedit ignis.i. violentia rapinarum. sicut patet, quia. tyrā
ni tot exactiones non facerent, nisi illud ipsi mali consiliarij
primitus ordinarēt. Iudi. 9. Egrediatur ignis de rāno, & deuo
10 ret cedros libani. ¶ Adhuc idem ibidē dicit, quòd in Aethio
pia est mons Hesperius, iuxta quem stellarū modo campi no-
cto lucent. Dic q iste mons significat hypocritas, qui exteri⁹
stellati virtutibus esse videntur, & tamē ardere per malas cō
cupiscentias dinoscuntur.

## *De mirabilibus in auium natura. Cap. 63.*

1 DE auibus etiā multa mirabilia possunt dici. Vñ notā
q sm Pli. li. 10. c. 25. mirabilis est inter aues temporum
ostia, quia.s. qdam sunt, quæ perpetuò nobiscum sunt,
sicut columbæ, quædā sex mensib. vt hyrundines, quę
dā trib. tm, vt turdi, & turtures, & q cum fœtum eduxere ab-
eūt, vt graculi, & vpupæ. Sic verè inter nos diuersimodē per
seuerāt diuersi, & hoc cū Deo p gratiam, vel nobiscū p ami
citiā, quia.s. quidā sunt ppetui sicut colūbæ.i. simplices fide-
les, & boni, qdā vero tpales, & alij citius alij tardius recedē-
tes, & sm magis, & minus perseuerantes, in fine tñ receden-
tes, & dissilientes, sicut sunt falsi amici, & hoīes incōstantes,
& vani, qui.s. in æstate.i. in prosperitatis tpe nobiscum sunt,
in hyeme vero.i. in aduersitate & tentatione recedunt. Eccl.
6. Est amicus socius mensæ, sed non permanebit in tépore ne
2 cessitatis. ¶ Item sm quod ponitur lib. 10. de naturali mundi
historia. c. 29. mira naturæ est differentia, quæ volatilium alia
alijs locis negat, tanquam genera frugum fructuumve. Quæ-
nam naturæ (inquit) est hic inuidia, aut qui terrarū dicati aui
bus termini? quasi dicat, mirum est. Et breuiter istud est verū
q tam de herbis, & arboribus, q de animalibus, & volatilib.
& piscibus nunquam oia in locis oib. esse pñt, & quod diuer
sa diuersis locis insunt, q rerum copię secundū loca distinctę
sunt. Sic verè est de bonis tā gratiæ, q fortunæ. Ista.n. & locis
& in personis sunt diuersimodè distributa, & nunq̄ vni oia
sunt collata, quimmo illud quod vni superest, solet alteri de
ficere, & nunq̄ oia possunt in singulis abundare, sed quædam
aliquibus, quædam alijs dominus solet dare. Ideo bene dr
s. ad Corin. 12. q diuisiones grātiarum sunt vnus aūt spūs diui
3 dens singulis prout vult, alij.n. datur sermo sapiētiæ &c. ¶ Itē
secundum Pli. ibid. c. 19. Rhodus aquilam non habet, Larius
lacus Italiæ iuxta Alpes ciconias non admittit, quod etiam
de fidanatæ agro iuxta vrbem asserit, quia .s. ibi ciconiæ nec
pullos nec nidū faciunt. Aedē Achillis in insula ponto nulla
auis inuolat. Romæ etiam in templum Herculis nec musca
nec canis intrat. Cretam insulam noctua non habitat, sicut
etiam exemplificat de multis alijs. Illud ergo potest applica
ri, & in bono exponi. Vnde dic quòd aqla altè volans signifi-
cat sapbos, cicōia quæ venenosa comedit, significat inuidos
qui.s. de venenis.i. de malis aliorū gaudent. Per aues (quæ ab
a, quod est sine, & via dicunt) intelligo incōstātes & deuios.
Per muscas quę cadaueribus insidēt, intelligo luxuriosos. Per
canes vero q latrando mordēt, intelligo detractores & ma-
ledicos. Per noctuas q debiliter vidēt. intelligo infideles &
hæreticos, & p talia loca quę isti habitare nequeūt, intelligo
loca sancta & status perfectionis & virtutis.s. ecclesiā, religio
nē, templa, oratoria & ipsum paradisum, quis pro certo talia
loca nō inhabitātur a talibus, quia.s. mali nō libētēr morāt
in pfectionis statibus. Non sunt.n. aquilæ.i. superbi i rhodo.i.
in rosione pœnitētiæ, ciconiæ i lario lacu.i. in humectatiōe
beneuolētiæ, aues.i. deuij & instabiles i ęde Achillis fortissi
mi.i. in fortitudine pmanētiæ, canes.i. detractores, & muscæ
.i. luxuriosi in tēplo Herculis (qui fuit sapiētissimus).i. i statu
sapiētiæ, noctuæ vero.i. hæretici in creta.i. i credulitate fidei
& veræ sciæ. Bene ergo dr de quolibet, bonorū statuū illud.
Apoc. 22. q nō intrabit in eā aliquid coinquinatū aut immū
dū. Econtra vero de mūdo sub figura Babylonis dr Apo. 18.
Cecidit inqt babylō magna, & facta est habitatio dæmoni o
rū, & ois spūs immundi, & custodia ois volucris immūdæ &
odibilis. Vel pōt dici ecōtrario q ista loca significāt malos
status, malas societates, infernū, & hmōi, q a ibi nō inueniunt
aquilæ.i. contemplatiui, ciconia q se purgat.i. pęnitēs & sic de
alijs. Expone si vis. ¶ Quædā sunt aues quæ oi anno mutant 4
colorē. Vnde idē ibidē ait q merula ex nigra rubescit, turdus
æstate circa ceruicē varius est, hieme concolor. De grue ēt
dicitur q oi anno variat colore, & de multis alijs exēplificat
Sic verè boni colorē suæ cōuersationis diuersimodè vstiāt,
& sm qd requirit tēpus, actus & locus, diuersimodè eā mu-
tāt. Ezec. 16. Sūpsisti vestimēta tua multi coloria. Vel dic ecō
tra. de varijs & vanis secularib⁹, qui quasi omni anno colorē
.i. exteriorem apparētiam in vestibus & gestibus mutāt &c. 5
¶. Aues diuersificantur in nidificādo. Vnde ait idem ibidē q
quædā nidificant in terra, sicut merops, quædā nidificāt in
specu sex pedū defossa altitudine, quædā in arborum forami
nibus, sicut pici martij, quædā in in foraminibus petrarū, si
cut columbæ & passeres, quędā in domibus, sicut hirūdines,
quædā vero in arboribus, sicut picæ, quædam suspēsæ i arbo
ribus, sicut galguli. Nam (vt dicit idē) galguli aues sunt quæ
pedibus pendentes ad arbores somnum capiunt. In Scythia
etiam auis est quæ in pelle leporis semper in cacumine ramo
rum suspensa cubat, sicut dicit idē. ca. 33. De oriolo etiam idē
quotidie experimur, videmus.n. q in ramis pēdet, ac si esset
vna bursa. Sic etiam hominū varius est cōuictus, & diuersi di
uersimodè cubant, & diuersis negocijs diuersimodè occupā
tur & vacāt. Igitur exponamus de malis, quia.s. quidā sunt q
nidificant in terra.i. in terrenis.i. profundè metalla inuestigā
do contra quos dicitur in lib. 2. de naturali historia. c. 65. Pe
netramus inquit in viscera terræ auri & argenti venas fodiē
tes sequitur. Si vllt essent inferi, iam profecto illos auaritia re
fodisset. Item quidā sunt qui nidificant, & se occupāt in arbo
ribus.s. fructus frugum & arborum aggregando, quidā in pe
trarū foraminibus.s. ædificia faciēdo & diligēdo, quidā in do
mibus hoium.i. regū & prælatorum curias sectādo, & mūda
na frequētādo. Matt. 11. Ecce qui mollibus vestiunt, in do-
mibus regū sunt. Quidā vero suspensi nidificant, semper am
bitiosè alta quærēdo, & per spem altioris promotionis semp
in suspenso manēdo. Iob. 7. Elegit suspēdiū anima mea. Quia
proculdubio multi sunt qui suspensi suauius dormiūt, qa.s.
dū sperant ad altiora prouehi, illa suæ spei suspēsio est ipsis lo
latiū requiei. Isti.n. in pelle leporis dicuntur se suspēdere, in-
quantum mediāte pelle substantię tēporalis, & villis diuitia-
rū sperant ad alta fastigia peruenire. Substātia vero tēporalis
pellis leporis dicitur, pro eo q est fugax, & leporis more cō-
tinuè fugit & labitur. In istis ergo superbi nidificat, p ratione
diuinarū supbiunt, & in alto se suspendi & promoueri spe-
rant. ad Heb. 11. Circuierunt in melotis & pellibus caprinis.
Vel dic ecōtra de bonis, q quidā manēt i terra p mortis, &
inferni considerationē, quidam in arborū foraminib⁹ p pla-
garum Christi cōpassionem, quidā in arboribus p ipsius cru
cis deuotionem, quidā in petris p virtutū constantiā & dū
rationem. quidā in suspenso.s. alte in paradiso p cōtemplatio
nē & affectionē, quidā in domibus.i. in mūdi hospitijs & ne
gotijs per vitæ actiuæ gubernationē. Sic ergo patet quō aues
in diuersis nidis hospitātur, & quō iusti diuersis locis & stati-
bus distinguūtur ad Rom. 12. Oia membra corporis nō eundē
actum habent. ¶ Differunt aues in vociferando, quia.s. qdam 6
vociferant gemendo, sicut columba, quædā reboando, sicut
aquila, quædā, sibilādo, sicut philomena, quædā mugiēdo, si
cut auis quæ dr taurus, quæ inuenitur in agro Arelate: sm Pli.
lib. 10.

lib. 10. c.45. quædam hinniēdo, sicut auis quæ dr̄ authus, sm̄
eundē ibid. quędā aūi docētur loqui sicut homo, vt cornix,
pica & psitacus. Sic verè inter hoīes est magna diuersitas in
loquendo, q̄dam.n. gemūt p̄ hypocrisim & fictionē. alij re-
boant per iactātiam & elationem. alij sibilant p̄ fallaciam &
malam suggestionem. alij mugiunt p̄ tristitia & detractio-
nem. alij hinniunt p̄ malum appetitum & affectionē. alij ve
ro sicut homo loquunt̄ p̄ blanditiā & adulationē. Istę sunt
igitur illę varietates vocū, de quib⁹ dicit Paul⁹ 1. ad Timo. 6
Prophanas vocū nouitates deuita. Vel dic i bono q̄ quidā
loquuntur gemendo p̄ contritionem, quidam reboado per
altam prædicationē, quidā sibilādo p̄ dulcem monitionem
quidam mugiendo per fletū & lachrymationē, quidā hin-
niēdo p̄ desideriū & affectionē, q̄dam sicut homo verba for
mando p̄ discretam & rationabilē locutionē &c. Act. 2 Lo
7 quebantur varijs linguis magnalia Dei. ¶ Cū in terra & in
aqua infinita sint animalia docibilia & domesticabilia, secū-
dum Plinium. lib. 10. c 45. sicut inquit patet de elephantib⁹ q̄
iussa faciunt, de leonibus, q̄ iugum subeunt, de vitulis mari-
nis, & de alijs natatiliū generibus quæ mansueta fiunt, mirū
est (vt ait) q̄ hirūdines inter volucres, mures vero inter qua
drupedes non mitescūt, nec discere quicquā possunt. Sic ve-
rè cum nō sit dare aliquod genus hominum peccatorū, siue
sint elephantes. i. villosi & diuites, leones. i. sup̄bi & magna
tes, vituli. i. luxuriosi & lasciuientes, quin possint mitefieri &
conuerti (Iaco. 3. Omnis enim natura bestiarum, serpentū &
volucrum & cæterorum domātur, & domita sunt ab huma
na natura) duo tamen sunt genera peccatorū quæ indocibi
lia sunt, & quæ cōuerti ad bonū, seu domesticari nō possunt
& illi p̄ certo sunt hirundines volantes. i. hæretici, & de sua
sciētia p̄sumptuosiores, mures rodētes. i. obloquītes & de
tractores. Hæretici.n. q̄ more hirūdinis credūt se in aere di-
uinæ gratiæ viuere, nec sciūt se errare, imo credūt beneface
re, nō pōt corrigi, detractores qui alios consueuerūt ridere,
& de oībus maledicere, nō consueuerūt faciliter emēdari.
Eccles. 1. Peruersi difficilè corriguntur. Istis ergo indocilib⁹
pōt dici illud Hiere. 13. Si mutare pōt æthiops pellē suā, &
pardus varietates suas, sic & vos poteritis bonū facere, cū di
diceritis malū. Vel si vis dic de iudibus, qui sunt indociles
ad omne bonum. ¶ Plin. lib. 10. c. 48 nominat aues nouas &
8 fabulosas. Dicit enim q̄ lagopus auis est quę habet pedes ad
modū leporis, corpus vero simile columbæ. De pegaso etiā
meminit. c. sequenti, quę est auis habēs caput equinū. de gry
phe, quæ leōis & aquilæ habet formā de tragophanade, quæ
est auis coronata. de syrenis, quæ dicūtur aues cū facie virgi-
nea. hæc enim fabulosa reputat idem Plinius, licet Dino cle-
archi celebrati auctoris pater syrenas tales in Indijs esse di
cat. Iste etiam lib. 11. ca. 39. loquitur de stryge, quæ dr̄ auis
quæ catulos suos lactat, dicēs sic. Esse (inquit) in maledictis
antiquis strygē cōuenit, sed quæ sit auiū, nemini cōstare ar-
bitror. Igitur vide de istis in titulis suis, de syrenis libro de
animalib⁹ de tragophanade vero & pegaso titulo de Aethio
piaca. 19. §. 11. de lagopo vero potes exponere quòd signifi-
cat bonos timidos, q̄ more leporis habēt pedē paratū ad fu
giēdum peccati occasionē, & more columbæ simplicem ha
bent intentionē, & semper gemunt per cōtritionem. Cant.
8. Fuge dilecte mi &c. Vel dic quòd illi sunt hypocritæ, q̄ vi
dentur esse simplices & columbini, in pedib⁹ tamen. i. in affe
ctib⁹ sunt fugaces & leporini. De stryge vero dic quòd signi
ficat adulatores, q̄ auditores suos lactat, & tamen a Deo ma
ledictionē reportant. Credo quòd istę stryges sunt illę phan
tasiæ quas simplices dicunt de nocte incedere, & paruulos
9 soluere & cremare, quę credi debēt fabulosa &c. ¶ Demo-
crit⁹ secundū Plini. vbi supra nominat certas aues de quarū
mixto sanguine dicit nasci quendā serpentem, qui ediderit,
voces auiū intelligere poterit. Serpens ille significat Chri-
stum, qui. s. de sanguinib⁹ auium. i. de parētela sanctorum pa-
trum extitit generatus. Istum ergo si p̄ fidē comederis, can-
tus auiū. i. dicta & vaticinia prophetarū intelligere poteris.
Vel etiā ille qui ipsum dignè in eucharistia comederit, can
tus auiū. i. laudes angelorum in paradiso finaliter intelligie
10 & audie. Esaiæ 52. Ecce intelliget seruus me⁹ Iacob. ¶ Dicit
Plini⁹ lib. 10. ca. 50 q̄ M. Lelius strabo primus fuit qui auia-
ria instituit, auesque natura liberas, in certis locis vel ad can
tandū vel ad saginandum inclusit. Ea eo inquit cępimus ani
malia in carceribus coercere, quibus natura cœlū assignaue
rat. Dicit autem idem Pli. sequenti. c. q̄ Clodius Aesopus hi
strio tragicus vnam patinā cum auibus voces humanas imi-
tantibus habuit, quæ sexcentis sestertijs taxata fuit. Istas aūt
aues idem Aesopus ita care emerat, nulla alia illectus suaui
tate, nisi vt imitationem hoīs manducaret, dignus prorsus fi-
lio a quo deuoratas diximus margaritas. nec est facilè inter
duos iudicium turpitudinis, nisi quòd minus est summas re-
rum naturæ opes, quàm linguas hominum cœnasse. Illa verba
Pli. obscura intelligo sic, quòd scilicet istum Aesopum, qui e
merat tanto precio aues, loquentes pro cœna sua, dicit esse di
gnum habere illum pro filio qui in cœna margaritas vora-
bat, quia. s. supra li. 9. ca. 35. dixerat idē Plinius Clodius isti⁹
Aesopi filium relictis sibi a patre opibus affluentem, marga-
ritas in aceto solutas sorbuisse. Quod etiam ibidē de Cleo-
patra regina dicit, quæ cum Antonio Imperatori diceret q̄d
valorem centum sestertiorum vno haustu biberet, vnam de
duabus margaritis, quæ in auribus eius pendebant, quæ ve-
re erat (vt ait Plin.) singulare, & vnicum naturæ opus, in ace
to posuit, quam statim solutam absorbuit, & sic suum dictū,
impleuit. De ipso autem Clodio dicit idem quòd vniones,
id est margaritas sorbebat, & hoc solum vt experiret in glo
ria palati, quid saperēt margaritæ. Quærit ergo quis de dictis
patre, & filio, vter fuerit luxuriosior, an. s. pater Aesopus, qui
linguas hominum, id est aues linguis hominum loquentes,
cœnauerat, an Clodius filius eius, qui summas naturæ opes
scilicet margaritas sorbuerat. Ista expone siue allega eā ēpla-
riter de gulosis, qui tāto precio emunt cibos, & res non ti-
ment comedere preciosas. Vel etiam de factis curiosis, qui
nulla necessitate ducti, sed solum curiositate sciendi quid sa
piant aut quid sint illa, quæ audiunt, quanquam sumptuosè
experiri volunt. Vel dic quòd iste Aesopus significat inanis
gloriæ appetitores, qui scilicet linguas hominū. i. laudes adu
latorum carè emunt, inquantū pro laudibus acquirēdis mul
ta bona expendunt, & multa mala incurrunt ¶ Natura miro
modò recompēsat beneficia sua, quia si quis in vno deprimi- 11
tur, in alio releuatur. Et inde est q̄ dicit Plin. l. i. 10. cap. 57. q̄
fœcundiores sunt aues fugaces, quā fortes, quia scilicet illud
quod minoribus, & fugacibus deficit in virtute, vult supple-
re natura in ouorum & pullorū fœcunditate. Et econtrario,
quæ sunt in viribus fortiores, sunt in fœtibus rariores, sicut
patet de Philomena minima, quæ plura oua in duplo parit q̄
aquila. In alio etiam apparet recompensatio naturæ. Dicit.n.
idem ibidē. c. 57. q̄ in auibus fœcudis, & in alijs est crebrior
fœtus, in alijs autem numerosior, q̄a. s. multæ sunt, quæ simul
multos pullos pariunt, sicut istæ paruæ auiculæ, aliæ vero, q̄
paucos simul veruntamen multotiens in anno, sicut sunt co-
lumbæ, quæ simul non pariunt nisi duos, verumtñ decies pñt
parere oī anno. Sic ergo possumus dicere, q̄ cūcta, q̄ sunt, na
turæ, quandā æqualitatem hñt, quia quantum quis in vno prę̄
ualet, tm̄ in alio succumbit, & qui in vno deprimitur, in alio
releuatur. Istud ergo potes applicare ad fœcūditatem virtu-
tum, & morum tam naturaliū, q̄ gratuitorum, in quibus pro
certo plus abundant illi, qui in viribus t̄palibus, & in mundi
prosperitate minus vñr valere, minus vero illi qui in mundo
gradu, gñe & potentia vñr alijs præpollere. Vt cōtex.n. illi q̄
sunt fugaces debiles, & inertes. s. paupes, & de humili plebe
nati fortiorib. i. diuitib. potentiorib. & nobilibus in scientijs
& virtutibus fœcundiores sunt. & etiā ipsi boni inter se adæ-
quantur, inquantū. s. illi qui minus de bono simul faciūt abū
dantius, & amplius, sicut ad litteram videmus de dantib. ele-
mosynas, quorū quidā dant sæpe, sed modicū, alij verò dant
tardè, sed plurimū. Breuiter discurre per oīa, quia si attēdas,
tu inuenies oēs hoīes (oīb. consideratis) in suo gñe æquales,
quia plerūq; qui in vno deficit, in alio præcellit, & qui in vno
alios antecedit, in alio deficit, & succumbit. Teste.n. eod. Pli.
Rerum naturæ nihil esse placuit sine pari. ¶ Multæ sunt aues,
quæ bis in anno pariunt, quando. s. ad fouendum prima oua, 12
aliquod adiutorium inueniunt. Vñ exēplificat Pli. li. 10. c. 29.
de pauone & ansere, quorū si prima oua a gallinis fouentur,
iterū ouāt, & pullificāt illo anno. Hoc igit̄ applicari p̄t q̄ bo
na plura facimus, & pullos, & oua bonorum operum emitti
mus, si bonū adiutoriū habeamus, & si aliquos bonos q̄ oua
. i. initia nostra, vel nostra bona proposita doctrinis & exem-
plis foueant inueniamus. Bene ergo dr̄ Prouerb. 18. q̄ frater
qui adiuuatur a fratre, tanquam ciuitas firma. Reliqua de aui
bus vide supra lib. 7. vbi ad plenum dixi de omnibus.

De

## *De Maris mirabilibus. Cap. 64.*

1 MAris mirabilia sunt multa. Vnde nota q Plin. li. 5. c. 92. dicit q olympiadis. 143. anno tertio in sinu Thusco insula ardens de profundo maris erupit, circa q cum multi pisces fluctuarent, oẽs qui de illis piscibus comederũt, mortui sunt. Talis insula est diabolus, qui. s. de abysso inferni venit & erumpit, & ad nobis nocendũ eaestuat, piscesq; venenosos. i. peccatores secũ trahit, quos q per imitationẽ comedit, mortẽ culpæ & pœnæ incurrit. Qd ẽt de antichristo põt dici, qui de abysso ęternę damnationis exurgens, & per mala desideria sp ardens, aliosque per tribulationes cõburens, pisces venenosos. i. ma'os discipulos secum habebit, quos qui per imitationem sibi incorporauerit
2 & comederit, spũaliter & æternaliter interibit. ¶ Item ibidẽ. s. de naturali historia li. 2. c. 100. dicit q cum bis tñ in die naturali oceanus habeat fluere & refluere, fit tñ qñq; aliqua ratione occulta q pluries fluit & refluit omni die. Vnde ait q in Euboea & quibusdã alijs locis ter in mense, i. septima, octaua, & nona die, æstus maris septies reciprocat fluxum suum. Sic ẽt debent clerici & religiosi non solum bis in die, imo & septies dicere horas suas, iuxta illud psa. Septies in die laudẽ dixi tibi. Fluere. n. & refluere, venire & discurrere ad ecclesiã tenentur, quousq; numerus septenarius impleatur, vt. s. p ipsos in matutina, prima, tertia, sexta, nona, vespere, & cõpletorio, per istos septenarios dño laus reddatur. Vel dic q in mẽse vitæ nostræ debemus per triduum septies fluere. i. in fide sanctæ Trinitatis fluxum septem virtutum, vel septem misericordię opera exercere. Et sic de quolibet viro perfecto poterit dici illud Iob 42. Erant aũt ei septẽ filij, & tres filiæ. Vel dic q oceanus est peccator, qui. s. per septem vices. i. per septem peccata mortalia refluit, dum in mẽse, & lunatione huius vitæ in triduo tr um concupiscentiarum existit. ¶ Itẽ ibidem dicit q aliquę luntaquę quę oceano & eius fluxui se cõformauit. Vnde dicit q in Gadib. propè delubrum Herculis quidam fons est inclusus ad putei modũ, qui motum sequitur oceani, quia. s. oceano crescente crescit, & decrescẽte decrescit. Idem etiam dicit q contra Timanum fluuium parua insula in mari est cum fontib. calidis, qui pariter cũ æstu maris crescunt minuunturq;. Oceanus qui mundum circuit est Christus, qui orbem sua prouidentia concludit, vel etiã bonus prælatus, qui collegium suum sua diligẽtia cingit, vel ẽt vir perfectus qui orbem suæ conscientiæ continuò examinãdo circuit, & discutit. Pute' & fons calidus est bonus subditus, per humilitatem profundus, per charitatem feruidus & fœcundus. Igitur dico q fons seu puteus. i. bonus subditus, qui delubro herculis. i. templo christi (quod est ecclesia) est propinquus, debet oceano. i. Chrõ, prælato vel viro perfecto se conformare, eorumq; motum, & opera frequentare, ipsosq; per obedientiã & imitationẽ sequi, & ad eorum exempla, & votum seipsum in statu minuere vel augere, & cum ipsa per humilitatẽ minui, & per charitatẽ crescere & vigere, dicere ipsorũ cuilibet illud Ma. 8. Magister, sequar te quocũque ieris. Vel dic q oceanus est diabolus, vel etiã fluctuosus mundus, quorum. s. motib. i. voluntatib. & morib. putei. i. mali religiosi & clerici se conformant moresq; ipsorum in suis actib. repręsentant, & maximè illi qui sunt fontes calidi. i. illi quos ardores auaritiæ & luxuriæ exagitant, & inflammant, sicut ad litteram videmus de multis fatuis religiosis & clericis, qui in gestib. secularib. similes esse student, dicentes psumptuosè illud Esa. 14. Ascendam super altitudinẽ nubium, similis ero altissimo. i. mundo. Vel dic contra rusticos diuites, qui se student nobilib. conformare. ¶ Item ibidem. s. de natu
4 rali historia. li. 2. c. 10. dr̃ q aliquæ sunt aquæ q hñt naturã cõtrariam oceano. Vnde ait q in ripa Betis oppidũ est, cuius putei crescente æstu. i. repletione maris minuunt, discedente vero & decrescẽte augentur, medijs vero temporib. sunt immobiles. In oppido etiam quod dr̃ Hispalis, sunt plures pu-
5 tei, quorum vnus prædicto modo oceano contrariatur, oẽs autem alij vulgari natura funguntur. Per istos puteos, intelligo profundos & obstinatos pctõres, de quibus dr̃ Prouer. 18. Impius cum in profundum pctõrum venerit, contemnit & illud Esa. 29. Tæ profundi estis corde, vt a dño abscõdatis consilium. Igitur sic est q hodie tales putei. i. obstinati pctõres, Christo, plato vel iusto viro non conformantur, nec ipsum per obedientiam sequuntur, nec mores ipsius imitãtur, quinimo sibi in oĩbus student cõtrariari, & per rebellionem & obedientiã necnon per obstinationem & pcti corruptionem ipsius voluntatib. aduersari, de quib. 1. ad Thess. 2. Deũ non timent, & cunctis hoĩbus aduersantur. Isti igitur crescẽte oceano decrescunt, quia pro certo in illis in quibus Deus & scti creuerunt. s. in bonis spũalib. isti volunt decrescere, in illis vero in quibus sancti diminuti fuerunt. s. in bonis tpalib. isti crescere sp volunt, quia breuiter isti sunt Deo & sanctis contrarij, & rebelles, & eorũ moribus, & conditionib. dissimiles & difformes. ideo Deus, prælati & sancti de quolibet tali puteo dicere possunt illud Sap. 2. Grauis est nobis etiam ad videndum, qm dissimilis est alijs vita eius. Ipsi vero peccatores videntur Deo, prælato, & cuilibet viro iusto dicere illud Gen. 13. Si tu ad dexteram ieris, ego ad sinistram ibo, si vero sinistram elegeris ego dexteram tenebo. Vel dic econtrario q talis puteus est iustus & humilis, qui. s. fluctui oceani. i. diaboli vel fluctuosi mundi non debet cõformis esse, sed potius suis voluntatib. & morib. contraire Allega vt supra. Vel dic q oceanus est aĩa, puteus est corpus, quia pro certo isti contrarios habent motus, quia. s. vbi aĩa abundat, supple in bonis spũalib. tunc necesse est q corpus a suis aquis. i. a bonis temporalibus decrescat. & vbi corpus abundat, s. in bonis temporalib. necesse est vt aĩa decrescat ab aquis. i. a gratijs & virtutib. Aquæ. n. oceani. i. aĩæ, sunt gratiæ & virtutes, aquæ vero putei. i. corporis, sunt diuitiæ temporales, & ideo de ista contrarietate bene dr̃ ad Galat. 5. q caro concupiscit aduersus spiritum, spũs autem aduersus carnem. ¶ In Ponto
quæ est para maris mediterranei, est propontis, quidam. s. lo 5
cus strictus, vbi totum illud mare mirabiliter strictificatum iterum dilatatur. Huius ergo propontidis talis est natura, vt dicit Pli. q a põto & a mediterraneo mari aquas fluentes cõtinue recipit, in contrarium autem nũquam refluit, & aquas receptas nunquam põto restituit, sed ipsas absorbet, retinet & custodit. Sic pro certo ingrati non cessant a Deo & a proximo beneficia recipere, ipseque pontus. i. Deus non cessat eis bona sua influere, & tñ ipsi nũquam solent in ipsum per gratiarum actionem refluere, nec etiam proximis per liberalitatem & elemosynas refundere, quinimo totum credunt sibi ex debito fieri, & totum volunt sine vice reciproca retinere, sicut patet ad litterã in ingratis, qui illis a quib. beneficia recipiunt, nunquã restituunt aut refundunt, contra illud Ecc. 4. Non sit porrecta manus tua ad accipiendũ, & ad dan
dum collecta. ¶ Item Pli. li. 4. c. 101. dicit Arist. dicere q nul- 6
lum aĩal expirat nisi æstu oceani recedente. Obseruatum inquit multũ est in gallico oceano, & dũtaxat in hoĩe cõpertũ, qũo. s. vera cõiecturatio solet esse. Oceanus qui cũcta cõcludit & cõtinet, est ipse Deus, a quo aũt ipsius est grã, quæ aliqñ venit aliqñ recedit, Io. 14. Audistis quia ego dixi uobis, vado & venio ad vos. Quid igitur? pro certo verũ est q nullũ aĩal. i. nulla aĩa spũaliter moritur, nisi qñ oceanus Deus ab ipsa recedere, & sibi aquas suę grę subtrahere cõprobatur. Accessus. n. ipsius vitam spũalem custodit recessus vero mortificat & occidit. Ozeæ. 9. Sed & væ eis cum recessero ab eis. q bene apparuit in mundi principio, vbi Deo ab Adam, & ab humano genere recedente, & pp pctm̃ eorum suam grãm subtrahẽte, humanũ genus morti culpæ & pœnæ succubuit, ipso vero per incarnationem accedente, humanũ genus spiritualiter reuixit. Vel dic q recessus. i. absentia boni prælati a beneficio, est mors aĩalium. i. destructio subiectorũ, eius vero præsentia vitam grãe eis continuat, & eos a morte culpæ doctrinis & exẽplis præseruat. Vide de mari supra li. 8. c. 11.

## *De Aquarum mirabilibus. Cap. 65.*

AQuarũ (sicut supra li. 8. visum est) cõditiones sunt mi
rabiles. Sed adhuc nota q Pli. de naturali historia li. 1
2. c. 101. dicit q in Salentino iuxta oppidum Manduriam, lacus est vsq; ad margines sp plenus, qui neque exhaustis aquis minuitur, neque infusis augetur. Talis lacus vr̃ esse cor & affectio viri iusti, quia. s. qñ illud per sufficientiam plenum est, talis efficitur constantiæ & temperantiæ in seipso, q si nouæ aquę. i. diuitię superueniant, nunquã in imaginatione sua augetur, nec se reputat ditiorem, iuxta illud psal. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Econtra autem si exhauriantur & diminuantur, plenitudo suæ sufficientiæ non decrescit, nec pauperiorem propter hoc se cognoscit, quia

omnis aqua potata candidos boues facit. In beocia lacus est
de quo exeunt duo flumina contrariæ virtutis, s. Melas qui fa
cit oues quæ inde bibunt nigras, & Cephisus, qui rursus facit
eas albas. Xantus vero fluuius est iuxta illũ, qui oues facit pe
10 nitens nigras vel rufas. Ista etiam Sen. Soli. & Ouid. dicunt. Et
iõ vide supra li. 8. c. 3. §. 27. ¶ In Ponto fluuius Astaces cãpos
irrigat, vt dicit idem ibidem, veruntamẽ equæ quæ in illis cã
pis pascuntur, nigrum lac habent, & nigro lacte nutriũt gen-
tem loci. Talis fluuius hæreticam significat doctrinã, quæ ꝑ
certo campos. i. hæreticorum libros noscit irrigare, in quib.
equæ. i. hæretici pascentes & studentes, lac nigræ & peruersæ
doctrinæ solent cõcipere, quo. s. solẽt simplices enutrire. Lac
.n. doctrinæ quod de mamillis labiorum egredit, debet esse
candidum mundum & purum, tamen isti ipsum habẽt, nigrũ
fœtidum & obscurum, & ideo illos quos lactant, solent cor
rũpere, & vitijs & erroribus obscurare. Vel dic ꝙ equæ signi
ficant personas luxuriosas, quarum lac. i. quarum lactea & de
ceptoria verba nigra sunt, inquantum cum aliqua turpitudi-
ne semper mixta sunt. Tali ergo lacte alios solent nutrire, &
suis verbis infamibus delectare, iuxta illud Prouerbiorũ. 16.
Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit eum per viam non
11 bonam &c. Vel dic illud de adulatoribus &c. ¶ Item ibidẽ
dicitur quòd in portu Brundusij fons est qui in corruptas na
uigantibus præbet aquas, quia. s. aquæ quæ de illo fonte hau-
riuntur, nunquam in pelago corrũpuntur. Talis est fons sacræ
scripturæ, q̃ pro certo aqua doctrinæ suæ est incorruptibi-
lis & æterna. Nos ergo qui nauigamus per pelagum hui⁹ mũ
di, talem aquam debemus eligere, & nõ aquis corruptibilib⁹
.i. mundi scientijs & delicijs & diuitijs nauem cordis aut cor
poris onerare, quia sicut dicit Christus. Ioã. 4. Qui biberit ex
aqua quã ego dedero, fiet in eo fons aquæ viuæ salientis in vitã
12 æternam. ¶ Itẽ idẽ dicit ꝙ in agro Reatino est fons Neminia
dictus, qui quandoque alio loco exoritur, & tunc mutationẽ
annonæ designat. Istud potest applicari cõtra instabiles, q̃ nũ
quam sunt in vno proposito, imo continuè mutantur, & nũc
ad vnam partem, nunc ad aliam deflectuntur. Isti igit sibijp-
sis significant mutationẽ annonæ mundanæ prosperitatis, &
aduentum caristiæ æternæ calamitatis. Eccl. 27. Stultus autẽ
13 vt luna mutatur. ¶ Itẽ idem ibidem dicit in Andro insula in
templo liberi patris esse fontem qui nonis Ianuarijs vini sapo
rem semper per septem dies continuè fluebat, quod Mutia-
mus ter consul credit. Dies autem illa Diostecbosia vocaba-
tur, vt ait. Veruntamen Plin. lib. 31. c. 2. dicit ꝙ ista aqua nõ sa
piebat vinum nisi quàm diu erat ante templum, quia si a tem
pli conspectu auferebatur, sapor vini in aquæ saporẽ sicut an
tea mutabatur. Applicemus istud ad festum non Theodosiæ,
seu Theophaniæ, seu Epiphaniæ, cuius. s. vigilia ad literam no
nis ianuarijs celebrat, quia ꝑ certo ista die liber. i. liberalis pa
ter Christus in tẽplo. i. in domo nuptiarũ vbi vocatus est, fon
tem aqueum in saporem vini mutauit inquantũ. s. de aqua rea
liter vinũ fecit, & ita dici potuit ꝙ in tẽplo liberi patri fons
viuens stillat, quando. s. in nuptijs iuxta liberalem patrẽ Chri
imperatoris.i. figura, imitatio & repſentatio Chriſti debet vi
gere. quòd etiam imaginem noſtram.i. exteriorem conuerſa-
tionem

tionem debet continere; quæ s. ad imaginem perfectionis Christi debet faciem vertere, inquantum se debet ei moraliter conformare, & istam moralem eius imaginem in se virtualiter & exemplariter præsentare. Matth. vigesimosecundo. Cuius est imago & hæc superscriptio? Dicunt ei, Cæsaris. Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Igitur istud est verum quod quandiu aliquis rex, i. aliqua persona quæ per rationem se debet regere, viuit in pace & quiete cum imperatore suo Christo, tam diu imago suæ conuersationis ad eius imaginem & conuersationem respicit, & eidem se conformat, & impressionem suæ imitationis in se (prout est possibile) repræsentat. ad Romanos octauo. Cōformes fieri imaginis filii Dei. Si vero accidat quod imperatori nostro Christo per interiora vitia rebellemus, sibique aduersarij efficiamur & nos ei opponamus, statim pro certo imago nostra exterior nostræ menti interiori se conformabit, & statim imagini imperatoris, i. pfectioni Christi dorsum vertet, & ab eo declinabit, quia proculdubio istud est certum. quod quocunque mens vertitur, imago mentis, s. cōuersatio se vertit, & cum a Deo peruertitur, statim & ipsa nostra conuersatio se ab ipsius conuersatione peruertit: Hiere. 2. Verterunt ad me dorsum, & nō faciem. Vel dic quod quando aliqui alicui se opponunt, tunc etiam ipsorum imagines, i. eorum subditi, consanguinei & amici sibiinuicem contra dicunt, quia s. ex rebellione principalium sequitur rebellio & controuersia subditorum & aliorum etiam amicorum. ¶ Romæ fuit anti-
5 quitus statua cuprea cuius scriptura talis erat, Calēdis Martii oriente sole habebo caput aureum. Cum igitur nullus sciret interpretari quid hoc esset, post multa tempora quidam astute notauit quod vmbra statuæ protendebatur in ortum solis Calendis Martij, & fodiens ibi thesaurum auri permagnum inuenit, ista statua significare potuit genus humanum, cuius s. caput realiter fuit Christus 1 ad Corin. 11. Volo autem vos scire quod omnis viri caput Christus est: caput autē mulieris vir, illud autem caput aureum dicitur, pro eo quod Christus fulgore sapientiæ prædotatur. Statua igitur nostra scilicet humana natura, a principio habuit sacram scripturā, quæ s. prophetans dicebat quod in futuro tempore caput aureum habitura erat, idest quod ipse Dei filius (qui totus est aureus & preciosus) caput ipsius, carnem assumendo, esse debebat. Ad literam autem istud accidit calendis Martij, quia in Martio est facta incarnatio Christi, & tunc factus est Dei filius caput mūdi. Tunc enim vmbra i. humilitas illius capitis, scilicet filij Dei, terram nostræ mortalitatis tetigit, & sic thesaurum paradisi hominibus declarauit, quia re uera quum sol, idest Dei filius vmbram beatæ incarnationis super statuam humanæ naturæ fecit tunc thesauros gratiæ & gloriæ (qui hactenus latuerat) hominibus datus fuit, quod vtique in vmbra horologij Achab fuit figuratum, vbi vmbra solis in horologio retrocedens, sanitatis regis Israel fuit signum. Sed de hoc vide loco suo infra Esa. trigesimonono vt sic illa statua in statua Nabuchodonosor figuretur, cuius caput fuisse aureum narratur. Dan. secūdo Quia pro certo natura humana caput aureum habuit, cum Deus pater de auro paradisi, id Dei filij incarnatione, ipsius humani generis caput fecit. Canticorum quinto. Caput eius aurum optimum. Vel dic quod si vmbram, i. exempla capitis nostri Christi bene notauerimus, thesaurum omnium bonorum ibi inuenire poterimus. ¶ Sicut patet ex multis antiquorum scripturis, antiqui
6 solebant thesauros suos in terris & sub montibus reponere, & ne forte ab hominibus raperentur, solebant eos arte mathematica mirabiliter incantare. Vnde etiam Iosephus dicit quod Salomon thesauros multos tali modo in templo recondidit, quorum tria milia talenta auri Ioannes hircani filius huius commenti non ignarus leuauit. Hærodes autem qui de tali scientia nihil sciuit, dum de thesauris prædictis aliquid præsumptuose surripere voluit, ignis de subtus erumpens plures de suis satellitibus consumpsit. Narrat igitur Gulielmus quod dudum tempore Goberti Papæ, qui in arte mathematica summus erat in campo martio propè Romam fuit vna statua ferrea vel ærea, quæ digitum protendebat, in cuius capite scriptum erat, hic percute. Istam ergo statuā multi percutiendo fatigauerant, quia aurum intra latere sperauerant. Gubertus ergo locum vbi vmbra digiti in meridie protendebatur, notauit, & de nocte locum effodiendo aperuit, & sibi & cubiculario qui laternam portauit latum ingressū solitis artibus patefecit, qui tandem auream regiam inuenerunt, quæ aureos parietes habebat, aureos milites, & regem aureum cum regina aurea, & ministros aureos continebat. In interiori vero parte domus erat carbunculus per lucidus qui totam regiam illustrabat. In contrario vero angulo stabat puer cum arcu extenso, qui sagittam directam contra carbunculum tenebat. Sic igitur fiebat quod cum aliquis de illis infinitis thesauris volebat tangere, videbantur omnes illæ imagines contra eū impetum facere, & in ipsum horrendo strepitu prosilire, quib. Gobertus territus, necesse habuit vacuus retroire. Cubicularius vero cultellum vnū mirabilis operis & precij surripuit, sed statim cunctis imaginibus se mouentibus & fluentibus, puer qui tenebat arcum, sagittam in carbūculum iecit, & eo extincto, tenebras induxit. Cultellū igitur cubicularius deposuit, & ductu laternæ vna cum Goberto recessit. Dic si vis quod istud palatium aureum significat purū cor & sanctum. parietes aurei sunt virtutes cardinales. altitudo illius est spes, latitudo charitas, lōgitudo fides, cultellus scindens est timor Dei, carbunculus illuminans est discretio, thesaurus abundans significat gratias & virtutes, rex aureus est intellectus, regina aurea est voluntas, milites & ministri sunt potentiæ sensitiuæ, sagittarius autem diabolus est. Igitur dico quod quandoque sub terra i. in homine humili inuenitur palatium aureum, i. cor sanctū, lympidum & sincerum, in quo vtique rex & regina aurei, i. intellectus & voluntas puri & sancti recūbunt, in quo & milites & ministri aurei, i. inferiores sensitiuæ potentiæ sanctæ & mundæ seruiunt, in quo thesauri aurei, i. virtutum & meritorum copiæ abundant quod etiam carbunculus discretionis illuminat, & quod cultell' diuini timoris scindit & secat. Sed quid? pro certo si contingat quod caro vel mundus cultellum diuini timoris nobis surripiat, statim præsto est diabolus vt sagittam tentationis emittat, & carbunculum discretionis vel charitatis extinguat, noctemque culpæ vel ignorātiæ introducat quia pro certo cū cultellus diuini timoris surripitur, restat vt discretionis lumen, & dilectionis carbunculus extinguatur, & quod totum cordis palatium obscuretur. Scriptum est. o. Eccl. 1. quod principium sapientiæ timor domini, & quod per timorem domini declinat omnis a malo. Contra raptorem vero illius thesauri, i. contra quemlibet rētatorē deberent nostræ imagines, i. intentio, voluntas, & aliæ animæ potentiæ insurgere & thesaurum creditum defendere, dicendo illud cōmune. Qui nostra tollit inimicus est. & illud etiam 2 ad Corinth. 5. Nolumus spoliari sed superuestiri. Vel dic qd' rex regina milites & ministri aurei sunt Christus & beata virgo, martyres & sancti, qui in palatio ecclesiæ principantur, vbi scilicet carbunculus charitatis lumen gratiæ vel fidei cum sagittis tentationum propter surreptionem cultelli. i. diuini timoris extinguitur & aufertur. Vel dic qd' istæ imagines quæ nolebant thesaurum sibi surripi, et tamē cum essent aureæ fructum seu vtilitatem nesciebant ex illo consequi, significant auaros, qui quamuis propter parcitatis suæ miseriam nec velint nec audeant de auro suo aliquid expendere, nec exinde vtilitatem consequi vel habere, ipsum tamen solent ardenter diligere, & cum diligentia custodire, & si quis eum surripit, contra eum fremere, & eum impatientia se mouere, ita quod sagittarius qui tenet arcum, idest iracundiā, lumen gratiæ & discretionis in eis extinguit, & tenebras culpæ & ignorantiæ in talibus introducit. Iob 39. Auferetur ab impiis lux sua. Vel dic quod rex est Christus, regina Maria, milites sancti & apostoli, ministri angeli, qui s. in palatio cordis debent per deuotionem manere, quia si ibi sint non permittent aliquem tentatorem thesaurum virtutū nostrarum exinde surripere & auferre, quinimmo per speciale adiutorium statim sentiemus istos contraraptores, idest contra tentatores spiritualiter se mouere, dicentes illud 2. ad Corinth. 5. Nolumus expoliari, sed superuestiri. Vel dic quod ille permagnus thesaurus, qui tamen ita erat fascinatus & incantatus, quod nullus eum poterat habere, nisi sciret arte mathematica se iuuare, sicut supra dictum est de Ioanne Hirconi filio & Hærode, significat thesaurum gloriæ paradisi, qui re vera est thesaurus incantatus, quia scilicet ipsum non accipit quicunque appetit, quia sicut dicitur Matth. septimo. Nō omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in re-

gnum cælorum, quin imo multi eum conati sunt etiam præsumptuosè quærere, qui flamma inferni concremati, vacui iussi sunt remanere. Qui enim illum thesaurum habere desiderat, necesse est quod propheticam sapientiæ habeat, & q scientiam mathematicam & cœlestem, id est cælestium notitiam non postponat. ¶ Aliquando statuæ insensibiles & mor-
7 tuæ videntur hominib. esse vivæ, sicut apparet in horologiis & multis aliis operib. mechanicis, in quib. vel ratione ponderis proportionabiliter adæquati, vel venti occultè interius insufflati, vel ratione argenti vivi occultè in imaginibus insita inclusi, imagines quandoque mouentur, ita quod viuere cum mortuæ sint videntur. Illud potissimum apparet in thesauris antiquorum. Solebant enim antiqui thesauros suos in palatiis sub montibus infodere, & in palatio rum introitu te lum vel pontem vel pauimentum æneum coucauū & argento viuo plenum constituere, vbi cum quis primo pedē ponebat, totum pondus interioris argenti viui ad illam partē fluebat, & sic imagines secundum diuersas proportiones mouebat. Videbantur ergo serpētes contra intrantem aperto ore currere, magistri baculis pcutere sagittarij trahere, quod tamen totum per occultum argentum viuum poterat euenire. Sic igitur homo tertius & commēti ignarus retrocedebat, & thesaurum in actum dimittebat. Vnde de quodam monacho Barchinonensi narratur in Vincentio quod dum Italiā percuteret, & vltra quendam montem perforatum esse thesauros Octauiani populus asseret, duodecim comites assumpsit, & cum filis glomeris in illis opacis itineribus se inieit, & in quolibet miliario palum fixit. Erat autem alta via, & a leua præcipitium, & subterlabens fluuius, qui eatum vlteriorem peruenientes inuenerunt stagnum placidum, & desuper pontem æreum, & vltra stagnum videtur equos & equites de auro solidos, & thesauros alios infinitos. Vnus ergo eorū dum ponētē transire parat mox vbi ponti pedē imposuit statim ex altera parte produxit rusticum æreum cū æreo malleo, qui vndas percutiens ita obnubilabat aera, vt diem & cœlum cōtegeret statim vero quod pes a ponte retrahēbat, pax erat, & rusticus tranquillebatur, & serenitas reddebatur. Tertij igitur recesserunt, & præter pstinam argenteam quam inuenerunt, nihil de tantis opib. reportauerunt, quinimo alias reuertentes, vlteriorem exitum clausum a demonib. inuenerunt. Multi autē tales thesauri sub montibus esse dicuntur, qui ad antichristi tempora reseruantur, sicut de quodam thesaurum sommauerat, legitur quod diabolus dixerit, sibi quod illum thesaurum habere nō poterat, quia magister eo cum lucifer ipsum ad antichristū pa reseruarat. In Apulia et circa Neapolim dicuntur esse sub montibus palatia thesauris incantatis referta. Veruntamen sciendum est quod diabolus quandoque talib. illudit, & thesauros fictitios eis ostēdit, & sic in ærumna & sollicitudine eos ponit, sicut nuper in Vasconia dicitur contigisse de quodā q in concauitate rupis intrans, palatium aureum cum thesauro infinito reperit, quem quædam puel a seruabat, quæ se fuisse cuiusdam regis Vasconiæ filiā asserebat, & quod pater eius ipsam ad thesauri incantati custodiam posuerat, & virtute annuli quem portabat, iam mille quingentis annis sine cibo ibi viaerat. Cum igitur ille (ne locus sciretur) foramen montis in lapidib. obstruxisset, & multis temporibus aliquem qui sciret thesauros discantare quæsisset, & neminem inuenisset, tandem regi Frāciæ negocium reuelauit, qui montem cum magistis lumprib. fodi fecit. Sed quia inundatio aquarum concauitatem illā lecib. repleuerat, nihil omnino vtilitatis aut veritatis inuenit. Diabolus. n. solet aliquando illis illudere, quos videt ad res superstitiosas vanas animum applicare. Illud igitur vltimū poteris contra demonum illusiones allegare, quomodo. s. diabolus solet auarorū mentes illudere vel fraudare, qđ etiā quotidiè videtur facere, quia. s. spem acquirendi thesauros solet fatuis inspirare, qui tamen post multos labores solent inanes & pauperes manere. Eccl. 5. Auarus non replebitur pecunia, & qui amat diuitias fructus non capiet ex eis. Illud autem primum de illis imaginibus quæ videbantur viua, cum essent mortua, poterit optimè applicari contra hypocritas, quia pro certo hodie sunt multi qui carent sensu & vita spirituali (sensu dico deuotionis & compassionis, motu vero bonæ operationis, & hoc quia nō habent vitā gratiæ, & charitatiuæ dilectionis. Exo. 15. Fiant immobiles quasi lapides) & tamen mediante argento viuo. i. mediante fluxibili hypocrisi quæ occultè latet in ipsis, ipsi videntur vitam spiritualē habere, & motu bonæ operationis vigere. Quia. n. ventus inanis gloriæ, vel pondus auaritiæ, vel argētū viuum hypocrisis vel malitiæ, tales diuersimode mouet & agitat, ideo homo q eos nō cognoscit, ipsos viuos. i. bonos spirituales & sanctos putat. Istis ergo dr Apo. 3. Nomen habes quod viuas, & mortuus es. Vel dic contra quosdam qui sine causa magnā famā habent in mundo, quia. l. dato q ipsi sunt insensibiles & mortui. i. ignorantes & cæci, ipsi tū mediante argēto viuo occulto. i. mediante pecunia & occultis muneribus sciūt taliter facere, q ad magna officia & beneficia ipsos videmus se mouere, ita q tā viui & sufficiētes & potentes eo solo quia sunt diuites, esse videntur, qui tū nisi argentum viuum. i. diuitias haberent viles & mortui putarentur. Vulgus. n. illos hodie viuos existimat, quos argētum replet & saciat, licet mors. i. culpa & meritorum insufficientia in veritate eos pmat. Apo. 3. Dicis, q diues sum, & nullius egeo, cum sis miser & miserabilis & pauper, cæcus & nudus. Vel dicas quod talia palatia significare possunt domos & curias prælatorum & magnatum, vbi proculdubio multæ sunt hodie statuæ, id est ignorātes personæ in diuersis officiis constitutæ, quæ tamen aureæ dicuntur, pro eo quod auro & diuitiis cumulatæ noscuntur. Istæ ergo sunt quæ nullam habent prorsus cōstantiam, quia pro certo vbicunque pondus argenti viui, idest copia nummorum eos impulerit, statim illarum statuarum affectio se mouebit. Si ergo istos mouere virtute iustitiæ volueris, non restat nisi quod pontem per quem itur ad ipsos, idest procuratorem proxenetam vel etiam vxorem muneribus tangas, & quod argenti pondere ipsos voluas, quia proculdubio statim omnes imagines currere videbis, moueri, & ad te & tua petita inclinari. Vbi. n. pondus argēti senserint, eo consestim solent currere, & stabilitate iustitiæ protinus se mouere. Nulla enim est turris tam solida, quin mangonellis argenteis faciliter sit commota. psa. Mouebuntur omnia fundamenta terræ. ¶ Virgilius fecit antiquitus ignem inextinguibilem, ad
quem quicunq; volebat, se calefacere poterat, erat, tamen ab 8
opposito ignis quidam puer qui a. cum extensum cum sagitta tenebat, qui. s. talem scripturam in capite continebat. Qui me percusserit, ego trahar. Accidit ergo quadam die quod quidam stultus scripturam legens statuam pcussit, & statim arcu distento sagitta ad ignem volauit, & ignem alias inextinguibilem extinxit. Sic vere Deus quandoque in alia ciuitate religionis, ecclesiæ vel patriæ, ignem charitatis succendit, ita fortem & firmum quod nullæ aquæ delectationum, nulli flatus tentationum, nullus motus tribulationum ipsum possunt extinguere vel turbare. Canticorum 8. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Ille est enim ignis de quo ipse Deus ait. Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat? Sed quid? Pro certo ibi est inuenire aliquas statuas, id est aliquos malos litigiosos & verbosos, ad sagittandum alios per iuintiam paratos, qui re vera videntur semper aliis dare minas quod si a prælato aliquo corrigantur vel percutiantur, sagittam detractionum, iniuriarum, appellationum & dissensionum emittent, & ignem charitatis destruēt & extinguent, sicut ad litteram de dyscolis religiosis videmus, quos scilicet superior suus non potest in modicum percutere vel corrigere, quin statim nitant ignem charitatis extinguere, & pacem & concordiam perturbare, & longis verbis & contentionibus totum collegium molestare. psalm. Arcum suum tetendit & parauit illum, sagittas suas ardentibus effecit.

## De Venenorum mirabilibus. Cap. 73.

Venenosæ res sunt infinitæ, quæ pro certo possunt inter mirabilia computari. Vnde nota quod Plinius 1
denaturali histor. libro 2. capitulo 106. dicit quod in beroso taurorum colle ctes sunt fontes sine remedio & sine dolore mortiferi. potatoribus enim fuit dolorem in moriendo non inferunt, & tamen sine remedio ipsos perimunt & occidunt. dic proculdubio in hoc mundo tres sunt fontes venenosissimi, qui sunt tria vitia principalia, scilicet tres concupiscentiæ, vel tria mundi bona, quæ triplici concupiscentiæ sunt obiecta. Fons primus est superbia vitæ, cuius aqua & materia sunt scientiæ & eminentiæ. Fons secundus

cundus in cõcupiscētia oculorū, scilicet auaritia, cuius aqua & materia sunt diuitiæ. Fons tertius est concupiscentia carnis, i. luxuria, cuius aqua & materia sunt carnales deliciæ. Et breuiter, isti sunt fontes q sine dolore occidunt quia scilicet superbus non inuenit dolorem, sed potius complacentiā in eminētijs, auarus, in diuitijs, & luxuriosus in delicijs. & idẽ isti sine remedio moriuntur, quia cum non dolent, non præcauent, & sic ad inferos cum gaudio detrahūtur. Iob.21. Tenēt tympanū & cytharā, & gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferos descendūt. Istæ autem fuot tres lanceæ quas infixit Ioab in corde, Absalon &c.
3 vide infra libro. 14.2. Regum. 18. ¶ Item idem ibidē ait quòd in Aethiopia sunt quidā q Athon mõtem incolunt, qui de viperinis carnibus viuunt quapropter nec vestes nec corpa ipsorum alia animalia noxia tangūt. Quia enim nutriti sunt veneno ideo timent noxia alia sic cõtingere in sua corpora venenata. Sic verè sunt multi in hoc mundo ita venenati & pestiferi, & veneno malitiarum & iniquitatum nutriti, quòd nullus audet eos tangere, nec in aliquo molestare, sicut videmus de detractoribus, quorum malitiam, verba, punctiones, iniurias & venenosas diffamationes omnes timent, & ideo ipsos tangere, associare, vel etiam corrigere, aut punire non audēt, sed potius ipsos fugiunt atque cauent. Ista etiam in mūdo videmus de malitiosis prædonibus, balliuis & aduocatis, quos nemo audet molestare vel tangere, ius sum ab eis repetere. pro eo quod veneno malitiarum nutriti, tangentes, id est iniuriantes vel se corrigentes solent accusando, diffamando, vel alias inuenenare. Ideo bene docetur Numeri. 16. vbi dicitur Recedite a tabernaculis hominum impiorum, & nolite tāgere quæ ad eos pertinent. Vel dic quòd tales venenosi & infames peccatores, qui viperis, id est peccatis nutriti sunt, cūctis tangentibus, id est cunctis societatem suam frequētantibus, spiritualiter venenosi sunt, & ipsorum per mala exēpla, verba & opera inficiūt. Non est ergo tutum tales tangere, & societatem illorum diligere, nec etiam vestes conuersationis per imitationem aliqualiter attrectare, quia sicut dicitur Ec-
5 clesiastici. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. ¶ Item secundum Plin. naturalis historiæ mundi lib. 31. cap. 2. multi sunt fontes venenosi, quorum aqua potātes enecat, qui tamen pisces nutriunt non venenosos. Istud tamen fallit in Styge, cuius aqua in Achaia vel Arcadia è saxis fluens statim interficit potatores, quę paruulos non nutrit pisciculos qui secūdū Theophastrum comedentibus sunt letales, quod scilicet nun quam in alio genere mortiferorum fontiū reperitur. Sic verè cum diuersæ sint aquæ, id est diuersæ res fluxibiles mundi, quæ scilicet animę non bene vinēti sunt mortiferæ & nociuę & mortis culpæ occasionaliter inductiuæ, sicut sunt diuitię q causant auaritiam, deliciæ inanem, mondanæ scientiæ superbiam, communiter tamen accidit quòd in talibus aquis inueniūtur aliqui pisces, id est aliqui homines prædictis bonis benè & discretè vtētes, scilicet boni & iusti, & alijs per mala documenta & exēpla nullatenus venenosi, quia scilicet bene possunt haberi mundi diuitiæ cum largitate & charitate, deliciæ cum temperantia & frugalitate, mūdi scientiæ cum iustitia & humilitate. Sed proculdubio vnus est fons venenosus qui habet etiā pisces necessario venenosos scilicet scētia hæretica vel necromantica. Ista enim non solum est in se infecta, vel mortis animæ causatiua, immo pisces, i. hæretici ibi nutriti, alios ipsos comedentes, id est ipsos audientes vel imitantes corrumpunt, & per errores inficiūt & occidūt, inquantum scilicet vitam animæ, fidem & charitatem eis subtrahūt atque tollunt. Apocalip. 7. Multi hominum mortui sunt ex
4 aquis, quia amaræ factæ sunt. ¶ Aliquando accidit quòd fontes non venenosi venenosos pisces portant. Vnde ibidem dicitur quòd in Armenia est fons nigros habens pisces, de quibus qui comederit, enecatur. quod etiā circa Danubij exortū esse dicitur, quousque veniatur ad fontem alueo appositum, vbi id genus mortiferorum piscium terminatur. Simile esse dicit in Lidia in stagno nympharum. continent enim istæ aquæ (quamuis de se non sint venenosæ) pisces mortiferos, & comedētibus venenosos. Tales fontes sunt ecclesia, religio, sciētia theologica & canonica, quæ scilicet sunt fontes boni & sani, & non venenosi aut mali quia pro certo dato quòd ista sint in se vtilia atque bona, cõtinent tamē pisces, id est homines & subditos n[illegible] tos & infames & peruersos, suis malis di-

ctis & exempla alijs venenosos. Constat enim quòd multę sunt ecclesiastici & religiosi, multi etiam canonistæ & theologi, qui mortis exempla & documenta alijs solent dare, & sic vitam gratiæ solent eis tollere, & mortē vitiorū occasionaliter inferre, quia, quicūque istos infames & nigros exemplariter imitando comedunt, mortem vitiorum incurrunt. Esai. quinquagesimonono: Qui comederit de ouis eorum, morietur ¶ Sicut ponit Plinius libro trigesimo primo capitulo se 5
cundo in fine, Multi inueniuntur fontes venenosi & mortiferi. Vnde dicit quòd fons Lycos hominem tertio die occidit, quē de eo biberit. De alio etiam fonte mane bulliendo eorum pente dicit quòd aues quæ inde biberint, moriūtur. Alius est fons circa Thessalica tempe, cuius etiam visus intuentes terret, cuiusque aqua æs & ferrum corrodit, quem tamē fontem siliqua siluestris cingere dicitur, quæ purpureo flore semper florere prædicatur. In Macedonia iuxta sepulchrum Euripidis fontes duo sunt, quorū vnus saluberrimi est potus, alius mortiferi. Tales fontes sunt multi mali, qui scilicet verbis & exemplis inuenenāt audientes, & societatem eorum frequentantes, & maximè tales sunt hæretici & detractores, qui scilicet omnia corrodunt & mordēt, & intuentes obstupefaciūt atque terrent. Ecclesiastici nono. Terribilis in ciuitate sua homo linguosus. Isti tamen flore purpureo, id est honesta & ficta conuersatione cincti dicuntur, inquantum boni apparere, & non esse conantur, vt eorū detractionibus plus credatur. Vel dic quòd tales fontes sunt mundi deliciæ, quæ etiā anes, id est cõtemplatiuos occidunt, vel etiam malæ mulieres &c.
¶ Secundum Plini libro vndecimo capi. Quinquagesimo ter 6
tio. multa sunt animalia, quorum flatus q tactus sunt alijs venenusa. Vnde dicit quòd animæ leonis virus graue, vt sit pestilens. Credo autem quòd per animam intelligit anhelitū vel flatum. Vnde sequitur quòd illa quæ anhelitu leonis tanguntur, a nulla fera alia amplius manducantur. Carnes etiā quæ ab ipso afflatę sunt tactius & citius computrescunt. Per leonē potest intelligi diabolus, hæreticus vel luxuriosus, quia scilicet isti habent flatus venenosos, id est verba suggestiona & documēta periculosa & damnosa. si enim aliquam bestiā id est aliquam personam afflauerint, vel suis inductionibus ad malum inclinauerint, ipsam corrumpunt, & etiam aliorum corruptiuam faciunt, ita quòd nulla feræ, id est nulli viri sapientes tales sic corruptos aut sic afflatos associant seu tāgūt quia pro certo periculosum est tangere, frequentare vel associare illos qui ab hæreticis vel luxuriosis vel etiam a demonibus sunt afflati, & malis suggestionibus, inuenenati. Tales. n. parati sunt ad corruptionē, & ad aliorum se tangentium vel communicantium læsionem. Ecclesiastici decimotertio. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. ¶ Item idem ibidem ait 7
quòd quędam sunt animalia quæ de se sunt innocua quæ tamen ex post facto fiunt alijs venenosa. Vnde ait quòd vespæ serpente auide vescuntur, quo alimento mortiferos ictus faciunt. Apri etiam in Pamphilia & in Cilicia montibus salamandras comedunt, & quamuis sapore vel odore differre. propter hoc ab alijs nō videntur, se tamē comedentes inuenenant & occidunt. Et breuiter istud est verum quòd illa quæ venenis pascūtur, sunt alijs venenosa, sicut etiam supra diai de dracone qui comedit scorpiones. Sic proculdubio dico quòd illi qui comedunt, id est qui sibi incorporant per malas concupiscentias & per imitationes salamandrās, & serpentes, id est personas venenosas, & pestiferas doctrinas, sciētias, delicias & diuitias, alijs venenosi fiunt, ipsos quoque suis malis consortijs, colloquijs & exemplis inficiunt & corrumpunt, sicut patet de illis qui serpentibus & salamādris, id est hæreticis vescuntur, & eorum scientijs imbibūtur, qui quamuis venenosi & mali nec in sapore vitæ, nec in odore famæ appareant, eo quòd malitias suas per hypocrisim palliāt alij tamen ab eis corrumpuntur. Esaiæ. 59. Qui comederit de ouis eorum, morietur, quod confotum est, erumpet in regulum ¶ Item idem ibidem ait quòd Schytæ volentes irre 8
mediabiliter hominē occidere, solēt sagittas suas sanie viperę & sanguine humano inungere, & sic leui tactu solēt hominem irremediabiliter venenare. Per istos Schytas intelligo proditorea, qui scilicet schytæ dicuntur, quia scilicet vo-
lunt quicquid ab alijs fit aut dicitur. Per sanguinem humanum qui est amicus naturæ intelligo amicitiæ fictionem. Per saniem vero viperæ, intelligo malitiæ, & nequitiæ nocumen-

tum & decaptionem. Quid ergo pro certo quando scythę, id
est proditores omnia scire volentes volunt aliquē irremedia
biliter vulnerare ipsumque destruere, subuertere vel nocere,
solent sagittas verborum suorum partim in sanguine huma-
no, idest in ficta amicitia intingere, & cum eis saniem viperæ
idest malam intentionem, & iniquam deceptionem & prodi
tionem adiūgere, vt sic venenum vipereum malitiæ suæ pos
sit cum sanguine amicitiæ simulatæ facilius recipi, & ad cor-
dis intima penetrare. Si igitur homo a talibus sub specie ami
citiæ venenatur, decipitur, & sine remedio perturbatur. Ista
etiam facit suo modo diabolus, quia sub fictione alicuius bo
ni solet venenum peccati infundere, & sic sagitta tentationis
animā irremediabiliter vulnerare. Quilibet ergo talis dece-
ptor dicere vr illud Deut. 32. Inebriabo sagittas meas sangui
ne. & sequitur. Fel draconum vinum eorum, & venenum a-
9 spidū insanabile. ¶ Aliqua sunt aialia, quæ venena comedūt,
& tamen venena sibi nō nocent, nec ipsa etiam animalia pro
pter hoc alijs venenosa fiunt, sicut patet de ceruo, qui come-
dit serpentes, de capone, qui transglutit buffones, & alijs mul
tis similibus. est. n. in eis natura tam efficax, & tam fortis, ꝙ ip
sa venena potest digerere, & omnem malitiam exinde tolle-
re, & ipsa in nutrimentum competentes transmutare. Et sic
dicit Plinius vbi supra, quòd anima, idest flatus elephātis ser
pentes extrahit, & ceruorū vrit, & inde ēt ipsa venenosa mul
ta remedia in se continēt, quæ nullam veneni maliciā habent,
imo contra venena proficiunt atque valēt, sicut patet de Buf
fone, in cuius capite Crapaldina lapis preciosus inuenitur, q
contra venena opitulari, & proficere, prædicatur. Igitur per
animalia domestica & bona itelligo bonos & sanctos docto
res, per serpētes vero intelligo paganos philosophos, & sciē-
tiarum gentilium professores. Dico ergo quòd elephantes,
cerui & galli, idest viri fideles, & boni sciunt de ipsis serpen-
tibus, & buffonibus, idest de philosophis ipsis & gentilibus,
vtilitatem suam facere, ipsosq; & eorum scientias in cibum
assumere, & venenū malæ interpretationis vel corruptæ opi
nionis tollere, & in bonum nutrimētum sanæ doctrinæ, & sa
pientiæ cōmutare, quia pro certo dato quòd tales busones,
idest antiqui philosophi venenosi per infidelitatem fuerint,
& per multos errores mundum inuenenauerint, inueniun-
tur tamen in capitib. suis multis lapides preciosi, i. multa bo
na documenta, & exempla, multaque moralia dicta & facta,
quæ ad salutem sunt vtilia, & venenorū . i. criminū dānatiua.
De talibus ergo dn̄s bona & vtilia recipi, mala vero & inuti-
lia refutari. Matt. 13. Elegerunt bonos in vasa sua, malos aūt
foras miserunt. Vel dic si vis generaliter quòd prudēs homo
de ipsis serpētibus, i. peccatoribus scit vtilitatem suam face-
re, & eorum venenosa dicta & exempla quæ ab ipsis comedit
& accipit, in bonum suum nutrimentum & documentū mu
10 tare. ¶ Secundum Plin. naturalis historiæ mundi lib. 28. ca-
pit. 3. mirum est quòd quędam sunt hominum generationes
q̄ a natura resistūt venenis, sicut sunt Marsi in Italia, Psilli in
Aphrica, Oblongenes in Cypro insula. De Psillis aūt & Mar
sis dictum est supra cap. de Italia & de Aethiopia, Nam (vt a
Plinio præcedenti capitulo dicitur) marsorum cantu serpen
tes contrahuntur, etiam in nocturna quiete. Habet enim ser
pens (vt ait idem ibidem) intellectum ad incantationes ca-
uendas. Ad quod etiam concordat scriptura in Psalm. vbi dr̄.
Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas, quæ non exau-
diet vocem incantantium &c. Ideo (vt ait) cū populus Mar-
sorum dominium habeat in serpentes, solent cantum istorū
hominum perpendere, & eo audito contrahi & timere. Per
serpentes intelliguntur viri prudentes. Matth. 10. Estote pru
dentes sicut serpentes. Per marsos vero & eorum cantum in
telligo demones, & eorum suggestiones, luxuriosos, & eorū
fabulationes, adulatores, & eorum deceptiones, q a pro cer
to quicunq; prudens hō debet incantationes talium perpen
dere, & pro viribus cauere & fugere, & ne decipiatur, atten
dere, & auditis cantibus & incātationibus talium marsorū,
id est demonū. adulatorum, vel hæreticorū, vel etiam vetu-
larum leonumque & luxuriosorū, debet seipsum contrahe-
re, & signum displicentiæ ostendere, dicens illud Amos. 5.
Aufer a me tumultum carminum tuorum, cantica liræ tuæ
non audiam, quia breuiter cauēdæ, & nō sunt audiēdæ demo
num suggestiones a fidelibus, hæreticorum prędicationes a
simplicibus, adulatorum blāditiæ a principibus, luxuriosorū
& maximè vetularū seductiones, à iuuēculis mulierib⁹. ¶ Itē 11
idem ibidem, scilicet lib. 28. ca. 3. dicit quòd familia Oblōge
num in Cypro nunquam a serpētibus lædebatur, quinimmo
tantam habebant contra venenum repugnantiā, quòd sudo-
re eorum & saliua contra venena medebatur. Vnde ait quòd
quidam legatus Cyprorū ex hac familia Hexagon nomine, à
consulibus Romæ in dolium plenum serpentibus cōiect⁹ est,
experimenti causa, nihil sibi serpētibus nocētibus, sed linguis
circū mulcentibus. Per istam familiam insulæ Cypri possum
intelligere ciues insulæ paradisi, scilicet, Deum angelos atq;
sanctos, quia pro certo isti sunt qui super serpentes. i. super de
mones potestatem habent, ita, quòd nunquam timēt eorum
feritatem. Istud autem probatum est in legato Dei patris, sci
licet in Christo, qui in Romam, i. in mundum missus, dolium
plenum serpentibus scilicet infernum demonibus intrauit,
quorum venenosa malitia sibi nocere, nequiuit, sed eū illæ-
sum abire permisit, imo etiam quasi linguis mulcēdo uirtu-
tem suæ diuinitatis in multis (sicut in euangelio legitur) prę
dicauit. Vel dic quòd tales Dei patris legati fuerunt sancti
confessores, qui scilicet in dolio huius mundi inter serpen-
tes. i. inter demones & tyrannos vixerunt ipsosq; per pecca-
tum, & tormentum non occiderunt sed potius amicabiliter
ipsis per suam sanctitatem blanditi fuerunt, quod bene appa
ruit in illis principib. qui primitus religiones & ecclesias sub
sanctis confessorib. dotauerunt. Luc. 10. Ecce dedi vobis po-
testatem calcandi super serpētes & scorpiones. &c. Sudor er
go suorum operum & laborum, saliua suorū dictorū & ver-
borū, cōtra venena vitiorum sunt remedia, his. s. qui ipsa exē
plariter accipiunt atque gerunt. Vel dic ꝙ sancti isti etiam
dato ꝙ cum venenosis & cum peccatoribus viuerent, & oī
die venenosa opera & dicta biberent, nunquā tamen ex hoc
lęsi fuerunt, sed sani, & illæsi manserūt. Marci vltimo. Si mor
tiferum q d biberint, non eis nocebit. ¶ Itē dicit ꝙ Tentyri 12
in insula nili nascentes tanto sunt crocodilis terrori, ꝙ eorū
vocē fugiāt. Sic vetè crocodili demones timēt sctōs, & maxi
mè viros humiles, in insula sapiētiæ, pœnitētiæ & religionis
clausos, adeo vt vocē suæ orationis, laudis, gratiarū actionis
vel confessionis sustinere nequeant, sed ab ipsa potius fugiāt
& recedant, dicentes illud Genes. 3. Vocē tuam audiui dn̄e.
& timui, eo quòd nudus essem. Vel etiam dic de malis, quia
voces bonorum & documenta formidant. ¶ Vnum dicit Pli. 13
vbi supra satis notabile, dicit enim ꝙ illi populi prædicti. s.
Marsi, Psilli, Oblongenes & Tentyri, non solū tactu venenū
eximunt, imo etiam suo aduentu venenatos adiuuāt, & eorū
dolores leniunt. Dicit etiā quòd in illis qui a scorpionibus &
serpentibus percussi sunt etiam postquam sunt sanati, solet
dam virtus contra venena remanere, quia scilicet fit ꝙ alia
aialia venenata non audent eos tāgere vel nocere, & sic (vt
ait) quòd venena contra venena remedia solēt esse, sicut exē
plificat de illis qui a scorpionibus percussi sunt q amplius a
crabronibus, vespis aut apibus non lędūtur, quinimmo (vt
ait) aqua lotionis manuū taliū sic a venatis percussorum, &
postea sanatorum, solet percussos, & inde aspersos alleuia-
re, & quam plurimum adiuuare. Econtra vero ibi dicitur ꝙ
illi qui nunquam fuerunt serpentum vel canis dentibus lęsi,
suo introitu vel aduentu vulneratorum a serpentibus vulne
ra aggrauant, & dolores eorum acuunt, & augmentant. Ista
possum generaliter allegare quòd quando aliquis est vulne-
ratus ictibus venenatis, id est tentationibus, aut tribulationi
bus huius mundi, vtile est ei & consolabile quòd ab illis qui
potestatem habent super tentationum, & tribulationum ve-
nena, id est sanctis viris visitetur, & personaliter videatur. Vi
sitatio enim, aduentus seu interuentus bonorum est consola
tio infirmorum, & salus & releuatio peccatorum. vnde Act.
16. Visis fratribus cōsolati sunt eos. Item istud est certum ꝙ
illi qui aliquando puncti, & percussi sunt à venenatis, id est a
tentationibus & tribulationibus venenosis, & inde per pœ-
nitentiam sunt sanati, solent exinde contra venenum pecca
ti quandā virtutē concipere, & ex ipso veneno peccati quo
inuenenati fuerant, contra peccata remedia vendicare, quia
. s. sæpe fit quòd tales conuersi contra venena peccatorū fiūt
remedia, quando. s. aqua qua lauauerunt manus suas in pœ-
nitentia & qua mundauerunt opera sua, alij infirmi & pec-
catores, qui scilicet venenatis tentationibus sunt percussi,
exemplariter lauant vulnera seu vitia propria, quia breui-
ter, istud

ter istud est verum ꝙ illi sunt ad curandũ vitia magis sani,
qui vitiis similibus fuerũt percussi, sicut apparuit de Paulo.
vnde ad Heb.2. Per hoc.n.quod probatus & tentatus est di-
dicit & his qui tentant auxiliari. Ecõtra vero istud ẽt est ve-
rum, quod illi qui puncturas & inuenenationes vitiorũ nun
quam sustinuerunt, non solent percussis & peccatoribus pro
desse, nec eis compati vel condolere, sed potius austeritate
sua in suo accessu & aduentu ipsos amplius affligere & vexa
re, q̃a pro certo illi qui vitia vel tribulationes nõ sunt exper
ti, & nunq̃ a cane vel serpente diabolo criminalr sunt ꝑcus
si, sunt aliis delinquentib. nimis duri, quod potissimè in reli
gione aperitur, vbi illi qui nunquam ceciderunt, tanquam
fragilitatis propriæ inexpertes, alios atrociter persequũtur,
sicut patet de visitatorib. & prælatis, qui aduentu suo faciũt
miseros plus dolere, non aduertentes ꝙ Petrus idcirco ceci
dit vt aliis diceret condolere, iuxta illud Eccl. 31. Intellige
ex teipso q̃ sunt ꝓximi tui. Itẽ istud est certũ, ꝙ illi quos scor
pio diabolus, caro vel mundus vitio aliquo ꝑculsit, & inde
per pœniam sanatus, euasit, nõ solet aliis venenatis & tenta-
tionib. amplius lædi, quia. s. scit melius se a talib. tueri, quia si
cut dicit Seneca in Prou. Cautio est in reliquum lapsus ante
rior. ¶ Sicut dicit Plinius ibidem, vestis, qui funere, i. cadaue
14 re serpentis tangitur, nunquã a tineis corroditur. Sic vere il
le vel illa cuius conscientia peccatum aliquando habuit, ti
neas malarum cogitationum vel tentationum melius ꝑca-
uebit, ita quod de ista dicitur Mat. 6. Vbi neq; ærugo, neque
tinea demolitur. ¶ Item idem ibidem ait quod si quis passio
15 ne quæ Cardiaca dicitur, moritur, cor eius nunquã in igne
crematur. Idem etiam dicit de corde illius q̃ perijt veneno.
Corda.n.talium non comburuntur, licet in ignis incendio.
collocentur. Vnde ait quod cor Germanici Cæsaris in igne
cremari nõ potuit, quare cũ Vitellius de morte Pisonẽ coar
gueret, ac si ipsum veneno occidisset, econtra ipse morbum
Cardiacũ fuisse allegauit, & sic a suspicionis periculo se sal
uauit. Simile vero de corde venenato dicit Rasis in quodã
libro suo quẽ fecit de occultis virtutib. membrorũ aialium,
vbi additur quod cum cor hominis veneno peremtis nõ cõ-
buratur, si 9. annis in igne teneat, continuè conuertet in la
pidẽ, qui valet mirabiliter, cõtra omnia venena, fulmina, to
nitrua, dat victoriam in bellis. Vnde ait ꝙ Alexander talem
lapidẽ super se ligatum portabat, verum cum quodã die illũ
deponeret, & exutis vestibus se in Euphrate fluuio balnea-
ret, adfuit serpens quidam qui morsu dictum lapidem surri
piens, ipsum in Euphratẽ expuit, inuidens quod tantam ha-
beret potẽtiã in venena. Hæc Rasis. Cardiaca est tremor cor
dis, & significat seruilem timorem. Venenum vero significat
inuidiam, quæ vitam gratiæ tollit per odium & rancorem.
Ista ergo sunt duo vitia q̃ cor in quo sunt, per charitatem in
flammari non sinunt, timor. s. & liuor. De timore 1. Ioã. 4 Ti
mor non est in charitate, perfecta.n. charitas foras mittit ti-
morem. De Inuidia dicitur ibidem quod qui non diligit, nõ
habet charitatem. Quia procul dubio cor illud nunquã cha
ritate vel deuotionis feruore crematur, quod timore despera
tionis turbatur, & quod veneno inuidię & malitiæ vitiatur.
Cor.n. bonorum dicitur ardere, sed non cor malorum Lu.
24. Nonne cor nostrum ardens erat? Vel dic quod illũ amor
Dei & Christi non accendit quem venenum peccati morta
lis inuenenat & occidit. Vel dic si vis, ad illud quod dicit Ra
sis, quod quando cor veneno peccati mortuum, igne contri
tionis vel fortis tribulationis calescit, sæpe fit ꝙ in lapidem,
i. in virtutem & constantiam durescit, ita quod tale cor lapis
preciosus efficitur, a quo venena omnium vitiorum superã
tur, bella tentationum vincũtur, & æternæ damnationis ful
gura & tonitrua, seu fulgura terribilis iudicij euaduntur, pa
tet in Paulo, qui etiam de se dicit ꝙ vbi abundauit delictũ
ibi superabundauit & gratia. ad Rom. 5. Quia tñ sæpe cõtin
git quod homo in flumine deliciarũ plus debito se balneat,
& vestes virtutũ abijciens in mundanis delicijs se delectat,
serpẽs diabolus istũ lapidẽ seu istud bonum cor sibi ꝑ pec-
catũ subtrahit, & sic potestate quam habebat cõtra venena,
ipsum spoliat atq; priuat. Oseæ 7. Effraim columba seducta,
nõ habens cor. Vnde diabolus dicit talib. illud Eze. 36. Au
ferã cor lapideũ de carne vestra, & dabo vobis cor carneũ.
Vel dic ꝙ cor istud significat Christum, qui dr̃ cor in corpo
re ecclesiæ, cui vitam gratiæ administrat, mortificatus tamẽ
fuit per venenũ malitiæ iudæorum. Lapis etiam preciosus
factus est, inquantum ipse dicitur lapis angularis omniũ spi
ritualium ædificiorum. Istum ergo si Alexander, i. vir iustus
secũ portauerit per deuotionem, ipse pro certo cõtra vene-
na, fulmina & tonitrua, i. contra omnium tribulationum &
tentationum genera ꝑualebit. quia tñ interdum contingit ꝙ
talis homo deuotus in fluuio deliciarum & mundanæ pro-
speritatis per complacentiam se balneat serpẽs diabolus si
bi insidians, istum lapidem seu cor lapideum, i. deuotionem
ad Christum sibi per peccatum subtrahit, & sic contra vene
na potentiam sibi tollit. psal. Cor meum dereliquit me. ¶ Itẽ 16
ibidem li. 21. c. 14. dicitur quod in multis mundi partib. in-
ueniuntur venenata mella, quod (sicut ait accidit ea veneno
sis floribus è quibus fiunt. vnde ait quod in Ponto quibusdã
annis mella sunt venenosissima, ratione florum cuiusdã her
bæ dictæ ægolethron, quæ est etiam necatio iumẽtorum, q̃a
. s. si ver humidum fuerit, apes noxium virus suscipiunt de
hac herba. In eodem etiam ponto est aliud genus mellis qđ
ab incolis menomenon, i. insanũ vocatur, propter insaniam
quam inducit, quod vtique euenire creditur è flore rhodo-
dendri herbæ, qua scatent & abundant syluæ patriæ. Vnde
etiam gens illa cum de cera tributa Romanis præstaret mel
la quoniam erãt exitalia, nõ vẽdebat. In Perside etiã & Mau
ritania cæsariensi Getulię contermina faui venenati gignun
tur. Hic aũt dicit Pli. pulchra verba. O (inquit) q̃d sibi voluis
se naturã his arbitremur insidiis? sequitur. Quid sibi voluit,
nisi vt cautiorem, minusq; auidũ faceret hominẽ? q. d. Ista est
ratio quare mella venenata formauit. Re vera sic vr̃ contin-
gere in moribus, quia pro certo multæ sunt apes. i. multæ ꝑ
sonæ quæ faciunt & quæ habent mella, i. verba dulcia & blã
da, venenata tamen, i. deceptoria & corrupta, sicut videmus
de luxuriosis, hæreticis & iniquis, qui cum dulcedine verbo
rum suorũ venenũ peccati vel corruptionis inferunt, & sic
auditores inuenenant & corrumpunt 1. ad Cor. 15. Corrum
punt bonos mores colloquia praua. Quia.n. tales sunt soli
ti de herbis & arborib. corruptis, i. de malis ꝑsonis flores eaẽ
plorum accipere, ideo solent mella venenata. i. verba mala
facere, cum quibus solent simplices intoxicare, sicut de luxu
riosis exemplificat sapiens. Prouer. 5. Fauus distillans labia
meretricis & nitidius oleo guttur eius, nouissima autẽ eius
amara velut absynthium, & acuta tanquam gladius biceps.
Vel dic quod talia mella sunt doctrinæ poetarum & philo
sophorum, quæ quamuis videantur dulcia & delectabilia,
constat tamen quod cõtineant multorum errorum venena,
Igitur si tales rationis tributum soluant, i. si talium scientiæ
fidelib. deseruiant cera accipienda est, & non mella. i. illa q̃
vera sunt, & non falsa, & illa quæ vtilia sunt, non vana. Vnde
Apostolus: Omnia probate, quod bonũ est tenete 1. ad Thes
sa. 5. Vel ẽt si vis, per talia mella intelliguntur mundi deliciç,
diuitiæ & scientiæ, quæ quamuis videantur fatuis dulcia, in
se tamen continent vitiorum venena Constat.n. quod diui-
tię occasionaliter in se continent auaritiam, deliciæ luxuriã,
scientiæ præsumptionem, eminentiæ eleuationem. Talia igi
tur mella, i. mundi bona quæ vt communiter cõsistunt in de
liciis, diuitiis, scientiis, potentiis & eminentiis natura natu
rans Deus hominibus fieri venenosa permittit, & in ipsis ꝑ-
missiuæ fortunæ insidias ponit, vt. s. homo magis circunspe-
ctus & cautus ad omnia præcauendum, & de singulis dubi
tandum, meliora accipiendum, deteriora cauendum & non
auide & effrenate in bona mundi irruendum, & indiscrete
oĩa deuorandum. Sicut.n. scriptum est Prouc. 28. Beatus hõ
qui sp̃ est pauidus. Ideo bene consulitur Eccl. 31. Super mẽ
sam magnam sedisti? nõ aperias faucem tuam ibi prior quasi
dicat, non oportet auide in mensam mundi bonorum irrue
re, sed inter assumpta distinguere, & quasi dubitando de sin
gulis, venenorum, i. vitiorum ibi latentium malitiam præca
uere. Genes. 2. De ligno scientiæ boni & mali non comedes.
&c. Vel dic quod apes quę non sunt venenosæ, faciunt aliq̃n
mella venenata. Sic vere viri qui de se sunt boni, dicunt quã
doque vel ratione solatii vel alias verba dissoluta & inuti-
lia & inepta &c. sicut in sequenti capitu. ¶ Apes habent acu-
leum venenosum. in ore enim ferunt venena quamuis in fru
ctificando sint animalia vtilia atque bona. & sicut dicit Pli.
vbi supra, Mirum est apes venena portantes ore fingentesq;
non mori, sed causa est (vt ait) quia domina rerum natura
hanc dedit repugnantiam apibus contra venena, vt scilicet
a veneno (quamuis ipsum habeant) non lædantur,

sicut contra serpentes Psillia marsilque inter homines.de po
pulis autem Psillorum & Marsorum qui non timent veneni
potentiam,alibi dictū est supra eo §.10.Si vis,per apes intel
lige quosdam qui habēt mala verba,dissoluta, & aliqualiter
periculosa,ita q in ore videntur maleficia vel venena,ipsi ta
men in se boni sunt,& faciūt bona mella.i.bona opa atq; iu
sta.Complures.n.sunt quorum verba venenosa vir,& tū eo
rum opera vtilia comprobantur.sciunt.n.veneno peccati re
pugnare,& cum ipso veneno quod quodammodo portant,
in ore,faciunt innocentiam custodire,sicut cotidie videmus
de multis tam viris quam mulierib.qui quamuis sunt in aio
boni,sunt tā in sermonib.dissoluti,dicit.n.glos. canonis qđ
per aduerbia demeremur vel promeremur,non per nomi-
na,quia.s.intentio facit meritum vel demeritum, vt quando
res fit aduerbialiter,s.bene vel male non nominaliter,s. bo-
num vel malum,vt est in proposito,quia talis locutio nō sit
male,licet sit mala,& per consequens suum non inuenenat
18 portatorem.¶ Aconitum est herba venenosissima,quæ alio
modo dicitur Cammaron,Scorpion,Theoliophonon,Para
dalian.hes.&c.& nascitur circa heracleam Ponticam,folia
habens quatuor tantum,cucumeri similia;huius tanta est ve
neni malitia,quod si genitalia cuiuscunq; animalium gene-
ris tetigerit,die eodem infert mortē.Mures etiam solo odo
re eius moriuntur a longe.Istud aūt in eo mirum est quod
istud venenum veneno scorpionum obuiat,& in potu datū
cum vino hominem a veneno scorpionis liberat atq; sanat.
Est.n.eius natura vt hominem occidat,nisi inuenerit in ho-
mine quod perimat.Mirum(inquam)exitalia p se ambo cū
sint duo venena,in homine commoriuntur,vt homo supsit,
sicut dicit Pli.vbi supra.& addit,Ista aūt(inquit)si quis ab ho
mine excogitari potuisse credit,ingrata Deorum intelligit
munera.Vide simile de Menaide supra c.69.§.3.Per corpus
ergo hominis possum intelligere corpus ecclesiæ militantis
per venenū scorpionis intelligo malitiam vsurariorū & alio
rum malorum inferiorum,per aconitum autē intelligo ne-
quitiam & rapinam malorum superiorum. Igitur sic est qđ
aconitum,i.venenosi superiores,s.rapaces principes,iudices
& officiales solent naturaliter impugnare & impetere vene
num scorpionis.i.alios malos inferiores,videlicet vsurarios
& latrones.sicque fit quod dum mali superiores contra tales
malefactores intendunt,corpus in quo sunt,i.patriam cui p
sunt,quandoque in pace dimittunt imo pacificam eam red-
dunt,inquantum scorpionum istorū veneficiū inde tollunt.
Vtile est ergo q tales mali superiores inter subditos inue-
niant quē iuste puniant,quia alias in ipsum corpus,i.in ipsos
bonos subditos desæuirent.Vel ista possunt dici de diuersis
tyrannis sibi inuicem inimicis,qui contra se inuicem solent
pugnare,& alter alterum aliquotiens destruere.Hie.46.For
tis impegit in fortē,& ambo pariter ceciderunt. & sic p suā
absentiam solent hominem.i.simplices subditos in pace di-
mittere,& patriā alter ab altero liberare,qui tū si cōcordes
essent,& vnus eorum superesset,ipsos inferiores roderēt,&
per rapinas varias venenarēt.Igitur bonum est q mali inter
se pugnēt,& sic occidant & perimant,vt boni in pace dimit
tantur,& viuant,vt sic eorum mutua occisio sit aliorū paa &
salutis occasio.Vide figuram ad hoc infra li.16.2.Para.20.In
fine Hester.Impii vna die ad inferos descendentes pacificū
reddant regnū.Vel dic q aconitū quod hominem interficic
nisi sit veneno scorpionis priuatum, significat venenosos iu
dices & balliuos,auaritia & iniquitate corruptos,quia pro
certo tales solent hoies in quib.sunt,i.subditos quib.psunt,
per rapinam occidere,& veneno malitiarū suarum vita sua,
i.temporali substantia spoliare,nisi forte ipsos senserint ve-
nenum scorpionis,i.cautelas & malitias habere, & vitiis &
iniquitatibus abūdare.Malos.n.& venenatos inferiores bal
liuos & aduocatos non solent lædere sed eos in pace dimit
tere,& ipsos diligere & fouere,& vt similiter in casu simili su
stineantur ab ipsis solent eos contra alios sustinere.vnde Lu
cæ 6.Peccatores peccatoribus fœnerantur,vt recipiant æqua
lia.Vel potest dici quod nullum malum adeo magnum, qn
valeat ad aliud bonum faciendum,quia etiam vnus malus
valet ad aliū malū repellendum & ad suæ malitiæ repugnan
dum,sicut de balliuis & aduocatis videmus.Vnde lib.27.de
naturali mundi historia in ca.3.Aperta(inquit)professiono
patet nullum quædam malum sine aliquo bono dicere.Vel
dic q ista duo mala significant malum pœnæ & malum cul-
pæ,quia.s.pœna quamuis videatur venenosa & aspera,est ta-
men maioris veneni scilicet culpæ consumptiua & sanatiua,
quia scilicet pœnitentia culpam perimit,& contritio delictū
tollit.

## De Monstris. Cap. 74.

Monstra præter ea iam dicta multa sunt in natura. Vn-
de nota quod Cyclopes fuerunt populi monoculi,
qui in Sicilia habitauerūt.Et qa Sicilia habet mon- 1
tes perpetuo igne flammantes,ideo isti populi ful-
mina Iouis fabricare a poetis ficti sunt,vt ait Geruasius.Ta
les ēt dicti sunt a Solino Arimaspi,de qb.supra titulo de Ita-
lia.c.de Faunis,libro de aialib.& aliis similib.satis dixi.Dic
tū si vis quod illi sunt demones,q.s.duos oculos habere de-
buerant,vnum.s.quo velint bonum,alium quo intelligāt ve
rum,sed vnum istorum,s.notitiam veri sibi retinuerunt,aliū
vero penitus amiserunt,s.amorem boni.Illi igitur in regio
ne ignea.i.in inferno morantur,& Iouis,i.Dei fulmina fabri
cant,inquantum suas seueras sententias exequuntur iuxta il
lud psal.Misit in eos iram indignationis suæ, indignatiōem
& ira & tribulationem,immissiones per angelos malos. ¶ Sa 2
gittarius dicitur esse quoddam animal ex homine & equo
mixtum,in vultu terribile,& in sagittando præcipuum,qua
lem.s.legitur rex Mennoniæ in exercitum Troianorum addu
xisse,qui etiam Græcis multis terrorem noscitur incussisse,
ipsum tamen Achilles occidit,& de ipso viriliter triumpha
uit.Tales videntur esse multi,qui.s.partim homines.i.ratio-
nales,partim equi.i.bestiales esse noscūtur, qui pfecto alios
sagittare non cessant,verbisq; & iniuriis,detractionib. & tri
bulationibus inquietant & molestant.Vnde etiam de verbis
& iniuriis talium dr in psal.Sagittæ potentis acutæ cum car-
bonibus desolatoriis.Hos ergo Achilles,i.bonus prælatus
debet percutere, & ne alios plus noceant,tollere vel aufer
re.Prou.12.Verte impios,& non erunt.¶ Antropophagi sunt 3
homines qui humanis carnibus vescuntur, & cum diuersi
sint in diuersis mundi partibus sunt tamē quidam homines
siluestres in quadam conualle magna in Scythia iuxta Imaū
montem in regione quæ vocatur Abarimon,qui pedes trā
uersos post crura habent,eximiæ sunt velocitatis,passimque
cum feris vagantur,qui.s.in alio cælo.i.in alio aere,extra.s.lo
cum illum spirare nequeunt,& ideo ad exteros ergo mira-
culi gratia portari non possunt. Vnde nec ad Alexandrum
magnum detractos Beton itinerum eius mensor,prodidit, si
cut Plin.li.7.c.2.ponit.Illud potest allegari contra multos,
quorum pedes,id est affectiones sunt peruersæ, & semp ad
nociua & inutilia retrouersæ.non enim ad partem anterio-
rem,id est ad bona spiritualia & æterna aspiciunt, immo ad
posteriora,scilicet ad temporalia & ad vitia (quæ postponi
debent)pedes,id est affectus animi sui retrouertunt. psalm.
Cōuertisti pedes meos retrorsum.Tales ergo veloces sunt
per præcipitem celeritatem,quam scilicet habent in actibus
suis,& cum feris.i.peccatoribus vel malis mulieribus vagan
tur per improbam societatem.Marci 1.Tentabatur a sathana,
eratque cum bestiis.Isti etiam in suo cælo,i.in sua patria
in qua nati sunt,scilicet in mundo volunt viuere & spirare,
& extra illam patriam,scilicet in religione vel ecclesia non
possunt viuere,nec labores & abstinentias quæ ibi sunt,susti
nere.Spiritualiter etiam a mundo non peregrinantur, nec
in alieno cælo & solo,id est in paradiso per contemplatio-
nem minimē morantur,& ideo pro certo isti non sunt digni
quod Alexandro & aliis regib,hoc est ipsi Christo & sanctis
suis & Angelis præsententur.Vel exponi potest de illis q ita
sunt deliciosi,q nec pro studio, nec alias patriam suā volūt
exire,sed ibi semper viuere, & de exterioribus factis seculi
nihil scire.Tales ergo qui patriam suam tantum diligūt,& q
alibi viuere vel manere nolunt vel nequeunt, vix vnquam
ad perfectionē veniūt,nec coram regib. & magnatib. digni
præsentari sunt.Bene ergo dicitur Luc.14. Nemo propheta
acceptus in patria sua. Sicut ponit ibidem Plin. scilicet li-
bro 8.capitulo 2.(& allegat authorem Calliphantem (qui-
dam populi qui vocantur Androgine supra Natamonas &
confines illis Maclias commorātur quorum mirabilis est cō
ditio.Sunt enim duplicis substantiæ(sicut ait) masculæ .s. &
fœmellæ.Nates enim & coxæ inter se cohærent, & ex vna
parte

parte sunt fœminæ, ex altera viri. Aristoteles autē adijcit (si-
cut dicit idem) q istis populis est mamma dextra virilis, &
altera muliebris. Ad illa autem videtur alludere confictio fa
bulæ de hermaphrodito, in qua supponitur quòd de quodā
iuuene & iuuencula in lacu Salmacide vna persona fuit fa-
cta, quæ pro medietate erat vir, & pro medietate fœmina. Ad
litteram autem hermaphroditi monstra sunt in natura, per
sonæ. s. vtrunq; sexum habentes, virilem & muliebrē condi-
tionem in genitalib. prætendentes. Ista videntur allegabilia
contra quosdam qui sunt duplices, varij & incōstantes, quia
pro certo multos in hoc mundo videmus qui vidētur dupli
cem sexum (loquendo moraliter) habere, quia. s. in parte dex
tra prosperitatis sunt viri, dum sunt in prosperitate, ipsi se ia
ctant esse viros stabiles & constantes, sicut patet de genero
sis militib. qui cū sunt ad mensam vel ignem, mira dicunt, &
mirabilia se facturos opera, si necessitas accideret, asserunt,
& sic in parte dextra viri sunt, & mamillas viriles. i. verba cō
stantia secū ferunt, sed pro certo in sinistra aduersitatis sunt
fœminæ, quia. s. si aduersitas ingruerit, isti sunt fœminis debi
liores, & per fugacem inconstantiam timidiores, & ad tole-
randum aspera molliores, & breuiter isti quādo nihil habēt,
pati, viri esse videntur, quando vero pati necesse est, fœminæ
comprobantur. Hier. 31. Fœmina circundabit virum. i. fœmi
neitas in talib. præualet virilitati. Vel dic q tales sunt homi
nes duplices & verbales, qui. s. in dictis, pmissis & factis nul-
lam constantiam habent, imo nunc viri, nunc fœminæ appa
rent. verte. n. eos ad quam partem volueris nunquam in eis
eundem sexum. i. eandem constantiam videbis, quinimo si
vno proposito vel negotio viri constātes & stabiles esse cre
dantur, voluas te ad partem oppositam, & mulieres. i. vani,
incōstantes & debiles esse reperiuntur, sicut ad litteram de
falsis amicis, proditoribus adulatorib. & alijs inconstantib.
reperimus. Mammæ etiam talium. i. vbera ipsorum lactātia
pro parte bona & constantia, s. quando promittunt, pro par
te vero defectibilia & fœminea. s. quando reddunt. Tales er
go sic duplices a Deo maledicuntur Eccl. 2. vbi dr. Væ dupli
ci corde, & homini ingredienti terram duabus vijs. Vel dic
q tales qui sunt duplices, & tñ non sunt nisi vna persona, si-
gnificant personas charitatiuas, & maximè coniuges, se per
charitatis vinculum diligentes, qui licet duo sunt quantum
ad sexuum varietatem, sunt tñ vnum quantum ad cordium
vnitatem, quia sicut dr Gene. 2. Erunt duo in carne vna. Vel
dic q tale monstrū in natura fuit Christus, qui. s. in parte fuit
fœmineus. i. humanus, in parte vero virilis extitit. Allega vt
5 supra. ¶ Sunt in india (vt dicit idem ibidem Choromandæ,
homines siluestres, hirtis corporib. oculis glaucis, sermonis
horrendi, dentib. caninis. Sic verè sunt inter nos quidam sil
uestres & seculares hoīes, nulli familiares nor sociales, quia
. s. verba habent per detractionem horrida, corpora per ma
lam conuersationem hirsuta, dentes per mordacitates & ra
6 pinam caninos, & oculos per inuidiam glaucos. ¶ Eudoxus
author est sm Pli. li. 7. c. 2. q in parte meridiana Indiæ quidā
sunt viri qui plantas habent cubitales, fœminæ vero eorum
plantas habēt valde modicas, ita q ex hoc struthopodes ap
pellantur. Per viros intelligo ecclesiasticos & prælatos, &
alios litteratos, per fœminas vero subditos & laicos, & ho-
mines simplices & ignaros. Igitur dico q plantæ seu pedes. i.
affectiones virorum, i. hominum in seculo maiorum & supe
riorum, hodie sunt valde longæ. extendunt. n. se ad appeten
da omnia bona mundi, s. ad diuitias per auaritiā, ad delicias
per luxuriam, ad eminentias per superbiam. Figurati in An
gelo Apocal. 10. qui habebat vnum pedem super terram, &
alium super mare. Ac si dicat quòd cupidi affectant, & cu-
piunt omnia quæ sunt in maribus & in terris. Fœminæ au-
tem, i. simplices sunt in pedib. i. affectibus diminuti, nesciunt
. n. ipsos extendere ad dilectionem æternorum, sed tantum
7 hic iuxta se ad desiderium terrenorum. ¶ Plin. lib. 7. c. 2. cir-
ca fi. dicit quòd sunt gentes in Aethiopia quæ Menismini ap
pellantur, quæ viuunt lacte illorum animalium quæ Cyno-
cephali dicuntur, quæ. s. totum corpus habent humanum, p
ter caput, quod est caninum. Istos enim Cynocephalos sicut
greges omnium pro lacte habendo nutriunt, mares tamen
(vt ait) occidunt, & de ipsis aliquos præterquam sobolis cau
sa viuere non permittunt. Dic si vis q tales gentes sunt mo-
derni principes & prælati, qui. s. ad hoc solum Cynocepha-
los, i. subditos suos pascunt & regunt, vt de lacte suæ tempo
ralis substantiæ viuant, & ideo mares qui lac nō habent. i. re
ligiosos & bonos a quibus lac munerum non recipiunt, no
lunt secum tenere, sic etiam in suis dignitatib. officijs & be
neficijs promouare, sed potius eos solent occidere, i. tribula
re, lædere & grauare. Fœmellas vero quæ lac habent, i. diui-
tes, licet ignaros & fœmineos, dum tñ lac munerum offerāt,
solēt diligere & souere, & in suis beneficijs ponere, & in suis
officijs, domibus & curijs retinere. Gene. 25. Isaac diligebat
Esau, eo q de venatorib. eius vesceretur. Si vis magis. s. quō
hodie mares occiduntur, & fœminæ reseruantur vide supra
eod. lib. cap. de Amazonia circa fi. & vide li. de piscibus. cap.
1. §. vlt. ¶ Item idem ibidem ait quòd in desertis Aphricæ ho 8
minum quædam species obuiæ fiunt, & cito ab oculis euane
scunt. Talis autem videtur fuisse ille cornutus homūtio qui
apparuit beato Antonio in deserto, de quo superius dixi. c.
de Aegypto. Sic vere in solitudine huius mundi multi vidē
tur subito apparere, & subito disparere. Illi sunt (loquendo
spiritualiter) hypocritæ, qui videntur subito facere mirabi-
lia, & in statu perfectionis apparere, & aliquid magnum es-
se, sed pro certo subito deficiunt, & in ficta sua perfectione
non durantes, subito euanescūt, iuxta illud Sen. Nihil quod
simulatum, & fictum est, potest esse diuturnum. Temporali-
ter etiam hoc videmus de illis qui subito per prosperitatem
crescunt, & subito per infortunia euanescunt, sicut sunt illi
de quibus dr in psal. Vidi impium superexaltatum & eleua
tum sicut cedros libani, transiui, & ecce non erat. ¶ Itē idem 9
ponit multa mirabilia circa partum. Cōtingit. n. sæpe nasci
fœtus parentib. dissimiles & monstruosos, & alterius spēi,
quæ in natura prodigia reputantur. Sic igitur aliquando na
scitur puer cum duplici sexu, sicut supra dixi de Androgy-
nis. Aliquando visus est nasci puer qui a natibus sursum du-
plex erat, sicut etiam de duabus puellis in Aquitania, & de
alijs duabus in normandia visum fuit, quæ sibi inuicē loque-
bantur, & vna ante aliam aliquandiu mortua ab altera neces
sario portabatur, sicut ponit Vincen. cuius simile etiam po-
nitur in de naturali historia lib. 7. Ego etiā semel in Italia au
diui visum fuisse hominem ab vmbilico inferius duplicem,
& quasi a latere corpus vnum pendere formatum diminutū
& inutile. Pli. etiā ponit hic c. 3. q quædam mulier serpentē
peperit inter initia Marsici belli, alia vero in Thessalia pepe
rit hippocentaurum, hominem. s. equo mixtum, sicut Clau-
dius Cæsar scribit, qui eadem die qua natus est, interijt. Audi
ui etiam à venerabili viro Massiliēsi episcopo q quædā mu
lier massiliæ locustas marinam parturijt, & muliere præ do
lore moriente locusta integra & complexa in eius matricè
mortua est inuenta. In exercitu etiā Xerxis (cuius multitu-
do erat quattuor mille miliū armatorum, & quattuor miliū
nauiū, quæ tñ omnia a paucis græcis sunt deuicta) a qua vna
(sm Orosium) vulpem peperit, quod sugæ & destructionis
exercitus illius signum fuit. Istis ēt temporalib. nostris dr q
in nostro quodam Galliæ Lugdn. visa est vacca purum par
turijsse, & quidā qui suspectus habebatur de coitu, pp hoc
aufugisse. Audiui etiam a quodam religioso fide digno rela
tum q suis temporib. in quibusdam partibus galliarum pro
pe fines Italiæ quædam nobilis puella cum vrso ludens, tan-
dem cum ipso concubuit, & ab vrso impraegnata, & postea
viro data, filios peperit, quos nō a marito, sed ab vrso se ge
nuisse tandem compuncta confessa fuit. Illi vero filij ferocis
simi homines fuerunt. Cumque illa domina sm consilium
cōfessoris vrsum fecisset occidi, & filij venientes inuenissent
eam tristem, & compulsa causam tristitiæ audisset, cum-
que vrsum patrem suum esse audissent, & ipsum interfectum
viderent, post illum religiosum cōfessorem cucurrerunt, &
eum vbi visus occisus fuerat, occiderunt. Fiunt ergo circa
humanam parturitionem multa ludibria, & quandoque (si-
cut visum est (contingit quòd ab hominib. generantur bru-
ta, & a brutis generantur humana. Ad quod etiam facit qd
Pli. dicit li. 7. cap. 2. quosdam viros Indorum cum feris coi-
re, & inde semiferos partus esse. Ista autem & similia quādo
generantur, solent illis apud quos fiunt, semper protendere
mala, sicut dicit. Per genitores in scriptura intelliguntur præ
lati & pdicatores, quia. s. prælati generant homines, ipsos de
nouo in ecclesiam introducendo, & sibi promouendo, præ-
dicatores vero generant fideles, ipsos ad fidem & pœniten-
tiam conuertendo 1. ad Cori. 4. Per euangelium ego vos ge
nui. Per illos vero qui generant intelligo eos q per ipsos in
eccle-

ecclesiã introducũtur, & qui ad fidem vel pœnam conuertuntur. Ista ergo est regula q̃ partus non est semper similis generanti, nec ille qui conuertitur aut promouetur, semper est similis prædicanti, vel etiam promouenti, quinimo sæpe contingit, q̃ brutum generat hominem, i. quòd malus prælatus vel prædicator generat, promouet & conuertit bonam personam, sicut patet de hypocritis, qui mali sunt & brutales, q̃ tñ auditores suos, dum eis bene prædicãt, faciunt virtuales, & de malis prælatis, qui quãdoq; dant beneficia viris bonis, quia sicut dr̃ Ioã. 1. De Nazareth potest aliquid bene esse. Et ideo bene dr̃ Mat. 23. Quæ dicunt, facite, quæ autem faciũt, nolite facere. Aliquando ecõtrario fit quòd homo parit brutum, & hoc est quando prælatus vel prædicator est bonus, rationalis, & humanus, ille vero qui promouetur, vel auditor cui prædicatur, dum sibi non credit vel obedit, efficitur malus, brutalis, carnalis & iniquus. Et breuiter de illis qui hodie parturiuntur & conuertuntur, & ab hominib. vel a brutis, i. a bonis prælatis & prædicatoribus vel a malis in ecclesia introducuntur & promouentur, vel ad fidem seu religionem seu ad pœnitentiam generantur, quidam sunt sicut serpentes per malitiam, quidam sicut vulpes per fraudulentiã, quidam hippocẽtauri per carnis lasciuiam, quidam duplicis sexus per incõstantiam, quidam duplicis cordis per malam combinationem, & quidam feri & vrsini per sæuitiam, & per detractionis & rapinæ molestias. Sic igitur hodie in ecclesia & a prælatis, & a prædicatorib. monstra generãtur, & diuersimode inducuntur. Boni etiam quandoq; procedunt a malis. mali etiam aliquotiens eliciuntur a bonis. Vel dic brutũ est diabolus, qui quando cohabitat cum fœmina, i. cum voluntate humana, solet ibi monstra, i. vitia & mala opera generare, & sic serpentem auaritiæ, vulpem malitiæ, hippocentaurum, i. motum luxuriæ, hermaphroditum inconstantiæ, cum alijs monstris & vitijs solet huiusmodi mulier voluntas hominis parturiri. ps. Concepit dolorem, & peperit iniquita-
30 tem, lacum aperuit, & effodit eum &c. ¶ Sicut dicit Orosius, Palephatus in libro incredibilium narrat de Minotauro in Creta genito, q̃ dudum inter Cretenses & Athenienses durissimum fuit certamen. Cretenses tñ vicerunt. & de Athenis nobiles secum duxerunt, & ipsos ad comedendum Minotauro dabant. & inde illam horrendam bestiam nutriebant. Erat aũt Minotaurus (sm Orosium) fera humana, vel homo ferus. Veruntñ sicut dicit Ouidius: Theseus tunc cum alijs nobilibus sorte captus, missus est vt a Minotauro deuoraretur, sed Minotaurum occidens, meruit vt a periculo saluaretur. Sed de hoc vide diffusi' in Ouidio libro Methamorphoseos. Dic si vis q̃ Minothaurus significat infernum, cui pro certo Cretenses. i. demones dabant nobiles Atheniẽsium, i. patriarchas & sanctos patres, principes fidelium ad deuorãdum, & ad secum in carcere detinendũ. Esa. 9. Nobiles eius interierunt. Veruntamen Theseus. i. Christus ad ipsum missus de eo triumphauit, ipsumq; superauit & prostrauit, & se & alios de eius faucib. liberauit, & per resurrectionem exinde salijt & reuenit, dicẽs illud Oze. 13. Ero mors tua o mors, morsus tuus ero inferne. Vel per minotaurum intellige diabolum seu mortem &c. sicut supra.

## De Prodigijs. Cap. 75.

1 PRodigia retroactis temporib. facta sunt plurima. Vnde nota q̃ ibidem dicitur. s. de naturali historia mundi libr. 2. c. 85. quòd in terræmotu mirabile prodigium semel cõtigit, s. in Mutinensi agro sub L. Martio & Iulio sexto coss. Duo. n. montes de locis suis moti, contra se inuicem concurrerunt, & maximo strepitu assultantes recedentesq;, fumo flammaq; in cœlum ascendente, animalia exanimauerunt, & villas medias destruxerunt, spectãte magna viatorum familiarium & romanorum equitũ comitiua. Re vera tale bellum possumus videre quotidie. In vno. n. loco, vel patria sua quandoque duo montes, i. duo alti homines, vel aliqui duo superbi principes vel magnates, q. s. intus in cordibus suis terræmotu superbiæ concutiuntur, & igne iræ & auaritiæ commouentur, & sic sæpe fit q̃ inter se bellum committunt, sæpe inuicem cum exercitibus suis concutiunt, flammamque crudelis occisionis, & fumum infamiæ de se emittunt, & suæ gloriæ denigrationis, vel etiam fumum superbiæ, inanis gloriæ & elationis de se emittunt, & adiacentes villas & pecodes ad litteram destruunt & subuertunt, & alter alterius patriam depauperant & comburunt. Ideo bene dr̃ Prouerb. 28. Regnantibus impijs ruinæ hominũ. ¶ Aliud a
valde mirabile narrat ibidem Plinius, q̃ s. tempore suo imperante Nerone, in Marrucino agro Vectius Marcellus eques romanus res ipsius Neronis procurans, agros habebat quadam via publica inter media distinctos, in quibus erant ex vna parte prata, & ex alia olineta, sic vero actũ est virtute mirabili, q̃ dicta prata, & olineta, sedes suas mutauerint & nõ obstãte via media prata vbi olineta, & olineta, vbi prata fuerãt, transmearint, quod. s. idem vr̃ supponere fuisse factũ per violentiam terræmotus. Ista etiam recitantur in chronicis plurium doctorum, & etiam bellum de duobus montibus supradictum. Per ista duo prædia quæ in diuersis locis erant sita, possum intelligere pauperes & diuites. Prata. n. q̃ in sinistra sunt, & in quibus multi tribuli sunt & cardui, pauperes significant, oliuæ vero quæ pinguedinem olei portant, diuites & impinguatos significant. Magna. n. est hodie distinctio & diuisio inter illos, & magnum chaos inter vtrosq; firmatum, quia. s. diuites sunt modo in statu prosperitatis. pauperes vero in statu aduersitatis. Via. n. publica, i. fortuna illos diuidit & dissociat & disiungit, veruntamen terræmotus mortis & iudicij veniet qui istos alternatim mutabit & vertet, & sic fiet q̃ prata. i. pauperes qui nunc sunt in parte sinistra aduersitatis, mutabuntur ad dexteram perpetuæ prosperitatis. econtrario autem olineta. i. diuites qui nunc sunt in dextera. i. prosperitate, mutabuntur in aliam partem viæ fortunæ. s. in sinistram æternæ aduersitatis, & sic fiet quadam permutatione mirabili q̃ illi qui sunt ad dextram, ad sinistrã, & qui ad sinistram, ad dextram locabuntur. Sicut. n. videmus q̃ si quis duos habet, vnum a dextris, & alterum a sinistris, si contingat ipsum conuerti, ille qui erat sibi dexter, fiet sinister, & qui sinister, efficitur dexter, sic verè dña fortuna quæ tunc mutabitur & voluetur, de pauperibus faciet diuites, & de diuitibus pauperes. Figura ad hoc de Iacob & duobus filijs Iosephi. s. Effraim & Manasse, quorũ vnus positus fuerat ad ipsius Iacob dexteram, & alius ad sinistram, sicut dr̃ Gene. 49. quia. s. ipse Iacob cancellauit manus, & dextrã posuit super sinistrum, & sinistram super dextrum. Sic verè Iacob. i. dominus in morte & iudicio manus mutabit & cancellabit, & sic diuites quos nunc habet in prosperitatis dextera, sub sinistra aduersitatis locabit, pauperes vero qui nunc in aduersitatis sinistra latitant, sub æternæ prosperitatis dextra ordinabit, sicut dr̃ Matt. 25. Ponet oues quidem a dextris, hædos autem
a sinistris. ¶ Item idem ibidem. s. de naturali historia mundi 3
li. 2. c. 106. dicit sic. Amnes retrocedere, & nostra vidit ætas. sicut factum est (vt ait) temporib. Neronis principis. Sed quia Plinius dicit se posuisse vbi de reb. Neronis tractauit, ideo non ponit hic aliud. Potest tñ exponi q̃ flumina sunt viri iusti, qui continuè fluunt per bona opera ad mare paradisi, sed pro certo isti quandoq; inueniuntur retrocedere per pctm̃, & per tedium & imperseuerantiam a cepto bono proposito retroire, sicut ad litteram patet de apostatis & falsis amicis & quibuscunq; incõstantib. qui. s. a religione, fidelitate & bono proposito sæpissimè retrocedunt, & a cursu bono resiliũt & desistũt. Vnde de fluuio Iordane dr̃ in ps. Mare vidit & fugit Iordanis conuersus est retrorsum. Vel dic econuerso q̃ fluuius est peccator, qui continuè fluit ad peccatum, qui tũc videtur retrocedere, qñ ipsum cõtingit a cepto malo proposito ad pœnitentiam resilire. Vel dic q̃ fluuius est mortalis homo, qui continuè fluit ad mortẽ, sed finaliter retrocedet qñ in die iudicij reuiuiscet. ¶ Licet Plinius non credat homi-
nes mutari in lupos (sicut supra dixi ca. de Gallia) recitat tñ 4
li. 8. c. 22. q̃ Euantes inter auctores Græciæ non spretus tradit Arcades scribere q̃ in arcadia erat quoddam stagnum vltra quod homines sorte ducti transibant, seque in arena voluebant, & se in luporum effigiem transformabant, & sic per nouem annos perseuerabant. in quo tempore si carnem humanam non gustassent, ad statum pristinum reuertebantur, & pristinis vestib. sm Fabium vestiebantur. Et addit q̃ Copas qui olympionica scripsit, narrat quendã dictum Demarchum nomine, de extis cuiusdã pueri quem Arcades sacrificauerant Ioui lyceo, comedisse, & in lupum mutatum fuisse, & sic decennio permansisse, tãdẽ vero iterũ asserit ipsum hominem factũ fuisse, & in victoria Athletica olimpiæ victorẽ

postmo-

post modum extitisse. Ista etiã dicit Augustinus. 14. li. de ciui
tate Dei per ordinem Varronẽ dicere, & q ideo Arcades ta
le nomen attribuerunt Ioui lyceo & Pani lyceo, eo. s. q homi
nes ibi vi diuina in lupos mutarentur, q a lycos græcè, lupus
latinè interpretatur. Superaddit etiam idẽ ibidẽ de alijs mu-
tationibus. i. de mutatione sociorum Vlyssis in porcos p Cir
ceo famosissimam, de Mutatione etiã sociorum Diomedis
in aues, de quibus Deo dãte dicemus quãdo moralizabimus
fabulas. & de tribus stabularijs q hospites suos in caseo dato
veneficio in iumẽta vertebant, & ipsos oneri supponebãt, &
tandẽ cãpleto opere, ipsos, ad pristinam figuram redire per
mittebant. Hæc quemadmodum Plinius, sic & Augustinus re
pudiat. Dicit tamen quod si factũ est hoc solũ specietenus nõ
veraciter a demonibus fuit factũ. Miror tamẽ quomodo Pli
nius ista impossibilia reputet, qui fœminas mutari ĩ viros su
perius dicit. De Augustino aũt q corpus realiter mutari de
neget, mirandum est, qui. s. sup Genesim ad litterã virgas ma
gorum non faciẽtes sed realiter per quædã occulta semina di
cit in serpentes mutatas. Quid. n. facilius aut virgã in serpen
tem mutari, aut corpus hominis & non mentẽ in bestiã rea-
liter trãsformari? Pro opinione tamẽ. Aug. facit illud quod
narratur q quibusdam videbatur filiam suam mutatã esse in
equam, qui ad beatum Hilarionem ipsam adducẽtes, vt ora
none sua figuram humanam sibi redderet. Respõdit vir sanc-
tus, se filiam & non equã videre, orationeque fusa, imagina
tio de oculis parentum euanuit, & puellam non equã sed fœ
minam reduxerunt. per quod patet ipsam figurã esse in ocu-
lis hominum, & non in re, in specie & apparentia, non in exi
stentia. Contrarium autem videt fundare. quod dicit Hellã-
dus li. 13. vbi dicit sic. Memini me (inquit) adulescentulũ au
disse nonnullis pro vero narrari in patria Beluacensi q dum
vxor cuiusdam rustici lauaret sibi caput, idẽ rusticus quosdã
articulos manuum pueri ex ore vomuit, de quo etiã rustico
fama erat q cõuertebatur in lupum, quam famã factum qđ
accidit, confirmabat. Hæc igitur nec negãdo nec affirmãdo,
possumus moraliter exponere q stagnũ istud fluctũ & fluxũ
mundi & seculi negotiorum significat. Psal. Posuit desertum
in stagnum aquarum. Pueri vero qui Ioui lyceo sacrificat, re
ligiosos & ecclesiasticos designat q seipsos dedicãt & sacrifi
cãt ipsi Deo. Matt. 18. Sinite paruulos venire ad me. Per tres
stabularias autem possunt tres mundi cõcupiscentiæ designa
ri, apud quas quasi necesse est omnem hominẽ hospitari. ad
Heb. 11. Peregrini & hospites sunt super terram. Igit dico q
ista tria sunt quibus mediantibus homo in lupum mutat, in-
quantũ. s. mores lupinos & bestiales per crudelitatẽ & immũ
ditiam imitatur. s. stagni mundanorũ negociorum transna-
tatio & immersio, pueri Deo sacrificati. i. ecclesiasticorum de
prædatio & comestio, & apud stabularias. i. apud mũdi diui-
tias, delicias, & eminentias hospitatio. Quicunque. n. per sta-
gnum mundi negociorũ ductus forte fortunæ transiuerit, &
se ibi implicauerit, quicunque etiam ad comedendum extra
pueri. i. ad rapiendum substantias ecclesiasticorũ se assuefe-
cerit, quicunque apud stabularias. i. apud mũdi diuitias vel
delicias hospitatus fuerit, necesse est q habeat formã lupi p
imitationẽ induere, & more lupi ad crudelitatẽ & auaritiam
inhiare. Sopho. 3. Iudices eius lupi & more iumẽtorum per
ignorantiam hebetari, & per immunditiam luxuriæ macula
ri. Iohel. 1. Computruerunt iumẽta in stercore suo. Quid re
fert. n. (dicit Tullius) vt tum ex homine quis in beluam se cõ-
uertat, an in hominis figura immanitatẽ beluæ gerer? Isti sunt
igitur qui articulos puerorum quotidie euomũt, quãdo. s. bo
na ecclesiasticorum suis sequacibus tribuũt, & exinde conui
uia & stipendia sua soluunt. Veruntamen talis lupina cõditio
cessaret, si stagnum mundi fluctuum renatarent, & sic ab esu
carnium humanarum. i. a rapina & excoriatione hominũ ab
stinere vellent, & ad decimum annum. i. ad obseruationẽ de
cem mandatorum attingerent, tunc inquam proculdubio fi
guram humanæ conditionis recuperarent, et vestes virtutũ
quas perdiderant, rehaberent, & sic in Nabuchodonosor figu
rarentur, qui prius mutatus fuit in bestiam propter summã
crudelitatem & superbiam, sed tandem pœnitẽs figuram hu
manam reassumpsit. 1. Reg. 10. Mutatus est in virum alterum.
5 ¶ Aliquando inuentum, est animal sine corde. Vnde teste Pl.
lib. 11. c. 37. & teste etiam Tullio de diuinatione, dum primũ
Cæsar dictator ĩ sede aurea sederet, & aruspices sacrificarẽt
inuenta est hostia sacrificij cor nõ habere, & facta est conte
tio inter augures, vtrũ animal sine corde inueniri potuit, an
ad tempus sibi defuerit. Dicit etiam idem Pli. de Gaio Mario
cũ immolaret Vticæ, cor extis est inuentum defuisse. Gaio &
principi semel defuit illo mense quo veneno perẽptus exti-
tit. Ista tamen ad consequentiam deducenda non sunt, p eo
quia (sicut credo) non a natura proueniunt, sed a demonibus
ipsis fiunt, qui, s. ab ipsis augurũ sacrificijs corda subtrahunt.
vel admittunt. Istud potest exponi de mundi peccatoribus, q
s. ipsis demonibus imolantur, quia pro certo corda. i. corda-
ta constantia in eis deficere comprobatur. Diabolus. n. cor. i.
virtutem & constantiam & audaciam eis subtrahit, & omnẽ
spiritualem fortitudinem eis tollit. Ozeæ. 7. Effraim colũba
seducta, non habens cor. ¶ Item ibidem ait q aliquando inue 6
nitur in animal cor duplex. Vnde ait quòd M. Marcello cũ
perijt ab Hannibale, cor in sacrificio nõ fuit inuentũ, sequẽti
vero die inuentum est duplicatum. Dicit etiã Plin. vbi supra
q in Paphlagoniam perdices bina corda habẽt, & cõtra natu
ram animalium, duplici corde pollẽt. Tales sunt homines ma
litiosi & proditores, quia. s. isti nunq̃ sunt cõtẽti vnico & sim
plici corde. i. simplici intẽtione & voluntate, quinimo semp
habent cor duplicatum. i. intentionem duplicem & biformẽ,
quia. s. vnum meditantur apparenter, aliud latẽter, vnũ ptẽ-
dũt, aliud intendũt, vnum cor vidẽtur habere aliquid ad finẽ
qui supponitur superficialiter faciendo, aliud tamẽ habẽt ad
aliũ finem qui ab eis occultẽ intẽditur. totũ negotiũ realiter
ordinando. Igitur de hypocritis duplicibus, proditoribus &
similibus dicit Eccl. 2. Væ duplici corde, & hoc quia sicut di
citur Eccle. 3. Cor qđ ingreditur duas vias, non inueniet re-
quiem. Vel dic q quædam sunt animalia quæ duo habẽt cor-
da sicut perdices in Paphlagonia, quædam habent duas lin
guas, sicut vituli marini. Sic verẽ multi duplex habent cor. i.
duplicem intentionem, & duplicem linguam. i. duplicem lo
quutionem. sunt. n. incõstantes & duplices tam in cogitando
quam in loquendo. Vnde. Iac. 1. Vir duplici animo incõstãs
est in omnibus vijs suis. Et Ecc. 5. Probatur peccator ĩ dupli
ci lingua. ¶ Aliqua sunt loca vbi pecora felle carent, sicut est 7
Euboea. In naxo vero est contra quia ibi habent fel prægran
de geminumq;. De iecoribus etiam dicit idem ibidem q ra-
næ quæ rubetæ dicuntur duplici iecore prædotantur. sed de
hoc vide in ca. de bufone. supra li. 10. ¶ Inter mirabilia etiam 8
quæ in extis fiebant, vnum recitat hic Pli. s. li. 11. c. 37. Dicit. n.
q die quo Pyrrhus rex perijt, cũ per exta animalium sacri-
ficatorum deo tũ voluntatẽ aruspices inquisissent, capita ho
stiarum præcisa super pauimẽtum reperẽt, & sanguinẽ suũ
primum lambebant, & sic mortem Pyrrho regi imminere in
proximo tali prodigio protendebant. Sic verẽ dico loquẽdo
spiritualiter, q signũ q Pyrrus rex debet perire. i. q aliquis
debeat per æternam damnationem mori, est quãdo de sacrifi
cio quod ipse offerre debet Deo. s. de iteriori mẽte sua, caput
. i. intentio redit super terram. & lambit sanguinem p carnali
tatem & luxuriã. Quando. n. caput intentionis nostræ p pec-
catum præciditur, & tũc circa terrena tepit p auaritiam, et
sanguinem suũ. i. proprium peccatum per complacentiam
lambit, vt potẽ quia sibi placent propria scelera, & ĩ eis dele-
ctatur, tunc vere signum est q Pyrrus. i. peccator spirituali-
ter occiditur & damnatur. Iob. 39. Pulli eius lambunt sangui
nẽ. Vel dic q capita abscissa sunt mali capitanei & mali prin-
cipes & prælati, qui pro certo quando corpore suo. s. a subdi-
tis suis per odium abscinduntur, tunc ad lambendũ eorũ san
guinem. i. emungendum eorum temporalem substantiam cõ
uertuntur. 3. Reg. 21. Lambuerũt canes sanguinem Naboth,
Vel dic q capitanei nostri quãdo per peccatũ a corpore suo
mystico. i. a statu gratiæ sunt abscisi, solent tepere p auari-
tiam, & sanguinem lambere per luxuriã. Vel dic de schisma-
ticis, qui a corpore ecclesiæ præcisi, in proprio sanguine. i. in
propria dãnatione delectari vidẽtur, & proprias immũditias
lambere & diligere comprobantur. Figurati ĩ Holoferne Iu
dith. 14. quem inuenerunt in suo sanguine volũtatũ. ¶ Secun 9
dum Pli. lib. 16. c. 33. Dudum ĩ aliquibus arboribus facta sunt
prodigia & miracula. Vnde ait q visum est multas arbores ce
cidisse, & sponte postea se leuasse, sicut dicit esse factũ in cim
bricis bellis, vbi quædam vlmus in luco Iunonis iu arã pro-
cidit & procubuit, quæ cacuminibus sublatis, iterum p se &
spõte reuelata fuit, protinusq; floruit, quod signum victoriæ
romani a quiritib' extitit, ita q ex tũc maiestas populi roma
ni conualuit & surrexit. Similiter narrat de quadam salice in

Philip-

Philippis. Quamuis ista videantur miranda (sicut etiam est il
lud quod idem recitat q in sacrificijs inuentũ est animal cor
de carere, & capita abscissa reperiri, & similia) constat tamẽ q
in ipsis paganorũ sacrificijs dæmones operabantur, vt ista dijs
attribuentes, in suis erroribus tenerent. Expone tamẽ si vis
q talis arbor fuit Christus, qui. s. voluntariè vsque ad arã cru
cis se inclinauit, & inde per resurrectionem & ascensionẽ ipo
te cum sibi placuit se erexit, ita q per glorificationem corpo
ris clarum floridũ se ostendit, & ex tunc Romanus populus. i.
status ecclesiæ Romanæ maiestatem assumpsit, & quiritus. i. fi
deles & fideliũ militia de hostibus triumphauit. Ille est. n. qui
(sicut dr̃ Ioan. 10.) potestatem habuit ponẽdi animã suã, et ite
rũ sumendi eã. Ille est de quo dr̃ iustus vt palma florebit &c.
Vel si vis dic de iusto, qui aliquãdo cadit per peccatum, resur
10 git tamen per gratiam, floret per virtutẽ & sciẽtiã. ¶ Sicut dr̃
in lib. de naturali historia mũdi. 17. c. 25. Tẽporibus antiquis
multa signa & prodigia i arboribus facta sunt. Vnde dicit in
arborib⁹ mutationes mirabiles esse factas. Visum est. n. (ait) q
olea mutata est oleastrũ, ficus & vna faciẽtes fructus albos in
nigrũ, sapor dulcis in acerbũ. Inuentũ est et malũ punicũ fru
ctum nõ in ramis, sed in stipite tulisse, uites vuas sine folijs p
duxisse, & oleas baccas habentes, folia amisisse. Inuentum est
oliuã ex toto crematam, iterũ reuixisse, & ficus a locustis cor
rosas iterum germinasse. Inuentum est etiam Laodicæ q Xer
xis aduentu platanus fuit in oliuam mutata. Neronis ẽt tem-
pore olueta & arua via publica intermedia, in loco alterũ al
terius sunt translata, sicut fuit etiam supra dictum. Iterum in
uẽtum est ficum in lauro fuisse natam, & in aris & statuarum
capitibus arborem procreatã, sicut hæc & alia recitat Arislã
der græcus in suo volumine talibus referto prodigijs. C. etiã.
Epidib⁹ Romanus in cõmẽtarijs suis, arbores asserit loqu
tas fuisse. Et sic patet ex arboribus prodigia multa esse & q
dam earum bona, et quædã mala significare. Re vera tales p
digiosæ mutationes quotidiè inueniuntur in nobis, quia pro
certo dulces mutantur in acerbos, albi in nigros, boni in ma
los, oleæ quæ sunt fructiferæ, in steriles oleastros. i. viri pij in
impios & indeuotos, quia proh dolor, quotidie p peccata va
ria boni in malos, iusti in impios conuertuntur. Psal. Cõuersi
sunt in arcum prauum. Econtra aũt pro certo debet fieri, q a
. s. mali in bonos debent per pœnitẽtiam conuerti, & per mo-
rum mutationẽ transformari, quia s. platanus sterilis. i. homo
peiõr & sine bonis operib⁹ dẽt oliua. i. vir pius, & fructuosus
sus fieri, & bonis operibus fœcundari, quia, si contingat oliuã
vel ficum. i. aliquem virum iustum per ignem cupiditatis cre
mare, vel a locustis. i. dæmonib⁹, tyrãnis & tribulationib⁹ cor-
rodi, iterũ debet per pœnitentiã reuiuiscere, & p bona opera
germinare, vuas & baccas & bonorũ operũ fructus tenere &
habere, folia vero verborũ dimittere, & de operibus q̃ de ser
monibus plus gaudere, quia proculdubio vir iustus debet fo
lia. i. verba. s. iactantiam, magniloquentiam & similia dimitte
re, fructum vero. i. opera retinere. quod est cõtra illos qui mi
nus habet curam de operibus quã de verbis. Mat. 23. Dicũt.
. n. & non faciunt. Dato. n. q contra naturã status & officij ali
cuius sit q debeat esse virtuosus, vtpotè q est statua vel lau-
rus, hoc est dictu q est simplex, inscius & statualis, vel viridis
& curiosus, laurcus & superficialis, in isto tamẽ debet cresce
re ficus bonæ operationis, & arbor virẽtis cõuersationis, & sic
iste erit arbor loquens per gratiarum actionẽ, & de loco ad
locum se mutans per moralem conuersationẽ. s. Re. 10. Muta
tus est in virum alterum. Vel dic q platanus vmbrosa signifi
cat Deum, qui antiquitus fuit mũdo tenebrosus & durus, tñ
per beatã incarnationẽ fuit in oliuam mutatus, qñ de seuero
factus est mãsuet⁹ et pius. Vel dic q cõtra naturã laurus por-
tat ficum, quando beata virgo protulit Christum, qui alterius
erat naturæ. vel dic q arbor mirabiliter loquit, qñ peccator
& obstinatus confitetur, vel Deũ laudãdo testatur Mat. 9. Lo 11
quut⁹ est mutus, & admiratæ sunt turbæ. ¶ Itẽ ibid. l. 18. c. 18.
et dicitur q in frugibus quandoq; pdigia visa sunt. Anno. n.
quo Hannibal superatus est. s. sub Pub. Eio & Cn. Cor. consu
libus, frumenta in arboribus nata produntur, quod. s. victoriæ
Romanorum contra Hannibalem signũ fuit. Sic verè qñ Ha
nibal. i. diabolus fuit a populo Romano. i. a dno & Angelis su
peratus. i. p incarnationem & crucẽ in arboribus. i. Christi
fidelib⁹ visæ sunt fruges virtutũ crescere, & frumẽta bonorũ
operũ apparere. Arbores. n. i. hoiẽs a pricipio steriles fuerũt,
& tñ contra naturam & cõsuetudinẽ, fruges & frumẽta. i. vir
tutes & merita portauerunt. vel dic q qñ frumentũ creuit in
arbore. i. qñ Christus contra naturam natus est è virgine, tũc
pro certo Hãnibal diabolus superat⁹ est in cruce. Ps. a. Valles
abundabũt frumẽto. ¶ Pli. li. 2. c. 59. inter pdigia & miracula
recitat q illis bellis Romanorũ q̃ Cimbrica sunt vocata, ar-
morũ crepit⁹ & tubæ sonus a cælo auditi sunt, tertio vero cõ-
sulatu Marij arma cœlestia ab ortu occasuq; inter se currẽtia
visa fuerũt. De quibus etia prodigijs facit Aug. in li. de ciuita
te Dei mẽtionẽ. Illud applica q nõ solũ in terra. i. in statu lai
corũ, imo ẽt in cælo. i. in statu ecclesiasticorum solent q̃nque
bella fieri, concussus & sonitus litium & cõtentionum ibi au
diri & ad magnum scandalum mortalium, arma cœlestia, id
est ecclesiastica lingua possunt quotidiè experiri, quia etiam
ipsi scholares hodie & clerici armis more secularium volũt vti
& alter contra alterum præliari. Vnde Apo. 12. Factũ est præ
lium magnum in cœlo &c. Applica per modũ figuræ, et vnde
eam infra. 16. Apo. 12. ¶ Valde magnũ prodigiũ recitat Oro
sius anno. 384. ab vrbe cõdita cõtigisse. Dicit. n. q accidit Ro 13
mæ quædam horrenda pestis, qua biennio perseuerãte, homi
nes vtriusque sexus morbis varijs interibãt. Romanis ergo pro
morbo sedando remedia a dijs petentibus, subito i medio vr
bis terra dissiluit, vastoq; proruptu inferna hiantia subito pa
tuerunt. Dijs ergo respondentibus q hians illa terra seu hoc
renda vrago sibi dare aliquem viuum hominẽ expetebat, ac
sibi non sufficeret pestilentia mortuos deuorasse, nisi etiã alis
quos viuos suis faucib⁹ exhauriret. Marc⁹ Curtius vir eques
armatus communi cladi cõsulens, improbis terræ faucibus se
iniecit, & sic terræ & inferis pro populo satisfecit, & cessante
peste, terra iterũ se reclusit, illumq; viuum equitẽ in suis vi-
sceribus sepeliuit. quod quidem Aug. li. de ciu. Dei latis tãgit.
Ista possunt applicari ad passionẽ. Christi. Constat. n. q a prin
cipio totus populus humanus peccati pestilentia languebat,
& spiritualiter & temporaliter moriens ad inferos descende
bar, propter quod populus Romanus. i. popul⁹ fidelis sancto
rum patrum sacrificare dijs. i. Deo & angelis nõ cessabat, sed
pro certo talis pestilentia cessare non poterat, quousq; aliqs
homo viuus. i. sine peccato, Christus. s. ad inferos descẽderet
per cuius sacrificationẽ culpæ & pœnæ pestilẽtia quiesceret
& cessaret. Nam quousque eques viuus. i. Christus filius Dei
viui mediãte equo suo. i. cruce ipsi terræ & inferis sacrificaret
& corpus eius in terram, & aia eius ad inferos veheretur, ne
cesse erat q populus moreretur, & peccati pestilentia vexare
tur, quapropter iste eques Christus viuũ in inferos se iniecit
& sic Deos placauit, & Deo patri satisfecit, ita q mors pecca
ti & inferni dãnatio tunc cessauit, ipse vero pro omnibus se
obtulit & mortẽ p populo tolerauit. Esa. 53. Ipse vulneratus
est propter iniquitates nostras &c. & Ioann. 18. Expedit vt
vnus moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Vel dic
q talis eques dicitur esse quilibet prælatus, quia. s. vtilitatem
communem debet vtilitati priuatæ præferre, & pro liberatio
ne populi non debet mortis periculum exhorrere. ad Ro. 9.
Optabam ego anathema fieri pro fratribus meis.

F I N I S.

*Studiose Lector,*

*In folio 22. in fine vltimæ columnæ, post illa extrema verba,* prosperitatis *errore omissa desiderantur hæc,* mundanæ cauetur & auertitur, & ne nauigantibus & per-

## SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sf Tt Vu Xx.

Omnes sunt quaterniones, præter Xx ternionem.




*VENETIIS, Apud Heredem Hieronimi Scoti.*
*MDLXXXIII.*

